Universidad de Deusto
Biblioteca


Sylvester
Rosa Laurea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

+
IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 48
Plúteo 2

ROSA AVREA,

SEV

MARGARITA THEOLO-

GICA, OMNIA TOTIVS

anni Euangelia complectens, Authore

Siluestro à Prierio, Pedemon-

tano, Theologo & pio

& integerrimo.

1161

Quid in hac postrema editione præstitum sit,

proxima pagella docebit.



LVGDVNI,

Apud Hæredes Iacobi Iuntæ.

M. D. LI.

Anno 1556

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOCIETATIS JESU * BIBLIOTHECA COLLEGII

BIBLIOPOLA INCE-
NVO LECTO-
RI S.

HAVD tibi est obscurum, Ingenue Lector, quàm gnauiter & sedulò hactenus tua, atq; adeò vnius Reip. literariæ causa laborauimus, oĕis curas, omneis cogitationes, omnia deniq; rei familiaris dispēdia ex animo subeuntes, modò conatus noster & tibi probaretur, & quidquam vtilitatis studijs communibus adferret. Itaq; quò hunc nostrũ in Rempubl. animum adhucdum integrum alacrèmq; perspicias, en tibi damus Rosam Auream, seu potius sacrarum literarum thesaurum, Authore D. Siluestro, singulari cum Theologo, tum homine doctissimo. Nos autem, partim vt tanti viri nomini dignitati q;, partim nostro in Rempubl. officio, quoad fieri posset maximè, respondere-mus, curauimus, vetustiss. exemplarium beneficio, & doctorum hominum opera adiuti, primùm, vt Author ipse suis partibus integer prodiret in lucem. Proximè, vt in totum corpus concinnaretur Index, non minùs copiosus, quàm fidelis, isq; duplex, alter Quæstionum, alter rerum & vocum maximè insignium. opus aliôqui impensè desideratum. Hoc quantulumcunque est, Ingenue Lector, putabimus certè maximum, si æqui bonique consulas: maiora, Dijs iuuantibus, in dies accepturus,

Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IACOBI HVYON Trecensis, in Aureæ Rosæ commendationem Epigramma.

Hæc rosa, nectarei quæ fluxit ab vbere fontis.
Nunc viget, arrutilo clarior igne micat.
Tempore continuo varios diffundit odores.
Purpureúmque suum tollit ad astra caput.
Argutum specimen producens explicat omne.
Quod fuit obscurum pluribus antè viris.

INDEX QVAESTIOnum in Euangelia totius anni.

Dominica prima in Aduentu domini. Quæstio. j.

QVAERITVR Vtrum si asina humanæ naturę peccati demerito à Diabolo nõ fuisset alligata, Dei filius per incarnationem ve nisset ea insidere, vel non fo.ccecxxij.

¶ Quæri etiam potest vtrum fuerit conueniens Christum incarnari.ij.q.j.ar.iij.iij.dist.j.q.ij.ar.lij.fo.cccxxiiij.

¶ Et vtrum conuenientius fuerit incarnari filium, quõ patrẽ, vel spiritũ sanctum.iij.q.iij.art.viij.iij.di.j.q.ij.ar.ij.&.iij.fo.eo.

Dominica.ij. Quæstio. ij.

¶ Quæritur vtrum Deus posit astra.i.solẽ:lunam & stellas priuare suo lumine fol.cccliij.

¶ Quæri etiam potest vtrum secundũ aduentum Christi debeat pcedere aliqua signa.iiij.distin.xlviij.i.ar.iiij.fol.cccxv.

¶ Et vtrum Christus iudicabit in forma glorioſa,ibid.ar.ij.fo.cod.

Domi.iij. Quæstio.iij.

¶ Quæritur vtrum opera.i.miracula Christi ostenderent eum sit euidenter esse filtũ Dei,vt discipuli Ioannis hoc credere tenerentur,fo.ccccxxj.

¶ Quæri etiam potest vtrum Ioannes fuerit martyr.ij.ij.quæstione.ccxxliij.fol.ccccxxvj.

¶ Et vtrum adulatio sit peccatũ mortale.ij.ij.q.cv.ar.ij.fo.eo.

Feria.iiij.post tertiam Domi. aduentus. Quæstio.iiij.

¶ Quæritur vtrum Angelus posit suã naturali virtute exhibere se visibilem homini fo.ccccxxx.

¶ Quæri etiam potest vtrum Angelus posit facere omne verbum.i.omne intelligibile à nobis,siue non implicans contradictionem.j.q.xxv.ar.iij.&.iiij.j.dist.xlij.q.ij.ar.j.iij.dist.j.q.ij.arti.iij.iiij.dist.xlvj.q.j.arti.ij.quæstiuncula.ij.potest.q.j.ar.ij.quodli.iij.q.j.quodl.iiij.qõ.iij.quodli.xij.quæstio.v.arg.ij.fol.ccccxxvij.

Feria.vj.post tertiam Domini. aduentus. Quæstio.v.

¶ Quæritur vtrum credere Deo reuelanti quicquã necessario sit meritoriũ fol.ccccxxvij.

¶ Quæri etiam potest vtrum Ioannes exultauerit motus ab alio: vel per acceleratione vsus rationis.iij.qõ.xxvj.ar.vj.fol.eod.

Sabbato ante quartam Domi. in aduentu. Quæstio.vj.

Quæritur vtrũ is super quẽ sit verbum Dei per aliquam inspirationem posit esse certus, ꝙ à Deo sit talis reuelatio.fo.eo.

Quæri etiam potest vtrum baptismus Ioannis sic esse baptismus pœnitentiæ ꝙ gratiã cõferret.iij.q.xxxviij.

Universidad de Deusto

ar.iij.iiij.dist.ij.q.ij.ar.ij.&.iij.fo.eod.

Dominica .iiij . in aduentu.

Quæstio. vij.

Quæritur vtrum Christus debuerit talem habere conuersationem extra desertum:& sine aspero victu & vestitu : vt Ioannes videretur sanctior, & Christus esse.fol.eo.

Quæri etiam potest vtrum conueniens fuerit Ioannem baptizare.iij.q. xxxviij.ar.j.fol.ccxxviij.

Et vtrum Christus fuerit secundū legem conuersatus.iij.q.xl.ar.iiij.iiij. dist.j.q.ij.ar.ij.quæstiuncula.ij.

In vigilia natiuitatis domini.

Quæstio. viij.

Quæritur vtrum beata virgo sic inuenta sit habens in vtero de spiritu sancto.& filius eius debeat dici de spiritusancto conceptus fo.eo.

Quæri etiā potest vtrū spiritussanctus possit dici pater Christi.iij.q.xxx ij.ar,iij.fo.eo.

In nocte natiuitatis .

Quæstio. ix.

Quæritur vtrum beata virgo secūdum tēporalē natiuitatē Christi possit dici mater dei,& mater Christi.fol. ccccxxix.

Quæri etiam potestvtrū Christus debuerit nasci in bethleem : & vtrum sine dolore matris.iij.q.xxv.art,vj.& vij.fol.eod.

In aurora. Quæstio. x.

Quæri vtrum collatio de qua dicitur.& virgo erat cōferēs in corde suo, esset dubitatiua.fo.ccccxxx.

Quæritur etiam potest vtrū natiuitas Christi debuerit manifestari pastoribus ab angelis:vel ab ipso Christo. iiij.q.xxxvi.ar.iiij.&.v.fo.eo.

Et vtrum primo debuerit manifestari pastoribus.ibi.ar.vj.fo.eo.

In missa maior. Quæstio.xj.

Quærit quō hęc ꝓpositio sit vera de que nō est dubiū ꝙ sit vera.s. Verbum caro factum est.fol.eo.

Quæri etiā pōt,vtrū hæc sit vera caro vel homo factū est Deus.ii .q.xvj. ar.vij.iij.di.vij.q.ij.fo.ccccxxxj.

Et vtrū iste homo demōstrato xp̄o, vel verbo incarnato esse incipit ibi. ar.xiiij.dist.xij.q.j.fn.eo.

Domini.infra. viij. Natiuitatis

Quæstio. xij.

Quærit vtrū beata virgo sic fuerit gladio mortis,aut verbi xp̄i ꝓforata vt possit martyr appellari.f.ccccxxx.

Quæri etiā pōt vtrū maiores vel minores Iudæorū cōtradixerint huic signo.i.xp̄o ex ignorantia,aut certe sciēter Christū cognoscēdo.iij.q.xlvij.ar. v,fo.eod.

Et vtrū bonitas præcipuè castitas.vidualis disponat ad spiritū prophetiæ possidendū.ij.ij.q.clxxij.ar.iiij.fo.e.

In circunsione domini.

Appen-dix superiorsi quæstionis.

Quæri potest vtrū xp̄s debuerit circuncidi, & vtrū cōueniēter fuerit ei nomē impositū.iij. q.xxxvij.ar.j.&.ij. iiij.di.j.q.ij.arg.ij.quæstiuncula.ij.fo. ccccxxxiij.

Et vtrum nos modo possumus licitè circuncidi.iiij.di.ij.q.ij.arg.v.quæstiuncula.iij.fo.eo.

In vigilia Epiphaniæ.

Quæ

Quæstio. xiij.

Quæritur vtrū Christus posit dici Nazarenus.fo.e.

Quæri etiā pōt vtrū cōueniēs fuerit Ioseph admoneri ꝑ à Deo per Angelū: vel à Deo immediatè.j.q̄. xxij.art.iij. fo.eod.

In die Epiphaniæ .

Quæstio. xiiij.

Quæritur vtrum fuerit conueniēs magos de christi natiuitate doceri per stellam.fo.eod.

Quæri etiā pōt vtrū illa stella fuerit vna de cœlestibus:& vtrum magi conuenienter ad Christū adorandum venerint.iij.q.xxxvj.ar.vij.&.viij.fol. ccccxxxiij.

Dominica infra octa.Epiphaniæ.

Quæstio. xv.

Quærit vtrū xp̄s audiēdo siue interrogādo doctores vel alios aliqd ab homine didicerit , vel ab Angelo folio ccccxxxiij.

Quæri etiā pōt vtrū gratia Christi fuerit infinita.iij.q.vlj.ar.xj.iij.di.xiij. q.j.ar.ij.quæstiuncula.ij.verita.q.xxix.art.iij. fo.eo.

Et vtrū quolibet actu suo xp̄s profi ceret per gratiā.i.effectū gratię se meritū.iij.di.xviij.q.j.ar.v.fo.e.

In octaua Epiphaniæ.

Quæstio. xvj.

Quærit vtrū Ioānes vidēs Christū & ei testimoniū phibēs ipsum conuenientius appellauerit agnū,quā aliud animal solitū immolari cuiusmodi est bos:vitulus:capra:turtur:columba.fo. ccccxxxiiij.

Quæri etiam potest vtrū Christus debuerit baptizari baptismo Ioannis, & vtrum debuerint tunc cœli aperiri. iij.q.xxxix.ar.j.ij.&.v.iiij.di.ij. art.iij. quæstiuncula.j.fo.e.

Domini.j.post octa. Epiphaniæ.

Quæstio. xviij.

Quæritur vtrum iste spōsus fuerit Ioannes Euangelista.fo.ccccxxxiiij.

Quæri etiam potest.vtrū Christus debuerit facere miracula:& vtrū ea facere cœperit in nuptiis.iij.q.xliij.art. j.&.ij.fol.ccccxxxv.

Domi.ij.post octauas Epiphaniæ.

Quæstio xv.

Quærit vtrū xp̄s leprosum sanauerit diuina virtute immediatè,aut mediāte aliqua virtute creata.f.ccccxxv.

Quæri etiā pōt an xp̄s potuerit secūdū aliquā sciētiā suā aliqua ignorare:& cōsequēter mirari. iij.q.x.arg.ij. q.ix.ar.j.q.xij .ar.l.qō.xv.arg.vilj.fol. fo.ccxxxvj.

Et vtrum in inferno erit fletus.iiij. dist.j.q.ij.ar.iij. quæstiūcula.iij.q. vij. quodli.q.v,ar.iij.fo.eo.

Dominica.iij.post octauas Epiphaniæ. Quæstio. xix.

Quæritur vtrum vniuersalis ecclesia designata per nauiculam secūdum glo.quadoque sit sic procellis cōquassanda: vt patiatur naufragium.folio ccccxxxxvj.

¶Quæri etiā pōt vtrū Christus conuenienter permittat in ventis tentationum ipso dormiente. i.sic se habente, ac si ignoraret suos tentari.ij. q.clxvj. ar.j.fol.ccccxxxvij.

Et vtrū aliquis timor possit esse naturalis.j.ij.q.xij.ar.iij.fo.eo.

Domi.iiij.post octa.Epiphaniæ.
Quæstio.xx.

Quæritur vtrum inimicus homo. i. diabolus posit in agro dei. i. in anima humana super seminare zizania hæresum.fe.eo.

Quæri etiam potest vtrum hæretici sint extirpandi per mortem.ij.ij.q.x.& q.xj.ar.iij. quodli.vij.q. vij.ar.j.fo.eo.

Et vtrum diabolus posit in voluntate seminare zizania odii:& vitiorum mouendo illã effectiuè.j.q.iij.arti.cxj. & j.ij.q.ij.ar.vj.iij.contra.ca.lxxxviij. fo.eodem.

Dominica septuagesima.
Quæstio.xxj

Quæritur vtrum denarius diurnus idest deus vel beata visio omnibus laborantibus in vinea domini sit eiusdẽ ponderis ac valoris.fo.eo.

Quæri etiam potest vtrum valor istius denarii futurus maior post iudicium.iiij.di.xlix.q.j.ar.iij.quæstiuncula.j.ccccxxxviij.

Et vtrum laborantes in vinea recipiant diuersum valorem illius denarii secundumdiuersitatem laboris exercitii vel secundum diuersitatem charitatis vel affectus quo laborant ibidem quæstiuncula vl.fo.eo

Dominica in Sexagesima.
Quæstio xxij.

Quæritur vtrum Christus quiꝫ dicẽdo parabolis & similitudinibus vtebatur,debuerit significare diuina per corpora vitia puta per semen & seminatorem & terras ad spinas vel per nobilia puta per solẽ lunam astra & superiores substantias.fo.ccccxxxviij.

Quæri etiam potest vtrum christus debuerit diuina verbornm obscuritate velare.Boc.iij.q.ij.ar.iiij.fo.eo.

Et vtrum conueniens fuerit christũ tantum frequentare parabolas. j. q.ar. ix.& primo prologo.fo.eo.

Dominica in quinquagesima.
Quæstio.xxiij.

Quæritur vtrum christus fuerit occisus à iudeis & gentilibus vel potius ipse seipsum occiderit ponendo animam suam.fo.ccccxxxviij.

Quæri etiam potest vtrum conueniens & necessarium fuerit christũ pati pro salute generishumani.iij.q.xlvj. ar.j.iij.di.x.ar.j.q.iij.ar.iiij. quæstio. j. fo.cccxxxix.

Et vtrum cõuenienter elegerit Hierosolymam passioni tertia q.xlvj.ar.x. fo.eodem.

Feria.iiij.capite ieiunij.
Appendix.

Potest quæri vtrum ieiunare sit de iure naturæ.ij.ij.q.cxlvij.ar.iij.iiij.di. xv.q.iij.ar.j.quęstiuncula.iiij.ar.iiij.& j.fo.eodem.

Et vtrum quis per ieiunium mereatur cõdigne vitã æternam.j.ij.q. cxiiij. ar.iij.&.ij.di.xxvij.fo.eo.

Feria v.quæritur sicut dominica.ij. post octa.Epiphaniæ.fo.eo.

Feria.vj.

Potest quæri vtrum sit deo gratius amicum quàm inimicum diligere.ij.ij. quæstio. xxvij.ar.vij.iij. di.xxx.ar.iij. fo.ccccxxxix.

Et vtrum oratio debeat esse vocalis ij.ij.q.lxxxiij.ar.xij.iiij.di.xv.q.iiij.ar. ij.q.j.fo.eod.

Sabbato.

Potest quæri vtrum corpus Christi

am

ambulando super aquas habuerit dotẽ agilitatis.iij.q.xlv.ar.ij.f.ccccxxxix.

Et vtrum ventus contrarius tribulationum & tentationum sit appetendus. ij.di.xxj.q.j.ar.iij.iij.q.xlj.ar.ij.ſecundum.fo.eod.

Dominica.j.in quadragesima.
Quæstio.xxiiij.

Quæritur vtrum quilibet christianus teneatur esse contentus, ꝙ ieiuniũ quadragesimale sit institutũ à deo vel ab ecclesia & alacrius suscipere tẽpus quadragesimale quàm tempus nuptiarum regis.fo.ccccxxxix.

Quæri etiam potest vtrum fuerit conueniens christũ tentari.iij.q.xij.ar. j.fo.cccxi.

Et vtrum diabolus tentans superatus ab homine de cætero præsumat illum tentare.j.q.cxiiij.ar.v.ij.di.vj.q.j. ar.v.fo.eo.

Feria.ij.
Appendix.

Quæri potest vtrum cum solo originali decedentes comparebunt in iudicio.iiij.di.xlvij.ar.iiij.fo.ccccxl.

Et vtrum filio magis conueniat iudicare quàm patri.iij.q.lix.ar.j.fo.eod.

Feria.iij.

Quæri potest vtrum christus fuerit propheta.iij.q.vij.ar.viij.q.xxxij.ar.ij. fo.eod.

Et vtrum deus specialiter inhabitet spirituale templum. i. animam iusti. j. q.xliij.ar.iij.fo.eo.

Feria.iiij.

Quæri potest vtrum quæcunq; prædicti deus semper eueniant.j.q.xix.ar. vj.j.di.xlvj.&.xlvij.fo.eo.

Vtrum peccata dimissa redeant per recidiuũ.iiij.di.xxij.q.j.ar.j.iij.q.lxxxviij.ar.j.fo.eo.

Feria.v.

Quæri potest vtrum discipuli Christi per gratiam eius liberentur à seruitute peccati.j.ij.q.clx.ar.vij.fo.eo.

Et vtrum peccatũ mortale semper priuet hominem diuina filiatione.iij.q. lxxxiij.fo.eo.

Feria.vj.

Quæri põt vtrũ angelus posit moueri.j.q.liij.ar.j.di.xxxvij.q.iiij.arti. j. fo.eodem.

Et vtrum motus angeli in assumpto corpore sit vita.j.q.iiij.ar.iij.ij.di. viij. ar.iij.fo.eod.

Sabbato. quæstio.xxv.

Quæri põt vtrũ corpus glorioſum videri posit ab oculo nõ glorioſo.iiij. di.xliiij.q.vj.fo.ccccxl.

Et vtrum lux transfigurationis christi esset à corpore vel ab anima. iij. q. xlv.ar.ij.fo.ccccxlj.

Dominica.ij.in quadragesima.

Quæritur vtrũ diabolus occidẽs hominem eam æqualiter semper affligat vel magis vno tempore quã alio. f.eo.

Quæri etiam põt vtrũ hominẽ peccãtem mortaliter demon inhabitet per effectum malitiæ secundum essentiam iiij.contra. c. xviij. & iij. quodlibet.q. art.iij.fol.cclxxxviij.

Et vtrum demones vexent filiã chananeæ. i. animam genitam ab ecclesia in purgatorio.iiij.di.xxj.q.j.ar.j. quæstiuncula.v.fo.eo.

Feria.ij. Appendix.

Quæri potest vtrum principium rerum sit vnum vel plura.j.q.lxv.ar.j.ij. di.q.j.di.ij.q.j.ar.j.potentia.q.iij.ar.vj. fo.eodem.

Et vtrum Iudæi tenerentur credere Christo visibilia miracula non facienti: quod lib.ij.q.vj.fo.eo.

Feria.iij.

Quæri potest vtrũ magister Theo. tractãs quæstiones curiosas peccet mortaliter. habetur quodli.ij.q.xvj.fo.eod.

Et vtrum magister in Theo. docens in mortali peccet mortaliter S. Tho. quodli.iij.ar.ix.fo.eo.

Feria.iiij.

Quæri potest quid sit sedere ad dexteram dei.iij.q.lvij.ar.v.iij.di.cxxij.q.iij.fo.eo.

Et vtrum christus à gentibus debuerit pati.iij.q.xviij.ar.iiij.fo.eo.

Feria.v. sicut dominica. j. post festũ trinita. fo.eo.

Feria.vj.

Quæri potest vtrum angeli sepiant homines per custodiam. j.q.cxiij.art.j. ij.di.xj.q.j.ar.j.fo.eo.

Et vtrum mali quos deus dicit male perituros semper male pereant. ij.ij. q.clxxj.ar.vj.fo eo.

Sabbato.

Quæri potest vtrum deus oculo misericordiæ videat peccatorem statim post contritionẽ antequã confiteatur. iiij.di.xviij.di.xviij.arti.x.di.xxij.q.ij. ar.j.q.iij.fo.eo.

Et vtrum peccator semper resurgata gratia æquali vel maiori. iij.q.lxxxviij.ar.iij.iij.di.xxxj.j.q.ar.iiij.fo. eod.

Dominica.iij. Quæst.xxvj

Quæritur vtrum sit vera consequẽtia vel conditionalis seu argumentum quo vtitur christus di. Si in digito Dei eicio demonia profecto venit in vos regnum dei. i. regnum Messiæ vel christi in lege promissi. fo.cccexlj.

Quæri etiã põt vtrũ in demonibus sit principatus & ordo. j.q.xcix. ar.j. ij. q.cix.ar.j.ij.di.vj.ar.iiij.iiij.di.xlvij. q. j.ar.q.iiij.fo.cccexlij.

Et vtrũ Beelzebub aut alius demon superior ligare & soluere ac expellere possit inferiorem. j. vbi. s. fo.eo.

Feria.ij. Appendix.

Quæri potest vtrum apertio celi sit causæ terrę nascentiũ. j.q.lxxxj.ar.ij.q. ciiij.ar.j.&.ij.& pot.v.ar.ix.fo.eo.

Et vtrũ solũ deus possit hominẽ liberare à lepra peccati. j.ij.q.cix.ar. vij. veri.q.xxviij.ar.ij.fo.eo.

Feria.iij

Quæri potest vtrum iudex teneatur iudicare secundum probata & allegata ij.ij.q.lxvij.ar.ij.fo.eo.

Et vtrum deus semper remittat omne peccatum. iij.q.lxvj.ar.vij.fo.eo.

Feria.iiij.

Quæri potest vtrum filius teneat in omnibus obedire parẽtibus. ij.ij.q.ciiij. ar.v.fo.eod.

Et vtrum consuetudo possit irritare mandatũ dei. j.ij.q.xcvij.ar.iij.f. eo.

Feria.v.

Quæri etiam potest vtrum demones cognouerunt christum esse deum iij.q.xxix.ar.j.fo.eo.

Et vtrum christus conuenienter miracula fecerit circa hominũ sanitates. iij.q.xliij.ar.iij.fo.eo.

Feria.vj.

Quæri põt vtrũ aqua dei. i. felicitas extinguat sitim naturalis desiderii. iij. contra.c.lxiij.j.q.xxvij.art.iiij.fo.eo.

Et vtrum Messias aduenerit Vide domini. x. post festum tri. fo.eo.

Sab

Sabbato.

Quæri potest vtrum christo viuente Iudæi tenerentur seruare legalia adulteram lapidando. j.ij.q.cix.ar. iij.& iiij.fo.eo.

Et vtrum existens in peccato possit alium corripere. ij.ij.q.xxxiij.ar.v.iiij. di.xix.q.ij.ar.ij.quæstiuncula.ij.fo.eo.

Dominica.iiij.

Quæstio.xxvij.

Quæri põt vtrum fuerit conueniens magis panes de quibus agitur in euangelio fuisse ordeaceos, an triticeos fo. cccexliij.

Quæri etiã potest vtrum repugnet perfectioni religionis habere in communi pecunias vnde possint emi panes vel necessaria pro religiosis de collegio vel aliis indigentibus sicut habebãt apostoli vt ex multis colligit. iij.q.xxj. ar.j.iij.di.xvij.ar.iij.q.j.fo.eo.

Feria.ij.

Appendix.

Quæritur de simonia ad libitum. ij. ij.q.c.& iiij.di.xxv.

Feria.iij

Quæri potest vtrũ Christus aliquid ab homine didicerit. Vide domi. j. post oct. epiphaniæ. fo.eo,

Et quid sit ratio & figura omnium festorum veteris testamenti. j. q. ij. cij. arti. iiij. x. fo.eo.

Feria.iiij.

Quæri potest vtrũ homo possit operari opera, bona in nocte. i. post mortẽ iij.q.viij.ar.j.iij.di.xv.ar.ij.fo.eo.

Et vtrum adorare Deum corde vel corpore sit res valde grata. iij. dist. i. ix. ar.iij.fo.eo.

Feria.v.

Quæri potest vtrum deus possit rẽ corruptam eandem numero reparare. iiij.di.xliiij.ar.j.fo.ccccxliij.

Et vtrum idem numero resurrexit iste adulescens & nos resurgamus. ibi. dem. fo.eod.

Feria.vj.

Quæri potest vtrũ passionum turbatio fuerit in christo. iij.di.xv.&.xlvj. ar.vj.fo.eo.

Et vtrum oĩs christi oratio sit exaudita. iij.di.xvij.iij.q.xxj.ar.iiij. fo. eod.

Sabbato.

Quæri potest vtrum pater mittat filium, inquantum est æqualis patri. id est deus. j.q.xliij.ar.j.j.di.xv.fo.eo.

Et vtrum homo naturaliter scire possit vnde sit christus. i. generationem eius. j.q.xxxij.ar.fo.eo.

Dominica de passione.

Quæstio.xxviij.

Quæritur vtrum christus melius dixerit antequã Abraam fieret ego sum: quã si dixisset fui vel fuerã. f. ccccxliij.

Quæri etiã potest vtrũ christus potuerit peccare. iij.q.xv.ar.j.in di.xij.q. ij.ar.j.& ij.fo.eod.

Et vtrum aliquis possit scire se audire verba dei siue esse à deo per gratiam j.ij.q.cxij.ar.vj.veri.q.x.ar.x.fo. eo.

Feria.ij.

Appendix.

Quæri põt vtrũ homo naturaliter ire possit vbi est Christus. i. ad visionẽ deitatis. j.q.xij.ar.iiij.q. lxxxiiij. ar. j.j. ij.q.v.ar.q.v.lxij.&. j.ij. & iij. iiij.dist. xlix. q.ij.ar.vj.fo.eo.

Et vtrum omnis faciens quod in se

est

est acquirat gratiã.ij.di.xxviij.ar.iiij. fo.eo.

Feria.iij.

Quæri potest vtrum exemplo Christi liceat Christianis declinare persecutione.ij.ij.q.clxxxv.articu. v.fo.eodem.

Et vtrum peccet qui timore ductus suam fidem non profitetur.ij.ij.c.iij.articu.ij.fo.eodem.

Feria.iiij.

* Quęri potest vtrum miracula Christi ostenderent cum esse deum ,domini ca.iij.in aduentu.fo.eo.

Et vtrum vna diuina persona sit in alia.j.q.xlij.articu.v.fo.eodem.

Feria. v.

Quæri potest vtrum amor sit causa remissionis peccatorum.j.ij.q.cix.arti. vij.fo.eodem.

Et vtrum Christus potuerit peccata dimittere inquantum homo sine sacramentis.iij.x.q.j.ar.j.iiij.di.v.q.j articu. j.fo.eodem.

Feria.vj.

Quæri potest: vtrũ fuerit expediens filium Dei mori.iij.dist.xx.q.j.arti.iij. iij.q.xlvj.arti.iij.fo.eo.

Et vtrum mali possint esse prophetæ.ij.ij.q.clxxij.ar.iiij.fo.eo.

Sabbato.

Quæri potest vtrũ Christus habeat potestatem super omnes homines.iij.q. viij.arti.j.ij.iij.distin.xiij.q.ij.arti.j. verita.q.xxix.arti.iiij.fo.eo.

Et vtrum vera felicitas sit solum in cognitiõe diuina.j.q.xij.ar.iiij.q.xxvj. ar.ij.&.iij.j.ij.q.iij.ar.iiij.&.viij.j.q.j. ar.j.ij.distin.iiij.ad primum.iiij.distin. xlix.q.j.ar.ij.quęstion.j.arti.v.quęstiũ. j.quod.l.vij.arti.j.fo.eo.

Domi.in Ramis Quæst.xxix.

Quæritur vtrum cõuenienter Christus in Hierusalem cum tanta gloria intrauerit moriturus.fo.ccccxliij.

Quæri etiam potest sicut quæsitum fuit dominica.j.in aduẽtu. f.ccccxliiij.

In die sancto paschæ.

Quæ.xxx.

Quæritur vtrum ille sanguis,quem Christus in resurrectione reassumpsit, & in passione fuderat fuerit à deitate separatus:& posito quod non: quæritur.ccccxliiij.

Quæstio xxxj.

Vtrum repugnet fidei aliquid de vero & naturali sanguine Christi reperiri in terra de facto,& posito quòd non quæritur.fo.cccclij.

Quæstio xxxij.

Vtrum istudmet repugnet doctrinę s.Tho.& posito ꝙ nõ:quęritur.fo.cccclv.

Quæstio xxxiij.

Vtrum sustineri possit quòd in terra sit de sanguine & aqua lateris Christi:& posito ꝙ sic:quęritur. fo.cccclvij.

Quæstio xxxiiij.

Qua adoratione talis sanguis sit adorand⁹ vtrũ.l.latria,aut nõ.fo.cccclv.

Feria ij.Quæstio.xxxv.

Quæritur vtrum Christus resurrectionem suam manifestauerit sufficientibus argumẽtis.fo.cccclviij.

Queri etiam potest vtrum Christus discipulis in effigie aliena debuerit apparere.tertia quæstione lxv.articulo quarto.fo.eod.

Et vtrum debuerit euanescere ab oculis eorum:vel cum eis continuè conuersari.ibidem.ar.iij.fo.eod.

Feria

Feria.iij.Quæstio.xxvj.

Quęritur vtrum discipuli sicut post resurrectionem:ita & in puncto resurrectionis debuerint Christum videre resurgentem.fo.cccclix.

Quæri etiam potest vtrum resurrectio Christi debuerit omnibus aut certè solum apostolis manifestári.iij.quæ. vl.ar.j.fo.eodem.

Et vtrum omnia naturali desyderio appetant pacem:quam quidam appeti tu deliberato odiunt.ij.ij.quęstio.xxix. ar.ij.iiij.dist.xiix.j.ar.ij.quæstiun.iiij. fo.eodem.

Dominica in octaua Paschæ

Quæstione.xxxviij.

Quæritur vtrum Thomas Christi cicatrices tetigerit,aut tantum viderit fo.eodem.

Quæri etiam potest vtrum duo corpora possint diuina virtute simul esse, & in eodem loco.iiij.distinct.xliiij.quę stio.ij.ar.ii.quæstiun.ij.&.iij.capreo.q. iij.conclusit.iij.sanctus.Tho.quodli.j. quæst,x.quodli.iij.articulo.ij.folio eodem.

Et vtrum ratio faciens rem videri minuat vel totaliter auferat meritum fidei.ij.ij.quæst.ij.art.x.iij.dist.xxiiij. q.j.arti.ij.quæstiun.iij.fo.eodem.

Dominic.prima post oct.Paschæ,

Quæstione.xxxviij.

Quæritur vtrum sit licitum pastori persecutionum tempore grege derelicto aufugere: secundùm illud saluatoris.Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem &c.fo.eodem.

Quæri etiam potest vtrum pastor noster Christus animam ideſt vitam suam dederit pretium pro quibus ideſt fidelibus suis.iij.quæst.xlvij.articu.ij. folio.cccclx.

Et vtrum Christus omes suas sic certitudinaliter cognoscat: vt sciat quot saluabuntur: & quæ:ita quòd saluari nequeant nec plures nec pauciores nec aliæ ab illis quas scit prima quæstio. xxij.arti.vj.distin.xl.articu.iij.veri.q. vj.arti.iiij.fo.cccclx.

Domini.ij.post octa.Paschæ,

Quæstio.xxxix.

Quæritur vtrum apostoli dolentes de morte domini in hoc ipso diuinæ voluntati conformarentur folio.cccclx.

Quæri etiam potest vtrum quilibet in morte parentum & amicorum flendo & plorando diuinæ,voluntati cõformeti.j.ij.q.xix,ar.x.j.dist.vlti. arti.iij.fo.eod.

Et vtrũ gaudium beatificum semel habitum de Christo viso possit à beato vel auferri vel perdi.j.q.ij.arg.iiij. fo.eodem.

Dominica.iij.post octa.paschæ

Quæstio xl.

Quæritur vtrum expediret apostolis corporalẽ Christi præsentiam perdere.fo.cccclx.

¶ Quæri etiam potest vtrũ plenitudo spiritussancti dari debuerit in veteri lege visibiliter.j.distinct.xvj.argu.ij. fol.cccclxj.

Et vtrum spiritussanctus accipiat de eo quod est filii quasi ab eo procedens.j.q.hxxvj.ar.ij.dist.xl.artic.j.fol. eodem.

Dominica.iiij.post octa.Paschæ.

Quæstio.xli.

Quæritur vtrum Christus in paria annuntiat nobis de patre palam.folio.cccclxj.

Quæ

Universidad de Deusto

Quæri etiam potest vtrum omnis petens in nomine Christi exaudiatur. ij.ij.q.lxxxiij.arti.vij.ij.& arti.xvj.& iiij.di.xv.q.iiij.arti.vij.quæstiun.iiij.folio.ccccclxij.

Et vtrum gaudium spirituale quod veritatis contemplationem sequit possit vnquam terminari citra clarum visionem entis infiniti.j.ij.q.iiij.artic.iij. fo.eodem.

In die ascensionis.

Quæstio.xliij.

Quæritur vtrum congruum fuerit Christum ascendere.Et posito quod sic quæritur.fo.ccccclxij.

Vtrum ascenderit super omnes celos visibiles tantùm:aut visibiles:intelligibiles tantùm,aut visibiles: intelligibiles:&credibiles.Et posito quod super omnes etiam credibiles quæritur.folio.ccccclxiiij.

Vtrum sic ascenderit supra vltimum omniũ,vt sic infra vltimi.i.empyrei superficiẽ connexã:vel extra secundum veritatem.Et posito quòd sit infra quęritur.fo.eodem.

Vtrum.s.Tho.sic senserit.fo.eodem.

Quæri potest etiam vtrum ascensio conuenerit Christo secundum naturã diuinam vel humanam.iij.q.lvij.artic. ij.fo.eodem.

Et vtrum ascenderit super omnem creaturam spiritualem.Ibidem arti.iij. dist.xxij.q.iij.arti.iij.q.j.fo.eo.

Dominica infra octauas ascensionis. Quæstio.xliij.

Quęritur vtrum spiritussanctus sufficiẽter perhibuerit testimonium Christo.fo.ccccclxiiij.

Potest etiam quæri vtrum aliqua diuina persona etiam nunc mittatur inuisibiliter.j.q.xlij.artl.vj.j.distin.xv.q. v.articu.j.fo.eo.

Et vtrum conscientia erronea obliget vel excuset.j.ij.q.xix.articu. v.viij. quodli.articu.xvij.

In die sancto pentecostes,& duobus sequentibus.Quæstio.xliiij.

Quæritur vtrum spiritussanctus deberit visibiliter mitti.fo.ccccxliiij.

Potest etiam quæri vtrum missio visibilis fieri debuerit ad patres veteris testamenti.fo.ceccclxv.

Et vtrũ species quibus sit visibilis missio fiant ministerio angelorum.fo.eod.

Et vtrum missio inuisibilis filij &spiritussancti distinguantur.fo.eod.

Et vtrum missio inuisibilis plenior fuerit post incarnationem,quàm ante. fo.eodem.

Et vtrum fiat secundum omne augmẽtũ gratię,De his omnibus.j.q.xlij. &.j.di.xv.fo.eodem.

In festo sanctæ trinitatis.

Quæstio.xlv.

Quæritur vtrum spiritussanctus vel deus sit nunc liber libertate contradictionis ad prædestinandum me,& non prædestinandum,ita quòd possit me etiam nunc prædestinare & non prædestinare.fo.ccccclxv.

Dominica.j. post festum sanctæ trinitatis.Quæstio.xlvij.

Quæritur vtrũ damnati gaudeant de pœnis inimicorum suorum,sicut iste videtur doluisse de pœna parentũ. folio.ccccclxvij.

Potest etiam quæri vtrum damnati vellent omnes alios etiam suos parentes esse damnatos,quodli.viij. articulo. vij.distin.l.q.ij.articulo.l.quęstiun.iiij. fo.

folio eodem.

Et vtrum anima separata possit igne corporeo cruciari. iiij. dist.xliij.q. iij.arti.iij.quæstiun.iij.q.x.quęstiun.ij. q.vij.articu.j.quodli.iij.q.x.articu.j. de anima quæstio.xxj.fo.eo.

Dominica.ij.

Quæstio.xlvij.

Quæritur an homines peccatores maximè infideles sint ad bona compellendi:ex eo quod hic dicitur.Compelle intrare.fo.ccccclxviij.

Potest etiam quæri vtrum ista quæ sunt parata in cena patrissamilias.i. in beatitudine sunt bona corporalia.j.ij. q.iiij.arti.vij.fo.eodem.

Et vtrum volũtati possit inferri violentia.j.ij.q.vj.arti.iiij.iiij.di.xxix. arti.j.verita.quæstio.xxij.artic.v.&.viij. q.xxiiij.arti.iiij.fo.eodem.

Dominica.iij.

Quæstio.xlviij.

Quæritur vtrum, angeli plus gaudeant super vno pec.pœni.agente quã super.xcix.iustis.fo.eodem.

Potest etiam quæri vtrum Christus gauisus sit,quando ouem perditam super humeros imposuit portans crucem iij.xlvj.ar.viij.fo.ccccclxix.

Et vtrum super inuentione oui perditæ sit congaudendum & congratulãdum oui vel pastori. idest vtrum magis gaudeat de bono eius ipsa ouis vel pastor.quarta distinctione.quadragesimanona quæstione quarta.artic.v. q. iiij.fo.eodem.

Dominica.iiij.

Quæstio.xlix.

Quæritur vtrum esse proximo misericordem sit esse summè & maximè virtuosum.fo.ccccclxix.

Potest etiam quæri vtrum in deo sit misericordia.prima quæstione vigesima articu.iij.quarta distinctione.xlvj. q.ij,arti.j.q.j.fo.eodem.

Et vtrum præmium quod nobis redetur,sit commensuratum merito.j.ij. q.ciiij.arti.iij.fo.eodem.

Dominica.v.

Quæstio.l.

Quæritur quid melius & deo gratius sit:vel impendere curam particulariter saluti huius vel illius,aut laxando retia prædicatiõis docere sacrã scripturam:seu per studium se disponere quæritur quid sit melius docere verbo vel scripto.fo.ccccclxix.

Potest etiam quæri vtrum docere sit actus vitæ actiuæ vel contemplatiue ij.ij.q.clxxxj.ar.iij.veritate.q.ij. artic. iiij.fo.ccccclxx.

Et vtrum doctor vel prædicator habeat à Deo præmium speciale in patria.i.aureolam:quando per inanẽ gloriam prædicat:non laxans retia in capturam sed suspendens in vẽtum.quarta distinctione. quadragesimaoctaua quæstione quinta.articulo tertio quæstione tertio.v.quodli.quæstione.xij arti.j.fo.eodem.

Dominica.vj.

Quæstio.lj.

Quæritur vtrum reconciliatio fratris semper sit facienda ante oblationẽ sacrificij.fo.ccccclxx.

Potest etiam quæri:An irasci fratri semper sit peccatum.secundã secundæ quæstione centesima quingentesima. articulo secundo & tertio.Mal.quæstione duodecima.articulo secundo&j tertio.fo.eodem.

Et vtrum conuenienter gradus ire à domino assiguentur:ibidem. artic.vij. fo.

folio eodem.

Dominica septima.

Quæstio lij.

Quæritur quot modis poterat dominus turbam panibus fatiare in deserto.fol.eod.

Quæri etiam potest, sicut quæsitum est domini.iiij.in quadra.fol.eod.

Dominica octaua.

Quæstio.liij.

Quæritur vtrum arbor bona.i.voluntas bona possit facere malum fructum.i.malam actionem. fol.cccclxxj.

Quæri etiam potest vtrum fructus malus arboris malæ habeat rationem peccati,& consequenter sit ei ex causa excisionis & combustionis. j.ij. q.xxj. art.j.fol.cccclxxij.

Et vtrum vnus & idem fructus possit esse vtriusq; arboris.i.bonus & malus.j.ij.q.xx.art.vj.fol.cccix.

Dominica nona.

Quæstio.liiij.

Quæritur vtrum liceat hunc villicum imitari faciendo eleemosynam de illicitè acquisitis.fol.cccclxxij.

Potest etiam quæri vtrum clericus habens à domino.i.Christo villicationem,peccet mortaliter,non dando pauperibus superflua iuxta inteniionem domini sui.vj.quodlib.art.xij. fol.eod.

Et vtrum sequês opera pietatis possit damnari. Vel certè necessariæ recipiatur in æterna tabernacula.iiij.dist. xv.q.ij.art.ij.fol.eod.

Dominica decima.

Quæstio.lv.

Quæritur vtrum cognosci possit ex scripturis tempus visitationis Hierusalem quod illa non cognouit. fol.cccclxxij.

Dominica vndecima.

Quæstio.lvj.

Quæritur vtrũ in iustificatione impii requirat magna Dei propitiatio: quasi ipsa iustificatio sit maximũ quid. fol.cccclxxvij.

Potest etiam quæri vtrum in iustificatione impii requiratur motus fidei Deum inuocantis aut proficientis.j.ij. q.cxiij.arti.iiij.iiij.dist.xvij.arti.j.q.iij. quæstiuncu.iij.verita.q.xxviij. art.iiij. fol.cccclxxviij.

Et vtrum requiratur motus liberi arbitrii contra peccatum. j.ij. q.cxiij. art.v.iiij.dist.xvij.q.j.artic.iij.quæstio. iiij.contra ca.clviij. veri.q.xxv.art.v. folio eodem.

Dominica duodecima.

Quæstio.lvij.

Quæritur vtrum illi homines publicando miraculum contra prohibitionem Christi peccauerint.fol.eod.

Potest etiam quæri vtrum Christus conuenienter fecerit miracula in corporum sanationis. iij.q. xliij. per totum.fol.eodem.

Et vtrum Christo conueniat ingemiscere & deprecari.iij.q.xxj.per totum.fol.eodem.

Dominica decimatertia.

Quæstio.lviij.

Quæritur vtrum in hac vita possumus habere amicitiam cum Deo immediatè: ita quòd ipse & non aliqua creatura sit obiectum nostri amoris. fol.cccc.xxviij.

Potest etiam quæri vtrum dilectio, qua Deum diligimus, habeat modum.

ij.ij.q.xxiij.art.vj.iij.dist.xxvij.q.j.artic.iij.fol.eodem.

Et vtrum in dilectione Dei possit haberi respectus ad aliquam mercedẽ: dist.xxix.art.iiij.fol.cccclxxix.

Dominica decimaquarta.

Quæstio.lix.

Quæritur vtrũ ingratitudo ad Deũ sanantem nos corporaliter aut spiritualiter vel ad alios benefactores sit peccatum mortale.fol.cccclxxix.

Potest etiam quæri vtrum Christus leprosis ingratis debuerit subtrahere concessum beneficium sanitatis.ij.ij.q. cvj.art.iiij.fol.eod.

Et vtrum operatio miraculosa sit attribuenda fidei potest.q.vj.artic.iiij. fol.eod.

Dominica Decimaquinta.

Quæstio.lx.

Quæritur vtrum vnus homo possit duobus dominis seruire. fol.cccclxxix.

Potest etiam quęri vtrum quis possit Deũ odio habere.j.q.lx.art.v.quintum.ij.ij.q.xiij.arti.iiij.q.xxxiiij.arti.j. iiij.di.l.q.ij.art.j.q.v.fol.eod.

Et vtrum diuina prouidentia & voluntas excludat causas medias: & non debeamus quærere cibum expectantes diuinam prouisionem.j.q xxij.arti.iij. q.ciij. art.vj.iij. contra.c.lxxvj. &.lxxvij.fol.eodem.

Dominica Decimasexta.

Quæstio.lxj.

Quæritur vtrum suscitatio huius adulescentis euidenter ostẽderit Christum esse Deum.fol.cccclxxx.

Potest etiam quæri vtrum suscitare mortuum sit maximum miraculum Dei.Vide supra dominica.xj.post tri. fol.eodem.

Et vtrum Deus sicut resuscitat mortuos, ita possit facere rem conuersam in nihil iterum eandem.numero.iij di. lx.iiij.q.j.artic.j.q.j.&.ij. iiij. contra.c. lxxx,quodli.x.q.vj.fol.eod.

Dominica decimaseptima.

Quæstio.lxij.

Quæritur vtrum appetere prælationem & primos accubitus in ecclesia sit peccatum.fol.eod.

Potest etiam quæri vtrum ambitio semper sit peccatum.ij.ij.q.cxxxj.art.j. fol.cccclxxx.

Et vtrum inanis gloria semper sit peccatum.ij.ij.q.cxxxij.artic.iij.Ma.q. ix.art.ij.fol.cccclxxxj.

Dominica decimaoctaua.

Quæstio.lxiij.

Quæritur vtrum Christus se Deum probauerit sufficienter per illam autoritatẽ, Dixit dominus domino meo, sede &c.fol.cccclxxxj.

Potest etiam quæri vtrum de charitate fuerint danda duo præcepta.ij.ij. q.xliij.art.iij.contra.c.cxvj.& ca.xvij. fol.eodem.

Et vtrum homo ex charitate debeat plus diligere proximũ, quàm seipsum. ij.ij.q.xx vj.art.iiij.&.v.iij.di. xxix.art. v.fol.cccclxxxij.

Dominica decimanona.

Quæstio.lxiiij.

Quæritur vtrum sit ita facilè dicere remittuntur tibi peccata tua: sicut dicere:surge & ambula. fol.cccclxxxij.

Potest etiam quæri vtrum Christus inquantum homo habuerit potestatem

remittendi peccata.iij.q.xliiij.artic.j.& ij.iiij.dist.v.q.j.art.v.fol,eod.

Et vtrum ab ipso fuerit ministris ecclesiæ collata virtus remittendi peccata.iij.q.lxiiij.art.iiij.iiij.dist.v.q.j.ar. ij.& art.iij.q.j.&.ij.fol.eodem.

Dominica vigesima.
Quæstio.lxv.

Quæritur vtrum charitas sit vestis. i.virtus dignissima,vt consequenter sit nuptialis.fol.ccccIxxxij.

Potest etiam quæri vtrum post mor rem existentes in inferno habeant manus ligatas ac pedes,vt non possint facere,nec velle bonum. j.quæst. lxiiij. artic.ij. ij.distinct.vij. quæst.j.artic.ij. iiij.distinct.xiiij.quæst.j. art.iij.quæst. iiij.distinct.l.q.ij.art.j.q.j.ver.q.xxiiij. art.x.&.xj.fol.ccccIxxxiij.

Et vtrum ibi sint tenebræ.iiij.dist.l. art.iij.q.iiij.fol.eodem.

Dominica vigesimaprima.
Quæstio.lxvj.

Quæritur vtrum iste regulus iustè & meritò sit reprehensus à Christo.folio.ccccIxxxiij.

Potest etiam quæri vtrum modo homines teneãtur credere miracula Christi quæ non vident.ij.ij.q.ij.art.vij.&.j. contra.c.vj.fol.eod.

Et vtrum leuiter credant fideles miracula non videntes. contrà.j. vbi suprà.fol.eod.

Dominica vigesimasecunda.
Quæstio lxvij.

Quæritur vtrum seruus consecutus à domino misericordiam peccauerit repetendo debitum à conseruo. folio ccccIxxxiij.

Potest etiam quæri vtrum per ingratitudinem redeant iam dimissa peccata.iij. quæst.lxxxviij. artic.j. iiij. distinctione.xxij.quæst.j,articulo.j. &.ij fol.ccccIxxxiiij.

Et vtrum aliquis habeat vnde satisfaciat Deo pro debito,quod peccando contraxit.iiij.distinctione.xv. quæstiunc.j.artic.ij. iij.quæst.j. artic.ij. secundum.eo.

Dominica vigesimatertia.
Quæstio.lxviij.

Quæritur vtrum serui regis cœlestis.id est,Christiani teneantur cæsari, id est, principi terreno tributa præstare.fol.ccccIxxxiij.

Potest quæri etiam vtrum vita bona possit ac debeat dici veritas.j.q.xvj. art.iiij.tertium.iiij.dist.xlv.q.j. art.j.q. iij.fol.eodem.

Et vtrum omnes teneantur Deo sacrificium offerre.ij.ij.q.lxxxvj.art.iiij. fol.eodem.

Dominica vigesimaquarta.
Quæstio.lxix.

Quæritur vtrum in suscitatione spiritualis puellæ, id est, animæ expulsio turbæ,id est,culpę,seu multitudinis secularium curatũ præcedat tactum manus Christi: id est gratiæ infusionem. fol.ccccIxxxiiij.

Potest etiam quæri vtrum sine tactu manus Christi.i.sine infusione gratiæ Dei resurgere possit per peccatum spiritualiter mortua puella.j.ij. q.cxiij. art.ij.fol.eod.

Et vtrum alienis precibus mortuus in peccato diuinam gratiam consequatur. ibidem. quæst. cxiiij. artic.vj. folio.eodem.

Dom

Dominica vigesimaquinta.
Quæstio.lxx.

Quæritur sicut in dominica.iiij.in quadragesima.fol.ccccIxxxv.

Finis Quæstionum in Euangelia totius anni. Quæ sequuntur parerga sunt.

Casus.j.

VTRVM BONA OPERA: & præcipuè oratio peccatoris existentis in fide & extra charitatem aliquid valeant ad vitam æternam.fol.ccccIxxxv.

Casus.ij.

Quid si grauius:aut negligenter audire verbum Dei aut negligenter permittere corpus Christi cadere in terram.fol.ccccIxxxvj.

Casus.iij.

Vtrum habens ad restituendum incerta liberetur si pauperibus petentibus eleemosynam largiatur sine licentia episcopi.fol.eod.

Casus.iiij.

✳ Vtrum mortaliter peccent mulieres,quæ in suis capitibus pro crinibus imponunt alienos capillos. folio.ccccIxxxvij.

Casus.v.

Vtrum recidiuãs teneatur confiteri peccata: quæ alias est confessus. folio ccccIxxxvij.

Casus.vj.

Vtrum existens in mortali possit explere satisfactionem sibi iniunctam pro peccatis de quibus fuerat antè contritus.fol.ccccIxxxviij.

Casus.vij.

Vtrum quilibet Christianus teneatur ieiunare totam quadragesimam. fol.ccccIxxxix.

Casus.viij.

Vtrum accedens ad sacramentum confessionis sine dolore peccet mortaliter.fol.ccccxc.

Casus.ix.

Vtrum religiosus tenetur ad officium attentè dicendum.fol.ccccxcj.

Casus.x.

Vtrum per indulgentiam remitti possit pœna iniuncta vel iniungenda pro peccatis.fol.ccccxcij.

Casus.xj.

Vtrum liceat adorare imagines. folio.ccccxciij.

Casus.xij.

Vtrum aliquid aliud ab imagine dei sit adorandum latria.fol.eod.

Casus.xiij.

✳ Vtrum ornatus mulierum secundum morem patriæ sit meritum, aut peccatum veniale, aut mortale. folio ccccxciiij.

Casus.xiiij.

Vtrum possint remitti venialia stãte complacentia ad illa. fol.ccccxciij.

Casus.xv.

Vtrum liceat alicui rem suam vendere,quantum potest.fol.ccccxcv.

Casus.xvj.

✳ Vtrum liceat cariùs vendere propter dilationem temporis. fol.ccccxvj.

Casus.xvij.

Vtrum venditori teneatur dicere defectum rei venditæ.fo.cccc.

Casus.xviij.

Vtrũ emens raptũ vel furatũ tenea tur restituere.fo.ccccxvii.

Casus.xix.

Vtrũ liceat emere ab vsurariis ma nifestis pignora perdita.f.ccccxcviij.

Casus.xx.

Vtrum emens blada & alios fru ctus tẽpore eorũ,vt postea carius ven dat, peccet.ccccxcviij.

Casus.xxj.

Vtrum liceat mercari fo.eo.

Casus.xxij.

Quæritur supposito ꝙ vsura sit pec catũ,quare sit peccatũ,fo.ccccxcj.

Casus.xxiij.

Vtrum vsurarius teneatur restitue re quicquid acquirit ex lucro vsura rio fo.ccccxcix.

Casus.xxiiij.

Vtrũ tabellio sciẽter cõficiens instru mentũ vsurarii cõtractus peccet mor taliter.fo.ccccc.

Casus.xxv.

Vtrum committat vsuram creditor qui aduenientе termino solutionis nõ vult prorogare terminum nisi data pe cunia.xxv.fo.eo.

Casus.xxvj.

Vtrum sit vsura in hoc contractu Petrus defurno mutuat Henrico de Puteo.cc.aureos quib⁹ emere volebat merces aut possessiones hoc pacto, ꝙ Henricus reddat ei capitale, & lucrũ, ꝙ vere similiter erat facturus folio eodem.

Casus.xxvij.

Vtrum sit vsura debitore existente in mora recipere interesse.fo.ccccj.

Casus.xxviij.

De institia huius cõtractus Petrus de furno mutuat Henrico de Puteo au reos.c.accipiens in pignus domũ va lentem,c.&.x.paciscendo ꝙ si intra an num non soluat Henricus,cedat debi tum in cõmissum,& illa pignoratio vẽ ditio fiat fo.ccccj.

Casus.xxix.

Vtrum sine vsura possit gener pro dote in posterum numeranda recipere ad.vj.pro .c.fo.ccccij.

Casus.xxx.

Vtrum vsura sit vti pignore obli gato.fo.cccij,

Casus.xxxj.

Vtrum emens prædium cum pacto retrouendendi illud,si summa exhibi ta intra certum tempus restituatur, possit instanti tali tempore percipere fructus ex tali re empta.fo.cccccij.

Casus.xxxij.

Vtrum primo modo prout dicitur in præcedenti quæstione licitè fiat. fo.cccccij.

Casus.xxxiij.

Vtrum licitè fiat secundo modo fol.cccccciij.

Casus.xxxiiij.

Vtrum licitè fiat tertio modo.xxxv. folio cccccv.

Casus.xxxv.

Vtrũ licitè fiat quarto modo. v.fo.

cccccv.

Casus.xxxvj.

Vtrum licitè fiat quinto modo folio eodem.

Casus.xxxvij.

Vtrum liceat rem suam apud aliũ detentam furtum surripere.xxxvij.fo, ccccccvj.

Casus.xxxviij.

Vtrum quis possit mortaliter pecca re sumendo furtiuè rẽ paruam.folio eodem.

Casus.xxxix.

Vtrum sit furtum non restituere in uenta.f.cccccvij.

Casus.xl.

Vtrum liceat dare pecuniam mer catori vel artifici,vt lucrum inde fa ctum sit commune.fo.eo.

Casus.xlj.

Vtrum ludus aleæ sit mortale.fol. eodem.

Casus.xlij.

Vtrum liceat vendere ea quibus in aliquibus casibus non licet vti.folio cccccviij.

Casus.xliij.

Vtrum qui per ludum lucratur te neatur restituere,vbi nõ viuitur legi bus imperialibus.fo.eo.

Casus.xliiij.

Vtrũ teneatur restituere qui aduer sum legem non abrogatam lucra tur per ludum fol.cccccix.

Casus.xlv.

Vtrũ liceat rustico dare pecora æsti mata hac lege, ꝙ prius totũ capitale recipiatur,deinde residuum diuidatur. fol.eod.

Casus.xlvj.

Vtrum liceat locare boues pro cẽsu putà,stalis grani.fo.eo.

Casus.xlvij.

Vtrum aliquis teneatur statim re stituere scilicet alienum fo.ccccx.

Casus.xlviij.

Vtrum restitutio semper sit faciẽda ei à quo ablatum est.fo.eod.

Casus.xlix.

Vtrum sit sufficiens ista restitutio. Petrus de furno debet Henrico de Pu teo centum aureos, quos extorsit per vsuras:& ponit se in manibus ei⁹ offe rens se paratũ omnia restituere,rogãs tamẽ vt faciat cum eo misericordiam: recipiens vnã partẽ alia remissa folio eodem.

Casus.l.

Vtrum aliqui teneantur aliquid re stituere,ꝙ nõ acceperunt fo.eo.

Casus.lj.

Vtrum sit melius ieiunare annũtia tionem in sabbato,quã sexta feria vel die occurrentis vigiliæ fo.ccccexij.

Casus.lij.

Vtrum beata virgo sit post mortẽ assumpta statim in corpore & in ani ma.fol.ccccexiij.

Casus.liij.

Vtrum beata virgo in vita confite retur:& cui fo.eo.

Casus.liiij.

† Vtrum possit rationabiliter sciri cuius figuræ & coloris fuerit beata vir go fo.ccccxiiij.

Casus.lv.

Vtrũ deus simpliciter magis amet

virginem,quã luciferũ,vel ècouerso.f. eodem.

Casus. lvj.

Vtrum habens odium possit licentiari,vt communicet.fo.cccccxv.

Casus.lvij.

Vtrũ secũdũ mẽté.I.Tho.& doctrinam eius teneatur quis facere eleemosynam in extrema necessitate de necessariis ad decentiam vitæ fo.eo.

Casus.lviij.

Vtrum sit simonia necne in seqũẽti bus contractibus.Petrus enim de furno volens animæ suæ nunc & in poste rum prouidere conuocat capitulũ cõuentus& monasterii N.dicens se velle in ecclesia eius erigere altare,& ei assignare libras.l,annui & perẽnis redditus,hac lege vt dictos conuentus tenea tur singulo die in eo missam celebrare & singulo anno in anniuersarium face re pro se,& suis defunctis requirẽs an hac lege velit dictũ capitulum dictũ reddituũ acceptare,quo recusante tandem cõcordant in libris. lv. Henricus verò de Puteo motus eo fine quo Petrus accersito rabellione ac testibus donat alteri erigendo ius exigendi à se & suis hæredibus : libras . lv. annui & perpetui redditus:hac lege, vt si dictum capitulum hunc redditũ percipere voluerit:teneatur celebrare missam & facere anniuersariũ vt suprà.Deinde requirit dictũ capitulum an velit dictum redditũ cũ hoc onere susciperе.Et respondet q̃ sic:& ad hoc se pacto vel promissione vel instrumento obligat.fo.cccccxx.

Casus.lix.

Vtrum ista spina quam Vincentini tanquã Christi sanguine cruentatam venerantur:& ampliori reuerẽtia quã beata virgo prosequenda sit fol.eo.

Casus.lx.

† Vtrum aliquid valeat si sacerdos dicat in absolutione:quicquid boni viri feceris sit tibi in remissionem peccatorum.fo.cccccxxiiij.

Casus.lxj.

Vtrum vnus cõfessor possit mutare pœnitentiã iniunctã ab alio.lxj.fo.eo.

Casus,lxij.

Vtrum aliquis in extremis possit facere verã pœnitentiam.fo.eo.

Casus,lxiij.

† Vtrnm circunstantia tẽporis sacri peccatum aggrau et in infinitum, & consequenter sit necessariò confitenda fol.ccccxxv.

Casus,lxiiij.

Vtrũ is qui in religionẽ intrat animo & intentione perseuerãdi in ea vsque ad mortem,si pœniteat,possit redire ad seculũ,& contrahere matrimonium.fol.ccccxxvij.

Casus.lxvj.

Vtrum iste contractus liceat siue sit locatio siue pignoratio .Petrus habẽs iocale valoris aureorum trecentorum & indigens pecunia accipit à Titio aureos trecentos.& Titius à Petro dictum iocale : hoc pacto vt quoties ille restituerit iocale:iste restituat pecunias fol. ccccexxx.

Finis Indicis Quæstionis seu Casuum.

INDEX RERVM ET

Vocum maximè insignium in totum hocce corpus Rosæ Aureæ.

A.

ABAGARVS REX in ædissa,vrbe Mesopotamiæ fol.cclviij.I.
Abagari epistola,ad christum ibid.
Et ad eum dominica responsio.ibid.L.
Abba, quæ vox,quidque significet folio cclxxxvj.P
Abraham primus præceptum circuncisionis à domino accepit . fo.lxxviij.O.
Abraham non fuit decimis affectus folio fol.lxxx .M.
Abraham Deum adorauit per similitudines corporũ.fol.cccxxxvj.E.
Abrahæ sinus fol.cccij.I.
Abrahæ opera: fides,obedientia,mansuetudo.fo.clv.L.
His opponuntur infidelitas,impietas, & crudelitas ibid.
Abrahæ opera omnia non sunt amplectenda ibid.
Abrahæ virtutes.fol.clvj.A.
Adam ver.significatio,vis,& ratio.fo.cclxxxiiij.C.
Adam habitauit in Hierusalem tandem: sepultus in Etnon fo,cclxxxiiij.H.
Adam cognouit mysterium Christi folio. clxiij.P.
Accipere, pro, audire, metaphoricè.fol. clv
Accumbere,& recumbere.vnde profecta verba fol.cij.E.
Agẽs omne simile agit.f cccixiij.D.
Agens creatum,nõ potest in totũ conuertere fol. cccxlvij. K.
Agentia subordinata tria sunt fo.cij.L.
Actio duplex est in inferioribus corporibus.fo.cccviij.R.
Actus rei alicuius quandoque cõceditur. non tamen rei conditio fol.cclviij. B.
Actus virtutum & donorũ, qui maximè sint.fo.cccccclij.Q.
Actus appetitus, non elicit nisi præuia. cognitione fol.cccj.M.
Actus omnis voluntarius.folio.lxxxviij. R.
Adoratio,variè sumitur fo.ciiij.D.
Admiratio ,duplex est fol.lxxv.D.
Adiurandi modus duplex.fol.cclxxxj.A.
Iudæis iuri fuit scindere vestimẽta,significando dolore.fol.cclxxxj. H.
Aduentus domini in Iudæam,duplex est fol.ccccx .F.
Item duo in animam, Anagogicè .ibi. G.
Aduocatus, verb.num perinde cõueniat filio,atque spiritui sancto.fo.ccxxix.C.
Adultera mulier,cur potius lapidetur, quã vir adulter.fo.ccxiiij.A.
Adulteri cur non lapidantur lege noua fol.ccxiij .Q.
Adulterii pœna, quæ fuerit antiquitus fo.xxxiij.K.
Adulatores vitandi.fol.ccccxvj.H.
Aer, decuplo maior est aqua folio.xxv. H.
Alabastrum,quid fo.cclxxiij.H.
Alabastrum vnguenti nardi pistici prætiosi,hodie adest adseruatum Marsiliæ in æde S.Victoris.fol. cccvj.B.

Allegoria: quid fo. ix. B.
Et vnde dicatur. ibi. C.
Allegoria, variè accipitur ibi. D.
Allegoria in quot ſpecies diuidatur. folio. xj. O.
Allegoria, vnde dicatur. fo. xj. Q.
Aliquid dicitur eſſe alicuius, vt ſubiectũ, & aliquid, vt cauſæ. fo. ccxxj. D.
Aliquid quãtò magis appropinquat principio in aliquo genere tantò magis participat effectu eius fo. xxxiij. H.
Altiora te ne quæſieris. fol. cccxviij. G.
Altiora citiũs aſcendant: & tardius occũbunt. fo. cclxxxix. I.
Amare, quid fo. cclxv. H.
Ambitio, habet domeſticum periculum fol. cxlij. H.
Amen. verb. quid ſonet. fo. cvj. K.
Amẽ, vox, an ſit iuramẽtum fo. cccxvj. C.
Amen, quid ſignificet. fo. xxvij. I.
Amen loquendi modus verbũ hæbraicum. fo. cliiij. O.
Amici veri probantur rebus aduerſis. folio. lviij. N.
Amicorum proprium eſt, mutuis colloquiis delectari. fo. ccxxxix. E.
Amicorum proprium eſt idem velle idem nolle. fo. cccxxvij. O.
Amicitia vera & ſolida ſolum eſt bonorũ fo. ccclxxvij. Q.
Amicitia quæ perfectior ſit. fol. ccclxxviij. H.
Amor Dei nunquàm eſt otioſus fol. cccxxviij. I.
Dei ſerui, tria potiſsimum in hac vita deſiderant fo. cccxxviij. K.
Amor dei erga hominem, in tribus maximè perſpicitur. fo. ccclix. F.
Amor dei eſt in multiplici differentia ſicut naturalis actor. fo. cxxx. M.
Amor nullus laborantibus grauis eſt. folio. ccxlviij. P.
Amor verus. fo. cccxxviij
Amoris diuini tria ſigna. folio. cccxxviij. Q.
Amigdali natura ſterilitate accedente. folio. ccclxxiij. M.
Analogia, quid fo. ix. O.
Andræas, primus Chriſti diſcipulus. fol. cclxv. B.
Angaria, quid. fo. cclxxxiiij. E.
Angelus græcè, latinè nuntius dicitur. fo. xxxj. C.
Angelus Ioſeph apparuit bis. folio. lxxxiij. A.
Angelus cuiq; deputatur diuinitus à nati uitate. fo. ccccccxlix. N.
Angelus caret quantitate corporea. folio clviij. I.
Angelus qui mouetur. fo. cvii. K.
Et quotupliciter ibid.
Angelus apparuit Ioſeph, tribus potiſsimum de cauſis. fol. liij. N.
Angelus quando & vbi monuerit Ioſeph. fo. lxxviij. D.
Angelus an naturali ſua virtute poſsit ſe exhibere viſibilem homini. folio. ccccxxvj. B.
Angelus abſolutus eſt ab omni loco. ibidem. O.
Angelus. idẽ quod nuntius fo. lxvij. P.
Angelus bonus, ac perinde malus, quomodo apparuere. fo. xxxij. M.
Angeli ſunt fratres Chriſti. fo. clij.
Angeli an iudicandi à Deo. folio. cxliiij. N.
Angeli variè apparuerunt in veteri teſtamento. fo. lviij. L.
Angeli ad Deum acceſſerunt, ſtiſſo Tentatore. fo. cxlij. E.
Et quibus quótue idipſum de cauſis. ibidem.
Angeli proprium. fo. lxix. A.
Angeli nunquàm apparuere cum iure ante aduentum Dominicum. fol. lvij. O.
Angeli ſcita & decreta Dei ignorant folio

lio. xxvj. D.
Angeli quatuor adſtiterunt quater Chriſto, & ei ſeruierunt. fo. cxliij. L.
Angeli ſeruiunt nobis propter Deum & deferunt nobis reuelatione folio. clxxxvj. N.
Angelis an maius gaudium ex vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ex nonaginta nouem iuſtis folio. cccclxviij. K.
Anima fidelis auerſari debet aulas regum mollium hominum palatia, & veſtium cultum. fo. xxxj. K.
Anima ſeparata quomodo moueatur. fol. clviij. Q.
Anima quando ſeparata localiter mouea tur fo. ccxciij. O.
Anima peccatrix, comparatur febricitanti. fo. ccij. O.
Anima humana duobus perficitur. folio cccxxxiij. H.
Anima humana, media eſt inter ſpiritualia & corporalia. ibid.
Anima quî poſsit pati ab igne corporeo. fol. cccij. C.
Anima conſulere debet ſacras ſcripturas legendo vel audiendo fo. xxxj. K.
Anima rationalis vnde dependeat. folio ccccix. C.
Anima cauſat motum cordis in mente ibidem. E.
Anima maiori curæ eſt Deo, quàm corpus fo. cv. F.
Anima intellectiua, eſt ab extrinſeco. fol. xcix. I.
Animam portari ab angelis, poſsibile. folio. cccl. P.
In anima potentiæ quædam ſunt eleuatæ ſupra corpus. fo. lxxxviij. F.
Quædam corporibus affixæ ibid.
Animarum quatuor antiquitus receptacula ſub terra. fo. ccclj. C.
Animas conuertentium præmium. folio. ccxj. H.
Animas an & quomodo ſancti ſuſcipiant fo. ccclxxvij. L.
Anima omne ſibi ſimile diligit. folio. ccxxxix. E.
Animalia veteri lege immunda. fo. cc. N.
Animi qualitas, probatur rebus aduerſis. fo. cccxiiij. A.
Annihilari priorè quid dicatur. folio cclxj. K.
Anna treis habuit maritos: ex quorũ quolibet vnam filiam genuit, nomine Mariam. fo. xxxviij. A.
Anna digna iudicata eſt, quæ omnium rẽ demptionem nuntiaret. fo. lxxvij. E.
Anna, quomodo interpretetur. folio. lxxvij. L.
Anna vidua confirmauit, id quod Symerii ſenex de Chriſto prædixerat. folio. lxxvij. B.
Anna prophetiſſa, filia Phanuel. ibi. C.
Anna Taliæ pro meritis & beneficiis opprobria tulit. fo. cxxxij. N.
Annæ vita. fo. lxxvij. Et.
Annæ quatuor fuerunt fo. lxxvij. M.
Et vniuſcunq; ratio ibid.
Annas ſummus ſacerdos Ioanne prædicante. fo. xliiij. G.
Annii quot fluxerint à creatione mundi. fo. xlv. I.
Annuntiare de aliquo, multipliciter contingit. fo. cccclj. M.
Annuntiatio Mariæ, an fuerit neceſſaria. fo. xxxij. F. Et cur per angelum. ibi. H.
Aegyptus quomodo interpretetur. folio lxxxiij. G.
Aenigma, quid. fo. xij. B.
Et vnde dicatur ibi. C.
Aenigma, vnde dicatur fo. cxj. D.
Aequiuocatio etiam admittitur in ſacra ſcriptura: non tamen fallacia. fo. xiij. I.
Aequiuocatio aliud eſt, & aliud deceptio, ſecundum æquiuocationem. fo. xiij. G.

Aetas virilis,maximè viget.xxx.anno.folio.xliij.E.
Aetates,quot.fo.cccxcvij.H.
Aetates sex inter quot quósve numeros computentur fo.ciij.H.
Aeternitas,quid ex Boætio.fo.lxvj. Q.
Aeternitas,dicit veritatem.fo.cliiij.I.
Antequàm,dictio quid importet.fol.lij.I.
Antipas tetrarcha.fo.xxviij.D.
Antipatio damnatus ab hærede Ascaloni ta.fo.xliij.H.
Antiphrasis,quid.fo.xj.Q.
Antiphrasis & Ironia,an quid differãt. fo. xxij.A.
Antiquitas lectio ad esum vtebatur,vt hodie nos mensis fo.ccxix.Q.
Antiochus Eliphanes miserè defunctus, quod tentasset templum Dianæ expoliare.fo.ccclxvj.P.
Antiochus Epiphanes templum polluit sordibus idolorum.Quod restaurandũ curauit Iudas Machabæus. folio. ccxlvij. P.
Antiſmos,quid.fo.xij.I.
Et vnde dicatur.ibid.
Aperire,multipliciter sumitur folio. cccxxxiij.K.
Apollinaris temere dixit carnem Christi consubstantialem esse diuinitati fo. lxxx.K.
Appollinar. lapsus, credentis Christum adsumpsisse corpus inanimatum. fol. ccxvij.P.
Apostoli duo maxima viderunt in Christodiuinitatem nimirum secundũ mentem,& humanitatem secundum corporales oculos.fo.ccclxxxviij.I.
Et quid preterea in eo viderint.ibi.K.
Apostoli baptizati fuere Christi baptismo.fo.cccxxiiij.G.
Apostoli mortem Christi dolentes, non prouidentiæ visi sint repugnare. folio ccccl x.I.
Apostolorum successores, debent habere in numerato vtriusque testamenti cognitionem.fo.ccccl vij.K.
Apostolis an expedierit corporalem Christi præsentiam perdere. folio. ccccl x. B.
Apostolis quæ data sit iurisdictio. folio cxcvij.I.
Apostolis data potestas ligandi & soluẽdi fo.cxcvij.N.
Appropinquare quomodo accipiatur. fo. ccclvij. L.
Apud propositionis natura.fo.lxiij.B.
Apud quatuor significat.fo.lxiij.F.
Aqua, decuplo maior est terra. folio. xxv.A.
Aqua à multis sanat.fo.clix.H.
Aqua duplex altera appetenda,altera cõtemnenda.fo.ccxij.I.
Aqua viua quæ dicatur.fo.ccxliiij.H.
Aqua,quæ è latere Christi fluxit, an fuerit naturalis, & latere Christi diuina, vel quauis alia virtute applicata folio ccccl xiij.A.
Aqua viua sedat omnem sitim mundanã. fo.ccxliij.D.
Et quam præterea vim habeat.ibi.
Aqua,quid sonet in sacris.fo.ciij.I.
Aqua tantum potest ascendere quantum descendit.fo.ccviij.C.
Aqua viua.fo.ccvij.H.
Aquæ in vinum conuersio.fo.ccxvj.M.
Aquilæ in suos parentes gratitudo. folio ccclxij.E.
Arbor fructifera, duplex . folio. cccl xxij.M.
Arbor,triplex est.fo.ccclxxiij.K.
Arboris non fructificantis tres causæ fo. ccclxxiij.L.
Arbor bona,an possit ferre malum fructum.fo.ccccl xxj.N.
Arrisia,quid fo.ccxcviij.D.
Archelaus ab Augusto diadema suscepit. fo.

folio.lxxxiij.K.
Archelaus & Antipas, de regno contendunt.ibid.
Archelaus regnat in Iudæa,mortuo patre fol.xxxiij.N.
Archelaus,Diarchus, nono sui principatus anno in exilium actus est. folio xliij.L.
Archelaus annis tantum nouem regnauit fo.lxxxiij.P.
Archelai principatus in duas Tetrarchias partitus fo.xliiij.D.
Archisynagôgi filia.fo.ccccxix.A.
Architriclinus,quis dicatur.folio centesimosecundo.F.
Arguere an liceat à sensu literali. folio xiiij.A.
Argumentum quid fo.ccxcvj.L.
Argumentum an procedat ex multiplicibus propositionibus . folio decimo secundo.D.
Argenteus, quanti olim valuit. folio.cclxxv.B.
Arimathia:ciuitas,dicta est olim Rhamata.cclxxxvj.H.
Arrii & Sabellii lapsus.fo.ccxlix.K.
Arrii hæresis dicentis filium esse patre minorem.fo.ccclxxxiij.P.
Arrii lapsus adseuerantis verbum carnẽ adsumpsisse sine anima.folio septuagesimotertio.K.
Arrii error,ducentis filium esse creaturã. fo.lxij.C.
Arriani dicunt falso & temere filium esse minorem patre.fo.ccxxxv.G.
Arrianorum lapsus,ponentium filium minorem patre.fo.lxviij.H.
Ars,est causa perfectionis & formæ in artificiatis fo.lxvj.D.
Arrogantium tumor, quatuor maximè speciebus demonstratur. folio. cccl xxxij.I.
Arundo vi ventorum acta, nunc in hanc nunc in illam partem rapitur. Quod sit inconstantiæ argumentum . folio. xxx.P.
Ars naturæ æquari non potest. fol. ccxcvij.L.
Ars non potest æquari naturæ in operanda fo.cxxvj.A.
Articulorum vsus qui sit apud Græcos. fo.lxiij.Q.
As,quid.fo.ccccclj.F
Asmodeus.fo.clxxxiiij.G.
Asmodeus præest luxuriæ.fo.cxcj.L.
Asina,synagogam degnat. fo.xxj.I.
Asimilatio spiritualis hominis ad Deum triplex est fo.lxxj. N.
Astiagis regis Persarum somnium. folio lviij.H.
Astra an deus po sit priuare suo lumine. fol.ccccxxiiij. F.
Astra quomodo moueantur in cœlo. fo.cccxxiij.
Astrolabii,vsus in superficie terrę,tanquã in centro.fo.cccvliiij.A.
Atrium,quid.fo.cclxxxj.K.
Auaritia,luxuria,& superbia,arcent à nobis consolationem spiritus sancti. fol. ccxxxj.E.
Auarus comparatur paralytico. folio ccccvj.A.
Auaro Deus non sufficit fo.ducentesimovigesimoprimo.M.
Auaro tam deest,quod habet, quàm quod non habet fo.cxxviij.A.
Auditum quæ impedient. folio. ccclxxxvj. A.
Aue,verb.quid significet.fo.xxxiij.F.
Augustus Cæsar, primus Romanorum Imperator à quo cæteri deinceps nomen sortiti sunt.fo.liiij.N.
Augusti edictum super orbis descriptione fo.liij.K.
Aula alit adulatores, eisdemque miserè rapitur, non secus, quàm hamo pisces. fol.

fol.xxx.Q.
Auxilio humano nitentes potius, quàm diuino.excidunt.fol.xij.E.
Azymos panes tantum mundis licebat edere.fo.cclxxxviij.G.
Azymorum dies.fo.cclxxv.C.

B.

BAlaam, ppheta, fo.lxxxvj C.
Baptizatus si statim decedat expeditus ei additus est in cœlum.fol.xcviij.D.
Baptismus vbi nō potest haberi, an sufficiat sola voluntas.fo.cccxliij.F.
Baptismus non est differendus ad multos annos.fo.xxv.Q.
Baptismus, gradᵒ est ad cœlū.fo.xcvj.A.
Baptismus, typus est Christianę salutis fūdamentum.fol.cccxlij.D.
Baptismi effectus.fo.xcvij.L.
Baptismi effectus.fo.lxxix.L.
Baptizandus quæ debeat præhabere.fol.xcvj.F.
Barrabas, homicida, seditiosus & tumultuarius.fol.cclxxxiij.H.
Bartineus, filius Timęi.fo.cxxiiij.K.
Beatitudo p ficit & delectat.fo.ccccccliij.A.
Beatitudo, quotuplex.ibi.B.
Beatitudo humana, tripliciter sumitur.fo.cclx.E.
Beatitudines distinguūtur à virtutibus & donis.fo.ccccclij.P.
Beati non crescunt, neque decrescunt in bona voluntate.fo.ccxcv.K.
Belus primum nomen idoli.f.clxxvix.H.
Benedicere, tripliciter sumitur.fo.xxiij.A.&.lxxv.Z.
Benedictᵒ miraculū edidit.fo.cxxxviij.A.
Beneficia diuina agnoscenda.fo,cxx.F.
Bethabara, est villa, trans Iordanem sita.fo.lj.C.
Bethania, vicina Hierusalem.fo.cclij.C.
Bethaniæ situs.fo.xix.E.&.cxlix.F.
Belxebuth, princeps dæmoniorum. folio clxxxix.H.
Belzebuch, deus muscarum, præest malis regularibus, & alijs.fo.cxcj.M.
Bethaniam Christus colebat instante passione.& cur idipsum.fo.cclxxiiij.F.
Bethphage, celebris sacerdotum sedes.fo.xix.O.
Bethphage situs.fo.xix.G.
Bethsaida, h ebraicè, domus ouium latinè fo.clviij.G.
Bethleem, domus panis, interpretatur.fo.lv.Q.
Bethleem, Iudęæ ciuitas.fo.lv.B.
Bethleem primū dicta est effrata, ab vxore Caleph.fo.lxxxix.L.
Bethleem, duæ fuerunt.fo.lxxxvj.F.
Bissextus vnde nascatur.fo.lv.N.
Blasphemare.quid propriè.fo.ccccv.F.
Blasphemia acerbè punitur apud Sarracenos.fo.xlj.C.
Boni & mali seiungentur in summo iudicio.fo.cxlv.D.
Bonum naturæ, tripliciter sumitur.folio clxxxiiij.A.
Bonum commune, præponendum est priuato.fo.cclvij.G.
Bonum operantur alij virtutis amore, alij formidine pœnæ, alij mercedis gratia.fo.clxxxiiij.O.
Bona qui faciunt, videntes se inde bona recepisse, timere debent iuxta Gregor.fo.ccclij.M.
Bona spiritualia, quid differant à temporalibus.fo.ccxj.I.
Bona facta in mortali peccato, ualent ad multa.fol.ccxxv.G.
Bona quò communiora, eò maiora.ibidem.K.
Bona & operari & loqui expedit. folio ccxcviij.K.
Bonorum & malorum differentia in futuro seculo.fo.ccclij.O.

Bonorum

Bonorum merces, duplex est.folio, ccccc-xxxvij.K.
Bonorum potentiæ, cessant omnes a morte.fo.ccccviij.M.
Bonis per gratiam, & malis etiam per naturam donandum & elargiendum est. fo.cxlvj.G.
Byssus, quid.fo.cccxlix.Q.

C

CAiphas, summus sacerdos, Christo patiente.folio.xviiij.H.
Caiphas, non fuit propheta: sed tantum prophetam recitauit.fo.cclvij.Q.
Caiphas, quomodo interpretetur. folio.cclvii.H.
Caiphæ sententia falsa.fol.cclvii.M.
Caiphas summus sacerdotum. folio.cclxxiiii.B.
Cana, viculus est in prouincia Galileæ. fo.xcviii.Q.
Canis, æquiuocum est.fo.xiii.G.
Capitis vnctio in Iudæa, signum fuit tristitiæ: quod hic argumentum est mollitici.fo.cxxvii.C.
Caluariarum locus.fo.eclxxxiiii.G.
Cantus, multas voces includit folio cclxxviij.G.
Capharnaum, quid signet allegoricè.folio.cv.Q.
Capharnaum, metropolis Galileæ. folio.cv.M.
Caput, accipitur pro mente, in sacra scriptura.fo.xxvij.E.
Castellum, verbum quid importet folio.xx.F.
Causa omnis semper debet esse coniuncta effectui.fo.lxxj.F.
Causæ disceptatio in quo consistat.folio.ccclxvij.N.
Causa stante, non remouetur effectus folio.cccxxiiij.F.
Carolus, rex Siciliæ secundus, bello nauali cum rege Arragonum congressus.folio.cccvj.H.
Et ei recitatio facta quā ibidem, & per discursum contextus pecurrit.
Cæcus natura, quid designet in sacris, allegoricè: quid anagogicè, quid item moraliter.fo.ccxxix.B.
Cæcus, refert genus humanum. folio. cxxv.D.
Et quid anagogicè.ibid.F.
Et quid moraliter.ibid.H.
Cæsar monarchiā herodis Ascalonitæ diuisit in tetrachiam, vt filiorum contendentium de imperio controuersiam dirimeret.fo.xliii.K.
Cæsares dicti sunt omnes Imperatores à Caio Cæsare.fo.ccccxv.j.N.
Cedrus, quid.fo.cxxxiii.O.
Cedonius, cæcus natura.fo.ccxxiii.L.
Kenodoxia in quibus locum habeat. fo.cxxvj.
Kenodoxi iniurias ferre non possunt. fo.ccxl.H.
Centenarius, numerus est perfectus. folio.ccclix.A.
Centurio, quis.fo.cv.N.
Centurio, moraliter signat prælatos quibus summa rei christianæ est credita. fol.cvj.H.
Chani & Ioseph, filii Noe.fo.cxxv.C.
Charientismos, quid.fo.xii.C.
Charitas, donum diuinum.fo.cclilii.C.
Charitas quando cruciet animam, & partes intellectiuas.fo.ccccclxvj.D.
Charitas motum interiorem desiderat, sæpe etiam exteriorem.fo.lxxx.H.
Charitas mittit timorem foras. folio. xciij.H.
Christus quotidie esurit nostram salutem & conuersionem folio centesimo trigesimonono.D.
Christus contemplatione semper reuoluen

uendus est à
Christus cur Diabolum reiecit & vicit scripturarum diuinarum authoritate. fo.cxxxviij.O.
Christus mentiri non potest folio. ccxxxvj.I.
Christus, an posit dici Nazarenus folio.ccccxxxij.A.
Christus non est operatus contraria: sed pro temporum ratione, diuersa folio.cxlvij.Q.
Christus,seminator est. folio centesimovigesimo.H.
Christus post mortem.& ante resurrectionem descendit ad inferos folio. ccxciiij.A.
Christus ter spiritum sanctum dedit. folio.cccxj.H.
Christus cur maximè nasci voluerit tempore pacis fo.viij.M.
Christus homo Et cur alibi dictus angelus.fo.lxvij. P.
Christus prçter omnes homines perfectè resurrexit.fo.ccxciiij.K.
Christus quorum illuminandorum gratia venerit.fo.lxxj.C.
Christus an à patre accepit potestatẽ,vt esset omnium Iudex post passionẽ vel ante.fo.cccij.N.
Christus à cæteris hominibus fuit discretus,multipliciter.fo.cliiij.G.
Christus electos suos consolatur folio xxvij.D.
Christus conceptus.xxv.die Martii,& eodem die passus reuolutis.xxxiij. annis. fo.xxxij.B.
Et quo idipsum consilio factum. ibidem.C.
Christus quater fuit illusus folio. cxxiiij.C.
Item,quater percussus.ibid.E.
Christus cur in transfiguratione sui treis tantùm discipulos,eosque,Petrum,Iacobum & Ioannem adhibuerit folio cl.xij.H.
Christus crucifixus hora tertia,lingua Iudeorum.fo.cclxxxv.L.
Christus cur breui & exiguo tempore voluerit prædicare.fo.ccxliij.C.
Christus cur circuncidi voluerit,cũ peccato caruerit.fo.lxxx.I.
Christus,caput nostrũm omnium est. folio.cxxvij.M.
Christus quot modis poterat turbam magnam panibus satiare in deserto.folio.ccclxx.O.
Christus cur nasci voluerit tempore solstitii hyemalis.fo.lv.L.
Christus,dominus omnium.fo.xx.L.
Chistus natiuitatem suam diuersis diuersè significauit.fo.lviij.A.
Chistus discipulis prædixit passionis suæ ignominiam,& resurrectionis gloriam.fo.cxxij.Q.
Et quo id consilio.ibid.
Christus, dictus est agnus folio.ccccxxxij.C.
Cstristus per suum effectum,est in omni intellectu.fo.l.L.
Christus,congrue dicitur rex Nazarenus. fol.lxxxiiij.L.
Christus quoties sanguinem suum fuderit.fo.cclxxxvij.F.
Chistus triplici virtute aliquid operatur fo.ccccxxxl.C.
Christus quo consilio suas laudes nobis indicit.fo.cccxiij.K.
Christus, cur tentari debuerit à ieiunio fo.cxxxvj. C.
Christus quibus & quot de causis ad inferos descenderit.fo.ccxciij.F.
Christus congaudet & congratulatur salu ti hominum.fo.ccclix.L.
Item & spiritus sanctus.ibi.M.
Christus tria habuit tempora,quç tribuit Deo.fo.ccxlvj.K.

Christus vtrũ debuerit nasci in Bethleẽ, & citra vllum matris dolorem folio ccccxxx.G.
Christus cur voluerit habere testimonia à prophetis.fe.lxix.K.
Christus præcipit offensas inuicem remittendas.fo.ccccxij.L.
Christus cur vinum non creauit in nuptiis,potius,quàm aquam in vinũ mutarit.fo.cij.A.
Christus cur vocet se filium hominis folio.xxvj.L.
Christus an & quatenus merebatur folio.xciiij.L.
Christus dęmones eiiciebat ab animo & corpore.fo.ccccxlj.I.
Christus septies loquutus est in cruce.folio.cclxxxvj.B.
Christus cur euidentiùs apparuerit pastoribus,quàm cæteris.fo.lviij.A.
Christus cur Hierusalem suæ passionis sedem elegerit.fo.lv.Q.
Christus dilexit nos perfecte.fo.cxxx. N.
Christus patientiæ nobis reliquit exemplum.vt probra,conuicia,& alienas iniurias æquaminiter feramus folio.ccxxij.F.
Christus dupliciter in aliquo regnat folio.xxij.H.
Christus,medicus est animæ & corporis fo.cxcij.O.
Christus gratias suas variè diffundit & impertit.fo.cxciij.
Christus,qui docuit multa parabolis,an debuerit diuina significare per corpora vilia.fo.ccccxxxviij.F.
Chistus vtrum debuerit diuina, rerum obscuritate velare ibid.M.
Christus à quibus occisus,ibid.N.
Christus cur nutriri voluerit Nazareth, perinde ac concipi.fo.lxxviij.F.
Et quò idipsum.ibid.
Christus græcè,latinè dicitur vnctus. folio.lviij.E.
Christus in miraculis insignioribus non consueuit orare.fo.ccxxxv.K.
Christus,lux mundi.ibid.F.
Christus annorum triginta erat, quando baptizatus est à Ioanne.folio.xcv.M.
Idque conueniens fuit tempus.ibidem.O.
Christus quo ætatis anno aquam in vinum conuerterit.ibid.O.
Christus, cœleste templum folio. ccxviij.P.
De conscientia nostra solliciti esse debemus.fo.ccxviij.K.
Christus non reconciliauit totum mundum efficaciter folio quadragesimosecundo.L.
Christus an debuerit talem habere conuersationem cum hominibus extra desertum,& sine aspero victu & vestitu, vt Ioannes sanctior videretur, quàm ipse fo.ccccxxvij.K.
Christus audiendo vel interrogando Doctores,vel quosuis alios,an quid ab homine didicerit,vel ab angelis.fo. ccccxxxiij.F.
Christus septies sanguinem fudit folio. cxciiij.E.
Christus qui manus Iudæorum exitium & mortem machinantium effugerit ibidem.M.
Christus quandiu prædicarit folio. ccxvj.O.
Christus quando baptizatus.ibi.Q.
Et quando crucifixus.ibid.
Christus,an potuerit quicquam ignorare & mirari remissi. folio. ccccxxxvj.D.
Christus quare digito scripserit folio.ccxiiij.O.
Et quid scripserit.ibid.
Christus potestatem à patre habet,dupliciter.fo.cclix.N.

Christus Iudex viuorum & mortuorum. fol.clxiij.M.
Christus cur ſuæ transfigurationis teſtem adhibuit quempiam eorum, qui fuerint in lege naturæ.fol.clxiij.O.
Christus in regione Heraſcenorum dæmones duos eiecit.fol.cccciiij.F.
Christus, eſt panis vitæ. Et quomodo id accipiendum.fol.cccxxxvij.G.
Christus quo modo patrem honorificarit. fol.ccxxxix.Q.
Christus diſcipulos ſurſum ducebat ſolénioribus diebus.fol.cclxxxviij.P.
Christus multa loquutus diſcipulis ſuis in parabolis.fol.cclxxxviij.C.
Christus iudicaturus vniuerſum orbem, quò ſit defenſurus.fol.xxvj.N.
Christus, caput eſt omnium hominum. fol.xcij.O.
Christus, puer, nulla miracula edidit: tamen admirationi fuit hominibus. folio.xciij.A.
Christus vtrum in patria nobis annuntiet de patre palàm.fol.cccclxj.M.
Christus charitatem in genus humanum, prætulit amori materno. fol.cclxij.E.
Christus, dicitur primogenitus, & qua id ratione.fol.xxxiij.H.
Christus ſponte ſe pro nobis obtulit. fol. ccxxxviij.
Christus expers fuit peccati.fol.xxxiij.
Christus, eſt oſtium ouibus & paſtoribus ſubſtitutis.fol.cccxxxiij.N.
Item, eſt paſtor.fol.cccxxxiiij.F.
Christus rarò aut nunquàm ſuos liberauit à morte capitali, hoc eſt, capitis truncatione.fol.ccccccxliij.M.
Christus cur naſci voluerit in Bethleem. fol.lv.Q.
Christus cur in ſua paſſione centurionis teſtimonium admiſerit, & alia quàmplura.fol.cclix.G.
Christus clarificatus tripliciter in paſſione.ibidem.H.
Christus vtrum melius dixerit, antequàm Abraham fieret, ego ſum: quàm, ſi dixiſſet, ego fui, vel, fueram. folio.ccccxliij.C.
Christus quo modo ſpirituales infirmitates curet.fol.clx.N.
Christus prædicauit Iudæis perſonaliter tantùm, Gentibus autem per Apoſtolos.fol.cclxv.A.
Christus cur Iudæorum manus non effugerit, cùm poſſet rutò inter eorum tela verſari.fol.cclviij.G.
Christus iuit ad patrem, tripliciter. folio cccxx.O.
Christus cur non voluerit agnoſci à Diſcipulis in Emaus proficiſcentibus. folio.ccxcviij.H.
Christus, an Deus ſit per naturam, an per participationem.fol.ccl.Q.
Christus, eſt vna perſona in duabus naturis.fol.cj.A.
Christus in paupertate natus eſt. folio lviij.K.
Christus triplicem habuit gratiæ plenitudinem.fol.xxxiij.K.
Christus dupliciter rogatur.fol.cccxix.A.
Christus, quoties, & à quibus traditus.fol. cclxxiij.O.
Christus pecunia eſt vſus.fol.ccvj.G.
Christus Capharnaum bis petiit. folio eodem.D.
Christus cur corpus ſuum dederit Diſcipulis poſt eſum agni.fol.ccxxvj.Q.
Christus poſt baptiſmum bis Hieroſolymam aſcendit.fol.ccxvij.D.
Christus quibus de cauſis nuptiis interfuerit.fol.xcix.B.
Christus calciatúsne incederet.fol.lj.D.
Christus ducit ad requiem recta via. fol. ccxxxvij.O.
Christus cur naſci voluerit in Bethleem. fol.lxxxix.H.

Christus præcepta ceremonialia veteris legis, ſeruauit & ſeruari præcepit. fol. ciiij.L.
Christus cur à Ioanne baptizatus remiſs. fol.ccccxxxiiij.G.
Christus fleuit. Et quo id conſilio. folio ccxxxiiij.L.
Christus an à reſurrectione ſe manifeſtauit ſufficientibus argumentis.fol.ccccclviij.H.
Christus an effigie aliena & perſonata debuerit apparere diſcipulis.ibid.Q.
Christus bis eiecit ementes & vendentes, è templo.fol.ccclxxxj.B.
Christus cùr genitricem ſuam non appellarit materno nomine, in nuptiis. folio cj.E.
Christi miraculum, omnium primum fuit in nuptiis.fol.cij.Q.
Christi poteſtas in ſupremo iudicio, in quibus potiſsimum deprehendetur.folio.xxvj.O.
Christi gratiam perdimus per quatuor. fol.xcij.H.
Christi manus fortiſsima.fol.ceiij.E.
Christi miraculis detrahebant Iudæi dupliciter.fol.cl.D.
Christi proloquium, in iudicio. folio.xxvij.C.
Christi fanatio, quid differat ab ea: quam adferunt medici.fol.clx.I.
Christi reſurrectio an omnibus fuerit manifeſtanda, vel ſolùm diſcipulis. folio ccccclix.G.
In Christi genealogia, quales mulieres ponantur.fol.cccccxlv.A.
Christi poteſtas in ſacramẽtis.fo.ccxv.M.
Christi geſta in inferno.fol.ccxciij.I.
Christi improperia omnia, ſunt ſcripta. fol.ccxxxix.N.
Christo iudicanti aderunt apoſtoli. folio cxliij.G.
Christi diſcipuli tria debent habere. folio cccccclxvj A.
Christi vocatio triplex ad diſcipulos. fol. ccclxvj.C.
Christi miniſter, quis propriè dicatur. fol. cclxv.K.
Christi mors, oĩbus contulit.fo.cclvij.O.
Christi ſumma ſeueritas in reiiciendos mercatores à templo.fol.ccxvij.G.
Christi natiuitas cur debuerit manifeſtari paſtoribus ab angelis potius, quàm ab ipſo Chriſto.fol.cccexxx.N.
Christi pietas in humanum genus. folio cxlj.K.
Christi verba, ſunt gratiæ.fol.cxcij.L.
Christi aduentus, Iudæis & Gentilibus prædictus, variè.fol.lxxxvj.Q.
In Christi gratiam quot viis poſsimus redire.fol.xciij.B.
Christi myſteria, ducunt nos ad ſalutem. fol.cclx.I.
Christus celare imperia & miracula ſua potuit Diabolum.fol.cxxxviij.M.
Christi genealogia ſpiritualis, eſt ineffabilis: & temporalis tantùm adfertur. fol.cccccxliij.O.
Christi aduentus primus, fuit ad reformationem animarum noſtrarum: ſecundus, ad reformationem corporum futurus.fol.xxvij.E.
Christi ſermo medicamentum eſt. folio xxix.N.
Christi ſedes in ſummo iudicio. fol.cxliiij.K.
Super Christi morte bis coactum concilium.fol.cclvj.D.
Christi monumentis tribus ſpatiis conſtabat.fol.ccxc.M.
Christi oues, quo modo paſtorem ſequantur.fol.cccxiiij.K.
Christi miracula, an eum ſic manifeſtarent, vt Ioannis diſcipuli hoc credere

tenerentur.fol.ccccxxv.D.
In Christo vna est tantùm persona,subsistens in duabus creaturis.fo.cccxlvj.F.
Christo competebat facere miracula,item pati & mori & id respectu diuersæ naturæ.fol.cj.B.
Christo amitti,in hoc seculo variè torquétur & afficiuntur.fol.ccxxxiiij.C.
Christo nullum gratius munus potest offerri, quàm fratrum concordia. folio ccclxix.B.
Christi passio, iustificabat veteres, per fidem fol.lxxix.Q.
Christum transfigurari, fuit expediens. fol.clxij.M.
Christum baptizari, cur necessum fuerit. fol.xcv.I.
Christum non conuenit baptizari spiritualiter.ibid.L.
Christũ pati per generis humani redẽptione,an necessum fuerit.fo.ccccxxxix.F.
Christum resurgere expediebat, multis de causis.fol.ccxciij.G.
Et cur maximè tertia die.ibid.H.
Christum circuncidi,an necessum sit. fol. ccccxxxj.Q.
Christum ascendere in cœlum, an expedierit.fol.cccclij.M.
Christo an ascensio conuenerit, secũdum naturam humanam vel potius diuinam.fol.cccclxiiij.E.
Christum patri, necessum fuit multis de causis.fol.ccxcix.I.
Ad Christum promptũ est refugium miseris & calamitosis.fol.ccxxxiiij.D.
Christum tres mulieres vnxere. folio.ccxxx.Q.
Christum occidere quatuor modis hodie tentant multi.fol. ccxlij.E.
Christum omnes videbunt in die iudicii. fol.xlvij.I.
Christianæ disciplinæ summa, in pietate sita est.fol.cxxxj.C.
Christiano quæ sint vitanda, vt salutem adsequatur.fol.ccclviij.N.
Christiani multa etiamnon scripta obseruant,à maioribus sibi per manus tradita,& vsu longo recepta.fol.lvj.H.
Christiani vita,qualis esse debeat.fol.cccclxvij.E.
Item quales orationes.ibi.G.
Christiani eligendi ad gloriam,an pauciores sint damnandi ad pœnam. folio.cxvij.L.
Christianus quiuis an debeat admittere ieiunium,securus à quo sit institutum, à Deo,vel ab Ecclesia.fo.ccccxxxix.I.
Chrysostomi expositio & interpretatio summæ authoritatis est apud Græcos. fol.lxvij.N.
Cibus benedicendus, propter tria maximè.fol.ccc.A.
Cibus animam non coinquinat. fol.cc.L.
Cibi communes apud Iudæos.fol.cc.K.
Ciconiæ in suos parentes gratitudo.folio ccclxij.D.
Circuncidi hodie an licitè possimus. folio.ccccxxxj.Q.
Circuncisio,præceptum veteris legis,erat sub præcepto.fol.lxxix.B.
Circuncisio omni tẽpore poterat fieri.ibi.
Circuncisio quid antiquitus signaret. folio.lxxix.L.
Circuncisio, quid significet.fol.lxxxij.A.
Circuncisio cur hodie non habeat locum, ipse vnius Christi exemplo.fol.octuagesimoprimo.B.
Circuncisio & alia legalia,ceremonialia & significatiua, antiquitus obseruata cur hodie non habeant locũ.ibid.D.
Circuncisio,signum erat & protestatio fidei iustificantis.fol.lxxx.C.
Circuncisio quò instituta.fol.lxxix.G.
Circuncisio auferebat tantùm impedimentum personæ,stante impedimento naturæ.fol.lxxix.M.
Circuncisio erat circulario, incisio anterioris pellis mentulæ.fol.lxxix.F.
Circuncisionis forma.fol.lxxix.F.
Circuncisionis vis & effectus.fol.lxxix.I.
Circuncisioni quinam antiquitus fuerint subiecti.fol.lxxviij.Q.
Ad circuncisionem cur octo dies præstituti.fol.lxxix.C.
De circuncisione præceptum dari à Deo, necessum fuit, duplici de causa. folio lxxviij.L.
Ciuitas nostra,quæ sit.fol.vj.F.
Ciuitas superior.fol.xix.H.
Clarificationem,quæ apud Deum est,accipient,qui se humiliarint,& opera mãdatáque Dominica impleuerint. folio cclxj.Q.
Claritas electorum, quanta futura. folio clxij.P.
Claritas quanta in transfiguratione Christi.ibid.O.
Et per discursum contextus.
Clericus habens à Christo villicationem, num peccet, denegãdo pauperibus ea, quæ Dominus mandauit ei distribuenda.fol.cccclxxij.H.
Cobar,auis.fol.cccclxij.E.
Cogitationum turba,fugienda est:& affectuum prauorum declinanda sunt conuenticula.fol.clxj.M.
Cognitio procedit à minus perfectis, ad perfectiora.fol.xv.M.
Cognitio minima altissimarum rerum, præstat maxima minimarũ.fol.xv.Q.
Cognitio ab vniuersalioribus progreditur.fol.xvij.H.
Ad sensum mysticum quando recurrendum.fol.xvij.K.
Colaphus,quid.fol.cclxxxj.I.
Colibistrarum vsus.fol.cxlviij.H.
Columba, quid designet in sacris.ibid.D.
Columba,animal est mansuetum, amicabile & gregale.fol.xcvij.L.
Columba, est animal simplex. folio. xcvij.H.
Columba quomodo apparuerit dũ Christus baptizaretur.fol.xcvij.F.
Columbæ,natura & victus.fol.xcvij.H.
Compelli dupliciter contingit. folio.ccclvj.N.
Cophinus,quid.fol.ccccxxj.K.
Concilii Ephesini clausula super coëxistẽtia filii & patris.fol.lxij.P.
Confessio,triplex est.fol.lxxvij.G.
Confessio errore facta, in causa etiam capitali,reuocatur,veritate comperta.folio.cliiij.H.
Confessio sequens contritionem,remittit peccatum dupliciter.fol.clxxv.P.
Coniuges mutuo zelo debent affici. fol. xcix.P.
Coniugium vinculo animorum constat, non corporum.fol.lij.A.
Coniugii procœmium & finis.folio trigesimotertio.P.
Conscientia hominis, quoddam est spirituale speculum.fol.ccclxxxiij.O.
Conscientia munda, speciosa est in oculis Dei.fol.cxxvij.L.
Consensus requiritur ad salutem. folio cxciij.C.
Consilium rescindendum in rebus temerè cœptis.fol.cclxiiij.C.
Consolatio sufficit in aduersis. folio.cccxcvj.K.
Consolatio ad miseros qualis debeat esse fol.cccxv.Q.
Consolator, verb.maximè conuenit spiritui sancto.fol.cccxxix.H.
Consuetudo mater iatentatis. fol.cxciij.I.
Consuetudo,an obliget.fol.cccxlviij.F.
Constant.& Helenes temporibus reper-

tus homo in sepulchro laminam aureã habẽs in pectore quæ prædicebat christi aduentum.fo,lxxxvj.Q.
Contradictoria non possunt mente cõcipi.fo.xxxviij.C.
Contritus quis dicantur.fol.clxxxv.Q.
Corba.fo.cclxxij.K.
Corba,quid fo.cxcix.M.
Corbona,quid. fol.cclxxxii.K.
Ex corde,quæ manent.f.ccij.C.
Corrigendi ratio varia pro diuersa peccantium qualitate,fo.ccxvij.K.
Correctio est duplex fol.cxcv.H.
Correctio quando possit impunè omitti & quando necessaria sit. folio. cxcvj, C.
Correctio inter nos inuicem instituenda. fol.cxcvij.H.
In correctione duo requiruntur folio. ccxvij.L.
In correctiõe proximi,quæ sint obseruãda.fo.cxcv,L,& fo.cxcvj.& folio.cxcvij.C.
Conuertibilium natura fo.cclxj.H.
Conuiuia multis de causis celebrata & instituta fol.cccl.D.
Corpus humanum concipitur & formatur.xlv.diebus.fo.ccxviij.G.
Corpus glorioſum dicitur subtile folio. cccix.P.
Corpus spirituale nostrum,quid.fo.cccclvj.M.
Corporis humani organizatio, an præcedat origine infusionem animæ folio. cccxlij. H.
Corporis proprium est mouere transmutando materiam de calido ad frigidũ, & huiusmodi fol.cccxix.A.
Corporis debilitas,nõ excludit à regno cœlesti. fol.ccclvj. I.
Corpora omnia inferiora obediunt spiritibus Angelicis,etiam malis, ad nutum.fo.cclxviij.B.
Corpora, quædam spiritibus dicuntur, ob subtilitatem fol.xj.K.
Corpora humana diuersas habent cõplexiones fo.c.P.
Corpora cœlestia directè agunt in omnia corpora inferiora ibi.O.
Corpora duo an possint virtute diuina simul esse in eodem loco folio.ccccclix.M.
Cœna quadruplex.fol.ccclv.H.
Ad cœnam dominicam vocatorum differentia triplex.fol.ccclvij.A.
Cœlum,est locus substantiarum,immaterialium fo.cxxj.H.
Cœlum spirituale quid folio. cxxviij. C.
Cœli aperti dum baptizaretur Christus. & quo id exemplo aut significatione. fo.xcvj.N.
Et id etiam contigit in passione folio. xcvij.C.
Cœlorum numerus,& dispositio fo.cccxxij.Q.
Cœlorum situs & dispositio atq; ordo fo. cclxxxix,P.
Cœlorum virtutes,multa præsignant fo. xxvj.C.&.F.
Crastinũ diem nemo põt sibi pollicerifolio.ccxlvj.L.
Credit verèas,qui exercet operando qđ credit fol.ccxij.M.
Credere temere,leuitatis est tarde,infidelitatis fol.liij.L.
Crux vnde dicatur. folio. ccccclxvj. C.
Crux Christi,an & quomodo apparitura. in secundo eius aduentu folio.xxvj. H.
Culpæ remissio,quid fo.cliij.K.
Cyrus Israël liberauit captiuitate Babylonica fo.lviij.G.

D

DAMNATI an recta rõne possint appetere non esse fo.cclxxvj.F.
Damnati an congaudeant pœnis inimicorum suorum fo.ccccclxvij.N.
Damnati quomodo afficiantur in suos parentes ibi.Q.
Damnatorum supplicia & tormenta.fol. cccij.K.
Damnatorum supplicium. folio. cvij. D.
Dæmon cum è corpore pellitur acriores tentationes excitat fo.cccc j.H.
Dæmon,in vtranque partem accipitur. fo.clxxxix.E.
Et quid dæmon ibid.
Dæmones recluſi in cauernis abyssi. fo. ccxxxvj.
Dæmones sunt in regione peccati folio. clxxxiiij.H.
In dæmonibus an sit principalis & ordines.fol.cccxlij.C.
Dæmones omnes,non sunt æquales potẽtiæ fol.cccc j.K.
Dauid luxuria,Paulus superbia,Matthæus auaritia maximè peccarũt Qui tres cuique exemplo debent esse ad meliorem frugem fo.cxv.D.
Dauid materiam templi præparauit :Salomon fabricauit fo.ccxviij.Q.
Dauid instituit tod templi ministerium xxiiij.sacerdotes fo.ccccclxj.Q.
De,dictio,causam materialem & effectiuam & consubstantialem dicit folio. lxxij. L.
Decurio:quis dicatur.Et vnde fo.cclxxxvj.P.
Defectus inartificialis,contingit ex duobus,fo.lxv.D.
Delitiæ temporales & spirituales quid inuicem differant.fo.ccclvj.A.
Delitiæ spirituales, tres habent gradus ibid.B.
Denarius ; quid dicatur folio. cxiiij. N.
Et quid designet in sacris.ibid.
Denarius,quid fo.cccxc.L.
Denarius diurnus,an omnibus laborantibus in vinea Domini,detur eiusdem ponderis.fol.ccccxxxviij.N.
Denarii diurni pretium,an maius sit futurum post iudicium fol. cccxxxvij. D.
Derrisor non est arguendus folio. clxj. H.
Desertum:quid & vnde dicatur folio.xlvj. E.
Destructio Hierusalẽ,fuit figura destructionis mundanæ fo.ccccclxvij.A.
Desiderii Laubardi hæresis folio. ccclxxiiij.I.
Desolationis abominatione,multa intelliguntur fo.ccccclxiiij. D.
Deus,trinus est fol.cccxlvj.Q.
Deus an possit esse cuiquam debitor fol. cxxxij.
Deus solus operatur ad effectum interiorem sacramentorũ principaliter,christus autem,inquantum homo ,instrumentũ coniunctum & principale. alii verè,vt ministri & instrumenta secundaria fo.cccxj.K.
Deus non finit hominem tentari suprà quam ferre possit fo.cix.A.
Deus alicubi semper dormit , alicubi semper vigilat ibi.C.
Deus præscius futurorum folio.lxxxviij.I.
Deus laborantes iuuat, & liberat folio. cxxxiiij.B.
Deus nullo loco circumscribitur folio. lxiij. K.
Deus solus potest quærere gloriam suam & in seipso gloriari citra vitium fol. cccxl.

cexl .C.
Deus omnia agit per intellectum & volũtatẽ.fo.cccxcvi.H.
Deus, hominem etiam peccatorem deligit.fol.ccxxxiiij.M.
Deus absoluiẽ dicitur, qui est vt.xxxvij.L.
Deus nec magnificari nec diminui potest fol.xl.G.
Deus mutearũ fol.clxxxix.D.
Deus vult,quantum in se est,omnes homines saluos fieri fol.clxxxvj.K.
Deus fœnerator qui dicatur folio.ccliij. Q.
Deus tetragrammaton .folio. cxxviij. C.
Deus sibi in primis tria reseruauit.folio. lviij.L.
Deus parauit nobis cœnam. folio. ccclliij. Q.
Deus cur mirabilia operatus in aqua fo. clix.E.
Deus debitum pœnæ pro peccatis,multipliciter nobis remittet fo.cclliij.C.
Deus,sanctus est in se,& effectiuẽ.folio. xlj.I.
Deus mẽtiri nequit.fo.ccxcix.G.
Deus,quærendus ,dum inueniri põt fol. ccxliiij. N.
Deus naturam amat,& culpam odio habet.fol.ccv,O.
Deus culpam nunquam facit.sed tamen eam permittit.fo.ccxxv.D.
Deus treis habet familias.fol.cxiij.E.
Deus nobis quatuor commisit ,quorum rationem à nobis reposcet folio.cccxij. G.
Deus concurrit tripliciter ad hominis operationem.
Deus magna etiam beneficia malis confert.fo.xlj. L.
Deus pater operatur per filium non secus quam homo per brachium ,ibidem.M.
Deus semel loquitur & secũdo id ipsum non repetit fo.iij K.
Deus,verb.quod supponit determinatẽ pro persona patris & filii,vnde id habeat fo.lxiij.D.
Deus qui potuerit clarificari,cum sempi terna,eius claritas nec diminuta fuerit in humana natura,nec augeri potuerit in diuina fo.cclix.L.
Deus ad misericordiam procliuior est, quàm ad iustitiam.fol.quinquagesimo tertio.D.
Deus facientes adiuuat, folio. ccclvj. O.
Deus , vnus est adiutor & consolator afflictorum & patientium .folio. cccxxvj.M.
Deus in vindicta mouebitur : quamuis aliâs sit semper quietus.folio vigesimo quarto. H.
Deus misericordia mouetur super contrito & attrito.fo.clxxxvj.H.
Deus quærendus alacriter & festiuitater.fol. lix.N.
Dei proprium est, miracula edere propria authoritate.fo.cxxxviij.I.
Dei verbum,dictum brachium folio.xlj. N.
Et quantũ sint eius brachia potentia ibi. & per discursum.
Dei gratia , an fuerit infinita fol.ccccxxxiij,Q.
Ioannes,videns Christum,& testimoniũ reddeus,vtrum cõ enicatet eum agnũ appellauit.fo.cccxxxj.
Dei,regnum æstati comparatur . Et quæ id potissimum ratione fo.xxvij. G.
Dei manus, tribus modis sumitur folio. ccxlix. H.
Dei operatio duplex est fo.cxliij.L.

Dei

Dei amor erga hominem,per gratiã fol. cccxxxv. K.
Dei benignitas, in hominem folio.cccxxxj. M.
Dei solus actio, merè liberalis est ibid. O.
Dei amor in hominẽ, quatuor potissimũ nominibus commendatur ibid.O.
Dei filius,qui potuerit dari in mortem, cum ipse sit Deus ibi.P.
Dei benignitas & Clemẽtia summa erga peccatorem conuersum fol. ccccxiij. F.
Dei effectus omnis in creatura,siue extrà communis est omnibus diuinis personis.fo.cccxxix. G.
Dei voluntatem facere ,est operari opus eius fo.ccxxj.K.
Deo plurimum debemus, qui nos liberauit ab idolalatria.fol.ccxliiij.A.
Deo reuelandi quicquam credere,an necessario sit meritorium.folio.ccccxxvij.H.
A Deo quis mittitur,tripliciter.fol .lxix. A.
In Deo idem est intelligere & esse.fol. lxj .G.
In Deo cuique,& quamuis debili & infirmo & confidendum fo.cccxij.A.
De Deo aliquid dicitur tripliciter fo .lxvij.D.
Deo iusta persoluenda.fol.cccxiij.Q.
Deum nemo vnquã vidit.& quomodo id accipiendũ.fo.cccxxxviij.E.
Deum quænam manifestarint folio.cij. N.
Deum diligere perfectè, quid fol.cxxx. O.
Diabolus an sciat medicinaria corporum & ser motum licalem ea applicet fol. ccccxxvj.G.
Diabolus tandiu hominem tentat,quandiu Christus permittit folio. cxlij. Q.
Diabolus regnat in homine peccatore.f. cclxvj.F.
Diabolus eiectus est foras per passionem Dominicam ibi.I.
Diabolus quibus & quot modis à nobis pellatur fo.cxcj.M.
Diabolus vtrum hominem inhabitet peccantem mortaliter per effectum malitiæ,secundum essentiã fol.ccccxlj. D.
Diabolus obsidens hominem , an semper æqualiter eũ affligat.fol.ccccxl.H.
Diabolus an possit in humana anima seminare Zizaniam hæresis.fo.ccccxxxvij.C.
Diabolus,animum malorum caput est folio.clxxxiij.F.
Diabolus falsò scripturas citat tentando Christo.fo.xxl.D.
Diabolus fallitur quo ad gratuita , quæ ex Dei voluntate dependent : secꝰ quo ad naturalia.fo.cxxxviij.E.
Diabolus an cognouerit Christi diuinitatem ante passionis tempus ibidem. G.
Diabolus dominatur,ratione solutionis. fo.ccccxxxj. B.
Diabolus quibus armis expugnetur. fol. cxxxviij.P.
Diabolus homini persuadere potest præcipitare eũ nequaquã fo.cxl.G.
Diabolus malãsne cogitationes immittat humanis præcordiis.an potius Vero illę ex propria voluntate nascãtur. fol ccij. D.
Diabolus non prius cognouit Christum esse filium Dei,quã ante eius passionem.fo.cciij.K.
Diabolus,osor Dei & hominũ fo.cx.K.
Diabolus cur voluerit Deum tentare fo. cxxxvij.H.

Diabolus vſum ſpeciei nonit in communi.fo.cclxviij.F.
Diabolus,quis appellandus.fo.clxij.K.
Diabolus cur hominis ſenſus impediat. fo.clxxxviij.P.
Diabolus, capitalis naturæ hoſtis. folio clxxxix.I.
Diaboli filii, in quo probentur. folio clvij.H.
Diaboli calliditas, & verſutia in tentãdo Chriſto.fo.cxxxix.F.
Diaboli tria retia,tria venena pertentandis hominum præcordiis.fo.cxlij.B.
Diaboli potentia.fo.cxlj.E.
Diaboli regnum, in quo conſiſtat. folio clxxxix.P.
Diaboli poteſtas omnis, à Deo eſt. folio cxlj.I.
Diaboli tyrannis & rapina in genus humanum,ante Chriſti aduentum. folio cxc.O.& cxcj.A.
Diaboli ſumma velocitas.fo,cxxj.H.
Diabolo adiunctum numerum ſeptenarium, quomodo accipiendum. folio clij.G.
Diabolo neutiquam credendum, etiam vera loquenti.fo.cciiij.D.
A Diabolo non poſſumus rapi, niſi volentes fo.ccxlij.P.
Diabolum nõ ſtetiſſe in veritate dupliciter accipiendum fo.clvj. O.
Diabolum prohibuit Chriſtus virginitatem matris ſuæ ſcrutari. folio. cxxxviij.L.
Diabolum chriſtus comparauit aui,& volucres appellauit dæmones. Et quî idipſum.fo.cxxj.G.
Diabolicæ tentationis inſidiæ. folio. cccIxj.M.
Dictio eadem,tranſſumptiuè multa ſignificare poteſt.fo,cxiij.D.
Didymus,interpretatur geminus, vel dubius.fo.cccxj.M.
Dies dicata virgini fo.cxxxiiij.L.
Dies naturalis xij.horis conſtat, ſed inæqualibus.fo.ccvj,A.
Dies naturalis,eſt. xxiiij. horarum. folio clj.A.
Dies pro toto hoc ſeculo accipitur. folio cxiij.G.
Dies ſeptem poſuerunt gentiles à ſeptem planetis,quos tanquam deos colebant, ſingulos denominantes ab eo, qui in prima eius hora dominabatur. fol.cclxxxix.P.
Digitus quot granis conſtet.fo,xix.K.
Digitus Chriſti, quid allegoricè ſignet. fo.lxxxvj.N.
Diligere,eſt velle bonum fo.cxxix.Q.
Dilectio charitatiua ad proximum, eſt ſignum infallibile filiationis. folio clvj.G.
Dilectio dei,peccatum remittit.folio. cclliij.H.
Dilectio,an ſit cauſa,quo ad remiſsionem culpæ.ibid.
Dilectio duplex eſt.ibi.I.
Dilectionis probatio,eſt operis exhibitio fo.cclv.B.
Dilemma,quod genus argumenti. folio ccccxvj.G.
Diſcipuli an debuerunt Chriſtum videre reſurgentem, in ipſo puncto reſurrectionis.fo.cccclix.A.
Diſcipuli domini,nuſquàm in ſacris homines appellantur.fo.xix.E.
Diuina faſtidiunt, qui ea non guſtarunt. fo.ccclv.Q.
Diſcipulum perfectum tria faciunt.folio cliiij.E.
Diuitiæ poſſunt haberi citra peccatum. fo.cccxlix.N.
Diuitiæ dicuntur mammona iniquitatis, multipliciter.fo.ccclxxvij.G.

Diui

Diuitię quos comites habeant & aſſeclas. folio.cxxij.B.
Diuitiæ,ſpinæ ſunt.ibid.A.
Ad diuinorum notitiam quæ ſunt neceſſaria.fo.cccxxx.B.
Docere,competit tribus perſonis diuinis. fo.cccxxix.O.
Docere verbo,an præſtet, quàm ſcripto. fo.cccclxix.O.
Docere,vtrum ſit actus vitæ actiuæ vel contemplatiuæ.fo.cccclxx.G.
Doctores præferuntur ſummis pontificibus in expoſitione ſacrarum literarum.fo.xvij.Q.
Doctoribus & miniſtratoribus verbi diuini conuenit habere exteros procuratores,qui ciborum curam agant ſecundum Chryſoſtomum. folio ducenteſimo vndecimo.C.
Dominicæ præſentationi in templo quot quive interfuerint.folio ſeptuageſimo ſeptimo.Q.
Dominicæ natiuitatis hora, multa prodigia portenta & mirabilia in vno orbe terrarum edita. folio quinquageſimo ſeptima.D.
Dominus vnus viam hominis dirigit per gratiam.folio quadrageſimo ſeptimo. E.
Dragma quid.fo.cclx.C.
Dona ſpiritus ſancti,ſeptem folio.cccccIij. O.
Dulia adoratio.fol.ciiij.D.
Dubia & obſcura,claris ſunt illuſtranda. fo.xvij.P.

E.

EBIONIS & Chirinti error, aſſerentium Chriſtũ non præexitiſſe Mariæ matri. folio lxiiij.M.
Ebron,quomodo antiquitus diceretur & interpretaretur.fo,cclxxxiiij.H.
Eccleſia vniuerſitas, fidelium. folio. cxcvij. G.
Eccleſia vniuerſalis deſignata per nauiculam, an quandoque ſic agitetur vt patiatur naufragium. folio. cccxxxvj.E.
Eccleſia militans continet & malos:triũphans bonos tantum fo.v.K.
Eccleſia ſponſa dei,quibus conſtet. folio cccxlj.
Eccleſia laborauit,quandiu viguit ſynagôga.fo.ccccxix.B.
Eccleſiæ duæ,triumphans,& militans.fol. vj. I.
Eccleſiæ militantis ſtatus,medius eſt inter ſtatum ſynagôgæ,& eccleſiæ trium phantis.fo.xiiij.O.
Eclipſis in morte Chriſti.fo.cclxxxv. L.
Et alia quamplura prodiga.ibi.M.
Edendi antiquus mos.fo.ccccliij.K.
Edendi antiquus mos in lectis.fo. centeſi moſecundo.E.
Effectus ſemper ſunt in cauſis,ſecundum modum ſuarum cauſarum fo. lxvj.M.
Effrata,nomen antiquum. fol.lxxxix.M.
Eleemoſyna eroganda pro tẽporis,& loci ratione & pro perſonarum dignitate. cclxxiiij.N.
Eleemoſyna non ſit in obliuione. folio ccclxiij.Q.
Et eius commendatio vis, & præmium. fo.ccclxiij.A.
Eleemoſyna ſine cunctatione exhibenda. fol.ccclxxvj.K.
Eleemoſyna cui eroganda.fo.cxcvj.B.
Eleemoſyna,opus eſt glorioſiſsimum. fo. cxxxix.C.
Eleemoſyna non patitur animam ire in tenebras.fo.ccclxxvij.F.
Eleemoſyna an eroganda de illicitè acquiſitis.fo.cccclxxij.C.
Eleemoſyna quot quibus ve cõditionibus

 debeat

debeat esse prædita.folio centesimotrigesimoprimo.H.
Elemosynæ effectus & vis fo.cxxxj.K.
Elisabeth,est è filiabus Aaron.folio.ccccc xlvj.G.
Emanuel,res & virtus nominis diuini.fo lxxij.E.
Eucænia,quid fo.ccxlvij.M.
Eucænia ad mensem Decembris celebrari,receptum antiquitus ibi.N.
Eucænia celebranda,dū imminet hyems. fo.ccxlviij.F.
Enoch & Helias,viuunt.folio octagesimo tertio.F.
Enuntiatio non potest fieri de aliquo, nisi secundum quod cadit in cognitionem.fo.cccclxiij.D.
Ephrem ciuitatis situs & qualitas. folio cclviij.H.
Ephimera, quid. Et vnde dicatur. folio cciiij.P.
Et quotuplex.ibi.B.
Ephimera & vnde dicta.fo.ccccxj.P.
Epulari,quid.fo.clxxxvij.F.
Erugo,quod designet in sacris,quid tinea Quid fures.fo.cxxviij.F.
Esaias, cuius generis & studii fuerit.folio xliij.K.
Esaiæ prophetiæ,liber potius sermonum dicitur quam cæterorum prophetarum fo.xlv.O.
Esaicum tempore Oziæ suscitatum, falsum est.fo.ccclij.A.
Esau,ruffus interpretatur.folio octagesimo.P.
Estherauo fuerit ornatu contenta. folio xxxiij.C.
Et dictionis natura.fo.cclx.H
Ethnos græcè, gens latinè dicitur. folio cxxx.H.
Etymologia,quid fo.ix.N.
Eunomij hæresis,quòd filius Dei,est omnino.fo.ccclxxiiij.
Eunomij lapsus, ponentis omnimo patri dissimilem.fo.lxiiij.N.
Euangelium, verb. quomodo accipiendum. Et quæ complectatur . folio. ccccxxij.Q.
Euangelistæ an conueniant in describenda diuina genealogia . folio. ccccc xlvj.K.
Euangelistarum summum iudicium in diuinis historiis fo.ccxlv.P.
Euticetis lapsus. folio septuagesimoterтio.I.
Eucharistia,num sit de necessitate salutis fo.cccxlviij.D.
Eucharistiæ sacramētum, quibus & quot de causis institutum folio trecentesimoquadragesimoseptimo.O.
Eucharistiæ ministrandæ & suscipiendæ ratio & doctrina. folio trecentesimoquadragesimonono.A.
Eucharistiæ sacramentum, quādo & quomodo à Deo institutum.folio ducentesimoseptuagesimosexto.M.
Eucharistiam conficere,ad quem spectet. fo.cccxlviij.A.
Eucharistiam Græci pueri exhibent, autoritate Dionisii freti. folio. cccxlviij.C.
Ex, dictio causam effectiuam notat ius materialem.fo.lxxij.K.
Exemplum, vnde ducatur.fo.cxj.D.
Exercitus, quid, & vnde dicatur. folio lviij.L.
Exorcista ad Vespasianum adductus.folio cxc.D.
Exorcistæ dæmones fugabant antiquitus fo.cxc.A.
Exterminare,quid.folio centesimovigesimosexto.N.
Exul est patriæ & ciuis mundi ille, qui se se à Christo separat.fo. centesimooctuagesimotertio.O.
Exultare,quid fo.cl.H.
Exultare,an etiam extendatur ad pecora. fo.xxxix.C.
Exultatio in ventre Elisabeth, an facta à deo recursore hoc nesciente, vel fuerit in eo miraculosè acceleratus vsus rationis,& liberi arbitrii.folio trigesimo nono.A.

F

Fabvlari,quid. folio. ccxcvij.Q.
Fabula quid fo.ccxcvij.Q.
Facere nos ipsi dicimur, quod per alium facimus fol. centesimoquinto.O.
Fames verb. quomodo accipiatur. folio clxxxiiij.C.
Fames ingens in euersione Hierusalem. fo.cccccixiiij.N.
Fatum,quid.Et vnde dicatur.folio. lxxxviij.C.
Fatum an negandum.ibi.D.
Fatum pro prouidentia sumptum. folio lxxxviij.M.
Febris species quot fo.ccccxj.P.
Felicitas,quid.fo.ccclxxxviij.G.
Felicitas in quo consisteret, magna fuit olim philosophorum dissensio:necnon hodie summa contentio.folio.ccclxxxviij.F.
Felicitas æterna finis est sacræ doctrinæ. fo.xvj.E.
Felicitas est supra naturalem facultatem. fo.cxviij.A.
Felicitatis humanæ substantia, in quo sit sita fo.clxiiij.D.
Feria,quid significet,& vnde dicatur fol. cclxxxix.O.
Fides,radius est Christi folio vigesimoquinto.M.
Fides Trinitatis,dux est ad gloriam. fol. clxij.H.
Fides valet ad multa fol.xxxix.H. Quæ fusè per contextum enumerantur.
Fides,est non apparentium fol. trecentesimoduodecimo.L.
Fides,est vas:quo ex fonte diuinitatis haurimus gratiam & beneficia.folio centesimovigesimoquinto.P.
Fides,fundamentum est omnium operū. fo.cxlv.C.
Fides an hodie sufficiat ad salutem. folio lxxx.F.
Fides an plus ad salutem proficiat, quàm charitas fo.lxxx.F.
Fides aliqua dicitur magna absolutè & comparatiuè fo.cvj.L.
Fides non habetur à natura,sed per reuelationem & infusionem.fo. centesimodecimoquarto.B.
Fides ex auditu, auditus per verbum christi.fo.cxxj.A.
Fides non occidenda, ne cum ea moriamur.fo.cccxxiiij.M.
Fidei implicitas, argumentis omnibus antecedit fo.ccxij.G.
Fidei subtilitates anxius scrutari nō oportet fo.cccxviij.F.
Fidei Christianæ an repugnet,aliquid de vero & naturali sanguine Christi reperiri in terra.fo.cccclij.E.
Fide fit animæ desponsatio. folio. clxxxvj.G.
Figulus,quid dicatur.fo.cclxxxij.M. Figuli ager.ibi.
Filius Hominis,caput est omnium hominum.fo.cccccclviij.P.
Filius,dicitur radix patris.fo.lxxxiiij.H.
Filius quî possit trahere ad patrem. folio cccxxxvj.I.
Filius est in patre, ratione suæ essentiæ. fo.cclj.H.

Filius an ferat patris iniquitatem folio ccxxiij.O.
Filium esse à patre,quomodo accipiendū. fol.ccxxiij.F.
Filium oportet eiusdem esse naturæ cum patre.fo.liij.P.
Filii Dei homines variè dicuntur folio, lxxj.N.
Filii Dei sumus omnes, non per naturam, sed per adoptionem & gratiam fo.cxxx.D.
Filii & spiritus sancti missio.an & quatenus distinguantur.fo.cccxxv.O.
Filii sororum, fratres appellantur folio. xxxiij.G.
Filii Dei, dicuntur imitatores Dei.folio.clvij.I.
Filii Dei per adoptionem,qui dicantur in sacra scriptura.fo.xxxvj.D.
Filii huius seculi,dicuntur mali,multipliciter fo.ccclxxvj.P.
Finis,duplex est.fo.lxix.P.
Finis, dupliciter accipitur. folio. cccc. xxxiiij.A.
Finis nobilior est iis,quæ sunt ad finem. fol.xv.I.
Fons aquæ in liquorem olei versus,hora natiuitatis dominicę.fo.lvij.G.
Florū decor & elegantia Salomonis opes superauit.fo.cccxcv.L.
Forma intelligibilis in intellectu existens est principium consimilis conceptus in intelligente.fo.lx.O.
Formica,vnde dicatur.fo.ccclxxvij.C.
Forum,quid,in sacris.fo.cxiiij.A.
Fortuita in humanis quæ item intenta.folio.lxxxviij.B.
Formis omnibus aliquis terminus præfixus est,vltra quem non possunt inueniri.fo.xciiij.
Fœmina non est causa peccati originalis fol.lxxix.B.
In fœmina triplex est sanguis in Indiuiduo.fo.lij.D.
Fœnerator, duplici modo accipitur.folio.cclij.P.
Fœnum,super quo iacuit Christus,hodie Romæ adsenatur in æde Mariæ maioris.fo.lvj.I.
Francisci Petrarchæ de magdalena carmen.fo.cccix.A.
Fratris reconciliatio an semper facienda ante oblationem sacrificii,folio. cccclxx.H.
De fratris salute nobis perinde laborandum,atque de propria.fo.cxcv.E.
Fratri commiserendum, patris cœlestis exemplo.fo.ccclxij.G.
Fratres dicuntur quatuor modis, in sacris fol.clxij.P.
Fratres Domini,qui sunt.fo.cxlvj.G.
Fratres cur inuicem dicamur. folio cccclxix.F.
Fratrum appellatione,veniunt cognati,in sacris.fo.ccxlv.M.
Fremitus,quid fo.ccxxxiiij.F.
Fugere quatenus liceat pastori.folio. cccxliij.B.
Fulgur,quid.fo.ccxcij.B.
Fures & latrones,qui dicatur in sacris folio.cccxxxv.N.
Futura cognoscere,quid maius est, quàm præsentia nosse.fo.xlix.L.

G

Gabriel, quid signet, & notet.fo.xxxij.O.
Gala,græcè,lac dicitur latine.fo.ccxlv.G.
Galatici,circulus lacteus in cœlo,qui vulgò dicitur via sancti Iacobi.folio.cccxlv.G.
Galilæa,substantiuè & adiectiuè sumitur. fo.lxxviij.E.
Galilæa,vnde dicta.fo.ccxlv.G.

Galilæa,quid designet allegorice folio.ccxlvj.A.
Galilæa,anagogicè dicitur transmigratio fo.xcix.N.
Galilæa petenda est his,qui vitam æternam expetunt.fo.ccxcij.L.
Gaudium pertinet ad potentiam appetitiuam:cuius obiectum,est bonum apprehensum.fo.ccciij.A.
Garizim,mons Samariæ.fo.ccvj.O.
Gazophylacium.fo.ccxxxviij.C.
Generatio,verb.quàm variè accipiatur. fol.xlj.A.
Ad generationem materialia plura cõcurrunt.fo.lxxij.F.
Genelar,quomodo interpretetur fol.cccclxxxv.G.
Genezaria.fo.cxxxv.C.
Genezareth,stagnum. vbi situm.Et eius vsus.fo.ccclxiiij.M.
Genimen,quid Et vnde dicatur folio.ccclxxvij.F.
Genitum qui sit coæternum generanti.folio.lxij.K.
Gehen,vallis.fo.ccclxviij.G.
Gentiles non credebant fornicationem,esse peccatum.fo.lxxx.Q.
Gentiles,an & quatenus filii Dei folio. cclviij.E.
Gentiles ad christum dicuntur signis folio.lxxxvij.L.
Gladius,quomodo accipiatur in sacris. fol.cclxxix.G.
Gladius dominicę passionis, qui Mariæ animam pertransierit fo.lxxvj.H.
Gloriari in nullo creatura debet,sed in Deo.fo.ccxlj.A.
Gloria non est solida,è parentum nobilitate erepta.fo.cliij.M.
Gloria in cœlis,cognitione & amore Dei constat.fo.cix.Q.
Gloria vitæ æternæ,quid.fo.ccx.H.
Grabatum,quid.fo.clx.H.
Grabatum, vnde dicatur.fo.clx.O.
Gratia,est gradus ad gloriam.folio. ccexxxvij.G.
Gratia,est gloria inchoata:sicut è conuersò,gloria est gratia consummata folio. cxv.Q.
Gratia factaest per Christum, & homini proposita.fo.lxxij.A.
Et id dupliciter.ibid.B.
Gratiæ tempus consummatæ mercedis, sed inchoatæ.fo.cxvij.P.
Gratiam inuenire apud quempiam, quomodo accipiendum.fo.xxxvj.A.
Gratias agere,quid.fo.ccclxxj.C.
Gregorii.ix. canon super religionis ingressu ac etiam professione folio.ccccxxix.D.

H

Habitvs duo,eiusdem rationis,non possunt in eodem subiecto esse folio. xciiij.O.
Habitus aliqui licet sint de eodem obiecto materialiter,non tamẽ sunt eiusdem rationis.ibid.P.
Hebionis,Fotini, Cherici, & Pauli famosi hæresis,quod Christus non fuerit ante matrem.fo.ccclxxiiij.O.
Helia ciuitas.fol.ccclxxx.F.
Helias & Hieremias,traduntur fuisse virgines.fo.xxxvj.O.
Helias & Ioannes in multis conueniebãt. fo.xlix.D.
Helias terrestris, angelus cælestis. folio. cxciij.L.
Helias pascitur à coruis.ibid.N.
Heliam pauit vidua fo.cxciiij.D.
Helisabeth, quomodo interpretetur folio.xl.C.
Helius Adrianus hierusalem delcuit folio.

lio.cccclxxx.F.
Heluidius hæreticus,quis sentiat de Maria.folio.lij.H.
Heluidii lapsus super corpore Christi.folio.c.G.
Heluidii hæresis.fo.cccclxiiij.I.
Hercules.cxxv.passus vno anhelitu cucurrit.fo.ccxcvij.N.
Hesperus,stella,idem,quod venus.Et eius natura.fo.cclxxxix.G.
Herodes turbatur accepto Christi aduentu fo.lxxxix.C.
Herodes cur non fuerit motus Magorum reditu à Christo,potius,quàm testimonio pastorum, Symeonis, & Annæ.folio.lxxxij.H.
Herodes post multa flagitia, à Deo percussus est acerbe.fo.lxxxij.K.
Et quibus morbis doloribusq; petitus ibidem.
Herodes Agrippa,rex trium tetrarchiarũ folio.lxxxvj.I.
Herodes Antipatrem filium,duas filias,& Marianem vxorem trucidari iubet.folio.lxxxij.N.
Herodes principes ex omnibus prouinciis euocat,inclusos in hippodromo sagittis affici mandat.ibi.O.
Herodes creatus rex à Romanis. folio lxxxvj.G.
Herodes Ascalonita pueros innocentes truncari mandauit.fo.xliij.F.
Herodes Ascalonita liberos sex habuit ibidem.
Herodes Ascalonita duo condidit testamẽta.fol.lxxxiij.H.
Herodes tres fuere.fo.xxviij,D.
Herodes in dolium olei à medicis missus est fo.lxxxij.M.
Herodes naues Thatsensium incendit, ob insperatum iter susceptum à magis folio.xcj.A.
Herodis crudelitas,in morte innocentiũ. fo.ccccxxxv.F.
Herodis mors.fo.lxxxij.P.
Herode Ascalonita mortuo,dissensio orta inter liberos eius superstites,de dominatu & imperio.fo.xliii.I.
Herodianis demandata tributorum exactio.fo.cccxv.N.
Herodias,filia aristoboli,nupsit Philippo fratri patris sui fol.xxvij.G.
Herodias filia Aristoboli folio. ccccxliiij.F.
Et cui ipsa nupserit.ibid.
Hebræi existimarunt impossibilem esse vnionem diuinitatis ad humanitatem. fol.cxxxvij.G.
Hebræorum mos in computandis mensibus.fo.xxxvij.
Heresis pauperum de Lugduno,quod quilibet iustus, est sacerdos folio ccclxxiiij.K.
Hæresis Græcorum,quòd sancti non ascẽdũt paradisum ante summum diem iudicii.ibid.
Hæresis Nouatianorum.ibid.K.
Hæresis Catafrugarum.ibid.
Hæresis Ioachim abbatis.ibid.
Hæresis Simonis Magi.ibid.M.
Hæresis Macedonii.ibid.
Hæresis Petri Albaialarei.ibid.
Hęresis Articlinitarum.ibid.N.
Hæresis Deri anorum.ibid.
Ad hæresim animæ, multa requiruntur. fo.ccccxxxvij.C.
Hæreticus omnis, est Diaboli minister, & caret iurisdictione.fo.cccxiiij.E.
Hæretici,sunt in peiori conditione,quàm gentiles.fo.clij.K.
Hæretici ab Ecclesia sunt procul arcendi & grauissimis suppliciis plectendi folio.cx.
Hęretici suum venenum in cæteros effundunt.

dunt.folio.cx.N.
Hæretici an extirpandi & terminãdi morte.fo.ccccxxxvij.M.
Hæretici leprosis comparantur folio.cccxcij.C.
Hiericho,quid signet allegoricè folio.cxxv.B.
Hiericho,interpretatur luna fo.xxj.O.
Hierosolima,clxxiiij.turribus munita.folio.xix.L.
Hierosolymorum situs.fo.xix.F.
Hierusalem,quid proprie significet.folio.xj.D.
Hierusalem,sancta ciuitas dicta folio.cxxxix.K.
Hierusalem cur Christus intrarit cum tãta gloria,subinde ibi moriturus folio. ccccxliiij.B.
Hierusalem,in sacris ecclesiam militantem designat.fo.ccclxxix.A.
Hierusalem cur euersa. folio. cccIxxx..F.
Hierusalem obsessa,quot millia hominũ cęsa.quot capta.Quando item illa obsessa.ibid.H.
Hierusalem,metropolis Iudææ folio. ccxlv.M.
Hierusalem,quid significet. fol.xxxvj.E.
Hircus,regnum Græcorum fo.x.H.
Historia,quid.fo.ix.M.
Homo ortum auspicatur à fletu folio ccxliij.M.
Homo in suis operibus mouetur à duplici causa.fo.ccccclij.H.
Homo clamat propter quatuor folio.cccxcliij.E.
Homo hominem trahit multipliciter. folio.cccxxxvj.F.
Homo est in Deo per gratiæ similitudinem.fo.cclj.I.
Homo solum dicitur immundus à peccato mortali,& immundos habere pedes, à veniali.fo.ccIxix.L.
Homo animam vegetatiuam communem habet cum bsutis & plantis folio.cc.N.
Homo,microcosmos.fo.cccxxiij.A.
Homo comprehenditur,creaturæ verbo. ibidem.
Homo veritate nitens, constantia & animositate debet esse præditus folio ccxvij.N.
Homo qualiter diffametur apud Deum. fol.ccclxxv.L.
Homo diuino auxilio spoliatus, sursum deorsumque fertur,& tumultuatur, nõ secus,quàm nauis rectore destituta,& tempestate acta. folio vigesimosecundo.C.
Homo si non peccasset,an Christus naturam humanam subiisset folio cccxxij.M.
Homo,suorum actuum princeps est, moderator & dominus,& eo potest dici regulus folio quatercentesimonondecimo.F.
Homo conflatus ex quatuor elemẽtis,magis abundat terra,quàm quoquam reliquorum.fo.cxxviij.G.
Et quo id factum consilio aut ratione. ibidem.
Homo tremit & mouetur visione corporali vel imaginaria Angeli folio trigesimoquinto.K.
Homo munitus gratia diuina,timere non debet.ibid.Q.
Homo iustus,instar ouis est.fo.cxlv.F.
Homo omnis mendax.fo.clvij.I.
Hominus partes principales,quæ sint.folio.ccccxlviiij.C.
Hominis status,triplex est,secundum rationem.fo.xcij.B.
Israeliticis mos incedendi temporibus festis.fo.xcij.G.

Hominis ortus, quàm miser. folio. cccxliij.N.
Et ortum consequentia.ibid.
Homini quid agenti bona fide, & consultò nunquàm deest diuinum auxilium. fol.liiij.C.
Homini duo pensanda.fol.cxviij.N.
In homine interiori tria sunt. folio. cclxix.G.
Homines tria maximè omnium expetũt: honorem quietem, & vitam. folio. cxxiij.L.
Homines conuocati sunt ad fidem & gloriam: sed pauciſsimi electi ad gratiam. fol.cxvij.H.
Homines potius, quàm angelos expedierat esse testes transfigurationis Dominicæ.fol.cxliij.C.
Homines vani tria voluptuosa quærunt in vita.fol.ccccxliij.H.
Homines mali, odio habent fidelem reprehensionem.fol.ccxlvj.I.
Homines diuites & principes, quid de laboris suis statuere soleant, & procurare.fol.ccclvj.K.
Homines ad fidem cõuertendi, variè sunt affecti.fol.lxix.O.
Homines compositi sunt ad imaginem Dei, spiritu, non autem corpore. folio cccxxxviij.N.
Hominum quatuor maximè genera, qui ieiunium reiiciunt.fol.ccclxx.A.
Hominum tria genera, qui dęmones effugabant.fol.cxc.A.
Hominibus omnibus lumen infunditur, quantum in se est, licet illud nõ omnes recipiant.fol.lxx.Q.
Honorum & magistratuum ambitio, Christiano vitanda est.fol.cccxcix.K.
Hora, quid.fol.ccvj.B.
Horæ duodecim diei artificialis: sed inæquales.fol.cxiiij.I.
Et quomodo illæ horæ sumãtur ibi.K.
Horæ quot diei artificialis.fol.ccxxxij.C.
Horarum numerandarum varia ratio.folio.cxiiij.K.
Hospitium, quid dicatur. Quid diuersorium.fol.lvj.K.
Hœdi natura.fol.cxlv.G.
Humanitas, ex contrariis est composita. fol.cccccliiij.Q.
Humilis quis dicitur, dupliciter.fol.xl.N.
Humilitas, virtus est.fol.xl.N.
Humilis, obediens est.fol.xcvj.L.
Humores quatuor in corpore humano, ex quatuor elementis manantes. folio cccclij.F.
Hydria, quid.fol.cj.G.
Hydriæ quid sonent in sacris. fol.clij.H.
Hydriarum vsus antiquitati.fol.cj.H.
Hydrops.fol.cccxcviij.O.
Et quid in sacris designet. fol.cccxcix.C.
Hyperdulia, quæ sit adoratio.fol.ciiij.E.
Hypocrisis, comparatur fermento. folio cccccliiij.B.
Hypocrita diu latère nequit.folio.ccclxxij.G.
Hypocrita Græcè, Latinè dicitur simulator.fol.cxxxj.E.
Et eius verbi etymon.ibid.
Hypocritę laudant, quos perdere volunt. fol.ccccxvj.D.
Hypocritarum opera vnde maximè dignoscantur.fol.ccclxxij.G.
Hypocritarum venenum, maximè noxium.fol.ccclxxj.P.

I.

Iacob veniens è Mesopotamia, emit agrum ab Emon principe ciuitatis Sichem.fol.ccv.N.
Iacob seruiuit annis septẽ, i gelu & æstu.fol.ccccxiij.A.
Iacob domus appellatione, qui accipiantur.

tur.folio.xxxvj.K.
Iacobus, primus inter Apostolos sacerdotale solium ascendit.fol.clxij.E.
Iacobus, filius Alphæi, episcopus.ibid.
Iacobus maior, Christo similibus fuit.fo. cclxxix.H.
Iarus, princeps.fol.ccccxvij.G.
Idonia triplex à Deo datum. folio.cccxxx.D.
Idolatria cœpit, & abundauit infidelitas temporibus Abrahæ.fol.lxxviij.O.
Idolatria, in sacris dicitur adulterium.fol. cl.K.
Idolum, quid.fol.cxxxiij.P.
Idoli primum nomen.fol.clxxxix.B.
Idimen, Romam refert.fol.lxxxvij.E.
Ieiunium quo modo rationéve instituendum.fol.cxxvij.A.
Ieiunii vis.fol.cxxxix.B.
Ieiunia votiua.fol.cxxvij.F.
Ieiunorum præmium.fol.cxxvij.H.
Ieiuniorum nobis obseruandorum ratio. fol.cxxxvj.L.
Iesus, saluator interpretatur. fol.xxxvj.B. & fol.liiij.B.&.ccclxxix.O.
Iesum vocare in testẽ, quid. fol.cccxiij.A.
Ignis idem dæmones & homines cruciabit in loco pœnarum.fol.cxlvj.O.
Ignis, decuplo maior est aëre.fol.xxv.B.
Ignorãtia admirationem parit. folio centesimosexto.G.
Impossibile absolutè, quid.fol.tricentesimoseptuagesimosecundo.O.
Inferius non agit in superius, natura.fol. lxxxviij.E.
Infernus, quid.fol.ccclj.H.
Infernus vbi situs.fol.ccxciij.C.
Inferni an plures.fol.ccxciij.E.
Inferni quæ partes, & quot.fol.ccclj.D.
Infidelitas, peccatum est.fol.ccxlviij.L.
Ingratitudo ad Deum sanantem nos corporaliter vel spiritualiter, vel ad alios benefactores, an sit peccatum. fol.ccccclxxix.B.
Ingratitudo in Deum, peccatum est. folio ccccccxxx.C.
Inimici nostri, diligendi à nobis sunt: & humanitate ac gratia vincendi potiùs, quàm mutuo odio persequendi. fol.cxxix.M.
Iniuriarum remedium, obliuio est. folio ccxxij.H.
Aduersus iniurias alienas quinque diuina remedia.fol.ccxl.G.
Iniustitia non iusta, quadruplex est. folio ccclxxxij.B.
Iniusti hœdo comparantur. fol. centesimoquadragesimoquinto.G.
Innocentia, semita est ad prophetiam.fol. lvij.N.
Intellectus & voluntas, sunt potentiæ omnino immateriales in anima.fol.centesimo.N.
Intellectus obiectum, nunquàm potest percipi à sensu. folio quatercentesimovigesimosexto.L.
Interiora, digniora sunt, cùm in temporalibus, tum in spiritualibus. fol.decimoquinto.K.
Interpretes sextuaginta, scripserunt in vna basilica, authore Iosepho.fol.vigesimoprimo.C.
Interrogare & respondere sapienter, ex eodem fonte manant. folio nonagesimotertio.N.
Inuidia, malum, & tyrannicum tormentum.fol.cxciij.Q.
Inuidos asseruatur Deus. fol.centesimononagesimoquarto.A.
Ioatham primus regnauit post Iosiam: & captus est per regem AEgyptiorum. folio.ccccccxlv.O.
Ioannes Euangelista, dictus est Aquila. Et cur ita.fol.lx.D.

Ioannes an habuerit vsum rationis in matris vtero.fol.xxxix.B.
Ioannes Baptista natus est in solstitio æstiuali.fol.lv.N.
Ioannes, ob quomodo interpretandum. fol.xl.D.
Ioannes significat populum Hebraicum. fol.xxix.G.
Ioannes,interpretatur gratia Dei.ibid.
Ioannes dicitur Angelus, variis de causis quas vide in contextu. folio trigesimo primo.D.
Ioannes doctrinam suam dupliciter confirmauit.fol.xlvj.A.
Ioannes incarceratus ab Herode Antipa. fol.xxviij.G.
Ioannes decollatus prope Paschа. folio ccxvj.N.
Iounnes Baptista an dubitarit Christum moriturum,& descensurum ad inferos. fol.xxviij.Q.
Ioannes an exultauerit motus ab alio,per accelerationem vsus rationis. remiss. fol.ccccxxvij.N.
Ioannes cur plus, quàm propheta. folio xxxj.B.
Ioannes cur clamarit in deserto. fol.quadragesimonono.Q.
Ioann. Euangelista, quando fuerit conceptus.fol.xxxij.B.
Ioannis mancipandi carceribus occasio & causa.fol.xxviij.I.
Ioannis baptismus,an conferret.fol.ccccxxviij.K.
Ioannis baptismus,fuit pœnitentiæ.folio xlv.G.
Ioannis baptismo affecti, an iterum fuerint baptizandi à Christo.ibid.I.
Ioanni nomen impositum à Deo. folio ccccclxij.N.
Ioannem quis miserit ad baptizandum. fol.cccccclxij.G.
Ad Ioannem baptizantem quibus de causis missi rogati.fol.xlviij.B.
Ioannem baptizari à Christo,an expedierit.remiss.fol.ccccxxviij.E.
Ioannem esse Christi præcursoré, quæis & quot de causis retulerit. fol.quadragesimoquinto.C.
Ioanne Baptizante, opinio fuit tempus Messiæ adesse, vel aduentare. folio xlvij.Q.
Ioseph quî fuerit iustus,nolens coniugem suam traducere domum,adulterii penè falsa suspicione motus. folio quinquagesimasecunda.M.
Ioseph profugus, stetit septem annis in AEgypto, in ciuitate Hierapoli. folio lxxxij.I.
Ioseph,mansuetus.fol.liij.F.
Ioseph pater Christi putatiuus fuit, non verus.fol.lxxv.D.
Ioseph mortuus erat, dominicæ passionis tempore.fol.xcix.A.
Ioseph, quanti fuerit venditus. folio.cclxxv.B.
Ioseph admoneri per Angelum cur potius expedierit, quàm per Deũ ipsum immediatè.fol.ccccxxxij.I.
Iosephus quandiu hæserit in suscipienda hystoria iudaica.fol.xlvj.H.
Irasci fratri,an sit peccatũ.fol.cccclxx.N.
Ira omnis,an sit peccatum.fol.ccclxvj.P.
Ira non cadit in Deum.fol.ccclvj.E.
Et quid ira.ibid.
Iræ tres gradus.fol.ccclxviij.H.
Is, cui fit verbum Dei, per aliquam reuelationem,an possit id rarum habere tanquàm à Deo profectum. folio.ccccxxvij.H.
Israël, verb. quid notet in sacris. folio cvj.N.
Israëliticus populus,vestitu & fimbriis ab aliis erat distinctus.fol.cxxxv.G.

Iudas

Iudas Galilæus multis suasit, ne Cæsari tributa præstarent.fol.cclxxxvij.K.
Iudas Christum variè prodidit.fol.centesimovigesimotertio.Q.
Iudas Iotus est ante Petrum. folio.cclxix.A.
Ex Iudæ fratribus multi nati sunt ex ancilli: omnes simul patriarchæ & principes tribuum.fol.ccccclxviij.N.
Iudaicus populus ab Assyriorum rege captus, in Babyloniam ductus est. folio ccvj.K.
Iudaicus populus conuertetur ad Deum, sub finem huius seculi. fol.tercentesimodecimo.N.
Iudæa, regio Palæstinæ,dicta à tribu Iuda, terram etiam Beniamin includens. fol.ccxlv.G.
Iudæi fatentur Christum suscitasse mortuos.fol.xxx.G.
Iudæi quàm præpostere iudicarent licitum esse hominem occîdere Sabbato, sanare,nefas.fol.ccxxj.N.
Iudæi, duræ ceruicis fuêre. folio.cclxxxviij.A.
Iudæi non norunt Christum esse filium Dei,per naturam.fol.cxxxvij.B.
Et quid de dæmonibus.ibid.
Iudæi pulsi per Titum.fol.xxj.F.
Iudæi Christum sperabant & expectabant ex genere Dauid.folio vigesimosecundo.Q.
Iudæi,filii regni dicti.fol.cvj.Q.
Iudæi vnum templum instituerint, synagôga plureis.fol.ccccxvij.H.
Iudæi Mariam beatificant multipliciter. fol.xlj.D.
Iudæi in vnum collecti regnum, opprobriosè dispersos Gentiles dicebant.fol. ccxliiij.P.
Iudæi tralationi Chaldęę non audent refragari.fol.lxxxix.P.
Iudæi ius à Romanis antiqui - concessum, vt vnus è carcere solueretur, in memoriam reditus ab AEgypto. folio cclxxxiij.G.
Iudæi reuersi à captiuitate Babylonica arcam fecerunt similem illi, quam fecerat Moses.fol.xlvj.I.
Quæ nunc prostat Romæ.ibid.K.
Iudæi treis personas expectabant. folio xlix.E.
Iudæi opera tria bona Diabolo adscribebant.fol.ccxl.F.
Iudæi cur crediderunt potius Ioannem, quàm Iesum esse Christum.folio quadragesimooctauo.C.
Iudæi crediderunt animas è corporibus in corpora dimanare.ibid.M.
Iudæorum & hæreticorum error, circa resurrectionem. folio centesimoquinquagesimoprimo.L.
Apud Iudæos tres religiosorum sectæ fuerunt.fol.ccclxxxj.L.
Iudæorum Doctores, virgam in signum doctrinæ ferre consueuerunt.fol.quinquagesimoprimo.L.
Iudæorum synagôgæ,irrita. folio vndecimo.I.
Iudæorum lapsus super Trinitate.folio cccxlij.G.
Iudæorum opinio de Pharisæis.fol.cccxcviij.K.
Iudæorum ignorantia inepta de factis interioribus & exterioribus. folio. cccclxvj.M.
Inter Iudæos & Samaritas contentio de loco adorationis. folio ducentesimooctauo.M.
Iudæis tritum prouerbium, alius seminat, alius metit.fol.ccxj.M.
Iudæis mos fuit,vt si quem morti adiudicassent, ligatum morti adiudicarent. fol.cclxxxij.G.

Iudæis receptum est, habere desponsatas per aliquot dies in domo sponsi, ante carnalem copulam. fol. lj. Q.
Ex Iudæis salus est tripliciter folio. ccix. G.
Iudicare de occultis alieni cordis, peccatum est fo. cxcj. K.
Iudicandi quinque modi ex sacris literis collecti. fo. cxliiij. C.
Iudicandum ex rerum natura fol. ccxxij. E.
Iudicatur dupliciter, folio. ccccccxxxvj. E.
Iudicari potest quis dupliciter fol. cxlij. I.
Iudex iustus potest duos fures æqualiter culpabiles punire cæcitate. fol. ccccclxj. H.
Iudex optimus, qui cito intelligit, sero iudicat. fo. cxliij. F.
Iudex laicus, peccator, an possit aliũ corrigere & plectere. fo, ccxv. B.
Iudex eminere debet iudicandi. folio. xxvij. A.
Iudicium & prælatorum officium folio. cxlviij. Q.
Iudicium duplex fo. cxlviij. L.
Iudicium perfectum, quando dari possit ibid. N.
Iudicium, quotuplex.
Iudicium licitum, quod ibi. K.
Iudicium omne Christo delatum est. fo. cxliij. F.
Iudicum magis competit Prælatis & Potestatibus, quàm priuatis fo. ccclxiiij. C.
Iudicium pro discretione folio. ccxl. E.
Iudicii futuri tempus in diuino situm est arbitrio fol. cxliij. P.
Iudicii futuri ratio & forma. folio. cxliiij. A.
Et ample per totum cõtextus discursum
Iudicii supremi examen. fol. cxlvij. H.
In iudicio supremo horror futurus. fol. ccxv. G.
In iudiciis maturitas maturitas obseruãpa. fol. ccxiiij. F.
Iugum Dominicum, Leue. fol. cccccxxxviij. E.
Iuramentum omne, non est peccatũ. fol. cclxxv. A.
Iusti, sunt amici Dei, fo ccclix. D.
Iusti, beneficti sunt actu, ratione gratiæ in via. & benedicendi, ratione gloriæ. fo. cxlv. P.
Iustificatio non prouenit ex operibus legis. fo, lxxix. N.
In iustificatione impii, an requiratur magna Dei propitiatio fo. cccclxxxiij. K.
Iustitia variè sumitur fol. xcvj. H.
Iustitia nostra qui debeat superabundare fol. ccclxvij. H.
Iustitia duabus partibus constat fol. cccclxxxiij. F.
Iustitia, Pax homini ad Deum consil. cclv. N.
Iustitia vero compassionem habet: falsa. dedignationem. fo. ccclviij. K.
Iustitia legalis, pro omni virtute sumitur. fo. cxxxx. Q.
Iustitia legalis dupliciter dicitur. fol. cxiij. H.

L.

LAc, & semen ex eodem fonte manant fol. cxcij. C.
Lachrymarum vis quotuplex in Magdalena. fol. cclv. N.
Lachrymarum duo genera. folio. cccv. E.
Langor quid propriè. fol. ccxxx. M.
Lapis

Lapis in templo Salomonis reprobatus inde coaptatus fo. clxxxj. K.
Latriæ adoratio fol. cliij. D.
Latria debetur soli principio omnium bonorum. fo. cxlj. Q.
Laudis studio omnes natura dicimur. fo, ccxxxviij. O.
Lazarus, quos repræsentet in viuis fo. cccliij. O.
Lazarus ex illustri familia & hæc ortus. fol. ccxxx. I.
Item potentia & opibus floruit ea familia ibid. K.
Lazari morbus. fol. ccxxj. F.
Legio, quot constet. fol. cclxxx. A.
Lepra, quid moraliter designet in sacris. fol. cccxcij. D.
Lepra quintupliciter mundata. fol. cccxciij. F.
Lepra, peccatum notat. fo. cv. I.
Læprosum an Christus sanauerit virtute diuina. an verò mediante aliqua virtute creata. fo. cccexv. C.
Leuita, quis dicatur. fol. cccxc. G.
Leuitæ, qui non fuerunt sacerdotes, immunes redditi à peccato vituli confecti, idololatria. fo. ccclvj. K.
Lex diuina duobus maximè præceptis constat. fo. xiiij. Q.
Lex gratiæ, viuificat. fo. xv. L.
Lex, ꝙ occasionaliter occidat, quomodo accipiendum. fo. xvj. K.
Lex vetus tria genera præceptorum continebat fo. ccccexl. L.
Lex diuina, decem præcepta continet fo. cxcviij. H.
Lux communis non tollit, quin actus siat priuilegium ratione sanctitatis. fol. lxxviij. K.
Legis duplex præceptum de prole nata. fo. ccccccxxxvj. L.
Legis Mosaicæ onus. folio centesimodecimoseptimo. H.
Legem condere & secundum eam iudicare, est eiusdem folio vigesimosexto. K.
Legum timor, quid profuerit folio. cccclxviij. F.
Liberare, quomodo accipiatur folio. cliiij. I.
Liberi ferè parentes sequuntur. fo. ccccclxvij. O.
Liberum arbitrium comitatur corporis dispositionem fol. lxxxviij. G.
Limbus, quid fo. ccclj. D.
Lithostratos, qui locus folio. cclxxxviij. K.
Lutus, quid fo. cccccclviij. Q.
Locus an vllus sit supra spiritus folio. cccxxiiij. I.
Logos, græcè, latius patet, quã verbum, latinè. fo. lxj. N.
Lotio septuplex. fo, cxciij. E.
Luna, cur dicatur in sacris luminare magnum. fo. xxv. G.
Luna vicina est terræ folio. cxxxiij. Q.
Luna obscuratur tripliciter fo. ccxxxviij. H.
Lucifer, quos sub se assecias, duces, & comites habeat. fo. cxcj. L.
Lucifer, præest superbiæ. ibi.
Lucifer septem habet duces. fol. cccxcliij. D.
Lupus vesta ouina tectus qui dignoscatur. fo. ccxlix. Q.
Lupus si prior hominem viderit, vocẽ aufert. & quoue id ipsum fol. xij. F.
Et si quid si homo prior lupum aduerterit. ibid.
Lupi tria signa fol. cccxv. C.
Lux corporalis est principium generationis in hisce inferioribus. folio. lxx. I.

Item,manifestati bonis.ibi.
Item,pulchritudinis.ibid. K.
Lux,& lumen quid differant folio. lxix. G.

M.

MAchabei, sacerdotes fuerunt folio.xxxvj. I.
Magdalene,vnde dicta fol. ccxc.K.
Magdalene Caroli,Siciliæ regi secundo apparuit fol.cxcij.C.
Magdalene,vbi fuerit conuersa fo.cxcij. A.
Magdalene soror Lazari & Marthæ,Christum vnxit.fol.cclij.H.
Magdalene, admodum lachrymosa.fol. ccliij.A.
Magdalene in spelunca versabatur .fol. cccvij. M.
Et de eadem insignis historia ibid.
Magdalene quæ fuerit cui Christus apparuit à resurrectione fo,ccxlvj.C.
Magdalene voluptatibus incubuit annos xiiij.fol.cclij.M.
Magdalene despecta à Pharisæo.fol.ccliij.L.
Magdalene monumẽta & reliquiæ patẽt maximè in Narbonensi Gallia folio. cccvj.Q,
Magdalene exemplo peccatores resipiscere debent,& ad pœnitentiam conuerti.fol.ccvij.I.
Magis, tripliciter sumitur folio .lxxxv. K.
Magi dicti,à sapientiæ magnitudine.fol. lxxxv.L.
Magi,astrologi.fo.lviij.A.
Magi munera offerunt Christo. Et ipsorum munerum consideratio folio.xj. M.
Magi cur venerint ab Oriente .fo .lxxxvij. E.
Magi in Oriente existentes,vident stellã Iudæam immotam.fol.lxxxvj. K.
Magi intra.xiij.dies Iudæam attigerunt ibidem.M.
Magorum trium regum nomina,hebraica lingua,græca, & latina.fol.lxxxvi.
Magos docere de Christi natiuitate per stellam,conuenientius fuerit fol. ccccccxij.K.
Magis deficit stella,& cur idipsum.folio. lxxxvij. C.
Magos edocet Angelus Christi natiuitate fo.lxxxviij.O,
Magister, quis sit propriè folio. clxxiij. L.
Magistratus,nec ambiendus est nec cuiquam inuidendus,fol.clxxvj.P.
Magni plura timent, quã humiles.folio. lxxxix. D.
Mahumet,quid possit.fol.ccccxj.H.
Mahumeti verba,de Maria.fol.xlj.C.
Mala æquanimiter sunt toleranda.folio. cxxij.D.
Malefactor non debet absolui.fol.ccxv. M.
Mali quibus de causis non sint eradicãdi propter bonos.fol.cxj.N.
Mali,perinde ac boni resurgent.fol.clj. L.
Mali omnes,sunt vnius generis,& Diaboli vnius serui.fol.ccccvilj.I.
Mali falsa prædicantes, nunquã possunt vlla miracula edere.fo.cclviii.I.
Malorum tria genera fo.clj.F.
Malis iniusta præstare, satius est, quam bonis iusta subtrahere. folio. clxxij. G.
Malum.quid fol.cclxxv.Q.
Mammona, Syriacum verbum fol.cccxcliij.

xcliij. C.
Manasses duxit vxorem esse filiam principis Samaritanorum fo.ccviij.O.
Manæ mundi, quomodo accipiatur. fol. cxiij. G.
Manibus lauandis vetus præceptum fo. cxcviij.P.
Manuum lotionem cur apostoli obmiserint fol.cxcix. P.
Manicare significat,manè venire.fol. ccxiij.K.
Manichæus negat temere omnia testimonia prophetarum de Christo fol.lxix. I.
Manichæi lapsus.fo.lxvj.E.
Manichæi error,dicentis duo esse rerum principia.fol.cccclxviij.A.
Manichæi lapsus,ponentis duo cõtraria, principia,hoc est Deum lucis ,& Deũ tenebrarum.fo.lxiiij.F.
Manichæi Diabolum omnium visibiliũ dominũ & locatorem temere adseueran.fol.cxlj. K.
Manichæi dixerunt patris veteris testamenti, malos & damnatos fuisse.folio cccxxxv. M.
Et quibus ad id moti fuerint argumentis ibidem.
Manichæi temere dicunt carnem Christi phantasticam.fo.lxxx.K.
Manichæorum hæresis.fo.lxxxviij.A.
Manichæorum lapsus, ponentium duo principia,vnum corruptibilium:alterum incorruptibilium.fol.lxv.I.
Manichæorum lapsus, super mendacio. folio.clxij.G.
Manichæorum lapsus adseuerantiũ duas creationes.fo.clxix.H.
Mansio quærenda. fol.cxlix.N.
Marc.ver.quid cõprehendat.f.cxxxiij.K.
Mare ,refert peccatores pœnitentes repleto amaritudine peccatorum.folio. cxxxiiij.P.
Mare,allegoricè comparatur huic seculo fol.cviij.F.
Mare Galilææ allegoricè ,tria nomina.f. ccclxxxv.G.
Mare subeuntes,tendunt sursum.fo.ccclxv .E.
Magis tempestas vnde nascantur.fol.clx D.
Marcella,pedissequa Marthæ sororis Mariæ Magdalene & Lazari.fo.cxcj.Q.
Maria in sacris terra appellatur .folio. ccxv . Q.
Maria,quot & quam variis de causis laudanda.fo.xlj.H.
Et per discursum contextus.
Maria suscepit omnia sacramenta cæteris hominibus promulgata Et quibus quotve idipsum de causis consil.xlv. L.
Maria an Christum conceperit ante salutationem angelicam,vel ea ipsa statim audita.fo.lxxxv. A.
Maria gratia abundauit folio . xxxiiij. E .
Maria descendit ex Iechonia.f.xxxvj. F.
Maria,animam pœnitentem significat. fol. ccxj . F.
Maria triplicem singularem sensit tribulationum fo.ccxxlij. H.
Maria quid significet.fol.xxxiiij.fol.A.& fol.xxxv.F.
Maria virgo,an sic inuenta sit habens in vtero de spiritu sancto , ita vt filius eius debeat dici de spiritusancto conceptus fo.ccccxxviij.F.
Maria virgo, virum gladio mortis vel verbi sic fieret affecta,vt iure martyr dicatur.fol.ccccxxxj. I.
Maria an venialiter peccarit.folio.clxij. C.
Maria virginitatem voluit Deo . folio.

xxxvj.N.
Maria & Ioan.Baptista,nunquàm miraculis emicuerunt .fo.xlv.P.
Maria verè & propriè,mater est Dei.fol. xlj.H.
Maria an occisa corporali gladio. folio lxxxvj.M.
Mariæ canticum.fo.xl.F.
Mariæ præsidia & auxilia. folio. xxxv. G.H.&.I.
Mariæ ergà filium suum vnigenitum constans & singularis amor.fo.clxv.H.
Mariæ quando Angelus adparuerit.folio xxxvij.O.
Mariæ plures fuere.fo.ccxxx.O.
Mariane,vxor Herodis Ascalonitæ statura & lepore præstitit.fo.xliij.G.
Mansiones multæ apud Deum fol.ccccc. xxxix.A.
Maritima,verb. dupliciter accipitur. fol. ccccccliij.L.
Masculus omnis ex Israël tenebatur comparere Hierusalem in templo,ante conspectum Dei.fo.xcj.O.
Marsilia fidem Christi suscepit.folio.cccvij.I.
Mater filium suum comedit in destructione Hierusalem.fo.cclxxvij.M.
Mater frater vel soror Christi efficitur quis dupliciter.fo.cliij.G.
Mater dicitur etiam radix filii. fo. lxxxiiij.I.
Matris in filios animus fo.xcv.C.
Mathæus,fuit telonis.fo.cxv.E.
Matthæus hebraicè scripsit.folio vigesimoprimo.B.
Maxilla,propriè pars sacerdotum. folio xix.Q.
Medicina solet dari in calice. folio. cclxxviij.P.
Medicus non semper sanat, nec Rhetor semper persuadet.fo.lxix.Q.
Ad medium non potest deueniri, nisi per extrema fo.ccccclx.C.
Melancholici & phrenetici somniis maximè capiuntur.fo.clj.G.
Mendacium loqui ex propriis, cui attribuatur.fo.clvij.F.
Mensura conferta Deus omnia rependit. fo.ccclxij.I.
Mentis bona qualitas, quæ folio. ccccclij.N.
Mercari in ecclesia, prohibitum. folio. cxlviij.L.
Mercatores cupiditate & auaritia flagrãt. fo.xxvj.A.
Merces operario debetur,hæreditas filio. fo.cccxiij.M.
Mercurius,regnat in virgine, dominatur aquæ & præest facundiæ.fo.centesimo vigesimosexto.K.
Metreta,quid.fo.c.I.
Meritorum differentia,non potest mutari post mortem.fo.ccclij.P.
Messias hebraicè Græcè Christus, latinè vnctus.fo.ccx.A.
Messis spiritualis,tripliciter sumi potest fo.ccxj.N.
Et qui vtranq; seminarint.ibi,
Messis tempus comparatur iudicio summo.fo.cxij.G.
Messores, quid significent in sacris. folio cix.O.
Metalla erugines,vestes tineæ demoliuntur.fo.cxxviij.B.
Mira quid fo.clxvij.H.
Misereri dei proprium orare sanctorum. fol.clxvj.I.
Miserendi modi.fo.ccclxj.C.
Misericordia,quid fo.ccclxix.O
Mna,quid fo.ccccclvj.C.
Miraculum quid fo.ccccx.K.
Et quid differant à prodigio ibi.
Miraculum publicantes cõtra prohibitionem diuinam an peccent.fol.ccccclxxviij.C.
Miracula edunt sancti dupliciter. folio cccxxxvij.N.
Miracula facere an cuiquam homini liceat.fo.cxxxviij.K.
Miracula Christi num cœperint in nuptiis in cana Galileæ. folio. ccccxxxv.B.
Miracula etiã mali faciunt.fol.ccxxvj.M.
Et quò illa fiant fo.ccxviij.H.
Miracula multa facta in Iordane flumine.fo.xcvj.B.
Miracula,tripliciter fiunt.folio. ccclxxxvij.F.
Miracula possunt dici facta immediate. fol.cl.I.
Missa cur incipiat in dextro cornu altaris.fo.ciiij.D.
Missæ celebrandæ noctu.vetus mos. fol. cclxxxix.E.
Missio visibilis an debuerit fieri ad patres verbis testamenti.fo.ccccclxj.F.
Et an fuerit plenior post incarnationem, quàm antè ibi.
Moabitæ maximè idolatria laborarunt. fo.lxxxvj.E.
Moabitæ beel, Palestini Baal, aliàs Beel phegor,nonnunquã Baalini dixerunt. fo.clxxxix.C.
Monarchia, quid & vnde dicatur. folio xliiij.C.
Quid idem tetrarchia.ibi.
Mons,Sion tres colles habet à se inuicem distinctos.fo.xix.H.
Montes duo in Iudæa, Oliueti & Sion. fol.xix.F.
Montes & colles, quid designent. Quid valles fo.xlvij.F.
Montani,Manichæi,& Priscillæ hæresis. fo.ccclxxiiij.D.
Moria mõs, in quo Abrahã obtulit Isaac. fo.ccviij.Q.
Maria,ad Orientem.fo.xix.I.
Morimur & commutamur quotidie. fol. xxvij.O.
Mori in peccato quando quis dicatur.fol. clxviij.K.
Et quomodo id accipiendum.fo.clviij.K.
Morientes incircuncisi, eò damnabantur antiquitus fo.lxxix.D.
Mortui recordantur viuentium. folio cccliij.C.
Mortui an curent viuos.fo.cccliij.I.
Mortui tres à christo suscitati. Et qui sint illi fo.cccxcviij.C.
An de morte cuiusquam condolendum. fo.ccxxxiiij.H.
Mortuos viuis crebrò apparere, noxium foret.fo.cccliij.H.
Mortuis non æquè credendum, atq; scripturis.fo.cccccliij.F.
Mos antiquis fuit,in vtroque solstitio vigilare ad reuerentiam Solis.fo.lvij.M.
Mos Antiquis fuit concinnandi cantici ob beneficium acceptum. folio quadragesimo.D.
Moses & Helias,contestes transfigurationis Dominicæ. fol.clxiij.D.
Et cur potius illi duo,quàm reliqui ibi.K.
Moses xl.diebus pastus fuit diuinitus, corporaliter & spiritualiter. folio. cxxxvij.O.
Moses circuncisionem acceptam à maioribus suis quasi per manus, mandauit Iudæis.fo ccxxij.A.
Mosi mandatum supra lepra fo.ccxcij.F.
Mosi & Heliæ ieiunium.fo.cxxxvj.Q.
Mosi & Heliæ ieiunium,quid differebat à Christi ieiunio ibi.Q.
Et fo.cxxxviij.G.
Mosaica lex super coniugio.fo.ccccij.F.
Mosaica lex ingum importabile fo.centesimoseptuagesimosecundo.H.

Et quæ dicebantur illa onera & quomodo accipienda.ibid.I.
Mosaicæ legis ratio,coniuge moriente sine liberis.fo.l.Q.
Mouens primum nullum mouetur ea specie, qua mouentur aliqua eorum quæ mouet.fo.ccxx.H.
Mouens perfectius est mobili.folio.ccccclij.I.
Motus an possit inesse glorioso corpori. fo.cccxij.E.
Motus localis, duplex est.fo.cccxij.D.
Mulier,verb.quandoq; notat sexus discretionem.fo.c.K.
Mulier, vnde dicatur. folio. xc.H.& folio ccclx.F.
Mulier rarò admittitur in testimonium, iure ciuili fo.lxxvij.C.
Mulier ornatum natura appetit. folio xxxiiij.C.
Mulieris testimonium, imperfectum est ratione fragilis. Et quid ratione sanctitatis.fo.lxxvij.D.
Mulierem tria maximè ad nequitiam vocant & inuitant.fo.cclij.M.
Mulieres an profiterentur, mandata vniuersi orbis descriptione per Augustum
Mulieribus primum omnium reuelata dominica resurrectio.Et cur ita.folio. ccxcij.H.
Multiplicitas an accidat in sacra scriptura.fo.xij.Q.
Et quotupliciter.ibi.M.
Multiloquium cauendum,multis de causis.fo.ccccxv.Q.
Munus quadruplex,quod nos Deo offerre conuenit.fo.ccclxix.D.
Mundanus an & quatenus possit mundanum odio habere. folio ducentesimo quadragesimosexto.E.
undana omnia,corruptibilia sunt, varia,inania, & fallacia. Quod patet ex vers. sententia eò adducta.folio vigesimoseptimo.M.
Mundus hic quotuplex.fo.lxx.M.
Mundus hic agro comparatur,moraliter. fo.cx.P.
Mundus totus sphæricus est. folio. ccxciij.B.
Mundus diuisus septuagintaduabus, totidem interpretes postulant. fol. ccccxlix.P.
Mundus despiciendus ac calcandus. folio xxvij.F.
Mundi fructus & stipendium, ruina est. fo.xxvij.H.
Mundi consummatio quando futura. fo. ccclxxx.N.
De mundo hoc esse dupliciter accipitur in scripturis.fo.clxix.K.
Minus includitur in maiore.fo. quadragesimonono.I.
Muneris offerendi ratio.fo.ccclxviij.P.
Murmur nullum in regno cœlorum. fo. cxvj.N.
Murmur multipliciter accipitur ibi.O.
Mutus,aut dicatur ibid.P.
Mutus omnis natura, est surdus. folio clxxxviij.O.
Myrrha,quid referat.fo.xcj.G.

N

Nasci ex spiritu quis non potest nisi fuerit humilis fo.cccxlv.B.
Non nasci,satiùs esse quàm damnari,quomodo accipiendum.fo.cclxxvj.A.
Natus ex spiritu,treis habet proprietates fo.cccxliiij.P.
Naun,ciuitas.fo.cccxcvj.O.
Natiuitas duplex est.fo.cclxxvj.A.
Natura Deo æquari non potest. folio ccxcvij.L.
Natura omne immundum reiicit. folio ccij.A.
Natura Deum perfectè imitari nequit in suis operibus. folio centesimoprimo.Q.
Natura nitimur in vetitum.folio decimo sexto.K.
Natura non potest æquari Deo, in operãdo.fo.cxxvj.A.
Natura nihil æquè est insitum, atque diligentem se diligere.fo.cccvij.P.
Nauis quid significet moraliter in sacris. fo.ccclxv.N.
Nauis quid allegoricè sonet in sacris, Quid tempestas.fo.cviij.D.
Nazareth.fo.cccclilj.K.
Necessarium quid dicatur absolutè. folio ccclij.H.
Christus sex admodum clausa aperuit. folio.ccciij.L.
Nero imperator Romæ.circa annum.xlij. à passione Dominica, Vespasianum misit,vt Iudæam rebellé imperio subiugaret.fo.ccclxxx.B.
Nestorii & Claudii error,adseuerantium filium habere durationis principium. fo.lxij.E.
Nestorii error, dicentis in Christo fuisse duas personas & duos filios.fo. septuagesimotertio.O.
Nicodemus, quid fo.ccxlij.G.
Niniuitæ fo.clj.L.
Niniuitæ ex comparatione iudicabant. fo.ccccxxxvj.F.
Nomen,quid.Et vnde dicatur. folio. cclxvj.A.
Nomen omne significans in concreto aliquam naturam potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. folio cccxxx.A.
Nomen Domini tetragrammaton. folio cccxxxix.L.
Nomina imponebantur in circuncisione antiquitus, velut hodie in baptismo. folio.lxxx.N.
Nomina specierum,debẽt rerum proprietatibus conuenire.ibi.
Nominũ imponendorũ ratio. folxxx. D.
Nostra dicuntur illa,quibus ex sententia vti possumus.fo.ccclxxviij.O.
Notarii factum Constantinopoli. folio. cccxlvij.A.
Nox duplex est fo.ccxxv.G.
Nox apta est consiliis & meditationibus. fo.lxxxiij.A.
Nox,pars est naturalis diei.folio quinquagesimoseptimo.P.
Nox maximè nominari consueuit in tristibus.ibi.Q.
Noctis quatuor sunt vigiliæ.Et vnaquæque diuiditur in tres horas inæquales. fo.cxxxiij.L.
Nubes,vnde generentur.folio.clxv.G.
Nubes in multiplici sunt differẽtia ibi.C.
Numa Pompilius primus numum inuenit fo.fo.ccccxvj.
Numerus vniuersitatis temporis, septenarius est.fo.clij.
Numisma,quid fo.ccccxvj.L.
Nuptiæ,referunt ecclesiam militantem, fo.cccxix.P.
Nuptiæ celebratæ in cana Galileæ, quibus interfuit Christus,dicuntur fuisse Ioannis euangelistæ.fo.xcviij.N.
Nuptiæ verb.variè sumitur ibi.P.
Nuptiæ cuius fuerint,quibus Christus interfuit.fo.ccccxxxiiij.H.
Nuptiæ celebrandi mos antiquitus receptus.fo.cccccliiij.E.

O

Oculos leuare, qd f.ccxj.E.
Oculis subiecta facilius apprehenduntur,quàm quæ imaginationi adiacent fo. xxxij.M.

Offensa cuiúsque in Deum, duplex est. folio. xlij. K.
Oleum, quid designet. fol. cccccclxij. O.
Oleum præeminet omni liquori. folio ccxvj. B.
Oliueti mons, eo dictus, quòd sit oliuis consitus. fo. xx. A.
Oliuetus mons, dictus etiam trium luminum. ibid.
Omne, quod est per participationem, est deriuatum ab eo, quod est per essentiã. fol. lxx. L.
Omnia per verbũ facta sunt. fo. lxiiij. O.
Omnia scrutari non est necesse folio clxxxvij. N.
Operari quicquam per virtutem ab alio sumpta, dupliciter intelligitur folio lxv. D.
Operandum bene, qua sit intentione folio. xxxj. A.
Operandum bene, dum tempus adest fo. ccxliij. L.
Opus bonum susceptum vana gloria, deferendum potius, quàm persequendũ. Et quid si in medio illa contingat folio. cxxxiij. A.
Opus quod sit permissum in ecclesia folio. cxlviij. L.
Opus meritorium bonus non potest, absque diuino auxilio. fo. ccccclj. O.
Opera bona an publicanda & manifestanda. fo. cccxxxiij. B.
Opera nostra non sunt condigna præmiis cœlestibus. fo. cxliij. P.
Opera misericordiæ spiritualis, in primis ad prælatos pertinent. Et quot sint illa fo. cxlvj. H.
Opera misericordiæ, sunt in præcepto. ibidem. M.
Opera malane sint infideliũ folio. cccxxxij. N.
Opera veritatis, quæ dicantur. ibid. Q.
Opera misericordiæ corporalia, sunt septem. fo. cxlvj. C.
Opera Christi, sunt supra humanos conatus. fo. ccccc. M.
Opera seruilia sabbato prohibita folio ccxxij. C.
Opera Patris, quæ Christus appellet. folio. cclj. F.
Operarii, qui dicãtur, in sacris fo. cxiij. M.
Operationis perfectio, consistit in duobus. fo. cccxxxvij. O.
Orare, sicut oportet, nescimus. fo. xcix. G.
Orandum summisè & cum silentio, tribus potissimum de causis fo. cxxxij. E.
Orandi forma. fo. clvj. C.
Oratio, quid. fo. ccxxviij. K.
Et an ea Christo competeret ibid. L.
Oratio omnis Christi, an fuerit exaudita. ibidem. P.
Oratio, quando prorumpat in vocem folio. cxxxij. F.
Et quare idipsum, ibid.
Oratio quot quibusve conditionibus debeat esse prædita. ibid. K.
Oratio, refugium est in tributationibus fol. cclxxviij. E.
Oratio ad Deum, summè necessaria est. Est enim quoddam tributum, quod anima è visceribus offert Deo folio. cxxxj. P.
Oratio, duplex est. ibid. Q.
Oratio, omnium liquorum est fons, & arbor omnium fructuum productiua. folio. cxxxij. O.
Oratio quo dirigendæ fo. cclxxix. D.
Oratio omnis nostra, constãs esse debet ibidem. E.
Oratio & petitio constantiam requirit folio. clxvij.
Orationis vis, præmium, & merces folio cxxxij. M.
Orationes nostræ non habent vim in præscilis

scilis vt saluentur: sed solùm in prædestinatis. fo. clxviij. M.
Orationes essentiales bonæ conditionis. fol. ccix. O.
Orationes multorum, ferè exaudiuntur. ibidem. Q.
Orbis descriptio inãdata ab augusto, vbi cœperit. fo. liij. P.
Orbis partes tres sunt principales, Asia, Aphrica, & Europa. fo. ccccccxxxix. Q.
Ordo triplex in homine requisitus. folio cccxxx. G.
Origenis lapsus. fo. lxiij. Q. & fo. lxiiij. B.
Originis hæresis, adseuerantis spiritum sanctum esse creaturam. fo. lxiiij. Q.
Origo, in diuinis, ad personam tãtum pertinet. fo. lxj. H.
Oportet, verb. quid importet. folio. cccccxxxj. H.
Oppobrium, an sit malum. disting. fo. cccclxviij. M.
Os infantum, quid designet in sacris folio cxlix. F.
Et quid os luctantium. ibi.
Osanna, dictio Hebraica, quid notet folio. xxij. O.
Osculum, amoris indicium. fo. cclliij. Q.
Otiosus quis dicatur. fo. cxiiij. D.
Ouis, quomodo moraliter accipiatur in sacris. fo. cccclx. L.
Oues Christi, quæ dignoscãtur. fol. ccxl. A.
Oues Diaboli. fo. ccxlix. R.
Oues pascendæ à pastore, non trudendæ à pastore, fo. cccxv. B.
Oues, fideles sunt, Christi audientes vocem. fo. cccxxxiij. M.
Ouium tria signa. fo. cccxv. D.

P

PANIS & aquæ nomine, in sacris omnia cõprehẽdũtur, quæ in cibũ & potũ hominis veniunt. f. cccxcviij. M.
Ad palpabile duo requiri. fo. cccij. D.
Pane cœlesti vesci quis possit. f. ccclxx. C.
Panes frangere, quid. fo. cccclxxj. C.
Panes ordaceos esse, an magis expedierit quàm triticeos. fo. ccccxlij. G.
Panes quinque ordacei, quid allegoricè notent in sacris. fo. ccclxx. Q.
Panni, quid. fo. lvj. D.
Pannosus, quid sonet. fo. lvj. E.
Parabola, quid. fo. cxxxiij. G.
Parabola græcè, quid sonet latinè. folio. cxix. F.
Parabolæ Salomonis, vnde nomen traxerint. fo. xij. G.
In parabolis quid attendendum. folio cccccv. D.
Parobalis quare vsus est ã Dos. fol. cxj. E.
In parabolis quæ sint scrutanda consi. cxvj. L.
Parabolis cur christus sæpe sit vsus. folio. cxix. M.
Paracletus, consolator & aduocatus interpretatur. fo. cccxxvij.
Paradysus, quid. fo. xcj. H.
Paradysus vbi situs. fo. cclxxxiiij. A.
Paralysis, quis morbus. fo. cvij. K.
Paralysis, vnde nascatur. fo. ccccvj. A.
Paralysis, quid. f. cclxxv. L.
Parentum mortem an liceat deflere. fol. ccccl x. O.
Parentum obseruatio, est è mandatis diuinis. fo. cxcix.
Partus innuptæ, lege dãnatur. f. xxxiij. O.
Paruuli baptizati, sunt in numero credentium. Et quid de non baptizatis folio. cccxxxj. L.
Pascha, nomen est æquiuocum folio. cclxxiij. I.
Pascha, quid. fo. cclxvij. I.
Et eius verbi etymologia. ibidem. K.
Et. fo. cclxxiij. I.
Paschalis solennitas, quando incipiebat.

fol.cclxvij.H.
Paschalis solennitas vnde ortum habeat. fol.cclxxiij.M.
Passus quot pedibus constet.fo.xix.L.
Passio magis dependet à subiecto, quàm actio à passione.fo.cccexxiiij.N.
Passiones diuersas excitant diuersæ melodiæ.fol.cccexvij.N.
Passionum animæ nomina,dupliciter sumuntur.fo.cccevij.M.
Passionum animæ quatuor sunt,quæ nos ad mala impellunt.fo.cccxcviij.A.
Pastor spiritualis, duplex est folio. cccxxxiij.M.
Pastor plerunque oues sequitur.folio.cccxxxiiij.P.
Pastor fingere non debet,si ex fuga nascatur ouium periculum aut exitium folio.cccxiiij.D.
Pastoris vox ad oues sibi creditas, quadruplex est.fo.ccl.A.
Pastoris officium est,oues pascere verbo & exemplo ac temporali subsidio folio.cccxv.B.
Pastoris boni signa.fo.cccxxxv.E.
Pastori an licitum sit persecutionum tempore,aufugere,grege deserto folio cccclx.O.
Pater & filius,vnum sunt in essentia. fol. ccxlix.K.
Pater quomodo sit in filio,& filius in patre.fo.cclj.I.
Pater omnipotens,an tribus possit vinci. fol.cccxlv.F.
Pater nunquàm fuit sine filio folio.lxiiij.K.
Pater quomodo glorificat filium folio.ccxlj.C.
Pater operatur per filium.fol.cxj.L.
Patris doctrina,nihil aliud est,quàm verbum patris.fo.ccxx.N.
Patrem operari per filium,quomodo accipiendum.fo.lxv.C.
Paterfamilias vbi fuerit largus, dispensator non debet esse tenax.clxxiij.G.
In patria futura exterius etiam renouabimur.fo.cccxliij.I.
Patriarchæ vbi sepulti. fo.cclxxxiiij.H.
Patientia & misericordia Dei, magna est fo.cccevij.K.
Paulus Burgensis.fo.lxxxiiij.K.
Paulus Petrum reprehendit,quòd multos sui exemplo traheret ad obseruationé circuncisionis,Et cæterorum ceremonialium.fo.lxxxj.L.
Pauperes,Christi pedes folio duocentesimoquinquagesimoquinto.D.
Pauperes spoliantes, christum occidunt fo.cxxiiij.G.
Pauperum oblatio proprimogenitis, in veteri testamento folio.cccccxxxvj.N.
Pauperum vestes quales fuerint in Palæstina.fo.cclxxxviij.L.
Pax,triplex est.fo.cccxxx.F.
Pax diligentibus nomen Dei, non autem impiis.fo.lix.A.
Pax summa vbinam terrarum,tempore natiuitatis Dominicæ.folio quinquagesimoquarto.I.
Pax vera,nulla in mundo, nisi hominibus bonę voluntatis folio. cccxxxj.D.
Pax hominis triplex folio trecentesimo primo.C.
Pax,quid.fo.cccxxx.I.
Pax beatorum,quid includat.ibid.
Pacis testamentum, gradus est ad hæreditatem cœlestem folio trecentesimotrigesimo.K.
Peccare ante natiuitatem an quis possit fol.ccxxiiij.N.
Peccare contingit quadupliciter circa diuitias.fo.cccxlix.N.
Peccare an quis possit ante annos discretionis.fo.xcij.B.
Peccare peccatum ad mortem, dupliciter quis scitur.fo.clxviij.N.
Peccatum,mors est.fo.cccxcvij.P.
Peccatum,febris est.fo.ccccxj.P.
Peccatum publicum lædit conscientiam & peccantis, & adstantium folio. cxcv.P.
Peccatum,quod statim per pœnitentiam non diluitur,mox suo põdere ad aliud trahit.fo.cccxxxiij.E.
Peccatum vtrum in Christum potuerit cadere.fo.ccccxliij.L.
Peccatum, seruitutem præse fert folio ccclix.A:
Peccatum occultum reuelans,potest peccare mortaliter, duplici modo folio cxxvj.F.
Peccatum, inimicitia est inter Deum & hominem.fo.cclv.M.
Peccatum, quod dicatur publicum folio cxcvj.O.
Peccati miserabilis seruitus est folio. clv.C.
Peccati veniam nemo consequi potest, nisi gratia diuina accedente folio. cclliij.E.
Peccati originalis causa. folio. ccccclxj.G.
In peccato originali tria sunt. folio. lxxix.K.
In peccato duo sint maximè folio. cclliij.G.
In peccato duo sunt.fo.ccccxliij.K.
Peccata venialia, qui remittantur post mortem.fo.cxij.M.
Peccata dicuntur dimitti,quo ad pœnam, ad modum debiti materialis folio cclv.I.
Peccata metienda sunt cogitatione & animo, non tempum euentu. folio. cccclxvj.P.
Peccata & debita inuicem remittenda folio.cxcvij.Q.
Peccata non tolluntur nisi per gratiam fol.lxxx.A.
Peccata priuatim commissa Deus punit temporali pœna, vsque in tertiam & quartam generationem. Et quid de cõmunibus.fo.ccccccxxxiij.D.
Peccata confitenda.fo.cccxcij.L.
Peccata venialia comparantur festucæ: mortalia,trabi.fo.ccclxiij.M.
Peccatorum varia sint genera, diuersam exigentia medicinam.fo.cciiij.A.
Pecuniæ dispensatio,minor est,quàm doctrinæ.cclxiiij.A.
Peccator,non est otiosus,sed occisus folio.cxiiij.D.
Peccator,seruus est peccati & Diaboli folio.cvij.K.
Peccator an possit alium peccatorem corrigere.fo.ccxiiij.O.
Peccato indignus est alium corrigere,ratione triplici.ibid.P.
Peccator omnis, ignorans est folio ccclvij.O.
Peccator quantum distet à Christo. ibidem.P.
Peccator redditurus ad bonã frugem,tria debet habere.fo.ccclxxiij.M.
Peccator surdo comparatur folio. ccclxxxvj.A.
Peccatoris monumentum, quod sit folio cccxcvij.Q.
Peccatores diligendi sunt,vti proximi folio.cxxix.H.
Peccatores occidere & tollere licet modò id fiat citra humanæ societatis periculum & dispendium folio centesimo vndecimo.K.
Peccatores delicta sua occulta & abdita fore putant,falsò & temere folio. ccxiiij.D.

Peccatores an ad bonam frugem sint compellendi.fol.ccccl xviij.B.
Peccatores multi sunt à Deo diuisi. folio ccxxxvij.L.
Peccatorum miseriis condolendum. folio cclv.C.
Pedes inuicem lauare quid spiritualiter. fol.cclxix.Q.
Per,præpositio,non significetur minoritas in obliquo seu verbo.fol.lxv.B.
Perangaria,quid.fol.cclxxxiiij.E.
Peregrini sunt non modò ad hospitium inuitandi,sed etiam trahendi. folio.ccxcix.P.
Peripateticorum & Stoicorum varia de passionibus animi, opinio. folio.cccclxvij.Q.
Persæ semper cum munere adorabant.folio.xc.M.
Persona aliqua diuina, an hodie etiam mittatur inuisibiliter. fol.ccccl xiiij.N.
Persona vna diuina, quî sit in alia.folio ccccccxxxix.H.
Persona quælibet diuina, an & quî possit dici spiritus sanctus.fol.cccxxix.D.
Personæ diuinæ, quando dicantur venire ad nos.fol.cccxxviij.L.
Personæ omnes diuinæ cõueniunt in vna essentia.fol.cclxj.A.
Personarum pluralitas in diuinis. folio ccxxxvij.E.
Personarum pluralitas, est in diuinis.fol. cccxxxix.F.& fol.cccxl.& fol.cccxlj.I. & fol.cccxliij.G.
Petere piè, multipliciter accipitur. folio cccxix.L.
Dei amor,est causa bonitatis in nobis.fol. cccxx.E.
Petere patrem in nomine filii, quid. folio cccxix.G.
Petitio & oratio ad Deum, constantium vult.fol.cccxxj.F.
Petitio,quæ sit relicienda.fol.clxxv.L.
Petitio quibus & quot conditionibus debeat esse prædita.fol.cccxix.H.
Petitio omnis in nomine Christi, an exaudietur.fol.cccclxij.L.
Petrus fuit è Betsaida.fol.ccij.L.
Petrus cur gladium arripuerit,cùm Deus dixisset non esse malo resistendum.fol. cclxxix.O.
Petrus vbinam Christum negarit. folio cclxxx F.
Petrus, & filii duo Zebedęi, familiares admodùm Christi, præter cæteros.fol. cclxxviij.F.
Petro probro datum est, quòd cum Cornelio, viro gentili, à se tamen baptizato,manducasset.fol.clxxxj.Q.
Phantasma,quid.fol.cxxxiij.P.
Pharao inter flagella peior est effectus. fol.ccccv.A.
Pharisæus,quis.Et vnde dictus.fo.cclij.E.
Pharisæus, quid in sacris designet allegoricè.fol.ccclxxxiij.C.
Quid item anagogicè.ibid.E.
Pharisæus in quo conueniat cum Publicano,& in quo pugnet.fo.ccclxxxiij.L.
Pharisæi, ab aliis desidebant religione quadam superstitiosa & cultu exteriore.fol.l.E.
Pharisæi, Christi æmulatores. folio.cccc xv.I.
Pharisęorum secta,ex qua tribu manarit. fol.cclvj.H.
Philargyria, pecuniæ studium, auaritia. fol.cxv.O.
Philippus Apostolus, Samariæ prædicauit.fol.xx.D.
Philomissa mulier.fol.cccxl.M.
Philosophi mysterium trinitatis ignorauerunt,& verbi persona.fol.lxxj.
Phenix,Syriæ locus.fol.clxvj.G.
Phylacteria, quid. Et vnde dicta. folio cccl

cccl xxxj.M.
Pictoribus quidnis pingẽdi summa libertas.fol.lxxxv.M.
Pietatis commendatio.fol.ccclxij.C.
Pilatus Lugdun.fuit.fol.xliiij.A.
Et idem fuit spurius.ibid.
Pilatus xx.annos totam Iudæam moderatus est.ibid.C.
Pinnaculum templi,quid.fol.cxxxix.N.
Et quomodo accipiendũ in sacris.ibid.
Piscina.fol.clviij.F.
Piscina,quid moraliter signet.fol.centesimoquinquagesimonono.O.
Pistis,Græcè,fides Latinè.fol.cclxiij.O.
Pomponius primus præfuit Iudeæ, mortuo Archelao.fol.xliij.N.
Et quinam ei successerint.ibid.
Populus Gentilis per fidem iustificatus est: Hebraicus reprobatus. folio. ccclxxxiiiij.F.
Sichar, Samaritanorum ciuitas. fol. ccclxxxv.E.
Populus Iudaicus cur dicatur filius senior in sacris.fol.clxxxvij,G.
Et cur Gentilis,dictus iunior.ibid.K.
Populus commissus est sacerdotibus à Deo,& qua idipsum lege. fol. centesimoseptuagesimonono.I.
Populi custodia,aliud est:aliud,eius regimen.fol.clxxix.E.
Populi ingrati & contumacis exterminatio.fol.clxxxj.A.
Porcos pascere,quid.fol.clxxxiiij.H.
Possidere,quid.fol.cxlvj.A.
Possessore quænam careant. folio.ccccclvij.B.
Possessio,quid.fol.cxlv.Q.
Potentia omnis,à Deo est: abusus & malitia humana,à Diabolo. folio quadragesimosecundo.B.
Potentiæ in anima, quænam non' subsint voluntatis imperio.fol.c.O.
Potestatibus & prælatis omnis anima subdita sit.fol.cccc.A.
Pœna,quid.fol.ccclxij.O.
Pœna,duplex est.fol.ccxxiiij.P.
Pœna sensibilis,correspondet delectationi, quæ capitur peccando. folio.ccccclix.B.
Pœna humiliabit, quem superbia exaltarit.fol.ccclxxxiiij.D.
Pœna nulla grauior, quàm vulnus interius conscientiæ. folio centesimoseptimo.L.
Pœnæ præsentis vitæ, sunt medicinæ præseruatiuæ.folio ducentesimodecimosexto.C.
Pœnæ reatus,& priuatio gratiæ, vtrum reiterentur,& redeant propter eandem causam, propter quam prius inerant. fol.ccccxiij.M.
Pœnitentia futura contemnitur. fol.centesimoseptuagesimotertio.G.
Pœnitentia tabulæ comparatur.fol. centesimooctauo.I.
Pœnitentia adhibenda est peccatori. fol. clij.O.
Pœnitentiæ partes,tres.fol.clxxxv.N.
Pœnitentiam agere, quid sit. folio. ccclx.I.
Præceptorum Domini, triplex est. folio ciiij.O.
Præceptum speciale de primogenitis hominum.fol.ccccccxxxvj.M.
Præceptum aliquod,dupliciter potest impleri.fol.ccclxxxix.K.
Præcepta quædam sunt, quia necessaria. & quædam necessaria, quia præcepta. fol.cclxix.F.
Præcepta decalogi quomodo diuidantur. fol.cccciij.G.
Præcepta duo summa in lege.ibid.
Præcepta veteris legis.fol.ciiij.L.
Prædestinari quis dupliciter intelligitur.

folio.ccccxxviij.K.
Prædestinatorum nomina nouit Dominus.fol.cccxxxiiij.N.
Prædicare à prandio,an malum. folio.ccxiij.H.
Prædicator.est,velut cophinus seminatoris.fol.cxx.L.
Prædicator potest,apostolatus sui integritate seruata,victum arte sua quærere,si aliunde non suppetat. folio.cccliiij.G.
Prædicator attentè & reuerenter audiendus.fol.ccliij.P.
Prædicatores doctrina,& vitæ integritate debent eminere.fol.xx.C.
Prædium in radice montis Olueti.folio cclxxvij.I.
Prælato quæ obseruada sint in eruenda veritate.fol.cxcvj.B.
Prælato præcipienti super dicenda veritate, an subditus teneatur obedire. fol. cxcvj.L.
Prælati comparantur pastoribus vigilantibus.fol.lix.B.
Prælati de grege sibi credito rationem reddituri sunt vel ad quadrantem vsq; ibid.D.
Prælati iniustè quenquam excommunicantes,odio vel furore moti,quales sint iudicandi.fol.cccxxvj.K.
Prælati multi falsi.fol.ccclxxj O.
Prælati & Doctores verbi diuini,comparantur salt.fol.cccccxl.E.
Prælati subditos sibi instruere debẽt verbis & exemplis.fol.clxxj.I.
Prælatorum officium in subditos. folio clxxj.K.
Prælatos quales esse conueniat, ad propriam & suorum salutem. fol.ccclxiij. E.Et infrà.P.
Præmium,quid.fol.ccclxij.O.
Præsura futura in secũdo Christi aduentu,quomodo accipienda.fol.xxv.N.
Primogenitus,quis dicatur.fol.lvj.C.
Princeps, verb.quomodo accipiatur in sacris.fol.ccxlij.O.
Principes cur à Deo instituti. folio.clxxvij.P.
Principium,est originis.fol.lxij.B.
Principia oportet ex eodem genere adsumi.fol.ccxcvj.L.
Principia tria spiritualia actuum, quæ ad operandam ex voluntate mouentur. fol.ccclxxxix.E.
Principia prima intelligimus sine discursu.fol.lxj.C.
Prisciani temerè adseuerant omnes humanos actus regi & disponi secundum dispositionem stellarum.fol.c.L.
Prisciani omnia fato contingere dicunt & regi.fol.lxxxvij.Q.
Prisicianorum lapsus,quòd omnia facta hominum, item Dei, quibusdã horis subiecta sunt.fol.ccclxxiiij.H.
Priuilegia paucorum, non faciunt legem communem.fol.lxxvij.K.
Probabile,quid dicatur.fol.ccclxj.I.
Probatio per visum & tactum,firmior est, quã quæ per visum tantùm.fol.cccij.H.
Processio in diuinis.fol.cccxx.H.
Processio, quæ dicatur generatio.ibid.L.
Prodigium, verb. quid importet. folio ccccx.K.
Proditionis Dominicæ principium. folio cclxxiiij.F.
Propheta nemo habitus in patria. folio cxciij.H.
Prophetę tria potissimũ de Christo prædixerunt.fol.cxxiij.F.
Prophetæ dicti sunt dii, participatione verbi diuini.fol.ccl.N.
Prophetarum labores,an gratiores Deo fuerint, quàm Apostolorum. folio.ccxij.A.

Ad

Ad prophetiam duo concurrunt.folio.cclviij.B.
Prophetissæ quatuor fuêre. folio septuagesimoseptimo.O.
Propter quod vnumquodque tale est, illud & magis tale.fo.xv.N.
Prouerbium,quid.fol.ccccxxxv.G.
Propositio Illa: Tu es Petrus.&c.dupliciter intelligitur.fol.cccccxxxvij.P.
Propositio: Verbum caro factum est,quo modo sit vera.fol.ccccxxx.O.
Propositiõ:nullius ascẽdit in cœlum,præter Christum, est vera, multiplici sensu.fol.cccxlvj.G.
Prouidentiæ diuinæ est, rerum naturam saluare.fol.liij.H.
Proximus, quotupliciter dicatur.fol.cccxc.B.&.O.
Proximus diligendus est,quatuor potissimùm de causis.fol.cxxix.F.
Proximi dilectio, summum mandatum. fol. ccciij.B.
Proximo se misericordiam præbere, an sit summa & maxima virtutum. folio ccccclxix.E.
Proximum offendens, dupliciter peccat. fol.ccccxlij.N.
Pseudo prædicator, non potest miracula edere.fol.cccxliij.D.
Pseudoprophetæ multi.fol.ccclxxj.L.
A quibus cauendum.ibid.O.
Publicanus, quid allegoricè designet, in sacris.fol.ccclxxxiij.N.
Publicani qui dicantur. folio centesimononagesimoseptimo.G.
Pulchritudo in quo consistat. fol. septuagesimo.K.
Puellæ,desponsatæ etiam,dedecus est concipere in domo paterna. fol. quinquagesimoprimo.D.
Puls,quid.fol.ccciiij.I.
Purpura tincta sanguine, quid denotet in sacris.fol.cccxlix.P.
Purpura,regius habitus.ibid.Q.
Purpura reges vtuntur.folio ducentesimo octuagesimoquarto.B.
Puteus omnis,fons est, non è contra, nisi in profundo terræ. folio ducentesimoquinto.O.
Pythagoræ opinio de inferno pœnarúmque loco.fol.ccxciij.D.

Q.

QVAERELA, iniusta dicitur, duplici modo. folio ccclviij.
Qui fecit te sine te,non saluabit te sine te.folio.cxciij.C.
Quicquid est causa causæ, est causa causati.fol.cccxcvj.A.

R.

RAAB, meretrix. fol.ccccclxv.A.
Rabbi,quid.fol.clxxiij.E.
Rabbi.fol.ccx.Q.
Rabboni, quid latinè sonet.fol.cccv.K.
Rachel sepulta prope Bethleem. folio cccccxxxv.O.
Rata,pretiosa.fol.cxciij.I.
Ratio Domino reddenda erit cuique, vel ad quadrantem. folio trecentesimoseptuagesimoseptimo.B.
Recidiuatio,periculosa est.fol.clx.P.
Recidiuus grauius punitur à Deo. folio clxj.H.
Regis,triplex.fol.clxxxiij.P.
Relationes suppositæ non possunt inesse eidem suppposito,vel personæ. folio lexagesimotertio.A.
Regnum iustis paratum, est ipsa sanctorum socios.fol.fol.cxlvj.A.
Regnum cœlorum, quorsum sic dictum. fol.cx.A.

Regnum cœlorum,quatuor modis sumitur in sacris.fol.cix.O.
Regnum omne diuisum,in ruinam præceps est fo.xliij.Q.
Regnum hoc,an & quem finem sit habitarum.Et quid de regio, cui præest Christus fol.xxxiij.
Regula quid fo.vij.P.
Religionis professionem debet præcedere animus.fol.ccccccxxix.F.
Religionis professioni an repugnet habere pecunias in communi, vel potius priuatim fo,ccccxlj.O.
Religionis habitum semel adsumptum, non licet sine causa deponere fo.ccccc xxix.Q.
Remedia quatuor, aduersis illatas iniurias,è Seneca fol.ccxxij.F.
Reprehendendi sunt, qui nihil credunt vltra visa.fo.ccxxij.O.
Reprobi sententia damnabuntur, antè quam sancti cœlum adscendant.fo. cxij. H.
Reprobis varia genera pœnarum sunt parata pro delictorum varietate. fol. cxij.L.
Res eadem potest diuersis assimilari.fo.
Res non sermoni, sed rei sermo seruire debet.fo.xx.Q.
Res quæuis in esse producta,indiget conseruatione,& continua influentia, ad hoc vt subsistat.fo.lvj. A.
Rei virtus & natura,cognoscitur ex propria operatione.fo.cclx.L.
Res sunt in duplici differentia.fo.xj.E.
Resistere pertinaciter superbiæ iudiciũ est fol.xcvj. M.
Resurrexit Christos cum cicatricibus.Et quibus de causis.fo.ccxcv.H.
Resurrectio Christi,facta est cum corpore vero.fo.ccxcv.C.
Resurrectio futura est post sex ætates.f. clxij.D.
Resurrectionis Dominicæ signum folio. ccxcviij.M.
Resurrectionis Dominicæ hora.fol. ccxciij.M.
Resurrectionem Dominicam consequétia fo.ccxcv.M.
Resurrectionis septẽ fuerũt ante Dominicam fo.cccxcvij.M.
Reuelatiões esse à Deo,vnde colligatur fo.liij.D.
Rex dicitur à regendo.fo.lxxxv.O.
Rex vel dux debuit esse de tribu Iudæ Christi aduentum.fo.xxxvj. G.
Regis insignia.f.xx.O.
Reges & Põtifices antiquitus vngebãtur fo.lviij.E.
Israelitici populi duo saluatores. folio lviij.G.
Reges Arabum quibus muneribus xenia celebrent fol.xc. O.
Reges,quinam olim dicti.fol.cccx.C. & qui reguli.ibi.H.
Regem & ducum dominantium Mutatio antiquitus vicissitudo.fo.xxxvj.H.
Romani, vt Iudæos spoliarent nomine & dignitate regia,regnum diuiserunt fo.cccclx.F.
Rumores & tumultus huius mundi fugiendi.fo.ccccxx. E.
Ruth,gentilis & idolatra folio.ccccc A.

S.

SABBA & Arabia vnam est regio fo,.lxxxv.O. Et eius situs ibi.
Sabba regnum,vbi situ clj. O.
Sabbatum,vnde dicatur.folio. cclxxxi M.
Sabellii error super Trinitate folio.cc lxiij.Q.

Sacerdos,minister & instrumentum est Dei.fo.cxcvij.L.
Sacerdos qui adhibendus in confessione, fol.cci.H.
Sacerdotis potestas.fo.cxcvij.M.
Sacerdotes auari & mali,quod existimẽt sui sacerdotum lucrum folio. clxxxj. A.
Sacerdotes quales esse debeant folio.clxxx.D.
Sacerdotium, valde honorificum apud Iudæos.fo.ccviij.O.
Sacerdotium primum secundũ genealogiã etiam & dignitatem generis concedebatur:inde à Romanis venditũ ad eò vt pluries vnoquoque anno summus Pontifex mutaretur fol.xliij.F.
Sacerdotium, cautio est ecclesiæ. folio. cxlviij. C.
Sacerdotium comparatur stomacho:quo languente:infirmantur omnia mẽbra. Item radici,qua vitiata,folia pallescunt. fo.clxxx.C.
Sacerdotium summum,venale fuit à tempore,Herodis Ascalonitæ folio. cclvij.C.
Sacraméta nouæ legis venerari debemus fol.clix. L.
Sacramentorum antiquorum vis & effectus fo.lxxix.P.
Sacrificia antiquitus quo institutra fol. lxxix. O.
Saducæi negant omnia fato regi fol.ccclxxxj.N.
Salina,medium quidam est,per quod gustus sentitur.fol.ccclxxxvij. A.
Saliua,triplex est ibi. B.
Salome fo.clxxv.H.
Salome,nomen viri, item mulieris .fol. ccxc.C.
Salomon,quantis opibus diuitiis,quantaque magnificentia floruerit. folio. cccxcv. F.
Salutare,quid fol.xl.M.
Salutandi vetus mos.fol.cclxxix.I.
Salutatio,includit deprecationẽ,& petitionem aliquã pro salutato.fol. xxxix. G.
Salutatio,species quædam orationis.fo. cxxx.H.
Salus est ex fide fo.cccxxxij.H.
Ad salutẽ manũ,admonere oportet quẽque.fo.cccxvj. F.
Saluatio diuini muneris est,non propriꝰ operis fol.xxj.Q.
Saluatorem positum esse in multorũ ruinam quomodo accipiendum fo.lxxv. N.
Samaritani inuidia & superbia caruerũt. fo.ccxij.H.
Samaritani tandem Prophetas susceperunt.fo.ccx.C.
Samaritani terram promissionis incolue runt post Iudæos fo.clxvj.F.
Samaritani & Iudæi mutuo & capitali adeo dissidebant.fol.cccxj.H.
In Samaritanis tria laudat Dominus.f. cccxcij.O.
Sanson & eius virtus in quo sita. folio. cccxl.L.
Samuel,qua virtute surrexerit.fo .cccxl. L.
Sanctus,quis dicendus fol.clxxiij.H.
Sancta appellabat antiquitas,lege munita,quæ nullo modo licebat violare.fo. xlj.K.
Sancti omnes dicũtur esse in dextra Dei sed tamen sedere.fo.cccxxv .H.
Sancti, quatenus dicantur lux folio.lxx. D.
Et proprie dicuntur luminaria . ibidem.
Sancti,qui iam,& multis iam seculis extant an demum beati futuri sint folio.

cxv .H .
Sanctificati in vtero,quatuor tãtũ fuerũt fo.cxxxix.D .
Sanguis quinam conferat generationi.fo. liij . F.
Sanguis,quem Christus in resurrectione sua reassumpsit,& in passione,vt fuderit in triduo mortis eius à deitate , sua separatus.fo.ccccxliiij.H.
Sanitas nõ differenda.fo.clxj.A.
Sapientia diuina,dicitur mulier. Et quid ita.fo.ccclx.E.
Sapientia omnis petenda à Deo.fol.cccxij.N.
Sapientis oculis,in capite eius,i.in Christo.fo.lxxxij.A.
Sarracenorum mos edendi noctu,tempore ieiuniorum.fo.cxxxvij.A.
Sarcasmos,quid fol.xij. H.
Et vnde dicatur ibi.
Sanctitas dupliciter occidit,fol.ccccxxxvj.P.
Sathanas,quid latinè sonet.fo.cxlj.O.
Scandalum,quid significet fo.ccj.A.
Scandalum,duplex est ibi.H.
Scandalum quæ obmitti postulét aut differri.ibi.E.
Scandala necessaria,fol.ccccxlix.H.
Scarioth , quæ fuerit villa.folio.cclxxv. A .
Scenophegia,quid.fo.ccxx.
Scænophegia,quid & vnde dicta. fol. ccxlv.K.
Scire,alio modo ignorare alio contingit. fol. lxxv.
Scire licet plura possimus simul :tamen non possumus simul nisi vnum intelligere.fo.viij.I.
Scientia vna,quot modis altera præstet. fo.xv.Q.
Scientia quadruplex fuit in Christo .fol. lx.M.
Scientia practica quænam maximè præstet fo.xvj. D.
Scientia cunctationem adfert fo.xxij.H.
Scientia omnis per sensum habetur fol. lx. M.
Scientiæ vnita , sumitur ex vnitate obiecti:diuersitas verò,ex diuersitate principiorum.fol.xciiij.Q.
Scientiarum humanorum studium,vnde auspicandum. Vnde item diuinarum. fol.xvij. F.
Scorbe:qui:& vnde dicti.fol.cl.F.
Scriptura sacra hostium est ad vitam.fo. cccxxxiiij.N.
Scriptura sacra non semper eodem ordine gesta persequitur .fo.vij.K.
Scriptura dicitur multiplex oleum: quis debet inlungi mens humana. fol. cxxvij. A.
Scriptura sacra sub eodem verborũ contextu,multos sensus complectitur .fol. xij.O.
Scriptura sacra plures sensus complectitur sub eodem verborũ contextu.fol. viij. A.
Scriptura veteris instrumẽti,aliquãdo in legem,propheras , psalmos diuiditur. fol.ccl .I.
Scriptura sacra, quotupliciter tradatur. fo.ix.L.
Scriptura diuina eodem contextu exprimit aliquid pertinens ad ad bonos , & aliquid pertinens ad malos.fo.cxvj.I.
Scriptura sacra aliquando simul cum bonis commendat malos ,& cum malis vituperat bonos.fo.vj. N.
Scriptura sacra non ad stricta grammatricis canonibus . folio ducentesimo quadragesimoseptimo.O.
Scripturæ sacræ quot sensus admittant. fol.xiiij.P.Et fol.xv.A.& per discursum capituli.
Scriptura sacra omnes artes disciplinasque quamuis reconditas & celebres, suo idiomate superat .folio.septimo. Q.
Scripturæ sacræ constant aut præcepto. aut consilio.fo.xv.B.
Scripturæ sacræ ,cur multa nobis tradat parabolicè seu metaphoricè. fol.xvj. O.
Et per discursum folio vigesimo septimo A .
Scripturæ sacræ cur potius tradant mysteria in figura vilium & abiectorum, quàm nobilium corporum.folio.xvij. C .
Sedere à Dei dextris ,quî Christo conuenat.fol.ccxxiiij.N.
Sedere à dextris,nulli creaturæ cõpetit. fol.clxxvj. H.
Sedens,ver .quomodo interpretetur.fol. cccxxiij. N.
Seducere,quid fol.ccxlviij.A.
Seducere quenquam nõ debet quisquã Christianus ibi.
Semen,verbum Dei.fol.cxx. Q.
Semen quid.fo.clv.N.
Sem , Hierosolyma edificauit.folio.xix. O.
Sem,idem , qui & Melchisedech , iuxta sanctum Thomam .ibid.
Semen,est quadruplex.fo.centesimovigesimoseptimo.C.
Semita iusti,quando recta.fol.xlvij. D.
Senes septuaginta constituti ad regimen populi:quorum præfectus fuit Moyses fo.cxcxiij.N.
Seniores,panes antiquitus appellati.fol. clxxxij.N.
Et vnde quo ve idipsum ,ibi.O.
Seniores,ne increpaueris , quomodo id accipiendum.fol.clxxij.D.
Seniores populi,qui fol.cxcix.E.
Sententia quæ & quotuplex futura,apud summum tribunal.fol.cxlv. K.
Sensus literalis ,quis maximè præstat. f. xvij.M.
Sensus literalis,quis dicatur fo.ccccxcix. G .
Sensus spiritualis in quo consistat folio. xiiij.M.
Sensus Tropologicus vnde dicatur.fol. x. A.
Sensus quinque exteriores,iura dicũtur Augustino.fo.cccv. K.
Sensus liberalis , an cæteris præstat fol. xv.G.& per discusum sensus dignitas, vnde pendenda.ibi.H.& ample per totum caput.
Sensus moralis in sacris literis.folio.ix. D .
Sensus anagogicus,quid ibi.E.
Et vnde dicatur.ibi.
Sensus moralis,in theologia quid .ibid. G .
Et quid literalis ibidem . xij.& fol.xiiij. L .
Sensus literalis , duplex . folio decimo. B .
Sensus , analogicus quotuplex .ibidem. E .
Sensus literalis,quid sit ibi. D. & per discursum cap.
Sensus literalis,communior & familiarior est cæteris.fol.xvj.H.
Sensus exteriores quinque sunt folio.lx. M.
Sensus allegorici & historialis cõparatio & cognatio,in sacris literis.fo.xvj.C.
Sensus allegoricus quis.f.xj.O.Et per discursum capituli.

Sensus literalis an præstet etiam, nobis speranda,agenda credenda,perinde ac gesta.fo.xvj.M.
Sensus in sacra scriptura, quatuor sunt in summa.fo.ix.A.&.L.
Serpens æneus.fo.cccxlvj.P.
Serpens quot modis fugatur.fol. cxcj.M.
Seruus & liber, quid differant. folio. cliiij.Q.
Homo qui dicatur seruus peccati. folio cliiij.Q.
Serui est, se totum ad domini seruitium impendere.fo.clxxvij.O.
Seth petit ab angelo oleum misericordiæ fo.clix.B.
Sibylla,vnde dicta fo.lvij.I.
Sibillæ multa prædixerunt de Christi aduentu fo.lxxxvj.A.
Sicera,quid fo.ccccclxij.F.
Siccare,quid fo.cclxxvij.D
Sichem.fol.ccv.L.
Sidon,ciuitas Gentilium, terminus Chananæorum fo.clxvj.B.
Sidoniorum deus.fo.clxxxix.D.
Signum,tripliciter sumitur.fol. lxxvj.B.
Signum triplex est fo.cl.O.
Signa futurum iudicium præcedent, idq; quatuor
Signa sensualia,sunt argumenta Aristotelis.fo.ccxcvj.M.
Signa.xij.in die naturali oriuntur. folio cxiiij.I.
Et sex in nocte.ibi.
Signa diem supremi iudicii præcedentia. fo.cccccvij.D.
Siliqua,quid.fo.clxxxiiij.I.
Similia,inquantum similia,sunt dissimilia.fo.ccclxxxix.I.
Similia quæ dicantur largè quæ propriè, propriissimè.fo.cxxx.I.
Similitudo,quid fo.clxxxiij.G.
Similitudo,causa est amoris conciliatrix. fol.ccccc.I.
Simonia reiicienda ab ecclesia. fol.centesimoquadragesimooctauo.O.
Sitis spiritualis accipitur trifariam. folio ccvij.Q.
Sol maior terra fo.xxv.D.
Sol refert prælatos,qui cæteris prælucere debent disciplina & morum integritate.fo.xxv.P.
Et quos item luna referat.ibi.
Sol quot diebus cursum suum conficiat. fo.lv.M.
Soles tres apparuere in Hispania Christo nascente fo.lviij.H.
Solstitia defecerunt.folio quinquagesimo quinto.H.
Solicitudo,multipliciter sumitur, & quæ nã sit Christiano licita.fo.cccxciiij.L & fo.cccxcv.C.
Soluere corrigiam calceamenti, quid sit. fo.lj.A.
Somnus,pro alienatione.fol.clxiiij,O.
Spes vnde proueniat. folio vigesimosecundo.A.
Spiritualia recipiet, qui carnalia pro saluatore reliquerit.fo.ccccxxxvj.K.
Spiritus verb.quomodo accipiatur. folio xl.I.
Spiritus sanctus,omnia,quæ habet, accepit à patre & filio fo.cccxviij.C.
Spiritus sanctus, vel Deus, an non liber sit ad hominem prædestinandum vel non prædestinandum. folio. cccclxv.O.
Spiritus sanctus,vbi sufficienter testimonium perhibuerit Christo.folio. ccclxiiij.F.
Spiritus sanctus, quomodo distinguatur à filio.fo.cccxxv.Q.
Spiritus sanctus,an possit dici pater.Christi.fo.cccxxviij.O.
Spiritus superiores creati sunt ad mouendum corpora, vsque certum terminum fo.cxlj.D.
Spiritus sanctus dux est ad bonum opus fo.ccxliiij.N.
Spiritus sanctus cur dicatur digitus. fol cxc.L.
Spiritus sanctus eiusdem est substantiæ cum patre spiritu sancto fo.trecentesimovigesimooctauo.C.
Spiritus sanctus quî dicatur surgere. fol. cccix.Q.
Spiritus, primum donũ & diuinus amor. fo.cclxij.I.
Spiritus à quo mitti dicatur. folio. cccxxix.L.
Spiritus sanctus an debuerit visibiliter mitti.fo.ccccclxiiij.
Spiritus sanctus aduocatus est bonus folio.cccxxx.C.
Spiritus sancti dona, septem sunt. folio clj.G.
Spiritus sancti ignis,conseruatur in nobis maximè per tria fol.cccxxviij.O.
In spiritu rationali,secluso corpore, sunt tantum duæ potentiæ. folio. cccxxxviij.N.
Spiritus quando creati.fo.centesimovigesimoprimo.I.
Et an ex se ipsis sint ibi.
Spolia,insignia sunt victoriæ & triumphi fo.cxcj.D.
Stabulum,statio bonum dicitur fol. cccxc.K.
Stadium quid & vnde dictum. folio. ccxcvij.N.
Stadia octo,vnum milliare conficiunt.folio.xix.K.
Stare quid propriè.fo.centesimovigesimo quinto.Q.
Stella quomodo accipiatur. folio. lxxxvij.H.
Stella,quæ magis apparuit,an fuerit vna è cœlestibus corporibus. Et vtrum magi conuenienter Christum adorãdum adierint fo.ccccxxxiij.E.
Stella quando Magis apparuerit. folio xc.C.
Stella an cœlo possint excidere.fo. vigesimoquinto.A.
Stellæ lumen habent à solo. folio. cccxxiiij.Q.
Stellarum fixarum primum mobile. fol. cclxxxix.Q.
Stellarum in cœlo est fo,xxv.C.
Stephanus cur lapidatus potius,quàm crucifixus fo.cclxxxviij.H.
Stoicis negant sapientem tristitia aut affectu moueri.fo.ccxxxiiij.H.
Stola prima,quid fo.clxxxvj.E.
Subditi quales esse conueniat folio. cccclxiiij.B.
Substantia collocanda est vbi patria adest fo.cxxviij.E.
Substantia corporis Christi considerata sine sua quantitate,est indiuisibilis fol. ccxlvij.H.
Substantia rationalis æqualiter omnibus nascentibus datur & scientia boni atq; mali fo.clxxxiij.M.
Sufflatores tres fo.cccxxviij.P.
Summus sacerdos quis & vnde dictus O.
Summi pontifices, quot antiquitus. folio xliiij.G.
Sunamitis dolor Helisæum latuit. folio ccliij.N.
Superbia, dicitur tripliciter. folio. cccIxxxij.K.
Ex superstitione grauia peccata nascuntur.fo.cc.G.
Superstitionum diuersitas vnde manarit. fo.cxcix.A.
Syloë non omnes & semper morbos curabat.fo.ccxxv.Q.
Syloë natatoria fol.ccxxv.M.

Symeon quid sonet fo.lxxvij.I.
Symonisprophetia,triplicitèr exponitur. fo.lxxvj.G.
Synagôga græcè congregatio dicitur latinè.Et quomodo accipiatur in sacris folio.cxxxij.B.
Syria fo.clxvj.G.
Syrus , Syriæ gubernator. folio. ccccxviij.I.

TABERNACVLVM cuiusq; sancti , quid. folio. ccclxxvij. O.
Tacianus & Marcianus, hæretici.fo.xcix.D.
Talmudistæ multa vana,inutilia,& irrationabilia inuexerunt in vulgus. folio cxcviij.Q.
Teloneum,quid.fo.cccccxlix.E.
Scandalum quotuplex sit folio. cccccxlix.Q.
Templum , quid designet in sacris. folio ccclxxxj.C.
Templum dupliciter accipitur . folio cxxxix.L.
Templum ædificatum sub Zorobabel. fo.ccxviij.B.
Templum Pacis , Romæ conditum , sub tempus natiuitatis dominicæ . folio lviij.F.
Quod corruit ipsamet natiuitatis hora. ibidem.
Templum quo consilio sit adeundum. fo. ccclxxxiij.H.
Templi Sal.triplex atrium . folio. ccxvij.D.
Templi dedicatio,triplex fuit Hierusalé. folio.ccxlvij.O.
In templi primo atrio sedebat Gentilis in secũdo orabat populus iudaicus mũdus.fo.ccxlviij.E.
Tempus perfectum quid designet, quid imperfectum,propriè. fol. sexagesimo secundo.H.
Tempus visitationis Hierusalem an possit cognosci ex scripturis,quod ipsa nõ cognouit.fo.ccccclxxij.I.
Temporaria qui perdere timent , de vita æterna nihil cogitantes, vtrunq; amittunt.fol.cclvj.Q.
Tenebræ peccatum referunt folio. sexagesimooctauo K.
Tenebræ,sunt triplices. folio trigesimosexto.G.
Tenebræ interiores sunt ignorantiæ vel culpæ:exteriores gehennæ.fol.centesimosexto.Q.
Tenebræ interiores, quæ dicantur in sacris.fo.ccccviij.O.
Tenebræ in inferno quales ibi.B.
Tentare,ad Diabolum nedum pertinet fo.cxxxvij.N.
Tentare Deum factis,quid fo.centesimoquadragesimo.E.
Tentari Deũ,an expedierit.fo.ccccxl. D.
Tentatio,est velut acies armata.folio.ccxxxviij.I.
Tentationis occasio.fo.centesimotrigesimosexto.G.
Tentationes cur Deus sinat homini adferri.fo.cxxxviij.Q.
Terra sphærica est.fo. trecentesimosexagesimoquinto.F.
Terra Petrosa,quid designet in sacris fol. cxxj.O.
Terra sita est in medio mundi. folio. cclxxxix.Q.
Terra respectu cœli,se habet vt punctum fo.xxv.C.
Terræ motus aliquando fit à natura.? fol. ccxcj.G.
Testamentum nouum est ordinatio , pactum,seu lex Dei recens creata fol. cclxxvij.B.

Testamentum vetus est figura noui. fol. xiiij.O.
Et varii super eo sensus ibid.
Testes falsi permulti inueniũtur à quibus cauendum.folio ducentesimoquinquagesimosecundo. I.
Tetrarchæ quatuor creati mortuo Archelao, Pilatus Herodes , Philippus & Lisania fo.xliiij.E.
Tetrarchia ex hæreditaria successione debetur.fo.xliiij.N.
Tabor montis situs.folio centesimosexagesimosecundo.I.
Thamar fornicata cum Iuda fclio.ccccclxlv.A.
Thodas Magus ementitus est se esse prophetam. folio trecentesimotrigesimoquarto.Q.
Thesaurizare,quid folio centesimovigesimoseptimo.Q.
Thesaurus,quid fol.cxxvij.
Thomas didymus an Christum tetigerit antè quam sibi fidem faceret resurrectionis.fo.cccxij.I.
Thomas vtrum Christi latus & cicatrices tetigerit,an verò solum viderit. folio cccclix.H.
Thomæ didymi infidelitas nobis magis profuit, quàm fides credentium discipulorum fo.cccxj.N.
Timor Domini , peccatum pellit. folio xxij.E.
Timor aliquis,an possit esse naturalis remiss.folio trecentesimotrigesimoseptimo.B.
Timor,in necessitate est dilectio,in libertate fo.ccccliij.I.
Titi apparatus bellicus fo.ccclxxx.C.
Tobias per fel piscis est illuminatus. fol. ccxxix.F.
Torcular, quid in sacris designet. folio clxxix.O.
Torrens Cedron vbi situs. Et eius fluxus à Setentrione ad Meridiem. folio decimonono.G.
Trepidare, virginum est. fo. trigesimosexto..M.
Tres sunt , qui testimonium dant in cœlo.fo.lxv.A.
Tribulatio nuntius est quidem , vocans ad ratiocinium faciendum Deo . folio. ccccxij.O.
Tribunal,quid fo.cclxxxiij.I.
Tribus Leui , & regia, cui fuerint mistæ. fo.cxxxvij.Q.
Tributum quantum antiquitus principi penderetur in singulos annos . folio ccccvj.L.
Triclinium , quid folio. centesimosecundo.F.
Trinitas, quomodo accipienda folio.cccxxxviij.M.
Trinitatis mysteriũ in baptismo manifestatur.fo.xcvij.P.
Trinitatis opera, sunt indiuidua ad extra.fo.lij.F.
Trinitatis potentia , patri attribuitur fo. cccxlv.C.
Tristitia,quid folio ducentesimooctagesimoseptimo.H.
Tuba, verb. quid designet in sacris. folio cxxxj.C.
Turba,sonat multitudinem magnam.fo. cclxiiij.P.
Turbari quando quid propriè dicatur, fo.cclxv.N.
Turbatio in Deo, quæ fuerit, folio. cclxv.O.
Terris,in diuinis,templum designat folio clxxix.H.
Tus,quid referat . folio nonagesimoprimo.F.
Tyrus,metropolis est Chananæorum.fo. clvj.B.

V
VALENTINVS dixit teme re carnem Christi è cœlo allatam.fo.lxxx.K.
Valentini lapsus, de rerum principiis.f.cccLxxiiij. F.
Valentini lapsus super Christi corpore. fo.c.F.
Valentini Appollinarii & error, ad seue rantium temerè corpus Christi è cœlo allatum.fo.clxix.H.
Vallum,quid fo.cccLxxx.D.
Vallis Iosaphat situs.fo.xix.G.
Vapores sicci & calidi, eleuantur à Sole, adsuperiorem aëris partem: quibus calefactis à sphæra ignis vicina accenditur illa materia,à parte superiori ad inferiorem vsque.fo.xxv.H.
Vascula angusti orificii, superfusam humoris copiam respuunt.fo.cxix.K.
Velũ Christi multiforme.fo.cxxx.iiij.O.
Velle quid antecedenter,quid, Quid itẽ consequenter.fo.lxx.A.
Venia fratri facilè & sine cunctatione cõcedenda,patris cœlestis exemplo.folio ccccxv.D.
Venire,verb.importat motum organicũ. fo.cccxij.D.
Veritas quid.fol.cccxxxiij.A.
Veritas,duplex est,oris & operis.folio. clvj.N.
Veritas ad duo ordinatur.fol.xiiij.N.
Veritas opponitur falsitati, duplicitati & vanitati.fo.clvij.M.
Veritatis obstaculum, est timor mentis. fol.ccxxix.D.
Veritas liberat à terrore & peccato.folio.cliiij.G.
Item à pluribus aliis, quæ patent per discursum contextus.ibid.H.
Veritas malè audit apud eos,qui Deo repugnãt & obstrepunt fo.ccxxxix.H.
Veritas causam dedit dominicæ passioni folio.clv.P.
Veritas absoluta.fo.lxij.A.
Veritatis & sapientiæ pulchritudo. folio. lxx.H.
Veritatem solus Deus dicit ex propriis. fol.clvij.I.
Ventus vnde prorumpat.fo.cliij.C.
Verbum,quomodo accipiendum apud Ioannem.fo.lxiij.P.
Verbum,principium est illuminarium folio.lxviij.A.
Verbum,tripliciter se manifestat mundo. ibidem.C.
Verbum,est lux hominum, multiformiter.ibid.G.
Verbum diuinum,immutabile est folio. lxxij.P.
Verbum caro factum est,quomodo sit accipiendum.ibi.Q.
Verbum Dei,à nostro differt in tribus folio.lxj.B.
Verbum triplex est in nobis.fo.lx.F.
Verbum creatum & increatum,in quo cõueniant.ibid.I.
Verbi est,nuntiare id, quod occultum est in corde.fo.lxj.M.
Verbum,in diuinis propriè importat rationem formæ exemplaris,fo.lxj.O.
Verbum Dei, quid dicendum . folio. lxj.D.
Verbum dei,tripliciter habet virtutem folio.clvij.L.
Et in nobis triplicẽ effectum.ibid.
Verbum dei,simili est semini iacto in terram.Et id qua potissimùm ratione.folio.cxxj.A.
Verbum,quomodo interpretatur maximè in sacra scriptura.fo.lxix.K.
Verbum diuinum sœpe audire, salutare est.fo.ccc.G.
Verbum diuinum conterit petras.folio. cxxj.P.
Verbum,est ars plena omnium rationum viuentium.fo.lxv.M.
Verbum dei,est multiplex.fo.cxix.N.
Verbum cœterum est ei,à quo procedit. folio.lxj.I.
Verbi factores esse debemus,non auditores tantùm.fo.lvij.A.
Verbi diuini auditores, quatuor maximè debent habere.fo.ccclxv.B.
Verbi singularitas consistit in quatuor. fo.lxxiiij.A.
In verbo omnia sunt vniformiter . folio.lxvij.A.
Verum,variè diuiditur.fo.lxx.F.
Vespasianus & Titus prævaricatricem ciuitatem Iudæ, Hierusalem incenderunt.fo.ccccvij.N.
Vesperæ,tempus dicitur inter diem & noctem.fo.cclxxxix.K.
Vestis nuptialis nomine,quid accipiendum in sacris.fo.ccccviij.F.
Vestis ouina,sub qua lupi latent, est triplex fo.cccLxxij.B.
Vestis inconsutilis, dupliciter accipitur. fo.cclxxxviij.L.
In vestibus non gloriandum,tribus potissimùm de causis.fo.ccclx.L.
Via arcta,ad vitam fo.xxiij.G.
Viæ tres ad cælum.fo.ccxxxj.O.
Victoriæ triplex modus.fo.cxxij.G.
Videri,verbum.variè accipitur folio.cxxvij.G.
Villici materialis discrimen. folio cccLxxvj.N.
Villicus Christi, triplex est . folio . cccLxxv.K.
Villicus,pro œconomo.ibid.L.
Villico,olim, hodie villicor,habetur . folio.ccclxxvj.A.
Vinea,& quid moraliter designet in sacris.fo.cxiiij.Q.
Vinea rescissa,fructificat:semiputata.fronduit : neglecta , luxuriat folio . cxv.B.
Vinea,quid designet moraliter in sacris. fo.clxxix.P.
Vinum melius gustatur ieiuno palato.folio.cij.G.
Vinum redditum ex aqua à christo,quale fuerit.fo.cj.I.
Vinum,damnatis solitum dari,quale fuerit.fo.cclxxxv.I.
Vinum quadruplex est.fo.c.C.
Vinum,quid sonet.fo.ciij.F.
Vinum , simpliciter , appellatur sanguis vnæ.fo.cj.P.
Vindicta absit ab omni homine folio . cxciiij.O.
Virginem quæ deceant.fo.xxxiiij.B.
Virginitas, cognata est angelis folio. xxxij.I.
Visio duplex.fo.cccxliij.H.
Visionem corporalem non habet,nisi natus:spiritualem,nisi renatus. folio.cccxliij.H.
Visus,omnium sensuum acutissimus & perfectissimus est fo.cccij.G.
Visus omne tensus complectitur . ibidem.O.
Visus,omnem sensum in se claudit & cõplectitur.fo.ccxl.K.
Vita hæc,vigilia est fo.ccxlvj.B.
Vita non est hæc amanda,ne pereat in futurum æterna.fo.cclxv.O.
Vita beata,est visio Dei fo.ccxl.L.
Vita,verb. tripliciter potest intelligi.fo. lxvj.H.
Vita beatorum, dicitur potius æterna, quàm damnatorum fo.cxlvij.C.
Vita hæc,vigilia est,variè distincta folio cccccliij.K.
Vita hominis terminata in se,aliquo modo pendet ex futuris fo.cxliij.N.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index

Vita actiua an propius accedat ad Deum quàm contemplatiua folio .ccccc-xxxiiij,B.
Vita,duplici modo accipitur . folio . cc-xlix.A.
Prædestinati an aliquando peccant etiam mortaliter.fo.cxlix.E.
Vita æterna, qui conuenit homini . fo-lio.cclx.B.
Vitam cupiens tenere cum Christo, ne morte timeat Christo.fo.cclxv.F.
Vitam mutare,& esse perpetuò in religio-ne,parificantur.fo.ccccxxix.G.
Vitium contra naturam, cœpit tempori-bus Abrahæ.fo.lxxviij.O.
Vitia multis placent,correctio & obiurga-tio non item.fo.ccxxiij.I.
Virtus spiritualis,& supernaturaliter ope-rans,num possit etiam esse in rebus in-animatis.fo.ccclxxxvj.H.
Virtus diuina,sumitur duobus modis fo-lio.ccccIxxxv.E.
Virtus heroica,est supra communem fo-lio.cccccIj.
Virtus formatiua in spermate maris, ia-cet in spiritibus fo.liij.O.
Virtutes omnes infundantur in iustifi-catione impii fo.xxij.L.
Vmbra formatur à lumine & corpore.fo-lio.xxxvij.H.
Vniri Christo,quot modis,quibusque cõ-tingat.fol.vj.O.
Vnionis perpetuitas in diuinis.folio . lxx-iij.G.
Vnum relatiuè oppositorum,est in alio se cundum intellectum.fo.cclj.H.
Vnum quæcunque sunt simpliciter , sunt vnum secundum substantiam . folio. ccxlix.N.
Vnunquodque dicitur esse illud, quod est principaliter in eo.fo.lxx.P.
Voluntas & intellectus,an fuit duo distin-cta in Deo.fo.cccxxxix.B.
Voluntas duplex est in Deo,item & in Christo.fo.ccclxxxvij.L.
Voluntas & appetitus sensitiuus,duo sunt principia ad generationem.folio . lxx-ij.I.
Voluntas, in quo consistat . folio . cc-lx.C.
Vouendi mos antiquis.fo.cxcix.N.
Votum an quenquam Deo obliget.fo-lio.ccccxxix.K.
Votum de aliquo bono,an possit impunè remitti.fo.cccixxv.A.
Vota sunt Deo persoluenda . folio.xxx-vij B.
Vox origine posterior est verbo,sed noti-tia prior.fo.xlvj.
Vox perfecta,quæ sit.fol.lj.D.
Voces quid depliciter significant imme-diatè.fo.xj.A.
Vsuræ antiqua lege sunt prohibite folio. cxlviij.H.

X

XERXES flet,in media & infinita militum multitudine , quòd nullus præsentium post cen-tum annos sit superfuturus . folio . xx-vij.N.

Z

ZACHARIAS Eius vita,studiũ, & institutum.fo.xliij.N.
Zacharias,quomodo interpreteretur.fo.xlv.B.
Zachariæ mors.fo.clxxx.F.
Zachæus an carnaliter fuerit filius Abra-hæ.fo.ccccxxxj.N.
Zachæi bona, quotuplicia . folio . cccc-xxxj.K.
Zebedei filii folio centesimoseptuages-moquinto.D.
Zelus,triplex est folio nonagesimodeci-mo.P.

Ziza

In Auream Rosam.

Zizania,vnde pullulet in re christiana.fo lio.cxij.A.
Zizania , duo designat in sacris.folio. cx.L.
Zeroastes primus & solus omnium in sui ortu risisse fertur,quod tandem illi fuit exitiale.Fuit is autor & inuentor magicarum artium folio trecentesimo quadragesimotertio.N.

FINIS

Series chartarum Indicis

a† b† c† d† e† Omnes quaterniones.

AD INCLYTVM COMITEM MILITEMQVE CLARISSIMVM LVDOVICVM THIENEUM VINCENTIUM REVERENDI PATRIS MAGISTRI SILVESTRI PRIERATIS, ALMI ORDINIS PRÆDICATORŪ IN AUREAM ROSAM PRÆFATIO.

NOn possum, generose Comes, milésque clarissime, natura, professione, necnon inuidorū inusitationibus præpeditus: mei pectoris arcana reserare, nec, quem mente concepi, lingua proferre sermonem. Nam cunctis execrabilis est nō solum falsus atque adulatorius sermo: sed verus quoque, modo blandientis speciem præ se ferat: mihique præcipue cui adeò semper horrori fuit subdola, & palpās adulatio, vt plerūque ac sepius affabilitati, qua quis ad amicos verbis sese habet, & moderatur (vt decet) minus quàm virtus ipsa requirat, indulgeam. Sed neque me veritatis insuperabilis, & immensa virtus (tam etsi Ioāne os auri teste, inuictis pectoribus violentiam facit, atque illa cogit in laudes) arctissima silentia rumpere, & effringere compulisset, si non te vnum præstantissimo, & ampliſsimo honore, & nostro qualicunque munusculo dignum merito & iudicassem, & delegissem. Nemo quippe nisi demens aut inuidus ægre tulerit, quin potius æquo animo prudens & optimus quisque suscipiet, si iudicii mei & pro hæresis causas

tediſſeram: ac perinde calamo quippiam dilabatur, quod laudem ſonuiſſe contigerit. Quis enim credi velit inſcius vel iudicaſſe vel delegiſſe? Profecto tam vecordis animi eſt nemo. Raptiſsime nihilominus & q̃ breuiſsimè, ſi qua emerſerint, ſeu verius irrepſerint, actionũ merita, virtutumque ſplendores attingam. Neque enim is ſum, aut me eſſe crediderim, qui huius almæ ciuitatis ſeu Thienei generis, vel certe magnificentiæ tuæ preconia, quæ per omnem Italiam nunc, & olim celeberrima ſonuere, elucubrare aut velim aut poſsim: quippequi id mihi & incongruum & impoſsibile iudicarim. Grandes etenim rerum materias ingenia parua non ſufferunt, nec poſſunt epiſtolari breuitate vel anguſtia comprehendi. Pauciſsimis nihilominus meam obſeruantiam inte, ac Thienenſes vniuerſos: quidque animo nuperrime celitus illapſum ſit, innotuiſſe velim. Si autem (quemadmodum philoſophorum princeps Ariſtoteles teſtatur) homines incognita prius inſolitaque mirantur, præcipue verò cùm repentè mentis ante aciem magna ardua, ingentiave conſtiterint: ſique ſtupor ac extaſis indagatricem rerum mentem conſtituit, acri iudicio omne quod tuum, quod Thienenſium, quod Vincentiæ eſt explorare me vis naturæ cogit. Nam cum ex ſtudiorum matre Bononia, quò me diſciplinarum gratia contuleram, Vincentiam remeaſſem: prætereà quinimo & contra omnem meum cogitatum agrum non modò amæniſsimum, quippe qui campeſter ac montuoſus eſt, & viuacibus aquis irriguus: ſed & omni pomorum ac frugum genere fertiliſsimũ deprehendi. Ciuitatem verò ipſam tanta diuitiarum copia, tanto nobilitatis ſplendore, tãta morum elegantia ſuffertam, vt ſereni ac rutilantis ridentiſque cœli typum meis oculis inferret hæc regio, & contemplari quæque, tanta tamque inopina rerum varietas impulerit etiam repugnantem. Hic familias quàmplures nobiles, ingenuas, inclytasque ſanguinis vetuſtate, gloria diuitiarum, & virtutum ſplendere conſpexi. Sed quonam pacto ſit hominum naturæ confertum: e plurimis, quæ placẽt, bonis vnum præcæteris beneuolentia, dilectione & à more proſequi ipſa me tunc magiſtra rerum experientia docuit. Nam ex illis omnibus vna Thienenſis meos affectus in ſe conuertit, ſiue claritate ſanguinis, ſiue morum facilitate, ſeu certè quia nihil tam incertum naturæ, quàm diligẽtem ſe diligere. Hanc etenim meæ religioni deditiſsimam ſi negarint linguæ, opera teſtantur: quanquã ſe quoque propter ſe obſeruãdiſsimam præbeat: quippe quam non modo Vincentiæ, ſed totius Emiliæ, necnon Liguriæ, &, vt ita dixerim, Italiæ decus, gloriam, & ſpecimen fuiſſe regum priuilegia apud nos depoſita, Imperatorũ, Pontificũ teſtantur. Verum præclaras illuſtrésq; proſapias nonnunquàm cerni datur, ſed quæ ſtipitũ nebuloſitate maculentur. De hac verò nihil nõ magnificum, nõ glorioſum, nõ inclytũ legeris. Cuncti ferè generis huius alumni, ductores armorũ, ſeu iuriſperiti, vel equeſtri ordine clari, ſæpiſsime quoq; comites fuere. Nec vera loquenti præſentiũ memoria ſimul & veterum monimenta teſtimonio deſunt. Et quidẽ perplures hoc præclarum genus ab Athenis vrbe græciæ florentiſsima, oppido agri Vincẽtini nomen attuliſſe, ac temporum ſucceſſu ſublata colliſione, vocabuloque corrupto: nec non latino ſermone cõlequente vulgare ab eodem nomen Thieneum ſuſcepiſſe volunt. Sed quia id nec verum, nec impoſsibile facilè affirmauerim, ad mihi exploratiſsima cõuertor. Tres quippe germanos (ſilentio præmiſsis antiquioribus) claros equeſtri atque aurato ordine extitiſſe, Vincentiũ, Marcum, & Meliorãtiam ſcripturæ veteres aſtruunt: Inclyto martyri Chriſti Vincentio in Thienarũ oppido baſilicam cũ iure patronatus iſti fundarunt, quo præſenti quoque tẽp. eſſate clarus miles ac doctor Leonardus, necnon celeberrimus iuris interpres Alouiſius, fratréſque potiuntur. Sed, ne volumẽ cogamur efficere, Vincẽtii ac Meliorãtiæ genus tãtũmodo, quã-

I tum præſentis eſt operis, ex parte tetigiſſe ſuffecerit. Hic generoſus eques Vincentius duo clara ſydera generauit, Marcum ſcilicet auratū militē & Simonē Petrū nō militē ſolum, ſed omnis quoque huma ni iure doctiſsimū. Is ſub dominis ſcaligeris tanta gloria, K tanta autoritate, tanta denique potentia claruit, vt Maſtinum Veronenſium principem eliminatū principatu à fratre de genere propriis viribus ad per ditum iam primum reuocarit quo motus facinore Maſtinus totius imperii vices eidem con tulerit. Huius ſobolem ſi perL ſequi velim, mihi citius tēpus defuerit quā geſtarum rerum glorioſa facinora. Hic nāque maximus ille iuriſconſultus Vgutio prodiit, qui virtutis probitate romam accitus primum ſacri palatii auditor effectus, de hinc vero rotæ, & tandem ad Hiſpaniarū regem legM gatus cum geſtarum rerū gloria clarus euaſiſſet pileo donatus: in ipſo regreſſu vita functus eſt. Hinc quoque Ioannes ille cognomēto Taurus Vgotionis germanus Iuriſcōſultus acerrimus, & vir per cuncta laudabilis. Hic à rege Carolo Neapolim conſiliarius accerſitus. primum quidem eſt militari gloria in ſolēni triumpho necnon multis oppidis ciuitatibuſque donatus. De hinc verò adoptatus in regem: & filiū reginæ Pannoniæ ſed negatus à populo Parthenopē denuo petens: necdum pubeſcentem Ladislaum Caroli filium: quē donandi libidine apud Caietā mater relegarat? ſuo conſilio quoque fretum ſuffragioſe dibus, & regno paternis, illa negante, reſtituit: à quo prærogatiuis innumeris decoratus: & vicerex in expeditionē contra Tuſcos rege properante delatus eſt. De hinc quoque poſt regis interitum Mediolanum per virtutem comitem cū maxima gloria deductus Philippi Mariæ ducis tutor & guber natorfauſtè & quam glorioſe fuit. Ac tandem longo ſenio fatigatus, plenus dierum, plenior gloriæ pleniſsimus meritorum dulcem patriam reuiſens poſtea quam in cœnobio ſanctæ coronæ prædicatorum ordinis ſacellum perfecit

N O P Q

quod

A quod Apoſtolorum inſcribitur, auroque veſtiuit ſumptu magnifico, vniuerſam ciuitatem ſuffuſam lachrymis derelinquens in ea, quam fabrefecerat, baſilica tumulatus, ſuo cum nepote Marco requit ſaluatorem expectans, & aduen-
B tum gloriæ magni dei. Hic qa orbis imperium, & immortales laudes meruiſſe videbatur modò lectio me vera docuerit rei familiaris, & probitatis ſuæ filios tres hæredes potiſsimum reliquit. Valerianum ar morum imperatorem: à quo
C hi, quorum paulo ante meminimus: Aloiſtus fratreſque prodiere, necnon Odoardum iuriſconſultum, ex quo Vgutio, Conraduſque Simonem quoque iuris hūanidoctiſsimū qui celebri Philoſopho Caietano autor vitæ fuit: cuius doD ctrinis: magna fuit ex parte nutritus. Quippe quoniā præclara volumina in librum phiſicorū, nec nō in librū de anima de cœlo, & quoque mūdo & in libru metheororū & multa generis eiuſdē poſteris legenda reliquit. Gregorio quoque & Roberto ductoribus armorū fratribuſque vitæ munus is contulit. Cūcta nihilominus poſthabenda: ſunt clara facinora: quoniam in clementem omnis noſtra vergit oratio. Hic namque generoſus eques Meliorantia ſatus glorioſiſsimū militem Iacobum Thieneum generauit: cuius eximiam probitatem, nec non excellentiam ſingularem, & immortale decus verbo vnico expreſ ſiſſe velim. Totius quippe ciuitatis voto hunc illuſtriſsimo Venetorum ſenatui Vincētiæ claues ciuitatum quod dediſſe annui & perennes redditus aurei mille teſtantur: quibus
G ſua cum poſteritate donatus eſt. Ab hoc quatuor effluxere viri ſyderibus clariores: quorum plurimi potuere meminiſſe, Marcus ſuo genitori comparandus in gloria. comes inclytus quinti milleſque tuus Ludouice, mutuique germani Iacobi militis parens
H necnon illius qui rebus humanis: necdum matūrus exceſſit galeam iuriſconſulti, elegantia corporis, ingenii celebritate, & ſermonis facundia præſtātiſsimi. Isveluti ſin-

E E

E gulare iubar generi Thieneo perpetuum splendorem attulit: dum probitatis eius ornamentis impulsus Cæsar insigne Iouis aquilam bicipitem ferre epistolas candida cera imperiale consignare: efficere tabelliones, & eos quos illegitimos appellamus, legitimos & K acultatum successores instituere, plurimaque id genus, quinimo] comitem esse, comitésque nasci per eum posteros cōtulit Secundo loco Ioannes emicuit eques, ac iuris interpres: ex quo Leonardus miles, doctorque, Iacobus quoque iunior: æquè miles. Tertio vero Clemens L comes milesque: ex quo Antonius ac Ioannes comites claruere. Postremò verò Antonius eques, & celebratissimus vtriusque iuris interpres, quo Frāciscus comes milesque vitæ primordia sumpsit. Quid plura? Deficiet & abibit potius tempus quam huius inclytæ familiæ viros præclaros enumerasse contingat. Sed iam (vt reor) quisque perspicuè cernit quod M huius magnificæ ciuitatis, ac totius Italiæ decus, & gloria fuit ista progenies. O glorio sam & omni laude efferendam propaginem! O clarum, & summa veneratione prosequendū sanguinem! O vere nobiles viros! Nam si nobilitas sanguinis est antiquatæ diuitiæ: animi vero probitas virtusque: quantum sunt nobiles hi quorum non modo diuitiæ verum etiā nobilitas antiqua probatur: & qui animi virtutem hæreditatis vt ita dixerim, iure possederint Si nobiliores hi dicuntur, qui nobilibus veneratioui & obseruationi sunt, qui principio magno pretio semper fuere? eiusmodi profecto Thienenses, constat. Nam sub Scalanis Simon Petrus, Ioannes Taurus sub comite virtutem, sub comite virtutem, sub illustrissimo quoque Venetorum imperio Iacobus floruit. Dum ista me contemplantem rapuere solem ac lunā: clarumque sydus ab vrtoque deductum conspexi. Nam te Ludouice mi gloria probitasque genitoris: & aui sanguinis claritas, affluentia diuitiarum sumptumque magnificentia, inumerosa & compta familia sed longe amplius morum venustas, & singularis clemen

A mentiæ ac benignitatis splendor, ac si sola, inter sydera extulere. Cui Deus optimus maximus necnon ostentis ac mala testens sanguinis consortē non minus ornatam moribus quā sanguine claram Adrianam contulit. Accedit insuper vtriusque splendoribus generosa. B sobo es Ioannes Galeam æquè comes, corporis elegantia simul & animi virtute donatus: qui cum omni morum honestate & sanctimonia, ac si omnipotenti Deo in religione famuletur, præpeditus & ornatus sit. Tanto studio virtutes C omnes, præcipueque studia literarū insequitur, vt arridente sibi vndique secunda fortuna, voluptates omnes ac vitia, quibus affluere solet effrenata inuentus, calcasse videatur. Et nedum parentum: sed iuuentutis ac patriæ decus, & honor non modo mea verum D etiam omnium sententia, censeatur. Qua propter me vobis tanta charitate deuinxistis, vt nil gratius duxerim, quàm vestris affectibus facere satis, quibus omne quod valeo, deuoui. Quum vero cuncta quæ retuli, & multo plura mirarer: præcipuè verò quantum tu tuaque coniux tuusque natus diuinis: verbis oblectamini, adeò vt pene cuncta vestra iucunda colloquia de diuinis sint rebus: & quàm maximè si qua vigilantiorem sensum efflagitant, fortè me iua inclyta consors rogarit, quod offerre debissem, lectionem scilicet Euangelicam qua sese animus qua otium recreatur, & spiritualibus deliciis refocillatus aduersus vitia fortius dimicaret. Tale profecto aliquid me factu- Q rum, dum inclyta ciuitas Ferraria turbinibus quatere- tur: lætali valetudine laborans, altissimo tota mente deuoueram. Meæ igitur spōsioni, illius vero religiosæ petitioni, necnon spirituali solatio, atque honori tuo volens consulere; tanta animi promptitudine, tanta mentis iucunditate, tanto denique cordis iubilo id explendum suscepi, vt tametsi grauissimum onus id sit, leuissimū dixerim. Diuina igit gratia suffragante ma-

I num vltimam laboribus iniec-
ci. Suscipe igitur comes incly-
te, paruitatis meæ per exiguũ
quidem, sed magno corde te
propter elaboratum opuscu-
lum: quod per amplius casti-
gare & replere floribus, quam
pandere maluissem, si non me
preces amicorum coëgissent.
K Morsibus autem plurimorum me obiicio (de inuidis loquor) N
qui propriis malis & bonis alie
nis torqueri solent: sed si ami-
corum votis obtemperem, si
quoque vos hac lectione pro-
feciſſe nouerim, quemadmo-
dum & appeto & spero, id mi-
hi satis superque gratulabor.

Vale felix. O

INCIPIT ARGV-MENTVM IN AV-REAM ROSAM VIRI ERV-ditissimi Magistri Syluestri de Prierio ordinis prædi-catorum.

✠



ONSVEVERE DIVINI verbi proclamatores ac innumera fidelium christi multitudo, sancti euangelij sensum literalem symbolicumq; perquirere. Vtrorumq; igitur votis pro posse facere satis institui & auream Rosam, quæ centum circiter latis foliis constet, & quæ literalis sensus odores, mysteriorumq; redoleat nõ solùm prædicatorum ordine verumetiam Romanæ curiæ (tabula fusfragante) communem elucubrare. Quatuor autem partibus siue tractatibus opus omne absoluam. Horum primus de sensibus erit diuinorum eloquiorum: ac regulis exponet scripturas. Quia enim spirituales sensus in infinitum excrescere, atq; multiplicari possunt, ne in immensum opus nostrum cresceret, id egi vt primo tractatu suffragante, necnon quorundam euangeliorum quadripartita expositione quisque vel rudis huiusmodi sensuum genera & agnoscere & excogitare possit. Secundus verò temporalium euangeliorum expositionem sem per quidem literalem: sæpe vero etiam Allegoricam & Anagogicam & Moralem cõtinet. Tertio verò loco quæstiunculas tum theo-

Argumentum.

logicas ac pertinentes, tum etiam morales euangelijs quidem impertinentes, sed tamen euangelij doctoribus oportunas veluti quodlibet vnum subijciam. Postremo sanctorum euangelia erunt perstringenda breuissimè, his tamtummodo elucidatis, quæ difficilioribus nodis essent implicita. Ea verò post antiquorum doctrinam tanti laboris necessitas fuit, vt omnes sanctorum expositiones vno loco congestæ elucidatæ, & consonantes quantumlibet habeantur. Sanctæ vero Romanæ ecclesiæ omnia dicenda committo.

Finis argumenti.

INCIPIT AVREA ROSA.

*

De regulis exponendi sacram scripturam. Cap.j.

PROPTER Diuini sermonis profunditatē qui busdā regulis ad intellectum, & expositionem euangeliorum opus est quas adducit. Isi. in li. de summo bono. c.xx. quæ claues sanctarum scripturarum dicuntur: eo quòd per ipsas ad intellectum earum introducimur. ¶ Prima ergo regula est. quod propter connexionē capitis ad reliqua membra, seu ad suum proprium corpus sacra scriptura quasi sub vno contextu & sub vna persona loquens, modò loquitur de vno, modò de alio. Huius exemplum habetur Esa. lxj. ca. Induit, inquit, me dominus vestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsum decoratum corona & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Quod enim ibi dicit quasi sponsum intelligitur de capite. i. Christo. & quod subditur quasi sponsam intelligitur de corpore christi spirituali, seu mystico. i. ecclesia. Similiter Can. j. c. vbi dicitur. Osculetur me osculo oris sui quia meliora sunt vbera tua vino. Cum enim dicitur osculet, verbum est sponsæ. i. ecclesiæ frui desyderantis amplexu sponsi. i. christi. Cum vero subiungitur quia meliora sunt &c. verbū est sponsi sponsam commendantis. Vnde in talibus sic connexis ratione prędicta debet prudens lector attendere quid capiti & quid membris conueniat.

¶ Secunda regula est q̄ diuina scriptura aliq̄n simul cū bonis cōmendat malos & cū malis vituperat bonos. Et aliquando in eodē cōtextu exprimit quid ad malos, & q̄d ad bonos pertineat. Rō istius regulæ est q̄a corpus xp̄i q̄ est ecclesia multipliciter sumi pōt videlicet ex hic q̄ docet. s. Th. iij. q. viij. ar. iij. Cū enim corpus christi dicant creaturę rōnales quę ei sunt vnitæ siue sint homines, siue angeli sicut multipliciter aliqui dicunt xp̄o vniti, ita multiplex est ecclesia & corpus christi. Vniuntur autem, vt ibidem dicitur aliqui quæ christo.

¶ Primò p̄ gloriā vt sancti qui iam sunt in patria. ¶ Secundo per charitatem vt iusti qui adhuc sunt in via. ¶ Tertiò per fidem vt fideles peccatores. Quartò aliqui vniuntur, quia sunt in potentia vt vniantur & de facto aliq̄n vnientur, vt prædestinati qui tā adhuc non credunt sed credent in futurum.

¶ Quinto aliqui vniuntur, quia possunt vniri, & tamen nunquam vnientur Christo, vt qui non credunt, neque credent in posterū. Quamuis autē quinque modis aliqui Christo dicant vniri, tamē actualiter vniti non sunt nisi qui vniuntur aliqui triū primorū modorū Et sic triplex pōt distingui corpus christi mysticū. s. gloriosum vt sancti q̄ sunt in patria & non gloriosum sed tā verū vt sunt membra vnita per charitatē, &

I iterum non glorioſum, neque verum, ſed fictum: vt membra vnita per ſolam fidem: quæ ſunt membra mortua, & arida. Verum tamen vniti per ſolam fidē, & vniti per fidem, & charitatem omnes ſunt eccleſia: ſi cōſideretur modus vnionis, qui eſt per fidem, qui vtriſque communis eſt non autem ſi cōſideretur modus vnionis, qui eſt per charitatem. Sed quia iſte modus vnionis per charitatē eſt nobis incognitus. Hinc eſt quòd duę
K tantū dicuntur eſſe eccleſię ſcilicet triūphans, quæ eſt vnitorum per gloriam, & militans, quæ eſt vnitorum per fidē: ſiue tales ſint vniti per charitatem, ſiue non. Et ideo eccleſia militans continet bonos & malos: vnde aſsimilitatur ſagenæ miſſæ in mare in qua ſunt boni piſces. cum malis antequam ad littus trahatur. Mat. xiij. Et ſimiliter aſsimilatur agro, in quo creſcunt cum tritico
L etiam zizania, ſeu lolia. Mat. xiij. Hac ergo ratione aliquando cum bonis cōmorantur mali commixti. vt Oſe. xj. Puer iſrael, & dilexi eum. Aliquando cōuerſo boni vituperantur cum malis: vt Eſa. j. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Aliquando etiā in eodem contextu exprimitur quid ad
M bonos. & quid ad malos pertineat. ſicut Cañ. j. dicitur Nigra ſum ſed formoſa filiæ hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pellex ſalomonis. Verba enim iſta ſunt ſponſę ideſt eccleſiæ quæ ratione malorum contentorum in ea dicitur. Nigra ſum ſed ratione bonorum ſubiungit: ſed formoſa. Et quod ſubditur quaſi pro exemplo: ſicut tabernacula Cædar: ad malos refertur. Cædar N enim fuit filius Hiſmael, vt habetur Ge. xxv. à quo deſcenderunt ſaraceni. Quod verò ſubditur, ſicut pellex ſalomonis. refertur ad bonos. Per ſalomonem enim hic intelligitur ipſe deus, ſecundùm expoſitores cathol. & hebræos. Et ideo pellex eius dicuntur pellex qui quibus tabernaculum domini operiebatur: in quo boni colebant deum Ter-
O tia regula eſt, quòd aliquando ſub eadem litera accipitur ſenſus hiſtoricus ſeu literalis: & myſticus. Pro cuius notitia ſciendum eſt quòd ſicut infrà patebit. Aliquando vna litera, ſeu vnus textus, habet duplicem ſenſum literalem. Verbi gratia dicitur. j. Paral. c. xvij. & ſunt verba dei. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Iſte enim textus ad literam intelligitur de Salomone filio Dauid, cui deus fuit pater per adoptionem: & ſimiliter ad literam intelligitur de Chriſto filio dei per naturam. Et quidem quòd intelligatur ad literam de Salomone filio Dauid: patet legenti capitulum illud. Nullus enim niſi ſtolidus aliter ſeriem illius textus accipiet. Vnde & de Salomone ab omnibus Hæbreis literaliter exponitur, & ſimiliter à catholicis. Quod autem etiam ad literam intelligitur de Chriſto probo. Nam ſicut docet Augu. contra Vincem. donatiſtam, nullus ſufficienter poteſt ex verbis ſacræ ſcripturę arguere, & probare, niſi ſumat illa in ſenſu literali. Apoſtolus autem ad Hæbre. primo arguit ex prædictis verbis quòd Chriſtus fuit maior Angel. Et quia ſufficienter ſupponitur probare conſequens eſt quod prædicta verbā acci

A accipiat in ſenſu literali: cum ea dicit de Chriſto eſſe dicta. Licet autem literaliter exponatur iſte paſſus de Salomone, & de Chriſto, tamen ſecunda expoſitio quæ ſcilicet præponitur de chriſto eſt aliquo modo ſpiritualis, & myſtica ideſt ſecundùm quid, inquantum Salomon fuit figura Chriſti, & ſic intelligenda eſt regula. Quarta regula eſt, quòd diuina ſcriptura aliquando in ea
B dem verborum ſerie de genere tranſit ſpeciem, & de toto ad partem, velè conuerſo. Nam Eſa. decimotertio primo loquitur contra Babylonem ſpecialiter dicens. Onus Babylonis: & tranſit ſtatim ad loquendum de toto mundo generaliter, dicens. A ſummitate cœli dominus: & vaſa furoris eius, vt diſpergat omnem terram. Poſteà iterum regreditur ad loquendum contra Babylonem ſpecialiter, dicens. Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos Medos, qui argentū
C non quærant &c. Nam darius medus cum Cyro nepote ſuo cœpit Babyloniam, & Balthaſar regem eius occidit. vt habetur. Dañ. v. Quinta regula eſt, quòd diuina ſcriptura aliquando ponit vnum tempus pro alio. Hoc autem quatuor modis contingere ſolet. Vno modo per ſynecdochem: quando pars temporis pro toto ponitur ſicut dicitur Chriſtus tribus diebus in ſepulcro
D iacuiſſe: & tamen conſtat quòd prima & vltima dies integræ non fuerunt alio modo propter minutias temporis quæ in ſacra ſcriptura aliquando computantur, aliquando verò non & conſequenter ſcriptura loquens de aliquo numero annorum in diuerſis locis non ponit præciſè eundem numerū vbique eo ſcilicet quòd prędictæ minutię in vno loco cōputantur, nō in alio. Hoc autem frequenter patet in libris Regum, & paralip. tertio Modo contingit eo ꝙ cōputatio annorumm incipit vno loco à priori termino, in alio à poſteriori: ſicut Gen. xv. dictum fuit Abraæ ꝙ ſemen eius futurum erat peregrinum quadringentis annis: & tamen de iſta peregrinatione ſeu manſione in ægipto dicitur Exod. decimo ſecundo quod fuit quadringentorum & triginta annorum: quia computatio huius maioris numeri incipit à tēpore quo dictum fuit Abraæ Gen. decimo ſecundo. Egredere de terra tua &c. Computatio autem minoris incipit à natiuitate Iſaac: qui fuit trigeſimo anno poſt egreſſum Abrahæ de Aram. Quarto modo cōtingit: eo quod diuina ſcriptura aliquando de futuro loquitur per modum prēteriti, propter certitudinem prophetiæ, & diuinæ prę
G ſcientiæ: ex quo fit reuelatio ipſi prophetiæ. Huius exemplum habetur Lu. j. vbi beata virgo volens docere quòd dominus diſperderet Iudæos ſuperbos de regno Iudææ, & diſpergendo per mundum humiliaret eos, & exaltaret humiles gentiles in Chriſtum credituros, ait loquens in præterito. Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede &c. Aduertendum tamen eſt, quòd duplex eſt prophetia ſci-
H licet comminationis, & abſolutæ prænuntiationis. In prima non prædicitur id quod deus videt eſſe futurum: ſeu id quod eſt in præſciētia dei: ſed id quod eſt in ordine cauſarum ſecundarum. In ſecunda verò prædicitur id quod deus

videt

videt esse futurum. Huius exemplum habetur tertii Reg. vigesimo vbi dicitur quòd Esaias prædixit Ezechiæ ꝙ de illa ægritudine moreretur. Certum est autem quòd mors Ezechiæ erat in causis secundis: quia illa ægritudo erat mortalis, & causa sufficiens mortis sed tamen non erat in præsentia dei, quia deus non videbat mortem ex illa infirmitate futura, alioquin deus fuisset deceptus: cum Ezechias fuerit ab illa ægretitudine liberatus. Quæ ergo prędicuntur primo modo non eueniunt semper: vt patet de prædicta morte: & de subuersione Niniuę Ionæ. iij. Ideo in talibus non habet locum iste modus loquendi de futuro, ac si esset præteritum: sed solum in his quæ prædicuntur secundo modo: quia talia infailibiliter eueniunt. ¶ Sexta regula est, quòd in sacra scriptura non semper eodem ordine gesta scribuntur & fiunt: sed aliquando per anticipationem, posterius gesta prius scribuntur. Aliquando verò per recapitulationem fit è conuerso: quia scilicet prius facta, posterius scribuntur. Exemplum huius habetur in Genesi. Nam Gene. decimo dicitur de filiis Noe. Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in nationibus suis, vnusquisque secundùm linguam suam. Et post in capitul. vnde dicitur, Erat autem terra labii vnius, & sermonum eorundem. Ex quo patet quòd illud quod in capitul. decimo dicitur de diuisione linguarum est dictum per anticipationem: cum in sequenti ideſt in vndecimo dicatur (quòd terra erat vniuslabii) ideſt vnius linguæ. Similiter in Genesi postquam Moyses in capitul. primo descripserat creationem cœli & terræ & ornatum, & distantiam partium mundi: statim in capitu. sequen. ideſt secundo dicitur. Istæ sunt generationes cœli, & terræ in die quo creatę sunt. Ex quo patet quòd hoc dicitur per recapitulationem. Septima regula est de diabolo, & eius corpore. Sicut enim dicit beatus Grego. in quadã Homel. certè iniquorum omniũ diabolus caput est, & huius capitis mẽbra sunt omnes iniqui. Ideo propter connexionem capitis ad membra, scriptura loquens de vno in eodem contextu, transit ad loquendum de alio. sicut Esa. decimoquarto loquens de rege Babylonis qui erat diaboli membrum, transit ad loquendum de principe demonum: cum subditur ibidem. Quomodo cecidisti lucifer de cælo qui mane oriebatis? & similiter Ezechi. vigesimooctauo loquens de principe Tyri transit ad loquendum de diabolo: cum subditur ibi. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia: perfectus decore, in delitiis paradisi dei fuisti. Omnibus igitur his regulis: vel quibusdam earum necesse est frequenter vti ad intellectum sancti euangelii, vt in processu parebit. Quid autem sit regula docet Iureconsultus in. l. regula. ff. de regulis iuris & ibi Bart. & nouissimè Philippus decius dicitur autem regula breuis sententia, quę plerunque prægnans est & ducitur à regendo & græci illam appellant canonem vt non minùs doctè quàm eleganter adnotauit Gratianus in. c. regula. j. distin.

Quòd sacra scriptura habet plures sensus sub eadem litera ca

ra Capitu. ij.

EST AVTEM RVRSVS aduertendum quod diuina scriptura plures habet sensus. Sensus quidẽ multis modis sumi consueuit Sed tamen quantum ad præsens pertinet, per sensum accipimus id, quod mẽs quatis oratione, seu propositione, vel sententia audita, vel lecta in semetipsa concipit. Est ergo sensus idem quod sententia, seu conceptus mentalis complexus: eo modo quo dicere consueuimus, quòd oratio perfecta perfectum sensum in animo auditotis generata Habet ergo diuina scriptura plures sensus: quia ex oratione eadem audita multæ concipiuntur in animo sententiæ, & veritates. Vnde beat. Hieronym. loquens de Aposto. ait. In singulis verbis multiplices latent intelligentiæ. Huius autem rationem assignat doctor Sanctus Thom. in prima parte quęstione prima quam in quodlibetis, quodlibet. septimo quęstione sexta Ex cuius doctrina, sciendum est quod sacra scriptura ad hoc est diuinitus ordinata: vt per eam nobis veritas manifestetur necessaria ad salutem: Dupliciter autem potest aliqua veritas exprimi, & manifestari: verbis scilicet & rebus, in quantum verba res ipsas significant: & vna res etiam potest esse signum alterius rei. Deus autem cum sit omnium rerum autor: non solum verba: sed etiam res potest accommodare ad significandum, vt vna sit in figura alterius. Vnde diuina scriptura veritatem nobis, & per verba manifestat, quòd pertinet ad sensum literalem: & etiam per res, quod pertinet ad spiritualem Sed fortè diceret aliquis, quòd hoc non videtur conuenienter fieri. Nam diuina scriptura ordinatur ad hoc, vt veritatem cognoscamus. Hanc autem scilicet cognitionem veritatis facit nobis difficilem ista sensuum varietas: quia confundit intellectum. Ad hoc respondet Sanctus Thomas quòd secundùm Augustinum libro de doctrina christiana. Deus ad nostram vtilitatem statuit, vt veritas nobis per scripturam cum aliquali difficultate innotescat. Primò enim ex hoc tollitur fastidium. quia difficultas attentionem excitat: quæ fastidium expellit. Secundò tollitur occasio superbiendi, ex hoc quòd homo videt se veritatem aut nullo modo, aut cum difficultate posse percipere. Et tertiò ex hoc fidei veritas ab infidelium irrisione tuta est & secura. Vnde monet dominus Matthęi septimo Nolite sanctum dare canibus. Item contra prædicta arguitur. Nam si in diuina scriptura esset ista sensuum multiplicitas, esset nobis magna erroris occasio. Quilibet enim posset diuinæ scripturæ assignare sensum pro libito suo, & dicere quòd ille est sensus spiritussancti. Ad hoc dicit Sanctus Thomas quòd secundùm Augustinum libro de doctrina christiana, Nihili diuina scriptura traditur per sensum spiritualem in aliquo loco quod sit necessarium ad salutem: quod non tradatur per literalem in alio. Vnde non potest quisque ad libitum suum assignare sensum spirualem: quia oportet quod talis sensus semper habeat fundamentum in aliquo

I quo literali, alioquin repudiatur. Item contra. Nam secundum Philosophum: licet multa possimus simul scire: tamen non possumus simul nisi vnum intelligere. Prophetæ ergo qui diuina verba scribebant, dum scribebant non intelligebant nisi vnum. ergo neque exprimebant nisi vnum quia voces & literæ seu scripturæ sunt signa conceptuum mentalium, & eisdem subordinantur. Ad hoc respondet qui supra: quod prin
K cipalis autor diuinæ scripturæ est spiritussanctus: qui omnia simul intelligit: sed & vnus homo potest duo simul intelligere, quando vnum est figura alterius, sicut simul apprehendimus imaginem & imaginatum. Prophetæ ergo simul intelligebant præsentia & futura per præsentia significata. Vnde & beatus Hieronymus, dicit super Ose. quòd prophetæ ita loquebãtur de præ
L sentibus, & intendebant futura significare. Imo sicut innuit idem Sanctus Thomas, in quæstione de po. quæstione quarta, articulo primo, non est inconueniens quòd diuina virtute Moysi, & aliis prophetis fuerint reuelatæ omnes veritates: quas nos de aliquo textu concipere possumus: & eas sub vna serie literæ fuisse ab eisdem positas. Sed tamen dato quòd aliquid per verba Moysi significetur, quod Moy-
M ses non intellexit: stat quòd spiritussanctus illud significauerit, & expressserit per Moysen. & sic de aliis prophetis. Item contra: quia secundum Augustinum, super Genesim, ad lit. Maior est scripturæ authoritas quàm humani generis capacitas. Sed sensus spiritualis nullius est authoritatis, cum ex eo nihil probari possit: vt dictum N est. Ergo talis sensus non est sensus diuinæ scripturæ. Ad hoc dicitur: quòd sensus spiritualis quantum est in se: est maximæ authoritatis. Sed quia nos illum ex certitudine non cognoscimus: ideo ex illo arguere non possumus. Quod verò illud non cognoscimus causa est: quia iste sensus est secundum quòd vna res significat aliam per quandam assimilationem. Potest autem vna res assimilari diuersis: sicut O Leo assimilatur Christo ratione fortitudinis: & diabolo ratione rapacitatis. Si ergo aliquid dicat scriptura de Leone non sum certus si de Christo loquitur, an de diabolo: & non possum inferre, & concludere quòd talia sint dicta de Christo, vel diabolo. Sic ergo patet quomodo sacra eloquia plures continent sensus, quod nulli scientiæ humanæ conuenire potest. Licet enim P homo possit fingere aliquam similitudinem ad aliquid significandum, vt poëtæ faciunt: tamen non possunt ordinare sic res, quòd vna res facta, sit signum necessarium, id est, infallibile fiendæ, sicut potest Deus. Quando autem aliquæ per similitudines fictas significantur: quæ solum ad significandum sunt factæ: talis significatio pertinet solum ad sensum literalem, qui solus in scientiis humanis inuenitur. Q Vnde dicit beatus Gregorius. iij. moral. Sacra scriptura omnes scientias, atque doctrinas ipso locutionis suæ more transcendit: quia vno eodemque sermone, dum narrat gestum, prodit mysterium. vbi alia multa de effectu Hahiographię oculis subiicit. Hęc ille.

Quod

A *Quod omnes sensus scripturæ ad quatuor reducuntur. Cap. iij.*

RVRSVS autem scire oportet, quòd omnes sacræ paginæ sensus, ad quatuor reducuntur qui sunt, Literalis, & Allegoricus, Moralis, & Anagogicus. Dicitur autem literalis sensus eo quòd ab ipsa litera, seu ab ipsis vo
B cibus, accipiatur immediatè eo modo quo infrà dicetur. ¶ Allegoricus verò dicitur ab allegoria. Est autem Allegoria tropus seu figura, qua dicitur vnũ, & aliud significatur. Hac vsus est vergilius cũ ait. Claudite iam riuos pueri, iat prata biberunt. i. imponite finem carminibus, & canticis vestris: quia satis dixistis, & cantastis. Similiter saluator. Ioã. iiij. Respicite, inquit, regio-
C nes quia albæ sunt ad messem. s. populi sunt dispositi, & propinqui vt per fidẽ qua crediturí sunt Deo congregentur in horreum, seu gremium ecclesiæ militantis: ac tãdem etiam triumphantis: bonis operibus succedẽtibus fidei. Dicitur autẽ allegoria secũdum aliquos, ab allon, quod est alienũ: & logos sermo: vel gorein dicere. Vnde Allegoria quasi alieniloquium dicitur. Elegantes
D vero inuersionem interpretantur quia s. vt dictũ est: aliud dicitur & aliud significatur. Quando igitur ista Allegoria fit rebus, & non verbis, ad sensum spiritualem pertinet, qui Allegoricus dicitur. Quando autem fit verbis ad literalem. Sed de hoc dicetur diffusè in sequentibus. ¶ Moralis verò dicitur, eo quòd ad instructionem morum trahatur. Exemplum huius habetur. Joã. vij.

Aurea

vbi dicitur. Ambulabat Iesus in Gali- E
læam. Non enim volebat in Iudæam ambulare. Iesus enim interpretatur saluator, & significat moraliter eum qui se, & alios quærit ad æternam salutem perducere. Galilæa verò interpretatur rota, vel transmigratio, significat tribulationes huius vitæ. Sed Iudęa quæ interpretatur glorificatio: significat adulationes, & applausus. Qui ergo salutem quærit potius debet in Galilæam, F
quàm in Iudæam proficisci: quia vtilius est probratores quàm adulatores audire. Anagogicus autem dicitur ab anagoge: seu anagogia quod idem est. Est autẽ anagogia sermo de supernis, ac summis rebus. Dicitur enim ab ana quod est sursum. & goge: quod est ductio. inde anagoge vel anagogia sursum ductio: vel sursum ducens. Huius exemplum habetur: & omnium alio- G
rum in hac dictione Hierusalem: quæ secundum sensum literalem significat quandam ciuitatem, quæ fuit sedes regni in Iudæa. & fuit per Melchisedech fundata: & per Salomonem dilarata, & fortificata: & per Neemiam reædificata. ¶ Sed moraliter significat animam fidelem, secundum quem sensum dicitur Esaiæ. lij. Consurge, sede Hierusalem &c. Allegoricè verò significat ec- H
clesiam militantem: secundum quem sensum dicitur Apoc. xxj. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendẽtem de Cælo, sicut sponsam ornatam viro suo. Anagogicè verò significat ecclesiam triumphantem: secundum quem sensum dicitur Gal. iiij. Illa quæ sursum est Hierusalem, est libera: quę est mater nostra. Et sicut exem-

plum positum est in vna dictione, ita poni potest in vna oratione. Vnde cum dicitur in Psal. Lauda Hierusalem dominũ, lauda Deum tuum Syon. Quoniam confortauit seras portarum, &c. quatuor modis exponi potest. ¶ Notandum est tamen, quod cum aliquid traditur nobis de futura vita immediatè per voces, iam illud non pertinet ad sensum Anagogicum : sed literalem. K Cùm verò per res traditur, tunc Anagogicum pertinet. Cùm igitur quatuor sint sensus. Literalis est secũdum quod per voces aliquid gestũ, seu aliqua veritas exprimitur propriè, vel metaphoricè. Anagogicus verò, quando per res significatur aliquid in patria sperandum. Allegoricus verò, secũdum quòd per res significatur aliquid, in noua lege credendum. Moralis autem, secun- L dum quòd res significatur, per aliquid operandum. Vnde de hoc extant versus tales. Litera gesta docet, quid credas allegoria. Moralis quid agas, quo tendas Anagogia. Ad hos quatuor sensus pertinent omnes sensus, de quibus mentio fit in doctrina sanctorum. Vnde cùm dicit August. in libro de vtilitate credendi, quod scriptura quæ testamentum vetus vocatur, quadrifariam M traditur. s. secundum Historiam, secundum Etymologiam: secundum Analogiam. & secundum Allegoriam. Tres primi sensus. s. Historia, Etymologia, & Analogia pertinẽt ad Literalem. Nam Historia est (vt ipsemet August. exponit) quando aliquid simpliciter proponitur. vt Deuter. xxiiij. Si acceperit homo vxorẽ, & odio habuerit eam, & non inuenerit gratiã ante oculos eius propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Etymologia autem est cum causa dicti assignatur. sicut Matth. xviij. assignatur causa quare Moyses permisit libellum repudij, cum dicitur : Ad duritiam cordis vestri, &c. i. ideo permisit Moyses vt posśitis repudiare vxores, non quia sit licitũ: sed propter duritiam vestri cordis, ne malum grandius. i. vxoricidium perpetraretis. Analogia verò est : cùm veritas vnius scripturæ ostenditur alteri non repugnare. Sicut Act. ix. dicitur, quòd comites Pauli erant audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Sed in sequentibus. i. c. xxij. dicitur. Et qui mecum erant lumẽ quidem videbant : sed vocem non audiebant. Ecce repugnantiam apparentem: quæ tamẽ tollitur cum subiungit Paulus, eius qui loquebatur mecum. i. audierunt quidem vocem meam cum dicerẽ, Domine quid me vis facere? Sed non audierũt vocem Christi dicentis: Saule, Saule, quid me persequeris? Vel certè huius exemplum habetur conuenientius ad Roma. x. vbi Apostolus ostẽdit quòd illud verbum, Esa. Inuentus sum &c. non repugnat promissionibus factis patriarchis dicens. Nunquid repulit dominus populum suum? absit. Nam & ego Israelita &c. Et deinde adducit aliam scripturam, per quam facit concordiam : quia. s. licet sint alqui Iudæorum repulsi, tamen reliquiæ saluatæ sunt, vt patet ibi: Porro in prædictis verbis Augustinus per Allegoriam tres reliquos sensus, qui sunt spirituales, accipit. Sensus etiam Parabolicus

A licus ad literalem pertinet, vt patebit. Tropologicus verò sensus idem est quòd moralis. Et dicitur à tropos, id est, conuersio quia, scilicet, ad conuersionem, & informationem morum pertineat. Ex omnibus autem in hoc capitulo dictis talem possumus diuisionem colligere. Sensus enim sacræ scripturæ est duplex, scilicet, Spiritualis, & literalis. Spiritualis est tri- B plex, scilicet, Allegoricus, Anagogicus. & Moralis. Sed literalis est duplex, scilicet, Improprius, vt Parabolicus, quo per voces aliquid significatur, & figuratè & metaphoricè. & Proprius, quomodo aliquid per voces significatur propriè. Et iste, scilicet, proprius est triplex, scilicet, Historicus. Etymologicus : & Analogicus. Et rursus historicus est tam mul- C tiplex, quàm multiplices sunt veritates, quæ possunt literæ adaptari, salua circunstantia eius : vt in sequentibus patebit.

Quis sensus sit literalis. Cap. iiij.

D AD MAIOREM AVtem prædictorum euidentiam oportet diligenter discutere, quis propriè dicatur sensus Literalis. Est enim in hoc non mediocris inter peritos concertatio. Quidam ergo dicunt, quòd sensus Literalis, est secundum quem aliqua historia narratur ad literam. Confirmant autem dictum suum, quia hoc videtur innuere beatus Gregorius. in E iij. moralium : qui de sensu literali loquens ait. Dum narrat gestum, prodit mysterium : & similiter idem habetur in prædictis verbis, scilicet, Litera gesta docet. Sed ista opinio est valde irrationabilis : quia ex ea sequitur quod sola historialia in diuina scriptura haberent sensum literalem, & consequenter doctrinalia seu sapientialia: cuiusmodi : sunt parabolæ, Sapientia, F Ecclesiastes : Ecclesiasticus, & omnes Epistolæ beati Pauli carerent sensu literali : & consequenter omni alio sensu : cum spiritualis super literali fundetur. Idem etiam sequitur de omnibus libris Prophetarum. Motiuum autem istorum inualidum est. Nam tam Gregorius, quàm Metristæ per rem gestam accipiunt rem veram : quæ solum ad significandum non est ficta: G sed est à Deo, vel ab aliqua creatura ad alium finem effecta. Quidam verò alij dicunt, quòd sensus quidam literalis est, secundum quem voces significant res immediatè : sed tamen non omnis sensus literalis est talis. Nam sunt quædam in diuina scriptura tradita : quæ si accipiantur secundum quod voces immediatè significant res, sunt falsa : vt patet in locutionibus H parabolicis : vt puta Daniel. viij. vbi dicitur quod hircus caprarum ab occidente cum impetu ferebatur habens cornu insigne inter oculos: & contriuit cornua arietis stantis ante paludem. Hoc enim nunquam verũ fuit sicut sonant verba. Sed hircus ille fuit regnũ græcorum. Et cornu eius fuit Alexan.

I magnus primus ciusdē regni rex. Ideo dicunt isti, quòd oportet super addere, & dicere q̄ sensus literalis est ille quē autor intendit: qui autor, inquiūt, deus est. Sed ista opinio quāuis sit cuiusdā magni viri, & tam latinè quā hebraicè docti: tamen stare non potest: & arguo sic. Si sensus literalis est quem intendit deus: aut est ille quem intendit immediatè per voces: aut quem intendit
K mediantibus rebus. Si dicas primum, sic vera est opinio quam negasti, scilicet q̄ omnis sensus literalis, est qui immediatè per voces accipitur. Si verò dicas secūdum, sic sequitur quod omnis sensus spiritualis sit literalis, cū omnis talis sit mediantibus rebus intentus à deo. Non ergo est ista opinio vera, nequè motiuum eius est efficax: vt patebit. Dico ergo quòd sensus literalis, est
L ille, quem autor scripturæ intēdit immediatè per voces: & quem intellectus prudentis immediatè concipit, auditis vocibus dum proferuntur: aut visis dū scriptæ leguntur. Hoc autem & ratione suadeo, & authoritate probatur. Ratione sic. Suppono enim primò, quòd omnis sensus sacræ scripturæ sit literalis, vel spiritualis. Secundo q̄ literalis est primus ante omnes, cum secun-
M dum sanctos sit fundamentum omniū aliorum. Tūc sic. Ista opinio quam sequimur non habet instantiam neque falsitatem, nisi in parabolicè traditis. Sed in talibus non habet falsitatem. Nam prudens audiens aliquem parabolam vel fictam similitudinem: vt est prædicta recitata de hirco, aut concipit primo aliquid significatum per tales voces, propriè aut non. Si primū, sequitur, quòd primus conceptus seu N sensus à diuina scriptura sumptus sit falsus: & tamen est sensus literalis. vt patet ex vtroque præsuppositō. Nihil enim propriè significatum per tales voces potest concipi: quod sit verum. Et si dicatur quòd sensus literalis non est primus simpliciter, sed inter veros: tamen non est probabile. quòd aliqua sit scriptura, quæ prima fronte habeat a- O pud prudentes sensum falsum aliquē, nullum, autem verum: cum hoc videatur repugnare fini, propter quem tradita est. Si autem secundum, habeo intātum, scilicet quòd aliquid potest immediate per voces concipi, quod per ipsas voces non significatur propriè. Vnde dico quòd audiens prædicta nō concipit per intellectum, quòd fuerit P quędam hircus vnum tantummodo habens cornu in fronte: sed hoc imaginatur tantum, & per intellectum concipit aliquid significatum per ista in speciali, vel saltem in generali: intelligendo quòd talia non sunt res, sed rerum signa. Et quāuis forte aliquis rudis ita conciperet, tamen communiter homines assueti scripturis, non sic conciperent aliquid significatum per talia immediatè. Et hoc sufficit ad hoc, quòd Q talis cōceptus dicatur immediate sumptus à vocibus, quia scilicet docti communiter immediatè sit concipiunt per intellectum: quāuis per phantasiā imaginentur propria vocū significata, puta hircum vnius cornu tantum. Probatur etiam authoritate. Nam doctor sanctus quod libro. vij. quæstio. vj. articu. ij. sic dicit expressè. Et similiter. j. quæstio. j. arti. vlti. Et similiter idem

A tenet magister Nico. de Ly. in. j. suo prologo super diuinā scripturam. Ad motiuum autem oppositæ opinionis, dico quòd per voces dupliciter significatur aliquid immediatem: vno modo propriè, alio modo transumptiuè, seu metaphoricè, sicut risus significat actū ridendi propriè, & metaphoricè pulcri
B tudinem, seu decorem, vel floritionem prati. Et similirer hircus propriè: significat animal brutū tale. Sed metaphorice significat regnum Græcorū: quod fuit magnæ lasciuiæ, præcipuè in suo primo rege Alexandro. Dico ergo q̄ parabolicè tradira in diuinis libris si sumantur quo ad significata immedia ta, & propria, vocum continent falsitatem. Modo nullus est qui ita cōcipiat nisi stolidus, sicut cum dicitur: pratum
C ridet, non concipimus q̄ pratum habeat os & more hominum rideat: sed quòd floribus, & viriditate sua decoretur. Istam solutionem expresse innuit S. Tho. in locis præallegatis. Sed contra ista arguo sic. Si sensus parabolicus, ideo literalis est: quia metaphoricè per voces significat propter aliquā conuenientiam metaphorici significati ad proprium, sequitur quòd omnis
D sensus spiritualis eadem ratione erit literalis. Sicut enim hoc nomen Hierusalem, propriè significat materialem ciuitatem, in qua Christus est realiter, & corporaliter immolatus, & in qua ignis Apostoli spiritūsanctū in forma fuscepernnt: ita metaphoricè significat ecclesiam militantem: in qua immolatur Christus in sacramento: & triumphantem, in qua sancti inebriantur ab vbertate diuini amoris. Ad hæc respondetur secūdum mentem doctoris E sancti sic: Res enim sunt in duplici differentia, quædam enim sunt veræ res, seu fuerunt: & productæ sunt ad suos fines proprios: vt Ismael, & Isaac filij verè fuerunt Abrahæ. Quædam vero sunt, seu fuerunt res non veræ, productæ ad proprium finem, sed fictę vel productæ solum ad significandū: & non ad aliquem finem eis propriū. Sicut ea quæ dicit Daniel de hirco ca F prarum vbi suprà. In primis ergo omnis sensus sumptus iuxta significatum secundarium vocum, est sensus spiritualis: eo q̄ præcedat vnus alius sensus, seu intellectualis conceptus, sumptus secundum propria vocum significata, non autem in secundis propter oppositam rationem. Sed rursus arguo quòd ista non sunt bene dicta. Nam sicut habetur. Matth. xxj. G Christus ex Bethania in Hierusalem quodam mane ad prædicandum proficiscens esurijt. & accessit ad arborem fisci, si fortè in ea aliquos fructus inueniret. Et tamen sicut dicitur Mar. xj. non erat tēpus, in quo talis arbor posset, aut deberet habere sua poma. Cūquè eam plenam folijs, & fructibus vacuam inuenisset, maledixit ei dicens? Nunquā ex te nascatur fructus in sem H piternū. Certū est autem, quòd omnia ista verè & non fictè gesta fuerunt, quia fuit vera esuries, & verus accessus, vera arbor, vera maledictio, & vera arefactio secundum doctrinam sanctorum. Et nihilominus sensus literalis, non sumitur hic secundū propria vocum significata, sed secundum secūdaria. Nam omnes sancti, & non san-

I Esti hunc possum literaliter exponunt de Synagoga Iudeorum. Ad quã Christus esuriens, seu desiderans eius salutem, fructus bonorum operum quæsiturus aduenit. Sed eam foliis verborũ refertam, & fructibus bonorum operũ vacuam inueniens maledictioni subiecit, & arefacta est id est, dissipata, & vbiquè terrarum longè latéque dispersa. Inconuenienter ergo dictum est, ꝙ
K in veris rebus nunquàm literalis sensus penes secundaria significata accipiendus est. Ad hoc dico, quòd argumẽtum procedit ex inconsideratione eorum quæ dicimus. Licet enim ista fuerint verè res: nõ tamẽ fuerunt ad proprios fines factæ, sed solum ad significandum. Illa enim Christi esuries non fuit naturalis secundum Nicolaũ de Ly. Vnde &. S. Tho. super Matt. di-
L cit, quòd esurijt quando voluit. In sero enim fuerat hospitatus in domo nobilissimę & ditissimę matronę Marthæ. Et quando esurijt erat valde mane. Ideo esuries illa nõ fuit causata ad proprium finem esuriei, puta vt per assumptionem cibi restauretur deperditum, sed ad significandum desideriũ Christi pro salute Iudæorum. Similiter illa quæsitio fructuum, non fuit
M ad proprium finem, puta ad inueniendum, quia tempus nõ erat illorum fructuum, nisi fortè quis dicat, quòd ignorabat Christus, quod nõ ignorabat rusticus colonus, scilicet ficum ante pascha priuari fructibus. Similiter etiam illa maledictio, & arefactio fuerunt ad significandum maledictionẽ & dispersionem Iudeorum, & non arboris, quæ non erant in culpa. Non autem dicimus nos in omnibus veris rebus literalem sensum esse, secundum propria vocum significata: sed in omnibus veris, & ad proprium fiuẽ productis. Secus in rebus fictis, aut in veris, sed tamẽ solum ad significandum factis. N

De sensu allegorico specialiter. Capitu. v.

O RVRSVS expedit nobis circa Allegoricũ sensum specialiter insistere: vt plenius agnoscatur. Est enim de hoc ettã no parua quęstioplerunque. Sciendum est ergo quòd allegoria, de qua supra diximus, ꝙ est figura qua aliud dicitur, & aliud significatur: In multas species diuiditur, ex quibus septẽ eminent: quæ sunt Ironia, Antiphrasis, P Enigma, Charientismos, Paroemia, Sarcasmos. & Antismos. Ironia est figura per contrarium ostendens quod conatur. id est, quod appetitur & desiderat: vt cum quis sic laudat, vt vituperare intelligatur: ex verbis quidẽ laudem significans, sed ex circunstantijs vituperationem. sicut Mar. xij. di. ebatur christo. Aue rex Iudeorum. Et dicitur ab iron quod est contrarium, &
D dura, & aspera dictu gratius mitius pro feruntur: sicut cum aliquem & spuriũ & filium sacerdotis asserere volentes dicimus. hic est de stirpe Aaron. Et similiter Gẽ. xxix. cum Iacob. seruisset pro sua dilecta Rachel septem annis: & nocte per dolum dormisset cum Lia. dixit socero. Quare imposuisti mihi: id est quare me decepisti. Vnde lenissimo verbo grauissimam quam patie-

A li parcant, & Manes quasi mites: cùm sint terribiles. Et differt ab Ironia secundum ab aliquos: quia fit in vnica dictione: sicut Ironia in oratione. secũdum alios verò, quia Ironia sola pronuntiatione indicat, quod cupitur intelligi: vt cum male agenti dicitur, bene operaris. Antiphrasis autẽ nõ pronuntiatione. sed voce pronuntiantis significat contrarium. Nam componitur ex anti, quod est contra & phrasis
B locutio. Enigma verò est obscura sententia per occultam rerum similitudinem, sicut dixit Sanson Iudic. xiiij. de comedente id est leone exuit cibus id est fauus mellis in leonis ore post eius mortem ab apibus congestus. Item Enigma est: cùm dicitur: mater me genuit, eadem mox gignitur ex me: cùm significetur aquam in glaciem conuer
C ti & rursum ex eadem effluere. Dicitur autem secundũ aliquos ab e, quod est extra, & nigmos: quod est liquidum seu manifestum eo quòd enigma sit quid immanifestum: seu non patens: nisi difficulter. Secũdum alios autem dicitur ab, en, quod est in: & nigma quod est imago: quasi sententia in imagine, seu obscuritate posita. Sed Charientismos est tropus seu figura, quo
D dura, & aspera dictu gratius mitius pro feruntur: sicut cum aliquem & spuriũ & filium sacerdotis asserere volentes dicimus. hic est de stirpe Aaron. Et similiter Gẽ. xxix. cum Iacob. seruisset pro sua dilecta Rachel septem annis: & nocte per dolum dormisset cum Lia. dixit socero. Quare imposuisti mihi: id est quare me decepisti. Vnde lenissimo verbo grauissimam quam patiebatur: expressit iniuriam. Et dicitur à, E charis, quod est gratia, & mos moris quasi gratiosus mos, & vrbanitatis plenus. Paroemia autem est accommodatum rebus, temporibusque prouerbium. Rebus quidem: vt Act. ix. durum est tibi contra stimulum calcitrare id est fortiori te resistere. Temporibus vero: vt lupus est in fabula. id est. tace. Vnde dicitur Lupus est in fabula: eũ quis in media, locutione tacet. Sicut F enim dicit beatus Ambrosius in hexameron: lupus si prior hominem viderit vocem aufert. Huius rationem assignant quidã naturales: eo quod lupus tanquam animal venenosum aerem inficit: qui attractus ab homine ad vocales arterias ingreditur, & formandæ vocis virtutem eripit. Quod si homo prior videbit lupum, naturaliter con-
G fortatur, adeò vt infici nequeat. Hic tropus adeo latè patet vt liber Salomonis quem nos parabolas appellamus, apud græcos ex eo nomen sumat. Et dicitur secundum aliquos, parocinia: scribentes à para, quod est iuxta, & cinium, quod est modulus, seu cantus quasi accommodatum prouerbium secundum res, vel tempora: eo modo quo bene, & ac-
H commodatè loquentes consueuimus dicere, bene cecinisse. Sed tamen cùm sit dictio græca, & scribatur parimia quòd interpretatur prouerbium, talem, reuera non recipit ethymologiam. Sarcasmos autem est irrisio plena odio: atque hostilis: auxiliante modo dicendi significata potest interpretari iocus cum amaritudine, vt Matth. xxij. Alios saluos fecit,

I seipsum non potest saluum facere? Si rex israel est, &c. Dicitur autem secundum quosdam à sarcon, quod est corrosio: & mos moris: quasi mos corrosius. Porro, Antismos est figura q̃ quid facetæ vrbanitate expolitur: vt cùm dicit Saul. j. Reg. xx. fili mulieris vtro virum rapientes. i. fili meretricis & similiter cum vulgo dicitur & fili mulieris basiatæ. Et dicitur ab antos quod est
K flos, & mos Inde antismos tropus flori dæ seu vrbanæ virtutis. Cum igit̃ multę & variæ sint allegoricę species, oportet rursus sciri quòd tribus modis allegoricè significatur secundum venerabilem. Bedam: scilicet rebus tantum, verbis, tantum, & rebus ac verbis simul. Exemplum primi habetur in duobus filiis Abrahæ, per quos iuxta doctrinam Apostoli ad Gal. iiij. duo testamẽ
L ta, scilicet vetus, & nouum allegoricè significatur. Exemplum verò secundi Esa. xj. vbi dicitur. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et similiter Io. iiij. Respicite regiones &c. Exemplum verò tertii habere in Christi venditione, quæ significatur factis in vẽditione Ioseph. Ge. xxxvij. & verbis in Zachar. xj. vbi dicitur. Appenderunt mercedem meam triginta
M argenteis. Cùm ergo dicimus sensum diuinæ scripturæ allegoricum dici ab Allegoria: non loquimur de Allegoria facta per verba immediatè. Talis enim in omni sua specie pertinet literalem, siue illo modo significetur aliquid historialiter gestum, siue pertinens ad fidem, vel mores: aut ad futuram felicitatem. Sed tunc per Allegoria intelligimus eam quæ fit rebus tantum immediatè. Et sic patet quis sensus sit dicendus allegoricus. Quia verò sensus Moralis, & Anagogicus non habent speciales difficultates, de his nihil specialiter dicendum putamus. N

Quod in eadem litera sunt plures sensus literales. Cap. vj.

POSTQUAM vidimus quot & qui sunt diuinæ scripturę O sensus restat vna difficultas enucleanda. An scilicet, diuina scriptura sub eadem litera continere possit multos sensus literales historicos. De hoc enim viri magni nonnunquam dissentiunt. Et omissis aliis etiã eorum qui sequuntur doctrinam. S. Tho. quidam tenent partem affirmatiuam, quidam verò negatiuam. Et secundam tenentes partem mouẽtur ex verbis eiusdem. S. Tho. Nam ipse in l. parte q. j. arti. vlti. quærit, vtrum sacra doctrina sub vna litera habeat plures sensus, scilicet literalem, allegoricum, &c. Et primo loco arguit quod non, sic: Multiplicitas, inquit, sensuum in vna scriptura parit confusionẽ, & deceptionem, & tollit arguendi firmitatem. Vnde ex multiplicibus propositionibus
D verba, sic dicit. Quia verò sensus literalis est ille quem intendit autor. Autor autem sacræ scripturæ Deus est: qui omnia simul suo intellectu comprehendit, non est inconueniens: vt Angel. dicit decimasecunda confessio. si etiam secundum literalem sensum in vna litera, sacræ scripturæ plures sunt sensus. Hæc ille in forma. Item in quæstionibus de po. Dei quæstio. quarta articu. primo loquens de sensu literali, ait. Omnis veritas, quæ potest diuinæ scripturæ adaptari sola circunstantia literæ est, sensus eius. Ex quo infert, quod cum doctores sancti exponendo primum capitulum, Genesis, in duos sensus diuidantur, quilibet illorum est sensus diuinæ scripturæ, & clarum est, quod loquitur de literali, vt patet intuenti. Idem autem sensit Augu. xij. confessi. & Nicol. de Lyra, F & Paul. burgensis, & multi alii solennes Doctores. Dico ergo quod multos sensus potest diuina scriptura sub eadem litera habere literales: nec tamen aliquis eorum potest esse falsus, quia ille sensus est literalis quem Deus immediate per voces intendit significare: potest autem Deus simul multas veritates intendere, non autem aliquam falsitatem. Ad motiuum autem alterius opinionis respondurus præmitto G quædam. Sciẽdum ergo est, quod aliud est æquiuocatio: & aliud fallacia, seu deceptio secundum æquiuocationem. Et similiter aliud est multiplicitas, & aliud fallacia, secundum multiplicitatem. Vbicunque enim est fallacia æquiuocationis est etiam æquiuocatio: non autem econuerso. Exempli gratia. Ista H dictio canis dicitur ęquiuoca quia multa significat secundum rationes diuersas scilicet canem terrestrem, marinum, & cælestem. Si ergo fiat tale argumentum. Omnis canis potest latrare, cæleste sidus est canis: ergo cæleste sidus potest latrare. Si quis nesciat argumentum dissoluere: erit hic fallacia æquiuocationis: & etiam æquiuocatio. Si verò arguatur sic: omnis ca-

A aut aliam speciem multiplicitatis, quia sensus isti non multiplicantur, propter hoc quod vna vox multa significet sed quia ipse res significatæ per voces aliarum rerum possunt esse signa. Et ita etiam nulla confusio sequitur in sacra scriptura, cùm omnes sensus fundentur super vnum, id est, literalem: ex quo solo potest trahi argumentum. Hæc Sanct. Thom. in forma. Ex quiB bus arguunt quidam sic. Si sensus multiplicarentur in scriptura, ex hoc quod vna vox multa significat, in diuina scriptura esset aliqua multiplicitas. Sed si sub eadem litera sunt plures sensus literales historici. hoc est, quia vna vox multa significat: ergo si ita est in diuina scriptura esset multiplicitas: quod est impossibile. Sed ista opinio sustineri non potest, & motiuum etiam est C inefficax, vt patebit. Primum, scilicet quod hæc opinio sit inanis: patet ratione supra inducta quo ad illa verba: ego ero illi in patrem. Nam ab omnibus expositoribus exponuntur ad literam de Salomone. Et Apostolus ad Heb. primo ad literam de Christo illa verba allegat. Patet etiam autoritate. ipse doctor sanctus prima parte, vbi supra, in corpore arg. & sunt vltima eius

I nis est substantia: ergo cæleste sidus est substantia; erit quidem hic æquiuocatio: non autem fallacia æquiuocationis: eo quòd omnes propositiones sint veræ in omni suo sensu. Licet autem in diuina scriptura nulla possit esse fallacia: potest tamen in ea esse æquiuocatio: cum multæ dictiones æquiuocè vel analogicè in ea ponantur, vt patet legenti sacros codices. Et multiplicitatem ergo sensus literalis & spiritualis: neque deceptio seu fallacia: neque multiplicitas accessit, in diuina scriptura, vt testatur Sanctus Thom. vbi ab aduersariis allegatur. Sed ex multiplicitate sensuum literalium sequitur quidem multiplicitas, puta æquiuocatio, sed non sequitur aliqua fallacia, puta omnes propositiones sacræ scripturæ in omni sensu, quem possunt habere, veræ sunt. Nihil enim est sensus scripturæ literalis, nisi sit verum, & adaptabile literæ: salua eius circunstantia. Ex his autem patet solutio argumenti. Dico enim quod illud quod ibi infertur, scilicet quod in diuina scriptura esset multiplicitas: non est impossibile, vt isti credunt: sed est verum quamuis in ea non sit deceptio ex multiplicitate: vt dictum est. Et si quærarur quomodo sit ista multiplicitas. Dico quod tribus modis esse potest vt occurrit ad præsens. Vna modo per dictionem merè æquiuocam. Alio modo per Analogiam. & Tertio modo, ex eo quod proprium significatum vnius vocis est figura, & imago (vt ita dicamus) alterius rei, sicut Salomon fuit expressa figura Christi. Tunc enim licet quæ de tali dicitur, vt res est, de nullo alio intelligantur, nisi specialiter, tamen quæ dicitur de figura, vt figura est, immediatè intelliguntur dici de figurato etiam literaliter. Sed tamen isto tertio modo non causatur sensus merè literalis, secundum aliquos. Ad intellectum autem horum sciendum est: quod quando aliquis fuit figura alterius, puta Salomon Christi: tripliciter potest consyderari. Vno modo solum inquantum est figura. Alio modo, inquantum est, quædam res in se præcisè, & solum. Tertio modo, inquantum est quædam res, & figura alterius. Quæ ergo dicuntur de Salomone, primo modo, id est, solum inquantum est figura Christi, verificantur solum de Christo, vt Psalm. lxxj. dicitur, & dominabitur à mari, vsque ad mare. & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Ista enim Salomoni de quo dicuntur conuenire nō possunt. Quæ verò dicuntur de eo solum, vt quædam res fuit, conueniunt ei soli: & non Christo, sicut quod fecit templa idolorum tertij regum. xj. Quæ verò dicuntur de eo vtroque modo, verificantur de vtroque sed verius, & principalius de Christo. sicut est illud. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium primi Paralip. vigesimo & primi Reg. octauo. His autem tribus modis potest aliquid dici de quacunque imagine. Vnde de cruce dicimus, quod est redemptio mundi: quo ad primum, & quod est lignum: quo ad secundum, & quod est, aliquid quo ad tertium. Arguitur autem contra ista quæ dicta sunt, sic: Nam licet ex multiplicitate sensuum literalium in diuina

A uina scriptura, non sequatur fallacia, vel deceptio, sequitur tamen quod ipsa sit inefficax ad arguendum, quando habet plures tales sensus, quia arguere ab ipso: textu ad aliquem illorum sensuum, erit arguere à tota disiunctiua ad vnam partem eius determinatam, quod secundum regulas dialecticæ reputatur illicitus. Ad hoc respondetur, quod licet à solo sensu literali sumatur efficax argumentum: non tamen ab omni sensu literali, neque ad omnem literalem sensum sumitur argumentum efficax: sed solum ab illo sensu. & ad illum sensum qui euidenter constat, aut constare potest, quod per voces exprimatur immediatè, propriè: vel figuratiuè. Ad maiorem' tamen horum euidentiam sciendum est, quod quando sub eodem textu traduntur sensus diuersi. vt tradunt sanctiquo ad primum capit. libri Geneseos si huiusmodi sensus diuersi in aliquo concordant: potest sumi inde argumentum efficax saltem in hoc in quo concordant. Exemplum huius habere. Daniel. decimo, in computatione. lxx. Hebdomadarum, vbi licet expositores tam Latini quam Hæbrei diuersimodè se habeant, quo ad terminum, in quo Hebdomadę incipiunt: & quo ad progressum computationis: quia tamen secundum omnes terminus earum vltimis tandiu transiuit in prę tum: ideo ex ipsa autoritate argumentum efficax sumitur, ad cōcludendum quod iamdiu Christus aduenit. Et quibus sequitur quod cum sensus literalis sacræ paginæ in quibusdam locis non sit idem apud omnes: ideo potest contingere: quod ex aliquo sensu literali posset sumi argumentum validum contra quosdam: puta contra tenentes eiusdem sensum literalem: non autem contra alios non tenentes illum, nisi quando voces, ita illum prætendunt, quod rationabiliter negari non potest. Ista autem diuersitas sæpe contingit inter nos, & infideles. Sunt enim quidem scripturæ textus, quorum sensus, qui est verus, & literalis apud Catholicos, non sufficit, vt ex eo sumant validum argumentum contra infideles, seu hæreticos. Talis est ille textus Psalmistæ. Verbo Domini cæli firmati sunt. Sensus enim verus, & literalis apud Catholicos est: quod verbo domini, id est, filio patri cæli sunt firmati. Vnde & Ioan. primo dicitur. Et verbum erat apud Deū. Et infra. Omnia per ipsum scilicet verbū facta sunt. Sed ex prędicto textu infideles nullam realem distinctionē in diuinis admittētes, sed oēm multitudinē personarū negantes cōuinci nō possunt. Dicūt enim quod loquit propheta more humano, sicut cū de mādato alicuius dūi aliqua fiunt dicit ꝙ sunt verbo eius facta. Sumitur tamen ex huiusmodi textu argumentum validū apud fideles qui distinctionem diuinarū personarū in diuinis admittunt. Et similiter fortè argumentabatur, Apostolus ad Hæbreos fideles ex sensu quem ipsi admittebant. Est tamen aliquis sensus diuinę scripturæ vbiq; aut ferè vbiq; qui ita patēter est, literalis, quod negari nisi proteruenien do non potest. Exex tali sumitur argumentum apud omnes admittentes textum. Et aliter arguere non est arguere à

B

C

D

E

F

G

H

re à tota disiunctiua ad alteram partem: cùm non accipitur textus: vt communis duobus sensibus. sed vt limitatus ad vnum Quando autem textus accipitur videtur communis pluribus sensibus, quorum quilibet supponitur verus tunc textus non tenet locum disiunctiuæ virtualis, sed copulatiuæ, à qua ad singulas partes est consequentia bona.

K *An quilibet scripturæ textus secundùm quatuor sensus exponatur. Capitu. vij.*

POST PRAEMISSA vide re restat: an Quilibet passus diuinæ scripturæ possit secundùm omnes quatuor: prædictorum sensus exponitur, vel non Ad intellectum autem istius difficulta

L tis sciendum est, ex doctrina sancti doctoris vbi suprà quòd isti quatuor sensus sic accipiendi sunt. Dictum enim est quòd propterea isti sensus multipli cantur: quia deus non solũ potest significare vocibus, vt homines, sed etiã rebus: eo modo quo prophetæ multoties actibus suis futura prædixerunt. Sensus ergo literalis, vt dictum est: ille est quem deus intendit immediatè per

M voces significare. Vel, est ille quem prudens seu rectè accipit ex ipsis vocibus immediatè. Alii vero sic accipiendi sunt. Sensus enim spiritualis, vt dictum est, consistit in hoc, quòd quædam res per alias exprimuntur. Ideo autem talis sensus spiritualis dicitur, quia figurari consueuit inuisibilibus. & spiritualibus ascribit: sicut figuratè conuenit visibilibus, & corporeis: secundùm beatum Dionysi. Veritas autem, quam deus nobis sic manifestat scilicet per retum figuras, ad duo ordinatur scilicet ad rectè credendum, & rectè operandum. Si ergo ad rectè operandum ordinatur: sic est sensus moralis: qui alio nomine Tropologicus appellatur. Si vero ordinatur ad rectè credendum, oportet distinguere, secundùm ordine credibilium. Sicut enim dicit beatus Dionysius quarto capitul. de cæle. hierar. status ecclesiæ militantis medius est inter statum synagogæ, & statum ecclesiæ triumphantis Vnde vetus testamentum fuit figura noui, & nouum simul & vetus sunt figura cælestium. Sensus ergo ordinatus ad rectè credendum, fundatus in illa figuratione. quia vetus testamentum figura est noui, dicitur Allegoricus: qui alio nomine Tropologicus appellatur. Sed fundatus in figuratione reliqua dicitur Anagogicus in. Nec ea quæ hîc dicuntur repugnant dictis quibus asserimus, quòd Anagogia docet speranda. Nam ea quæ de futura vita credimus, etiam nos quãdoque visuros speramus. Cum ergo quæritur, an quilibet passus diuinæ scripturæ omnibus prædictis sensibus exponendus sit. Dicendum est quòd non Dicit enim Angel. secunda super Gen. quòd in quibusdam solus sensus literalis est quærendus. Hoc autem manifestè patet. Sunt enim multa in libris canonicis tam veteris, quàm noui testamenti: qui solum hunc habent sensum, vt sunt duo præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet, & prophetæ: vt dicitur Matthæi vigesimosecundo. Licet enim in illis duobus præceptis scilicet

Dilig

A Diliges dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum, multa contineantur expositione digna: tamde obiecto charitatis, quàm de actu, & ordine eius: omnia tamen illa ad sensum pertinent literalem. Non enim per hanc rem proximus vel diliges: aliæ iterum figurantur. Et idem est communiter de aliis præceptis decalogi. In euangelio etiam multa tradun-

B tur hoc solo sensu exponibilia, quem ad modum sunt tradita per modum præcepti: vt Ioannes vigesimoquarto. Creditis in deum, & in me credite. Vel per modum consilii: vt Matthæi decimono. Si vis perfectus esse vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Similiter cum Luc. octauo christus interpretatur parabolam suam dicens: semen est verbum dei: manifestũ est quòd

C illa verba interpretatiua non est necesse habere alios sensus spirituales, cùm ipsamet interpretatio sit expositiua precedentis parabolæ. Cùm his tamen stat quòd illa perabola fortè multos habebat sensus literales secundum quòd semen potest significare multa. Idem etiã est de episcopis beati Pauli vbique vel quasi scilicet vnicum habent sensum.

D Sic ergo patet responsio ad. quæsitum Vnde doctor sanctus quodlibet octauo vbi suprà, sic concludit hoc dubium, & dicit Sacra scriptura quandoque exponenda est istis quatuor sensibus, quandoque tribus, quandoque duobus, quandoque vno tantùm. Vnde ea quæ secundùm literalem sensum ad facta veteris testamenti spectãt: possent quatuor sensibus exponi. Similiter ea quæ ad literam de christo, capite dicuntur, possent exponi literaliter de christi gestis, & allegoricè referendo ea ad eius corpus mysticum, & moraliter referendo ea ad mores nostros, qui secundùm eum regulari debent: & Anagogicè inquantùm in ipso christo est nobis inter gloriæ demonstratum. Illa autem quæ literaliter de ecclesia dicuntur possunt exponi moraliter, & Anagogicè: non autem allegoricè: nisi fortè secundùm quòd gesta primitiuæ ecclesiæ exponuntur de futuro F
statu ecclesiæ præsentis. Quæ verò secundùm literam domini moraliter nõ consueuerunt exponi: nisi anagogicè. Et illa quæ secundùm sensum literalem pertinent ad statum gloriæ, nullo, alio sensu consueuerunt exponi. Hæc sanctꝰ Thomas. ex quibus multa patẽt ad propositum. Et vlterius etiam patet quomodo omnia quæ immediatè per voces traduntur, ad sensum literalem G
pertinent, siue ad mores, siue ad fidem, siue ad spem pertineant.

E

De dignitate sensus literalis. Capitulum. viij.

QVAERITVR autem eum multi sint eiusdẽ literæ sensus, vtrum literalis sit inter omnes præstantior: Arguitur enim quòd non Primò sic. Nam sen H
sus qui occidit, non est dignior viuificãte: sed sensus literalis occidit, cũ sit fundatus in litera quæ occidit secunda Corin. tertia spiritualis autem viuificat, quia fundatur super spirituali significatione. Vnde ibi subditur. Spiritus autẽ viuificat. Secundò ille sensus est dignior, per quem habemus doctrinam digniorem, vt de se patet: sed sensus

spirl

I spiritualis est huiusmodi. Nam per sensum literalem habemus gesta, per Allegoricum autem habemus ea quæ pertinent ad fidem. per Anagogicum speranda quæ ad spem: & per moralem agenda quę ad charitatem similiter pertinent. Tertiò finis nobilior est his, quę sunt ad finem: sed spiritualis sensus finis est literalis, qui est fundamentum spiritualis. Quartò ille sensus in quo
K aliqua falsitas reperitur, nõ est dignior eo, qui omnino est sine falsitate, sed in sensu literali aliqua inuenitur falsis. puta, quòd deus localiter moueatur descendendo ad videndum turrim. &c. Gene. decimoprimo non autem in spirituali. Quintò illa quæ sunt interiora, sunt digniora, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus. In corporalibus enim interiora sunt, in quibus prin
L cipaliter consistit animalium vita, vt cor. Et similiter in spiritualibus interiora sunt digniora, vt patet de arca fœderis domini. Exo. quadragesimo. vbi dicitur quòd ipsa fuit in sancta sanctorum: alia autem magis, vel minus appropinquabant secundùm ordinem sanctitatis. Similiter in sacramentis ecclesiæ inuisibilis gratia quæ interius datur, dignior est visibili forma, quæ quid
M exterius. Sensus autem literalis dicitur esse scriptus extra librum, & spiritualis intus: vt patet Apocalipsis capitulo quinto vbi dicitur. Vidi librum scriptum intus, & foris, secundùm exposítores. Sextò humana notitia communiter procedit à minus perfectis ad perfectiora: in studio autem scripturæ incipitur à sensu literali. Septimò, Ille sensus est dignior. qui supplet defectum alterius: sed talis est spiritualis aliquando respectu literalis. Nam dicit Grego. in mora. Cùm ordo historiæ deficit sese nobis intellectus mysticus quasi apertis ianuis ostendit: ac si patenter clamet. Quia rationem literæ defecisse cognoscitis, restat vt ad spiritualem sensum, sine dubitatione recedatis. In contrarium arguitur: quia propter quod vnumquodque & illud magis est, primo posteri. Sed sensus spiritualis non est honorabilis, nisi ratione alicuius literalis cui concordat. Na si nulli literali concordat reprobatur, vt ex dictis patet. Igitur literalis inter omnes est dignissimus. Respondeo. Istã quæstionem bene disputat dominus Paulus Burgeñ. in additiõibus suis ad Nicolaum de Lyra super Gene. bene etiam determinat. Ex eius ergo doctrina sciendum est, quòd sacra doctri-
N na vna existens speculatiua est, & practica. Loquendo ergo de ea. vt est speculatiua, dico quòd sensus literalis, & spiritualis possunt dupliciter comparari. Vno modo vniuersaliter respectu totius scripturæ in communi. Alio modò particulariter secundùm particularia loca scripturæ. Si computentur primo modo, sic, vno modo præeminet sensus literalis: & alio modo spiritualis, & literalis sunt sunt æqualis dignitatis. Nam sicut dicit Arist. capitulo primo de anima: vna scientia, loquendo de speculatiua, est dignior alia vel ratione materiæ: de qua tractat. vel ratione suæ certitudinis. Vnde dicit Philosophus in decimoprimo de animalibus. quòd minimum quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum, desiderabilius est, quàm certissima cognitio quæ habetur de minimis rebus, puta quòd duo, & tria sunt quinque. Itaque si vniuersaliter isti sensus comparentur, sunt æquales quantum ad dignitatem materiæ de qua agitur. De eo dem enim agitur, secundùm vtrunque sensum scilicet de deo, & de creaturis, secundùm quòd in deum referuntur. Quantum. verò ad certitudinem, sic,
B dignior est literalis, quia ab eius certitudine dependet aliorum sensuum certitudo. Vnde dicit Angel. de doctrina christiana. Nihil est quod occultè in ali quo loco sacrę scripturæ traditur: quod non alibi manifestè exponatur. Vnde & secundùm sanctum Thomam, vbi suprà Spiritualis expositio semper ab aliqua literali debet habere fulcimentum. Si verò comparentur particulari-
C ter, sic, carum & apertum est quòd plerumque spiritualis literalem dignitate vincit materiæ subiectæ sicut cùm legitur de Abraham Gene. vigesimoprimo quòd duos filios habuit: quod vt dictum est suprà. exponitur ab Apostolo, Gala. quarto allegoricè de duobus testamentis. Patet enim quòd sensus Allegoricus ibi di-
D gnior est historiali. Si verò loquamur de sacra scriptura, secundùm quòd compræhendit sub se practicam scientiam, sic etiam illi sensus possunt comparari vniuersaliter, & particulariter. & si quidem vniuersaliter fiat comparatio, eiusdem dignitatis sunt vterque. Illa enim scientia practica, vel etiam ars dignior est quæ ad vlteriorem finem ordinatur: sicut ciuilis dignior est militari primo & hic. eo quòd prima habeat pro fine E bonum ciuitatis, secunda verò bonum exercitus. Constat autem quòd finis vltimus totius sacræ doctrinæ, vt est practica, est vnus & idem secundùm vtrumque sensum, æternam scilicet felicitas. Si autem comparentur secundo modo, sic dico quòd in quibusdam locis sensus spiritualis, est dignior tanquàm propinquior vltimo fini, vt patet in multis præceptis F cerimonialibus, sicut cùm dicitur Deuteronomii vigesimoquinto capitulo. Non ligabis os bonis terentis in area fruges tuas. Quod exponitur ab apostolo. Corin. nono capitul. spiritualiter de prædicatore, qui ostendit, quòd sensus literalis modicæ sit vtilitatis in hoc passu dicens. Nunquid de bobus cura est deo: quasi diceret. Non habet deus talem curam de bobus, vt pro- G pter eos daret legem homini, qui est bene dignior. Sed sicut subiungit Apostolus propter nos vtique dicit. Sunt tamen multæ aliæ considerationes, secundùm quas sensus literalis præeminet spiritualibus quarum vna est ex parte extensionis, quia scilicet quælibet particula scripturæ habet sensum literalem, non autem spirituale: vt patet ex dictis. Alia verò est H ex parte vniuersalitatis, seu communitatis. Nam sensus literalis est communior, quia omnis percipiens spirituale, percipit necessario literalem, sed non è conuerso. Vnde nullus est adeo rudis, quin ex literali sensu fructum possit reportare. Iuxta istud Augustinus de sententi. pro spe. Doctrina, inquit, apostolica est tam, salu

I salubris atque vitalis, vt pro capacitate vtentium neminem sui relinquat exortem: siue enim sint parui, siue magni, habent in ea vnde allantur, & vnde satientur. Hæc ille. ad argumẽta autem facta respondetur. Et ad primum quidem dico, quòd Apostolus non intelligit per literam, sensum literalem, neque per spiritum, sensum spiritualem: sed per literam intelligit legem
R Moysi, quæ data fuit in literis scriptis in tabulis decalogi, & libris Moysi. Dicitur autem hæc lex occidere occasionaliter, inquantum faciebat peccati notitiam: ex qua notitia occasionaliter augebatur peccatum ex malitia humana. Nitimur enim in vetitum semper: non autem dabat gratiam, quia sacramenta veteris legis non conferebant gratiam. Et ideo dicitur quòd litera occidit. Per
L spiritum autẽ intelligit legem nouam datam in spiritusancto in forma ignis: & inuisibiliter in cordibus hominum: iuxta prophetiam Hier. xxxj. dabo, inquit, legẽ meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribã eam. Hæc lex dicitur viuificare: quia est lex gratiæ sanantis vulnera peccatorum. Sacramenta enim nouæ legis sunt causa gratiæ. Ad secũdum autem dico: quòd
M in argumẽto assumitur vnum falsum: scilicet quòd per sensum literalem nõ tradantur nobis credenda, & speranda, & agenda: sed solum gesta: imò dico quòd per illum traduntur gesta: vt patet de se. Et similiter gerenda, seu facienda, vt patet de duobus præceptis charitatis. Et similiter speranda, vt Apoc. ij. vbi dicitur. Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ. Et similiter credenda: vt Deut. vj. Audi
N Israël, Deus tuus Deus vnus est. Et similiter. Matth. xxviij. docemur trinitatem personarum cum dicitur Baptizãtes eos in nomine patris, & filii, & spiritussancti. Ad tertium dico, quòd sensus literalis non est propter spiritualẽ: sicut propter suum finem: quamuis sit fundamentum eius. Nam & Christus est fundamẽtum Apostolorum: & substantia est fundamẽtum accidentium: O & tamẽ talia fundamenta nõ sunt proterea in eis quæ fundantur: sicut propter suos fines principales quicquid sit de fundamento in materialibus. Ad quartum dico: quòd neque in literali, neque in spirituali sensu diuinæ scripturæ est aliqua falsitas. Sciendum tamen est quòd in diuina scriptura multa traduntur parabolicè seu metaphoricè: id est, sub aliqua similitudine rerũ P corporalium. Et hoc propter duo. Primò propter necessitatem. Sicut enim dicit beatus Dionysius. j. c. cælestis hierar. debilitas nostræ cognitionis tanta est quòd diuina intelligere non potest: nisi varietate sacrorũ velaminum circumuelata sint. Secundò propter vtilitatem, vt. s. rudes qui non possunt diuina etiam velata capere. eo quòd sola Q corporalia quodam modo sub talibus corporalium similitudinibus docentur. Vnde saluator Matth. xiij. postquã proposuit similitudinem dicens. Exit qui seminat &c. ait discipulis ad partẽ. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autẽ in parabolis. Nec tamen in talibus est falsitas: quia literalis sensus non est is quem voces propriæ exprimũt, sed quẽ metaphoricæ.

Cum

A Cum enim dicitur Deus descẽdere ad videndum: nõ est sensus literalis quòd tanquam magnus quidam dominus vadat spaciatum passim, sed sensus est quòd Deus ad modum hominis sic faciens se habeat. Et nota quòd quando diuina scriptura aliquid parabolicè de Deo tradit: vtitur similitudine creaturarum vilium, & magis distantium à
B Deo. ne, scilicet, credatur quòd sensus scripturæ sit ille quem voces propriè exprimunt. Et idem credo in qualibet parabola, quòd, scilicet, semper diuina scriptura vtitur, aut talibus verbis, aut tali similitudine, quòd animus cuiuslibet prudentis intelligit communiter quòd talia non dicuntur propriè: sed metaphoricè. Et hanc doctrinam intendit sanc. Tho. j. parte. q. j. artic. ix. in re-
C sponsione ad tertium argumẽtum: vbi dicit. Sicut docet Dionysius. c. ij. cælestis hierar. magis est conueniens quòd diuina in scripturis tradantur sub figuris vilium corporum, quàm corporum nobilium: & hoc propter tria. Primò, quia propter hoc magis liberatur humanus animus ab errore. Manifestum enim apparet, quòd hæc secũdum proprietatẽ non dicuntur de diuinis, quòd
D posset esse dubium, si sub figuris nobilium corporum describerentur diuina, maxime apud illos qui nihil aliud à corporibus nobilibus excogitare nouerunt. Secundò, quia hic modus conuenientior est cognitioni, quam de Deo habemus in hac vita. Magis enim manifestatur nobis de ipso quid non est quàm quid est. & ideo similitudines illarum rerum, quæ magis elongantur à Deo, veriorem nobis faciunt æstima-

Aurea

tionem quòd sit supra illud quod de eo E dicimus vel cogitamus. Tertiò, quia per huiusmodi diuina magis occultantur indignis. Hæc ille. Ad quintum dico: quòd si liber sacræ scripturæ, de quo habetur Apoc. v. & Ezech. ij. dicatur scriptus foris ratione sensus literalis: non tamẽ dicitur scriptus intus solum ratione spiritualis: imò ratione literalis est scriptus intus, & foris: quia per sensum literalem traduntur nobis, F quædam summè intima, & secreta pertinentia ad sensum allegoricum, & anagogicum. Vnde ex hoc habetur: quòd literalis sit potior: vtpote vniuersalior & communior: iuxta illud ad Ro. j. Sapientibus, & insipientibus debitor sum. Ad sextum dico, quòd sicut studium humanarum scientiarum incipit à principiis naturaliter notis, sic studium sacræ scripturæ rectè ordina- G tum incipit ab articulis fidei, diuinitus in sacra scriptura reuelatis qui fundãtur in eius sensu literali. Ex his vna cũ aliis in sacra scriptura literaliter traditis, seu per veram, & rectam rationem inuentis proceditur ad aliqua alia probanda. Per istum autem processum deuenitur ad omnia. quæ in sacra theologia veraciter tradũtur à magistris: quæ omnia ad literalem sensum ipsius scri- H pturæ reducuntur. Ex his autem patet, quòd studium scripturarum à sensu literali incipit: & in his, quæ ab eo argumentatiuè deducuntur, consummatur. Ad argumentũ ergo cum dicitur, quòd cognitio nostra incipit ab imperfectis, verum est qui ad simplicium intelligẽtiam: quæ ab vniuersalioribus incipit. Notitia autem cõplexa incipit à per-

I fectioribus. Nam incipit ab intellectu i.habitu principiorū: & terminatur ad scientiam.i.habitum cōclusionum. Ad septimum dico, quòd ex illa autoritate Grego. non debemus existimare, quòd sensus literalis in aliquo loco scripturæ deficiat: sic quòd vel falsum includat: vel sit penitus inutilis. Nam ex primo infirmaretur tota diuinæ scripturæ autoritas: vt Augu. dicit Secundum
K etiam est contra. Apostolum dicentem ad Rom.xv. Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt. Sed intendit beatus Greg. quòd sensus aliquādo qui per voces propriè exprimitur, falsus est, quem literalem appellare, licet impropriè, aliquo modo possumus. Et quando incidit talis sensus: vt puta cum dicitur hircū habere tantum vnum cornu: tūc ad sensum mysticum oportet recurrere, i. ad literalē sed impropriè per voces expressum: qui ideo mysticus dicitur, quia parabolicus quāuis verè sit literalis. Et hoc idem asserit beatus Hieronymus dicens, Cum historia aut impossibilitatem habet, aut turpitudinem: ad altiora transmittitur i. ad sensum mysticum, modo exposito. Et hæc de quæstione.

M

Quis sensus literalis sit potior. Cap.ix.

VLTIMO RESTAT, VT circa sensum literalem adhuc vnam soluamus difficultatem. Cum enim idem textus plures habeat literales sensus: vt cùm ab expositoribus plures expositiones traduntur quænam erit cēsenda pōtior. Ad hoc sic respōdendum est. Dico enim quòd literales expositores N aliquando tradunt sensus incompassibiles: & tunc necessario alter seu vnus eorum tantum est literalis: quia vnus eorum necessario est falsus. Exemplum huius habetur Dañ.x. vbi Angelus missus ad docendum Danielem: dicit ei. Princeps regni Persarum resistit mihi. xxj. diebus. Vbi per principem Persarum secundum beatum Grego. intelligitur Angelus bonus, qui habet curam O illius regni, qui nolebat quòd filii Israel liberarētur, & egrederentur de regno Persarum, in quo multa bona faciebant docendo fidem vnius Dei. Sed secundum aliquos alios fuit Angelus malus, qui resistebat bono. Quid autē horum verum sit, non spectat ad præsentem considerationē. Cum verò sensus plures sunt composibiles, ille videtur cæteris paribus magis præferen- P dus, qui magis innititur rationi. Vnde quo quisque magis rationi innititur, eo maioris autoritatis eius verba esse videntur, vt dicitur in decretis dist.xx. c. decretales. Item qui magis consonat literæ. Vnde secundum Aug. de doctri. Christiana, dubia sunt determinanda, secundum sententiam: quæ de scripturarum planioribus locis accipitur. Pla- Q niora autē loca sunt in quibus planior est cōsonantia ad textum. Item præferendus est quem tradūt sancti his quæ à non sanctis traduntur. Vnde in decretis in prædicto cap. dicitur. In sacrarū literarum expositionibus sancti doctores summis pontificibus præponūtur. Maximè autem si nō sancti sint infideles. prędicta intelliguntur habere veritatem, quia semper sensus sanctorum imò

A imò catholicorū omnium proferendus est. Tum quia magis præsumendū est, quòd illi qui in gremio ecclesiæ sunt, cui ecclesiæ Christus promisit spiritū veritatis, verum sensum habeant scripturarum, quàm infideles qui veritati fidei cōmuniter aduersantur. Tum ne per hoc detur infidelibus occasio credendi, quòd ipſi melius, quàm catholici sacram scripturam nouerint explaB nare, Quia tū vbi pluralitas sensuum literalium occurrit, rarò cōtingit quòd vnus eorum secūdum omnia prædicta antecellat relīquos: sed potius vnus eorum præcellit in vno, alius in alio. Idcirco in talibus videtur habere locum illud ad Roma.xiiij. Vnusquisque in suo sensu abūdet, salua semper sancto rum reuerētia, & autoritate. His igitur prælibatis iam ad expositionē sanctoC rum Euangeliorum accedamus à domi nica prima de aduentu inchoantes.

Tractatus primi finis.

Tabula ad Euāgelia perquirenda in Aurea rosa iuxta morem Curiæ.

D QVicunque Euangelium secundum curiam Romanam currens in hoc opusculo suo loco minime inuenerit annotatū: ad subiectam tabulam recurrat.

Agitur dominica prima in aduentu Euangelium curiale require in domi- E nica.ij. in aduentu.

Do. autem.ij. require in domi.iij. eiusdem aduentus.

Domi. autem.iij. require in domi.iiij.

Domi. autem.iiij. require in sabbato quatuor temporum.

In octaua autem Epiphaniæ require in fine libri.

Feri.iij. primæ hebdomadæ in quadrage- F simæ require in.ij. quadragesimæ.

Domi. autem.ij. in quadragesima require in sabbato præcedenti.

Sabbato autem post dominicā in passione require in fine libri.

In vigilia vero ascensionis require in sabbato ante dominicam palmarum.

Notandum est verò quòd domi. in qua est festum sanctæ Trinitatis curia appellat domi.j. post Penthecostem: ita quòd.j. domi. post festū Trinitatis est G ij post Penthe. Igitur domi.ij post Penthe. require Euangelium curiale in domi.ij. post festum Trinitatis.

Domi. autem.iij. post Penthe. require in domi.iij. post festū Trinitatis. & domi.iiij. require in.v. &.v. require in.vj. &.vj. in.vij. &.vij. in.viij. & sic deinceps vsque ad domi.xxiij.

Domi. autem.xxiiij. post Penthe. require in fine libri.

In festo autem S. Tho. martyris requi H re domi.j. post octauas Paschæ. Euangelium autem sancti Ant. de padua ordinis beati patris Francisci require in festo beati patris Dominici. Sanctorū verò Ciriaci Largi & Smaragdi require in die Ascensionis.

Sancti autem Petronii require domi.j. post octauas Paschæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Beati verò patris Francisci require in
festo.S.Matthiæ.
In communi verò Apostolorũ Euãgelium.Hæc mando:vobis:require in festo Simonis & Iudę.
Et euangeliũ.Ecce mitto:in festo Triburtij & Valeriani.
Et euangelium.Ecce nos.in commemoratione beati Pauli.
Et Euangeliũ Designauit:in festo beati Luc.In communi autem vnius martyris Euangeliũ.Nolite arbitrari.require in festo sancti Valentini.
K Et euangelium.Nihil opertum.in festo sancti Theodori.
Et Euangelium.Si quis venit ad me.require in fine libri.
In communi autem plurimorum martyrum Euangelium.Confiteor.require in festo beati Matthiæ.
L Et euangelium.Qui vos audit.require in festo sancti Felicis.
Et Euangelium.Sedente.require in fine libri.
Et similiter Euangelium Ve vobis.
In communi autem confessorũ Euangelium.Vos estis:require in festo beati patris Dominici.
Euangelium autem.Videte require in fine libri.
M Et similiter euangelium. Nolite timere.Cetera non mutantur.

¶ Finit Tabula.

Incipit tractatus secundus Aureæ Rosæ. N

Dominica prima in aduentu. Matthæi. xxj.

CVm appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset bethphage ad montem Oliueti: tunc misit duos Discipulos,dicens eis:Ite in castellum,quod contra vos est:& statim inuenietis asinam alligatã,& pullum cũ ea: soluite, & adducite mihi,Et si quis vobis aliquid dixerit:dicite,quia dominus his opus habet:& cõfestim dimittet eos. Hoc autẽ totum factum est,vt adimpleretur quod dictũ est per Prophetam dicentem. Dicite filiæ Syõ:Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus,sedens super asinã & pullum filium subiugalis. Euntes autem Discipuli fecerunt sicut præcepit illius Iesus: & adduxerunt asinam & pullum:& imposuerunt super eos vestimenta sua,& eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem

A ma autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebãt in via. Turbæ autem quæ præcedebant,& quæ sequebantur,clamabant dicentes: Osanna filio Dauid,benedictus qui venit in nomine do
B mini.

CVM APPROPINQVASset Iesus Hierosolymis & venisset Bethphage &c. Matthæi. xxj. Postquàm de quatuor Euangelicę lectionis sensibus tractatum præmisimus: quo quisque Literalem sensum ab Allegorico, & Anagogico,& Morali discernere possit:necnon etiam tabella qua quisque Euãgelia secundũ curiã occurrentiam hoc volumine perquirat,quod secũdũ ordinẽ prędicatorũ primo,deinde verò etiam secundũ curiã conditur:superest vt secundũ eosdem sensus Euangelicas lectiones exponamus. Circa lectionem verò præsentem,& circa alias quęstiomouendas ad tertium tractatum referuantes,ipsum textum primò, auxiliãte deo,tentemus aperire. Istud autem sacrum Euangelium legitur bis in anno,scilicet in dominica Palmarũ secũdum sensum literalem:& in hac secũdum Allegoricum:vel melius secundũ quandam adaptationem,& representationẽ Ecclesiæ,quæ per aduentũ Christi in Hierusalem ad passionem, representat eius aductum ad humanam naturam per incarnationem. Quẽadmodum autem patet ex dictis quatuor recipit expositiones. Et circa ipsum videnda sunt tria puncta quæ in eo tanguntur,& dicuntur:missio:executio,& processio:in quibus tanguntur multa pulchra documenta spectantia ad spiritualem aduentum domini nostri Iesu christi per gratiã ad aĩas nostras. Quantum : ergo ad primum, pro intellectu omnium dicendorum in præsenti euãgelio,& in multis sequentium oportet aliqua præmittere de situ,& ædificio ciuitatis prædictæ. Sciendum est igitur, vt ex varijs autoribus colligitur,quòd duo sunt iudea montes,& vnus eorum orientalis dicit mons oliueti. Alius autem occidentalis dicitur mons Syon. In radice montis Oliueti à parte Oriẽtali est Bethania:quæ distat ab Hierusalem stadijs xv.vt dicitur Io.xj.siue quasi duobus miliaribus. In decliui autem eiusdem montis ab Occidẽte, erat vna villa quæ dicebatur bethphage, quæ erat sacerdotum. Inter istos autẽ duos montes est vallis media,quæ dicitur vallis Iosaphat,quæ est latitudinis mille passuum,vel circa,seu vnius miliarij. Per medium istius vallis labitur torrens Cedron,qui Fluit à Septentrionem Meridiem. In reliquo autem monte.id est Syon sunt tres colles à se inuicem distincti vallibus interuenientibus. Vnus eorum super omnes excelsior ad Meridiem erat,qui,vt mihi videtur ex decursu diuinæ scripturæ,maxime primi & secundi libri Machabeorum, retinuit sibi nomen proprium totius montis Syon. Et in hoc colle erat vna pars ciuitatis Hierusalem, quæ dicebatur ciuitas superior.

I deinde ad Septentrionem erat alius collis humilior, qui dicebatur actus: secundum Iosephum, supra quē erat alia pars ciuitatis, quæ dicebatur ciuitas inferior. Est & tertius collis, qui dicebatur moria ad Orientem, & imminēs valli: & torrenti: super quem erat templum: de cuius fabrica suo loco dicemus. Omnes autem illi tres colles erāt infra muros Hierusalem: ad orientem
K habentes torrentem Cedron. ad Occidentem verò erat magnum præcipitium. Erat ante hæc ciuitas parua, adeo quod circuitus eius etiam ad quintum miliare non attingebat: teste Iosepho, qui ait. Totum ciuitas in giro spatium triginta tribus stadijs finiebatur. Octo enim stadia vnum miliare faciūt iuxta doctinam illorum versuum. Ex quatuor granis componitur digitus vnus.
L Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus. Quinque pedes passum faciunt: passus quoque centum. Viginti quinque stadium dant sed miliare. Octo dabunt stadia, duplatum dat ibi leucam. Non obstante autem tā paruo murorum ambitu super his tribus muris erant. clxxiiij. turres pulchrę teste Iosepho, absque his quas Herodes fecerat: quæ erant multæ, & mirabiles.
M Ex his sequitur quod hæc ciuitas castrum seu fortalicium videbatur. His ergo visis dicamus. (Cum appropinquasset &c.) Sciendum est autem quòd verus textus habet (cum appropinquassent) in plurali scilicet Iesus & discipuli eius. Ecclesia tamen recitat in singulari: quia non voluit quòd repeterentur tot nomina: maximè quia necessariò bis fuisset hoc nomen Iesus repetitum secundum quòd N
sunt ibi duo verba: vnum pluralis numeri: & aliud singularis scilicet appropinquassent & misit (cum ergo iesus appropinquasset Hierosolymis) scilicet distraret circa per miliare. Est autem sciendum quòd vt ex varijs autoribus, & locis scripturæ colligitur, licet hæc ciuitas olim multa habuerit nomina, tamen quantum O
ad præsens pertinet dicta est primo Sale, à Sem filio Noë qui eadem ædificauit, & primus regnauit in ea. Nec est contra hoc quod supra eam diximus ædificasse Melchisedech: quia secundum hæbreos, & secundum Sanctum Thomā Hæbreorum octauo idē fuit Sem, qui & Melchisedech. Deinde dicta est Hiebus: à quodam, qui Hiebus dicebatur. & eam dilatauit:
P vel à Nebuseis habitatoribus eius. Ex Mebus autem & Salem per compositionem dicta est tertio Hierusalem. Quartò verò à Salomone, qui eā cinxit triplici muro, dicta est Hierosolyma, quasi Hierosolymonia. Et quinto à poētis per corruptionem dicta est Solyma. Sequitur: (& venisset bethphage) Bethphage erat secundum Hiero. quædam villa sacerdotum: qui licet non habuerint hæ-
C reditatem seu agros ad colendum: tamen habuerunt domos ad habitandum: ad quas declinabant peracto officio suo in templo: & etiam ad animalia pro sacrificijs nutrienda. Vnde secundum Origi. interpretatur domus maxillarum. quia maxilla propria pars erat sacerdotum. vt idem ait. Sequitur: (ad montem Oliueti) hic

K hic mons sic dictus est: quia sit oliuis consitus. Habet etiam palmas. quia vt dicitur Ioannis duodecimo secundo hæc turba de qua in præsenti euangelio legitur, quòd cedebāt ramos de arboribus: habuit in manibus ramos palmarum. Dicebatur autem etiam mons trium luminum: quia habebat ab Occidente lumen ignis lucentis in templo, & ab oriente lumen solis: qui
B ex hoc monte oriebatur ciuitati ex aduerso posite, & ex se producebat oleum vnde nutritur lumen. Ex hac autem parte venit dominus Iesus ad ciuitatem. Primò, quia habebat multos familiares scilicet in illo monte. Secundo quia inde ex eodem passionem adscensurus erat in cælū christo fuit passio, nobis autem humilis patientia. Tertiò mystičè, secundum Ambro. vt
C nouellas oliuas in sublimi virtute plantaret id est se plantaturum ostenderet. Et per nouas oliuas intelligit gentes nouiter conuersas. Inde autē misit discipulos duos primo propter fraternam societatem. Secundò propter verbi authoritatem Tertiò secundum Bedam, & Victorinum, vt significet prædicatores debere habere scientiam &
munditiam. ¶ Vel in signum quod
D postoli erant soluturi duos populos: t dicetur. Et ideo sequitur (tunc misit duos de discipulis.) Qui fuerint hi duo discipuli certum non habetur. Dicit tamen Chry. & Magister Hystoriarum, quod creduntur fuisse Petrus & Philippus & intellige de Philippo apostolo secundum Sanctum Thomam. Iste enim fuit qui prædicauit samariæ Actorum octauo Innuunt etiam Chrysostomus & Magister, quòd iste Philippus sit apostolus: ex hoc quòd cum appellant Philippū simpliciter: nisi limitando. Et licet in iiij. distinctio. ij. qō. j. argumen. iiij. ad primum: dicatur quòd fuit vnus ex septem diaconibus: tamen ibi loquitur Sanctus Thomas secundum opinionem quam ibi recitat: vt patet intuenti. Hoc autem, vt dicūt Chrysostomus & Magister, fuit in signum quòd ibi primò adducerentur Denies ad christum. Petrus quidem Cornelium cum
F sua domo Philippus vero Samariam. Sequitur (ite in castellum) id est in Hierusalem quæ dicta est castellum: eo quòd esset sicut vnum fortalicium. castellū enim aliqū portat fortalicium Vnde dicuntur ecclesiæ incastellatæ ideſt fortificatæ ac muniæ contra hostes. Vel secundum aliquos hęc ciuitas
G dicitur castellum despectiuè propter suas iniquitates) Quod cōtra vos est) Nota contra non solum secundum sui localem: quia isti erant super vno mōte à parte Orictis, & ciuitas super alio ex oppositā parte Occidētis: sed etiam secundum voluntatis affectum: quia isti erant christi discipuli: illi verò inimici. (Et inuenientis asinam alligatam. Hæc asina erat pauperum: vt
H dicit Rabanus: & qui ea vrebatur, eā pascebat. (Et pullū cū ea.) Hic pullus erat filius eius: & super eū adhuc null⁹ sederat vt dicitur Lud. xix. (Soluite, & adducite mihi. & si quis vobis aliquid dixerit: dicite: quia domin⁹ his opus habet.) Secundū Chryso. super Matth. nō dixit dominus noster, vel domin⁹ tuus, sed domin⁹ simpliciter, vt intelligatur

I Christus esse dominus omnium. (Et cõfestim dimittet eos) Secundũ Chry. intelligitur quia Christus dimitteret iumenta ad loca sua peracto opere. secundum glossam verò intelligitur de domino iumẽtorum: quia ea statim dimissurus erat in obsequium Christi. Sed si asina erat pauperum quomodo habere poterat dominum. Ad hoc dicitur quòd habebat dominum custodien
K tem: sed non possidentem. Vnde Luce xix.c. dicitur quòd dixerunt domini. i. custodes: quid soluitis pullum. Seruabatur autem, vt Petrus de scala dicit, vt seruiret pauperibus in deferenda aqua de qua ibi erat pœnuria. Est autẽ notandum quod secũdum Magistrum histor. in hac die scilicet palmarum. & in hoc itinere Christus arbori maledixit: Nam secundum Mar. ista maledi-
L ctio narratur ante eiectionem venden tium de templo, quam cõstat exercitatam fuisse in die oliuarum. Quod verò alia die ista maledictio dicitur facta secundum Matth. & Mar. intelligitur per recapitulationẽ dictum, secundum eundem Magistrum histor. Sequitur (hoc autem totum factum est) vt impleretur quod dictum est per prophetam. i. per Zachariam. ix. c. dicentem. Est autem
M sciendum quòd propheta videns malitiam Iudæorum quòd Christus cõtradicturi erãt, vt inexcusabiles essent. dedit eis duo signa aduentus eius in Hierusalem. Primum quòd ascenderet super asinam. Secundum quòd cum iubilo populorum intraret, & exaltatione. Et vtrunque in præsenti Euangelio narratur impletũ. (Dicite filiæ Syon) id est, Hierusalẽ: quæ, secundum Rabanum, erat sita in monte Syon. & hac N ratione dicit eius filia. Vel secundum aliquos, hic Syon non stat pro monte: sed pro colle. in quo erat superior ciuitas: cuius inferior dicebatur filia, eo quod ab illa parte protegeretur: dum ille mons esset sicut fortalicium. (Ecce rex tuus venit tibi) Chrisostomus. Si intellexeris vt saluet te. Hæc ille. si nõ intellexeris venit contra te (Mansuetus) vt scilicet plus ametur, quã timeatur: secũdum Chriso. Et loco eius quod O hic dicitur mansuetus: propheta habet iustus: & saluator & pauper: quæ sunt insignia regis nostri scilicet iustitia, pietas, & paupertas dantis nobis exemplum paupertatis, & temperãtiæ. vt scilicet necessariis simus contenti. Vnde subditur. (Sedens super asinam, & pullum filium subiugalis) non super equũ frementem litis ac discordiæ amatorẽ, sed super asinam pacis, & tranquillitatis amicam, secundum Chry. Et secundum Magistrum historiarum asina Latinè: græce subiugalis dicitur. Non ergo illa asina dicebatur subiugalis quasi esset sub iugo onerum posita, sed vocabulum græcum est: & asinam significat vt sit idem filius subiugalis quod filius asinæ. Est tamen notandum quod beatus Marcus allegans istã prophetiã in nonnullis verbis dissonat à textu: sed tamen est eadem sententia omnino: & per alia verba aliquantulum explanata. Et de hoc non est curandum: quia secundum Hilarium nõ sermoni res: sed rei sermo subiectus est. ¶ Est autem hic triplex dubitatio. Prima: quia Zacharias dicit sedens super pullum nihil dicens de asina: sicut allegat Matthæus.

Et

A Et Magister quidem historiarum dicit quod ita est: sed Matthæus addidit asinam propter mysterium. de quo infra dicetur: sed non est rationi consentaneum, quod propter aliquod mysteriũ significandum falsè allegauerit scripturam. ideoq; non dicit magister, vt credo, simpliciter ita esse: sed iuxta septuaginta interpretes, secundum quod de
B pullo tantum fit mentio. Vnde Augu. de consensu euangeli. dicit quod Matthæus scripsit Hæbraicè: ideo adduxit prophetiam, vt iacet in Hæbraico: vbi de vtroque animali fit mentio. Septuaginta verò interpretes non transtulerunt nisi de pullo: inspirati vt dicit eo spiritu, quo fuerat scriptura dictata, quod ex ipsa mirabili, quæ prædicatur consensione firmatum est. Sed aduerte
C quod ea quæ Augu. dicit sunt optimè dicta, & vera excepto eo quod dicit de consensione interpretum. quam Hieronymus rationabiliter reprobat, in prologo super Pẽtatheu. quamuis nec ipse Augustinus ea affirmet, sed dicit quod prædicatur, id est dicitur, & affirmatur. Quidam enim dicunt quod existẽtes in septuaginta cellulis omnes separatim eodem modo transtulerunt: sed
D est fictio, quia vt allegat Hieronymus, Iosephus dicit eos in vna basilica fuisse. Et erant, vt quibusdam placet, septuagintaduo, videlicet sex ex qualibet tribus licet communiter dicarur septuaginta propter denariorum integritatem. Siue ergo spiritu sancto inspirati, siue non, aliter transtulerunt quam habeatur in Hæbraico. Secunda dubitatio est, quomodo est probabile, quod in vno miliario duo, iumenta Christus ascenderit? Respõdetur quod E vt dicit Remigius potuit super vtrunque animal succedere. Et communiter secundum expositores de facto ita fuit quia primo sedit super pullum secundum Nico. de Lyr. in signum quod populus gentilis quem significabat, subiiceretur Christo per fidem prius, quã Iudaicus hoc autem non est sic intelligendum, quasi totus, vel maior pars populi gentilis crediderit plus, quam Iu- F daici sed quia ille populus, qui subiectus est Christo primum pro maiori parte fuit ex gentilibus & quia capita gentilium, id est Roma, & Cæsares crediderunt, non autem Hierusalem, & principes Iudeorum nisi fortè postquã ex ea Iudæi expulsi sunt per Titum. Sed quia, vt dicit Hierony. pullus erat lasciuus, & frenorum impatiens, & iuxta Lucam erat indomitus, & conse- G quenter ostendebat aliquam insolentiam, ideo descendens de pullo dominus ascendit asinum. Sed beatus Hier. sic dicit. Sed videtur, quod super vtrunque animal in paruo itineris spatio dominus sedere nequiuerit. Ergo cum historia aut impossibilitatem habeat aut turpitudinem ad altiora trãsmittimur: quasi ad mysticum sensum. Hæc ille. Et intendit quod dominus super vtrun H que sedit ad significandum id quod statim dicã. Et siquidem solum ad significandum fecisset, sequẽs allegoria esset sensus literalis. Tertia dubitatio est, qua euangelistæ ita dissonant: quia de asina solus Mat. facit mentionem. Et respondet Augustinus de consensu euange. quod nulla est, repugnantia, si super vtrunque sedit, quod dicatur super al-

toro eorum sedisse. Ideo autem secundum eum & Chryso. Lucas Marcus & Ioannes tacent de asina: quia tacetur in translatione Septuaginta interpretũ secundum quam loquebantur. Mat. verò commemorat asinam, quia Hæbraicè scripsit. Est etiam alia causa secundum Rabanum qnia scilicet ista asina significat synagogam, cui Mat. euangegelium scripsit, eo quod, scilicet Hæbreis scripsit. Et idem vt credo, intendit Magister historiarum. Allegoricè autem sciẽdum est, quod in Allegoriis, & Anagogiis non oportet similem quãtum ad omnia velle perquirere, vt patet de se in multis. Vide de hoc dominica. x. post festum trimtatis. Sciẽdum etiam quod vita gloriosa quam Christus post resurrectionẽ habuit, est mons Oliueti, scilicet misecordiæ: in quo est bethphage. i. domus sacerdotum, seu beatorum qui dicunt sacerdotes. Apoc. j. Fecisti nos deo nostro regnum, & sacerdotes. sed duo discipuli missi secundum Remigium, sunt duæ partes discipulorum Christi: qui diuiserunt se, vt quidam in gentibus, quidam in circuncisione, seu in Iudæa euangelizarent. Castellum istud secundum Hieron. est mundus contra apostolos existens, eo quod iugum doctrinarum nollet susci-
pere. Et similiter secundũ eundem asina domita est Synagoga hębreorũ qua iugum diuinæ legis traxerat: sed pullus indomitus est populus gentilis, qui legem non acceperat à Deo Assimilan tur autem secundũ Chry. homines ante aduentum Christi istis iumentis quę sunt immunda rudia, stulta, & infirma, & alligata. Fuerunt enim tunc homines immundi conscientia, rudes intelligentia diuinorum, stulti vesania idolorum, infirmi in bono opere, ligati sub diabolica potestate. Dominus ergo de monte Oliueti misit ad soluendum asinam à diabolica potestate: & ad ducendam ad se: quando post resurrectionẽ dixit Marci. xvj. Euntes in mundũ vniuersum prædicate Euangelium omni Creaturæ. i. gentibus & Iudeis. Nota tamen quod in Hilarium per asinam, & pullum etiã duos gentiles populos possimus intelligere, scilicet per asinã Samaritanos: qui aliquo modo seruiebant sub lege Moysi: quos philippus soluit. Per pullũ verò reliquos gentiles: quos Petrus soluit in Cornelio: qui fuit primitiæ gentium aliquo modo. ¶ Anagogicè verò sciendum est quod hierichro, à qua veniebat Christus interpretatur luna significat præsentẽ vitam instabilem tanquam lunam Hierusalem verò dicitur visio pacis: & significat futurã beatam vitam in qua videt Deus. Ipse quippe est pax nostra: ad Eph. ij. Iesus verò interpretatur saluator, & significat eum qui se, & alios vellet fieri saluos. Istum volente à hierico ire in Hierusalem oportet transire per montem oliueti. i. venire ad meditationem de misericordia. Ex quo monte debet mittere duos discipulos id est vt Hier. dicit scientiam, & opera. Oportet enim quo ad misericordiã Dei habere scientiam id est, credulitatem, quod per illam solam saluetur. vnde Augu. de sententiis prosperi ad cęlestis Hierusalem consortium non ascendit, nisi qui toto corde confitetur non proprii operis, sed diuini muneris esse, quod ascendit.

Hæc

A Hæc ille. Quo ad misericordiam suam propriam oportet quod habeat opera pietatis exhibita proximo saltem in voluntate vt Mat. xxv. illi qui non fecerunt eleemosynam in die iudicii adiudicabuntur æterno supplicio. Isti duo discipuli adducunt asinam & pullum id est spem & timorem. Opera quædã enim adducunt spem, quia vt dicit Ma
B gister sen. & S. Tho. iij. dis. xxvj. spes ex gratia Dei, & meritis prouenit. Et spes quæ incitat significat velocem pullum Scientia verò adducit morem retardãtem. Et his duobus iumentis anima securè vehitur: non autem sola spe, aut solo timore. Moraliter autem sciendũ est quod Hierusalem, est anima, Asina verò onerifera & stolida est caro: Pullus vero carnalis affectus. Et vtrunque
C à diabolo per peccatum ligatur, vt seruiat peccato. vnde dicit Chry. sup Mat. Antequam peccemus liberũ habemus arbitrium sequi voluntatem diaboli, an non quod si semel peccantes obligauerimus nos operibus eius: iam nostra virtute euadere non possumus: sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur vbi tempestas voluerit: sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perdito per
D peccatum nõ quod vult agit: sed quod diabolus vult: & nisi dominus valida manu misericordiæ suæ soluerit eum, vsque ad mortem in peccatorum suorum vinculis permanebit hęc ille. Hãc asinam Christus per duos discipulos. i. duos motus soluit, & adducit ad se antequam velit intrare animam. nam amor impetrat veniã, & tradit Luc. secundo dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Per timorem autem soluitur. Timor enim domini E
expellit peccatum. Sap. j. Debet ergo anima assiduè orare Deum, vt soluatur suus malus affectus, & trahatur ad Deum. Augu. i. hom. Nondum traheris Mora vt traheris. hæc ille. Debet etiam non calcitrare quando Deus soluit per motus prædictos. Verbi gratia: quando immittit tibi timorem mortis & gehennæ vult soluere: noli ergo resistere diuinæ motioni calcitrando. Significantur autem in prædictis multa alia allegoricè anagogicè, & moraliter, sed hæc F
pauca expressi vt quisque per seipsum discat excogitare istos sensus spirituales quos omnes si vellẽ exprimere nostra expositio non esset portatilis, vt intendo. Et hæc de primo. ¶ Secundum punctum Euangelii est, quod discipuli executi sunt imperium Christi: cum dicitur euntes autem discipuli fecerunt G
sicut præcepit illis Iesus & adduxerũt asinam, & pullum: & imposuerũt super eos vestimenta sua, & eum de super sedere fecerunt). Et quidam literaliter ista pars: ex dictis & ex sepatet. Allegoricè verò patet ex dictis vnde Apostoli impleuerunt, Imperium Christi, quando dispersi ad prædicandum mundum conuerterunt ad fidem: vnde Marc. vbi supra illi profecti præ- H
dicauerunt: vbique &c. vestes apostolicæ quibus ornarunt iumenta, vt Christus de super sederet, sunt ipsa apostolica doctrina quam apostoli & doctores tradiderunt, secundum Hiero. Possumus etiã dicere, quod sunt virtutes sanctæ maximè charitas Christus enim dupliciter regnat in aliquo: vno modo per fidem solã quæ regnat in to-

to

I to regno ecclesię militantis,in quo sunt mali.Alio modo per gratiam.Ad primum requiritur fides,seu apostolica doctrina Ad secundum verò charitas, & virtutes. Anagogice autem sciendum est quòd homo à Hierico in cælestem Hierusalem conscendens per opera misericordiæ quibus proximo seruiuit: & per humilitatē qua se totum deo subiicit sperando in eius misericordia, sic
K ornatur vestibus apostolicis ideſt gratia quam consequitur per sacrā ecclesiæ ab apostolis vel eorum successoribus dispensata,& virtutibus seu gratiis sacramentalibus,quòd in ipso suo trāsitu christus adest saltem in effectu,& multitudo sanctorum.& ita securus. & cum gloria transit christo totaliter per amorem in eius corde sedente Moraliter verò sciendum est quòd in iustificatione impii infunduntur omnes vir-
L tutes.vide.S.Thomā.iiij.quæstio.lxiij. &.quæ.lxv.Ideo postquam caro & carnalis affectus ad deum per conuersionē adducitur,oriatur voluntas, & alii appetitus vestibus virtutum,& tunc christus intrat in Hierusalem ideſt in animam.& confert ei maximam iubilationem:vt dicetur.Tertium punctum euāgelii est:quòd christus ciuitatem Hie-
M rusalem cum magna gloria,& letitia intrauit amicorum suorum. Quod prophetauerat Zacharias vbi suprà dicēs exultabis filia Syō.Literaliter ergo circa hoc sciēdum est,ꝙ sicut patet per.S. Matt.christū multa turba sequebatur sicut etiam dicit beatus Io.c.xij. multi q erāt in Hierusalem audientes ꝙ Iesus aduenire exierūt obuiā ei:maximè ga audiuerant de suscitatione Lazari.& si christus remansit in medio turbatū, ita ꝙ aliquæ præcedebāt:aliquæ sequebātur.Et istę turbæ tres honores fecerunt christo.Primò enim strauerunt vestes suas in via.Secundò strauerunt virides ramos.Tertiò magnis vocibus publicè eum laudabant,tenentes ramos palmarum in manibus,vt dicit beatus. Ioan. Dicitur ergo(plurima autem turba stratuerunt vestimenta sua in via,alii autē cedebant ramos de arboribus,& sternebant in via.Turbæ autem quæ præcedebant,& quæ sequebantur clamabandicentes: osanna,filio Dauid) Osanna secūdùm Magistrū histo.& Hier.& Remig.est dictio tota hæbraica non simplex,sed composita ex duabus dictionibus.Quarum vna non est integra manens:sed perdit vocale ideſt & ob hoc dicitur cōponi ex corrupto,& integro. Componitur enim ex osi, quod latine dicitur salua:& anna,quòd est interiectio optantis.inde osanna ideſt salua obsecro.Quia enim illam interiectionē non habemus:loco eius ponimus verbum hoc scilicet obsecro.vt dicit magister histo.Quod verò subditur(filio Dauid)potest esse quòd ly filio sit vna dictio,vel duę:vt magister histo.dicit.Primò modo sic legatur.Clamabant filio Dauit ideſt ad filium Dauid:osanna. Vel sic osanna filio Dauid ideſt per filium Dauid:ita quòd ly filio sit ablatiui casus,vt vult Hugo card.Et isto modo petitio quā importat ly osanna, dirigitur ad deum Sed secundò modo sic Clamabāt.o fili dauid osanna. Est autē notandum quòd vt elicitur Matthæ.vigesimotertio quia Iudæi expectabant Messiam christum ex genere Dauid apud

A apud eos vsus sic inualuerat, vt christū appellarent filium Dauid. Vnde diceret Osanna fili Dauid:est dicere salua christe.Et in hoc secundùm Hiero.significabant quòd aduentus christi salus sit mundi(Benedictus) ideſt gloriosus sit (qui venit)ideſt qui incarnatus est.(in nomine)ideſt ad honorē(domini) ideſt dei patris:quem glorificauit.Sicut autē
B elicitur à.S.Tho.R.o.xij.benedicere tripliciter sumitur scilicet enuntiatiuè:& est idem quòd laudare,& impetratiuè: & est idem quod conferre aliquod bonum & optatiuè:& est optare bonum: Et primum ac tertium conuenit omnibus,& respectu omnium etiam dei quē laudamus,& cui optamus bonum:puta: quòd glorificetur in mundo:& cui congaudemus in bonus quæ habet.Sed se-
C cundum conuenit deo soli per autoritatem,ministris autem eius per ministerium. Isti igitur benedicebant christo primò & tertio modo.¶ Allegoricè autē sciendum est quòd post quàm christus ascendit per fidem asinam & pupillum: illi qui erant in societate christi cœperunt sternere vestes in via secundùm Hic.pedibus asinæ ne alicubi offendat in lapidem:ne calcet spinam:ne labaD tur in fouea in.Hæc ille.Per quod significatur quòd deus aliter habet prouidentiam de bonis:& aliter demalis.Vide.S. Tho.de veri.q.v.arti.viij. Tunc etiam cœpit publicè laudari deus in christo: quia,ante Gentium conuersionem notus in Iudea deus,vt dicit psal.sed post repleta est terra scientia domini sicut aquæ maris operientis.Esa.xj.Et secundùm Remig.vestimēta in via ideſt sua corpora strauerunt martyres.Et ramos præscindunt de arboribus,qui exempla E accipiūt à doctrina,& vita sanctorum: secundùm eundem.¶ Anagogicè autem sciendum est:quòd hic significatur societas quam faciunt boni angeli animę transeunti ab Hierico in Hierusalem, & lætitia sanctorum in salute electorū. Tota enim ciuitas cælestis mouetur in iubilatione magna. ¶ Moraliter autem sciendum est,quòd post quā anima fuerit à peccato soluta,& ornata virtutibus F & in sua voluntate cœperit esse christus:tunc tota ciuitas Hierusalem lætatur spirituali lætitia ideſt tota anima iucūdatur.Dulce est enim seruire deo. Vnde Hiere.ij.Scito,& vide quòd malum est tibi & amarum reliquisse te dominum.Augu.de sen.prospe. Arcta est via quæ ducit ad vitam:& tamen per ipsam nisi dilatato corde non curritur: quia iter virtutum quo pauperes chri- G sti gradiuntur amplum est,fideliū spei, & si arctum:infidelium vanitati.Hæc ille.Vnde Matth.xj. Iugum meum suaue est,& onus meum leue.

Dominica. ij. aduentus domini. Luc.xxi.

H ERūt signa in sole, & luna & stellis, & in terris præssura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum: arescentibus hominibus præ timore,& expectatione quæ superueniente vniuerso orbi. Nā virtutes cælorum mouebūtur.

Et

1 Et tunc videbunt filium homi
nis venientem in nube cum po
testate magna, & maiestate.
His autem fieri incipientibus
respicite, & leuate capita vestra
quoniam appropinquat redē-
ptio vestra. Et dixit illis simili
tudinem. Videte ficulneam, &
K omnes arbores cum producūt
iam ex se fructum: scitis quo-
niam prope est ęstas. Ita & vos
cum videritis hæc fieri: scitote
quoniam prope est regnum
dei. Amen dico vobis, quia nō
præteribit generatio hæc: do-
nec omnia fiant. Cælum, &
L ra transibunt: verba autē mea
non transibunt.

ERVNT SIGNA IN SO-
le. Lu. xxj. Dominus ad redē
ptor noster peratos non in-
uenire desiderans ser. escētē
mundum quæ mala sequantur denun-
tiat: vt nos ab eius amore compescat.
Appropinquante eius termīno quantæ
M persecutiones| perueniant innotescit:
vt si deum metuere in tranquilitate no
lumus, vicinū eius iudiciū, vel p secutio
nibus attriti timeamus. Hęc. Grego. in
hom. Vñ in pāti euāgelio, quòd totū est
de iudicio generali, tria facit christus.
Primò ei pdicit q̄dā terribilia. secundo
reddit cām taliū. Tertiò cōsolatur cor-
da electorū Quātū ad primū sciēdū est
q̄ pās euāgeliū nō pōt exponi allegori
cè, quia oīa q̄ in eo tradūtur literaliter
pertinet ad credēda in noua lege. Quā-
uis aūt aliq̄ ea quæ tradūtur literali-
ter pertinētia ad sensum allegoricū pos
sint exponi anagogice, tñ nō est semper
hoc necesse, nec aliq̄ possibile: vt vi-
detur esse in proposito. Literaliter ergo
& moraliter vel literaliter tātū expona
mus prēsens euāgelium: Dicitur ergo
(Erūt signa) Vbi aduertendū est: q̄ si-
gna prēcedēt futurū iudiciū. Primo se-
cundū Chrys. vt ostendatur tunc domi
nus propter quē facta sunt corporea in-
terire. s. hō vel genus humanū. Secūdo
secūdū Greg. quia iuste nos omnia fe-
riunt. vt quot prius in mundo habui-
mus gaudia tot postmodū sentiamus
tormēta. Hec ille. Tertio vt ostendatur
deus offensus sicut offenso domino ru-
batur familia. Et quarto secūdū doctri-
nā. S. Tho. iij. di. xlviij. aduētum dom-
ni ad iudiciū aliqua signa præcedēt q̄
hoc facit ad autoritatē quā tātus ieder
habere debet, vt per talia iudicia dispo
nantur homines ad se ei subiiciēdū. Vn
de & propter hoc in forma gloriosa, iu
dicabit. Nec tamen cōtra hoc est illud
apostoli. j. The. v. Cum dixerit pax & si
curitas: tūc repētinus veniet interitus.
Verbum enim apostoli secundū Augo.
ad Esich. intelligitur de persecutoribus
sanctorum: nam tunc boni arescent pr
timore, vt dicitur hīc. Vel potest dici
quòd post mortem antichristi & ante
initium signorum: impii non videntes
consummari mundum: vt timebant &
credebant, dicent: pax est, & securitas:
& tunc statim incipient signa terrere.
Et quia totum tempus quòd sequitur
initium signorum, dicitur dies iudicii

A cōtinere, Iō dicit interitus repēte veni
re: q̄a illa signa repēte venient. Et isto
etiā mō intelligit, q̄ veniet illa dies, vt
fur. s. quo ad initiū signorū, & etiā quā
tum ad ipsam diem, quam illa signa nō
manifestabūt determinate. Hæc omnia
S. Tho. quibus additur secundùm Ioā.
do. q̄ in primo aduentu, christus venit
occultus: quāuis tempus esset per scri-
pturam determinatum: sed in secundo,
B veniet manifestus: & tempus erit incer
tum ideo primum aduentum non præ-
cesserunt signa, sicut precedent secūdū.
Quæ autem sint ista signa non est cer-
tū secundùm. S. Tho. Beatus quidem
Hier. dicit se in annalibus hebreorum.
vt etiam testatur Magister hist. reperis
se. xv. signa que diebus. xv. prēcedent
iudicium. vtrum verò illi dies erunt cō
tinui, vel interpolati. non est certum.
C Prima aūt die eriget se mare cubitis. xl.
super altitudinem montium, stans ta
men in loco suo, quasi murus. Secun-
da vero tantū descendet, vt vix possit
sit videri. Tertia autem, omnes marinæ
beluæ super aquam maris apparentes
dabunt mugitus, vsque ad cęlum. Quar
ta, ardebit mare, & omnes aquæ Quin
ta, herbæ, & arbores dabunt rorem san-
guineum. Sexta, ruent omnia ædificia.
D Septima, petræ adinuicem collidentur.
Octaua, fiet generalis terræ motus, No-
na æquabitur terra. Decima exibunt
homines de cauernis, & ibūt velut amē-
tes, & non poterunt mutuò loqui. Vnde
cima, surgent mortuorum ossa, & sta-
bunt super sepulcris. Duodecima, ca-
dent stellæ de cælo. Tertiadecima, mo-
rietur homines viuentes vt cum mor-
tuis resurgant. Quartadecima. ardebit
cælum ideſt aer & terra. Quintadecima E
omnes resurgent: & fiet cælum nouum
terra noua. Ista tamen signa: vt dicit. S.
Thom. Hie. non asserit: nec videntur
multum, sed parum probabilia. Simili-
ter etiam signa quæ videtur dominus
in euangelio dare: secundùm Augu. ad
Esich. forte non pertinent ad diem illū,
nisi dicatur, quòd tunc illa signa erunt
maiora, quàm ante. Quod secundùm
quam mensuram fiat incertum est. Se- F
quitur (in sole) quia scilicet obscurabi-
tur, vt dicetur. Sed quare potius nō fiet
in eo tale signum, vt stet sicut tempore
Iosue? eiusdem decem vel retrocedat: si
cut tempore Ezechie? Esa. xxxviij. Ad
hoc dicit dominus Petrus de Scala.
quòd sic vt culpæ ideſt peccato quod
est tenebra respondeat pœna: vnde ob-
scuratus fuit pro peccato Aegyptiorū,
Exo. x. & pro peccato Iudæorum, & in G
passione domini: & tunc obscurabitur,
pro peccato omnium. Ista autem obscu
ratio alienum dicitur erubescētia. Esa.
xxiiij. Erubescet sol. Aliquando obtene
bratio Ioel. ij. Sol conuertetur in tene-
bras. Apoca. vj. Aliquando denigratio.
Sol factus est niger, quasi saccus sillici-
nus. Hæc ex illo (& luna & stellis) ideſt
in pulchriori & euidentiori parte mun
di, sicut hominis turbatio, primò appa- H
ret in facie. Licet enim deus in se sem-
per sit quietus, tamen tunc ostendet se
turbatum, quando volet exercere vin-
dictā, & facere effectum irati. Est au-
tem sciendum, quòd in ipso christi ad
uentu, christo veniente, & resurgenti-
bus sanctis, secūdùm. S. Tho. vbi suprà
fient quædam mirabilia in Cælestibus
corporibus. & in aliis. Nam totus

mund

I mundus ponetur in quodam ſtatu incorruptionis: quia corrumpentur omnia mixta: vt animalia, plantæ, & mineralia. Et nunquàm deçtero erit generatio, aut corruptio: quia ceſſabit cauſa omnis motus. ſ. motus cœli: quia firmabitur cœlum ſole exiſtente in Oriente: & Luna plena in Occidente, in quibus locis, ſunt creata: & conſequenter in eiſdem complẽt circulatio-
K nes ſuas, quæ non debent incompletè manere: deinde remanebunt tenebræ ſolum apud infernum. vnde pars interior terræ notabiliter per rationales ſpiritus allegatos. Exterior verò erit peruia, vt vitrum, aqua, vt cryſtallum: aer, vt cœlum. Ignis lucebit vt lumina ria cœli. Et ipſa luminaria cœli multòmagis lucebũt quàm modo Eſa. xxx. Erit lux Lunæ ſicut lux Sol. & lux ſo-
L lis ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum: ita quòd lux vnius diei tunc erit tanta, ſicut eſt modo lux ſeptẽ dierum, ſi ſimul poneretur. In die qua alligauerit dominus vulnus populi ſui. i. in die reſurrectionis, quando ſanabimur, quo ad corpus, remotis pœnalitatibus: ſicut modo ſumus ſanati, quo ad animã, per ſacramẽta. Et ſic patet, quòd totus mũdus innouabitur. Omnia prædicta, &
M ratio prædictorum ex. S. Tho. vbi ſuprà patent. ¶ Sed iſta fortè propriè nõ poſſunt dici ſigna futuri iudicij, quia ſimul cum aduentu fient iudicis. Quæ autem ſunt iſta ſigna de quibus loquitur Euangelium: dicitur Matth. xxiiij. nam Sol, inquit. obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadẽt de cœlo. Erit tamen præter hoc vnum ſignum iſtis cõmune toti corpori cœli, id eſt, omnibus ſpheris, & ſtellis quia. ſ. N
cum omnia nunc moueantur præter cœlum empyreum. tunc omnia mouebuntur ceſſabunt, ſecũdum doctrinam fidei, & ſanctorum: vt patet. iiij. tracta. c. vlt. Fient autem, & multa alia in cœlo quę non dicũtur ſigna quia non præcedent iudicem, ſaltem diu, vt innouatio, & nubes & huiuſmodi. ¶ Iſta verò obſcuratio Solis, & Lunæ dupliciter accipitur. O
Vno modo ſecũdum quòd Euſe. Chry. & Hier. dicunt. quia tanta erit claritas Chriſti quòd luminaria cœli, eo præſente non videbuntur, quamuis erunt lucida tunc plus quàm modo: ſicut neque modo videmur ſtellæ orto Sole. Non eſt autem intelligẽdum, quòd iſti ſancti velint necare, quin præcedat aduentum Chriſti alia obſcuratio Solis & Lunæ: quia hoc expreſsè dicit ſcriptura. Ioelis. ij. Sol, inquit, conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem antequam veniat dies domini magnus. Et ideo quamuis ſit verum quod dicunt tamen, vt dicit Rabanus &. S. Tho. vbi ſuprà hoc poterit eſſe alio modo: quia ſcilicet in rei veritate Sol & Luna obſcurabuntur ſucceſsiuè, vel ſimul diuina virtute. Sed. S. Tho. vult hoc fieri ante iudiciũ: vt ſonat verba Ioel. Rab. autem non habet pro inconuenienti quòd etiã fiat præſente Chriſto ad terrorem. Perfecto verò iudicio erit lux Lunę vt lux ſolis: ſicut dicit Eſa. ſed tamen non eſt repugnantia inter. S. Tho. & Rab. quia hoc poterit eſſe antè, vt ſignum, & etiam tunc ad terrorem. Vel hoc erit vſque quo Chriſtus apparebit quo apparente lumen reſtituetur Soli & Lunæ: ſed non apparebunt propter

Chriſti

A Chriſti claritatem. Quomodo verò ſtellæ de cœlo ſint caſuræ oportet indagare. & certum eſt quòd in rei veritate de cœlo cadere nequeunt. Primò, quia cœleſtia corpora ſunt incorruptibilia, & conſequenter indiuiſibilia. Secundò, quia non eſſet locus in quo recipi poſſent. Quod patet. Nam ſicut docet Ariſtot. in libr. de generatione: Aqua eſt decuplo maior Ter-
B ra: & Aer decuplo maior Aqua: & Ignis decuplo maior Aere. Ex quo ſequitur, quòd totũ ſpatium quòd eſt infra cœlum poteſt cõtinere totam terram milies cẽties, & vndecies præcisè. Eſt rurſus ſciendum quòd ſecundum ſapientes, vt teſtatur Origenes, &. S. Tho. & multi alii. Omnes ſtellæ ſunt maiores terra: vel ſaltem illæ quæ ſunt viſu no-
C tabiles: vt dicit Alfraganus. Huius autem ſignũ eſt, quòd quælibet ſtella reſpectu cœli eſt alicuius qualitatis, vt patet ad ſenſum. Terrà vero reſpectu cœli nullius eſt ſenſibilis quantitatis: ſed ſe habet vt pũctum. vt patet ex vſu aſtrolabii. Qua aſtrologus ita eo vtitur in ſuperficiæ terræ: ac ſi eſſet in cẽtro eius. Cum ergo ſtellæ etiam notabiles ſint multo plures quàm mille c. & xj. non poſſunt habere locum niſi in
D cœlo. ¶ Argueret autem fortè aliquis cõtra prædicta. Nam ſol eſt maior terra. vt tradunt ſapientes: & etiam probatur. Nam ſi eſſet ei æqualis: vmbra terrę ab eo cauſata eſſet cõtinuè æqualis, & protenderetur in infinitum, & ſic eclipſaret ſuperiores planetas, & ſtellas fixas. Quod ad ſenſum, eſt falſum. Idem ſequitur ſi ſol eſſet minor terra: quia tunc vmbra terræ quanto magis

Aurea

E à terra diſtaret: eſſet maior, & hoc in infinitum, vt ex perſpectiua patet. Luna verò eſt minor terra, ſecũdum eoſdem, & probatur. Nam ſol eſt maior terra: ergo vmbra terræ quàmprimum elongatur à terra, eſt minor terra. Et tamen ipſa vmbra eſt maior quàm Luna: vel ſaltem ei æqualis. vt patet ad ſenſum, quia aliquando in eclipſi lunæ occupat totam lunam. Ex his autẽ ſequitur, quòd ſi ſtellæ ſunt maiores ter-F ra: quòd ſint maiores luna: quod eſt cõtra diuinam ſcripturã, quæ dicit quòd fecit Deus duo luminaria magna. Geñ. j. Reſpondeo, & concedo quòd luna eſt minor ſtellis in veritate. ſed quia eſt vicinior nobis: cùm ſit in primo cœlo videtur maior. Et ſecundum. S. Tho. ij. diſt. xv. &. j. parte. q. lxx. ratione huius apparẽtiæ, vel ratione ſuæ virtutis. diuina ſcriptura lunam appellat lumi-G nare magnum. Cùm ergo verè ſtellæ de cœlo cadere nequeant, verbũ prædictum exponitur multipliciter. Primò ſecundum Chryſ. Hier. Orig. & Rab. exponitur, quia cadent de cœlo. i. priuabuntur ſua luce: vel propter præſentiam maioris luminaris. ſ. Chriſti: vt dicũt Chry. & Hiero. vel propter fumũ aſcendentẽ, quando purgabitur mundus, vt dicit Orige. vel diminutus quo-H cunque modo. Alii verò exponunt de ſtellis quæ cadunt continuè ſecundum apparentiam in nocte. Sunt enim quidam vapores ſicci, & calidi, qui à ſole eleuãtur: vſque ad ſuperiorem partem aeris. vnde cũ fuerint calefacti à ſphera ignis vicina, incenditur illa materia à parte ſuperiori incipiens vſque ad inferiorẽ, & ſic videtur cadere ignis vel

Roſa. d ſtell

I stella. Sed ista frequentius, & cum maiori admiratione fient instãte iudicio. Sequitur (& in terris) maximè maritimis (præssura gẽtium præ cõfusione sonitus maris & fluctuũ). Ex signis enim apparẽtibus in cœlo, & cõsequenter in parte inferiori homines aliquod magnum futurũ verebuntur: præcipuè verò ex insolita maris turbatione. Vnde (arescent). i. tabescent squalore & ma-
K cie: tam boni quàm mali: secũdum Eusebium. Vnde subditur. (Arescentibus hominibus præ timore & expectatione) eorũ. s. (quæ superuenient vniuerso orbi) quæ autem sint ista dicetur infra. ¶ Est autẽ aduertendum quòd secundũ Augu. & Ambro. prædicta habẽt alium sensum: quem quidã dicunt mysticum, seu allegoricũ. Sed reuera fortè est lite-
L ralis significatus per voces metaphoricẽ. Stella enim cadens nõ est vera res: sed ficta. Vnde ait Aug. ad Esech. Sed ne dominus appropinquante secundo aduentu suo ea pro magno dixisse videatur, quæ huic mũdo etiam ante eius primum aduentũ fieri cõsueuerant: & irrideamur ab eis qui plura in historia gentium & maiora legerunt. Hæc quæ dicta sunt melius existimo intelligi. Hæc ille. Vnde secũdum eundẽ Augu.
M ecclesia est sol, & luna & stellæ cui dictum est: pulcra, vt luna: electa vt sol: quæ tunc nõ apparebit persecutoribus vltra modũ sæuientibus. Hæc ille. Ambr. verò per solem Christum intelligit: cuius radius est fides. Obscuratur ergo sol, secũdum eum, cùm deficit fides. Et luna. i. ecclesia: quando inter ipsum, & Christum carnalia, & terrena vitia opponuntur. Per stellas verò intelligũtur viri glorioſi in ecclesia: qui persecutionis tẽpore cadunt, vt idem dicit. Quod vero subditur: (& in terris pressura gẽtium) secũdum Augu. vbi supra, nõ intelligitur, de gẽtibus benedicẽdis in semine Abrahæ, sed quæ in iudicio stabũt ad sinistrã. Videtur aut mihi quòd si ista pressura sumatur actiuè: sic pertinet ad malos: qui tũc præment. i. persequẽter bonos. Si verò sumatur passiuè: sic erit omniũ, quia erit propter illa
O quę superueniẽt vniuerso orbi. i. omnibus bonis, & malis: vt videtur velle Eusebius. Sed tamen pressura bonorũ citius incipiet: quia lumine fidei, & inspirationis diuinæ citius agnoscet futura mala aliis dicẽtibus: pax & securitas: & citius terminabitur per eleuationẽ capitũ. i. cordium exhilarationẽ Deo cõfortante. Pressura verò malorum nunquam finietur, & semper ex quo incœperit proficiscetur de malo in peius. Et
P hac ratione ista secũdum Greg. & Aug. sunt dicta cõtra reprobos. Quod verò subditur (nam virtutes cœlorũ mouebuntur) secundũ Aug. intelligitur. quia aliqui fortes in persecutione turbabũtur. ¶ Moraliter hic significãtur multa hominũ genera, in quibus erũt, & sunt
Q multa signa. Nam in sole. i. in prælatis qui sunt lux mũdi (vt dicitur Matt. v.) est obscuratio per ignorantiam, & vitã infamẽ. In luna verò. i. in principibus secularibus, quorũ potestas ad ecclesiã se habet, vt luna ad solẽ. extra de ma. & obed. solitæ. est apparitio sanguinis per crudelitatẽ, & impudicitiã. In stellis verò. i. religioſis est casus à cœlo per apostasiam, & inobedientiã. In terra autem. i. in agricolis, seu rusticis est

A pressura passiuè: illata à cœlo. i. superioribus eorũ. In hominibus autem. i. mercatoribus, sic dicti propter politicã ciuilitatẽ, & astutiam est arefactio cordis, propter cupiditatẽ, & auaritiam. In virtutibus autẽ cœlestibus. i. prædicatoribus est cõmotio propter pusillanimitatẽ. quia sunt canes muti nõ valentes latrare. Esa. lvj. & propter inutiles
B discursus: cùm deberent in cõtemplatione quiescere: exẽplo Christi se credentis in desertũ post sermonẽ. Ioã. vj. In mari autẽ. i. in peccatoribus habẽtibus cõscientiam amaricatam. est sonus malorum verborũ, & fluctus varius vitiorum. ¶ Quantum ad secũdum punctum sciendum est: quod cum dicitur. Nam virtutes cœlorũ tangitur duplex causa prædictorũ. Vna est effectiua. i.
C angeli qui immediatè procurabũt talia. Et alia finalis. i. aduẽtus Iudicis, ad cuius autoritatẽ prædicta ordinantur. Est etiam sciendum quòd per virtutes cœlorũ multa possumus intelligere: sicut docet. S. Tho. vbi supra. Primò per virtutes cœlorum intelligũtur omnes angeli, qui, vt ipse, & Magi. sen. dicit,
D mouebũtur. i. admirabuntur, quia habebunt nouam cõsyderationem de rebus ad quam per species naturales pertingere non poterant. Nec tamẽ sequitur quòd in eis modo sit ignorantia, sed ne scientia inquantum nesciunt quæcunque Deus facere potest, cum illum nõ comprehendant. Vel secundum Chrys. & Bedam mouebuntur, quia nõ intrepidè stabunt in iudicio videntes tãtam multitudinem condemnari. Vnde Iob. xxvj. Columnæ cœli contremescent ad mutum eius. Sed dictum istorum oportet intelligere impropriè: vt. s. sit E rimor reuerentiæ, & admirationis. Vel secundum Greg. mouebuntur: quia in aduentu districti iudicis visibiliter apparebunt ad nos puniendos. Alio modo, vt dicit idem. S. Thom. per virtutes cœlorum potest intelligi vnus ordo angelicus, sic dictus, qui tunc mouebitur: quia eorum est mirabilia facere, secundum Gregor. quod tunc maximè accidet. Vel quia, vt dicit. S. Tho. eo- F rum est mouere cœlos. Vnde & cœlorum virtutes dicuntur, & tunc mouebuntur, quia mouere cessabunt quasi. s. à suo officio mouendi amotæ. Tertiò secũdum Chrys. per virtutes cœlorum possunt intelligi omnes angeli, qui præsunt rebus sensibilibus, qui absoluentur à suo ministerio. Vide si vis. j. q. cix. quomodo singulis speciebus rerum corporalium præponuntur angeli, & G prouinciis, & hominibus. Sequitur. (& tunc videbunt: filium hominis) Videbunt, inquam, secundum Augu. tam fideles, quàm infideles, vtpote quia erit sole splendidior. Et secundum Theo. videbitur tam ipse quàm crux sua: vt dicitur Matth. xxiiij. & cõsequenter ab omnibus cognoscetur. Quomodo autẽ apparebit crux est triplex opinio. Pri- H ma, quòd apparebit in signo suo. i. in cicatricibus Christi. Secunda, quòd apparebit in se ipsa crux, in qua Christus pependit ab angelis delata, ad consolationem fidelium, & infidelium confusionem. Tertia, quòd apparebit in aliquo signo suo formato in modum crucis. Et ista mens videtur Euangelistæ Matthæi dicentis: quòd apparebit signum filii hominis in cœlo. Et vt cre-

I do erit lux quædam instar Crucis deforior reliqua Cæli luce: vel lux remissior instar vmbræ. Vocat autē se Christus filium hominis secūdum aliquos, eo quòd sit filius solum vnius, qui verò ex masculo, & fœmina generantur, sunt filij hominum. Sed quia etiā Ezechiel dictus est filius hominis forte melius dicitur quòd Christus sic se vocat in signum humilitatis, eū posset se vocare filium Dei. Quidā autem faciunt sicut multis: qui interrogatus (vt fingitur) de genere suo noluit se fateri filiū asinæ. sed dixit se filium equi Regis Franciæ. Notanter dicitur (filium hominis:) qa iudicabit in forma humana quia etiā legē euāgelicā dedit in forma humana. Eiusdē enim est legē condere, & secundum eam iudicare. Itē quia in eadem forma iudicatus est, & consequenter in eadē iudicabit, vt possit ab impijs videri secundum glo. Ioā. v. (venientem in nube) secundum aliquos per istam nubem intelligitur societas sanctorum existentium cum eo, qui nubes dicuntur, eo quòd à terrenis fuerunt eleuati. Erunt autem in societate christi venientes saltem Angeli, & fortè illi sancti, qui ante iudicium resurrexerunt, si qui sunt. & quicunque sint illi De reliquis verò dicit Apostolus. j. Theolog. iiij. Rapiemur eum illis, scilicet qui ante dormierant, obuiā christo in aera. Ex quo videtur quòd christo veniente aliqui sancti erunt in terra, & eleuabuntur vt aues obuiam christo: quod maximè cōtinget illis, qui modo sunt pauperes, & viles propter dominum: diuitibus tūc sine numero remanentibus in terra. Reposita est hæc spes mea in sinu meo Iob. xix. Secundum alios verò per nubem intelligitur nubes materialis quæ christo præbebit obsequium ad decorē non ad necessitatem. Vnde Ange. ad Eſichium. Sic veniet sicut abijt, nubes autem susc epit eum ab oculis eorum. Hæc ille. ad quem autem locum christus tunc sit venturus. Vide. j. feria. j. post. j. dominicam quadragesime. (cū potestate magna. & maiestatę) accepta à deo patre propter suæ passionis meritum Gre. in homi. In potestate, & maiestate visuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt. vt virtutem eius tanto tunc districtius sentiant: quanto nunc ceruicem cordis ad eius patientiā non inclinant. Hæc ille. Apparebit autem ista potestas christi primo ex mundi cōflagratione psal: Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. ¶ Secundò ex iudicandorum multitudine: quia congregabit omnes gentes in valle Iosaphat: vt patet Ioel. iij. ¶ Terriò, ex corporum susc itatione: quia omnes resurgemus cum corporibus nostris, vt patet. j. Cor. xv. ¶ Quartò ex vocis magnitudine. Chrys. Vere magna vox cui omnia obediunt elementa: quæ petra scindit portas inferi, aperit, & vincula mortis dirūpit. Hæc illæ. ¶ Quinto ex obsequio nubiū: vt hic patet. ¶ Sextò ex innouatione cæli, & terræ & omnium elementorum. Apoca. xxj. Ecce noua facio omnia. ¶ Septimò ex iudiciaria authoritate: quia pater omne iudicium dedit filio Ioan. v. ¶ Octauò electorum glorificatione. Matthæi vigesimosecundo, Tunc fulgebunt

gebunt iusti sicut sol. ¶ Nono ex societatis nobilitate: quia dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Esaie. iij. Itē omnes Angeli eius cum eo. Matthæi. xxv. capit. Maiestas etiam ex prædictis apparebit, & rursus ex gloria humanitatis suæ quæ erit gloriosa. Primo, quia debet iudex eminere iudicandis: quorum aliqui, sicet electi habebunt corpora gloriosa id est dotata dotibus claritatis, agilitatis, impassibilitatis, & subtilitatis. Secundo, quia in primo aduentu Christi, qui venerat iudicandus, apparuit in forma infirmitatis, ergo veniens iudicare apparebit in forma oppositā, sicut iudicare, & iudicari opponuntur. ¶ Moraliter autem hic admonemur, vt toto tempore vitæ nostræ quæramus Christo regi, pro sanguine fuso, & cruce tolerata: & ore, & opere gratias agere, ne confundamur in die iudicij: quando in aere videbimus signa Crucis, & vulnerum eius. Tunc enim secundum Chrisosto. sic loquetur. Ego propter vos Homo factus sum, propter vos alligatus, delusus, cæsus & crucifixus. Vbi est tantarum iniuriarū mearum fructus? Vbi seruitus, quam mihi pro sanguinis pretio reddidistis? Hæc ille. ¶ Quantum verò ad tertiū punctum sciendum est, quòd Christus electos suos consolatur. Grego in Homil. Quia præmissa contra reprobos dicta sunt, mox ad electorum cōsolationem verba vertuntur. Nam subditur (his autem fieri incipientibus leuate capita vestra) id est exhilarate corda: quia dum finitur mundus, cuius amici non estis, prope fit redēptio quā quæsistis. In sacra enim scriptura sæpe caput p mente ponitur: quia sicut capite regūtur membra: ita cogitatiōes mente disponūtur. Capita ergo leuare, est mentes nostras ad gaudia patriæ cælestis erigere. Hæc ille. (quoniam appropinquat redemptio vestra) Theo. i. perfecta corporis, & animæ libertas. Sicut enim primus aduētus domini fuit ad reformationē animarum nostrarū. sic secundus ad reformationem corporū celebratur. Hæc ille. Græg. in Homil. Quod autē calcari mundus ac despici debeat, prouida dominus comparatione manifestat: cū subdit: Videte ficulneam, & omnes arbores: cū producunt iam ex se fructum: scitis quoniā ppe est estas: ita & vos, cum videritis hæc fieri scitote (quoniā prope est regnū dei) quasi dicat. Sicut ex fructu arboris vicina estas cognoscitur. ita ex ruina mūdi prope esse cognoscitur regnū dei. Ex hoc ostenditur. quia fructus mūdi ruina est. Ad hoc enim germinat. vt quæcūque germinauerit cladibus consumat. Bene autē regnū Dei æstati cōparatur. quia meroris nostri nebulæ transeunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgescunt. Hæc ille. Euse. Sicut enim in hac vita sol hyeme recedente, ac succedente vere radium calidū mittens fouet, ac viuificat humi cōdita semina exuentia pristinā figurā, pullulāt autem nouavarium virorem habentia. sic & gloriosus vnigeniti dei aduentus viuificatiuis radijs illustrās nouum seculū, dudum condita per totū mūdum semina, scilicet dormientes in puluere terræ potioribus corporibus, quā prius producet in lucem, ac confutata mor

te regnabit deinceps vita seculi noui Hæc ille. Omnia autem prædicta concludit dominꝰ secũdum Græg. sub magna certitudine. imo secundũ Bed. si dicere licet sub suo modo iurauit. cũ dicit: Amen dico vobis) amen quippe, vt dicit Bed. interpretatur verũ ac si dicat. verũ dico vobis. vtrum verò sit iuramentũ? Dico ꝙ non. Licet magister hist. dicat ꝙ sic. quia Christus non ita frequẽtasset illud (quia nõ præteribit generatio hęc donec omnia fiãt) id est nõ præteribit genus Iudeorũ. secundũ aliquos, vel humanũ genus. secundum eundẽ. Bed. vel ecclesia nouiter generãda. secundum Euse. & Theo. qui ex hoc elicit, ꝙ ipsa Christianitas nunquã deficiet: neque fides Iesu Christi (celũ, & terra transibunt: verba autem mea non trãsibunt) id est, vt videtur innuere Greg. & Hiere. dicit. Facilius est ista perire: quod tamẽ est impossibile: quã mea verba nõ impleri. Vel possumus dicere ꝙ reuera trãsibit cælũ quãtũ ad accidentia sua, quia cessabit moueri: & amplioré lucem suscipiet: & similiter terra: vt ex dictis patet, tamen quãtum ad essentiã, & substantiã suã vtrumque stabit inæternũ. Vnde. Eccle. j. Terra inæternum stat. Beda. Aperta ratione Cælum, & terra, per eam, quã nunc habent imaginẽ, transeunt: attamen per essentiã sine fine, subsistũt. hæc il. ¶ Moraliter autẽ hic instruimur vt mũdum trauseuntẽ despiciamus. Si enim trãseunt incorruptibilia, vt cælum & terra, quãto magis corruptibilia, & vana. Hie. ad Hielio. de morte nepo. Xerses ille rex potẽtissimus qui subuertit mõtes onaria constrauit, cũ de subliui loco infinitam hominũ multitudinẽ, & innumerabilẽ vidisset exercitum: fleuisse dicitur ꝙ post centum annos nullus eorũ, quos tũc videbat, supfuturus esset. Quod si possemus in talẽ conscendere speculam, de qua vniuersam terrã sub nostris pedibus cerneremus. Iam tibi ostenderẽ totius mũdi ruinas, gẽtes gentibus, & regnis regna collisa, alios torqueri, alios necari, alios absorberi fluctibus, alios ad seruitutẽ trahi. Hic nuptias, ibi planctũ, illos nasci, istos mori, alios affluere diuitijs, alios mendicare, & non Xersis tantum exercitum, sed totius homines mundi breui spatio defuturos. Vincitur sermo rerũ magnitudine, & minus est omne quod loquimur. Redeamus igitur ad nos: & quasi è celo descendẽtes paulisper nostra videamus. Sentisne obsecro quando infans, quando puer, quãdo iuuenis, quãdo robustæ ætatis, quando senex factus sis? Quotidie morimur, quotidie commutamur, & tamen æternos nos esse credimus. Hæc ille.

Dominica tertia aduentus.
Matthæi. xj.

CVm audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus ait illis: Existẽtes renuntiate Ioanni quæ audistis

distis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, Leprosi mundantur, Surdi audiunt, Mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeũtibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitũ? Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam. Hic est enim de quo scriptũ est. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam: qui præparabit viã tuam ante te.

CVM AVDISSET IOannes in vinculis. tanguntur tria puncta. Primum est Ioannis interrogatio. Secũdun Christi responsio. Tertium Ioannis commendatio. ¶ Quantum ad primum sciendum est, quòd tres fuerunt Herodes Chronica. Primus dictus est Ascalonita, cuius pater Idumeus, & nõ Iudeus fuit. Hic fuit rex in Iudæa, & occidit innocentes. Secundus dictus est Antiphas, qui fuit huius primi Herodis filius: & non fuit Rex, sed Tetrarcha: vt dicitur Luce. iij. id est dominus in quarta parte regni patris sui à Tetra, quod est quatuor: & Archos, princeps. Mortuo enim Herode Ascalonita, Ro. diuiserunt regnum eius, in duas medietates: & vnam dederunt Archelao. Reliquam autẽ diuiserunt in duas: dantes vnã Herodi: & reliquam Philippo fratri suo. Hic occidit Ioannem. Tertius dictus est Agrippa: qui fuit filius Aristobolt filij Herodis Ascalonitæ. Hic fuit Iudæus: vt testatur Iosephus, id est fuit circũcisus, sicut & Aristobolus pater suus. & à Romanis factus fuit Rex in parte vna regni Iudæorum: non tamen regnauit in Hierusalem: sed vltra Iordanem. Nam, vt dicitur in historia Ecclesiastica, dum Hierusalem erat euertenda, fideles ibidem existentes admoniti sunt per Angelum transire Iordanem ad regnum Agrippe confœderati Romanis. Hic Herodes occidit Iacobum fratrem Ioannis. versus. Ascalonita necat pueros, Antipa Ioannem, Agrippa Iacobum. claudens in carcere Petrum. Ioannes ergo incarceratus est ab Herode Antipa. Huius causam potissimam tangnit Marcus. vj. & Matthæus decimoquarto. Hærodias enim filia Aristoboli, vt tradit Iosephus, & Magister historiarum nupsit Philippo fratri patris sui. Sed Herodes frater patris, & mariti eius amore captus rapuit illã. ea tamen consentiente, sed non marito: quod illicitum fuit. Hoc ergo Ioannes arguebat. Metuens ergo Herodias ne Herodes ad prædicationem Ioannis eam dimissam marito restitueret, suggessit Herodi, vt Ioannem carceri-

Herodes.

I bus traderet.quod & fecit.Alii autem, Ioſephus vltra hoc aliam aſsignāt cauſam, quia ſcilicet Ioannes prædicabat iuſtitiam,& ſobrietatem & baptiſmum & ideo multus populus eum ſequebatur. Herodes ergo tumultum popupi timens recluſit illum. Tertia cauſa ſolet aſsignari quia Ioannes magnum regem poſt ſe venturum prædicabat. Ordinauerant autem Romani ne quis ſi-
K ne Senatus autoritate rex diceret. Vnde Herodes offenſa Cæſaris timuit, & Ioan. in vinculis detinuit. Dicitur ergo (cùm audiuiſſet Ioan.) per diſcipulos ſuos,ſcilicet vt patet Luc.vij. (in vinculis opera Chriſti.) ¶ Sciendum enim quod chriſtus licet ante Ioannis carcerem prędicauerit,& fecerit aliqua miracula,& baptizauerit: vt patet Io. iiij. tamen non prædicauit multum publi-
L cè: vt quidam dicũt. Vnde beatus Mat. videtur prædicationem Chriſti ab Ioã nis carcere inchoare Matt.iiij. Sed Ioã ne tradito Chriſtus propter doctrinam & miracula magna, & frequẽtiam fuit in magna fama, & opera eius vbiq; diuulgabantur. vnde & ad Io. incarceratum peruenit hoc:& propterea dicitur audiuiſſe opera Chriſti. Sequitur: (mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi : tu
M es qui venturus es, an alium expectamus?) Sed hic eſt magna quæſtio, quã beatus Greg.mouet di. Quærẽdum nobis eſt Ioannes propheta, & plus quàm propheta, qui venientem ad baptiſmũ dãm oſtẽdit dicẽs: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi: cur in carcere poſitus mittẽs diſcipulos requirit: tu es qui vẽturus es, an aliũ expectam? tanquam ſi ignoraret quem oſtenderat & an ipſe ſit neſciat. quem prophetando, baptizando, oſtendendo ipſum eſſe clamauerat. Hæc ille. ſicut autem recitat. S. Tho. ij. ij. q. ij. ar. vij. ad ſecũdum: tres fuerunt ſolennes modi reſpondendi ad iſtam quæſtionẽ. Primus eſt beati Ambr. dicentis. Non fide ſed pietate dubitauit. Dubitabit etiam Petrus dicens. Propitius tibi eſto domine nõ fiat hoc. Hæc ille, & videt velle Amb. quod Io. ſciuit quidem mortem Chriſti eſſe phophetatam, ſed compatiebatur, & admirabatur: quod tantum vellet ſuſtinere opprobrium. Sed Chryſo. in homij videtur impugnare iſtam reſponſion verumtamen ipſe eam non impugnat ſed intendit aſſerere quod Ioannes ex didit Chriſtum moriturum: quod opꝫ nio iſta cõcedit, cum quo ſtet quod n ex rei ignorantia ſed ex rei magnitudi ne admirabatur, & cõpatiebatur. Alius modus eſt, Chryſ. in homil. & Hiero & Nico. de Ly. & Hila. quod Ioannes non dubitauit : ſed diſcipuli ſui qui zelantes pro magiſtro ſuo: tanquam Chriſtus ei faceret concurrentiam habebant aliqualem inuidiam ad Chriſtum, & diſcipulos eius: vt Io. iij. elicitur: & etiã increduli erant. vnde ſe phariſeis aſſocebant: vt patet Mat. ix. Moriturus ergo Ioannes voluit eos ab errore: & ab inuidia liberare: ideo miſit illos ad Chriſtum, vt videntes eius miracula ſaluarentur in ſpiritu. Sed contra hunc modum arguit Paulus burgen. quia non videtur, inquit, conſonare literæ ſequẽti: non enim reſponſio Chriſti dirigitur ad diſcipulos, ſed ad Ioannem. Sed ad hoc dicit ꝙ ſicut Ioannes caueas diſcipulorum confuſionem interrogat in

per

A perſona ſua, ita Chriſtũ ciuilitate vtẽs eadem ratione reſpondet verbis quidẽ Ioanni, ſed factis miraculorum diſcipulis. Tertius modus eſt Gre. in homil. & beati Hier. Ait enim Gre. Quærit vt ſciat ſi is qui per ſe immundum venerat, etiam ad inferni clauſtra deſcendat. Hæc ille. Vnde ſciendum eſt, quod Ioannes ſciuit virtute paſsionis Chriſti, vſque ad limbum debere pertingere quia hoc prædixerat zacha. ix. di. Tu
B quoq; in ſanguine teſtamenti, emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. ſed tamẽ neſciuit an Chriſtus perſonaliter illuc deſcẽſurus eſſet, nec hoc credere tenebatur, antequam eſſet impletũ, vt dicit S. Tho. vbi ſupra de hoc ergo dubitat & quęrit ſecundum Hier. & Greg. vt Chriſti aduentum nuntiet apud inferos non ad conuertendum po
C pulos, ſed ad conſolandum: vt dicit gl. Contra iſtum modum videtur arguere Chry. in homil. & reuera nihil dicit cõtrarium, ſed ipſe intendit ſolum quod Io. nolebat prædicare fidem apud inferos, vt aliquis nouiter crederet. Et hoc eidem Hier. & Gre. non negarent. Contra beatum Gre. ſpecialiter arguit Nico. de Lyr. dicens. Greg. dicit quod Ioã.
D dubitauit an Chriſtus eſſet paſſurus, & moriturus: ſed hoc non eſt rationabile: quia plus quam propheta ignoraſſet, quod prophetæ ſciuerunt, & prædixerunt in multis locis. ¶ Item quia ipſe dixit. Ecce agnus Dei & ſecundũ Chryſ. agnum vocans crucem diuulgat. Ad iſta reſpondetur : quod iſte falsè allegat Greg. & hoc patet primo ex verbis eius ſuprà allegatis. Secũdo, ex S. Tho. vbi ſupra. Non enim Greg. di. Ioãnem dubitaſſe de morte Chriſti ſed de eius deſcenſu ad inferos in perſona. Verum eſt tamen quod in vno loco homil. videtur Gre. dicere ꝙ iſtę ei imponit. Ait enim loquens in perſona Ioannis ad chriſti: ſicut pro hominib⁹ naſci dignatus es, etiam & pro hominibus mori, & ad inferni clauſtra deſcendere digneris, inſinuat. Hæc ille. Sed intẽdit Gre. dicere ꝙ Ioannes dubitauit de iſta copulatiua, ſcilicet Chriſtus morietur, & Chriſtus deſcendet ad inferos perſona liter ratione ſecundæ partis: facit tamẽ mentionem de prima, quia mors erat chriſto via ad pſonalẽ deſcenſum. Vnde patet ꝙ allegat contra mentẽ ſuam & truncatè. Dicitur tamen ꝙ aliqua antiqua homiliaria bene correcta non habent ly mori. ¶ Allegoricè ſciẽdum eſt quod Ioannes ſignificat populũ hębrai cum. Primò quia fuit præcurſor chriſti G ſicut & ille populus modum diſpoſuit ad credendũ chriſto prænuntiãdo illũ. Secundò quia interpretat gratia dei: & ſignificat illũ cui dedit deus multa dona vel gratias ſicut fecit huic populo. pſal. Nõ fecit taliter oi. i. nulli nationi. ſcilicet ante nouã legẽ. Hic populus circa mortẽ ſuam. i. finẽ mũdi, ſiue in vltima ætate eſt in vinculis erroris, & diabolicæ poteſtatis ſed appropinquante H mundi termino totus cõuertet ad xp̃m pſal. Cõuertent veſperã Ro. xj. Cæcitas ex parte contingit in Iſrael donec plenitudo gentiũ ſubintrauerit, & tunc oĩs Iſrael ſaluus fiet. Hoc aũt credo futurũ, qũ totus mundus ſuſcipiet fidem chriſti per ſanctã prędicationẽ euãgelii: de qua vide infrà dãica. x. poſt feſtũ Trinitatis. Et tunc mittet ad Chriſtum

I duos discipulos. Intellectum. s. & Affectum: vt informetur, & inflametur de christo per intellectum scrutãdo facta eius: & per voluntatem approbando, & amando. Vel aliter. Vt enim ait Hilari. in Ioanne forma legis lata est, Christũ enim lex annũtiauit & remissionẽ peccatorum prædicauit: & regnũ cœlorũ spopondit, & Ioannes totũ hoc opus legis expleuit. Igit cessante iam lege, quę

K peccatis plebis inclusa ne Christus posset intelligi quasi vinculis & carcere includebatur ad euangelia consulẽda lex mittit: vt infidelitas fidem doctorũ contemplet in factis. Hæc ille. Amb. & fortasse isti discipuli quos misit sunt duo populi: vnus qui ex Iudæis credidit: & alter ex gentibus. Hæc ille. ¶ Anagogicè vero Ioannes significat fidelẽ morituru quidem, sed tñ adhuc existentẽ

L in carcere corporis gratiã gratũ facientem, vel gratis datã habentẽ & tñ interspem desperationẽ suæ salutis vacillantem. Hic ad christũ docentẽ, & sanantẽ mittit duos discipulos christus eñ existens in dextera patris docet beatos de secretis suæ diuinitatis, & eosdẽ sanat ex omni corporis, & animę languore. Apoc. xxj. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorũ. Isti duo

M discipuli sunt desyderiũ suæ salutis, & eiusdem petitio. Tu es, inquit, qui venturus es in persona vel in effectu ad liberandũ me in puncto mortis: an aliũ expectamus, scilicet inimicũ, quasi diceret Desydero, & peto vt tu ipse mihi assistas, & liberes me. Psal. Saluũ me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. ¶ Moraliter Ioannes id est habens gratiam gratum facientem, vel gratis datam existens in carce N re peccatorum propter reatum præteritorum, vel periculũ futurorum: debet ad christũ mittere intellectũ & affectũ, vt liberetur. Mittit autem ista. qã intellectum, & voluntatem exercet in diuina scriptura, quæ docet, & sanat. Amb. Sermo christi medicamentum est. Hęc ille. Si verò sit in vinculis tribulationũ

B debet istos mittere, vt consoletur. psal. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Et si sit in vinculis regionis debet mittere, vt conseruetur. Hie. Ama scientiam scripturarũ, & carnis vitia non amabis. Hæc ille. Nota ꝙ Hie. non dicit habeto: sed ama scientiã quia non sufficit ad Christum mittere intellectũ, sed oportet mittere affectũ. Et per scientiã scripturarum intelligitur rem scitam ex scripturis, quæ docẽt o

C mnes virtutes: sed præcipuè humilitatem & charitatem. Qui tamẽ etiã ipsa scripturarũ eruditione vehementer, licet inaniter lætaretur, eoipso à carnalibus vitiis remotior esset: ipsa exercitatione mitigatus. ¶ Quantum ad secundum punctũ sciendum est, ꝙ Christus non statim eis dedit respõsum, sed multos curauit antequã exponerẽt legationem suã: eis tũ præsentibus, vel saltem

D antequã eis rñderet. alioquin non potuissent renuntiare quæ vidissent, sed tantũ q̃ audiuissent. Vnde Luc. vij. dicit in ipsa hora curauit multos à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Deinde dixit. (Ite renuntiate Ioãni quæ audistis & vidistis: cæci) non subiectiuè, sed denominatiuè. i. qui prius cæci erant: (vident, claudi ambulant leprosi mũdantur surdi

A surdi audiunt, mortui resurgunt pauperes euangelizantur) passiuè. i. docentur secundum dñm Petrũ de scala. Vel euã gelizantur actiuè, vt hoc verbũ deponens sit secundũ antiquã grammaticã, vt vñ sentire Hier. di. pauperes euangelizantes ostendit (& beatus non fuerit scandalizatus in me) In his verbis secundũ Gre. saluator dedit istam rãsionem. Ego multa beneficia exhibeo mũ

B do: & in meritum eorũ turpissima morte condẽnabor Gre. acsi aperte dicat. Mira quidẽ facio: sed abiecta perpetinon de dignor. Ex quo patet ꝙ rãsio christi potest adaptari tribus modis supra dictis exponendi interrogationẽ Ioannis Nam Ambr. diceret ꝙ christus Ioanni compatienti, & admiranti an mori dãs pro suis inimicis dignaretur: ipse rãdit affirmatiuè, ꝙ omnino moreretur etiã

C post miracula & doctrinam quibus efficeretur famosus, quod grauius est, quã simpliciter mori. Quãto enim erat magis cognitus christus tanto habebat de pluribus erubescere. Chryso. verò dicit quod christus vidẽs incredulitatẽ discipulorum Ioannis nõ dicit eis: ego sum quia forte non credidissent, sed factis ostendit se esse christũ: curãdo multos vt diximus. Illa enim miracula proba-

D bant eum esse christũ filium dei multipliciter. Primò ratione prophetiæ quia ista miracula, & alia sub propria forma esse fienda per xp̃m olim Esaias prædixit. xxv. ca. Deus inquit, ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperient oculi cæcorum & aures surdorũ patebunt. Tũc saliet sicut seru⁹ claudus & aperta erit lingua mutorum. Et. c. lxj. dicit Euangelizare pauperibus misit loquens sci-

licet in persona christi. Secundo ratio- E
ne abundantiæ: quia nullus propheta tot signa fecerat. Vnde (Ioã. vij. dicitur Christus cum venerit nunquid plura signa faciet, quam hic facit? Tertiò ratione modi faciendi quia ex potestate, & imperio suo multoties, & non rogando faciebat. Quarto ex fine faciendi Faciebat enim ad probandum ꝙ sua do- F
ctrina continebat veritatẽ. Vnde Mat. ix. Vt autem sciatis ꝙ filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tũc ait Paralytico tibi dico surge. Licet autem forte aliqua istarum rationum non arguant christum fuisse Deũ per se præcisertñ omnes simul, vel aliquæ earũ hoc arguũt: præcipuè vltima. Cum ergo miracula fierent à deo: deus reddebat testimonium doctrinę christi qui se dicebat deum. Aug. ergo illa do- G
ctrina erat vera aut deus affirmabat falsum esse verũ, ꝙ est impossibile. Et nota ꝙ hac rõne Iudęi insolubiliter cõuincunt. Ipsi eñ concedũt in libro suo qui intulat de Iesu nazareni gũatione ꝙ Iesus nazarenus suscitauit mortuos i virtute nois dñi tetragrãmaton, quia ipse sciuit illud optime, pferre cũ inuenerit illud in quodã lapide tẽpli optime scriptũ. Et quicũq; nosset illã, platione posset idẽ facere, vt dicunt. Rñdit etiã xps H
istis verbis scdm Chry. cũ dicit (beatus qui nõ fuerit scandalizat⁹ in me) Latẽter eñ istos, q̃ in eo scãdalizabant, tetigit Gre. verò diceret ꝙ xps affirmatiuè rñdit Ioanni ꝙ. s. psonaliter descẽderet ad inferos. Vñ ait ex persona xpi. Quia ego moriendo te subsequor, cauendum valde est, hominibus ne in me mortem despiciant, quæ signa venerantur.

Hæc

I Hæc ille. Et videtur velle beatus Gre. quòd christus fecit argumentum à maiori sic. Si mori post tantam gloriam, & & miracula facta non dedignor. multo minus ad infernum victor mortis descendere dedignabor.

¶ Allegoricè autem significatur quòd Iudęis consulentibus christum in scripturis sanctis ipse per illas prophetias, quas videbunt. & facta quæ audiant e-
K narrari, se affirmabit esse illud quem prophetæ venturum prædixerant.

¶ Anagogicè verò significatur quòd christus animam agonizantem in mor te confortat reducendo ei ad memoriã vel inspirando ea quæ ipsa vidit in vita exempla de misericordia, & beneficiis dei. & quæ audiuit ab aliis, maximè à libris sanctis, & sic eam cõsolatur.

¶ Moraliter verò significatur quòd ani
L ma existens in prædictis vinculis: in diuinis scripturis inuenit quod quærebat vt ex dictis potest esse manifestum. Quantum ad tertium sciendum est ꝙ sicut dicit Chry. discipulis Ioannis satisfactum erat per signa quæ viderant: sed tamen turbis satisfaciendum erat quæ ex verbis Ioannis, quæ per discipulos misit, multa inconuenientia subintellexerant. Poterant enim cogitare. vt
M idem dicit quòd Ioan. cum Iesu vellet altercari ex inuidia: vel quod esset factus timidior ex carcere: vel quòd inaniter fuisset locutus quando perhibuit testimonium christo: vel etiam secundũ Hila. quòd id quod præmiserat de scãdalo dictum propter Ioannem essent. ideo christus vult Ioannem commendare. Non tamen erat ista commendatio fienda coram discipulis Ioannis. Primò secundùm Chry. ne videretur adulatoriè loqui. Secundò. secũdùm alios quia discipulos Ioannis confirmasset in suo errore, quo crediderant Ioannem esse christum. Ideo dicitur illis autem abeũtibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne) Sed quare christus non reprehendit hæsitationem turbarum & discipulorum. Ioannis sicut Matt. ix. arguit Iudæos dicens: vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Ad hoc dicit Chrisquòd Iudæi ex malitia peccabant: isti verò ex infirmitate. ¶ Est autem sciendum quòd christus tria dicit de Ioanne per quæ omnem sinistram opinionem turbarum excludere voluit. Primò enim dicit, quòd non erat leuis: vt modo vnã modo aliud diceret. Vñ subditur (Quid existis in desertum videre) quando scilicet secundùm glo. Ioannes in deserto prædicabat (arundinem vento agitatam) Gre. in homil. Quod non asserendo, sed nẽgando intulit. Arundinem enim mox, vt aura contingit in partem alteram. ideſt flecti per quam carnalis animus designatur, qui mox, vt fauore, vel detractione tãgitur in partem quanlibet inclinatur. Arundo ergo vento agitata Ioannes non erat: quem à statu sua rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. Hæc ille. Secundo dicit: quòd non erat adulator, vt falsitatem dixisse ad complacendum videretur. Adulatores enim ideo in magnatibus adulantur, vt fruantur deliciis ciborum & vestium. Nam & ab aula adulator dicitur. Vnde vt narrat Vale. lib. iiij. Cũ quidam diceret Diogeni olera lauanti. Si Dionysio adulari velles ista non ederes: Ille respondit. Si ista edere velles,

Dionysi

A Dionysio adulari nolles. Ioannes ergo qui omnes delitias contempserat: non erat adulator: ideo sequitur (sed quid existis videre hominem molibus vestitum?) Quasi dicat: non. Hier. locustis vescitur, & melle syluestri: pili camelorũ sunt tegmen eius. Hæc ille. Vnde subditur: (ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt) quia scilicet eis
B fauent, & adulantur. Grego. in carcere enim detrusus non fuisset, si sciuisset fauere principibus. Hæc ille. Tertiò dicit quòd fuit plus quàm propheta: ac per consequens non fuit in christi cognitione deceptus. Vnde subditur (sed quid existis videre, prophetam: etiam dico vobis plus quàm propheram) Ioannes secundùm Greg. plusquàm propheta dicitur: quia christum non solùm prædixit futurum, vt cæteri prophetæ: sed
C etiam præsentem monstrauit. Sed secũdùm Hie. dicitur. & propter hoc: & quia suum dominum meruit baptizare: Secundum Chry. verò quia fuit angelus: ideſt nuntius propinquus christo. Nam secundùm Greg. angelus græcè latinè nuntius dicitur. Et intendit Chryso. ꝙ fuit nuntius de re præsenti. & non solùm de ventura. Vnde dicit quòd fuit
D prope christum, & ob hoc cæteris maior prophetis. Vnde subditur (hic est enim de quo scriptum est) scilicet. Malah. iij. Vbi deus pater alloquitur filiũ dicens (ecce ego mittam angelum) id est Ioannem (ante faciem tuam) id est prope te secũdũ Chry. (qui præparabit viã tuã ante te) ideſt prædicãdo, & baptizando reddet tibi peruia auditorum corda, vt dicit gl. ¶ Dicitur autem Ioannes angelus. Primò propter dignitatẽ officii, secundùm Remigi, quia scilicet E fuit diuinorum annuntiator. Angelus enim dicitur nuntius. Secũdò, quia fuit sacerdos domini. Oĩs enim sacerdos angelus dei exercituum est. Malach. iij. ¶ Tertiò, ratione puritatis, secundùm Chry. quia scilicet vitam angelicã duxit. Alii dicunt enim esse plus quã prophetam, non quia fuit angelus: sed quia prophetauit de christo: & alii prophetæ prophetauerunt de eo: & ad hoc probã- F dum dicunt christum adduxisse, autoritatem. Malach. iij. Vel secundum alios ꝙ non prædixit christum futurum: sed præsentem monstrauit. Et adhoc secũdùm eos christus adduxit illam autoritatem. Christus igitur secundùm Chry. arguit sic. Fuit plus quã propheta, quia fuit angelus: secũdũ alios autẽ sic fuit plus quã propheta, quia prophetatus fuit. Et secundùm alios: quia christum G digito monstrauit. De hoc autem vide etiam infra dominica. iiij. aduentus.

¶ Allegoricè postquã fuerit satisfactum per diuinas scripturas discipulis Ioan. ideſt intellectui, & affectui hæbreorum quando scilicet iste populus christum suscipiet, & amabit. tunc istemet populus erit tãtę virtutis, vt meritò à christo possit cõmẽdari de firmitate in fide: & de pãtia, & sciẽtia scripturarũ. Vñ apo- H stolus. ad Roñ. xj. Sed aliorũ. s. Iudæorũ delicto salus est gẽtibus. s. occasionaliter: inquãtũ ex hoc apostoli relicta Iudæa trãsierunt ad cõuertẽdũ gẽtiles: vt illos. s. gentiles: emulent. s. Iudęi: ꝙ si delictũ diuitiæ sunt mundi, occasionaliter & diminutio eorũ. i. pauci. viri. s. apostoli: diuitiæ gentiũ: quãto magis plenitudo eorũ qñ. s. oẽs ad dñm cõuertentur.

¶ Ana

I ¶ Anagogicè,postquã diabolus egressurã animã in agonia constituerit christus laudat eam per se,vel per angelo.i. facit vt opera bona,& laudabilia q̃ exercuit.aducantur in iudicio cõtra mala obiecta. Vnde dicitur Da.v.Appẽsus es in statera,& inuentus es minus habens Quod de malis intelligitur.Boni enim habẽt satis,vel plus quã sit necesse ad mori in gratia:& si non ad statim euolare aliqũ. ¶ Moraliter instruimur ¶ Primò q̃ aĩa libẽter debet vellecõsulere diuinas scripturas legẽdo,vel audiẽdo verbũ dei:qa vt experientia docet tales cõiter sunt viri morigerati,& laude digni. ¶ Secũdo,vt dicit Hier.rigidã vestẽ: & austerã prædicationẽ:vitare debere aulas regum,vel molliumhominũ palatia declinare Hæc ille. ¶ Tertiò instruimur de cultu vestiũ.Gre.in homi. Nemo existimet in fluxu,& studio prætiosarũ vestium peccatũ deesse:quia si hęc culpa nõ esset:nullo mõ dãs Ioannẽ de vestimẽti sui asperitate laudasset:& nequaquã Petrus Fœminas pretiosarũ vestiũ appetitu cõpescet dicẽs.Non in veste pretiosa.Hæc illæ. Verba tamen ista sunt intelligenda quando est notabilis excessus.aliter enim non potest dici vestis pretiosa comparatiuè ad personam quæ ea vtitur.

Feria.iiij.post domi.iij.Aduentus. Luc.i.

MIssus est angelus Gabriel à deo in ciuitatẽ galilææ, cui nomen Nazareth: ad virginem desponsatamviro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid:& nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam,dixit? Aue gratia plena, dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria:inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius : & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis . Dixit autem Maria ad angelum: quo modo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respõdens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque,& quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et ecce. Elizabeth cognata tua,& ipsa cõcepit filium in senectute sua,& hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, quia

quia non erit impossibile apud Deum omne verbũ. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini:fiat mihi secũdũ verbũ tuũ.

MIssus angelus gabriel &c.Luc.j. In præsenti euã. quatuor puncta tanguntur quæ dicuntur salutatio:perturbatio, interrogatio, responsio. ¶ Quantum ad primum sciẽdum est q̃ ea quæ in præsenti euangelio scribũtur fuerũt gesta sexto mense à conceptione præcursoris:vt prius dixerat Euãgelista:& infra dicet angelus.fuit autẽ Ioannes conceptus circa finem septẽbris:vt tradunt sancti:ideo christus vt dicit magister histo.&.Beda:fuit concœptus.xxv.die Martii,& eadem die passus reuolutis.xxxiij.annis secundũ eundem mag.&.xxv.decẽbris natus,secũdũ eundẽ.Bed. ¶ Quæritur verò,quare dominus voluerit tali tempore nasci in vtero.i.concipi,& mori? Et respõdet Nico.Gorrã quod sic voluit primò propter mũdi in illo tempore creationẽ.scilicet vt eo tempore recrearetur : quo fuerat creatus scilicet secundùm communiorem, quam iste hic videtur sequi. Secundò propter solis ad nos reuersionem:quia tunc timentibus deum ortus est sol iustitiæ . Malach.vj . Tertiò propter noctis diminutionem . & istei augmentationem: quia tunc aucta est diei cognitio Rom.xiij. Nox præcesserit, dies autem appropinquauit . Quartò, propter temporis dulcedinem quia tũc stillauerunt montes dulcedinem . &c. Amos.ix. Quintò,propter auium modulationem:quæ in vere incipiunt gaudere:sicut tunc gauisi sunt sancti,iuxta illud Esa,ix.Letabuntur coram te. Sextò, propter illius temporis sanctificationem:quæ magis indigebat quàm aliud: quia est magis dissolutum,vt vbi solet abundare delictum , superabundet & gratia.Ro.v. Beata autem virgo tunc fuit annorum.xiij.quando.s. eam gabriel salutauit.Nam sicut tradunt histo. Epiphanius : quartodecimo anno cepit:& in quinto decimo peperit christum:& cum eo fuit triginta tribus . & secundùm eundem Epiphanium post eius passionem eundem vigintiquatuor superuixit:vel quod probabilius est secundũ alios duodecim tantum modo: vnde; & sexagenaria mortua est. ¶ Quærit autẽ S.Tho.iij.part.quæ.xxx.vtrum necessarium fuerit annuntiari virgini à deo quòd in ea futurum erat? Et concludit. quòd sic? Primo,vt seruaretur congruus ordo:vt.s.virgo prius mente quàm corpore deum conciperet:cùm hoc sit longe melius,secundùm Aug.lib.de virgi. Secundò,vt ipsa certior testis esset Tertiò,vt voluntariè se ad obsequium offerret dicendo. Ecce ancilla domini. Quartò,vt ostenderetur matrimonium spirituale fieri inter deum,& humanam naturam:dum expectatur virginis consensus. ¶ Debuit autẽ ista annũtiatio p angelũ fieri:vt ibidẽ dicitur.Primò, qa hoc cõuenit diuino ordini,quo deus reuelat infimis per medios. Nec tamen sequitur ex hoc,quòd esset edocenda per virum,quia,ei non erat subiecta:eo q̃ cum integritate peperit:ideo prius fuit edocta quàm Ioseph. Et secundò,hoc cõuenit humanæ reparationi : vt sicut

prima

I prima perditio fuit diabolo ad mulierem mittente serpentem: ita reparatio fieret Deo ad virginem mittente Angelum. Et tertiò, conuenit hoc virginitati Mariæ: quia secundum Hiero. semper est angelis cognata virginitas. Existimant autē quidam istum Angelum fuisse de supremo Angelorū ordine. i. Cherubin: eo quòd Greg. dicat sic. Ad hoc quippe mysterium summum Angelum venire dignum fuerat qui summum omnium nuntiabat. Hęc ille. Sed vt dicit. S. Tho. vbi suprà, ex hoc non habetur quòd fuerit summus inter omnes: sed solùm inter Angelos: quia fuit Archangelus vt ecclesia cantat. Et etiam Greg. dicit quòd Archāgeli summa nūtiant. Et subiungit. S. Tho. quòd credibile est quòd inter Archangelos fuerit summus. Debuit autem virgini sub corporali specie apparere: secundū S. Tho. vbi suprà, quia hoc cōuenit rei nuntiatæ. s. vt ista visio conformaretur visibili Dei apparitioni in carne, ad quam omnes priores apparitiones visibiles fuerant ordinatæ. Et etiam conuenit dignitati virginis, vt mēte, & sensibus visione Angelica frueretur quæ mente, & corpore fuerat dominum susceptura. Et etiā certitudini eius, quod nuntiabatur: quia certius apprehendimus quæ oculis subiecta sunt: quàm quæ imaginamur tātummodo. Et non est dubium theologo quomodo possit Angelus bonus, & etiam malus corporaliter apparere: quia potest corpora inferiora localiter ad nutum mouere: & consequenter figurare: dūmodo non varietur ordo naturæ quod fieret, si elementa secundum totum mutarētur localiter. Vnde potest quidem etiam diabolus mouere montem, sed non totam terrā. Narrauit autē mihi quidam religiosus fidedignus se vidisse oculis propriis nicromantē: qui fecit in aere apparere quasi nubem: quæ descēderet, & paulatim ingrossaretur: deinde ibi apparuere papillones, & tandem quando fuerunt in terra videbātur quindecim scrutiferi pulsantes varia instrumēta: deinde pari modo affuerūt quindecim puellę cū pulsantibus cantātes. Iste religiosus optimus est pulsator in lyra: & tamē se nihil scire dicit postquàm illā sensit melodiā, nec se vnquàm nisi tūc vidisse pulcras creaturas. Quod si ita potuit diabolus, quid credendum est de angelo beato? ¶ Dicamus ergo (Missus est) sub specie corporali (angelus) exēto nomine: reuera autē fuit archāgelus (Gabriel) Greg. idcirco priuato nomine cēsetur, vt signetur per vocabulū in operatione quid valeat. Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. per Dei ergo fortitudinē nuntiādus erat: qui virtutum dominus & potens in prelio: ad debellādas potestates aēreas veniebat. Hæc ille. (adeo) Basi. Adeunt ante nos cœlestes spiritus, non quasi ex ſeipſis: sed ex eo quòd diuinæ sapientiæ decorem cōspiciunt. Hæc ille. Id est hoc q̄ in diuina sapientia vidēt Deum velle nobis aliquid per eos esse manifestum (in ciuitatē Galilææ cui nomē Nazareth) vt retraheret nos à superbia. quia voluit in ciuitate villi cōcipi: & in gloriosa. i. in Hierusalē cōfundi. Et vt impleretur prophetia. Quoniā Nazareus vocabitur: non à natiuitate: sed à cōceptione & cōuersatione sua. Porro dicta propb

A propheta secundum beatum Hiero. & beatum Tho. sumpta est, Esa. xl. Egredietur, inquit, virga de radice Ieſſe: qui scilicet fuit pater Dauid. & flos de radice eius ascēdet. Vbi veritas Hæbraica habet: & nether. i. nazareus de radice eius ascendet. (ad virginem) sicut docet Tho. iij. par. q. xxviij. beata Maria fuit semper virgo. nam fuit virgo in concipiendo Christum. Primò, quia B Christus est filius naturalis Dei: ideo propter reuerentiam tanti patris non debuit alium habere. Secundò, quia est verbū: ergo sicut sine corruptione cordis concipitur: ita & sine corruptione matris. Tertiò, quia debuit Christus esse sine peccato: quod esse non potuit, nisi sine seminum commixtione conciperetur. vnde vt recitat Augu. contra Iulia. lib. iij. Beati Ambrosij expressa C sententia est, Christum aliter non potuisse expertem esse delicti: nisi expers esset illius conceptionis quam commixtio viri, & mulieris operatur. Hæc ille. Quartò: quia ipsa sua Christi natiuitatis exemplar fuit nostræ spiritualis qua Deo nascimur ex ecclesia virgine: & non ex voluntate carnis. Dicere autem oppositum pertinet ad hæresim Ebionitarum, & Terentii: qui di- D cunt Christum ex virili semine natū. Fuit etiam, secundum eundem, virgo in partu: iuxta prophetiam. Esa. vij. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Et hoc primò, quia verbum sine corruptione concipitur, & profertur. Secundò, quia venit tollere corruptionem, & non sufferre illam. Tertiò, quia non debebat minuere honorem matris: qui eam præcepit honorare. Nec obstat quòd Ambr. super Luc. dicit Christum E aperuisse matris vuluā. Nam per apertionem intelligit exitum, vt dicit idem S. Tho. qui tamen exitus fuit clauso vtero, sicut in resurrectione clauso sepulcro. Fuit etiam virgo post partum, vt idem dicit. Primò, quia oppositum derogat christo, scilicet dicere vt dicit Heluidius hæreticus: quòd post Christum genuit alios filios. Dicunt enim patris, ita & matris debuit esse vnigenitus tanquàm germē perfectissimum. F Secundò, derogat etiam spiritui sancto: quia sacrarium eius, in quo Christi corpus formauerat: poneretur fuisse violatum. Et etiam beatæ virgini, quæ ingratissima videretur, si tanto filio non fuisset contenta: & virginitatem miraculosè conseruatam sponte voluisset amittere. Et etiam derogat Ioseph: qui tentasset maculare id vnde angelo re- G uelante cognouerat ipsi corpus à spiritu sancto formatū. Nec obstat his quòd dominus dicitur habere fratres ab Euāgelistis: quia more scripturarum consanguinei. i. sororum filii fratres appellantur. secundum Hier. Non obstat etiam illud Matth. j. Non cognoscebat eam donec peperit filium: quia ly donec aliquando dicit tempus certum, post quod fit aliquid quod ante non H fiebat, sed aliquando importat tempus infinitum: vt in Psal. Oculi nostri sem per ad dominum, donec misereatur nostri. Et rursum. Dixit dominus domino meo, &c. Dicitur etiā Christus primogenitus: eo quòd priorem fratrem non habuerit: non quia habuerit sequē tem. (desponsatam viro) sicut docet. S. Tho. vbi supra. q. xxix. debuit Christus

I de virgine desponsata nasci. Primò, ex parte suæ: ne s. more illegitimi repelleretur, & vt consueto modo sua genealogia per virum posset describi: & vt Ioseph gereret pueri curam: & vt hoc mysterium diabolo celaretur: ne contra puerum durius sæuiret. Sicut enim dicit Orig. si non habuisset virum statim diabolo surrepsisset cogitatio: q talis partus qui videbatur diuinus esK set aliquid humana natura sublimius. Secundò, hoc etiam fuit conueniens ex parte virginis: ne velut adultera lapidaretur. Hac enim pœna etiam puella nubilis plectebatur, vt patet Deuter. xxij. Et ne infamaretur, & vt à Ioseph nutriretur. Et tertiò, fuit conueniens ex parte nostra vt, scilicet, Ioseph esset testis quòd Christus sit de virgine natus. & vt credibiliora essent verba beaL tæ Mariæ, se virginem asserentis: & vt tollatur virginibus fatuis excusationis occasio, cùm ex sua in cautela infamentur. Dixissent enim etiam matrem domini fuisse infamatam, & vt significetur ecclesia virgo vni viro Christo desponsata: & vt virginitas, & nuptiæ in vna persona honorarentur, contra hæreticos alteri eorum detrahentes. Diabolus autem (vt idem sanctus M Thom. dicit) prohibebatur diuinitus à perscrutanda eius virginitate. De ista materia loquens Ambro. ait. Bene autem vtrunque posuit scriptura, & vt desponsata esset, & virgo. Virgo: & vt expers virilis consortii videretur desponsata: ne temeratæ virginitatis adu reretur infamia, cui grauis alius corruptelæ videretur insigne præferre. Maluit autem aliquos dominus de suo ortu, quàm de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse virginis verecundiam: & lubricam famam pudoris. Nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis astruendam. Nec decuit sinistra virginibus opinione viuentibus velamen excusationis relinqui: quòd infamata quoque mater domini videretur. Quid autem Iudæis, quid Herodi posset adscribi, si natum viderentur ex adulterio persequi? Quemadmodum autem ipse diceret: Non venit legem soluere, sed adimplere, si videretur cœpisse à legis iniuria: cum partus innuptæ lege damnetur? Quanquàm etiam fides verbis Mariæ magis adscitur, & mendacii causa magis remouetur. Videretur enim culpam obumbrare voluisse mendacio innupta prægnans. Causam autem mentiendi desponsata non habuit, cùm coniugij præmium, & gratia nuptiarum partus sit fœminarum. Non mediocris quoque causa est, vt virginitas falleret Mariæ principem mundi, qui cum desponsatam viro cerneret: partum non potuit habere suspectum. Hæc ille. (cui nomen erat Ioseph de domo Dauid) secundum Bedam hoc quod dicitur, de domo Dauid, non solum ad sponsum, sed ad sponsam quoque refertur: quia præceptum legis erat, vt de sua tribu, vel familia acciperet quisque vxorem. De hoc autem multa dicit Paulus burgen. in additionibus ad Nico. de Lyra, super Matth. j. ca. Sed tamen fortè breuiter posset dici: quòd beatus Matthæus voluit ostendere Christum ex Dauid descendisse fidelibus, qui tempore Christi viuebant. Ideo sufficiens fuit quòd ostenderit Ioseph descendisse à Dauid, quia fidelibus tunc constabat, quòd Maria erat de eadem familia, cum Ioseph. & fortè ista est mens glossæ, & sanctorum: in illo passu. (& nomen virginis Maria.) Dicit autem. S. Tho. super Matth. quòd Maria interpretatur stella maris: vel illuminatrix: syriace vero domina. Beda Maria hæbraice stella maris: syriacè B verò domina vocatur. & meritò: quia hæc totius mundi dominum lucem seculis meruit generare perennem. Hæc ille. Virgo autem quæ istam vult imitari, debet habere multa. Primò, debet esse clausa, non vagabunda. Eccl. xlij. Filia patris abscondita est: nequando polluatur in virginitate sua. Vnde Dina, quia egressa est, vt videret alias mulieres: oppressa est à Sichem. Gen. C xxiiij. Et secundò, tacita in cogitatione diuinorum semper existens. ij. Corint. v. Innupta virgo cogitat quę Dei sunt, quomodo placeat Deo. Vnde Eccles. xxvj. Datum Dei mulier sensata, & tacita. Et tertiò, honesta, & composita cum disciplina. Hieremiæ, ij. Nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui? Ex quo elicitur quòd naturale est mulieri ornari: sed faciat, vt fecit Hester: quæ D contenta fuit ornatu, quem sibi tradidit virginum custos Egeus: nec aliud quæsiuit, vt patet Hester. ij. Et quartò, humilis, & deuota. Esa. xlvij. Descende, sede in puluere virgo filia Babylon. Et quintò, sollicita in sui custodia: maximè per abstinentiam, & mortificationem corporis, & solitudinem, & sensuum, maxime oculorum, continentiam. Hieremię. xxx. Vsquequo delitiis dissoluêris filia vaga. Omnia enim ista E fuisse in ista virgine testatur Ambr. libro de virgine, & elicitur ex hoc quòd clausa manebat: quod esse non posset, nisi haberet prædicta. Et de hoc subditur (& ingressus angelus ad eam) Ex hoc elicit Bernard. quòd in cubiculo erat imo debebat esse in maxima contemplatione, & eleuatione mentis: vt probat Albertus magnus super Missus est. Nam si præcursor debuit annun- F tiari, patre occupato in sacrificio Dei, multo fortius simile de Christo oportet credere. Vnde rationabile est quòd de mysterio incarnationis cogitaret, propter quod &. S. Vincen. contemplatur quòd legerat illud Esa. vij. Ecce virgo &c. (Dixit: Aue) .i. sine ve. supple sis: ab à quod est sine: & ve: secundum Gorram. & in hoc salutat eam: quia salutare est salutem, seu bonum G optare. q.d. O beata virgo sis sine ve pudoris in concipiendo: laboris in portando: & doloris in pariendo. Item sine ve cõcupiscentiæ, & culpæ. s. actualis, & pœnæ eiusdem. Qualis autem sit cui talia optat subdit dicens (gratia plena.) Hierony. Et bene gratia plena, quia cæteris per partes præstatur. Mariæ verò simul se totam infudit gratiæ plenitudo. Hæc ille. Quomodo autem H sic dicatur, propter gratiæ plenitudinem. S. Thomas. iij. quæstio. xxij. artic. v. sic dicit. Quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectui eius, sicut angeli magis participant de bonitatibus diuinis, quàm homines: secundum Dionysium. iiij. cap. cœlestis hierar. Cum igitur principiũ gra-

I tiæ sit christus authoritatiuè,secundum diuinitatem,& secundum humanitatẽ instrumentaliter:secundum illud Ioã. j.Gratia,& veritas per Iesum christũ facta est: cui christo beata virgo fuit secũdum humanitatẽ propinquissima, quia ex ea naturã humanã accepit,præ ceteris ipsa debuit a christo gratię plenitudem obtinere:ita quod recipiendo in se authorem gratiæ:de cuius scilicet
K plenitudine,omnes accipimus Ioan.j. Ipsa quoque quodam modo gratiã ad omnes deriuaret.Ibi etiam ad secũdũ distinguit pulchrè triplicem perfectionem gratiæ eius.& ibi vide,si placet.In tertio etiã di.xiij.q.j.arti.ij.q.j.vbi intendit virtualiter sic dicere.Cum illud plenè habeatur,quod secundum omnes differentias,& modos,& effectus suos habetur, christus habuit triplicem ple
L nitudinem gratiæ.Prima,est finis,quia cũ finis gratiæ sit coniungere deo:ipse secundum ꝙ homo fuit coniunctus diuinati per cognitionem,amorem ,frui tionem,& per vnionem in persona.Secunda est efficientiæ , quia sic in se est gratia perfectus,ꝙ ex ipso tamen alios omnes deriuatur,quorum aliquos facit cooperatores dei,vt & ipsi per ministerium alios ad gratiã inducant:vt dici-
M citur.j.Cor.iij.Tertia est formalis causæ quia data est ei gratia perficiens ipsum,quãtum ad omnes virtutes,& vsus omnes virtutum,& omnes effectus gratiæ gratis date,& remotionem omnis peccati,etiam originalis.Prima respicit graliam vnionis , secunda cãpitis, tertia verò gratiam singularem ipsius. Et tertia quadruplex est scilicet singularis quæ est christi.Et sufficiẽtiæ:quæ fuit in Stephano,& in alijs sanctis per fectis gratia formaliter,quantũ ad omnes virtutes,& expulsionẽ omniũ mortalium.Et specialis prærogatiuæ : quæ est beatæ virginis,quæ habuit gratiam repellentem:etiam venialia.Et copiæ quæ est ecclesiæ , cui nulla gratiarum deest,quin sit in aliquo mẽbrorum suo rum,de quoEph.iiij.vt adimpleret omnia,hoc ibi virtualiter,& quasi verbotenus.¶ Sed adde ex Nic.Gor,ꝙ eius intellectus fuit plenus veritate:quia conseruabat omnia verba hæc.Luc.iij.Et secũdo,affectus plenius charitate.iuxta illud Cano i j.nuntiare dilecto mẽo,quia amore langueo.Et tertio caro puritate,iuxta illud Cano.iiij.Tota pulchra es amica mea,& macula non est in te.s. spiritualis,vel corporalis,post sanctificationem,Et quarto manus pietate,secundum id prouer.vlti.Manum suam aperuit in opi.imo ipsa faciebat quæstum pro pauperibus . Et vocabatur quæstuaria.vnde Hieron.ad Heliodorum contemptu seculi.Hic scilicet Christus est ille fabri , & quæstuariæ filius.Et quintò mores honestate,secundũ illud Can.vij.Quã pulchri sunt gressus tui. Et sexto,lingua dulcedine , secundum illud.Can.iiij.& Mel & lac sub lingua eius. Et septimò vita sanctitate,secũdũ illud Prouer.xxx.Multæ filiæ congregauerunt diuitias , tu supergressa es vniuersas , est autem sciendum vt dicet S.Tho iij.par.q.xxx.ꝙ Angelus intendebat virginem attentam reddere. ideo curauit eã in admirationem inducere ex qua attentio sequitur.Vnde salutauit eam nouo modo , & cum magna reuerentia , quia vt idem dicit.

A Verè humili cuiusmodi erat beata virgo nihil est tam insolitum,& mirabile, quàm sua exultatio (dominus tecum) Quidã existimant ꝙ quando Angelus virginem salutauit,statim conceperit: aut iam conceperat dominũ.Vnde dicit Hierony.Præcesit nuntium suum deus.Hæc ille.Et Augu.in sermone de natiuitate domini . Dominus tecum: magis quã mecum . Ipse enim in tuo
B est corde:in tuo sit vtero:adimplet mẽtem,adimpleat ventrem,hec ille.Item idem asseritur in quadã lectione,quæ legitur in ecclesijs aliquibus cathedralibus in die annuntiationis :& ibi pro probatiõe adducitur,quia Angelus nõ dicit ? Aue Maria replenda,sed plena. nec dominus veniet in te,sed dominus tecum.Sed ista sunt expressè cõtra magistrum.in.iij.distin.iij.vbi dicit,quòd
C post consensum virginis venit in eam spiritussanctus:potentiam dei verbi receptiuã præparans,& generatiuam. Et concordat Bern. super missus est:qui homil.iij.volens ostendere consensum virginis fuisse tunc necessarium ad cõceptionem alloquens virginem ait.Statim liberabimur si consentis.& infra. Responde angelo : imò per angelum domino:verbum profer tuum , & con-
D cipe diuinum.hæc ille.Item est contra santus Tho.iij.parte quæstio. xxx. qui dicit:quòd requirebatur consensus virginis.Item est contra Euãgelium:quia Angelus postquàm virginem salutauit dixit.Ecce concipies.Item dixit.Voca bis nomen eius Iesum,& tamen Lucæ. ij.dicitur:quòd hoc nomen fuit vocatum ab Angelo,priusquàm in vtero conciperetur.Igitur Christus fuit conceptus statim post consensum Virgi- E
ginis,vel in ipso consensu.Ad motiua autem dictæ opinionis,dico quòd beatus Hierony.loquitur de existẽtia Dei in Virgine per essentiam,præsentiam, & potentiam:& per gratiam specialem: non autem per incarnationem . Dictũ verò Augusti,est pro nobis : quia non dicit est in vtero tuo:sed sit:ac si dicere vellet Angelus.Opto vt consentias
Maria.& consequenter concipias . Ad F
probationes contentas in lectione patet ex dictis(Benedicta tu in mulieribus) Grego. vna. scilicet præ cunctis mulieribus . ¶ Moraliter : quia Maria interpretatur stella maris:significatur quòd quilibet debet habere semp oculum ad hoc cæleste sidus , si non vult submergi fluctibus huius mundani,& procellosi maris . Bernar . in secunda homel.super Missus est.Maria est no- G
bilis illa stella ex Iacob orta:cuius radius vniuersum orbem illuminat,cuius splẽdor,& fulget in superis , & inferos penetrat,terras etiam perlustrãs, & calefaciens magis mentes,quàm corpora:fouet virtutes,excogt vitia.Ipsa, inquã,est preclara & eximia stella,super hoc mare magnum & spatiosum necessariò sublimata:micans meritis,
illustrans exemplis.O quisquis te intel H
ligis in huius seculi profluuio magis inter tempestates,& procellas fluctuare,quàm per terram ambulare:ne auertas oculos à fulgore huius sideris , si non vis obrui procellis.Si insurgunt venti tentationum si iucurris scopulos tribulationum,respice stellam,voca Mariam . Et infra in periculis , in angustijs,in rebus dubijs,Mariam co-

I gita, Mariam inuoca. Non recedat à corde, non recedat ab ore. Et vt orationis eius impetres suffragiū. ne deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens nō deuias, ipsam rogatis non desperas, ipsam cogitās non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegēte nō metuis, ipsa dulce non fatigaris, ipsa propitia ad portū salutis peruenis. Sic in temetipso experiris, quā me
K rito dictum sit & nomen virginis Maria. Hæc ille. Et hoc de primo. ¶ Quantum ad secundum sciendum est quòd vt dicit Ambr. super Lucam. &. S. Thomas iij. par. quæstio. xxx. Tremit homo ad visionem corporalem: & etiam imaginariam angeli. Et ratio est quia homo super se eleuatur sicut etiam fit calore ad interiora recurrente, quoties homo timet, aut aliquid simile patitur.
L Propter hæc autem: vt dicit Sanctum Thomam non debet nobis subtrahi angelica visio. Primò quia hoc est dignitatis. Secundo quia, vt ait Orige. semper angelus apparens medetur tali timore, si est bonus: & in hoc ipso, inquit, cognoscitur esse bonus. Timuit ergo beata virgo, sicut & alij & specialiter, vt ait. b. Tho. quia angelus sub forma hominis intrauit, ad cuius aspe-
M ctum trepidare virginū est. vt ait Ambro. potuit enim esse vt prima facie non cognouerit angelum esse, sed virum eum, qui videbatur: crediderit esse. Et subiungit Sanctus Thomas Quidam tamen dicunt quòd non est turbata in visione Angelica: cum assueta esset Angelos videre, Sed in his quæ nuntiabantur. Ista est sententia Gregorij, qui ait. Cum assueta esset his visionibus, Euange- N
lista turbationem non visioni sed relatis attribuit dicens (turbata est in sermone eius. Hæc ille. Vnde subditur. Et cogitabat qualis esset ista salutatio.) Vnde in hoc secundum Gregorium. vitauit incredulitatem Zachariæ: & leuitatem Eue, quia nec fuit incredula, nec statim credidit: sed dictum examinauit. Cogitabat autem O
secundum eundem si salutatio erat à viro contra suum pudorem, vel diuina ad aliquam sanctitatem, cum de deo faceret mentionem, dicens dominus tecum. Secundum Amb. autem mirabatur etiam nouam salutandi formam, quæ nunquàm ante comperta fuerat. vnde ait Orige. quòd si sciuisset Maria ad alium quempiam simi- P
lem esse factum sermonem, vt potè quæ habebat legis scientiam nunquàm esse quasi peregrina talis salutatio terruisset. Hæc ille. Sed quia eam Angelus ex noua salutatione territam vidit, quasi familiaribus notam, secundum Bed. vocans ex nomine eam confortat. Vnde sequitur (& ait Angelus ei: Ne timeas Maria.) quasi diceret, Q
secundum eundem, non veni decepturus quasi minister sathanæ, neque violaturus: sed diuina mysteria reuelaturus. Chrysostо. Qui apud deum meretur gratiam non habet quod timeat. Vnde sequitur. (Inuenisti enim gratiam apud deum) Grego. Inuenit gratiam virgo coram deo, quia splendore pudicitiæ propriam exornans animam, gratum deo se habitaculum præparauit, nec solum cælibatum inuiolabilem conseruauit: sed etiam immacula-

A culatam conscientiam custodiuit. Hæc ille. ¶ Est autem sciendum, quòd secundum modum loquendi scripturæ, quando aliquis alicui placet, dicitur inuenire gratiam apud illum, vel in oculis eius. Quod verò virgo summè placuerit deo ostenditur cum subiungitur. (Ecce concipies in vtero, & paries filium & vocabis &c. Notanter dicit concipies in vtero: quasi diceret.
B Non concurreret masculus ab extra. sed in te formabitur partus, sicut nucleus in nuce auellana. Hiere. xxxj. Nouum faciet dominus super terram: fœmina circundabit virum. (& vocabis nomen eius Iesum.) Non dicit impones sed vocabis, quia istud nomen fuit impositum à Deo genitore: vt di-
C cit Grego. Et secundum Bedam, Iesus interpretatur saluator, siue salutaris, ideo optime conuenit Christo: quia solus fuit spiritualis. & vniuersalis saluator. Vnde vt docet. S. Tho. iij. q. xxxvij. hoc nomen est nouum ratione talis salutis scilicet spiritu. Is, & vniuersalis: alijs autem cōuenit secundum aliquas speciales, & nō vniuersales salutes. Vn
de secundum Cyril. quia hoc nomen aliquo modo alijs commune est: ad significandum ꝙ iste, qui concipitur dis-
D similis est alijs subiūgit angelus. (Hic erit magn⁹, & filius altissimi vocabit) Filij dei in diuina scriptura per adoptionem dicuntur, omnes qui sunt in gratia: iuxta illud Psalmi. Ego dixi dij estis: & per creationem generaliter omnes: & per assimulati. nē in natura incorporea soli angeli, secūdū illud Iob. j. Cū venissent filij dei, vt assisterent corā domino. Sed per naturā iste solus est filius altissimi. Sequitur. (Et dabit E
illi dominus deus sedem dauid patris eius.) Est autē sciēdū ꝙ sicut materialis hierusalem significauit ecclesiā militantē, & triūphātē: ita regnū Dauid, cuius sedes fuit in Hierusalem, significauit regnū christi super vtranque ecclesiam. Non ergo ista sic debēt intelligi, quasi velit angelus dicere ꝙ deus daturus nō esset christo tēporale regnū dauid, hoc enim est contra scripturā Io. F
xviij. vbi ipse dicit. Regnū meū nō est de hoc mūdo id est nō est tēporale, seu materiale. Itē Hiere. xxij. vbi de Iechonia rege dicitur. Scribe virū istū sterilem, nō erit de semine eius vir, qui sedeat super soliū Dauid. Beata autem virgo ex qua natus est christ⁹ descēdit à Iechonia, vt patet Matij. Post Iechoniam ergo nullus de semine eius fuit
G rex in regno materiali Dauid. secundū Nico. de Ly. vnde Io. Hircanus & alij ꝙ ante Herodē ascalonitā fuerūt reges in iudea: secundū cū fuerūt de tribu sacerdotali & non de tribu Iuda. Sed tamē illa quæ iste dicit videntur esse contra illud Gene. xlix Nō auferetur sceptrū &c. Vbi habetur ꝙ vsque ad christum semper debuit esse rex, vel dux de tribu Iuda. Vnde & magister Histo. dicit
H dicit quod vsque ad captiuitatem babylonicam gubernauerunt reges de tribu Iuda, post illa verò immediate gubernauerunt duces, & post duces iterum reges vsque ad herodem. Sed vt patet Gen. xlix. ad hoc diceretur secundum eum quā verbum Iacob intelligitur de regibus & ducibus descendentibus à Iuda per lineam masculinā, vt Zorobabel, vel per fœmineam,

I vt Machabæi quæ sacerdotes fuerunt, & consequenter de tribu Leui: quæ tamen fuit mixta cùm tribu regia: vt multipliciter patet. Hic. verò loquitur de linea masculina. secũdum quã beata virgo descendit à Iuda. & sic etiam credo quod loquit magister. De regno ergo spirituali loquitur angelus. Vnde Basi. Non in materiali sede Dauid sedit dãs translato iudaico regno ad Herodẽ, sed
K sedẽ Dauid appellat, in qua residet indissolubile regnum eius. Hæc ille. Et secundum Chry. per domum Iacob intelligũtur illi, qui ex Israel crediderunt: cum dicit (& regnabit in domo Iacob in ꝯternum.) Vel secundũ Bedam, intelligit tota ecclesia quæ descendit ex bona radice, vel incerta est (cũ esset oleaster) in bonã oliuam: vt habet Ro. xj. Et intendit ꝙ ex bona radice descẽderint
L aliqui de ecclesia. i. apostoli & cæteri descendentes à Iacob: alii verò (vt gentiles) sunt incerti prædictis, qui sunt ecclesiæ fundamenta. (& regni eius non erit finis.) Gre. Non solum inquantum deus: sed & in eo quod homo. Et in prę senti quidem habet regnũ multorũ finaliter verò vniuersorum cum ei omnia subiicient. Hæc ille. Nota ꝙ regnũ christi, in quo per vicarium regnat, nõ
M habebit finem ante finẽ mũdi sed illud in quo regnat personaliter: carebit fine simpliciter. ¶ Moraliter docentur virgines iuxta doctrinam Ambrosii dicẽtis. Disce autem virgo verecundiam: quia pauebat. Trepidare enim virginum est & omnes viri ingressus pauere omnesq; viri affatus vereri. Disce virgo verborum vitare lasciuiam. Maria etiam salutationem Angeli verebatur. Hæc ille. ¶ Quartum tertium sciendum est ex N doctrina. S. Tho. iij. q. xxix. quod beata virgo vouit virginitatem suam Deo: quia laudabiliora cæteris paribus sunt quæ fiunt ex voto. Non tamen vouit absolutè ante desponsationem: quia ante christi ortũ Dei populus carne propagabat: sicut modo per baptismũ ideo generationi oportebat insistere. Dicit tamẽ sanctus Tho. in. iiij. di. xlix. quod O Helias & Hieremias traduntur semper fuisse virgines quia licet tunc virginitas non esset in tanto pretio, vt modo: tamen dicit. S. Tho. iij. di. xxxiij. quod post sufficiẽtem multiplicationem humani generis fuit licita in lege Moysi. & naturæ integre: non autem ante sufficientiam tale. Sed quia vt dicit in tertia parte videbatur lege prohibita: ideo vouit cõditionatè, si deo placeret. Quo cognito post despõsationem per diuinam inspirationem vouit absolutè de communi cõsensu antequam solutaretur ab angelo. Vnde dixit angelo (quia virum non cognosco) quod non dixisset, si votum virginitatis nõ habuisset. Sciens ergo beata. Maria votum suum ait ad angelum: (quomodo fiet istud?) Ambrosius. Temperatior est ista responsio, quam verba sacerdotis: qui ait. Vnde hoc sciam? Negat ille se credere: & Q quasi fidei adhuc alium quærit autorẽ: ista se facere profitetur, nec dubitat esse sciendum, quod quomodo fieri possit inquirit. Legerat Maria: ecce virgo concipiet, & pariet filium: ideo credidit futurum: sed quomodo fieret ante nõ legerat. Non enim quemadmodum fieret, vel prophetæ tanto fuerat reuelatum. Tantum enim mysterium non homi

A minis fuit, sed angeli ore promendum. Hæc ille. Qui videt velle quod Esaias præsciuerit quidem virginem paritu-
ram sed ignorauerit modum: an, scilicet virtus Spiritusancti suppleret vicem masculi, vel aliter. (Quoniam virum non cognosco) secundum Greg. Nazan. in hoc innuit quod suum corpus, quasi quoddam sacrificium, obtu-
B lerat deo. ¶ Moraliter docemur quantã sollicitudinem debeat quisque habere implendi votum suum, siquid est Deo promissum: quia virgo licet ab angelo ex parte Dei moueretur de filio concipiendo tamen in oppositum allegauit votum suum. Item quantum placeat deo, quod homo adhibeat fidem dictis suis: quia maria credendo meruit edoceri, & eligi in matrem. Vnde ait Helisabeth. Luc. j. Beata quę credidisti: quia
C perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino. E contrario infidelitas, ei valde displicet: vnde percussit Zachariam incredulum, vt patet Luc. j. Quantum ad quartum ait Grego. Consydera qualiter virgini soluit dubium angelus, & explanat intemeratum connubium, & ineffabilem partum. Sequitur enim. Et respondẽs angelus dixit ei Spiritussanctus superueniet in te. Hęc ille. Q. d. se-
D cundum Chry. Noli quærere naturalem ordinem, qui est per concubitum viri imò si virum cognouisses, electa non fuisses. Notanter autem dicitur, superueniet, quia vt testatur Nico. de Lyra. prius in eam venerat, eam à peccato originali mundando adhuc dum esset in vtero, vt communius exponitur Eodem modo exponere docet Magister sen. iij. dist. iij. dicens. Mariam quo

que totam Spiritussanctus in eam præ E ueniens à peccato prorsus purgauit, & à fomite peccati etiam liberauit, vel fomitem ipsum penitus euacuando, vt quibusdam placet vel sic debilitando, & extenuando, vt ei peccandi occasio nullatenus postmodum extiterit. Hæc ille. Pro his vide Sanct. Thom. iij. par. quæst. xxij. &. iij. dist. iij. Deinde superueniet secundum maiorem gratiæ plenitudinem in conceptione filii. Nam F vt docet Sanct. Thom. vbi suprà cum in vtero matris esset: tantam accepit abundantiam gratiæ quod fuit ab originali mundata, & fomes id est inclinatio habitualis ad malum remansit in ea ligatus. In ipsa verò conceptione Christi, in qua debuit primò apparere immunitas à peccato, fuit ab ea fomes sublatus ex toto, quia ex prole in matrem facta est redundantia immuni- G tatis: vnde dicitur Ezechi. xliij. Gloria Dei ingrediebatur per portam orientalem, id est virginem, & terra, id est caro virginis, splendebat à maiestate eius, scilicet domini Iesu Christi. Sequitur (& virtus altissimi) id est Christus: qui secundum Chrys. altissimi. regis virtus est obumbrauit tibi.) hoc autem tripliciter exponit. Nam Grego. xviij. mora. exponit hoc dupliciter sub H his verbis dicens. Per obumbrationis vocabulum, incarnandi Dei vtraque natura significatur. Vmbra enim à lumine formatur, & corpore. Deus ergo per diuinitatem lumen est. Quia ergo lumen incorporeum in eius erat vtero corporandum, recte ei dicitur: virtus altissimi obumbrabit tibi id est corpus in te humanitatis accipiet incorporeũ

I lumen diuinitatis. Hoc etiam Mariæ dicitur propter mentis refrigerium cælitus datum. Hæc ille. Qui intendit primò sic dicere. Obumbrabit tibi, id est, vmbram faciet in te, per lumen deitatis, & corpus humanitatis. Et secundo. obumbrabit tibi, id est, per gratiam refrigerabit mentem tuam: totaliter auferẽdo à te æstrũ concupiscent ę. id est fomitem: & dando cælestem consolationem. Ac si diceret: Pudori tuo ne timeas: quia castior, & purior remanebis. Grego. autem Nazan. exponit sic. Nam sicut vmbra demonstrat figuram corporis à quo procedit, ita filius in carne demonstrat paternam, seu formatiuam virtutem ideo corpus Christi assimilatur vmbrę, quia in eo erant iudicia formãtis diuinitatis. Sequitur. (Ideoq; quod nascetur ex te sanctum) non dicit sanctus homo, vel sanctus Deus: sed sanctum neutraliter, vt complectatur vtrunque: & sanctum absolutè, vt intelligatur quod persona nascẽs intelligitur vniuersaliter omnem sanctitatem habere. Hac enim ratione dicitur etiam deus absolutè, qui est. Exo. iij. vt intelligatur vniuersaliter habere in se totam perfectionem essendi. Sequitur (vocabitur filius Dei) scilicet Dei patris, & hoc per naturam, non per adoptionem: vt alii Greg. Tu autem attende qualiter virgini totam Trinitatem angelus edidit: dum Spiritum sanctum commemorat virtutem, & altissimũ. Hæc ille. Sed quia, vt dicit Chry. ista sunt alta, & profunda, ideo subdit exemplum sensibile dicẽs. (Et ecce Helizabeth cognata tua) id est consanguinea. Vbi aduertendum est quod vt idẽ dicit angelus non commemorauit mulieres antiquas puta Saram, Rebeccam aut Racheliẽ, sed p̃sentes, vt magis coroboraret virginem. Et eadem de causa secundum eundem cõmemorat ætatem dicens: (& ipsa concepit filium in senectute sua:) & defectum naturæ, cũ subdit (& hic mensis est sextus illi, quę vocatur sterilis.) est autem notandum secundum eundem, quod non statim à principio conceptionis Helizabeth angelus apparuit virgini: sed sexto mense, vt grauis aluus præberet argumentum. Et nota etiã quod iste sextus mensis est. Martius, qui sextus est à conceptione præcursoris: non computatis vltimis diebus septembris secundum morem scripturæ vt dicit Gorram, quæ non consueuit computare nisi menses integros. vel, vt idem dicit, est sextus computando more hæbreorum, qui nõ incipiunt à capite mensis, sed lunationis. Est autem dubium quomodo helizabeth potuerit esse cognata, id est consanguinea eius à cognatione, quia beata virgo fuit de tribu Iuda, vt sancti, & histo. tradunt: & Helizabeth de tribu Leui quia fuit de filiabus Aaron, Luc. j. Ad hæc dico quod secundum scripturam tribus Leui, & Iuda: siue tribus sacerdotalis, & regia fuerunt mixtæ: eo quod Leuitæ non haberent hæreditariam possessionem, & consequenter ex tali matrimonio non confundebantur tribuum sortes, propter quam confusionem tollendam prohibitum erat matrimonium inter tribum, & tribum. Sciendum est ergo quod secundum historias duæ fuerunt sorores: scilicet Anna & Ismeria. Et secundum Beatum Hiero. vna earum. i. Anna, & consequenter reliqua fuit de Betlheem, quæ est de tribu Iuda. Ismeria ergo genuit Helizabeth ex aliquo viro de tribu Leui. Anna verò tres habuit viros: ex quorum quolibet vnam genuit filiam, nomine Mariam. Et primam quę Christum peperit, genuit ex Ioachim, qui fuit de tribu Iuda. Vnde versus, Anna solet dici tres concepisse Marias. Quas genuere viri, Ioachim Cleophas Salomeq;. Has duxere viri Ioseph, Alpheus Zebedeus. Prima parit Christũ, Iacobum secunda maiorem. Et Ioseph iustum peperit cum Simone Iudã. Tertia maiorem Iacobũ, volucremq; Ioannem. Finaliter autem angelus concludit virgini dicens. (Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum) Deus enim secundum doctrinam sanctorum potest omne, quod contradictionem non implicat. Ista autem sola quæ implicant contradictionem Deus nequit, sed talia non possunt mente cõcipi, & si possint ore proferri: vt testatur Arist. iiij. Metaphificæ: puta quod aliquid sit & non sit: & cõsequenter talia non possunt dici verbum cordis, id est conceptus. Deus ergo quamuis, non possit contradictoria, tamen potest omne verbum id est, omne quod concipi potest ab homine vel angelo, vel etiam à seipso. Auditis ergo his virgo mẽtem suam cum summa deuotione submisit deo. Ambro. vide humilitatem virginis vide deuotionem. Sequitur enim. (Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini) Ancillam se dicit, quæ mater eligitur, nec repentina exaltata est promissione. Mitem enim humilemq; partura: humilitatem debuit etiam ipsa proferre. Hæc ille. Orauit autem vt dominus dignaretur implere, quæ dixerat: dicens. (Fiat mihi secundum verbum tuum.) Et tunc statim Christus fuit in eius ventre conceptus: & angelus secundum Bedam cælum repetiit.

¶ Moraliter in prædictis de multis instruimur, quæ Eusebius sub his verbis includit, dicens? Alius aliud quoddam in præsenti sermone virginis extollet apicibus: hic quidem constantiam, hic obedientem promptitudinem, alius quod non allecta est tam splendidis, & arduis per magnum Archangelum promissis pollicitis: alius quòd non excessit modum in dando instantias, sed æqualiter cauit Euæ leuitatem, Zachariæ inobedientiam, mihi autem humilitatis profunditas non minus conspicitur admiranda. Hæc ille.

Feria sexta post Dominicam .iij. Aduentus.
Luc. j.

EXurgẽs Maria abiit in montana, cum festinatione in ciuitatẽ Iuda: & intrauit in domũ Zachariæ, & salutauit helizabeth. Et factũ est vt audiuit salutationem Mariæ Helizabeth, exultauit infans in vtero eius. Et repleta est Spiritu-sancto Helizabeth, & exclamauit

uit voce magna,& dixit? Benedicta tu in mulieribus,& benedictus fructus ventris tui: & vnde mihi hoc, vt veniat mater domini mei ad me. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et K beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à domino, Et ait Maria: Magnificat anima mea dominũ. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

L EXVRGENS MARIA abiit in monotana &c. Luc. j.) Sicut dicit Lucas postquàm angelus habuit virginis consensum discessit ab illa. Maria autem quia audierat ab angelo, secundùm Ambrosium, quòd Helizabeth cõcepisset. statim præ gaudio ad visitandum illã perrexit, vt tangitur in præsenti euangelio. In quo sunt tria puncta. quæ sunt Visitatio, Exultatio, & gratiarum Actio. Quantum ad primum di- M citur. (Exurgens autem Maria) à quiete orationis. & contemplationis, cui in sua camerula vocans cùm deo, & angelis versabatur. (abiit in mõtana) Iudee. vbi erat Hierusalem (cum festinatione) & hoc propter gaudium, secundùm gloss. vel quia Iesus secundùm Ori. festinabat sanctificare Ioannem adhuc existentem in vtero. Vel secundùm Ambrosium ne diu moraretur in publico: quia scilicet virgo solitudini vacare solita erubescebat in publico (in ciuitate Iuda.) Hæc ciuitas secundùm Bedam & mag. hist. est Hierusalem. Vnde vt idē magister dicit: hic Iuda stat pro regno, & non pro tribu, quia Hierusalem non fuit in tribu Iuda, sed beniamin. Et reuera confinia Iudæ. & beniamin transibat per Hierusalem, vt patet Iosue. xv. & xviij. sed tamen maior pars ciuitatis erat in tribu Beniamin, & minor in tribu Iuda (& intrauit in domũ Zachariæ) vt seruiret prægnanti Helizabeth: secundùm Ambrosium & glo. Vel secundùm Chry. vt conferret cum Helizabeth de his ita mirandis quæ aliis dicere nolebat. tum quia fidem non adhibuissent, tum quia dixissent eam iuuenelle palliare peccatum. Vnde, vt dicit Greg. ad solam confugit Helizabeth. Vñ subditur (& salutauit Helizabeth.)

¶ Moraliter Maria concipiens Iesum ideſt anima pœnitens statim vadit in montana ideſt ad conuersationem cælestem: in ciuitatem Iuda ideſt confitentium domino ideſt vicario domini sua peccata confitetur. Item moraliter docẽtur hic virgines: ad quod Ambro. tradit di. Discite virgines non demorari in plateis, nõ aliquos in publico miscere sermones. Discite vos sanctæ mulieres sedulitatem, quàm prægnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam enim quæ sola in intimis penetralibus versabatur: non à publico virginitatis pudor: non à studio asperitas montium: non ab officio prolixitas itineris retardauit. Discite etiam virgines humilitatem Mariæ, venit propinqua ad proximam: iunior ad seniorem: nec solùm venit,

A nit. sed & prior salutauit. Decet enim vt quanto castior virgo, tanto humilior sit, nouerit que deferre senioribus: sit magistra humilitatis in qua est professio castitatis. Hæc ille. ¶ Quantum ad secũdum, sciendum est quòd circa istam exultationem præcursoris est dubitatio. Vtrum facta fuerit à deo præcursore hoc nesciente: vel fuerit in eo miraculosè acceleratus vsus rationis, & libe B ri arbitrii? Augusti. ergo ad dardanum hoc sub dubio derelinquit di. quòd siue sic, siue sic factum sit vtrunque diuinæ omnipotentiæ ascribendũ est: ¶ Græcus vero expositor sentit: quòd Ioannes tũc habuit rationis vsum. Ait enim prophe ta parente acutius videt, & audit: salutatque prophetatum. Hæc ille. Item videtur Ambros. sentire: sed tamen hoc non dicit expresse: quia verba eius faci C liter possunt exponi, ad oppositum sensum. Sanctus autem doctor tenet quòd vsum rationis tunc non habuit, aut liberi arbitrii. vt patet tertia parte quæstio. xxvij articu. sexto. & hoc ideo. quia August. ad illam partem declinat: quia dicit euangelium. Exultauit infans: & non dicit credidit. Exultare enim etiam pecorum est, iuxta illud psalmus. Montes exultastis sicut arietes. Vnde dicitur D (& factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Helizabeth exultauit in gaudio infans in vtero eius.) ¶ Est autem rursus sciendum: quòd tantùm quatuor fuerunt in vtero sanctificati. Primus est christus. vt patet Luc. primo Deinde. beata virgo. Et licet hoc scriptura non dicat, tamen sic creditur: quia non fuit in gratia minor Hieremia, vel Ioanne. Tertius fuit Hieremias. Et quartus Ioannes: Et licet videatur Augu-dubiè lo E qui ad Dardanum de horum duorum sanctificatione, tamen vt dicit sanctus Thom. vbi suprà sic tenendum est: quia de Hieremia dicitur Hieremi. primo an tequam exires de vulua sanctificaui te. Et de Ioanne Luc. primò Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Origenes. Non ante repletus fuerat spiritusancto, donec assisteret, & christum gerebat in vtero. Tunc autem F & spiritu erat plenus, & resultabat in parentem. Vnde sequitur: (& repleta est spiritusancto Helizabeth) Non autẽ dubium est: quin quæ tunc repleta est spiritusancto: propter filium sit repleta. Hęc ille. Dicitur autem repleta: quia magnus impetus amoris, & spiritusanctus inuasit eam: quia ad istum effectũ concurrit Ioannes: & præsentia Christi: & ipsa oratio virginis salutantis? Sa- G lutatio enim includit deprecationem, & petitionem aliquam pro salutato. Ideò subditur (& exclamauit voce magna) cordis, & corporis (& dixit? Benedicta tu inter mulieres). ideſt super omnes mulieres. Orige. Nulla enim fuit vnquàm tantę gratiæ particeps, aut esse poterit. Vnius enim diuini germinis parens est vnica. Hæc ille (. & benedictus fructus ventris tui) secundũ Theo. H ideo est benedictus, quia sine peccato conceptus. Ideo ergo illud subiungit: q. aliæ sanctę fœminę genuerunt filios quidem, sed non sine peccato. Vel, secũdùm eundem, ideò hoc subiungitur, quasi assignando causam benedictionis Mariæ inter omnes mulieres. Nam in scriptura aliquando, vt dicit idem ly, & stat pro quia. ¶ Sciendum verò ex

sancto

I sancto Thom. Rom. decimosecundo libro tertio quòd benedicere contingit tripliciter. scilicet enuntiatiuè laudando: & imperatiuè causando bonum in persona benedicta: & optatiuè desidera do. Licet igitur imperando solus deus benedicat per authoritatem, & sacerdos per ministeriumstamen primo modo possumus deum, & creaturam benedicere, & ab eisdem benedici. Et si-
K militer tertio modo: licet deo propriè non optemus bonum, nisi extrinsecè optando gloriam eius creaturarum sciamus illum omnia habere, quæ habere potest: sed congaudemus ei. Sic ergo patet quomodo benedictio competat, & virgini & fructui eiusdem. Fructum autem ventris Mariæ, dominum dixit, secundùm Origenem. Vnde sequitur (& vnde hoc mihi, vt veniat ma-
L ter domini mei ad me) secundùm Ambrosium hoc non dicit quasi ignorans, cum sciret esse spiritussancti opus: vt sanctificaretur præcursor: sed vult dicere se hoc non promeruisse. Sequitur (ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo.) Ista exultatio, vt dictũ est, fuit diuinitus in infante: non humanitus ab infante per
M vsum rationis. (& beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino.) Ex his autem patet, secundùm Orige. quòd Helizabeth fuit tacta à spiritu prophetico de præterito, & de præsenti, & de futuro. quia cognouit Mariam credidisse angelo, & esse redemptoris matrem, quem vocauit dominum suum, & perficienda esse diuina promissa. Quanuis posset dici, quòd ex lætitia Ioannis A arguitiuè cognouit adesse eum, cuius secundùm angelum erat præcursor: & hoc in spiratione diuina licet non prophetica. Primum tamen est melius, quia dicitur fuisse repleta spiritussancto. Et dicit gloss. quòd repleuit eam filius suus: non quidem authoritate, vt deus: aut ministerio, vt exibens sacramenta: nec merito, vt ieiunans pro aliB quo: sed priuilegio: quia scilicet deus O repleuit matrem gratia filii ideò vt esset idonea mater tanti filii. vt videtur velle Gor. dixit autem Mariam beatam, quia crediderit: eo quòd fides valeat, secundum Gor. ad multa. Primò ad cognoscendum diuina, sicut lux ad videndum colorata. Esa. septimo secundum aliam literam, nisi credideC ris non intelligetis. Secundò. ad defendendum cognita. sicut notitia ad defen P dendum vera. psalm. Credidi, propter quod locutus sum. Epheſi. sexto In omnibus sumentes scutum fidei. Tertio ad imperandum miracula, sicut consensus ad contrahendum coniugia. Ioannis vndecimo Si credideris videbis mirabilia. Vnde etiam hodie deuoti vident miranda: quæ increduli videre non merentur: quia scilicet non credunt, cùm tamen habeant sufficienQ tem causam credendi: vt pote, quia vident miracula apostolorum, & christi in suo effectu: id est subiugatione Romæ, & Romani imperij, & mundi conuersione, & apostolorum, ac euangelistarum, atque doctorum conscriptione, quia si gentilibus idololatris conscribentibus historias fides adhibetur: quare non adhibeatur christianis,

A stianis, maxime talibus, quales prædicti fuerunt? Quartò ad sustinendum aduersa: sicut firmum fundamentum ad standum contra tempestuosa. Sap. decimosexto. Sermo tuus hos, qui credunt in te, confirmat. Et secunde ad Thimoteum primum Patior, & non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum. Quintò, ad viuendum in gratia sicut radix ad viuificandum arB busta. Abac. secundo Iustus in fide viuit. Sextò, ad vitandum pericula extrema: sicut aspectus iaculi ad vitandum illud. Ioannis vndecimo Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum scilicet morte infernali. Et licet hoc faciat fides formata charita-
C te: tamen etiam informis maximè ad hoc confert: sicut ad recedendum à malo. Septimò, ad lucrandum gaudia æterna: sicut adoptatio in filium ad habendum bona paterna. Mar. quadragesimo Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit.

¶ Moraliter docemur, quòd anima concipiens Iesum, & in alta se recipiens per contemplationem: & sanctam, siue cæleſtem conuersationem lętificat Helizabeth, & Ioannem. Helizabeth
D enim interpretatur, dei mei salus: & significat deum saluatorem. Ioannes verò interpretatur, cui datum est, vel in quo est gratia: & significat angelos, & alios beatos habentes gratiam consummatam: qui omnes super sanctitate nostra lętamur.

¶ Quantum ad tertium est sciendum quòd consueuerunt antiqui patres, quãdo aliquod beneficium singulare recipiebant à deo, facere canticum aliquod ad gratias reddendas. Vnde submersis E Aegiptiis in mari rubro: cantauit Maria soror Moysi canticum decens. Cantemus domino. Exodi decimoquinto. Similiter Anna mater Samuelis cum esset sterilis cantauit pro Samuele filio dicens: Exultauit cor meum in domino primi Reg. secundo capitul. Simi liter cantauit Zacharias pro Ioanne dicẽs Benedictus dominus deus Israel. Luce primo Et similiter multi alii. Vn F de & quidam dicunt quòd propterea egrotauit Ezechias vsque ad mortem. quarti Reg. vigesimo. quia tanquàm ingratus non cantauit domino, quando prostrauit exercitum innumerabilem. Sennacherih. quarti Regum. decimonono. Sic etiam beata virgo cantauit: ideò dicitur (& ait Maria) Istud est virtualiter titulus cantici. Intitulatur enim canticum Mariæ. (Magnificat G anima mea dominum) quasi diceret. O Helizabeth tu me magnificas: sed ego magnifico ideſt laudo dominum attribuens eius bonitati omnia hæc. Vel secundùm Gregorium anima Mariæ dominum magnificat: quando ipsa seipsam fructibus bonorum operum ad dei laudem exornat. Vnde dicit. Origenes. quòd deus in se neque magnificari, neque diminui potest: H sed dicitur magnificari, magnificata sua imagine, hoc est, anima (& exultauit.) Exultare extra salire est: & certè significat immensitatem gauditantam esse, vt non possit in secretoi subticere & celari, sed signis manifestetur. (spiritus meus) id est anima mea secundùm Dol. Basilium. Sciendum est enim quòd, vt colligitur

ex

Ex ſancto Tho.j.q.xxxvj.art.j.dſt.x.& iiij.contra.c.xviii. ly ſpiritus impoſitum eſt ad ſignificandam ſubtilitatem naturæ alicuius, quæ ſubtilitas attenditur per remotionem à materia. vnde propter ſubtilitatem incorporeã.id eſt, Deum : angelum, & animam dicimus ſpiritus. Inde eſt etiam quòd amantes, & concordes dicimus eſſe conſpiratos, vel vnius ſpiritus:quia etiam dicimus K eos eſſe vnum cor, & vnam animam, dicente Ariſto,ix.Eth.quòd proprium eſt amicorum vnam animam in duobus corporibus eſſe. Corpora etiam aliqua propter ſubtilitatem dicuntur ſpiritus : vt aer, & Adam alia corpora in animalibus ex alimentis generata. Et inde eſt quòd attractio aeris, & expulſio dicitur inſpiratio & reſpiratio. Et inde etiam ventus dicitur ſpiritus. L Et vt dictum eſt ſubtiliſsimi vapores, per quos animæ virtus diffunditur ad corporis partes.Igitur beata virgo hic ſpiritum dicit animam, quantum ad partem ſuperiorem,id eſt, vt eſt intellectualis : & communicat cum angelis (tu Deo.)In hoc virgo docet ſuum decantare:& ſuum gaudium non eſſe vanum, ſed eſſe in Deo.i.de Deo.Cogitans enim diuinam pietatem,& beneficium exhibitum à Deo,& exhibendum M humano generi : gaudẽs de ſuo,& aliorum ſpirituali bono exultauit(ſalutari meo.) Salutare idem eſt quod ſaluator. Et in hoc ipſa dicit Chriſtum pro ſe quoque veniſſe moriturum. Vnde Chriſtus dicitur redemptor omnium. Deinde ſubiungit cauſam ſuæ laudis, & exultationis dicens (quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.)Humilis dicitur quaſi humi accliuis, ſiue ad terram inclinatus. Humilis ergo eſt aliquis dupliciter. Vno modo per virtutem ſe ſponte propter Deum deprimendo : & de ſe non præſumendo magna.Iſto modo humilitas eſt virtus : & humilis virtuoſus. Alio modo aliquis eſt humilis per neceſsitatem : vt quia eſt pauper vel tribulatus & iſte non eſt virtuoſus : quia ipſe non ſeipſum humiliat:vnde verius dicitur humiliatus, quàm humilis : nec humilitas iſto modo eſt virtus. Iſto modo loquebatur Daniel.iij.c.dicens, Humiles ſumus in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra.Beata ergo virgo,ſecundũ græcum expoſitorem, & Aug.& Orig.Bedam.& Bernardum & communiter ſecundum omnes:loquitur de humilitate quæ eſt virtus.Vnde ſenſus eſt.Bene laudo,& meritò exulto : quia Deus reſpexit.i.approbauit humilitatem ancillæ ſuæ : ex me ſumendo carnem. Nec iſta dicit ad iactantiam : ſed ad oſtendendam veritatem ad Dei laudem, & commendationem humilitatis:quia vt dicunt ſancti : plus fuit diſpoſita, vt eſſet Dei mater, quàm ex quacũque alia virtute. Poſſumus autem etiam exponere de humilitate,ſecundo modo,quæ eſt quædam modicitas & obſcuritas. Beata enim virgo erat modica, & obſcura, quo ad homines mundi,qui eius merita neſciebant:ſed Deus exaltauit eam ſuper omnes mulieres. Ideo dicit. Bene laudo,& merito exulto:quia deus reſpexit oculo pietatis & clemẽtiæ humilitatem.i.modicitatem,& obſcuritatem ancillæ ſuæ. Secundum autem vtrunque exponendi modum meritò ſubiung

A ſubiungitur quædam eius prophetia de futuro. cum dicitur (ecce enim ex hoc)id eſt ab hinc,ſeu ex hoc tempore: vel ex hoc : id eſt propter hoc beneficium quod Deus mihi contulit. (Beatam me dicent omnes generationes) non ſolùm fidelium : ſed & infidelium: nõ hæbraicorum:ſed etiam latinorum, & græcorum.Sciendum enim quòd generatio aliquando ſumitur pro popu- B lo:vt ſi dicamus Iudæos eſſe vnam generationem, & gentiles aliam,& Chriſtianos aliam.Aliquando verò ſumitur pro ætate maximè qua conſueuit vnus homo durare:ſicut Geñ.xv.dicitur.Generatione quarta reuertentur huc. Et vtrunque modo loquitur virgo. Nam magnificabitur in populo Dei : quandiu durabit iſta vita,& futura:& ſimiliter magnificabitur ab omnibus po- C pulis. Nam ſaraceni in ſuo Alchorano habent ſcriptum:& ſunt verba Mahumeti : Dixerunt angeli ad Mariam. O maria Deus elegit,& purificauit te,& elegit te ſuper mulieres ſeculorum. Et multa alia ad laudẽ eius vtpote, quòd eius filius fuit verus propheta : & quòd viuus cœlum aſcendit : quòd venturus eſt iudicare viuos,& mortuos : & ſimilia. Vnde apud eos blaſphemans eam D grauiter punitur. Iudæi quoque perfidi beatificant eam multipliciter. Primò quidem quando conuertuntur. Secundò in ſcripturis quas in ſynagogis legunt quæ illam laudant. Tertiò,laudabunt in fine ſeculi, quando omnes conuertentur. Quartò, laudant eam in ſuis hiſtoriis : quia Ioſephus Iudæus valde magnificat filium eius.xviij.lib. antiqui.c.ix.dicens : Fuit iiſdem temporibus Ieſus ſapiens vir : ſi tamẽ eum E virum nominare fas eſt.Erat enim mirabilium operum effector.& doctor omnium eorum hominum, qui libenter audiunt quæ vera ſunt. Et multos quidem Iudæorum:multos etiam ex gentibus ſibi adiunxit. Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtræ gentis virum cum Pilatus in crucem F agendum decreuiſſet:non deſeruerunt, hi qui ab initio eum dilexerunt.Apparuit enim eis tertia die iterum viuus, ſecũdum quòd diuinitus inſpirati prophetæ, vel hæc, vel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerant. Sed & in diem hodiernum Chriſtianorum,qui ab ipſo nuncupati ſunt,& nomen perſeuerat,& genus.hæc ille.Propter tales ergo laudes lætatur virgo nõ inaniter:ſed inquantum in talibus laudibus reſultat honor Dei,& bonũ ani- G marum.Subdit autem ſecũdum Theo. cauſam quare laudanda foret dicens. (Quia fecit mihi magna) Theo. Quæ tibi magna fecit? Credo.vt creatura æderes creatorẽ,famula dominũ generare : vt per te mundũ Deus redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reuocaret.Hæc ille.Vel ſecundum Titum (fecit ei magna) vt eſſet virgo & mater:non cuiuſcunque,ſed Dei. Hæc H enim eſt vera, & catholica ſententia. Maria eſt verè, & propriè mater Dei. vt patet per.S.Tho.iij.parte.q.xxxv.& q.xxxv.&.iij.diſt.iij.&.iiij.contra cap. xliij. Subiungit autem quis iſta fecerit:quia eſt ille(qui potens eſt).i.ſimpliciter ſine limitatione.i.omnipotens (& ſanctum nomen eius) non ratione ſyllabarum:vt dicit Hylar.ſed ratione

rei significatæ. Est enim sanctus Deus in se: & effectiuè. quia alios facit sanctos. vnde dicitur sanctus sanctorum. Sicut enim docet. S. Tho. iiij. q. lxxxi. art. viij. Sanctitas dicit duo. Primò, dicit munditiam à peccato: quòd patet. Nam agios græcè quod latinè dicitur sanctus: ab a quod est sine: & gion siue ge (vt aliis placet) quod est terra. Et sanctus latine secundum Isidor. dicitur quasi sanguine tinctus: sanguine, inquam, hostiæ ad purificandum. Secundò, dicit firmitatem. Vnde antiqui dicebant sancta quæ ita erant lege munita, vt nullo modo liceret ea violare. Deus ergo est sanctissimus: qui nec habet, nec habere potest iniquitatem. Deinde beata virgo conuertit se, secundum Bedam, à specialibus donis à generalia dicens (& misericordia eius à progenie in progenies). i. secundum eundem Bed. non solum mihi contulit Deus dona: sed omni tempore vsque in æternum largitur beneficia. Sed ista beneficia non exhibet omnibus: secundum Græcum expositorem: sed (timentibus eum) qui. s. in timore casto, & filiali seruiunt Deo. Sed ista verba Græci oportet intelligere de collatione gloriæ & gratiæ. Nam Deus malis multa præstat alia beneficia: tam quo ad bona fortunæ, quàm quo ad bona naturæ. Quia verò non omnes timent Deum, ideo beata virgo prophetando de futuro, & tamen vtens verbo præteriti temporis: eo quòd talia ita haberet certa acsi peracta iam fuissent: subiungit (Fecit potentiam in brachio suo). i. Christo, seu filio suo secundum Theo. & Bedam. Deus enim pater per filium operatur: sicut homo per brachium. Vel, verbum Dei dicitur brachium, secundum alios: quia sicut brachium est à corpore, & manus ab vtroque: ita filius, & à patre, & spiritussanctus ab vtroque. In Christo ergo fecit potentiam Deus: quia eum fecit potentem. Vel per potentiam intelligitur effectus potentiæ: puta victoria de inimicis, quam Deus fecit in brachio. i. per brachium suum, per quod omnia facta sunt. In brachio igitur suo. i. in Christo fecit potentiam. i. opera miræ potestatis. Primò mundum creans, quia omnia per ipsum facta sunt. Ioan. j. Sicut artifex fecit scutellam de luto per conceptum suum: filius enim Dei est conceptus seu verbum patris. Vnde Esaiæ. xlviij. Manus mea fundauit terram: & dextera mea mensa est cœlos. Et Eccles. xxxviij. In brachio suo formabit lutum. Secundò, diabolum, & suos deiiciendo à regno quod super homines sibi per tyrannidem vsurpauit. Psalmista tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio tuo dispersisti inimicos tuos. Tertiò, mundum redimendo non solum à potestate diaboli, sed ab omni malo culpæ: & penaliter etiam pœnæ. Psal. Redemisti in brachio tuo populum tuum. Quartò, ouem perditam in cœlum reportando. Esa. iiij. In brachio suo congregauit agnos. Quintò, totum mundum iudicando. Esa. vj. Brachia mea populos iudicabunt. i. Christus & assessores in iudicio vniuersali. s. apostoli, & alii, qui paupertatem voluntariam seruauerint. Sextò, Iudæorum regnum euertendo: & Iudæos superbos & obstinatos per mundum dispergendo. Vnde subditur (dispersit superbos mente cordis sui) id est superbos in mente sua, quamuis haberent humilitatem ad extra: vt Iudæi: & maximè Pharisæi, Hypocritæ. Et per superbos secundum Theo. & Cyril. non solum Iudæos: sed etiam demones possumus intelligere quos Christus moriendo separauit, & ab eis abstulit predam: id est iustos in inferno detentos, detinentes demones effugando. Ferè autem eadem sententia sub aliis verbis subiungitur, cum dicitur (deposuit potentes) id est potestate abutentes. Potestas enim est à Deo: vt patet Roma. xiij. sed abusus eius à diabolo, & malitia humana (de sede, & exaltauit humiles) quæ exponens Cyril. ait, magna sapiebant demones, & diabolus gentilium sapientes: Pharisæi, & scribæ. Hos tamen deposuit, & erexit humiliantes se sub potenti manu Dei: dans illis virtutem calcandi serpentes: & scorpiones: omnémque potestatem inimici. Erant & quandoque Iudæi potestate superbi: sed prostrauit hos incrudelitas, ex gentibus autem ignobiles, & humiles per fidem ad apicem conscenderunt. Hæc ille. Vel secundum Græcum, deposuit potentes demones dominus de sede. i. de voluntate humana: cui insederant merito peccati Adæ: & exaltauit humiles. i. homines humiliatos à diabolo. Quod verò sequitur (esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes) duplicem habet expositionem literalem. Primò enim exponitur secundum glos. & Basilium. de esurie, & diuitiis corporalibus: quia Deus plerunque humiliat vnum, & subleuat alium, pauperem facit eum, qui erat dives: & ditat pauperem, vt dixit Anna. j. Reg. ij. Alio modo exponitur de esurie spirituali: quæ erat in toto mundo excepta Iudæa. Totus enim mundus esuriebat veritatem diuinæ cognitionis, & illa non habebat cum seruiret idolis. Hac veritate erant Iudæi pleni, propter scripturas, & dimissi sunt inanes propter infidelitatem, vacui fidei veritate. E conuerso gentiles esurientes merito fidei sunt veritate repleti. Post generalia autem beneficia specialiter descendit virgo ad incarnationem filii Dei, dicens: (suscepit.) Hoc autem tripliciter exponitur. Primò, benedicendo sic: Israël, id est, populus Israëliticus suscepit puerum, id est, Iesum Christum suum, id est, sibi promissum: & sibi specialiter missum, & exhibitum. Et quia illum suscepit Israël, non recordatus supple est misericordiæ suæ, id est, sibi à Deo repromissæ, & præsentialiter exhibitæ. Iuxta illud Esa. ix. paruulus natus est nobis, & filius &c. Loquitur enim in persona illius populi, & de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Vnde idem Esa. lxiiij. Misérationum domini recordabor. Secundò, melius sic. Deus qui diuites dimisit inanes suscepit per incarnationem Israel non quasi totum illum populum assumpserit: sed quia assumpsit illam humanitatem Christi, quæ fuit de semine Israel: eo modo quo dicit Apostolus Hæbreos, cap. secundo. Semen Abrahæ apprehendit. Israel, inquam, puerum suum, scilicet,

I seruum humilem & obedientem. Et hoc quia ipse deus fuit memor misericordiæ suæ id est sibi consuetæ, & à se promæ Abrahæ & semini eius. Isti duo modi exponendi possunt haberi à Gorram, sed exponitur tertiò optimè. vt sit sensus secundum Bedam, & basilium. Deus suscepit ad amicitiam, & gratiã (Israel puerum suum) id est populũ Iudaicũ. qui in parte credidit, & si non K in toto, inquantum eum sibi per incarnationem sui filij reconciliauit: & non solũ ipsum sed totum mundum. Est autem sciendum, quod quilibet habet duplicem offensam contra deum. Vna est communis: quæ dicitur offensa, vel peccatũ naturæ, vt est peccatũ originale. Alia est propria, quæ dicitur personalis, vt peccatum actuale Deus ergo in christo reconciliauit sibimetipsi totum mundum, quo ad primam offensam: & quo ad secundã sufficienter: gapassio christi fuit sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis actualibus factis aut factibilibus, & pro originali. Non autẽ reconciliauit sibi totũ mundum efficaciter, quia sanguis eius non habet efficaciam nisi in his qui baptizantur, & conuertuntur ad deum. Non ergo suscepit Deus totum populum M Israel per recõciliationem efficacem, sed solum per sufficientem. Appellat tamen beata virgo populum istũ puerum dei. id est humilem, & obedientẽ, dicens puerum suum, hoc autem facit per secundam regulam superius assignatam: quia scilicet cum bonis aliquando laudantur mali. Istam autem reconciliationem, & susceptionẽ Deus fecit propter duo. Primò propter suam misericordiam. Secundò, propter promissionem quam fecerat patribus: præcipuè Abrahæ, dicens. Gene. xij. In te, id est semine tuo benedicentur vniuersæ cognationes. Hæc aurem duo tangit beata virgo dicens (recordatus) id est ad modum recordantis se habens (misericordiæ suæ. sicut locutus est) id est repromisit (ad patres nostros) scilicet patriarchas, & prophetas. Vnde subiungitur (Abraham, & semini eius) per semen autem eius scilicet Abrahæ, intelliguntur illi, qui sequuntur fidem Abrahæ. Quod autem subditur (in secula) referendum est ad illud, quod dixerat, suscepit, quia, vt dicit gloss. promissio hæreditatis nullo fine laudetur. Est ergo sensus (Derecordatus suæ misericordiæ suscepit Israel puerum suum in secula) id est æternum (sicut locutus est ad patres nostros) id est sicut dixit) Abrahæ & semini eius) Amen.

Sabbato post dominicam tertiam aduentus. Luc. iij.

ANno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris procurante Põtio Pilato Iudæam Tetrarcha autem Galilææ Herode: Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis & Lysania Abilenes tetrarcha sub principibus Anna &

A na & Caypha, factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Et Venit in omnem Regionem Iordanis prædicans baptismũ pœnitentiæ in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ pro B phetæ. Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur. & erunt praua in directa, & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare dei. C

ANNO QVINTODECIMO imperij Tyberij Cæsa. Luc. iij. (Hic incipit tertium capitulum euangelij Luc. In quo postquã egerat de his, quę circa Christum, & à Christo facta erãt vsque ad. xij. annum prætermissis omnibus gestis eius à. xij. vsque ad. xxx. transit ad narrandum ea quæ Christus D gesit tribus vltimis annis vitæ suæ. In præsenti ergo Euangelio tanguntur tria puncta: quæ sunt temporis assignatio: prædicatoris descriptio: & prædicationis explicatio. ¶ Quantum, ad primum literaliter sciendum est. Primò, secundum Chronicas. quòd Tyberius successit Octauiano Augusto: sub quo natus est Christ°, scilicet. xlij. anno imperij sui. Et similiter sub eodem natus est Ioannes bap. ante per dimidium annum. Augustus autem imperauit. lvij. annis, & mensibus septem: secũdum magistrum histo. Ex quo patet q anno. xv. imperij Tyberij Ioãnes fuit. xxx. annorum vel circa. Hoc aurẽ est tempus prædicationi debitum, quia tunc incipit vigere virilis ætas. Vnde Ioseph. xxx. annorum erat quando stetit coram Pharaone, Gene. xlj. & Ezechiel quando incœpit prophetizare, F Ezechi. j. Sciendum est secundo, quòd secundũ historias Herodes Ascalonita cum regnasset in Iudæa. xxxvij. annis mortuus est. Sub isto natus est dominus. & iste pueros innocentes occidit. Habuit autem sex hos filios, scilicet Antipatrũ ex Doside. Habuit etiã Alexandrum, & Aristobolum ex Marianne, vel mariamen. Ista Mariannes: secundum Iosephũ fuit immensæ pulG chritudinis, & castitatis: & immensè ab Herode dilecta, sed Salome soror Herodis suis detractionibus fecit eam suspectam de incontinentia, & eo vsque negotium productum est, quòd Mariamen rex decapitari fecit. Postmodum verò ex amore quasi insaniuit: & in solatium sui doloris ordinauit famulis, vt interdum per domũ regina Mariannes vocaretur. Nec cessauit lin-H gua. Salome donec filios Mariannes Alexandrum, & Aristobolum matri sociauit. Spargebat enim in populo, q stomacati essent animo aduersus matris interfectorem, ac tãdem eo vsque res acta est, q duo iuuenes nobilissimi, & doctissimi: vitã laqueo finierunt. Antipater quoque ab eodẽ morte dãnatus est: eo quòd exultauerit in vinculis

Universidad de Deusto Biblioteca

I culis nuntiata sibi, licet falso, morte patris. Habuit autem & alios tres, scilicet Archelaum ex Methaca: & Herodem Antipam, & Philippum ex Cleopatra. Quidam tamen dicunt ꝙ Philippus fuit ex Mariane. Mortuo ergo Herode magno seu Ascalonita dissentio fuit inter tres filios eius superstites de regno habendo Archelaus dicebat sibi regnum deberi merito ætatis: & K vltimi seu secundi testamenti voto. Antipas e couerso dicebat primum testamentum debere seruari, quia illud Herodes magnus fecerit mentis suæ compos. secundum verò fecerat mente alienatus. Et multa huiusmodi hinc inde allegata fuerunt. Tandem cæsar de consilio senatus monarchiam Herodis magni diuisit in quatuor Tetrarchias. Duas eorum dedit Archelao, sci L licet Iudæam, & Idumeam, & Samariã tertiam dedit Herodi antipæque Galileam: quartam verò. Philippo, scilicet Ituream & Traconitidem regionem. Vnde Archelaus, nunquã fuit monarcha, sed fuit Diarchus: & secundum magi. histo. ix. anno. sui principat⁹ fuit missus in exilium apud Viennã, vbi & mortuus est. Glo. tamen dicit eum. x annis regnasse. quia, scilicet tetigit de M decimo. Contra: quia alij dicunt quòd fuit missus Lugdunum. Ad hoc dicitur quòd successiuè potest quod dicũt isti fuisse: & quod dicit magister: cum quo est Iosephus. Si verò aliquando dicatur fuisse monarcha, intelligitur secũdum opinionem vulgi, & suam spẽ: vt dicit magister histo. quia Imperator promiserat ei, quòd efficeretur rex; si hoc mereretur. Et sic intelligitur dictum Augu. dicentis eum tenuisse monarchiam, quãuis dici possit quòd tenuit monarchiam id est principatum vnum, seu regnum: quia tenuit maiorem, & principaliorem partẽ eius Mortuo autem Archelao Iudæa regebatur per romanos præsides, quorũ primus fuit Pomponius. Secundus Marcus, Tertius annius Ruffus: quartus Valerius, Quintus Pontius Pilatus. De Lysania verò de quo hic fit mentio: quidam vt Bed. hic in glo. dicunt ipsum fuisse filium Herodis Ascalo. quidam vt Iosephus filium Ptolomei de Libano, & Alexandria sorore Antigoni filij Aristoboli filij Alexandri filij Iannis. Sed cuiuscũque filius fuerit non mutatur historiæ veritas. & potuit esse quòd duo fuerunt Lysaniæ, & de eo qui fuit Herodis filius agitur hic. His visis accedamus ad textum. Describẽs ergo Beatus Lu. tempus quo prẽcursor suam incœpit exercere prædicationẽ dicit anno. xv. Imperij Tyberij Cæsa. secundũ Grego. & Ori. in visionibus prophetarũ mentio fiebat solũ de principibus Iudæorum: vt cum dicitur visio Esaiæ in diebus Oziæ Ioathã Acham, & Ezechiæ regum Iuda. Sed in euangelio ꝙ gentibus, & Iudæis prædicandum erat vtriusque gentis principes cõmemorantur. Et quia, vt subiũgit Greg. Iudæa erat pro culpa perfidiæ dispergenda. Gentilitas verò perfidem in vnum colligẽda. In regno Iudeæ multi per partes principari dicũtur. In romana verò Republica tantũ vnus id est Tyberius. Omne enim regnũ in se diuisum desolabitur. (procurante Pontio Pilato Iudææ) secundum Nico.

A Nico. de Ly. Põtius est nomen ꝓpriũ, Pilatus verò est cognomen, ꝙ ex duobus suadet. Primò quia nomẽ propriũ cõsueuit præmitti cognomen. Itẽ quia Pontius pro nomine proprio est, valde vsitatum in Burgundia. Vnde fuit Pilatus qui fuit Lugdun. Quomodo autẽ sit cognominatus Pilatus non est certum. tamen legitur in quadam Histo. quod fuit spurius filius cuiusdam Re- B gis qui Tirus dicebatur: qui concubuit cum quadã muliere q̃ dicebaꝫ Pila filia cuiusdã molẽdinarij q̃ dicebaꝫ Atus: inde ex nomine patris, & filiæ filius filie est Pilatus appellatus, sed à Pontio insula quæ est vicina Cretæ accepit cognomen propter sagacitatẽ quã in ea vsus est, quicquid tã de hoc sit quod videbitur fabulosum, certũ est ꝙ tẽpore Tyberij procurauit id est gubernauit C Iudeã, & incepit, secũdum Be. guberna re anno. xij. Tyberij. & per. x. annos cõtinuos gubernauit eandem (tetrarcha autem galilææ Herode) scilicet existẽte. Monarchia dicitur vnus principat⁹ à monos quod est vnum, & archos princeps. Tetrarchia verò dicit quarta pars principat⁹, à tetras ꝙ ex quatuor: & archos inde tetrarcha dictus est qui erat princeps in quarta ꝑte vn⁹ princi D par⁹, vel regni, & talis fuit hærodes iste Antipas in regno Hẽrodis Ascalonitę. & similiter Philipp⁹ hui⁹ Herodis frater vnde subdit (Philippo autẽ fratre ei⁹ tetrarcha Iturææ, & Traconitidis regiõis) supple existẽte. Est aũt sciẽdũ ꝙ vt dicit. Bed. romani semoto Archelão de sua diarchia: ad minuẽdã Iudęorum superbiã: principatũ Archelai diuiserunt in duas Tetrarchias: & sic remanserũt, vt ait quatuor Tetrarchæ. s. E Pilatus, Hærodes, Phillipp⁹: & Lisania. Vnde subditur (Et Lisania) ꝙ est nomẽ viri (Abilinæ) q̃ secundũ Glo. interl. est, regio (tetrarcha) supple existẽte. Animaduertendũ est aũt ꝙ Bed. Pilatũ procuratorẽ largè tetrarchã dixit: cũ tetrarchia ex hæreditaria successione debeatur, nõ autẽ procuratoris officiũ. Et qa, vt ait Greg. redẽptor noster, quẽ Ioãnes prædicabat, simul rex fuit, & sa F cerdos, ideo tẽpora prædicationis Ioannis nõ solũ per regnũ: sed etiam per sacerdotiũ designãtur. Vnde subditur (sub principib⁹ sacerdotũ) nõ similiter sed successiue existentibus (Anna, & Caypha) Est autẽ sciendũ, vt testatur Iosephus, & Magister Histo. ꝙ tũc tẽporis sacerdotiũ, secundũ genealogiã, & generis dignitatẽ non dabaꝫ, vt erat mos in lege, sed palsim à Romanis vẽ- G debatur: adeo ꝙ nõ solũ singulis annis. sed etiã pluries in vno anno summus sacerdos mutabatur. Et ideo à. xv. anno Tyberij, in quo Ioannes incœpit prædicare: vsque ad. xviij. eiusdem: in quo passus est christus: fuerunt plures quàm duo summi sacerdotes. Fuerunt enim quinque secundum Bed. & Iosephum: sed secundum Bed. Annas fuit sacerdos summus quando Io- H an. incœpit prædicare: & Cayphas quando Chrystus est passus: ideo isti duo nominantur tribus in medio dimissis: & etiã quia duo contulerunt ad christi passionẽ ecce primũ. Sed moraliter hic instruimur, ꝙ qui suis se cõsolationibus propter deũ priuãt, merentur diuinas, vt Ioannes, qui in deserto recepit illuminationem prophe-

I ticam: vt hic dicitur. & similiter qui propter deum aggrediuntur aspera: vt fecit ipse & Esaias:& alii. Vnde Hiero. ad Amicũ de scientia legis. Dicat vnus quisq; quod velit: ego interim de me pro tenuitate mei iudicaui melius esse confundi coram peccatoribus super terram, quam coram angelis sanctis in cœlo: vel vbicunq; dominus iudicium: suum voluerit demonstrare.

K Esaias vir in sua gẽte nobilissimus, qui socer regis Ezechiæ fuisse refertur, iussu domini depositio cilicio nudus incedit: nec tam ardui præcepti pudore deterritus est, quo minus dei imperium sequeretur: quia nihil honestius esse homini, quam creatori suo parere iudicabat. Ioannes quoq; nobilis, & in carne, & in spiritu natus, cilicium à pueritia in habitũ: & locustas elegit in cibum:

L qui nec peccati conscientia, nec paupertatis inopia ad huius gloriam oneris, sed sola futura seculi beatitudine trahebatur. Hæc ille. Vnde non est mirum si fuerunt dei amici, & secretarii. ¶ Quantum ad secundum literaliter sciendum est, quod descriptio tempore prædicationis præcursoris describitur persona eius. Vbi aduertendũ est quod sicut dicit Ambr. volens beatus Lucas

M ostendere Ioannem esse prophetã: vsus est modo loquẽdi quo scriptura vtitur circa prophetas dicens (factum est verbum dei) Chryso. Verbum domini hic mandatum esse dicitur: quia non à se venit Zachariæ filius, sed à deo ipsum mouente. Hęc ille. Sequitur (super Ioãnem Zacharię filium.) Oportet autem hic dicere aliqua pro notitia huius personæ:& qualitate eius. Sciendum est ergo quod quidam, vt Be. Amb. & magister histo. dicũt istum Zachariam fuisse summum sacerdotem in pupillo Hebreorum, nec est aliquis sanctorũ: qui hoc neget, verumtamen Nico. de lyra. istud non approbat, sed tenet eum simplicem sacerdotem fuisse propter quod. Paulus burg. longam concertationẽ facit aduersus eundem Nico. Quæ autem sit veritas incertum est mihi: credo tamen quod esset distinguendum, sicut elicitur ex Gor. & Iac. de vora, qui dicit quod Dauid volens diuinum cultum ampliare, vt habetur. j. Paral. xxxiiij. ordinauit viginti quatuor summos sacerdotes, inter quos tamen vnus erat omnium illorum summus. Ex quibus videtur ꝙ summus sacerdos diceretur aliquis simpliciter, & iste erat tantum vnus: & secundum quid, & isti erant. xxiiij. qui dicebantur summi: quia non erant simplices sacerdotes, & fortè omnes erant æquales in ordine: sed vnus de numero eorum vel extra præeminebat iurisdictione: eo modo quo episcopus, & archiepiscopus se habent. Non ergo Zacharias fuit simpliciter summus sacerdos secundum Nico. de lyra. quod rationabile est: cũ ipse esset sanctus & sacerdotium venale. Quicquid sit secundum Bedam & Amb. sed tamẽ quod esset vel simpliciter summus vel saltem secundum quid: non videtur dubitabile: quia vt patet Luc. j. fuit de vice, Abia: qui fuit de numero xxiiij. summus inter eos secundum aliquos. Vnde, secundum sanctos Ioannes fuit valde nobilis. Vnde Hiero. ad amicum de scientia legis ait. Ioannes nobilis in carne, & in spiritu natus. Nota in carne pro

A propter prædicta, & in spiritu quia fuit sanctificatus in vtero. Vnde tanquam deo cõsecratus in sua pueritia desertũ petiit. Et quidẽ qua ætate fuerit in desertum non est certum: sed tamen certum est ꝙ in sua pueritia. Nam Luce. j. dicitur. Puer erat in desertis locis vsq; in diem ostensionis suæ ad Israel. ideo etiam sequit in præsenti euangelio (in deserto) scilicet existẽtem. ¶ Moraliter

B Ioannes qui interpretat in quo est gratia filius Zachariæ, qui interpretat memorans dominum, vel auxilium domini: existens in deserto pœnitẽtiæ & solitæ contemplationis dei suscipit in se verbum dñi. i. diuinas inspirationes, vt dictũ est: & cõsequenter letat psal. Renuit consolari anima mea. s. temporalibus voluptatibus affectãs asperitatem pœnitẽtiæ. Et sequit. Memor fui. dei. s.

C per cõtẽplationẽ, & delectatus sum per cælestẽ cõsolationẽ. ¶ Quantum ad tertium sciẽdum est, quod vt tradit sanct. Tho. iij. par. q. xxxij. fuit valde conueniens vt Ioãnes præcederet Christum baptizãdo. Primò, quia Christus debebat & ipse veniret ad baptismũ vt cõsecraret aquas. Secundò. vt Christũ venisse nuntiaret turbis concurrentibus

D ad baptismũ. Tertiò vt assuefaceret homines ad baptismum Christi. Quartò, vt inducendo homines ad pœnitẽtiam prępararet eos ad dignè suscipiendum baptismũ christi. Fuit autẽ illud baptisma à deo quantũ ad ritũ, & modũ baptizãdi: quia ex familiari instinctu spiritus sancti sic faciebat: sed quo ad suũ effectum fuit ab hominibus: quia nihil ibi fiebat quod homo facere non posset nam secundum sanctos per illud non remittebantur peccata, neq; gratia conferebat: quod patet quia forma in qua baptizabat erat hæc? Ego te baptizo in nomine venturi. Hic autem non exprimitur præsens gratia, sed futura. Hæc ex S. Thom. Dicit ergo beatus Lucas quod Ioannes accepto mandato à domino, vt prędicaret exiẽs desertum (venit in omnem regionem Iordanis) id est circa Iordanem. vbi iam poterat habere auditores (prædicans) antequam christus. & hoc secundum Chry. quia licet Christus esset persona venerabilis: tamen in sua causa, non erat testis idoneus, ideoq; præcesit Ioannes prædicans (baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum) Greg. Cunctis legentibus liquet: quia Ioannes baptismum pœnitentiæ non solum prædicauit verumetiam quibusdam dedit: tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Hæc ille. Et intendit beatus Greg. quod baptismus Ioannis fuit quidẽ baptismus pœnitẽtiæ, & secundum magistrum historia. quia baptizandos hortabatur pœnitere. & non nisi pœnitentes baptizabat: sed tamẽ non fuit in remissionem peccatorum: quia in eo non remittebãtur peccata. Vnde non dicit euangelista quod venit baptizãs in remissionẽ peccatorum: sed venit prędicãs baptismum pœnitentiæ. i. baptismum Christi in remissionem peccatorum. Nam baptizabat secundum suum: & prædicabat baptismum Christi. Verumtamẽ secundum S. Tho. vbi suprà & secundũ Chry. etiam baptismus Ioannis potest dici in remissionem peccatorum datus non effectiuè, dispositiuè inquãtum ad

I pœnitentiam disponebat. ¶ Sed nunquid baptizati isto Ioannis baptismate denuo tenebantur baptizari baptismo Christi, vel non. Ad hoc respondet. S. Tho. vbi suprà. Pro, quo sciendum est, quod magister sen. iiij. di. ij. sensit quod taliter baptizati scilicet baptimo Ioannis, qui spem ponebant in eo, nesciētes spiritum sanctum, tenebantur denuo baptizari non autem qui sciebāt Patrem
K Filium, & Spiritum sanctum, & ponebant spem in baptismo Christi: tales enim vt dicit non rebaptizabantur sed tantum apostoli imponebāt eis manus. Sed hoc non tenetur verum. Nam ille baptismus non imprimebat gratiam, neque characterem: cum esset in aqua solum istos autem defectus fides, vel spes baptizati supplere nequit. Manuū autem impositionem acceperunt bapti
L zati à Philippo: qui dabat baptismum Cbristi. Vnde secundum Chrys. etiam ipse Ioannes fuit à Christo baptizatus saltem in spiritu: secundum Hiero. & similiter apostoli, vt vult Augu. ad Seleucium. hæc ex S. Tho. Et idem de beata virgine credendum est: non obstante quod in vtero fuerit ab originali mū data. Nam vt probat Alber. magnus, super Missus est ipsa suscepit omnia sacramēta quæ omnibus hominibus erāt
M promulgata. Primò, ad sui humiliationem. Secundo, ne scandalizaret ignorātes suam sanctificationem. Tertio, vt obediret. Et quarto, vt confutaret hæresim dicentium, quod non erat homo, vel fœmina: sed angelus. A baptismate autem accepit characterem & augmētum meritorum: & similiter à confirmatione aliam characterem, & augmē tum similiter: vt prius. Ab Eucharistia verò memoriam passionis filii, & solatium de absentia eius, & actualem deuotionem. A matrimonio habuit fidem, prolem & sacramentum, & augmentum, vt prius. Ab extrema vnctione habuit signum perfectæ vitæ & futuræ gloriæ: & loco remissionis venialium remissionem doloris in morte. Sua confessio non fuit peccatorum, sed recognitio meritorum Dei. Hæc ex Alber. Possumus tamen dicere quod conditionaliter cōfitebatur, quia nesciebat forte se esse immunem à veniali peccato. Sequitur (sicut scriptum est in libr. sermonum Esaiæ prophetæ) Dicitur autem prophetia Esaiæ liber sermonum potius, quam aliorum prophetarum, secundum Gorram Primò quia ille liber est aliis prophetiis eloquentior. Secundò, quia est etiam magis ior. Tertio, quia procedit moraliter, scicut fit in sermonibus modo, scilicet cōminando, & modo consolando. Et quartò, quia loquitur ad præsentes, id est, cōtribules suos. Sermo enim fit ad presentes. Hæc ex illo, qui videtur velle quod sermo sit oratio eloquens longa exhortatoria morum, & vocalis præcipuè. ¶ Est autem sciendum quod duæ
D personæ fuerunt excellentes: quæ tamen in vita sua miracula non leguntur fecisse, scilicet Beata virgo, & Ioannes baptista. Nam sicut dicit Sanctus Thom. tertia per quæstio. vigesimaexta art. quinto Beata virgo excellentissimè habuit gratiam miraculorum, sed non vsum eius: & similiter Ioannes signum fecit nullum, vt dicitur Ioann. x. Miraculā enim facere connicniebat solum prædicatoribus fidei quę per illa erat fundanda. Hinc est, quod vt idem Sanct. Thom. dicit. iij. parte quæstio. xxxiij. art. ij. Ioannes doctrinam suam dupliciter confirmauit. Primò per sanctitatem vitæ. Secundò per scripturam, vt patet Ioann. primo vbi inquirentibus, quis esset dixit. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini: sicut dicit Esaias propheta. Et hoc
B eadem ratione beatus Lucas hic allegat Esaiam. Quid autem scriptum sit in Esaia. subiungitur (vox clamantis in deserto.) ¶ Pro quo sciendum est, quod istam prophetiam, quæ habere Esai. xl. Iudæi exponunt ad literam, secundum Nico. de Lyra. super Luc. de reditu à captiuitate Baby. Tunc enim
C dicunt fuisse montes humiliatos, & repletas valles vt Dei populus commodius ambularet, Verum idem Nico. de Lyra. super Esa. inuehitur contra quosdam catholicos Iudaizātes plus, quam Iudæi: qui prædicta exponunt de ritu à prædicta captiuitate: cùm vt dicit Iudæi totum hoc capitulum exponant ad literam de Christo. Quicquid autem fit de verbis eius tamen hæc prophetia ad literam intelligitur de aduentu Messiæ, vt patet Mar. j. & Ioan. j. & Mar. iij.
D & Luc. iij. & sic exponitur. Nam vt dicit Sanct. Thom. super Io. vox origine posterior est verbo, sed notitia prior. Vnde secundum Ambro. beatus Io. dicitur vox: quia sicut per vocem manifestatur verbum cordis id est cōceptus nostræ mentis: qui est voce dignior, ita per Ioā. manifestatus est Christus: qui est verbum ęterni patris. Quod autem sequitur: (clamantis in deserto) dupli-

A citer exponitur secundum. S. Thom. su E
per Ioan. ¶ Pro hoc ergo sciendum est quod per desertum secundum aliquos hic ad literam intelligitur Iudæa: quæ erat derelicta à Deo. Desertum enim secundum Grego. dicitur quasi derelictum. Erat autem tunc derelicta quantum ad quinque notabilia quæ erant in primo templo, & deficiebant in secundo vt dicitur in Canhendri hiero-
F solymitano qui apud Iudæos est liber autēticus. Primum est ignis continuus in altari holocaustorum: qui etiam sub diuo (vt dicitur) non extinguebatur à vento, vel pluuia. Secundum est Arca testamenti. Vnde hiere. v. In diebus illis non dicent vltra Arca testaméti domini: nec ascendet super cor, nec recordabuntur illius. Tertium est vnctio regum, & pontificum, & quia pontifices
G qui fuerunt post captiuitatem Babylonicam: non fuerunt instituti per vnctionem sacram: sed frequēter per Reges vendentes Sacerdotium: similiter nec reges, Quartum est diuinitas: quæ in primo templo. i. Salomonis dicebatur, pro tanto habitare: quia ibi à sacerdote audiebantur diuina responsa: non autem in secundo. Quintum est Vrim, & Thumi. i. doctrina, & veritas. Erat autem secundū Iosephū quidā fulgor su- H
bito prosiliens de lapidibus rationalis, & superhumeralis, quādo deus accepta bat preces summi sacerdotis. De quo dicit idē Iosephus. iij. li. antiqui. ꝙ defecit per. cc. annos antequā ineiperet scribere librum illum quem scripsit ad minus per. xlij. post passionem domini. Quod autem dicitur in prædicto libro de Arca: videtur dubiū: quia magister histo.

I histo.probat cubitum de quo fit mentio in fabricatione Arcæ:non esse cubitum geometricum:sed humanam ex altari lateranensi:in quo vt dicitur est inclusa.Sed tamen primum videtur verius:quia tradunt Hæbrei,quòd à tempore captiuitatis Babylonicæ nescitur vbi sit,arca illa.Et Hugo cardinalis in postilla super Hier.cap.iij.dicit quòd Iudei reuersi decaptiuitate Babylonica:fecerunt arcam similem ei quam fecerat Moyses: quam loco eius posuerunt templo secundo:& nunc est Romæ.Et idem dicũt quædam aliæ postille sine titulo:in eodem passu,& idem innuit, & continet textus Hiere.bene intellectus.Similiter etiam.ij.Mach.ij.c.dicitur ꝙ tempore dictæ captiuitatis Hiere.abscondit eã in mõte in quo mortuus est Moyses.Et tamen fortè quòd illa non sunt vera:& fortè quòd sic. De hoc tamen tene vt placet, quia libri Macha.non sunt de canone, vt patet per Hiero.in prologo galeato.Quia tamen ecclesia eos suscepit legendos: vt ipse dicit in prologo super libros Mach.licet inter apocripha scriptura rum computantur: vt idem innuit in prologo galeato:videtur ꝙ ista sint vera.Et licet contra hoc aliqua fiant argumenta tamen nullius sunt momenti?Quod ergo dicit magister hist.necessariam non habet rationem, nisi ad hunc sensum : quòd Romæ est Arca Moysi.non quam ipse fecerit:sed quædam similis quæ fuit in templo secundo:loco illius quàm Moyses fecit:sicut & ipsa mensa aurea quæ erat in sancta sanctorũ:quæ licet non esset eiusdem quantitatis cum arca.tamen mensurabatur cubito eiusdem rationis. Iosephus autem.vij.de bello Iudaico.capi.xxvj.in fine enumerans ea,quæ in templo reperta sunt Hierosoly.& ad triumphum vespasiani:& Titi Romam deuecta : nominat mensam: & candelabrum,legem Iudeorum ideſt vt credo Arcam cum tabulis lapideis scriptis humanitus.Vnde in fornice triumphi eorum videntur excisa marmorea tabella,quasi vna ex duabus quæ erant in Arca fœderis:tamen debet dici quòd fuit similis illis ab hominibus scripta: vel fuit tabella continens aliquid in honorem Cæsaris vtriusque.Si autem ibi fuisset vera Arca Moysi,aut ibi fuissent veræ tabellæ lapideæ scriptæ digito dei,& non similes illis : nullo pacto Iosephus hoc tacuisset.De hac autem sicut recitat Hugo super.ij. Mach. Epiphanius sic scribit Hiere.templum euertendum prænoscens Arcam testamenti cum his quæ in eadem erant tulit:precibus suis eam absorberi fecit in petram:petram verò digito designãs dei nomen impressit:& factum est sigillum in similitudinẽ sculpturæ quæ ferro cauatur:& ipsum dei nomen nobis operimento ita celatum est. vt ex tunc nec locum quis cognoscere queat, nec nomen legere vsque in hunc diem,& vsque in finem.Et pristinæ figuræ instar illic sæpe nubes,& ignis fit nocturno tempore, eo quòd gloria dei ab eius lege non desigescat. Est autẽ petra illa in eremi terra:inter duos montes in quibus iacent Moyses & Aaron.Hæc Epiphanius, cum multis aliis de Arcæ huius manifestatione fienda,quæ vix possunt intelligi : quia videntur prophetice,& allegorice dicta.Idem autem Hugo tenet quòd tũc manifestabitur, quando conuertentur ad christi fidem omnes Iudei.Si autẽ deus aliquo modo mihi incognito eam voluit esse Romæ.ergo de hoc nihil temere affirmo.sed ex his,quæ recitaui quisque formet sibi fidem,vt ei placet.Quidam ergo,vt Chry. sic exponunt:vt ipse Ioann.fuerit,qui in deserto clamauerit ideſt in Iudæa,vel ad literam in deserto Iudææ.Et tunc ly clamantis stat intransitiuè ideſt vox clamans:sicut dicitur: ciuitas vincentiæ. Alii verò exponunt vt christus fuerit clamans in deserto ideſt in Iudæa : & Ioan.fuerit eius vox,& sic dicitur vox clamantis in deserto:ac si dicatur vox christi.Nec huic expositioni repugnat quod subditur.(parate viam domini.) Licet enim christus hoc non clamauerit per seipsum, clamauit tamen per Ioann.vocem suam:vel etiam per seipsum:vt aliqua dicunt:hoc prædicauit in sententia:cum dixit,pœnitentiã agite.Sequitur ergo:(parate viam domini,rectas facite semitas eius) Dixit autem Sanctus Thomas super Ioann. quòd via ad recipiendum deum parata,& recta est via iustitiæ,secundum illud Esa.vigesimosexto.Semita iusti recta est.Tunc autem semita iusti recta est,inquit,quando homo totus subiicitur deo intellectu scilicet per fidem: voluntate per amorem : operatione, per obedientiam.Sed secundùm Ambrosium & Orig.per vias,& semitas domini intelliguntur corda.Greg.Via domini ad cor dirigitur,cùm veritatis sermo humiliter auditur.via domini ad cor dirigitur:cum ad præceptum vita præparatur.Hæc ille.Et si obiiciatur: quia dicitur Hiere.decimo Scio domine,quòd non est hominis via eius, nec viri,vt dirigat gressus suos.Respondet Gorram dicens quòd solus deus dirigit viam hominis per gratiam:sed nos dirigimus præparando nos ad dirigi. ideſt faciendo quòd in nobis est vt adiuuemur à deo. Sequitur(omnis vallis ad implebitur:& omnis mons,& collis humiliabitur) Secundum Greg.in homil.(per colles,& montes intelliguntur)superbi Iudæi.per valles verò humiles Gentiles, qui per fidem eleuati sunt,& plenitudinem gratiæ receperunt. Vel,secundum Chry.per montes, & colles generaliter intelliguntur superbi:quos christus humiliat.per valles,humiles quos exaltat.Sequitur (& erunt praua in directa,& aspera in vias planas) Nota quòd erunt,idem est ac si dicat,& conuertentur praua ideſt iniusta corda in directa ideſt sancta,& iusta.& aspera ideſt mentes iracundæ in vias planas ideſt in mansuetudinem. Greg.in homil.Praua directa fiunt,cũ malorum corda per iniustitiam detorta:ad iustitiæ regulam dirigũtur Aspera autem in vias planas immutantur, cùm immittes,& iracundæ mentes per infusionem gratiæ ad lenitatem, mansuetudinis redeunt.Hæc ille.Sequitur (& videbit omnis caro)ideſt omnis homo,secundùm Chry.vt Iudæi,& Gentiles.est emm distributio pro generibus singulorum,& non pro singulis generum(salutare) ideſt saluatorem Iesum(dei nostri)ideſt dei patris,qui illum misit in mundum. Vel secundùm Greg

I Greg.in homil.hoc refertur ad diem iudicii,in quo omnes videbunt christum. ¶Moraliter Ioannes significat eum in quo est gratia. Iste exiens de deserto suæ contemplationis:cum fuerit inter homines clamat,& hortatur dirigere corda ad christum per pœnitentiam suscipiendam. Vnde Matthei decimosecundo Ex abundantia cordis os loquitur.

K

Dominica quarta Aduentus Ioann.i.

MIserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum. Tu quis

L es? Et confessus est,& non negauit. Et confessus est:quia nō sum ego Christus. Et interrogauerunt eū. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit, non sum. Propheta es tu? Et respondit Non. dixerunt ergo ei, Qui est, vt responsum demus his,

M qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamātis in deserto dirigite viam domini:sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum,& dixerunt ei: Quid ergo baptizas,si tu non es christus neque Helias,neque propheta? Respondit eis Ioan. dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quē vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est: qui ante me factus est:cuius ego non sum dignus,vt soluam eius corrigiam calciamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanē,vbi erat Ioannes baptizans.

MIserunt iudei ab Hierosolymis sacerdotes, & leuitas.) Ioan.j.apud Iudæos tres opiniones de Ioanne esse videbantur. Quidā enim credebant ipsum esse christū propter sanctitatem,& authoritatem baptizandi. Quidam verò,quòd erat Helias propter habitationem in deserto,& asperitatem in victu,& vestitu:& zelum dei. Aliqui verò,quòd esset vnus magnus propheta de prioribus resuscitatus propter gratiam prophetandi.sicut glossa videtur innuere. Ideo ad eum nuntios miserunt Iudæi,vt super his scirent veritatem:vel propter aliā causam quæ dicetur: Continet autem præsens euāgelium tria puncta,quæ sunt, legatio: interrogatio:disceptatio. ¶ Quantum ad primum literaliter sciendum est:q vt dicit magister histo.& Orig. tempore quo Ioannes baptizabat, erat opinio communis: quòd adesset tempus Messiæ præsens, vel statim futurum: & maximè in Hierusalem:vbi erat studium legis,& prophetarum. Videbant enim

A enim se perdidisse regnum,cùm regnaret super eos Herodes Idumeus. hoc autem erat datum pro signo aduentus Messiæ ad Iacob.Gen.xlix.c. vbi dicitur. Non auferetur sceptrum de Iuda. & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Idem videbant hebdomadas,quæ ab angelo fuerant assignatæ. Dan.ix.post quas habebat mori christus: esse completas vel statim

B complendas. Nam secundum vnam computationem fuerunt completæ in natiuitate christi:secundum aliam verò in passione eiusdem. Ex alia autem parte videntes conuersationem,& sanctitatem Ioannis,& authoritatem: miserunt ad eum legationem. Causa autem missionis secundùm Chrys.potuit fuisse duplex,prima quia crediderunt, vel saltem suspicabantur vehementer,

C Ioannem esse christum. In hanc causam cōsentit vt aliquibus videtur Origē.qui vult quòd Iudæi cum reuerētia & simplici corde legationem fecerunt ad illum. Cur verò magis crediderint Ioannem,quàm Iesum esse christum? est dicendum secundùm Chry. quòd ex tripl.ici causa fuit. Primò, propter asperitatem habitus:quia christus habuit vestes communes. Ioannes autem

D de pilis camelorum. Secundò, propter parcitatem victus:quia Ioannes vtebatur locustis,& melle siluestri. & vitabat consortia iniquorum:christus verò vitebat communiter:& cum peccatoribus manducabat. Christus enim sicut dicit Sanct. Thoma. tertia parte quæstio. quadragesima fuit datus in exemplum omnium vnde communem vitam duxit. Tertiò, propter generis claritatem: quia Ioannes fuit filius summi pontificis: Iesus autem putabatur filius fabri & pauperculæ mulieris. Alia causa secundum Chryso. potuit fuisse. Nam Ioannes multum deferebat christo:& multos ad illum mittebat. Iudæi verò superbi indignabantur subiici christo.& potius volebant subesse Ioanni: propterea ab illis dictū est, quòd potius credebatur christus, quàm Iesus:& ideo miserunt legationem. vt F allicerent eum ad hoc,vt se vellet fateri christum: quanuis non esset. In hanc causam videtur declinare Chryso. vt & Sanct. Tho.& aliquid imponūt. Quicquid tamen sit de hoc certum est,quòd ista legatio fuit solennissima, & in ea magnam reuerentiam exhibuerunt ei Iudæi. Hoc autem notatur secundum Sanctum Thomam super Ioannem ex quatuor. Primò, ex persona mittentiū: G quia (miserunt Iudæi) id est viri de Tribu Iuda:quæ erat Tribus regia. Secundo,ex loco missionis:quia (ab Hierusalem) quæ erat ciuitas regia in qua vigebat cultus dei,& studium diuinæ legis. Tertiò,ex persona eorum, quos miserunt:quia (sacerdotes,& leuitas) in quibus tam meres,quàm scientia legis dicebant eminere. Quartò, ex modo proponendi suam legationem, H quia (vt interrogarent eum) tanquàm parati credere (tu quis es?) Econtrariò dicebant christo:tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Hæc ex illo qui de hacre recte edisserit.

¶ Moraliter Ioannes significat personam fidelem: maximè religiosam. Ista efficitur in opinione

I ſanctitatis per ea,quę populi vident ab extra.vnde cum Chriſtus eſſet ſanctior Ioanne in veritate : è contrario erat in ſententia hominum. Stulti ergo ſunt qui volunt credi quòd ſint boni, & tamen volunt exempla mala monſtrare. ¶ Quantum ad ſecũdum ſciendum eſt, quòd tres interrogationes iſti fecerũt. Prima iam tacta eſt : nam dixerunt(tu quis es?)Sed quare fecerunt iſtas in-
K terrogationes ? nunquid erat ignotus cum eſſet nobiliſsimus ? & vt dicitur Luce.j. Factus ſit timor magnus ſuper omnia montana Iudææ.i.in Hieruſalem. tempore. ſ. natiuitatis eius. Item ipſi videntur fuiſſe ab eo baptizati : quia Marc.j.dicitur. Egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio,& Hieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo. ¶ Ad hoc reſpondetur, quòd ſecun-
L dum Chry.non interrogant quaſi ignorantes,ſed vt alliciant eum,vt ſe Chriſtum eſſe dicat. Vel dicendum eſt,quòd licet cognoſcerent perſonam eius, tamen ignorabant officium. Vel ſicut dicit Orig. quamuis ſcirent eum filium Zachariæ : tamen dubitabant ſi fortè qui expectabatur Helias apparuiſſet in Ioanne : ſicut & de Chriſto erat varia opinio,quibuſdam dicentibus quòd
M eſſet Helias : aliis verò quòd Hieremias :aut vnus ex prophetis. Et intellige quòd dubitabant an eſſet Helias,ſed magis pendebant quòd eſſet Chriſtus, ſi ſimpliciter intendebant. Eo enim tẽpore erat apud Iudæos in authoritate dogma illud, quòd animæ à corpore migrarent in corpus, ideoque credebant animam Heliæ in corpore apparuiſſe Ioannis : & hoc idem quidam hæretici crediderunt, vt referunt Origen.&.S.Tho.ſed dicunt Ioan.negaſſe ſe eſſe Heliam ex ignorantia. Sed contrà, inquit Orig.quia irrationabile videtur prophetam illuminatum à ſpiritu ſancto, & de vnigenito tanta narrantem ignoraſſe,an ſua anima aliquando fuerit in Helia.S.Tho.autem videtur ſentire,vt patebit quòd ipſi credebant Ioannem eſſe Heliam in corpore, & anima : quòd licet in eius natiuitate O mirati ſint vniuerſi:tamen non eſt credibile eos ſic credidiſſe, quia & Marc. xij.habetur ſimile de Herode : qui credebat Chriſtum eſſe Ioannem quem decollauerat, & tamen diu ante decollationem Ioannis Chriſtus prædicauerat,& fuerat notus.Et ideo,inquit,ex ſimili amentia, & craſsitudine Iudæi quærebant ab Ioanne an ipſe eſſet Helias.hæc ex illo. Et intellige quòd credebant ipſum eſſe Heliam : ſed cum aliqua hæſitatione,& ſuſpitione de oppoſito : ideoque diuerſa interrogant. Sequitur (& confeſſus eſt) ſcilicet veritatem,ſecundum Origen.& ſanctum Tho. (& non negauit) .ſ. veritatem: quamuis negauerit ſe Chriſtum. Vel quod dicitur (& nõ negauit) poteſt intelligi, quia poſtquam vnum confeſſus eſt non negauit poſtea illud : ſed ſtetit in confeſsione. Quid verò ſit confeſſus oſtenditur cum ſubditur (& cõfeſſus eſt,quia non ſum ego Chriſtus) Licet enim de hoc ſpecialiter non interrogaſſent:tamen reſpõdit ad mentem eorum, ſiue ſimpliciter, ſiue maliciosè interrogarent. Sequitur interrogatio ſecunda (& interrogauerit eum. quid ergo ? Helias es tu ?) Quod ideo interrog

A interrogant ſecundum Augu.& Chryſo.quia nouerant quòd Helias præcurſurus erat Chriſtum. Malach.iiij. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam ante quam veniat dies domini. S.autẽ Tho.dicit eos ſic interrogare:quia habentes ex ſcripturis Heliam non fuiſſe mortuum, ſed raptum viuum per turbinem in cœlũ:crediderunt eum ſubito inter eos apparuiſſe : & redit in idẽ.
B Sed contrà, quia erat eis notus : vnde dicitur Luc.j.quòd mirati ſunt vniuerſi. Ad hoc dicit. S.Tho. eodem modo quo ſupra dictum eſt. Vel ſicut dicunt aliqui : puta Orige.occaſio interrogationis potuit eſſe : quorundam Iudæorum error,qui animam crediderunt de corpore in corpus trãsferri. Vnde quia Ioannes ſimilis Heliæ in multis videbatur, dubitauerunt an eſſet Helias.
C Sequitur (& dixit non ſum). ſ.Helias. Sed Greg.hic mouet quæſtionem,quia dominus requiſitus à diſcipulis de Heliæ aduentu, de quo dicebatur, quòd Chriſtum deberet præcedere : reſpondit dicẽs Ioannes ipſe eſt Helias.Matt. xj.Ad hoc autem reſpõdet idem Greg. & communiter alii, & iſtam quæſtionem ſoluit angelus. Luc.ij.ipſe,inquit, præcedet ante eum,in ſpiritu,& virtu-
D te Heliæ.Non ergo fuit Helias in perſona,ſed in ſpiritu,& virtute,& ſimili-tudine vitæ:vt patet ex dictis.Vterque enim fuit eremita : & vterque conſequenter parcus in cibo,& potu:& vterque duris veſtibus opertus : & vterque zelator.Vnde ille cõtra Achã: ille cõtra Herodem pugnauit, & vterque alicuius dominici aduentus præcurſor. Sequitur tertia interrogatio cùm dicitur (propheta es tu?) Pro quo E ſciendum eſt, quòd Iudæi ſicut expectabant Heliam:ita expectabant quendam magnum prophetam : de quo putabãt prophetaſſe Moyſen.Exod.xviij. Prophetam,inquit,ſuſcitabit vobis dominus de fratribus veſtris. & tamen iſta prophetia intelligẽda eſt de Chriſto.Sicut enim dicit Orig.Iudæi malè ſcripturam intelligentes:tres perſonas excellentes expectabant. ſ. Chriſtum, F Heliam,& iſtum prophetam.Triplicitèr ergo poteſt intelligi iſta tertia interrogatio. Primo modo intelligitur ſecundum Origen. de iſto propheta de quo dicitur.Exod.xviij. Vnde in Græco ponitur ly propheta cum articulo denotante quòd ſtat antonomaſicè pro illo propheta excellente.Secũdum verò aliquos alios intelligitur de Heliſæo.quia vt dicit.S.Tho.ad tres perſo- G nas videbatur pertinere officium baptizandi:quod Ioannes exercebat.ſ.ad Chriſtum:de quo dicitur Ezec.xxxiij. effundam ſuper vos aquam mundam, & ad Heliam, qui dimiſit aquas Iordanis. iiij.Reg.ij.& ad Heliſæum, cuius præcepto Naamam ſe lauit in Iordane : qui etiam Heliſæus dicitur excellens propheta, propter miranda ſigna quæ fecit. Tertiò, intelligitur ſecun- H dum Grego. de propheta in communi. Secundum ergo primam, & ſecundam acceptilationem : nulla eſt difficultas: cum Ioannes reſpondet. Non ſum.ſ. propheta ille de quo prophetauit Moyſes:neque ſum Heliſæus. Sed ſecũdum tertiam eſt quæſtio:quia ipſe fuit plus quàm propheta. Soluitur autem à.B. Augu.&.S.Tho.quia non eſt Ioannes

I propheta, sed maior quàm propheta. Sed contra hoc arguit Nico.de Lyra, quia minus includitur in maiori, sicut quaternarius in quinario. ideo qui est plus quàm propheta: est etiam propheta. Sed ad hoc sic dico. Et si enim si magis includat minus, non tamen est minus: neque quinarius est quaternarius. Et eodem modo, neque plus quàm propheta est propheta: quamuis includat
K virtualiter prophetam: & hoc si sumamus prophetam, secundum rationem nominis à procul fando: scilicet quia prædicit futura. nam plusquàm propheta non solum prædicit futura: sed monstrat præsentia. Et si contra hoc obiiciatur, quia ad prophetam spectat etiam præsentia occulta dicere quia talia sunt procul à cognitione humana. Dico quòd magis distant futura,
L quia non est aliquod presens quod non possit ab aliqua creatura cognosci. Et si arguatur quia secundum hoc maioris virtutis erit cognoscere futura, quã præsentia tantum. Dico quòd verum est, sed cum hoc stat quòd sit minoris dignitatis cognoscere, & demonstrare hoc præsens quod est Christus, quàm futura cognoscere. Maioris, inquam, non rationis cognitionis, sed ratione
M rei cognitæ: vel ratione officii ad quod talis demonstrator eligitur. Vel aliter dico ad obiectionem quòd futura sunt magis procul, quàm præsentia extensiuè, quia. s. distant cognitione & euentu simul: præsentia verò occulta cognitione solum. Hæc igitur secundum rationem nominis dici possunt: & sic intelligitur solutio Augu. dicentis quòd plusquàm propheta. s. vt sic. i. vt ostendit præsentia, non est propriè, & strictè propheta. Sed tamen in rei veritate Ioannes fuit propheta: vt patet testimonio patris eius. Luc. j. quamuis non debeat denominari propriè propheta: sed plus quàm propheta. i. baptista vel præcursor, & angelus: quia propriæ rei denominatur à sua vltima perfectione & dignitate: puta sacerdos à sacerdotio: & non à diaconatu. Dato autem
O quòd plus quàm propheta sit propheta: non tamen est propheta tantum. & sic soluit Greg. Et sic intelligitur etiam solutio Augustini. &. S. Thom. qui dicunt, quòd negauit se esse prophetam simpliciter. i. præcisè. Sed quia nihil adhuc affirmatiuè respondebat Ioannes: ideo faciunt quartam interrogationem qua de nullo specialiter interrogant dicentes. (Quis es? vt responsum demus his qui miserunt nos. quid
P dicis de teipso?) secundum Chryl. hoc non interrogant, vt possint dare responsum mittentibus: vt dicunt. Nam habita responsione affirmatiua tacuissent, & non fuissent conuersi ad reprehensiones Sed tamen beatus Ioannes respondit: (ego vox clamantis in deserto:) Ista patent ex dictis in præcedenti in Euangelio. Sed tamen adhuc
Q sciendum est secundum. S. Tho. super Ioan. quòd ratio literalis quare Ioannes clamauerit in deserto: est vt in deserto manens immunis esset ab omni peccato: & consequenter dignior Christo testimonium ferret: & illud ex sua vita esset credibilius. Mystica verò est, vt ostendatur quòd decetero doctrina Dei non deberet esse tantum in Hierusalem: sed in deserto gentilitatis.

A patis. ¶ Clamabat autem secũdum eundem propter quatuor. Primò. ad ostendendum quòd Christus in se, & in Ioanne manifestè loquebatur: quia clamor manifestationem importat: in prophetis autem non clamauit: quia tenebrosa aqua in nubibus aëris, id est, scientia in prophetis. Secundò, quia Iudæi erant distantes. Tertiò, quia
B erant surdi. Quartò, quia cum indignatione loquebantur, quasi iram demeruissent. ¶ Moraliter, Ioannes qui interpretatur gratia domini, significat virum iustum: ad quem ex Hierusalem: scilicet cœlesti mittuntur nuntii, id est, angeli: interrogantes eum. Tu
C quis es? id est, inspirantes eum ad cognitionem propriæ fragilitatis, & iniquitatis? & ipse confitetur veritatem: quia iustus est accusator sui. Item interrogant: si est Helias: quod interpretatur robustus dominator: scilicet passionum suarum. Item interrogant, si
D est propheta, id est, præuidens, & præconsyderans futura in morte, & in iudicio? & respondet. Non quando ita est, vel quando est quidem, sed non vt debitum est. & hæc responsio est in cogitatione, & in sacramentali confessione. ¶ Quantum ad tertium, in tertia parte Euangelii tangitur quædam disceptatio, quia isti acriter reprehendebant Ioannem. & ille humiliter se excusabat. Est autem sciendum quòd Euangelista curauit ostendere quòd isti calumniosè, & ex inuidia interrogabant, & amouere à mentibus nostris admirationem de tam præsumptuosa temeritate istorum dicens: (Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis.) Quasi diceret. Non est mirandum de E
temeritate eorum: quia erant ex Phariseis: quod interpretatur diuisis. Erant enim quidam religiosi diuisi ab aliis per cultum exteriorem, quibus, vt ait sanct. Thom. sua religio ausum præbebat. Et vt idem dicit inter omnes alios insidiosè, & calumniosè habebant ad Christum. Et nota secundum Origen. quòd isti sunt alii: nuntii à
F prædictis, ideo illi tanquàm sacerdotes, & leuitæ modestè locuti sunt: sed secundum Augu. & Chryso. illi iidem fuerant: qui simul Pharisæi erant, & sacerdotes, & Leuitæ: quod apertè innuit Euangelista qui dicit prius: quod miserunt Iudæi sacerdotes, & Leuitas: & deinde dicit, & qui missi fuerant erant ex Pharisæis. Sequitur (& interrogauerunt eum: quid ergo baptizas,
G si tu non est Christus, neque Helias, neque propheta.) Ex hoc videtur quòd illimet nuntii fuerunt: qui de Helia, & propheta interrogauerant: & nunc secundum mentem Chryso. aperiunt dolum suum, qui latuerat: quia cùm non potuissent illum blanditiis subuertere, ad dura se conuertunt. Gregor. Sanctus quisque cùm peruersa
H mente requiritur, à bonitatis suæ studio non mutatur. Vnde Ioannes contra verba inuidiæ prædicamenta respondet vitæ. Hæc ille. Vnde subditur: (Respondit dicens, ego baptizo in aqua.) quasi diceret. non miremini de meo baptismate. quia est solum præparatorium ad baptismum Christi. Nam ego baptizo in aqua, id est, secundum sanct. Tho. corpora tantum, & non animas lauo, quod non suffi-

I cit ad completum baptismum, sed ille qui erit deus, & homo lauabit corpus,& spiritum. Vnde de christo subditur(medius autem vestrum stetit, quē vos nescitis.) Hoc autē exponitur primō secūdū Chry.sic vt ad conuersationem referatur. Medius ergo vestrū stetit cōmuniter conuersando :quem vos nescitis : quia nescitis quis sit & vnde sit,quia deus est,à deo,& à matre tantummodo. Secundo,exponitur secūdū Ori.quātū ad deitatē. Nā dicitur Hiere.xxiiij.Cælum,& terram impleo,dicit dominus. Medius ergo.i.in medio vestrum stetit,secundū deitatē eo modo quo anima stat in medio,& in omni parte,corporis,quē vos nescitis etiā si videatis eū humanitatē. Tertio modō exponitur, secundū eundem Ori. quantum ad efficientiā,seu influentiā: nam cor est in medio animalis, & ponitur aliquādo pro intellectu iuxta illud Psalmographi Dixi insipiēs in corde suo.licet intellectus non sit potentia alligata Organo,quia à corde,sicut à principali membro,procedit vita,& motus, & operatio animalis. Christus ergo cùm sit verbum, & sapientia:per effectum suum est in omni intellectu, cum omne verbū:& omnis sapiētia sit quædā participatio diuiniverbi. Et qa intellectus pro corde ponitur,sequitur ꝙ per effectum suum.sit aliquo modo medius id est in corde,quod est in medio omnium: quem vos o superbi Pharisæi nescitis exæcatil superbia, & mala volūtate. Quartò secūdum S.Tho. & aliquos sic exponitur, vt in hoc arguantur sacerdotes,& Leuitæ:qua scie bant christum venturū per scripturas. Medius,inquit. vestrum stetit scilicet in scriptura,quā quotidie legitis, quē tamen vos nescitis,adeo vt non agnoscatis prēsentem,quē futurum putatis. Sequitur: (ipse est qui post me venit: qui ante me factus est.) Hoc autē exponit primò secundū Gryſ.Grego.& Origē.sic. (Post me venit) nascendo: baptizando:prædicando.nam tota vita,& conuersatio, & prædicatio,& baptizatio Ioannis fuit ordinata ad susceptionem christi. Venit enim vt omnes crederent per illum. Io.j.(qui ante me factus est) dignitate,& sanctitate, quia me oportet minui , illum autem crescere Io.iiij. Vel secundò modo potest exponi referendo ad ipsam perfectionem christi inquantū erat homo, quæ fuit per gratiā,& virtutes,& scientias. Licet enim Io.prius fuerit conceptus & natus:tamen antequā Ioannes nasceret christus fuit factus:perfectus homo,& multò excellētius,quā aliquo tēpore fuerit Ioannes. Vnde subditur. (Cuius nō sum dignus,vt soluam corrigam calciamenti eius.) quod allegoricè dictum est. Hoc enim secundum Chry.voluit dicere:ꝙ non esset dignus esse ministeer eius.secundū Grego.verò voluit dicere,ꝙ non erat dignus vsurpare sibi nomen Christi:qui est sponsus Ecclesiæ.Nam secundū morem legis Mosaicæ.vt patet Deute.xxv.cum quis relicta vxore sine semine moriebatur:propinquior ei accipiebat vxorem eius,& suscitabat ei semen.quòd si propinquissimus hoc facere renuebat,ille qui secundo loco erat accipiebat eam:ita tamen quòd prius solue bat calciamētum de pede prioris. Vel aliter

aliter secundū eundē,qa per calciamēta,quę ex mortuorū animaliū pellibus fiunt,humanitas nostra mortalis designatur:per pedes verò diuinitas. Soluere igitur corrigiam calciamenti est enucleare mysterium incarnationis, quod nullus sufficit. Licet autem isti duo sensus Gregorij videantur spirituales : tamen credo quòd sint literales:maximè primus. Ad certitudinem autem huius rei subiungitur locus cū dicitur (Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem,vbi erat Ioannes baptizans.) in media,scilicet multitudine:vt dicit Chry. Et secundum eundē exemplaria emendata non habent Bethania,quia est in monte Oliueti:sed habent Bethabora:quæ est villa trans Iordanē.& idem tenet Orig. Verūtamen potest dici,vt dicit. S. Tho.super Ioan.ꝙ cum libri tam græci,quam latini non Bethabora,sed Bethania dicat duplex est Bethania.vna in monte Oliueti:alia trans Iordanē. Sed hæc prope nō Bethania,sed Bethabora dicitur secundum Origi.& Chry.vt dictū est. ¶ Moraliter,Ioannes, qui præparat viam Christo ad cor humanum significat prædicatorem . Debet ergo prædicator esse vox perfecta . Est autem perfecta vox secundum Isy.si est alta:suauis,& clara.debet ergo prædicatio propter cælestia esse feruens, & non obscurata scandalis:vel ignorantia . Debet etiam clamare,& dirigere, sicut Ioannes . Quomodo autem est, an Christus incederet calciatus vel discalciatus? Videtur enim quòd discalciatus incederet aliquibus : quibusdā verò videtur oppositum,& magna est concertatio de hoc inter Nico.de Ly. & Paulum Burgen.Mar.j. Sed veritas est id quod Augu.dicit in li.de verbis domini:vbi ait . De his calciamentis quibus calciati sumus confortat me dominꝰ Iesus,quia nisi calciatus fuisset:de eo Ioānes nō dixisset. Cuius nō sum dignus corrigiam calciamēti soluere. Surrepat ergo humana præsumptio dicens:ego Euangeliū seruo:quia nudo pede ambulo. Hæc ille. Quod verò dicitur. Matthæi.x. quòd Christus præcepit apostolis ne portarent calciamenta:intelligitur secundum.S. Tho. super Mat.& Augu.de con.Euange.ne portarent calciamenta alia ab his,qbus actu erant calciati. Vnde & secūdum Mar.capitu.vj,erant calciati sandalijs:quæ vt dicit.S. Tho.super Mat. erant calciamenta pauperum: ¶ Pro his aduerte quòd illa verba quæ ibi ponūtur.ſ. Matt. x. vbi virtualiter dicitur. Nolite possidere aurum,neque argentum,neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via,neque duas tunicas, id est vestes duplices . vel exponit.S. Tho.super Matt. neque calciamenta, neque vergam:dignus est enim operarius mercede sua. Ista,inquā,verba dupliciter exponuntur. Primò secundum Hiero.& Chryso.qui dicunt quòd ista fuerunt Apostolis tradita per modum præcepti:solū pro eo tēpore,quo prædicabant Iudæis, qui prædicatoribus prouidere consueuerunt, id est vsque ad Christi passionem. Et huic consonat dictum Christi tempore suæ mortis:quod habetur Ludo. xxij. Quando nisi vos,inquit,sine sacculo,id est bursa, & pera, & calciamentis, nunquid

I aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter, & perã. & hoc ideo quia ex tunc habebant gentibus prædicare. Augu. verò exponit vt in istis verbis nihil fuerit præceptũ Apostolis neque consultum, sed fuerit eis data licentia. consequenter (vt dicit) melius faciebant, qui ista non accipiendo sumptus ab his, quibus prædicabant, & seruabant, quàm seruantes.
K Vnde & Paulus lucrabatur manibus suis, ne acciperet ab alijs. Sciendum est etiam, quòd Marc. vj. dicitur quòd Apostoli deberent portare virgã quod hic. Mat. negat. sed, vt dicit Augu. vnus metaphorice: & alius ad literam sumit virgam. Mat. ergo, vt quidam dicunt, per virgam intelligit subsidium temporalium. Mar. verò ad literam accepit: qa
L Iudæorũ doctores virgã in signum doctrinæ ferre consueuerunt. Amen.

In vigilia natiuitatis domini. Matthæi. j.

M Vm esset despõsata mater Iesu Maria Ioseph antequã conuenirent inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eã traducere voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitãte: ecce Angelus domini in somnis apparuit ei dicens. Ioseph filij Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natũ est: de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomẽ eius Iesum, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

CVM ESSET DESPONsata mater Iesu. Matthei. j. In præsenti Euange. tanguntur tria pũcta: quæ sunt. Cõceptio: fluctuatio: reuelatio. ¶ Quãtum ad primum sciendum est literaliter, ꝙ secundum doctrinam. S. Tho. iij. parte. q. xxix. artic. ij. beata virgo quãdo concepit Christum erat desponsata, & etiã domi habita, quia scilicet iam adduxerat eam Ioseph ad domũ suã. Aliter enim nõ fuisset sufficiẽter prouisum famæ eius, scilicet si non fuisset tempore sui conceptus in domo sponsi. quia secũdũ Chryso. dedecus est puellæ etiam desponsatæ in domo paterna concipere. Sed hic est duplex dubitatio. Prima, quare Christus voluit despõsata nasci. Ad hoc respondetur. vt suprà feria quarta post tertiam dominicam. Secunda, quare fuerat iam in domo sponsi non consummatum carnaliter, ad hoc dicitur ꝙ mos fuit apud Iudæos habere desponsatas per aliquot dies in domo sponsi ante carnalem copulam. In his autem diebus orationibus vacabant: implorando misericordiam domini, vt patet Thob. viij. Res ergo ita acta est. Maria enim voluit virginitatem deo, si ei placeret. deinde committens se diuinæ dispositioni nupsit, & cõsentit in copulam coniugalem explicitè: quæ consistit in vinculo animorũ, & non corporum: glo. institu. de pa. po. §. j. In carnalem autẽ implicitè si deo placeret. Vnde fuit ibi verũ matrimoniũ. vt patet per. S. Tho. vbi suprà. Deinde fuit p aliquot dies in domo sponsi, in illis diebus ante carnalem copulam
B Ioseph cognouit votum Mariæ, vt creditur de virginitate seruanda, & absolutè tunc vterque vouit. Ipse enim Ioseph tunc erat virgo: quia nunquã credendũ est Christum matrem commendare voluisse nisi virgini. Deinde Angelus apparuit virgini, & cõcepit. Post conceptũ verò virgo fuit cum Helizabeth. tribus mensibus ideo cum redijt
C apparuit grauida. Dicitur ergo (cum esset desponsata) imo, & ad domum sponsi adducta (mater Iesu), id est salnatoris. (maria) quæ dicit stella maris (Ioseph) qui fuit faber lignarius. Et in hoc significatur, secundũ Chryso. ꝙ Christus per lignũ Crucis saluaret mundũ (antequã conuenirent) carnaliter, secundũ Chryso. quãuis conuenissent in vna domo (inuenta est) scili-
D cet ab ipso Ioseph, secundũ Hiero. (in vtero habẽs) id est grauida (de spiritu sancto) id est virtute spiritussancti, secundũ Chryso. Qui spiritussanctus in conceptione suppleuit locum maris. ¶ Pro hoc ẽbta ex doctrina. S. Tho. iij. par. qõ. xxxj. ꝙ in fœmina triplex est sanguinis superfluꝰ in indiuiduo. ¶ Primus, est sanguis qui iam trãsiuit in semen. Iste est imperfectus in genere seminum. vt dicitur in lib. de generatiõe animaliũ. Vnde ad generationem non
E requiritur: nec de tali cõcepit virgo: qa iste non deducitur ad matricem per resolutionem: nisi interueniente concupiscentia. ¶ Alius est sanguis menstruus, qui est quoddã naturæ purgamentũ, & per singulos menses emittitur. Est autem tertius sanguis valde digestus. qui non transit in semen & tamen est purgatus per expulsionẽ menstrui. Istũ natura prẽparat generationi & ex isto cõ
F cepit virgo spiritusancto deducẽte illũ ad matricẽ: sicut in alijs deducitur pro semen maris. ¶ Et nota ꝙ tota Trinitas fecit istum effectum: quia indiuisa sunt opera Trinitatis ad extra. secundum regulã Theologorũ. sed tamẽ attribuitur spiritusancto, secundum. S. Tho. vbi suprã. q. xxxij. Nã istã incarnationẽ fecit Deus ex bonitate, & natura hũana est assumpta ex gratia. Et ad
G hoc facta est assumptio, vt ille hõ esset sanctus. ¶ Manifestũ est autẽ ꝙ bonitas & gratia attribuuntur spiritusancto, & sanctificatio sit per spiritũsanctũ. ¶ Itẽ, nota ꝙ iste ꝓpositio (de) importat efficientiã, & cõsubstãtialitatẽ, & vtrũque cõuenit spiritusancto, respectu Christi. Cõsubstãtialitas quidẽ rõne personæ, efficiẽtia verò rãtiõe naturæ assumptæ: vt patet vbi suprà. Aug. tã dicit, ꝙ
H qñ vna diuina ꝑsona nominat. i. in rebꝰ ad extra, de qbus loquit, tota Trinitas intelligit. Vñ esse cõceptũ de spũsancto est esse conceptũ virtute dei. ¶ Est autẽ sciendũ ꝙ sicut dicit beatꝰ Hier. Heluidius hæreticus, qui existimauit beatã Mariã post xp̃m multos filios habuisse hũc sumit argumẽtũ: sic arguẽs: si Maria, & Ioseph nũquã cõuenissent Euã-

I gelista non dixisset (antequam conuenirent) Ad hoc respondet beatus Hieron.per distinctionem.Nam ista dictio (antequam) importat ordinem ad futurum dupliciter.Vno modo realiter. vt si dico. Heri ante quam veniret vespera p̄cesit meridies.Sensus est enim quod prius venit meridies, deinde vespera. ¶Alio modo secundum rationē, vel intentionem : vt si dico antequam
K Romæ pranderem in portu, nauigaui ad Africam. Non enim est sensus quod post nauigationē ad Africam sim prāsus Romę,in portu,sed sensus est quod intēdebam prandere, & præoccupatus sum à ventis,non prāsus nauigaui. Remigius autem exponit:(antequam conuenirent) ad solennem celebrationem nuptiarum,& non antequam conuenirent carnaliter.& sic cessat obiectio.
L ¶Moraliter instruimur, quod si abstinent à voluptatibus corporalibus,sicut ista sponsa quæ in domo mariti se continebat, concipiunt de Spiritusancto, quia percipiunt in mentem delectationem spiritualem.Psal.Renuit consolari anima mea,scilicet sensualiter:& sequitur memor fuit Dei, & delectatus sum.¶Quantum ad secundum,dicitur (Ioseph autem vir eius, cum esset iu-
M stus,& nollet eam traducere)id est propalare, secundum glo.vel ducere in cō iugiū.secundum Orig. (voluit occultè dimittere eam.)Pro quo sciendum est, quod postquam Maria regressa est ab Helizabeth post tres menses.Ioseph videns eam turgido ventre habuit argumenta insolubilia ex vtraque parte, vt ita dicam. Ex vna enim parte videbat ventrem,& sciebat se non esse in causa & quod sponsa fuerat absens tāto tem- pore ex alia verò nouerat voluntatem virginis cum qua vouerat virginitatē: & secundum Chry.existimabat impossibile Mariam cecidisse. Circa hoc ergo est triplex opinio.Quidam enim,vt Ambro.& Augu. dicunt quod declinauit ad illam partem , qua suspicabatur, quod Maria adulterasset.& huic opinioni,S.Thom in.iij.parte.iij.quæstio. xxix.arti.ij.ad tertium videtur facere. Sed cōtra hoc statim oritur dubitatio. Si enim suspicabatur quod esset adultera:quomodo erat iustus,si nolebat eam traducere id est propalare ad hoc soluit primò Chrys. di. quod Euangelista nominat eum iustum à iustitia legali vel generali:quæ dicitur de omni virtute,ita quod ideo dict° est iustus,quia pius non autem dictus est iustus à iustitia, quæ est virtus cardinalis, & spiritualis.Secundò,soluit Aug. quod istud peccatum erat occultum: ita quod ipse solus de hoc poterat aduertere:ideo non erat publicè denuntiandum.Tertiò soluit Raba,quod iustus fuit in hoc quod nolebat ei cohabitare : sed pius in hoc quod noluit eam traducere. Quidā verò,vt Orige.& Remi. dicunt quod declinauit ad aliam partem , quia sciens
D Christum de virgine nasciturum : & quod Maria esset de semine Dauid ,& tantæ sanctitatis credit, quod esset ista ideo indignum se reputauit eius cohabitatione,vnde nolebat eam traducere id est,ad se ducere in coniugem,sed volebat eam repudiare.Et huic opinioni S.Tho.fauet in.iiij.di.xxx.q.ij.ar.ij.ad vltimum. Quidam verò dicunt quod erat perplexus, & huius sententiæ videtur esse Hier.qui ait.Hoc testimonium maximum est quòd Ioseph sciens eius castitatem , & admirans quod euenerat,celat silentio, cuius mysterium nesciebat. Hæc ille. Mihi apparet quod suam opinionem destruat angelus, qui volens suadere Ioseph ne timeret accipere eam,dicit quod conceperat de spiritusancto.Hoc enim fuisset magis eū terrere,si ratione sanctitatis eam deserere volebat. Sed nec est rationabile, quod absolutè,& certitudinaliter iudicauerit eam esse adulteram, cum sciret vnam virginem pariturum : vt dicit Hiero. & verisimiliter posset dubitare de ista.Relinquitur ergo tertia opinio, vt vera.Et sic ex humilitate nolebat eo habitare tantæ sanctitati ex vna parte. vt di.S.Tho.in.iiij. & ex pietate nolebat eam traducere,id est publicè diffamare,vt idem dicit in.iij. par. Angelus autem iussit eum non timere contra illam humilitatem & dicit conceptionē fuisse sanctā contra suspitionem. Sed quare virgo fluctuanti secretum Dei non reuelauit? Respondet.b.Vin. quod nesciebat si placeret deo,& firmiter credebat quod deus hoc reuelaret cum esset oportunum sicut & fecit.Est autem hoc vnum euidens signum quod alicuius reuelationes à deo sint quod eas nō manifestat etiam vbi videt oportunū: quia sunt cum humilitate. ¶Moraliter instruimur quod qā quis est perplexus super aliquōs delicto:potius ad misericordiam quam ad iustitiam declinandum est.Cum enim sunt partium iura obscura:reo fauendum est potius , quā actori.extra de reg.iur.li. vj. Et primū debemus deum imitari,qui in præsenti vita est ad misericordiā promptior,quam ad iustitiam. ¶Quantum ad tertiū sciēdum est , quod sicut dicit Remigius , si Ioseph consilium suum perfecisset , omnino beata virgo fuisset aliquo modo infamata.Ideoq; deus statim mutauit eius consilium.Vnde dicit (Hæc autem eo cogitante)gl.in quo notat animus sapientis,qui nil timere vult incipere.Hæc ista Chry.in homil.Notatur etiam mansuetudo Ioseph, quia nulli enarrauit suam suspitionem , neque ei quæ suspecta erat: sed in se cogitabat. Hæc ille.Sequitur)ecce angelus apparuit in sumnis Ioseph dicens)tūc enim anima quietatis sensibus aptior est , ad percipienda diuina. Et in sumno quidē non habetur vsus rationis,quantum ad iudicare:eo quod iudicium fiat per resolutionem ad prima principia cognitionis id est,ad sensus , qui tunc ligant omnes autem quidam habeē tamen tūc quantum ad percipere.¶Est autem notandum secundum Chry.quod angelus non apparuerit ei manifestè, quia erat valde fidelis. Pastoribus autem apparuit manifestè,quia indigebant,tanquā rudes sicut & Zacharias propter incredulitatem.Et.b.virgo propter ea quod prima erat quæ de summis rebus instruebatur,& iterum quia erat vera mater,nō autem Ioseph verus pater. ¶Est autem notādum pro dicto Chry. quod secundum beatum Diony. ad diuinam prouidētiam pertinet rerum naturam non destruere, sed saluare. Igitur deus vult naturales suas operationes & suos effectus habere nec prēter illas aliquid facit sine necessitate , & vbi illæ deficiunt,ipse supplet:quia nec abundat in

I superfluis, nec deficit in necessariis: sicut nec natura, quam ipse instituit. Nũquam igitur deus facit miracula, vbi vel quando naturales causæ producere, & efficere possunt aliqua. Vbi quando & quomodo deus vult illa produci: sed lætatur intueri creaturas facientes suos effectus: sicut nec prudens rex se intromittat de officiis subditorum, nisi vbi illi deficiunt. Similiter etiam deus
K nõ admonet aliquem spiritualiter, vbi sufficiunt scripturarum, & sanctorum monitiones. neq; ostendit visionem in somnis, vbi sufficit inspiratio cordis: neque ostendit visionem corporalem & sensibilem vbi sufficit imaginaria, & in somnis: vt in ꝓposito: nec facit duas vbi sufficit vna secundum illud Iob. xxxiij. Semel loquitur deus, & secundo idipsum non repetit. ¶ Est etiam notan
L dum quod sicut credere faciliter somniis leue est, & periculosum. ita etiam nimis tardè credere, vbi concurrunt signa bona de quibus sancti loquunt, & de quibus fortè dicet in quæstionibus, videt infidelitatis. vnde Chry. commẽdat Ioseph, quod crediderit angelo apparenti in somnis, & Zacharias fuit punitus: quia non credidit angelo apparenti tempore sacrificii, quod signum
M erat bonæ apparitionis. In hac tamen re generalem regulam omnibus sufficientem dare credo impossibile: nisi quod se quisq; spiritualis patris consilio humiliter committat (: Ioseph fili Dauid:) ideo Dauid commemorat secũdum Chry. quia de christo loqui volebat qui promissus fuerat Dauid. (Noli timere accipere). i. intus retinere secũdũ Chry. quia iam mente dimissa erat. Vel secundum Rab. noli timere accipere ad assiduam cohabitationem (Mariam cõiugem tuam) secundum Ambr. Maria dicitur cõiunx celebratione nuptiarum: non corporum copulatione. ¶ Et nota secundum Chrys. super Mat. quod triplici causa angelus apparuit Ioseph. Primò, ne iustus peccaret. Secundo, propter honorem Mariæ. Tertiò, vt diligentius se custodiret ab illa, quam prius. Apparuit tamen post conceptionem virginis, nõ ante, secundum eundem, ne Ioseph dubitaret, sicut & Zacharias cum maius sit virginem cõcipere, quam sterilem. (Quod enim in ea natum est.) Non dicit de ea. quia loquitur de natiuitate in vtero, non ex vtero (de spiritusancto est). Nam sicut dicit. S. Tho. super Mat. in semine maris, est virtus formatiua quę est in spiritibus & deducit materiam ad matricẽ. & eam ibi fouet: & corpulenta substantia. Spiritussanctus ergo tenuit vicem seminis quo ad primum, non autẽ quo ad secundum. Sed quare nõ dicit spiritussanctus pater christi? Rñdet Aug. quod etiã de homine aliquid nascitur, quod tñ non est hominis filius, vt vermis, & capillus. Et intendit Aug. quod oporter filiũ esse eiusdẽ naturæ cum patre. Christus ergo vt dicit. S. Th. vbi. s. non est filius spũssancti, quo ad naturã humanã, cũ non sit eiusdẽ naturæ cum eo nec quo ad diuinã quia nihil accepit filius à spiritusancto sed b[illegible]e cõuerso. Sed. iij. par. q. xxxij. assignat aliã rationem. S. Th. de hoc dicẽs. Quod aliquid dicit de aliquo secũdum propriã, & perfectam rationẽ nõ debet dici secundũ imperfectã sicut quia socrates est propriè homo

A homo, nõ dicit homo, eo modo quomodo imago hominis dicit hõ etiã si ipse alteri homini assimilet. Quia ergo christus est filius dei verè, & perfectè & propriè per æternã generationẽ non debet dici filius dei secundũ creationẽ vel iustificationẽ in natura humana. Ideo solius æterni patris est filius non autẽ spiritussancti, vel totius trinitatis. (pariet autẽ filiũ, & vocabis:) scdm Rab. nõ dicit impones, sed vocabis quia impositum est hoc nomẽ à deo (nomẽ eius Iesum) saluatorẽ. Nam scdm Hier. Iesus hæbreo sermone saluator dicit. vñ subditur (ipse enim saluũ faciet populum suũ). i. populũ sanguine suo sanctificatum. s. christianũ: non autẽ suũ. i. Iudaicum, qui consueuerat esse populus dñi. Nã dicit Daniel. ix. c. Non erit eius populus qui eũ negaturus est (à peccatis
C eorũ.) Ergo ista salus spiritualis est nec vnquã hactenus fuit talis saluator & cõsequenter illud nomẽ fuit nouũ, quantũ ad significatũ. ¶ Moraliter docemur, quod cum iustus hõ bono sine motiõe si nõ sit præceps, sed deliberet secũ an bñ vel malè faciat: non de est ei diuinum consilium, quo retrahatur à malo.

In nocte natiuitatis domini. Luc. j.

D

EXiit edictum à Cæsare augusto vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præsidẽ Syrię Cyrino. Et ibant oẽs vt profiterẽtur singuli in suam ciuitatẽ. Ascẽdit autẽ & Ioseph E à Galilæa ad ciuitatẽ nazareth in Iudęã ciuitatẽ Dauid quę vocatur bethleẽ, eo ꝙ esset de domo, & familia Dauid: vt profiteretur cũ Maria desp̃sata sibi vxore prægnante. Factũ est autem cum essent ibi impleti sunt dies vt parerent. Et peperit fi- F lium suum primogenitum. Et pannis eũ inuoluit & reclinauit eũ in pręsepio: quia nõ erat ei locus in diuersorio. Et pastores erãt in regione eadẽ vigilãtes & custodientes vigilias noctis supra gregẽ suũ. Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos, & G claritas deicircũfulsit illos: Et timuere timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite. Ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni pp̃lo quia natus est vobis hodie saluator, qui est xp̃s dñs, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signũ. Inuenie H tis infantẽ pannis inuolutũ, & positũ in præsepio. Et subito facta est cũ angelo multitudo militiæ cælestis laudantiũ deũ & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas.

Exiit

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXIIT EDICTVM A Cæsare augusto) Lu.ij. In præsenti euangelio tangun
tur tria puncta quę sunt,de
scriptio:parturitio:reuelatio. ¶ Quantum ad primum literaliter antequàm veniamus ad text.sciendum est quòd secundùm Chronica,& sanctos: dominus Iesus natus est sub imperio Anguſti,sub quo tanta fuit pax.xij.an.circa
K tempus natiuitatis christi scilicet ante & post,quòd ad literam videbatur impletum illud Esa.secundo Conflabunt gladios suos in vomeres.Et in hac pace fecit ædictum Augustus,vt orbis de scriberetur:mittens per vniuersas regiones præpositos generale promulgans ædictum : vt ciuitatum præsides ad suam præsentiam omnes pertinentes ad ciuitates conuocarent de castel.
L lis,& villis,& quòd quilibet pro capite suo idest pro inscriptione capitis sui offerret argenteum nummum prætii x.nummorum vsualium' & Romano imperio profiteretur etiam ore se esse subiectum.Voluit enim Augustus scire numerum prouinciarum orbe,& ciuitatum in prouinciis,& capitum in ciuitatibus,vt scilicet tributa honesta, & congrua imponerentur : secundùm:
M aliquos:vel fortè humana curiositate, aut leuitate ductus.Huius autem subiectionis exhibitio.dicta est professio qa se subdictos profitebantur homines imperio romano.Dicta est etiam descriptio, quia profitentium nomina scribebantur.Voluit autem dominus nasci tempore talis pacis.Primò,vt ostenderet se pacem inter deum,& homines facturum.Secundò,vt ostenderet se pacem diligere.Tertiò,vt discipuli liberius possent per orbem ad prædicandũ discurrerere.Licet enim tempore prædicationis eorum,non esset tanta pax amplius in flore:tamen remanebant vestigia eius.Ista ergo tangit Euangelista breuiter d.(Exiit ædictum) idest cõstitutio seu decretum(à Cæsare Augusto) Cęsar fuit primus Romanus imperator,à quo omnes romani imperatores Cæsares sunt appellati:sicut qui libet rex Aegypti Pharao.Augustus autem fuit Octauianus,sic dictus secundum Bed.& multos ab augendo ré publicam:vel fortè verius,secundũ alios ab augurio,seu quadam diuinationis specie,qua per volucrum gustum antiqui diuinabant: quæ dicebatur augustus:quasi auium gustus. Proiiciebant enim auibus escã cõtemplantes quid, & qualiter gustarent. (vt describeretur vniuersus orbis) secundùm glo.interlinearem,inuenitur alius textus talis(vt profiteretur vniuersus orbis terræ)& idem sonat.Est autem hic parabolæ vel synedochæ: quia nunquam vniuersum orbem subiugarunt Romani:secundùm ꝙ dicit Hugo de sancto Iaco.sed maiorem partem tantũ.(Hæc descriptio prima facta est à præside Syrie Cyrino) secundùm Bedam ista descriptio prima dicit:vel qa fuit prima vniuersalis. Nã pticulares fuerũt aliæ vt patet de ea quã fecit Ioab, ex
ꝑcepto Dauid.Vel secũdũ alios:prima oĩm facta est de scriptio in Syria,quæ est in medio mundi.& deinde ꝑ circuitũ vsq; ad fines terrarũ : Vel secũdùm mag.histo.quia singulis annis fiebat huiusmodi descriptio post natiuitatẽ christi

A sti,(& ibant oẽs,vt profiterẽtur singuli in ciuitate suam) vbicũq; habitarẽt, secundũ magi.hist.quod intelligo dum. modo essent in prouincia. Et vt dicit Bed.diuina prouidẽtia factũ est,vt sci licet dominus alibi cõceptus, & alibi natus.incidiãtis herodis furorẽ facilius euaderet.Vel secũdũ Chry.vt impleretur prophetia illa.Mic.v.Et tu Bethleem Effrata paruula es in milibus Iu
B da.Ex te enim egrediet,qui sit domina tor in Israel,& egressus eius à principio à diebus æternitatis.Vide infra in die Epiphaniæ.(Ascẽdit aũt & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazaret in Iudæam ciuitatem(Nota ꝙ hæc Iudæa stat adiectiuè : quia dicitur Bethleem
C Iudæa ciuitas,eo ꝙ in tribu sit Iudæ (Dauid)hoc dicitur secũdũ grecum,vt ostẽdatur cõpleta promissio factã Dauid,de fructu vẽtris sui sessuro per sedem eius(quæ vocatur Bethleẽ) Ascendit in quam Ioseph(eo ꝙ esset de domo.& familia Dauid , vt profiteretur cũ Maria desponsata sibi vxore ꝓgnãte) Dubiũ est aũt vtrũ mulieres profiterentur:& verisimile est ꝙ non.beata tamen maria secundũ aliquos fuit vnica patri,& hæres:& consequenter habebat profiteri.Quod si verum est,ly
D cum maria,referendum est ad ly profiteretur:& non ly ascendit.

¶ Allegoricè ex doctrina Bedæ Theo. & Ambro.sciẽdum est,ꝙ Augustus est christus.Beda.Christus vocabulũ,Augusti perfectissimè compleuit:vt pote suos,& augere desyderans,& angere sufficiens.Hæc ille.Hic fecit ædictum, vt subuersis vbique terrarum culturis idolorum, vbi regi christo subiugato mundo omnes profiteantur in baptis- E
mate.Mar.vl.Qui crediderit,& baptizatus fuerit,saluus erit:qui vero non crediderit,condemnabitur.In hac professione fidei argenteus,& nouus census offerendus est.i.census Ecclesiæ: secundum Ambro.Abolito censu veteri synagogæ.Et iste census de quo loquitur Amb.est census iustitiæ,quæ in nova lege est abundantior,quã in veteri.
Oportet autem profiteri in sua ciuita- F
te.i.ciuium vnitate quæ est Ecclesia: & non in conuenticulis hæreticorum, vel schismaticorum.

¶ Anagogicè verò ex doctrina Bedæ sciẽdum est:ꝙ ciuitas nostra est superna Hierusalem.Duas enim habemus ciuitates.s.temporalem.i.ecclesiam militantem:& æternam scilicet,ecclesiam triumphantem.Hæb. xiij. Non enim habemus hic manẽtẽ ciuitatem.Ad hãc G
quotidie de Galilæa , quæ interpretatur rota:& significat mundanam conuersationem,debemus accedere per bona opera,& per spem,& desyderium:& tandem offeremus deo censum.i. animam nostram, in qua est dei imago: quam tunc deus perfectè possidebit,& consequenter tanquam verus dominus assumet nos in suam protectionem.

¶ Moraliter ciuitas nostra est vel mate H
rialis ecclesia, vel ipsa anima nostra. Ad hanc quilibet ex volubilitate occupationũ debet sæpe ascẽdere,& profiteri.i.cõfiteri diuinã bonitatẽ,& suã iniquitatem:& debet offerre denarium idest propositum faciendi voluntatem. dei:seu offerre cor suum.Hic autẽ nũmus valet virtualiter obseruantiam. decem prçceptorum legis.

¶ Quan

I ¶Quantum ad secundum dicitur Factum est autem,cùm essent ibi,impleti sunt dies,vt pareret) isti dies sunt diuersimodè à diuersis assignati.Nam secundùm aliquos à creatione mundi, vsque ad christi natiuitatem fluxerunt anni,vj.milia.Ista fuit opinio Methodii:sed potius mysticè,quàm historialiter loquitur. Secundum alios verò v. milia . ccxxviij . secundùm Eusebium K verò Cæsarien. in chronicis quinque milia &.cxcix . secundùm Mag . verò hist.qui hoc dicit esse secũdùm lxx.interpretes,fluxerunt anni . v . milia & cxcvj.Ab Abraham verò duo milia , & cxij. secundùm Hæbreos tamen sunt multo pauciores.Et fuit anus.xlij . imperii.Aug.ita tamen vt regno August. addamus duodecim annos qui fluxerunt morte Iulii Cæsaris vsque ad AtL ticum bellum.Fuit etiam annus . xxx. Herodis.Et fuit nox dominicæ dici:secundùm Magistrum histo.Et fuit solstitium.hye male secundùm compotũ. Et tunc secundùm aliquos inchoata est ætas vj.secundùm alios verò in baptismo christi, & secundùm alios in passione.Sed quæritur:quare christus voluerit nasci non alio,sed tali tempore.Respondetursecundùm Greg. quòd M voluit nasci in prædicto solstitio, quãdo dies incipit crescere,& nox minui: ad significandum quòd ignorantiæ, & peccatorum tenebris effugatis , impleretur terra scientia domini,& operibus virtutum.Sed contrà quia solstitiũ præcedit natiuitatem christi per dies aliquot.Ad hoc dico quod sicut ex cõpoto patet sol suum cursum annualem agit in.ccclxv.diebus & fere sex horis, quæ sex horæ de quarto in quartum annum siue computatione reseruatæ in quarto anno faciunt vnã diem naturalẽ , quæ dicitur Bissextilis:eo quòd bis pronuntiamus illo anno.vj.Kal.Martii vbi interponitur illa dies:vel quia est ex bissis momentorum talis dies collecta. Pro hoc autem vide compotum.¶ Scitdum est etiam rursus ex eodem quòd Ioannes Baptista in solstitio natus est æstiuali,quando incipiebat decrescere dies,sicut & christus in hye mali,quando crescere incipiebat.Vnde dixit ipse Ioanes,vt habetur Io.iij.Illum oportet crescere me autem minui . Nunc verò retrocesserunt solstitia:& hoc quia annus solaris non completur præcisè per cccIxv.dies,& sex horas, sed deficiunt octo momenta,quæ sunt quinta pars vnius horæ:& ita in quinque annis erramus in computando vna hora & in cxx.annis vna die.Et nisi veniat finis mundi:vel corrigatur iste error:adhuc festum natiuitatis christi cælebrabitur vbi nunc celebratur festum Ioãnis Baptistæ:& econuerso:& omnia festa hyemalia erunt æstiualia:& ecõuerso. Secundum Bedam verò tunc nasci voluit quãdo mox natus census redderetur Cesari:vt propter liberationem nostram ipse subderetur seruitio.Sed quare voluit nasci in Bethleem?Respondet . S. Tho.iij.per quæst.xxxv.artic.vj.dicẽs Christus in Bethleem nasci debuit,& voluit:vt ex loco natiuitatis promissio facta Dauid de christo ostenderetur esse completa.Secundò, quia Bethleem interpretatur domus panis ipse enim est panis viuus.Elegit autem Hierusalem passioni:sicut elegit eam vt esset sedes

A sedes regni,& sacerdotii:Nam regnum & sacerdotium Christi præcipuè sunt in passione confirmata.Et vt confundat eos,qui de nobili ciuitate gloriantur,& in ea volunt honorari. Ipse enim voluit in humili nasci:& in gloriosa cõfundi,per ignominiam passionis. Non autem elegit Romam,ne cõuersio mũdi ascriberetur romanorum potentiæ: B sed tamen in ea posuit caput ecclesiæ suæ: in signum perfectæ victoriæ, & suæ potentiæ.Iuxta illud Esa.xxvj.¶Ciuitatem sublimem humiliabit scilicet roman.conculcabit eam pes pauperis. scilicet christi,gressus egenorum scilicet discipulorum eius.Hæc ex.S. Tho. (& peperit filium suum.) Licet enim deus sit,qui natus est,tamen verè est filius virginis,& ipsa verè est mater dei. C vt patet per.S. Thoma.iij.par.quæstio. xxv.(Primogenitum.) Primo genitus hic dicitur secundùm Hic.& Magistrũ histo.nõ post quem alius natus est, sed ante quam nullus.Vnde & Nu.iij.mandatur redimi primogenitus post mensem.Constat autem quòd tunc non poterat habere alium post se. (& pannis eum innoluit)per seipsam sine Ioseph, D propter reuerentiam,& sine obstetricibus.Nam requiruntur obstetrices propter dolorem parientis . Beata autem virgo sine dolore peperit, sicut & sine peccato concepit.vt patet.iij.q.iij. vnde liber de infantia saluatoris,qui asserit ibi fuisse mulierculas,non est autẽticus:sed apocriphus.Hieronimus.Nulla ibi obstetrix , nulla muliercularum sedulitas interfuit.Hæc ille . ¶Nota quòd panni sunt vile genus vestimenti secundùm aliquos : vnde pannosus dicitur.qui vilibus induitur . Videtur E autem quòd pannosus sonet abundantiam panni:& propriè competit pauperibus:qui simul cum nouis induunt vetera,& multipliciter resarcita . Ideo hic Grego.exclamat di . O admirabilem coartationem,& peregrinationem quam subiit qui continet orbem.Ab initio captat pœnuriam,vt eam in se ipso doceat. Nimirum si voluisset,venire,poterat in mouendo cælum & ter F ram concutiendo emittens fulmina. Non autem sic processit . Non enim perdere,sed saluare volebat:& ab ipsis primordiis humanam conculcare superbiam : atque ideò non tantũ homo fit,sed etiam homo pauper: & pauperem matrem elegit:quæ caret his quibus infantem natum reclinet.Hæc ille (& reclinauit eum in præsepio.)Quomodo ibi fuerit præsepe assignat magi G ster histo.quia Ioseph illud fecerat asino,& boui quos duxerat secũ. Asinum quidem secundũ Nic.de ly.ad vehẽdã sponsam.Boue verò ad vendẽdũ,vt ex pretio faceret expensas.Ista tamen nõ sunt certa:sed tamẽ persuadet ea Mag. hist.Primò per prophetiam : maximè Abach.iij.secundùm Septuaginta interpretes,vbi dicitur.Dñe audiui auditũ tuũ,& timui:cõsideraui opera tua.& H expaui in medio duum animaliũ innotescris.Et secũdò p cõsuetudinẽ pictorũ q sic pingũt.Pictura eñ vniuersali tempore & loco idest vniformis semp, & vbiq; facit probabile argumẽtũ , qa picturæ libri sunt idiotarum. ¶Est aũt sciendum quòd multa sunt quę scripta nõ legimus:& tamẽ certa ea tenemus: qa ab antiquis ad iuniores p gñationes

I nes deuenerunt: vt patet præcipuè in formis ſacramentorum: ſecundum. S. Thom. in multis locis: & tale quid fuit forte de iſto Aſino, & Boue. Dicit autem magiſter hiſtor. quòd fœnum ſuper quo iacuit Chriſtus tranſlatum dicitur: & eſt Romę in ſancta Maria maiori. Quia verò Chriſtus natus eſt ſaluo pudore matris: ita ventrem exiuit, ſicut vitrum penetrat radius ſolaris:
K ita quòd fuerunt duo corpora ſimul. Poſuit autem ſe Chriſtus mox natus: vt quibuſdam placet ſuper nudam terram ante oculos matris orantis, propter humilitatis, & auſteritatis exemplum: (quia non erat ei locus in diuerſorio) id eſt in hoſpitalaria ſecundum aliquos à diuertendo. Hoſpitium enim vocatur diuerſorium ſecundum conſuetudinem ſcripturæ. vt patet Geneſ.
L xcij. à diuertendo. Vel ſecundum Magi. hi. diuerſorium eſt locus inter duas domos coopertus in quo cõuenire conſueuerant ciues ad confabulandum. Idem videtur dicere glo. Be. vt dicatur diuerſorium quia diuerſa orificia habeat. i. duas portas: quamuis Iſid. dicat quòd ſic dicitur: quia diuerſi ad illud conueniant, ſiue ſecundum alios à diuertendo. quia. ſ. homines poſt viam
M illuc diuertant: quod idem eſt. Sed reuera prima expoſitio videtur rationabilior: quia ſi ſecundo modo ſumatur diuerſorium, vtique habuiſſet dominus locum in diuerſorio: vbi etiam iumenta manebant. In hoſpitio autem non habuit locum ſecundum. S. Vinc. Primò propter multitudinẽ nobilium qui ad profitendum conuenerant, cum illa ciuitas eſſet ornata nobilibus de genere Dauid. Secundò, quia tardè venerant vt pote Maria prægnante. Tertiò, quia erant pauperes, & hoſpitalarii libenter diuites recipiebant. Poſſemus tamen dicere quòd cum diuerſorium à diuertendo dictum ſit ſignificat hoſpitium ad quod diuertebant peregrini: & quòd tale reductum ad quod diuertebant ciues: etiam dicebatur diuerſorium, & in vno habuerint locum imo
B verò minores. ¶ Moraliter autem hic diuerſorium ſignificat cõſcientiam ad quam quilibet recurrit poſt ſuas operationes. In hac qui operantur inueniunt Chriſtum cõſolantem & paſcentem. Nullus eſt enim ita malus quin de bono opere gaudeat, ſecundum Philoſophũ. & multo magis bonus gaudet.
C ¶ Moraliter etiam Chriſtus voluit ſignificare multa ad quorum nos operationem conari debemus: quæ Be. expri mit dicens. Qui totum mundum vario velit ornatu: pannis vilibus inuoluitur, vt nos primã ſtolam percipere valeamus. Per quem omnia facta ſunt, manus, pedeſq; aſtringitur: vt noſtræ manus ad opus bonum extente: pedes ſint in viam pacis directi. Duri præſepius anguſtia continetur: cui cœlum ſedes: vt nos per cœleſtis regni gaudia dila-
D tet. Qui panis eſt angelorum: in præſepio reclinatur: vt nos quaſi ſancta animalia carnis ſuæ frumẽto reficiat. Qui autem ad dexteram patris ſedet in diuerſorio locatur: vt nobis in domo patris ſui multas manſiones præpararet. Hęc ille. ¶ Quantum ad tertium literaliter ſciendũ eſt quòd Deus in ipſa hora natiuitatis Chriſti multa per diuerſas partes mundi oſtẽdit mirabilia.

A mato ſuo curſu diuertunt: eſt vita beata, & in eo ante bouem, & aſinum ponitur Chriſtus in cibum ſempiternum. Significant autem iſta animalia viros operatiuos, & non doctos. Non enim docti, ex hoc quòd docti ſaluantur: ſed ex hoc quòd operatiui. Iac. j. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum. Et per bouem habentem arma inuaſiua intelliguntur potentes; per aſinum
B verò minores. ¶ Moraliter autem hic diuerſorium ſignificat cõſcientiam ad quam quilibet recurrit poſt ſuas operationes. In hac qui operantur inueniunt Chriſtum cõſolantem & paſcentem. Nullus eſt enim ita malus quin de bono opere gaudeat, ſecundum Philoſophũ. & multo magis bonus gaudet.
C ¶ Moraliter etiam Chriſtus voluit ſignificare multa ad quorum nos operationem conari debemus: quæ Be. expri mit dicens. Qui totum mundum vario velit ornatu: pannis vilibus inuoluitur, vt nos primã ſtolam percipere valeamus. Per quem omnia facta ſunt, manus, pedeſq; aſtringitur: vt noſtræ manus ad opus bonum extente: pedes ſint in viam pacis directi. Duri præſepius anguſtia continetur: cui cœlum ſedes: vt nos per cœleſtis regni gaudia dila-
D tet. Qui panis eſt angelorum: in præſepio reclinatur: vt nos quaſi ſancta animalia carnis ſuæ frumẽto reficiat. Qui autem ad dexteram patris ſedet in diuerſorio locatur: vt nobis in domo patris ſui multas manſiones præpararet. Hęc ille. ¶ Quantum ad tertium literaliter ſciendũ eſt quòd Deus in ipſa hora natiuitatis Chriſti multa per diuerſas partes mundi oſtẽdit mirabilia.
E Nam ſicut tradũt hiſt. in illa nocte vineæ engaddi quæ balſamũ producunt: fecerunt flores, & fructus, & liquorem protulerunt. Et ſimiliter iuxta Iaco. de Vora. quãuis aliquibus ſit dubium an intelligatur de populo Iudæorum. Dicit beatus Hiero. ſuper illo verbo. Lux orta eſt eis quòd in eadẽ nocte omnes Sodomitæ mortui ſunt. Noluit enim Chriſtus tantum nefas impunitũ manere in humana natura: eo naſcente in
F eadem. Item ſicut tradũt hiſtoriæ: Romani propter magnam pacem quæ in mundo fuerat templum pacis ædificarunt: & reſponſo accepto ab oraculo, quòd tunc rueret, cum virgo pareret: exiſtimãtes impoſsibile virginem parere poſſe poſuerunt titulum in fronte eius tale. Templum pacis æternũ. Sed in eadem hora corruit: & modo ibi eſt
G eccleſia ſanctæ Mariæ nouæ. Item Romæ (vt teſtantur Horoſius, & Strabo) fons aquæ in liquorem olei verſus eſt, & vſque in tyberim fluxit: & tota illa die largiſsimè emanauit: ſignificãs Romam futuram eſſe, in qua ſedes Eccleſiæ poneretur in cuius medio fons eſt oleum diuinæ miſericordiæ manans. i. baptiſmus. Item (vt teſtatur Chry.) legitur in quibuſdam hiſtoriis quæ tamẽ non ſunt autenticæ: quòd eadem hora
H magis ſecundum quendam ritum orãtibus: ſtella habens in ſe infantem cum cruce in fronte apparuit: & alloquens eos miſit in Iudæam quęrere, & ſalutare nouum regem. Item eadem die (ſecundum hiſt. &. S. Tho. iij. parte.) tres ſoles apparuerũt in Hiſpania: qui paulatim in vnum cõuerſi ſunt ſignificãtes diuinitatẽ animam, & corpus in vnam

I conueniſſe perſonã. Item (vt ait Inno. iij.) Octauianus Auguſtus intantũ Senatui placuit, vt cum pro Deo colere vellẽt: quod prudẽs imperator reuerebatur. ſe mortalẽ intelligẽs. Ad inſtantiam autẽ Senatus vocata eſt ſibylla: vt ſciretur ſi poſt eum aliquis maior futurus eſſet. Cũ ergo in die natiuitatis cõcilium cõuocaſſent: & Sibylla in camera ſuper hoc oraculis inſiſteret in me-
K dia die circulus aureus apparuit circa ſolẽ, & in medio pulcerrima virgo puerum geſtãs in gremio. Cumq; imperator Sibylla hoc monſtrãte miraretur: audiuit vocẽ dicentẽ. Hæc eſt ara cœli. Et Sibylla ait. Hic maior te eſt, hunc adora. Illa camera modo dicit ſancta Maria ara cœli. Item ſecundũ multos præcipue. S. Vin. & Nic. de Ly. Chriſto exeunte virginis vterũ, nox in claritа-
L tem dici cõuerſa eſt, iuxta prophetiam Pſal. Et nox ſicut dies illuminabitur. Et hoc videtur conſonũ his quæ dicunt de apparitione angelica, quã Dei claritas cõcomitata eſt, & in multõ magis circa loca vicina Soli Iuſtitiæ, & lumini gẽtium lux ſubito coruſcauit. Nã dicitur (& paſtores erãt in regione eadẽ) Diſtabãt enim per miliare ſecundũ Mag. hiſt. (vigilãtes, & cuſtodientes vigilias
M noctis ſuper gregẽ ſuũ.) Dicit magiſter hiſto. ꝙ mos antiquorũ fuit, in vtroque ſolſtitio vigilare ad reuerentiã Solis: & fortè hoc vſq; ad Iudæos erat deriuatũ & extẽſum. Sed quia hoc erat idololatrare. forte melius dicitur ꝙ propter particula gregis vigilabãt, vt videt dicere textus. Et erãt viri ſimplices, & boni. Vnde ait Chryſ. Non autẽ angelus iuit Hieroſolymã: non requiſiuit Scribas, & Phariſæos. Erãt enim corrupti, & præ inuidia cruciarẽtur: ſed hi erãt ſciturі antiquã converſationẽ Patriarcharum, & Moyſi colentes. Eſt autẽ ſemita quædã ad prophetiã perducẽs innocẽtia. Hæc ille. Vnde ſubdit (& ecce angelus dñi ſtetit iuxta illos.) & hoc in corpore aſſumpto in hora natiuitatis Chriſti: vt rationabiliter credi poteſt (& claritas Dei circũfulſit illos.) Dicitur claritas Dei, claritas ſupernaturalis: & miraculoſa quã Deus inuſitato modo, ꝙ-
duxit. Et nota ſecundũ Bed. ꝙ nũquam ante angeli cũ luce apparuiſſe legitur: quia hoc priuilegiũ ſeruabatur illi tẽpori, qñ exortũ eſt lumẽ in tenebris, (& timuerũt timore magno) quia naturaliter præſentia angelica hũc producit effectũ in homine maximè cõcomitante inuiſitata luce. Sed angelus bonus tollem timorẽ fugat ſecundũ Græcum. S. Tho. & alios ſanctos. ideo ſubditur, (& dixit illis angelus: nolite timere, ecce enim Euãgelizo). i. annũtio (vobis gaudium magnũ quod erit omni populo) ſ. Gẽtili, & Iudaico, (quia natus eſt vobis). i. hominibus (hodie ſaluator.) Dicit, hodie: licet eſſet nox: quia nox pars eſt naturalis diei: vel quia illa nox lux diem converſa erat ratione claritatis: vel quia nũtiabat ſolem exortũ, vel ſecundũ aliquos quia nũtiabat læta. Nã in triſtibus cõſueuit nominari nox: ita Illud Matth. xxvij. Omnes vos ſcãdalũ patiemini in me in ꝛta nocte. Sed quare hoc nũtiatum eſt paſtoribus dicente Paulo. j. Corint. ij. Sapientiã loquimur inter perfectos? Ad hoc dicit Gorrã ꝙ ſapientiã ſubtili indagatione loqui nõ debemus, niſi inter perfectos, ſed

A ſed ſecus ſimplici narratione. Chriſtus igitur ſuam natiuitatẽ diuerſis diuerſimodè manifeſtauit: vt Scribis, & Sacerdotibus per ſcripturã quam nouerant. Magis verò qui aſtrologi erãt per ſtellam: paſtoribus autẽ qui quo ad vtrunque erant ignari: per apertam locutionem. Hoc autẽ fuit. Primò ratione innocentiæ eorũ, vt dicit Chry. Secundò
B ad approbandum officium paſtorale. Tertiò, ad oſtendendũ quòd natus erat agnus. Quartò ad oſtendendum quòd natus erat paſtor: ouem perditã quæſiturus. Quinto ad oſtendendũ quòd ſpirituales paſtores vigilãtes præ cæteris merentur videre ſublimia. Sed quare angelus dixit illud gaudium eſſe magnũ? Ad hoc dico quòd eſt magnũ intenſitatem: ita quòd in vno apud rectè ſentien-
C tem non poteſt eſſe maius. Quia enim ſummũ deſiderium noſtrũ eſt aſſequi finẽ vltimum: id quod facit nobis impoſſibilitatẽ acquirendi illã eſt maximè doloroſum, & pœnoſum: puta claſſio cœli: & incarceratio inferni: & cõſequẽter id quod remouet hoc malum oportet eſſe maxime gaudioſum. Eſt etiam maximum extenſiuè in ſurſum. Ber. Magnum eſt hodiernæ feſtiuitatis
D gaudium quòd cœlũ replet antequàm terrã. Item etiã in deorſum: quia vſque ad infernũ penetrauit: vt poſſimus de exiſtentibus in lymbo dicere illud. Heſter. viij. Iudicis noua lux oritur viſa eſt. Et in latum quia replet mundum: quia eſt commune omni populo. i. Gentili, & Iudaico: vt dictum eſt, vt conueniat ſingulis de populo, vel omni populo. i. Eccleſiæ quę integratur ex omni populo: vt exponit Gor. Et in longũ: quia à principio mũdi vſque ad finẽ extendi-
E tur. Sicut enim nos lætamur de nato: ita antiqui de naſcituro: iuxta illud. Io. viij. Abrahã exultauit vt videret diem meũ, vidit, & gauiſus eſt. (Qui eſt Chriſtus dñs) Sicut autẽ dicit. S. Th. iij. par. q. xvj. Ieſus ſignificat naturã humanã: ſicut Deus diuinã: ſed Chriſtus ſignificat vtrũque. Et Chriſtus græcè, latinè dicitur vnctus. Inungebãtur autẽ Reges, & Põtifices. Ideo Chriſtus tanquã
F Rex, & Põtifex iniũctus eſt à Deo, ſecũdum humanitatẽ plenitudine gratię, & charitatis, quæ dicit vnctio. j. Io. ij. Vnctio docet vos (in ciuitate Dauid). i. Bethleẽ. vñ ortus eſt Dauid. (& hoc vobis ſignũ) ſupple eſt, vel erit, quo ſcietis ita eſſe, vt dico (inuenietis infantẽ pannis inuolutũ, & poſitũ in preſepio.) Per hoc ſignũ voluit angelus innuere paſtoribus, ꝙ Chriſtus nõ venerat ad tẽpo-
G raliter regnandũ: vt Scribę, & Phariſæi expectabãt: vel põt dici quod hoc erat propriũ ſignũ ſaluatoris nati. ¶ Ad cuius euidẽtiam ſciendũ eſt ꝙ tãtum duo fuerũt ſaluatores populi Iſraël, qui eũ exiſtentẽ extra ſuam terrã liberauerũt, ſ. Moyſes, qui liberauit eum à ſeruitute AEgyptiaca. Exo. xiij. & Cyrus, qui eũ liberauit de captiuitate Babylonica. j. Eſdr. j. & vterque fuit Chriſti figura: &
H ſimiliter vterq; nouiter natus fuit inuẽtus in magna paupertate. Nã Moyſen inuenit filia Pharaonis in fiſcella inuncea. Exod. ij. De Cyro verò legitur quòd Aſtiages rex Perſarum vidit in ſomnis vitẽ exeuntẽ de vtero filiæ ſuę: & totã Aſiam occupantẽ. Et per coniectores ſomniorũ intellexit ꝙ illa eſſet paritura regem. Quamobrem timens

perdere regnum illam tradidit paupe
ri militi:deinde iusit partum occidi.
Sed compassione ductus is cui mandatum dederat:exposuit infatem fortunę
relinquens eũ,in quadã sylua quẽ Pastoris cuiusdam catula lactauit.Pastor autẽ volens scire quo catula frequẽter
declinaret:obseruauit eam,& puerum
inuenit:quẽ vxori suæ nutriendũ tradidit:& tandẽ Rer persarũ,& Medorũ
K factus est.Cum ergo figuratum & figura conueniant,Christus in paupertate
natus est.Et postquã Angelus annũtiauit Christi natiuitatem secuta est mul
ta exultatio Angelorũ,quia gaudebã,
ꝙ sedes vacuæ in cælo essent implẽdę,
vnde subditur.(& subito facta est cum
Angelo multitudo militiæ cælestis) id
est Angelorum bonorum.qui secũdum
Bed.eo quòd pro nobis cõtra demones
L pugnent dicuntur exercitus;cum sint
valde multi . Vel dicuntur exercitus,
non ab ipsa pugna solũ:sed ab exercẽ
do omnia diuina opera,& officia exce
ptis duntaxat his quæ à solo Deo fieri
possunt.¶ Et nota ꝙ in veteri testamẽ
to aliquando legitur apparuisse vnus
Angelus tantum,vt Iudic.xiij.Aliquãdo duo.vt Gene, xix. Aliquando tres,
vt Gene.xviij.quando Abraam tres vi
M dit,& vnum adorauit.Aliquando sex,
vt Ezec.ix,Ecce viri &c.Aliquãdo plu
res indeterminatẽ,vt Gene.xxxij.fue
runtque obuiam Angelo Dei Aliquãdo exercitus eorum:sed per modũ vi
sionis:vt iiij.Reg.vj.dicitur Ecce mõs
plenus curruũ.sed hic apparuit exerci
tus nõ tantũ in visione:sed in remediã
tibus corporibus assumptis,& cũ luce.
vel si nõ oẽs apparuerunt,tamẽ fuerũt
verè præsentes,& sunt auditi.hoc autẽ
fuit in signum ꝙ aliquid maius solito
nuntiabatur (laudantiũ Deum,& dicẽ
tiũ gloria in altissimis Deo.) Licet eũ
Deus vbique sit gloriosus,& à creatura glorificatus:hoc tamẽ specialius est
in cælo vbi sunt nobilissima corpora
& beati diuinitatem contẽplantes.vnde super cælos dicitur esse gloria eius.
Sed cõtra quia quod per superabũdan
tiam dicitur vni soli cõuenit ergo non
est nisi vnus altissimus. Solutio. Vnus
est altissimus simpliciter,sed secundũ
quid,& in diuersis generib⁹ sunt diuersa altissima : puta in corporibus,cælum,in Angelis vnus:& in hominibus
multi equales sibi,quãuis hic per altissimi simpliciter.sunt tamẽ altissimi,id
est valde alti.Vnde autẽ sumptum sit
residuũ illius hymni.Dico,quòd secun
dũ Gor.& Chronica illud addidit Hila.& deinde Theleſphor⁹ Papa statuit
illum esse à solis episcopis incipiendũ,
deinde Simachus à solis sacerdotibus
in diebus festis:eo ꝙ ipsi Angeli sint
dei.Notanter autem Angeli dant gloriam Deo,quia vt dicit Gor.Deus vindetur sibi tria reseruasse. Primò,vindictam,Ro.xij,Mihi vindictam,& ego re
tribuã.& Deute.xxxij,Mea est vltio,&
ego retribuam eis in tempore.Secũdo
iudiciũ de omnib⁹ bonis & malis:Ro
xiiij.Tu quis es,qui iudicas alienũ ser
uum.Tertiò,gloriã de bonis Esa.xlij,
Gloriam meam alteri non dabo (& in
terra pax hominibus.) Chrisosto.Hęc
autẽ pax per Christum facta est.Reconciliauit enim non per se Deo,& Patri
culpam hostilẽ de medio auferẽs.Duos
populos in vnũ hominem pacificauit:

ac cælicolas,& terræ nos in vnum gregem cõposuit.Hæc ille.Bede . Quibus
autem hominibus pacẽ poscant Angeli
exponunt dicentes (bonæ voluntatis)
eis,scilicet qui Christum suscipiunt na
tum.Non enim est pax impijs.sed pax
multa diligẽtibus nomẽ Dei.Hæc ille.
Ex quibus patet ꝙ ista intelligũtur de
pace bona & spirituali quã Christus ve
B nit mittere in terram.non autẽ de ma
la.quæ est concordia in malo.hanc eũ
venit auferre . vnde Matthæi.x.dicit.
Non veni pacẽ mittere in terram,sed
gladium.¶ Allegoricè sciendum est ꝙ
pastores vigiles in nocte,sunt secundũ
Greg.boni prælati,& doctores sollicitã
curam de animalibus gerẽtes in nocte
præsentis exilij,cõtra tentamenta Lu
porũ,id est demonũ Illi merẽtur de cæ
lestib⁹ mysterijs edoceri,& gaudio ma
C gno per frui. Itẽ,nato Christo per fidẽ
in cordibus fidelium laus magna secuta est per vniuersum orbẽ.& lux immẽ
sæ intelligentiæ supernorũ. ¶ Anagogicè verò sciendũ ꝙ Christus significat eum qui se & alios vult saluari.Iste
nascitur dum moritur.quia aliã ingreditur vitã.Egressa ergo aia iusti de vte
ro Mariæ.i.de corpore,tenebræ vetrũ
tur in lucẽ.qa statim intelligit modo
D Angelico.etiã si sit mala vt patet p. S.
Tho.j.par.q.lxxxiiij.& si sit bona perfi
citur beatifica visione statim , vel post
plenã purgationẽ.¶ Moraliter instruũtur pastores,i.prælati ꝙ si volũt perei
pere claritatẽ æternæ visionis,& cõfabulationẽ Angelicã,vel cõsortiũ debẽt
vigilare:qa p grege administrato reddituri sunt rõnẽ,Instruunt etiã mẽbra
Xpi,vt paupertatẽ,& asperitatem vitæ
cũ suo capite amplecti debeant.Itẽ in- E
struunt iuxta doctrinã Bedi. Vno Angelo,vno Euãgelizãte nuntio natũ in
carne Deũ,mox multitudo militiæ cælestis in laudẽ cõditoris prorũpit:vt &
Xpo deuotionẽ impẽdã,& nos suo exẽplo instruãt quoties aliqs firmũ sacræ
eruditionis verbum sonuerit:vel ipsi
quæ pietatis sunt ad mentem reduxerimus,deo statim laudes ore corde,& F
opere reddamus.hæc ille.

In aurora missæ natiuitatis domini. Luc. ij.

PAstores loquebãtur ad inuicẽ. Trãseam⁹ vsque ī Beth
leem,& videamus
hoc verbũ,quod factũ est:ꝙ fe G
cit dñs,& ostendit nobis.Et ve
nerunt festinãtes,& inuenerũt
Mariã,& Ioseph,& Infantem
positũ in præsepio. Videntes
autẽ cognouerunt de verbo,ꝙ
dictum erat illis de puero hoc.
Et oẽs qui audierunt mirati
sunt:& de his quæ dicta erãt à H
pastoribus ad ipsos.Maria aũt
conseruabat omnia verba hæc
conferens in corde suo.Et reuersi sunt Pastores glorifican
tes,& laudantes Deũ in omnibus quæ audierant:& viderãt:
sicut dictum est ad illos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I PASTORES LOQVEbãtur adinuicem.) Luc.ij. In præsenti Euãgelio tangũt tria pũcta:q̃ sunt Inquisitio,inuẽtio,exultatio.¶ Quãtũ ad primũ literaliter sciẽdũ est ꝙ pastores nocte venerũt in Bethleẽ:qa dicit Lucas ꝙ recedẽte Angelo loquebanť adinuicẽ dicẽtes.Trãseam⁹ vsque Bethleẽ, & videamus hoc verbũ.) Per verbum, K secundũ Bed.intelligit verbũ æternũ, & sic exponit secundũ eũ.Videam⁹ hoc verbũ,ꝙ factũ est.i.verbũ ꝙ semp erat videam⁹,quomõ sit caro factũ. Si q̃dẽ secũdũ aliquos fuerũt intus illuminati à Deo.Sequit (ꝙ fecit dñs,& ostendit nobis).i.secundũ Bed. Videam⁹ quomodo verbũ ipsum se fecit, s.hominẽ, & ostẽdet nobis carnẽ suã.Nã secundũ Amb.cũ caro videť,verbũ videť,& intellige ꝙ videť verbũ:non tamẽ quãtũ L ad oẽm suã naturã:sed solũ quo ad humanã.Pot etiã exponi secũdò,sic,vt ꝑ verbũ intelligat̃ res:nõ q̃cũque:sed dign⁹ & magna iuxta illud. Esa. xxxix. Non fuit res digna verbo.i.ꝑtiosa quã nõ ostẽderet eis.Verũtã in diuina scriptura verbũ cõsueuit accipi,pro facto, siue ꝙ quæcunque re gesta. Isto modo dixit Dauid.ij.Reg.j.fugienti de ꝓlio. M Quod est verbũ,quod factũ est.i. quomodo se res habuit:& sic patet textus. ¶ Sciendũ tamẽ ꝙ in græco,nõ habeť quod fecit,sed solũ quod dñs ostẽdit nobis. (Et venerunt festinates) principaliter ex desiderio videndi Xpm ,& secundario,vt citius redirẽt ad gregem: fortè sine custodia derelictum. Sed ad plenioré dictorũ intelligentiã sciendũ est ꝙ.S.Tho.in.iij.q.xvj.ar.vj. quærit vtrum hæc proposito sit vera.Deus factus est Homo.Et respondet ꝙ sic.quia vnũquodque dicitur esse factũ,illud ꝙ de nouo incipit prædicare de Xpo. Et eodẽ modo potest dici,ꝙ Bed.dicit verbũ esse factũ hominẽ,vel carnẽ.i.hominẽ à parte denominando totũ:qa sicut esse hominẽ verè prædicať de Deo:ita etiam vere prædicatur de verbo Dei. ¶ Moraliter instruimur ꝙ si volumus Xpm inuenire nõ debemus,q̃rere illũ cum desidia,& negligentia:sed festinãter,vt dicit Ambro.¶ Quãtum ad secundum sciendũ,ꝙ patet vsque ibi (cõferens in corde suo.) Secundum eñ doctrinã Bed.cõferebat quæ per Prophetias sciebat futura de Xpo,cum his q̃ videbãtur impleta:quod beatæ virgini erat valde delectabile : & nobis valde vtile,quia beata Virgo plenissimè potuit de Xpi misterijs alios docere.Cætera quæ dici possent circa hoc Euangelium literaliter,patere faciliter possunt ex dictis.

In die Natiuitatis Domini, ad Missam maiorem. Ioan.j.

IN principio erat verbum: & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt:& sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat:& vita erat lux hominum.

A num.Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehẽderũt. Fuit homo missus à Deo cuinomẽ erat Ioãnes.Hic venit in mũdũ vt testimonium perhiberet de lumine:vt oẽs crederent per illum.Nõ erat ille lux: B sed vt testimoniũ perhiberet de lumine.Erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mundũ.In mũdo erat,& mundus per ipsum factus est:& mundus eum non cognouit.In propria venit, & C suj eum non receperũt. Quotq̃ quot autem receperunt eũ dedit eis potestatem filios Dei fieri:his qui credunt in nomine eius,qui non ex sanguinibus:neque ex voluntate carnis: neque ex voluntate viri: sed D ex Deo nati sunt . Et verbum caro factum est , & habitauit in nobis , & vidimus gloriam eius,gloriam quasi vnigeniti à Patre,plenum gratiæ,& veritatis.

IN PRINCIPIO erat verbum) &c. Ioan.j.Ioannes Euangelista dictus est Aquila:quia cæteris Euangelistis altius insonuit : & maximè in præsenti Euangelio,ꝙ diuiditur principaliter in duas partes.In prima eñ E agit de verbi diuinitate.In secunda de eius humanitate:ibi(fuit Homo missus à Deo) Prima pars diuiditur in duas. Primò enim manifestat verbum quantum ad eius essentiam.Secundo,quantum ad eius potentiam:ibi (omnia per ipsum facta sunt.) ¶ Quantum ad primũ soluit Ioan.iiij.mirabiles quæstiones.Prima enim quæstio quæ de verbo formari potest,est quando erat verbũ, F scilicet ab æterno,vel ex tẽpore:& hãc soluit dicens (in principio erat verbum .) Pro intellectu autem solutionis declaramus tria verba posita in ea quæ sunt . Verbum , In principio , & Erat. ¶ Sciẽdum est ergo quòd secundum Augustinum decimoquinto libro, de Trinitate.& Dama.primo libro.in nobis est triplex verbum , scilicet intelligibile:quo rem ipsam per suã speG ciem cogitamus , secundum quòd homo actualiter sibijpsi quodam modo loquitur,intuendo quod latebat in memoria.Et istud verbum nihil aliud est, quàm conceptus mentis,qui est quædam imago rei existentis extra animã, quam imaginem intellectus format: vt posśit in ea videre re , in cuius est imago : etiam si talis res non sit præH sens imo etiã si nullo modo sit existens in rerum natura . Et secundo verbum imaginabile : quo speciem vobis præferendæ apud nos formamus . Est & tertio verbum sensibile : secundum quod vocem ipsam proferimus . Cum primo verbo habet similitudinem verbum æternaliter genitum : Cum secundo vero verbum,vt in carnali:præuisum.cũ tertio autẽ ipsum verbũ in-

I carnari inquantum incarnatum. Vnde sicut dicit Augustinus, vbi suprà nec verbum imaginabile, nec verbum vocale gerit similitudinem verbi increati: sed solum verbum intelligibile. Hæc autem similitudo potest attendi quo ad hoc: quia sicut verbum intelligibile in nobis habet expressam similitudinem: imò est expressa similitudo illius rei quæ latebat in memoria
K ita verbum dei est expressa similitudo patris. Et sicut in verbo facienda disponimus: nec aliquid facimus quod non prius verbo mentali nobis loquamur, ita deus nihil facit, quod non prius in verbo disposuit. Et omnia ista habetur ab August. vbi supra. Est etiam quantũ ad hoc similitudo: quia sicut filius Dei emanat à patre, & est ista emanatio intellectualis non materialis: ita verbum
L emanat ab intelligente, non materialiter, sed intellectualiter. Est ergo similitudo inter verbum creatum, & increatum quo ad emanationem & emanationis modum seu immaterialem, & quo ad emanantis similitudinẽ, quia vtrũq; verbum est simile intelligenti: quando idem intelligit se, quia semper verbum est similitudo intellecti per verbũ. Modus autem originis, & emanationis verbi sic aliqualiter videri potest. Homo
M enim per sensus cognoscit res. Sensus autem exteriores qui sunt quinque visus, olfactus, auditus, gustus & tactus nuntiant sensui cõmuni, cuius officium est percipere omnia quæ percipiuntur à singulis quinq; sensuũ exteriorum & inter illa diiudicare, sed tamen nihil apprehendit nisi sit præsens id quod apprehẽdit. Iste autem annuntiat Phantasiæ, quæ est de re etiam absente, & illa intellectui. Similitudo ergo rei quæ primò fuit accepta per sensum exteriorẽ: quanto ad altiorẽ potentiam deducitur, tanto efficitur purior. Vnde cum peruenerit ad phantasiã tantum est iam deputata ꝙ superueniente luce spirituali intellectus agentis causatur in intellectu possibili species quędam rei intelligibilis per quam intellectus re intelligit: sicut ignis per caloré calefacit. Sicut enim forma naturalis est principium actus cõsimilis in re naturali: ita prædicta forma intelligibilis in intellectu existẽs, est principium cõsimilis conceptus in intelligente. Sicut enim calidum per suum calorem calefacit causando alium calorem: ita intellectus per talem speciem intelligendo causa in seipso aliam speciem eiusdem rei quæ propriè dicit verbum siue conceptus intellectualis, qui similis est illi formæ per quam intellectus intelligit: quo ad hoc quod ambo idem representant: tamen verbum seu secũda species perfectior est, quam prima & ab ea differt realiter, & specificè, licet non differat realiter ab intellectione qua producitur: quia se habet ad eam, vt terminus ad motum: si tamen produceretur per intellectionem effectiuè differet ab ea realiter. Modo producitur ab ea per modum causæ materialis, seu dispositionis, sicut & terminus per modum eo quod imperfectum sit via ad perfectũ. Sic ergo in ista intelligibili origine forma seu species intelligibilis accepta à phantasia, est id quo intellectus intelligit, & intelligendo verbum produxit. Ipse verò conceptus elicitus ab intellectu

A ctu intelligentis, dicitur verbum genitum. Per istum ergo modum similiter in diuinis dici potest ꝙ diuina essentia vel substantia quæ se habet ad paternũ intellectum quasi per modum formæ intelligibilis est id formale principiũ, quo pater intelligit, & intelligendo verbum producit. i. format in seipso simile
B mum conceptum, qui dicit verbũ. Ipse verò pater intelligens est generans sed id quod concipit in intuitu suę essentię est verbum genitũ, ab ipso perfectè totã patris essentiã representans. ¶ Est autem sciẽdum ꝙ hoc verbũ dei à nostro differt in trib⁹. Primò, quia scđm Aug. verbum nostrum prius est formabile quam formatum. Nam cum volo concipere verbũ seu lapidis rõnem oportet ꝙ ad hoc rõcinando perueniam. Et
C hoc requirit in omni eo ꝙ volumus intelligere, nisi fortè in primis principiis quæ statim, & sine discursu intelligim⁹ vt puta ꝙ totum est maius sua parte & in primis conceptibus notissimis notionibus. Quandiu autem intellectus sic ratiocinando discurrit iactat hac atq; illac, & formatio verbi necdum perfecta est nisi qñ ipsam rõnẽ rei perfectæ cõceperit, & tunc primo habet perfectam
D rõnẽ verbi. Et hinc est ꝙ in aĩa nostra est ipsa cogitatio. i. discursus inquisitionis & est verbũ formatũ scđm perfectã cõtemplationẽ veritatis. Et sic patet ꝙ verbum nostrũ de potẽtia ad actũ progredit. Sed verbũ dei semp est in actu: alioquin deus cognosceret nouiter quę prius ignorabat, ideo nomen cogitationis verbo dei ꝓpriè nõ conuenit. Vnde dicit Aug. in lib. de trini. ꝙ sic dicendũ est verbũ dei vt cogitatio non dicat ne

E quid quasi volubile credat in deo. Secunda differẽtia est quia verbũ diuinũ perfectissimũ est, nostrũ verò imperfectum. Quia eĩ non possumus oĩa quæ sunt in oĩa, & sciẽtia nostra vno verbo exprimere oportet ꝙ sint plura verba imperfecta per q̃ diuisim exprimamus quæ in nostra sciẽtia continent. In deo autem non est sic: nã ipse vno simplici intuitu seipsum cognoscẽdo oĩa cognoF scit. Et ideo est vnicũ verbũ diuinũ ex pressiuum totius ꝙ in deo est & etiam oĩm creaturarũ: aliâs esset imperfectũ. Vnde dicit Aug. ꝙ si aliquid min⁹ esset in verbo quã in dicentis scientia conti neat imperfectũ esset. Cùm ergo sit perfectissimũ, est tm̃ vnũ. Tertia differentia est, quia verbũ nr̃m non est eiusdẽ naturæ nobiscũ: diuinũ aũt est eiusdem nature cũ deo, & subsistit in natura diuina. Nam cõceptus intellectualis siue G rõ intellecta: quẽ intellectus noster format de re intellecta habet esse intelligibile tm̃ in aĩa nr̃a cui⁹ intelligere non est idẽ, ꝙ suũ naturale esse vel essentia quia aĩa nõ est sua operatio. Et iõ verbum ꝙ format intellect⁹ nr̃ non est de essentia aĩæ sed est eius accidẽs. In deo autẽ idẽ est intelligere & esse iõ verbũ in diuinis nõ est accidẽs sed ad essentiã ipsam diuinã pertinet. Vñ oportet ꝙ sit H subsistẽs & deus quia quicquid est natura dei, est deus. Vñ dicit Damas. ꝙ verbũ diuinũ substantiale est in hypostasi existens reliqua verò verba. i. nr̃a sunt virtutes aĩæ. Ex præmissis patet ꝙ verbũ ꝓpriè loquendo semp accipit personaliter in diuinis cũ importet quid expressum & originatũ intelligente origo aũt in diuinis nõ nisi ad personã pertinet.

I net. Patet etiã hoc verbum esse coæternum ei à quo procedit quia non prius fuit formabile, quã formatũ, sed semp est in actu. Patet etiã ꝙ est pri æquale per oĩa cum sit verbũ perfectissimũ: totius essentiæ patris expressiuũ & contẽtiuum. Patet ẽt ꝙ cùm in qualibet natura id ꝙ procedit hãs verã similitudinẽ eius à quo procedit vocẽ filius, & hoc verbũ procedat in similitudine, & idẽti
K tate naturæ eius à quo procedit: verè & ꝓpriè dr̃ filius & eius ꝓductio dr̃ gẽatio. Et sic patet declaratio primę dictionis. Sed hic occurrunt quatuor qõnes. Prima est Chry. quare Ioãnes dimittẽs prẽm statim incœpit à filio dicens. (In principio erat verbũ.) Ad hoc dicit ꝙ ideo est quia per filium dicimur in notitiã pris. Vnde. ℑ. x. Pater manifestaui nomen tuũ. Ideo volens euangelista fi-
L deles adducere ad notitiã patris statim incœpit à filio, & cõtinuo subiungit de patre dicẽs (& verbũ erat apud deũ). s. patrẽ. Põt etiã dici ꝙ pater in veteri testamẽto erat oĩbus cõiter notus in rõne dei, & si nõ in rõne patris fili⁹ aũt ignorabaʳ. Ideo in nouo testamento in quo agitur de cognitione verbi ab eius notitia incipit euangelista. ¶ Secunda qõ est etiã Chry. Cùm eñ verbũ ꝓcedat
M vt fili⁹ quare dixit verbũ & nonfilius? Ad hoc rñdeʳ sc̃dm aliquos tripliciter. Primò dicendo ꝙ hoc fit ad tollendam carnalis gẽationis concupiscentiã quẽ filius dat intelligere. Dicit ergo verbũ: ne credaʳ per cõcupiscentiam deus genuisse. Secundo fit ratione actus, quia verbum habet nũtiare quod occultum est in corde & ad hoc fili⁹ venit in mundum, & ideo dicitur verbũ. Tertiò quia in euangelio Ioãnis agitur de Filio secundum quod per⁹ ipsum creatura rationalis reducitur ad patrem, tanquam ad primam similitudinẽ, & exemplar. Sed verbum est prima similitudo intellectus: qui patri attribuitur vt dicit scilicet Ansel. Est etiã tertia quęstio Aug. in libr. lxxxiij. quæstionum talis. Nã in Græco vbi nos habemus verbum habetur logos ꝙ significat & verbum & rationem. Quare ergo translator transtu O
lit verbum potius quam rationẽ cum vtrunq; sit in mẽte? Ad hoc dicit quod similitudo quæ est in mente, est principium cognoscendi rem extra etiam faciendi illam. Quando ergo est principium cognoscendi tantũ & non faciendi, dicitur ratio, vel ideo aliquo modo quia ratio propriè secundum. S. Tho. nominat cõceptum mentis: secundum
P quod in mente est etiã si per illã nihil exterius fiat. Quãdo verò est principiũ cognoscendi & faciendi simul dicitur exemplar, & verbum per ꝙ secundũ. S. Thom. super Io. significat respectus ad exteriora. Vnde. S. Tho. ij. dist. xij. dicit quod verbũ in diuinis ꝓpriè importat rationẽ formæ exẽplaris qa est ars. Et iiij. contra Ge. c. ij. dicit ꝙ verbũ dei respectu dei est imago sed respectu creaturarũ est exẽplar. Sic ergo quia euan-Q
gelista intendebat ꝙ deus per verbum suũ non solũ sciret sed etiã faceret oĩa, ideo conuenientius verbum quã ratio translatũ est. Est autẽ & quarta qõ. Origi. Nam diuina scriptura de hoc verbo in pluribus locis loquens nõ appellat ipsum verbum absolutè, sed verbum Dei: quare ergo Ioannes appellat ipsum verbũ absolute. Ad hoc dicitur quod

A quod licet sint multæ veritates: tamen vna est veritas absoluta: quæ per essentiam suam est veritas id est ipsum diuinum esse quo omnia vera sunt vera: & eodem modo est vna absoluta, seu abstracta sapientis. i. diuina, & similiter vnum verbum cuius participatione omnia alia verba sunt verba. Sicut autẽ Græci quando talẽ rem absolutã significare volunt apponunt articulum: ita
B hic ad talẽ eminentiã significandã dictum est verbum absolutè sine limitatione. ¶ Cõsiderãdum est secundo quid significetur per hoc ꝙ dicitur in principio. Est autem principium originis: sicut fons est principiũ riuuli ab eo procedentis, & principium durationis sicut mane est principium diei. Primo modo accipiendo principium non de principio stat pro persona patris qui est fons
C deitatis, & principium non solum creaturarum, sed etiam omnis diuini processus vt dicit beat⁹ Diony. Pater enim est principium Filii & Spiritussancti. Secũdum hoc ergo dicit. (In principio erat verbum). i. in patre filius cõtra errorẽ Arrii: qui dicit filiũ esse creaturã. Hęc autẽ expositio est Aug. & Orig. Di
D citur autẽ filius esse in patre, qa eiusdẽ est substantiæ cum prẽ. Cùm enim filius sit sua essentia in quocũq; est essentia filii est ipse fili⁹. Quia ergo in patre est essentia filii per consubstãtialitatẽ: consequens est vt etiã in patre sit filius. Nec tñ seq⁹itur ꝙ filius sit in filio si in filio est essentia filii quia ad esse in aliquo isto modo non sufficit identitas ad illud quod est in aliquo sed requiritur distinctio rationis inter illud quod est in aliquo & in quo aliquid est. Vnde dicimus deitatem esse in deo: non autem E
in deitate: nec deum esse in deo licet sit idem deitati quæ est in deo. Secundum autẽ ꝙ principium sumitur pro principio durationis sic est sensus. In principio erat verbũ. i. ante oĩa scilicet etiã imaginabilia creabilia siue in æternitate erat filius vt Aug. exponit contra errorẽ Nestorii & Claudii qui ponunt filium habere durationis principium. Et
F designatur per hoc verbi æternitas, secundum Bast. & Hela. Per hoceñ quod dicitur in principio erat verbum ostenditur ꝙ quodcũq; principium durationis accipiatur siue rerum corruptibilium, ꝙ est tps siue æuiternarũ vel incorruptibiliũ siue totius mundi: ꝙ est æuum, siue quodcũq; tps imaginatum extẽsum per infinita secula in illo principio iam erat verbum. Vnde dicit Hi-
G la. ij. de Tri. Pone quod voles tuæ opinionis principium iam erat verbum. Prouer. viij. Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quicquam faceret. Quod autem præcedit omnis durationis possibilis principiũ est ęternum. Sic ergo secundum primã expositionẽ intelligitur verbi ad patrẽ cõsubstãtialitas, secundũ secundã verò coæternitas. Cõsiderãdũ est tertiò quare dicat erat & nõ fuit. Ad hoc dicendũ H
est ꝙ erat est præteritum imperfectum & ideo bene congruit ad significãdum diuinam æternitatem, quam oportet significare per verba temporalia & licet sit supra esse tempus. Quod enim futurum est nondum est actu sed per hoc non designatur fuisse. Præteritum autẽ perfectum designat aliquid extitisse, & iam esse terminatum, & esse desiis-
se.

se. Sed præteritum imperfectum designat aliquid extitisse, sed terminatum non esse: nec esse desiisse, sed adhuc remanere, quia præteritum imperfectum designat præteritum terminatum ad præsens & consequenter quod adhuc nunc est. Et ideo ly erat quod est præteritum imperfectum conuenienter ponitur: ad significandam æternitatem, & permanentiam diuini esse quod competit verbo diuino. Et vniuersaliter hoc verum est in his quæ in deo nō importantur per modum motus vt patet per S. Tho. j. dist. viij. q. ij. ¶ Sed quærunt hæretici: quomodo esse potest gentium coæternum generanti? Ad quod dicendum est quòd causa producens aliquē effectum per motum successiuū mensuratum tempore, necessariò præcedit suum effectum: sicut pater in humanis filium suum, quia necesse est causam esse in principio illius motus quo mouet cum mouere non possit quod non est: effectus vero poni non potest nisi in fine eiusdem quia cessat omnis motus producto effectu, & consequenter in toto tempore illius motus est causa, & nō effectus. Sed quando causa producit sine motu successiuo: in eodem instanti ponitur possibiliter causa & effectus: sicut si nunc deus crearet vnum alium solem: in primo instanti sui esse illumi naret aerem, quia non illuminat per motum sed per subitam mutationem: & multo magis: si causa non produceret per motum nec per mutationem: sed per simplicem emanationem, sicut deus creat, vel per operationem manentem in agēte sicut deus generat filium, & spirat spiritū sanctū. ¶ Sciendū est igitur ꝙ deus ab æterno seipsum perfecte intelligit. aliter enim nō esset purus actus si de potentia intelligentiæ fieret actu intelligens. Et ideo necesse est ꝙ ab æterno semper verbum perfectum producat. Non enim quādoque intelligit, & quandoq; non intelligit, sed semper intelligit vt habetur. xij. Metaph. Et ita ab æterno, & semper verbum producit. Huius autem rei aliqualis similitudo apparet in igne, & in splendore ab igne producente: qui nón procedit successiuè sed subito. Vnde si ignis, vel sol esset, æternus, splendor ab illo procedens esset coæternus. propter quod & filius dicitur splendor patris, ad. Heb. j. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ Patris &c. Sed in hac similitudine deficitur connaturalitas: sicut in filiatione humana deficit coætermitas, eo quòd filius non subito, sed successiuè per motum generetur. Oportet ergo ex diuersis similitudinibus sensibilium in diuinam cognitionem peruenire, quia vna non sufficit. Et hoc est quod dicitur in libro Effesini concilii, Coexistere semper Patri filium splendor tibi denuntiet: impassibilitatem natiuitatis ostendat verbum, consubstantialitatem verò tibi nomen filii demonstrabit. Nominamus ergo filium diuersis nominibus ad exprimendam perfectionem eius quæ nomine vno exprimi non potest. Vt enim ostendatur Patri connaturalis dicitur filius, vt ostendatur omnino similis, siue in nullo dissimilis dicitur imago: vt ostendatur coæternus dicitur splendor: vt ostendatur immaterialiter genitus dicitur verbum. ¶ Secunda autem quę

quæstio est: vbi erat verbum: quā Euāgelista so luit cum subiungit: (& verbū erat apud deum). In hac autem solutione dat intelligere distinctionem personalem verbi geniti à suo genitore: quę distinctio consurgit ex oppositā relatione originis. Genitum enim opponitur relatiuè ad genitorem. Oppositæ autem relationes non possunt in esse ei dem suppositō, vel personæ: & ideo necesse est genitum verbum esse distinctum in persona à generante, ꝙ denotauit Euangelista cum ait: (& verbum erat apud deum.) gloss. j. filius apud patrem sicut vna persona apud aliā. Ista enim distinctio significatur p̄ ly apud: quod est præpositio, & ideo distinctionem importat: quia omnis præpositio est trāsitiua. Conuenienter autem verbum dicitur esse apud deum, & non apud deitatem: quia hoc nomen deitas significat diuinitatem absolutè, & in abstracto: sed hoc nomen deus significat diuinitatem in supposito, & quasi concretiuè. Si ergo verbum diceretur esse apud deitatem: per hoc significaretur verbum esse distinctum, non solum à persona Patris sed etiam à deitate absolutè sumpta, quod est absurdū. Verbum enim dei est idem quod sua deitas cum inter verbum, & deitatem nulla cadat oppositio relatiua: quæ possit esse causa realis distinctionis. Sed hoc nomen deus cum significet deitatem, vt in supposito habet virtutem significationis vocabuli supponere pro quocunque supposito diuinæ naturæ: sic hoc nomē homo potest supponere pro quocunque supposito humanitatis. Quod autem hoc nomen deus supponat determinatè pro persona patris, & filii: habet ex natura termini cui adiungitur: vt cum dicitur deus generat deū. In subiecto enim supponit pro persona illa cui conuenit generare. s. persona patris e conuerso in prædicato stat pro persona cui cōuenit generali ideest pro persona filii. Et similiter cum dicitur verbum erat apud deum necesse est quòd ly deum stet ibi pro persona Patris, propter distinctionem verbi, quod dicitur esse apud deum: quæ distinctio importatur ex virtute huius præpositionis, apud. ¶ Est autem sciendum ꝙ ly apud significat quatuor: per que quatuor obiectiones contra fidei veritatē moueri possibiles determinantur. Significat enim subsistentiam in recto, quia ea quæ subsistentiam non habent nō dicūt propriè esse apud aliqd: sicut non dicimus albedinem esse apud hominem dicimus autem hominem esse apud hominem, quia vterque subsistit. Secundò, significat authoritatem in obliquo. Non enim propriè dicitur rex esse apud militem, sed miles apud regem. Tertiò, dicit distinctionem. Non enim propriè aliquis dicitur esse apud seipsum, sed vnus homo apud alium. Quartò, significat cōiūctionē quādā, & societatem. Cū eń aliquis dicitur esse apud aliū: significaī inter eos q̄dā socialis cōiunctio. Secūdū aūt istas cōditiones importatas in significatione huius præpositionis apud, conueniēter Euangelista hāc clausulam secūdā. s. (verbū erat apud deum) subiungit primæ clausulæ. i, (in principio erat verbū.) vt sic p istā secūdā clausulā excludanī quatuor dubitationes: quæ insurgebant ex

dupli

I duplici expositione clausulæ primæ. Si enim exponatur sic:in principio ideſt ante omnia insurgunt duæ dubitationes,quarum prima talis est. Ante omnia nihil erat.vbi ergo seu in quo loco verbum erat:si ante omnia erat? Hæc obiectio procedit secundùm imaginationem eorum qui ponunt nihil posse consistere sine loco.Creduut eñ quòd omne quod est alicubi ideſt in ali
K quo loco sit.Hæc autem obiectio excluditur cum dicitur:(apud deum.) Designat enim ly apud socialem coniunctionem,vt sit sensus secundùm Basi. Vbi ergo erat verbum? Respondet Euãgelista.Apud deum:nõ in aliquo loco: cum circunscriptibile sit,sed apud patrem:qui nullo loco circunscribitur, vel comprehenditur.Secunda quæstio est talis.Tu dicis quòd verbum erat in
L principio ideſt ante omnia. Sed quod est ante omnia:non videtur ab aliquo procedere,cum illud à quo aliquid procedit videatur prius eo,quod procedit ab illo.Ergo verbum non procedit ab alio.Sed hæc obiectio excluditur per hoc quòd ly apud importat authoritatem in casuali seu obliquo, vt sit sensus secundùm Hila.A quo est verbum, si est ante omnia? Respondet Euangeli
M sta ꝙ verbũ erat apud deum:quasi diceret.Licet verbum careat principio durationis:non tamẽ caret principio originis,vel authore:erat enim apud authorem ante omnia.¶ Si verò exponatur in principio ideſt in patre:insurgũt duę aliæ Quarũ prima talis est.Si verbum erat in principio ideſt filius in patre:verbum non videtur esse subsistẽs. nam quod in alio est nõ subsistit in se. Soluitur autem secundùm ly ꝙ apud N dicit subsistentiã in recto,& sensus est secũdũ Chry.Verbũ erat in principio nõ vt accidẽs:sed erat apud deũ vt subsistens,& hypostasis diuina. Secunda quæstio est talis. Quod est in aliquo: nõ est ab eo distinctum: si ergo filius est in patre:non est distinctus à patre. Soluitur autẽ secũdũ ꝙ ly apud dicit distinctionẽ,vt sit sensus secũdũ Alcui O & Bed.Verbũ erat apud deũ.i. sic erat in patre per cõsubstantialitatem naturæ.ꝙ tñ est apud ipsum:per distinctionem personæ:Sic ergo per hãc clausulam,& verbũ erat apud deũ ostenditur coniunctio verbi ad patrẽ in natura:secundũ Basi.distinctio aũt in persona secundũ Bed.& Alcui.& subsistentia verbi in natura secũdũ Chryſ. & authoritas originis patris ad filium secũdũ Hilariũ.¶ Tertia autẽ quæstio est: quid P erat verbum,quã soluẽs Ioannes ait(& deus erat verbũ)Hęc aũt est tertia clausula q̃ cõueniẽtissimè ponit post secundã.Quia eñ dixerat de verbo:qũ erat & vbi erat:restabat dicere. quid erat: quod dicit dicende(& deus erat verbũ) i.verbũ erat deus.Quia eñ dixerat verbũ esse apud deũ,& ly apud dicit distinctionẽ:potuisset qs credere ꝙ verbum Q apud deũ patrẽ distinctũ ab ipso in natura:ideò ad hoc excludẽdũ statim subdit cõsubstãtionalitatẽ verbi ad patrẽ, di.(& deus erat verbũ) q.d: Nõ erat separatum à patre per naturã diuersitatem:cum esset deus sicut & pater,¶ Sed notandum est ꝙ circa hanc clausulam Orig.turpiter errauit:ex modo loquẽdi quæ habẽtur in græco. Consuetudo est enim in græco quòd præponunt nomini

A mini articulum,quãdo voluit designare distinctionẽ quandam.Quia ergo in euãgelio Io.huic nomini,quod est verbum:cum dicitur in principio erat verbum.& similiter huic nomini,quod est deus cum dicitur.& verbum erat apud deũ:apponitur articulus,vt dicatur ly verbum,& ly deum ad signandum distinctio.& eminentiam verbi diuini ad
B alia verba.& principalitatem patris in diuinitate.sed tamen cũ dicit verbum erat deus:nõ apponitur articulus huic nomini deus quod supponit pro persona filii.ideo blaſphemauit Orig.dicẽs: ꝙ verbũ non esset ille deus,qui est pater ideſt deus per essentiã.licet sit verbum per essentiã,& deus participatione solus verò pater est deus per essentiã. Et sic ponebat filiũ minorẽ patre. Sed
C hoc non est verum secundùm Chry.Si enim nũquã poneretur articulus ad ly deus:nisi quãdo prædicatur de patre, nunquã apponeretur qñ prędicatur de filio. Sed cõtrariũ huius apparet per duas authoritates Apostoli.Dicit enim in epistola ad Tit.Expectantes beatam
D spem, & aduentũ gloriæ magni dei: quod de filio intelligitur. & tamen in græco apponitur articulus ad ly dei. Item ad.Ro.ix.dicitur christus est super omnia deus beus benedictus in secula,vbi etiam in græco apponitur articulus.Et sic patet falsum quod Orige.finxit,Ratio autem quare nõ apponitur hic articulus assignatur à Chry. quia scilicet Euangelista iam bis nominauerat deum cum appositione articuli.& ideò nõ erat necesse iterũ replicare.¶ Quarta aũt quæstio est quomodo erat verbum:& hãc soluit per quartã clausulã.d.(hoc erat in principio apud E deum)Hæc aũt clausula pulcherrimo ordine introducitur post præcedẽtem. Ex hoc enim ꝙ Euãgelista dixerat ꝙ ipsum verbũ erat deus duplex falsus intellectus insurgebat apud nõ rectè intelligẽtes.Vnus apud quosdã Gentiles qui ponebãt duo cõtraria principia,& eorũ cõtrarias volũtates:vnde introducunt Iouẽ pugnasse cũ Saturno.Et hũc F errorem secutus est Manicheus,qui posuit duo contraria principia.s.deũ lucis,& deum tenebrarum.Et cõtra istũ errorem dicit dominus:Exo.xxx. Dñs deus tuus deus vnus est. Possent ergo isti in verbis Euãgelistæ sui erroris fulsimentũ sumere:dũ aliũ crederent deũ esse apud quẽ erat verbũ.& aliũ ipsum verbum.Hoc ergo excludit Euãgelista dei.(hoc erat in principio apud deum) quasi di.secundùm Hyla.Ita dico quòd G verbum est deus:quod tamẽ nõ est habẽs diuisam deitatẽ:sed est apud deũ in vna,& eadẽ natura in qua ipse est.Itẽ ne per hoc ꝙ dixerat,verbũ erat deº in telligeret ꝙ haberet cõtrariã volũtatẽ addidit ꝙ hoc scilicet verbum erat in principio apud deũ,scilicet patrem nõ diuisam ab ipso,nõ ei cõtrariũ,sed habẽs cũ eo idẽtitatẽ naturæ,& cõcordiã H voluntatis.¶ Alius error poterat elici ex præmissis verbis ab Arrianis: qui ponunt filium minorem patre:quia dicit infra.ix.Pater maior me est. Dicũt eñ puersè intelligẽtes filiũ esse minorem patre.& quãtũ ad æternitatem, & quãtũ ad diuinitatẽ. Vt ergo Euãgelista hoc excludet & addidit. Hoc erat in principio apud deum. Arrius enim primã clausulam scilicet in principio

erat

I erat verbum: admittit: non tamen vult quòd principium accipiatur ibi pro patre: sed pro principio creaturarum, dicens quòd verbum erat in principio creaturarum sicut dignissima creatura: sed nequaquam patri coæternum. Sed hoc excluditur secundum Chrys. per istam clausulam: quia hoc erat in principio, non solum creaturarum: sed apud Deum. i. ex quo Deus fuit. Nunquã enim pater fuit solitarius sine verbo. Item Arrius cõcedit, quòd verbum est aliquo modo Deus: sed tamen minor patre. sed hoc excluditur per ea quæ sequuntur. Duo enim propria magni Dei quæ Arrius singulariter patri attribuebat. s. æternitas, & omnipotentia: in quocunque ergo est inuenire illa duo, ille est verus, & magnus Deus. Sed ista duo Euãgelista filio attribuit. Nam ei attribuit æternitatem: cum dicit. Hoc erat in principio apud Deum i. verbum non solum erat in principio creaturarum: sed in principio. i. ab æterno apud Deum, accipiens esse & æternitatem ab ipso. Omnipotẽtiam verò per hoc quod subdit omnia per ipsum facta sunt. Si quis ergo diligenter consyderet has quatuor clausulas, inueniet per illas destrui omnes errores qui insurgunt cõtra verbi diuinitatem. Nam quidam hæretici sicut Ebion, & Cherintus dixerunt Christũ non præextitisse beatæ virgini, sed ab ea sumpsisse essendi, & durationis principium, ponentes cum esse hominem purum: sed diuinitatem per bona opera meruisse. hoc ergo excluditur cũ dicitur: in principio. i. ab æterno erat verbum. Sabellus autẽ confitebatur illum esse verum Deum æternum: dicebat tamen quòd non erat alia persona patris, & filii: sed vna & eadem confundens Trinitatem personarum. Hoc autẽ excluditur cum dicitur, & verbum erat apud Deum. i. filius apud patrẽ sicut alius apud aliũ. Eunomius verò omnino posuit filium dissimilẽ patri. Et hoc excluditur cum dicitur, & Deus erat verbũ. Arrius verò dicebat filium patre minorem: quod excluditur cũ dicitur: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, &c. Hic Euangelista ostendit verbi virtutem, & potentiam. Primò, respectu existentium. Secundò, respectu viuentium: ibi (quod factũ est). Tertio respectu rationabilium: ibi (& vita erat) Hoc enim verbũ est esse existentiam. Vita viuentium: & Sapientia rationalium. ¶ Dicit ergo quantum ad primum (omnia) scilicet visibilia, & inuisibilia. Aug. Omnis forma: omnis cõpago: omnis concordia partium per ipsum. s. verbum à patre genitum facta sunt. i. condita & in esse producta. ¶ Ex hoc arguit Augu. filium non esse creaturam cõtra Arrium: quia si omnia per ipsum facta sunt, ergo ipsum verbum non est factum. Non est enim intelligibile quòd aliquid sit sibiipsi principiũ, & causa essendi. Si autẽ non est factum ergo est patri consubstantiale, & coæternum. Sed vitãdus est hic duplex error Origen. Vnus est: quia blasphemat spiritumsanctum dicens illum esse factum inter omnia: & sic esse creaturã. Hoc autem est hęreticum cum sit eiusdem substantiæ naturæ, & gloriæ cum patre & filio. Iuxta illud Marc. vj. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine

A nomine Patris & Filii & Spiritussancti. Et iuxta illud. j. Io. v. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo Pater, Verbum, & Spiritussanctus: & hi tres vnũ sunt. Cum ergo dicit Euangelista: omnia per ipsum facta: non est intelligendum simpliciter omnia: sed in genere creaturarum, & rerum factarum, tãquam dicat. Omnia facta per ipsum
B sunt facta. Secundus error Origen. est: quia ipse sic dicit. Omnia facta à patre per verbum, sicut aliquid fit à maiori per minorem. Vnde ponit filium in rerum productione fuisse quasi instrumentum, & organum Patris. Sed quòd per istam præpositionem per: non significetur minoritas in obliquo seu verbo, patet ex pluribus scripturæ locis. Dicit enim Apostolus. j. Cor. j. loquẽs de Patre. Fidelis Deus per quem
C vocati estis in societatem filii eius. Ergo si ly per semper significaret minoritatem in obliquo: sequitur quòd Pater sit minor filio. Ad huius autem dicti maiorem euidentiam oportet intelligere: quòd cum dicimus patrem operari per filium, ly per notat aliquam causam operationis. Hoc autem potest intelligi dupliciter. Vno modo ita ꝙ
D filius sit causa, & principium operandi ipsi patri: quòd nullo modo cõceditur. Sicut enim filius ipsi patri nõ est principium essendi: ita nec operandi. Alio modo, ita quòd filius habeat à patre virtutem operandi, & hoc verum est. Nec tamen sequitur propter hoc quòd filius sit minor patre. Nam cũ dico aliquid operari per virtutem quam accepit ab alio, dupliciter intelligitur. Aliquando enim illa virtus nõ est eadem dantis, & accipientis: & tunc accipiens E illam est dãte minus: & instrumẽtum, vel organum eius: sicut Deus dicitur per cœlestia corpora quibus virtutem operatiuam contulit multa in istis inferioribus agere: aliquando verò vna numero virtus est dantis illam, & accipientis: sicut est in proposito: quia. s. vna numero virtus est Patris, & Filii: licet illam habeat filius à patre: & tunc non oportet accipiens esse minus dante: & consequenter nec patre minor est filius, nec patris instrumentum. Igitur ly per: nõ dicit habitudinem causæ instrumentalis: nec super principalis: sicut cum dicitur rex operari per ministrum, sed causæ subautoritatiue. i. habentis virtutem ab alio in quo est autoritas. Et ad hunc sensum dicit etiam habitudinem causæ mediæ. Licet autẽ omnia dicantur facta per spiritumsanG ctum: tamen magis propriè dicuntur per verbũ omnia facta sunt: quia cum ly per: dicat habitudinem causæ efficientis, & exemplaris: omnia sunt facta per filium vtroque modo: sed per spiritumsanctum primo modo tantũ, cum spiritusancto vt sic nõ dicat exemplar & similitudinem sicut verbum. Possunt etiam omnia dici facta in filio secundũ illud Psal. Omnia in sapientia fecisti, H vt sit sensus in ipso. i. virtute eius, non tamen propriè ab ipso, vel ex ipso verbo secundum aliquos: quia hæ præpositiones in suo casuali notãt principalitatẽ casualitatis. quæ nõ est in filio: sed in patre. ¶ Et aduertẽdum est ꝙ notãter dixit Euãgelista facta: & nõ genita. ad excludẽdum errores eorum qui dixerunt Deũ omnia produxisse de sub-

Istantia sua (Et sine ipso factum est nihil.) Istam clausulã aliqui peruerse intellexerunt sicut Manichæi: qui ponebãt duo principia. Vnum. s. corruptibilium: & aliud incorruptibilium. Dicit ergo peruersus Manicheus: ꝙ postquã Ioãnes dixerat omnia per ipsum facta sunt. ne crederetur verbum esse rerum corruptibiliũ, causam statim subiũxit, & sine ipso factũ est nihil. i. corruptibilia quæ dicũtur nihil eo ꝙ eorum esse cõtinue trãsmutatur, & in nihilum tẽdit. Sed iste error procedit ex peruerso intellectu literæ. Nõ enim ly nihil ponitur. ibi affirmatiue nisi forte respectu priuationũ, quæ sunt in malo culpæ, sicut ipsi intelligũt: sed negatiuè, vt sit sensus. ita omnia sunt facta per verbum vt nihil sit participãs esse seu factum, quod nõ sit factum per ipsum. Et ratio huius est cuidẽs. Quicunq; enim aliquid facit, oportet ꝙ præcõcipiat illud in sapientia sua quæ est forma, & ratio rei factæ sicut forma in mẽte artificis præcõcepta est ratio domus faciendæ. Sic ergo Deus nihil facit nisi quod in intellectu suo præconcepit: & hæc præcõceptio est verbum: quo seipsum dicit, & oĩa quæcunq; facit: vt dicit Aug. Vnde impossibile est ꝙ pater aliquid operetur nisi per filiũ: qui est sapiẽtia ab æterno præcõcepta. Vnde dicit Aug. lib. de Trinitate. Verbum est ars plena oĩm rationũ viuẽtium. Et sic patet ꝙ pater omnia facit per filiũ, qui est verbũ eius. Iuxta illud Prouer. ix. Cum eo erã cuncta cõponens. ¶ Sed cõtra. Nam si ly nihil: tenet negatiue: superfluè additũ est: & sine ipso factũ est nihil: quia hoc poterat intelligi per id: omnia per ipsum facta sunt. Solutio. Illa clausula addita secũdum multos multipliciter introducitur. Primò, secundũ Chry. ne aliquis per verbũ inteligeret facta solum illa, quæ enarrat Moyses. i. visibilia. Et hac ratione Apostolus dixit oĩa per ipsum facta sunt siue visibilia, sine inuisibilia. Et secũdò, secundũ eundẽ, ne quis crederet ꝙ verbum facta solũ oĩa illa, quæ alii Euãgelistæ narrãt eum fecisse: vt illuminasse cæcos &c. ¶ Tertiò, secũdum Hylar. ad ostẽdendũ ꝙ verbũ habet virtutẽ operatiuã ab alio: ne. s. intelligaĩ pater excludi ab ista causalitate. Nam ly sine ipso: valet ly nõ solus: vt sit sensus. Nõ ipse solus est per quẽ facta sunt oĩa, sed ipse est vnus sine quo factũ est nihil. ꝙ d. Sic per eũ facta sunt oĩa: vt tã pater oĩa cũ eo fecerit: Hæc. S. Tho. de mẽte Hylarii. Et videtur mihi ꝙ intẽdat istũ modum loquẽdi esse similẽ ei quo vtimur circa principẽ, & cõsiliarium: quia consiliariũ dicimus oĩa facere. i. sine eo fieri nihil: ita ꝙ secũdum exponit primũ, vt. s. nõ intelligatur oĩa facere principaliter vt rex. In quadã autẽ homil. quæ incipit. Vox spiritualis aquilæ. & à quibusdã attribuitur Orig. ponitur alia expositio satis pulchra. Quod enim apud nos dicitur sine ipso, in græco secundũ aliquos ponit extra ipsum. Dicit ergo Euãgelista ꝙ ita oĩa ꝙ ipsum facta sunt: ꝙ tũ sine ipso. i. extra ipsum factũ est nihil. vt ostẽdat per verbũ, & in verbo omnia cõseruari. Iuxta illud Hebr. j. Portãs oĩa verbo virtutis suæ. Artifex enim creatus nõ est causa rei, nisi quantũ ad fieri, sicut ædificator est causa fieri domus, sed nõ essendi. Subsistit

Assistit enim in suis principiis postquàm facta est. Et ideo subtracta influentia ædificationis domus nihilominus in esse cõseruatur. quia esse suum nõ depẽdet ab artifice. Sed artifex increatus. i. verbum diuinũ (quod ita est ars ꝙ etiã est artifex) est causa totius esse rei: quãtum ad sua principia in quibus subsistit vnaquæq; res. Et ideo quẽlibet res in esse producta indiget eius cõseruatione, & continua influentia ad hoc vt subsistat. Vt ergo ostẽderet Euãgelista omnia depẽdere à verbo quantũ ad fieri, & quantũ ad esse: dixit (sine ipso factum est nihil). i. nihil factũ est extra ipsum, quia ipsum ambit oĩa sua virtute mirabili, oĩa in esse cõseruans: sicut sol cõseruat in aere lumen. Tertio modo exponitur hæc particula secũdũ Aug. & Orig. & multos alios: vt per ly nihil intelligatur peccatũ. Quia enim Euãg. dixerat oĩa per ipsum facta sunt: posset aliquis intelligere, ꝙ etiã peccatum fieret per ipsum: ad quod excludẽdum subditur: nihil. i. peccatũ factũ est sine ipso. peccatũ enim nihil est, & nihil fiunt homines cũ peccãt. Nam peccatũ est actus humanus. i. deliberatus: malus. i. deordinatus. Ista autẽ deordinatio est priuatio debiti ordinis: omnis autẽ priuatio nihil est. Cum igitur ista deordinatio sit formaliter peccatũ sicut ipse actus materialiter, sequitur ꝙ peccatũ formaliter, & essentialiter nihil est. Videmus autẽ ꝙ ars nõ est causa alicuius defectus per se in artificiatis: sed est causa perfectionis, & formæ defectus autẽ in artificiatis cõtingit ex duobus. s. ex peruersa volũtate artificis, qui agit præter regulas artis. vel forte ex hoc quòd nõ bene scit regulas artis. Verbum autẽ diuinum est ars perfectissima plena oĩm rationum viuẽtium & incõmutabilium, & habet voluntatem rectissimã. Et ideo nullo modo potest esse causa alicuius inordinationis mali culpæ, quod ab vltimo fine deordinat. Sed causa mali culpæ est ipsa volũtas ex libertate sua deuians ab arte incõmutabili. Sic ergo ista vltima particula additur ad ostendendum verbi vniuersalem causalitatẽ: secundum Chryso. vel virtutẽ verbi cõseruatiuam, secundum Orig. vel causalitatis puritatem: quia scilicet sic est causa boni ꝙ nullo modo peccati: (quod factum est in ipso vita erat). Hic Euãgelista ostẽdit verbum esse principium viuẽtium. Est autem hic multiplex punctuatio. ¶ Prima est manichei qui ex hoc motus est ad dicendum etiam lapides viuere sic punctuans. Quod factum est in ipso, punctus, id est, per ipsum: vita erat: & cõsequenter viuebat. Sed hoc experientia docet falsum. ¶ Secunda est Augustin. in hoc sensu (quod factum est) ex tẽpore, id est, creatum in prima conditione: locis tẽporibusque discretum: generibus & formis numerisque distinctum: sensibilibus & intelligibilibus substantiis compactum, & congregatum. hoc totum (in ipso vita erat) Licet enim in se nõ omnia sint vita: imõ nec viuant: tamen vt sunt in verbo omnia sunt vita: quia sunt dicta. Iste autẽ terminus vita tripliciter potest exponi. Primò, per verbũ: & tunc est sensus. Quod factũ est in ipso verbo erat vita. i. viuebat per verbum: seu permanẽtiam, & cõseruationẽ in esse habebat.

I Vnde Chryſo. Nomẽ vitæ non ſolum conditionis eſt:ſed etiam prouidentiæ, ſcilicet quæ eſt ſecundũ permanentiã. Vnde etiã Philoſophus dicit quòd oẽs res viuunt per vitam primã. Vel poteſt exponi per participiũ:& tũc eſt ſenſus. Quod factũ eſt in ipſo vita erat, id eſt erat viuens in ipſo ſecundum rationẽ intelligibilem:quia in eo ſunt rationes omnium viuentium,ſecundum Augu.

K Quæ rerum rationes ſeu ſimilitudines dicuntur res nõ ſimpliciter,ſed in eſſe intelligibili. Sicut enim hæc res demõſtrata:puta Ariſtoteles eſt homo in eſſe reali.ita ſimilitudo eius,quæ eſt intellectu dicitur homo in eſſe intelligibili. Vnde,& ſi nullꝰ homo exiſtat in eſſe reali:adhuc ille,qui per intellectum cõciperet hominẽ,verè poſſet dicere,homo eſt animal,ſcilicet in eſſe intelligi-

L bili,non in eſſe reali. Hominem autem eſſe animal in eſſe intelligibili nihil aliud eſt,quã animal eſſe de intellectu hominis. Sed hominem eſſe animal in eſſe reali:eſt hominem actu extrà intellectum habere materiã ſenſitiuam. Sic ergo cum diuinum verbum ab æterno omnia intellexerit: omnia ab eterno erant in eo:nõ ſecundum eſſe reale rerum, ſed ſecundum eſſe intelligibile.

M ¶ Sed contra. Aut eſſe rerum reale erat in verbo,aut non. Si primum : ergo res erat in verbo,ſecũdum eſſe reale antequã fierent. Si ſecundũ,ergo nõ omnia erant in verbo. Ad hoc dico, ꝙ ipſum quoque reale eſſe erat in verbo:ſed in verbo nõ erat reale eſſe rerum,ſed intelligibile:ita quòd & ipſum in verbo fuit intelligibiliter,ſicut & alia. Semper enim effectus ſunt in cauſis,nõ ſecundum modum proprium,ſed ſecundum modum ſuarum cauſarum : ſicut effectus interiores continentur in ſole ſecundũ modum ſolaris virtutis. Quia ergo prima,& vniuerſalis cauſa omniũ entium , ſcilicet verbũ diuinum viuit vita puriſſima intellectuali. ideo ſignãter dicit Euangeliſta, ꝙ vniuerſaliter non ſolum viuentia,ſed omne quod factum eſt in ipſo vita erat. quia omnia creata præexiſtebant in puriſſima luce intelligẽtiæ eius,ſecundũ quã viuit vita nobiliſſima,& voluptuoſiſſima. vt hære. xij. meta. Vel poteſt exponi ly vita per aduer. ſecundum Ori. Et tũc eſt ſenſus. Quod factũ eſt in ipſo vita erat id eſt vitaliter ſeu æternaliter. Eternitas enim propriè eſt vita æterni id eſt Dei. Nã dicit, ꝙ omnia in verbo vitaliter:cauſaliter,& vniformiter ſubſiſtũt. Et dicit vitaliter id eſt æternaliter:ne creatis videatur derogare immutabilitati creantis:ex hoc ſcilicet,quòd aliquid de nouo ꝓductũ eſt. Hoc enim fit ſine aliqua mutatione voluntatis verbi diuini. quod ab æterno immobiliter diſpoſuit in vitali luce ſuæ ſapientiæ, ꝙ creatura inciperet in tali tempore: & non ante. Et ſic creaturæ temporalis productio eſt nouus effectꝰ æternæ voluntatis verbi diuini ſemper immobiliter ꝑmanẽtis. Et iſtã immutabilẽ æternitatem optimè determinauit nomine vitæ. Per vitam enim ſignificatur æternitas,quæ ex vita cõtinuans eſſe : cum æternitas ſecundum Boetium ſit interminabilis vitæ tota ſimul,& pfecta poſſeſſio. Item dicit cauſaliter:ne creatio videatur derogare poteſtati. Quia tota ratio facti eſt potentia facientis, vnde

A vnde non eguit materia : quia cuncta creatura produxit per actum, qui in agente eſt,& non in re acta. Item dicitur vniformiter:ne videatur derogare diuinæ ſimplicitati:quia tam multiplicia,& varia fecit. Omnia enim ſunt in ipſo vniformiter:ſicut docet in tribus exemplis. Primũ eſt de ſole in quo eſt vniformiter ſecundum vnam ſimplicẽ

B virtutem,& cauſaliter omnis multitudo terræ naſcentium. Secundum eſt de puncto:quod eſt centrum,ad quod concurrit infinitus linearum numerus ab ipſo productarum:quãuis ipſum ſit ſimplex. A centro enim ad circunferentiã infinitæ lineæ trahi poſſunt cum circuli ſuperficies in infinitum ſit diuiſibilis. Tertium eſt de arte artificis:in qua

C res multiplices vnum ſunt,& in anima eius viuunt. Verbi gratia. Faber qui facit arcam, primò habet in mente ſua: deinde fabricando extra ponit. Archa autẽ facta putreſcit:ſed tamen ex illa quæ eſt in mente ſua poteſt aliã fabricare. Archa enim in opere nõ eſt vita, ſed in mente:quia ſcilicet viuit in mẽte artificis,vbi eſt artificiatum,antequã fiat. Et ſic cum dicit (vita erat in ipſo) ly in:ſecundum primã expoſitionẽ di-

D cit habitudinem cauſæ efficientis,ſecũdum autẽ aliam dicit habitudinẽ eſſendi in aliquo:ſed ſecũdum tertiam dicit habitudinem ad exemplar æternum in quo omnia præexiſtebant vita intellectuali:& inde prodibat vt ſubſiſterent in proprijs naturis. ¶ Tertia punctuatio eſt Origenis pro qua ſcito:quòd cũ de Deo vel Filio Dei aliquid dicatur tripliciter,ſcilicet ſecundum ſe tantũ, ſiue abſolutè:vt Deus,& comparatiuè ad nos tantum:vt redemptor:& vtroque modo,vt ſapiens viuens in ſecundis ac tertijs, poteſt addi ly factus:& ſi nõ in primis vt dicatur factus nobis ſapiẽtia & redemptor non autẽ Deus. Igitur Orig. ſic legit. Quod factũ eſt in ipſo:punctus:vita erat volens per hoc ſignificari factum eſſe,vt verbum quod in ſeipſo erat vita,ſit nouiter factum vita nobis:inquantum nos viuificauit. Ideoque ſtatim ſubditur (& vita erat lux hominum.) Sed licet ſententia ſit vera:tamen expoſitio eſt extorta. ¶ Quarta eſt Hylarij. ij. de Trinitate virtualiter. Pro qua ſciendũ eſt quòd ſi quis eſſet pater habens filium paulatim pertingentem ad perfectam virtutem patris,vt in humanis : pater multa faceret per ipſum, quæ tamen non faceret ſine eo. Quia ergo aliquis ſuſpicari poſſet:quòd quædam alia ab illis omnibus quæ per filiũ facta ſunt: fuerint facta,non per filium : nec ſine filio:ideo poſtquàm dixerat Euangeliſta:omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. ſecundum Hyla. ad excludendum illum ſenſum ſubiungitur:quod factum eſt.punctus in ipſo, id eſt per ipſum,ſcilicet factum eſt,& non ſolum non ſine ipſo. Et ratio huius ſubiungitur cum dicitur: Vita erat. Licet enim viuens poſsit eſſe imperfectum.tamen in ipſa vita abſolute non poteſt procedere imperfectum:vt aliquid fiat nõ ſine ipſo:& non per ipſum filium qui eſt vita. ¶ Quinta punctuatio eſt in qua ly in : dicit habitudinem ad materiam ſiue ſubiectum : & tunc punctuatur ſic : (quod factum eſt in ipſo) id eſt circa ipſum vt incarna-

I tio,passio, resurrectio,secundum Hyla.& Amb. (vita erat) id est causa vi tæ nobis.Vnde infra.ix.Ego sum resur rectio,& vita.Vnde ait Ambro.Ipsius diuinitas vita est: ipsius passio,mors, vulnus,sanguis,sepultura, & resurrectio vita est vniuersorum .Hæc ille. ¶ Sexta punctuatio est omnino diuersa secundum Chrysost.Ipse enim vult quòd id quod dicitur,quòd factum est, K totum includatur sub prima clausula: vt dicatur sic (sine ipso factum est nihil quod factum est). Et hoc dicitur secundum eum ad excludendum illorum errorem:qui dicebant spiritũsanctum esse factum à verbo,& consequẽter esse creaturam.Quia ergo Euangelista dixerat sine ipso factum est nihil: ne crederet aliquis quòd prædicta locutio se extenderet ad personam Spiritussanti:Euangelista determinat L intellectum proprium cum addit ad prę dictam clausulam (quod factum est) ac si dicat.Sine ipso factum est nihil: nihil dico quod factum sit:& non includitur persona spiritussancti: quæ non est facta,sed originata à patre,& filio per ꝓcessum amoris. Quod verò postea sequitur (in ipso vita erat) introducitur secundum eum propter duo. M Vnum est vt post productionẽ omniũ rerum ostendatur indeficientia causalitatis non solum ad res productas: sed etiam producendas:quasi diceret. In ipso vita erat,qua non totum producere potuit,sed etiam qua indeficientem in fluxum,& causalitatem absque minorationis dispendio habet ad res continuè producendas. vt pote sicut fons viuus,qui non minoratur ex continuo de fluxu.Aqua verò non viua,& collecta cum fluit minoratur,& deficit. Psal.Apud te est fons vitæ.¶ Secundũ, vt ostendatur gubernatio rerum,etiam esse per verbum.Quia enim in ipso vita erat,ostenditur,quod non producit res per necessitatẽ naturæ:sed per voluntatem, & intellectum,& quòd res productas gubernabat.Et quia Chryso. est tantæ autoritatis in suis expositionibus apud græcos.quòd vbi aliquid exposuit in sacra scriptura nullam aliam expositionem admittũt:ideo in omnibus libris græcis sic inuenitur pũctuatum sicut punctuat Chrysosto. scilicet hoc modo. Sine ipso factum est nihil quod factum est. Aliqui autem istum modum legendi reprehendendum putant: quia ly quod factum est, secundum eum esset superfluum:cum ly nihil seu nullum ens,quod ei æquipollet habeat ly ens destributum solum pro factis.¶ Sed posset dici quòd superfluit apud bene concipiẽtes:& tamen necessario apponitur propter alios: vt ipse dicit.Credo autem cum sub vna litera scripturæ sint multi sensus literales vt supra dictum est:& tamen vnus aliquando fit alio planior,& principalior in scribentis intentione:quòd principaliter sensus Euangelistæ sic punctuãdo eo modo quo punctuant latini, & multi alij græci,scilicet sic.Et sine ipso factum est nihil,punctus.Quod factũ est.&c. Et ratio est: quia Euangelista in prima parte Euangelij vsque,scilicet ad illum locum:fuit homo:sic concatenat sententias omnes. Primò, de essentia verbi.& Secundò de eius potẽtia:ibi.Omnia per ipsum facta sunt, vt finis

A vt finis primæ fit principium secundæ. Quum concathenationem punctuatio Chrysostomi soluit. Nec est instantia de illa sententia: hoc erat in principio apud Deum:quia ly hoc,sumitur pro verbo quod fuerat finis prioris. (Et vita erat lux hominum.)¶ Hic ostendit Euangelista quòd verbum diuinum est principium illuminarium, per quod producuntur rationalia,& B ponit tres clausulas in quarum prima describit quandam vniuersalem lucem dicens. (Et vita) id est verbum vel filium in quo viuunt omnia. (Erat lux hominum.) Non autem dixit Angelorum:licet sit lux eorum. Primo,secundum Chrysostomum. quia intendit tradere notitiam de verbo, secundum quòd ad salutem hominum ordinatur.Secundo,secũdum Orige. qui C à nomine hominum intellexit omnem intellectualem creaturam:& hoc à fortiori,quia Angeli magis illa luce participãtur.Erat inquàm,lux,scilicet manifestans seipsam mundo tripliciter. ¶ Primò, per scripturam. Vnde Orige. Eloquia disce diuina,& eorum omnino concipies intellectum:id est cognosces verbum. Hæc ille. ¶ Secundò per creaturam. Sensu,inquit,corpo D reo formas ac pulchritudines perspice sensibiliũ, & in his omnibus nihil tibi veritas declarabit præter ipsum,qui fecit omnia.In pulchritudine enim, & decore artificiali relucet pulchritudo, & decor artificij. Hæc ille. ¶ Tertiò, per assumptam humanitatem. Vnde dicit idem Origenes. Lux est dominus Iesus Christus, qui in humana natura omni rationali naturæ seipsum E manifestauit: suæque diuinitati, qua patri æqualis est abdita mysteria.Hæc ille.¶ In secunda clausula ponit eiusdem lucis irradiationem dicẽs (& lux in tenebris lucet). Hoc autem exponitur primò secũdum naturalem theoricam: sicut enim aër per se non lucet, sed tenebrosa substantia est:capax tamen radij solaris:ita natura nostra per se considerata est quædam tenebrosa F substantia, sed tamen capax lucis diuinæ sapientiæ. Insuper aër dum solis radios percipit non dicitur per se lucere:sed lux solis quæ in eo apparet. Quemadmodum & in Luna receperũt Philosophi,quæ à Solis lumine lumen suum capit. Similiter nostra rationalis naturalis dum diuinum lumẽ possidet: & non per se res intelligibiles, G vt Deum,& ea quæ sunt fidei recognoscit, non dicitur lucere per se:sed lux diuina in eam superueniens, & apparens. Lux ergo in tenebris lucet, dum verbum, quod est lux, & vita hominum,in nostra natura, que tenebrosa est, lucere non desinit: eam continendo,& conseruando per naturam,& reformando per gratiam.¶ Notandum est autem quòd verbum est lux .hominum.Primò,per modũ obiecti: quia à H solis hominibus id est intellectualibus creatur is est conspicabile. Secundò, per modum causæ efficientis:quia est causa nostri luminis. Tertiò,formaliter,nõ in se,sed in sua participatione, & similitudine:qa ipsum lumẽ,quo formaliter videmus,est quædã participatio,& similitudo luminis diuini secũdũ

I illud Psalmographi. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Sed quoniam ipsa lux increata omni creaturæ incomprehensibilis est: subdit tertia clausula in qua declaratur lucis substractio: cum dicitur (& tenebræ eam nō comprehēderunt) quod exponitur. Primò secundum Orig. quia nulla creatura potest comprehendere ista lucem id est intelligere: quid vel qualis sit deus.

K Illud enim intellectu comprehenditur quod perfectè, & totaliter intelligitur. Secundò, exponitur per allegoricā sic. Tenebra est humanum genus originali peccato infectum. Quasi ergo si aliquis quærat: quare non omnes illuminantur, cùm verbum dei sit lux? Respondet tacitè dicens. Lux quātum est de se lucet in tenebris: id est in humano genere cui ostendit suæ veritatis co

L gnitionem per scripturam: per creaturam & per præsentiam suam, qua mundo visibiliter corporalis apparuit in carne assumpta: sed tenebræ id est oēs vniuersaliter peccato obscurati, vel specialiter Iudęi: eam scilicet lucem se offerentē non comprehenderunt. i. cognitionē eius non acceperunt, quia oculos aperire noluerunt, se præparando. Chry. Sicut solari radio non est frui nō

M aperiētem oculos ita nec claritate hac participare, nisi expandentem vehemēter animæ oculum. Hæc ille. (Fuit homo missus à deo.) ¶ Tractaturus Euangelista de humanatione verbi. Primò pertractat de eius præcursore, qui missus est tanquam lucifer ante solem, vt homines disponeret ad lucis inaccessibilis verbi susceptionem & perceptionem. De Ioanne autem loquens Euangelista tria declarat, scilicet eius dignitatem, & eius vtilitatem ibi (hic venit) & eius à verbo distantiam: ibi (nō erat ille lux.) Quantum ad primū dicit (fuit homo). i. natura humilis. sed officio sublimis: ga (missus à deo) quasi eius nuntius honorabilis vocabulo. vtpote (cui nomen erat Ioanne) deo. s. disponente, & ordinante. Dicitur enim Ioannes idē quod in quo est gratia. ¶ Est autem sciē

O dum quod peritiores grammatici inter dum ad ostentationem sui ingenii prætermisso communi vsu excogitant noua: non tamen meliora veteribus: sed qui iudicio carent, existimant quod nō bene dicatur, nisi per nouitatē. Dicunt igitur moderni: cui nomen erat Ioanni quo modo loquēdi Hiero. quoq; vtitur in vita beati Pauli primi eremitæ: sed codices sacri grauitatis causa vtuntur P nominatiuo casu. Dicit ergo homo ad

C animas simul ab initio fuisse creatas: rollēdam Hæreticorum perfidiam, qui dixerūt illum fuisse angelum: eo quod dominus de ipso introducit illud Malac. ij. Ecce mitto angelum meum. Sed homo fuit: vt dicitur quantum ad naturæ conditionem: angelus autem ibi dictus est: aut propter officii dignitatem. Quia angelus idem est, quod nuntius, & ille nuntiauit christum: aut propter Q vitæ puritatem, quia licet homo fuit: tamen habuit angelicā puritatē. Item dicit homo ad ostendendum conuenientiam officii eius. Debebat enim de luce increata testificari hominibus, & ideo debuit homo esse connaturalis aliis, vt sit eam possent intelligere. Tertiò, homo dicitur ad subleuandam hominum fiduciam. Sic enim hominē fragilem, & infirmum Deus tantùm sublimauit, vt

A vt eum suum faceret præcursorem nullus homo de seipso desperare debet. Sed ne quis dubitaret huic homini credere: quia omnis homo mendax: ideo dicitur (missus à deo vt ex hoc secundū Chry. credas quæcunq; dicit esse verba mittentis. Vnde angelus dicitur, cuius proprium est nihil proprium dicere. Cùm autem secundum. S. Tho. triplici

B ter aliquis mittatur à deo. s. per inspirationem, Esa. xlviij. Misit me dominus, & spiritus per interiorem inspiratione & per apertam visionem Esa. vij. Audiui vocem domini dicentis quē mittam &c. Et per prælati missionem qui gerit personam dei secundum illud. ij. Cor. ij. Si cui donaui propter vos in persona Christi. Ioannes potest dici missus duobus primis modis. Cauendus est autem Originis error. Dicit enim omnes

D Rom. ix. Cum nondum nati essent, aut aliquid egissent boni, aut mali. In his enim verbis Apostoli habetur, quod animæ illorum paruulorum ante natiuitatem suam nulla habuerunt merita. Dicitur ergo missus, quia postquā fuit homo natus Deus ex spirituali reuelatione misit illum ad prædicandum, & baptizandum. Vel potest dici missus: non quia præfuit in alio mundo, sed

E quia præfuit ab æterno in diuina prouidentia. Fuit ergo magnæ humilitatis & homo magnæ authoritatis, quia missus à deo magnæ sanctitatis, quia nomen ei erat Ioannes. i. in quo est gratia sic enim interpretatur. Competebat autem ei hoc nomen. Primò, quia maximè in eo diuina gratia abundauit. Luc. j. Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Item secūdo quia ab ipso incœpit tempus gratiæ. Matt. F xv. A diebus Ioannis baptistæ regnum cœlorum vim patitur. Vel tertio ad ostendendum quod à deo non fuit propter sua merita missus, sed propter diuinam gratiam & misericordiā. i. Corū xv. Gratia dei sum id quod sum. Deinde Euangelista declarat vtilitatem missionis Ioannis. Dicit ergo (hic venit) voluntariè obediendo mittenti eum à deserto (in testimonium vt testimoniū G perhiberet de lumine. s. verbo quātum ad eius miraculosam Conceptionem, & Natiuitatem. Et nota quod verbum supra lucē dixit hic autē appellat lumē quia lux dicitur in suo fonte consistēs puta in Sole: sed lumen vt in alieno corpore est, puta in aëre. Et similiter verbum in se lux est: sed in humana natura lumen. & sic de eo nunc tractat (vt omnes crederent per illum.) Ecce finis H & fructº huius, & testis testimonii eius vt scilicet omnes homines susciperent irradiationem veri luminis. Duplex est autem eius irradiatio, vel participatio, scilicet per fidem, & per apertam visionem. Ex prima est via ad secundā quia nisi credideritis, non intelligetis. Esa. vij. secundum aliam literam ideo dicit, vt omnes crederent per illum.

I Non enim ſtatim apertè eum cognoſcerent. Crederent, inquam, per illum: ſed non in illum, quia fides innititur primæ veritati, quæ infallibilis eſt.

¶ Sed hic oritur, quæſtio Manichæi: qui negat omnia teſtimonia prophetarum de chriſto. Dicit enim quod fruſtra Ioānes, & alii ei teſtimonium perhibent: quia eſt lumen puriſsimum lumen autem ſe, & alia manifeſtat: ideo
K non indiget manifeſtari ab aliquo. Vnde videtur ſuperfluè dictum (vt teſtimonium perhiberet de lumine.) Sed à Sanctis multiplex aſsignatur ratio quare Chriſtus voluit à prophetis habere teſtimonia. Vna eſt ſecundum Chryſ. & Diony. Quia quod in ſe clarum eſt, & certum, alicui poteſt eſſe dubium: & obſcurum & conſequenter indiget manifeſtari: non propter ſe, ſed propter in
L firmitatem alterius. Si ergo Chriſtus non propter ſe egebat Ioannis teſtimonio, vel alterius vnde. Ioan. ij. dicitur. Ego teſtimonium ab homine non accipio. Sed huiuſmodi teſtimonia fuerunt neceſſaria propter humanam infirmitatem cui ipſum lumen improportionatum erat. Ideoque quidam homines præ aliis ſunt de rebus diuinis illuminati, vt aliis ab eis humano mo-
M do cognitionem acciperent diuinorum Et ideo dicitur (vt omnes crederēt per illum. Origenes autem aſsignat tres alias rationes. Et prima eſt. Quia licet ipſe propter ſe huiuſmodi nō indigeat tamen hoc voluit fieri vt quoſdam homines exaltaret. Sicut enim Deus poteſt omnia per ſeipſum immediatè producere ſine adminiculo alicuius creaturæ & tamen communicauit cauſis creatis vt poſsint, & ipſe cauſare, & facere: N vt nobilitentur creaturæ: quaſi cogentes creatori. Sic etiam maiorem fui cognitionem dedit quibuſdam hominibus. Et per illos alios ad ſe adduxit, & ſe eis manifeſtauit, quamuis totum per ſeipſum potuiſſet explere. Secunda eſt quia miracula per quæ Chriſtus manifeſtauit ſeipſum mundo temporaliter facta tranſierunt, & pauci illa viderūt. O Teſtimonia autem ſcripturarum ſtabilia ſunt, & ad poſteros peruenerunt, & hac de cauſa miracula ſunt adiuncta. Tertia eſt: quia homines ad fidem conuertendi diuerſimodè diſpoſiti erant. Quidam enim per miracula: quidam per rationes, & argumenta magis conuentur. j. Cor. j. Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt. Ideo Chriſtus vtroq; modo voluit manifeſtari: P vt omnibus prouideret congruentem medicinā. Sed hic obiicitur contra hoc quod dicitur (vt omnes crederent per illum) quia cum non omnes crediderint: videt quod beatus Ioannes, & deus ſint ſuo fine fruſtrati. Sed ad hoc dicit quod duplex eſt finis, ſcilicet in ſe, & in altero: ſicut finis medici in ſe eſt mederi, in altero verò eſt ſanari. Fruſtrari ergo fine in ſe dicit imperfectionē non Q autem finem alio. Nam ſicut dicit Philoſophus: non ſemper ſanat medicus ne Rhetor ſemper perſuadet, ſed ſi nihil omiſerit de contingentibus eum perfecte operatum dicimus. Teſtimoniū ergo, & doctrina Ioannis ordinabatur ad hoc vt omnes homines in Chriſtum crederent: ſed quod nō omnes crediderint: fuit ex ſtultitia, & peruerſitate eorum, & ſic habuit finem in ſe quamuis

A uis non in altero. Vel dicendum quod finis Ioannis fuit facere, quod in ſe erat vt omnes crederent. & ſimiliter eſt fruſtratus ſecundo, non primò & principali. Finis autem Dei ab eo volitus in miſsione Ioannis antecedenter fuit vt omnes crederent, non autem conſequēter. Quæ autem vult antecedenter, non ſemper implentur. Dicitur autem quis
B velle antecedenter illud quod vult quātum in ſe eſt, & ſecundum ſuam naturām conſideratum: vt iudex vult vitam omnium ciuium. Conſequenter autem vult quis illud quod vult omnibus conſideratis: vt iudex latronem mori conſyderata eius malitia. Deinde ponit diſtinctionem inter verbum, & Ioannem dicens (non erat ille lux) id eſt Ioannes non erat verbum, in quem
C credere deberent: ſed ſupple miſſus erat (vt teſtimonium perhiberet de lumine) id eſt verbo incarnato. Sed contra. Videtur enim quod Ioannes eſſet lux: quia dicitur Mat. quinto. Vos eſtis lux mundi? Reſpondeo: videmus in corporalibus quod quædam lucent, & lucem habent à ſe vt ſol: quædam verò
D lucent, & lucem habent ab alio: vt Luna. Sic etiam in ſpiritualibus vna lux eſt fontalis, & prima: lucens quidem, ſed non illuminata: quę eſt Deus. Alia eſt ſecundaria, & participata: quæ eſt in ſanctis. Sancti ergo dicuntur lux, inquantum habent lucem, quandam ſpiritualem gratiam, ſcilicet & ſapientiam: per quam etiam alios illuminant. Magis propriè tamen dicuntur luminaria, id eſt vaſa lucis contentiua. Vnde & Ioannes dicitur lucerna. Ioan. quinto. Erat ergo lux per participationem, & non erat lux per eſſen- E tiam. Orig. Lucerna ardens erat: ſed non proprio igne ſuccenſus, ardebat lucens, ſed non propria luce lucebat, ſtella matutina erat: ſed non à ſeipſo proprium lumen acceperat: ſed gratia ipſius quem præcedebat in eo ardebat & fulgebat. Hæc ille. (Erat lux vera.) Hic agit Euangeliſta de incarnatione verbi: de quo dicit: (erat lux vera.)

F ¶ Eſt autem ſciendum quod verum ſaliquando diuiditur contra falſum: aliquando contra figurale: aliquando contra participatum vel participans. In mundo ergo fuit multiplex lux. Prima fuit falſa, ſcilicet ſcientia mundana: quam habuerunt Philoſophi: de quibus dicitur ad Rom. primo Euanuerunt in cogitationibus ſuis de quo vide Agrip. in lib. de vanita. ſcient. Alia fuit
G vera quidem, ſed figuralis, vt ſcientia legis & prophetarum. Tertia fuit non falſa neque figuralis: ſed tamen participata. vt ſcientia Apoſtolorum. Verbum igitur eſt lux vera non falſa, neque figuralis, neque participata, ſed per eſſentiam ſuam. Item lux vera, id eſt, puriſsima, & clariſsima: quæ omnia reſpicit, & nullis inficitur ſordibus. Vnde Auguſtinus ſecundo libro
H de libero arbitrio. Veritatis, & ſapientiæ pulchritudo, nec peragitur tempore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec vmbra includitur, nec corporis ſenſibus ſubiacet. Cernentes ſe mutat in melius: à nullo in deterius commutatur. Hæc ille. Vel vera, id eſt, incommutabilis: quia (vt dicit Auguſtinus.) veritas eſt incommutabilis. Id enim ſolum vera eſt quod in

com

I commutabile est. Est autem notandum quòd lux corporalis est principium generationis in istis inferioribus: quia radius solaris, secundùm Diony. ad generationem corporum visibilium cõfert, & ad vitam ipsam mouet, nutrit, & auget. Secundò est principiũ manifestationis omnium visibiliũ. Vnde ad Ephesios. v. Omne quod manifestatur lumẽ est. Vnde & omnis color in lumine. i.
K per lumen videtur, secundũ Philosophum. Tertiò, est principium pulchritudinis omnium corporũ. Pulchritudo enim cõsistit in debita proportione partium: & claritate decenter superfusa, id est, secundùm conuenientem colorem. Sic etiam lux spiritualis. i. diuinũ verbum, vel diuina sapientia: est prĩcipiũ, & causa quare aliquid producitur. Psalmus. Omnia in sapientia fecisti. Et qua
L re aliquid scitur, & manifestatur. secũdũ illud Eccle. j. Fons sapientiæ verbũ dei in excelsis. Et quare aliquid decoratur. Vnde Diony. dicit ꝙ deus dicitur pulcritudo sicut omnis consonantiæ & claritatis causa. (Quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ.) Omne enim quod est per participationem deriuatur ab eo, quod est per essentiam: sicut omne quod est ignitum, est
M ignitum ab aliquo, quod est per essentiam ignis. Quia ergo verbum est per essentiam lux, oportet ꝙ omne lucens luceat per eius participationẽ, & ideo verbum illuminat omnem hominem. ¶ Est autem notandũ ꝙ Origines hic distinguit triplicẽ mundũ, scilicet Superiorẽ, qui est substantiarum immaterialiũ. Inferiorem, qui est corporeorũ, & Mediũ, quoniã est hominum ex corpore, & spiritu compositorum. Potest N autem addi quartus qui est peccatorũ rebus mundi fruẽtium: de quo quarto dicitur. j. Io. ij. Omne quod in mundo est, cõcupiscẽtia carnis est, aut cõcupiscẽtia oculorũ, aut superbia vitæ. Item Ioan. xvj. Plorabitis, & flebitis vos: mũdus autem gaudebit. In primum venit homo per contemplationem, vel spiritualem generationẽ. In secundum per O generationem carnalem. In tertium vi uendo secundo secundùm rationem. In quartum inhæredo creaturæ per inordinatum amorem. Si ergo quod hic dicitur intelligatur de aduentu hominis in primum mũdũ: sic potest dupliciter exponi Primò. s. de homine veniente in superiorem mundum per baptismi regenerationem: & talis illuminatur ni si ponat obicẽ, seu fictus accedat: quia P recipit lumen gratiæ. sic exponit Orige. Secundò. vt venit in illum per contemplationem: sic per homines intelliguntur mentes. Mens enim hominis cũ sit principale in eo: dicitur totus homo sicut rex totum regnum: & vnumquodque dicitur esse illud quod est principale in eo: secundùm Philosophum nono. Ethicorum. Tunc autem præcipuè mens à deo illuminatur, cùm ascẽditur Q in contemplationem diuinorum. ij. ad Corin. iij. Nos autẽ reuelata facie &c. Si autem intelligatur de aduentu in secundum mundum: sic potest exponi tripliciter. Vno modo, vt intelligatur de illuminatione naturali. Omnis enim homo qui nascitur in hoc mundo, ab eterna luce recipit lumen intellectus, vel rationis. Alio modo, vt intelligatur de gratuita. Omnibus enim hominibus

A nibus quantum in se est lumen infundit: quanuis non omnes illud recipiant. Dionysius. ij. ecclesiasticæ Hierar. Sem per intellectualibus vultibus. diuinum expansum est lumen: nostrumque est recipere vel non recipere de lumine si bi præsente, & isto modo exponit Chry so. Tertiò iterum exponitur de lumine gratiæ: vt sit accommoda distributio:
B & sit sensus quòd prædicta lux illuminat lumine gratiæ omnes qui illuminantur. Licet ergo non illuminentur omnes: tamen nullus illuminatur nisi per hoc lumen: hæc autem est expositio Augu. Et ponit exemplum de magistro, qui docet omnes pueros ciuitatis: non quia omnes pueri doceantur: sed quia nullus nisi per ipsum docetur Si autem intelligatur de aduentu homi
C nis in tertium mundũ: sic exponit Ambro. de viuentibus modo humano rationabiliter sic dicens. Illuminat illis qui ad imaginem, & similitudinẽ dei viuit: qui se hominem esse cognoscit, vt refugiat equorum libidinem, ferarum rabiẽ Lepusculorum formidinem, Vulpium fraudem, rapinam Luporũ. Hæc ille. Potest etiam exponi de aduentu in quartum mundum. s. in peccatũ. Tales
D enim cæci sunt: indigentes lumine, non vt intrent talem mundum: sed vt inde exeant, & intrent ad primum mundum vel ad secundum, vel tertium. Ad hos autem illuminandos spiritualiter christus venit. Matthæi. ix. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad pœnitentiã Sed si qui non illuminantur inexcusabiles sunt: qui ista lux vera est: & illuminat quãtum est de se omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnde ad maiorem expressionem inexcu- E sabilitatis eorum, qui non illuminantur. subiungitur (in mundo erat) quasi diceret. Hoc visibile præsens eis aderat. Posset enim aliqs dicere. Si lux il luminans est: quomodo illuminat cum non omnes illuminentur lumine suo? Ex respondet, quia debuerant cognoscere. (Nam in mundo) ideſt in vniuer sitate condita (erat) etiam ante incarna tionem scilicet per præsentiam suæ di F ninitatis: & potentiam regendo, & gubernando mundum, non vt pars mundi: sed vt factor eius. Vnde erat, mundo vt in speculo suo, vt in domo sua, vt in opere suo: (Et mundus per ipsum factus est.) Hoc dicitur: quia ista est causa quòd in mundo esset: quia mundus per ipsum factus est. Semper enim causa debet esse coniuncta effectui: si est causa in fieri, & in esse. Vel hoc dicit ne G aliquis, ex hoc quòd dixerat lucem esse in mundo crederet, quòd ab æterno in mundo fuisset. Si enim mundus factus est postquàm scilicet non fuit, habet initium, nec erat lux in mundo ab eterno, sed postquàm factus est mundus. ¶ Et notandum est quòd cùm dicit per ipsum: quinque possunt notari, ratione huius præpositionis, Per, scilicet identi tas operationis in patre, & filio: Distin H ctio personalis vtriusque. Autoritas in patre respectu filii, causa efficiens in filio, respectu facturæ: & causa exemplaris. Quanuis autem sic cognoscere potuerint: tamen noluerunt: vnde subditur. (Et mundus) mundi amatores, secundùm Grego. & Augu. & Chrysosto. vel secundùm Orig. mundus ideſt homines mundum inhabitantes (eum) scilicet

licet esse creatorem, & redemptorem mundi(non cognouit.)cognitione speculatiua:quia nec per scriptę legis symbola:nec per visibilis creaturæ paradigmata:vt dicit Ori. Nec cognitione practica siue per affectum: quia cum deum cognouissent,non sicut deũ glorificauerunt.Ro.j.¶ Et nota quòd licet Philosophi cognouerint deũ naturaliter:tamen mysterium Trinitatis ignorauerunt:& consequenter Verbi personam similiter.Quia ergo in mundo existens per diuinitatem non est agnitus ideo(in propria venit)per assumptionem humanitatis:in propria inquam prima idest in mundum:qui ab eo factus est,secundùm Orig.Vel secundò, in propria scilicet inter Iudæos. secundùm Chrysosto.qui fuerunt dei populus peculiaris:& dicuntur eius proprii, ratione electiõis in Abraham ratione redemptionis ab Egypto, ratione dationis legis,ratione cultus specialis,ratione missionis filii,qui non est missus nisi ad oues quæ perierant domus. Israel.Matthæi decimoquinto vel tertiò,in propria venit idest in naturam humanam:quam condidit,& assumpsit (& sui) scilicet quicunque homines: qui sunt sui creatione, eum non receperunt scilicet in carnis infirmitate miraculis coruscantem: non receperunt, in quam per fidem.Vel sui idest,Iudæi vel eius cognati eum non receperunt: sicut Messiam,& creatorem suum: imo offenderunt ciecerunt,& occiderunt. secundùm Chrys.Vel non receperunt per amorem,quia gratiæ obicem posuerunt.Quia tamen non omnes cum repulerunt:sed quidam receperunt per fidem,& amorem subditur.(Quotquot autem idest omnes cuiusq; sexus, vel conditionis,vel ætatis, vel status, vel gentis(qui receperunt eum).scilicet intellectu per fidem:& in affectu per amorem:(dedit eis potestatem filios dei fieri.(Ad cuius euidentiam sciendum est & filii dei dicuntur aliqui per assimilationem ad deum.Est autẽ triplex assimilatio spiritualis hominis ad deũ. Vna quidem est in præsenti vita per infusionem gratiæ qua adoptamur in dei filios.ad Rom. viij.Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore &c.Alia est per operum perfectionem Matthæi.v.Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos,vt sitis filii patris vestri.Alia est per adoptionem gloriæ perficitur in beatis,& quãtum ad animam: quia vt dicitur j.Ioan.iij. Cũ apparuerit similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est.Et quãtum ad corpus:quia reformabit corpus humilitatis nostræ.ad Philip.iiij.Si ergo loquamur de potestate,qua quis potest fieri dei filius per gloriam & perfectas operationes:ista verba non habent difficultatem : quia ista potestas est gratia:quia habita potest facere homo opera meritoria,& consequenter adipisci gloriam.Si verò loquamur de filiatione per gratiam insurgit dubitatio:quia gratia non est in nostra potestate:vt videtur loquendo de potestate naturæ loquendo autem de potestate gratiæ,tunc hoc ipsum quod est habere talem potestatem scilicet gratiam est esse filios dei.Ideo dicendum est q iustificatio per gratiam,quæ fit in adultis,requirit motum liberi arbitrii,& consensus.Et quia in potestate hominis est vt consentiat:ideo dedit eis potestatẽ filios dei fieri.Dedit igitur potestatem suscipiendi gratiam dupliciter. Vno modo gratiam præparando.& hominibus proponendo sicut qui facit librum, & proponit homini ad legendum:dicitur dare potestatem legendi.Gratia autem est facta per christum,& nobis proposita : non quasi seorsum ab anima christus gratiam creauerit cùm sit accidens:quod in substantia creatur,vel potius concreatur:sed quia instituit sacramenta quibus gratia in nobis fit. Vnde gratiam fecit dupliciter. Primò, quasi remouendo prohibens idest placando deum sicut medicina facit sanũ, quæ remouet malos humores.Et secundò fecit eam in sua causa idest in sacramentis.Alio modo, mouendo liberum arbitrium ad susceptionem gratiæ: iuxta illud Threñ.vlti.Conuerte nos domine ad te,& conuertemur quasi dicat ipsa oblata bona recipere non valemus,nisi ad ea recipere largiaris. Ista potestas non est ipsa gratia gratum faciens:sed est inuitatio,& motio seu vt ita dicam adiuuatio ad gratiam consequendam.Ista autem duo deus omnibus quãtum in se fuit exibuit,sed quidam non consenserunt motioni diuinæ.Vnde dicit Chry.Non dicit Euangelista fecit eos filios,quia opus est studio nostro.Hæc ille(Dedit eis ergo potestatem filios dei fieri) per gratiam adoptionis: quod est magnæ dignitatis primæ Ioann.tertio videte qualem charitatem &c.Item magnæ vtilitatis: quia si filii,& hæredes.Roman.octauo. (his qui credunt in nomine eius) idest

sensus.Et quia in potestate hominis est vt consentiat:ideo dedit eis potestatẽ filios dei fieri.Dedit igitur potestatem suscipiendi gratiam dupliciter. Vno modo gratiam præparando.& hominibus proponendo sicut qui facit librum, & proponit homini ad legendum:dicitur dare potestatem legendi.Gratia autem est facta per christum,& nobis proposita : non quasi seorsum ab anima christus gratiam creauerit cùm sit accidens:quod in substantia creatur,vel potius concreatur:sed quia instituit sacramenta quibus gratia in nobis fit. Vnde gratiam fecit dupliciter. Primò, quasi remouendo prohibens idest placando deum sicut medicina facit sanũ, quæ remouet malos humores.Et secundò fecit eam in sua causa idest in sacramentis.Alio modo, mouendo liberum arbitrium ad susceptionem gratiæ: iuxta illud Threñ.vlti.Conuerte nos domine ad te,& conuertemur quasi dicat ipsa oblata bona recipere non valemus,nisi ad ea recipere largiaris. Ista potestas non est ipsa gratia gratum faciens:sed est inuitatio,& motio seu vt ita dicam adiuuatio ad gratiam consequendam.Ista autem duo deus omnibus quãtum in se fuit exibuit,sed quidam non consenserunt motioni diuinæ.Vnde dicit Chry.Non dicit Euangelista fecit eos filios,quia opus est studio nostro.Hæc ille(Dedit eis ergo potestatem filios dei fieri) per gratiam adoptionis: quod est magnæ dignitatis primæ Ioann.tertio videte qualem charitatem &c.Item magnæ vtilitatis: quia si filii,& hæredes.Roman.octauo. (his qui credunt in nomine eius) idest in re,& virtute nominis eius:quod est Emanuel.secundùm glos. scilicet his qui credunt christum esse verum deũ, & verum hominem.His in quam data est hæc potestas Et licet sint multi alii articuli quos oportet credere.iste tamẽ specialiter facit filios dei. Congruum enim est vt qui credunt filium dei esse filium hominis:ipsi propter dignitatẽ suæ naturæ quam in illo adorant:fiant filii dei per adoptionem(Qui non ex sanguinibus) supple nati sunt. filii per adoptionem Grammaticè autem loquendo:sanguis non habet plurale:pluraliter tamẽ dicit ex sanguinibus:quia in græco habet plurale,vel vt ostendat quòd plura currunt materialiter idest plura materialia ad generationem carnalem.Concurrit enim semen maris, & fœminæ,licet vnum horum secundùm Philosophum sit materia ex qua fit proles scilicet semen,vel sanguis Fœminæ aliud autem licet sit quid materiale,tamẽ non est causa materialis:sed est causa efficiens proxima. Vnde in hoc ostendit quòd spiritualis filiatio non conuenit cum carnali in causa materiali,& consequenter quòd neque in causa motiua:cum subiungi:(neque ex voluntate carnis)Augu.j.ex cõcupiscentia mulieris, quæ debet esse subiecta homini : sicut caro spiritui. Et dicitur mulier secundum aliquos caro.quia prima.s.Eua formata est de carne,idest costa viri.Geñ.secundo (Neq; ex voluntate viri)idest ex concupiscẽtia virili.Ori. Carnis nomine fœmineum:viri verò nomine masculinũ designauit habitũ. Hæc ille.Appetitum verò omnẽ vocat voluntatem. Et isto

mod

I modo concupiscentia carnalis tam viri, quàm mulieris dicitur voluntas. S. Tho. autem vult quòd per hæc duo intelligãtur duo principia, seu motiua ad carnalem generationem: quæ sunt. voluntas, & appetitus sensitiuus: quorum primus dicitur voluntas viri, & secundus voluntas carnis. Sed siue sic, siue sic intelligatur ex his non nascimur filii Dei: sicut neque ex sanguinibus (sed
K ex Deo nati sunt). i. ex diuina virtute, & operatione. Vnde ly ex, nõ dicit causam naterialem sed effectiuam: quæ est diuina virtus filios Dei efficiens per baptismi regenerationem: per fidem & internam inspirationem. Vel dicit causam exemplarem. i. ex Deo nati sunt per imitationem. Sicut enim dicit. S. Tho. ly a: denotat semper causam mouentem: & intellige quando dicit cau-
L sam, & nõ principium motus. Et ly de: causam materialem & effectiuam consubstãtialem: quia dicimus fabrum facere cultellum de ferro: & patrem generare filium de seipso: quia scilicet aliquid concurrit aliquo modo ad generationem filii. Et ly ex, causam materialem & efficientem non tamen consubstantialem: & intellige necessariò, licet aliquando eam possit dicere: quia
M filius Dei processit ex Patre. Igitur viri iusti dicuntur nati ex Deo, quia non sunt de eius substantia: sed de filio naturali singulariter dicitur, quòd de Deo patre natus est. Hæc ex illo. Ex his autem verbis arguũt hæretici quòd generatio hominũ non sit à Deo. Nam vt dicunt filii Dei non nascuntur ex sanguinibus. i. ex commixtione seminis maris, & fœminæ: sed filii diaboli.

Ex hoc autem arguunt consequenter N quòd matrimonium sit peccatum. Sed error iste procedit ex manifesta ignorantia. Ioannes enim facit distinctionẽ inter carnalem, & spiritualem generationem: vt præferat spiritualem carnali: quia spiritualis est à Deo immediatè: carnalis vero mediante commixtione maris, & fœminæ. Non autẽ sequitur, quòd si sint istæ duæ generationes alio, & alio modo, quòd propter hoc O vna sit à Deo, alia à diabolo: sed vtraque est à Deo: vna tamen immediatæ, alia verò mediantibus causis secundis, id est, masculo, & fœmina. quibus deus virtutem generatiuam contulit, & conseruat. (Et verbum carò factũ est.) His docet Euãgelista modum, quo verbum venit ad nos, ne alicui incredibile videretur quòd nos sumus effecti filii P Dei. Orige. Si filius Dei factus est homo, quid mirum si homo credens in filium Dei, filius Dei futurus sit? Hęc ille. Verbum ergo quod erat in principio apud Deum (caro factum est). i. verus homo per Synedochem. Vel secũdum Chry. subiungitur (& verbum caro factum est.) Ad ostendendum quòd verbum habet potestatem, vt det potestatẽ filios Dei fieri. Sed cum verbum Q Dei sit incommutabile, quo modo potest in eo intelligi aliqua factio, vt dicatur caro factũ? Ad hoc dicitur quòd debet sic exponi litera (Verbum caro factum est). i. factum est, vt verbum esset caro, seu verus homo, non quia deitas sit conuersa in humanitatem, vel conuersò: sed quia deitas traxit humanitatem ad participationem sui esse, sicut & anima trahit cibum dãdo ei esse huma-

A humanum, inq̃ntum facit cibum esse carnem humanam, vel os, & huiusmodi. Vel verbum caro factum est. i. carnem assumpsit. sicut homo fit albus per assumptionem albedinis. Verbum igitur caro factum est, non per sui mutationem: sed per carnis assumptionem, ita quòd factio non ponit mutationem in verbo, sed in assumpta natura. Dicitur enim verbum caro factũ per vnio-
B nem ad carnem: vnio autem est relatio: relationes autem nouiter dictæ de Deo per respectum ad creaturas non important mutationem ex parte Dei: sed ex parte creaturæ nouo modo se habentis ad Deum. (Et habitauit in nobis). i. in nostra natura: secundũ Chry. & Hilar. s. habitu inuentus vt homo. Et in hoc notantur tria. Primò, diuinæ, & humanæ naturæ distinctio per hoc
C quod dicitur in nobis. i. in natura nostra. Quod enim inhabitat aliquid distinguitur ab eo, quod inhabitatur. Sed verbum diuinum | inhabitat naturam humanam in Christo: quia in ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Colos. ij. Ergo natura verbi, secundum quam est Deus, remanet distincta
D à natura humana, secundum quam est homo. Et in hoc excluditur error eorum, qui dixerunt aliquid verbi in carnem conuersum: sicut cum ex farina fit panis: & consequenter naturas esse permixtas. Et eorum qui dixerunt naturam diuinam conuersam in humanam. Cùm enim credamus animã incorpoream vniri corpori: ita quòd ex his fiat verè vnum: similiter credere debemus substantiam diuinam incorpoream vniri animæ, & carni: ita quòd ex tribus substantiis. s. deitate, anima, & E carne sit vnus Christus. ita tamen quòd nec natura deitatis conuersa sit in animam, vel carnem, nec è conuerso: sicut nec caro in animam, neque anima in carnem conuertitur, nec ambæ naturæ intelligantur cõstituere vnum tertium distinctum ab vtrisque. ¶ Secundò, notatur naturæ diuinæ impermutatio, in hoc quod dicitur, & habitauit, quia habitare dicitur ab habitu secundum ali- F quos. Vel saltem ista habitatio fuit per hoc, quòd habitu est Christus inuentus vt homo. Habitus autem non mutat habentem, sed è conuerso quia habitus participat formam habentis: & non è conuerso. Sic quodammodo sed habet in ista beata vnione verbi ad naturam humanam. Ipsa enim eleuatur ad participandum esse suppositi æterni, ipso tamen supposito impermutabili G permanente omnino. Tertiò notatur vnionis perpetuitas: per hoc quod dicitur: & habitauit in nobis. Semper enim (vt dicit Chryso.) filius Dei hoc tabernaculum inhabitauit: ita quòd etiam in mortis triduo verbum diuinum remansit personaliter vnitum illi beatæ. animæ existente in inferno, & etiam corpori iacenti in sepulcro. Nunquàm enim verbum diuinum reliquit sub- H stantiales partes humanæ naturæ. Vel habitauit in nobis. i. inter nos Apostolos familiariter conuersatus est. Quod ideo additur: vt ostendatur mirabilis condescensio filii Dei ad homines inter quos sic conuersatus est: vt videretur quasi vnus ex illis. Non solũ enim voluit hominibus assimilari in natura sed etiam in cõuersatione, & familiari

I conuictu: absque tamen peccato: vt sic homines dulcedine suæ conuersationis allecti ad ipsum conuerterẽtur. Est autem circa illam sentẽtiam verbum caro factum est: multiplex error deuitandus, secundum diuinas scripturas: & fidei Christianæ sententiam. Primus est Enti cetis, qui dicit diuinam, & humanam naturam sic in Christo fuisse commixtas, vt eadem fuerit natura Dei, & K hominis: ac si verbum vel aliquid eius sit conuersum in carnem, & non assumpserit carnem, contra illud: Ego Deus, & non mutor. Malach. iij. Secundus est Arrii. qui licet non crediderit verbum in carnem mutatum, sed quòd eam assumpserit: tamen dixit quòd assumpsit carnẽ sine anima: loco cuius animæ ibi erat verbum: contra illud Matth. xxvj. Tristis est anima mea &c. Tertius fuit L Apollinaris, qui dixit verbũ assumpsisse animam, sed sensitiuã tantum, & non intellectiuã: loco cuius in corpore Christi dixit esse verbum: contra illud Mat. viij. Miratus est Iesus, quod nec in diuinitate, nec in anima sensitiua, nec in carne Christi inueniri potest. Iste aliquãdo secutus est Arrium, sed propter authoritates coactus est in Christo aliquam animã ponere. Præterea Chri- M stus secundũ hoc nõ assumpsisset carnẽ humanã: quia sicut nõ est caro sine anima, ita nõ est caro humana sine anima humana, quæ est intellectiua. Sed contra. Si enim assumpsit carnẽ sic animatam, quare Euãgelista mentionẽ nõ facit de anima intellectiua. Rãdeo. Primò, vt ostẽderet veritatẽ incarnationis cõtra Manichęos dicẽtes verbũ assumpsisse carnẽ phantastică tantum. Secũdò, vt ostẽderet maiorẽ dignationẽ Dei assumẽtis non solũ animam rationalẽ, verũ etiam carnẽ magis à se distãtem. Tertiò, vt ostẽderet veritatẽ, & singularitatẽ vnionis in Christo: quia in aliis hoĩbus vnitur Deus, quantũ ad animã solũ. Quartò, vt ostẽderet congruitatẽ humanæ reparationis, quia homo per carnẽ infirmabatur. Sed cõtra. Si verbũ caro factũ est, quia carnem assumpsit, O quare nõ dixit Euãgelista, verbũ carnẽ assumpsit, sed caro factũ est? Rãdeo, vt excluderet erroré Nestorii dicentis in Christo fuisse duas personas, & duos filios. s. Dei & virginis. qui si esset verus, falsa esset hæc, Deus factus est homo, quia impossibile est alterũ duorũ singularium diuersorũ suppositio prædicari de altero. & iste est quart⁹ error. Quintus est eorũ qui non intelligẽtes modũ incarnationis, dixerũt in Christo esse P quidẽ vnam personã Dei, & hoĩs: sed duas hypostases, vel duo supposita. s. humanum tẽporale: & diuinũ æternũ. Sed secũdũ hoc ista saluari nõ potest: Deus factus est homo, & ista: homo factus est Deus: & ideo hæc opinio dãnata est in quinto cõcilio. (Et vidimus &c.) Hic Euãgelista declarat diuini verbi excellentiam. Cõtinuatur autẽ ista pars ad Q præcedẽtia, vt sic quasi argumentũ eius quod dixerat verbũ caro factũ est. q. d. Ex hoc scio quod verbũ Dei est incarnatũ, quia ego & alii Apostoli (vidimus gloriã eius,) Cùm autẽ de quibuscũ hominibus legitur, quòd apparuerũt gloriosi: sicut de Moyse dicit. Exo. xxxiiij. quòd facta est facies eius splẽdida, vel cornuta secũdum aliã literã. posset aliquis dicere, q̃ ex hoc nõ potest argui,

A quòd ille homo fuerit filius Dei, quia glorioſus apparuit. Ideo ſubiungitur. (gloriam quaſi vnigeniti à patre.) ac ſi dicat. Gloria eius non eſt quaſi angeli vel Moyſi, vel Heliç, aut Heliſei, ſed quaſi vnigeniti. eſt autem hæc gloria quam Ioannes, & quidam alii viderunt ſingularis, & eius ſingularitas conſiſtit in quatuor. Primò, in teſti-
B monio Patris quod reddit filio in monte Thabor. Secundò, in ſubiectione angelorum miniſtrantium ſibi. Matth. iiij. cum antè homines eſſent angelis ſubiecti. Tertiò, in obedientia totius naturæ. Matthæi. ix. Qualis eſt hic, quia mare, & venti obediunt ei. Quartò, in modo docendi, vel operandi: quia loquebatur tanquàm dominus, & po-
C teſtatem habens. Matthæi quinto. Ego autem dico vobis. Vnde in fine illius ſermonis dicitur quòd erat docens: quaſi poteſtatem habens. Moyſes autem dicebat Hæc dicit dominus. Item faciebat propria authoritate miracula. Matthæi primo. Quænam eſt hæc noua doctrina: quia ſpiritibus &c. Illud autem quaſi non eſt nota ſimi-
D litudinis, ſed eſt expreſsiuum veritatis. Et eſt ſimile ſecundum Chryſoſtomum, ſicut ſi aliquis vidiſſet regem cum multiplici gloria incedentem, & interrogatus ab aliquo qualis rex fuiſſet; volens totam illam multiplicem gloriam breuiter aperire vnico ſermone explicaret dicens: quòd ipſe incederet ſicut rex, id eſt, ſicut regem decebat. Et ita fecit Euangeliſta de verbo incarnato: quia non valens gloriam eius exprimere: dicit eam fuiſſe quaſi vnigeniti, id eſt, ſicut decebat vnigenitum ſanctitate vitæ pollere: doctrina E ſitum Dei Patris. ac dicat. Ita vidimus præclara, & glorioſiſsimis miraculis coruſcare: ſic in morte ſua cœleſtia corpora immutare, ſic victorioſe à mortuis reſurgere, ſic mirabiliter ad cœlos, imò ſuper omnes cœlos ſua virtute conſcendere, ſic denique in miſsione ſpirituſſancti corda diſcipulorum plena cognitione veritatis illuſtrare, vt nullus niſi inſanus dubitare poſsit F ipſum fuiſſe verum filium Dei vnigenitum, ſingulari, & ineffabili gloria decoratum. Vnde ſubiungit adhuc de iſta gloria dicens. Vidimus inquàm (Plenum gratiæ & veritatis.) Quod exponitur primò, ſecundum Bedam, & Origen. ſic Plenum gratiæ quantum ad humanitatem, & veritatis quantum ad diuinitatem: quæ eſt veritas prima, & puriſsima. Secundò ſic. Plenum gra- G tiæ in effectu, quia plenus fuit chariſmatibus ſpirituſſancti, & veritatis intellectu: quia ab inſtanti conceptionis habuit ſcientiam diuinam & humanam. Vel plenum gratiæ, vt remittat peccata: & veritatis: vt impleat promiſſa. Vel poſſunt quartò ſecundum Sanctum Thomam iſta verba exponi de vnione perſonali humanæ naturæ ad verbum diuinum: & de H perfectione animæ eius, & de capitis dignitate. Quantum enim ad primum fuit Chriſtus plenus gratia. Ad hoc enim alicui datur gratia, vt vniatur Deo per illam. Tunc ergo aliquis gratia plenus eſt: quando perfectiſsimè Deo vnitur. In Chriſto autem eſt vnita humana natura naturæ diuinæ in vnitate ſuppoſiti. Et ideo eſt in-

uenire ibi plenam & perfectam cõiunctionem ad Deum: quia talis fuit illa vnio, vt omnes actus tam diuinę quàm humanæ naturæ essent actus eiusdem suppositi seu personæ. Fuit ergo plenius gratia Christus, secundum humanitatem, inquantum hoc singulare donum ex mera gratia nullis præcedentibus meritis accepit, vt esset illa natura in persona filij Dei. Fuit etiam plenus veritate, quia humana natura in Christo peruenit ad ipsam veritatem diuinam ratiõe vnionis personalis: ita vt veraciter dicatur, quòd ille homo demõstrato Christo est veritas prima. Vnde dicitur Col. ij. quòd in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi. Nec mirum: quia vt ibi post pauca subdit. In ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Et similiter, quantum ad secũdum, fuit plenus gratia inquantum eius anima fuit plena gratia: quia omnia dona spiritus sancti accepit absque mensura. Ioan. iij. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Et sicut dicit Ange. sicut in singulis mẽbris corporis est vnus sensus cõmunis, id est tactus: in capite verò sunt omnes, ita omnes gratiæ sunt superabundanter in capite Christi: in alijs verò sanctis est vnũ commune donum gratuitum, id est charitas, in diuersis verò sunt diuersa specialia: quia diuisiones gratiarũ sunt. j. ad Cor. xij. Et plenus veritate, qa eius anima pretiosa aliquo modo cognouit omnẽ veritatem, & scientiam. Vnde dixit ei Petrus. Domine tu omnia scis. Ioan. vlti. Quantum etiam ad tertium inquantũ est caput ecclesiæ dicitur plenus gratia: inquantum fecit gratiam iustificãdo, quod lex non poterat vt patet Roma. viij. Fecit etiam veritatem, inquãtum figuras legis, & patrum promissiones adimpleuit. Item dicitur plenus gratia, quia ipsam in nos gratiosis verbis effudit dicendo. Luc. xxj. Omnis populus manicabat, id est mane venire studebat &c. Et veritate, quia non docebat in figuris, & enigmate: sed in veritate, & apertè. Hæc ex illo.

Dominica infra octauam Natiuitatis Domini. Luc. ij.

ERãt Ioseph & Maria mater Iesu mirãtes super his quę dicebantur de illo. Et benedixit illis Symeon: & dixit ad Mariam matrẽ eius. Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionem multorũ in Israel, & in signum, cui cõtradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser: hęc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hæc vidua erat vsque ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo

templo ieiunijs, & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniẽs confitebatur deo, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Et vt perfecerunt omnia secũdum legem domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia. Et gratia Dei erat cum illo.

ERANT IOSEPH ET MAria mater Iesu mirantes &c.) Luc. ij. In præsenti Euange. tangũtur tria puncta quæ sunt. Pronuntiatio: confirmatio, & consummatio. ¶ Quantum ad primum literaliter sciendum est quòd ea quæ in præsenti Euangelio dicuntur: sunt facta quando beata virgo post partum, & circuncisionem filij in die suæ purificationis iuit ad templum, & Simeon accepit Christum in brachijs suis. Dicit ergo, scilicet. Luc. (Erãt pater eius, & mater.) ¶ Sciendum est secũdum Bedam. quòd Ioseph dictus est pater Christi, quia ita erat communis fama: non quia vere ita esset: secundũ Augu. verè in lib. de bono coniug. Hoc ideo est, quia Ioseph verè fuit maritus, & coniunx Mariæ: vnde multo melius potuit dici pater Christi, quàm si filiũ aliunde adoptasset (Mirantes super his quæ dicebantur de illo) non solum à Symeone, vt dicit, scilicet Luce sed etiam ab Angelo, & à pastoribus, secũdum Orige. & à Magis, secundũ alios. ¶ Est autem hic vna magna dubitatio quomodo, scilicet Maria poterat mirari de his, quæ audiebat. nam admiratio est de re insolita, & incognita: vt patet j. Metaphi. Beatæ autem virgini ista non erant incognita, quia erat edocta per Angelũ, & per propherias quas secundum Origen. & Amb. & legebat, & intelligebat. Ideo consequenter est q̃ mirari non potuerit. Ad hoc respõdetur primò, quòd licet beata Virgo sciret talia, verè tamen potuit admirari: quia quod vno modo scitur, alio modo ignoratur: sicut Christus multa sciebat per inspirationem, quæ ignorabat per experientiam. Vnde quando illa experiebatur verè mirabatur secũdũ quosdam. vt habetur Matthæi. viij. de fide Centurionis. Alio modo respondet. S. Tho. secundũ ea quæ dicit super Matt. scilicet, quòd duplex est admiratio. Vna quæ est ex ignorantia, & ista non cadit in habente scientiam. Alia quæ est ex magnitudine rei: vt cum aliquid per imaginationem appræhenditur vt magnum: & ista conuenit habenti notitiam rei, de qua miratur. Possumus etiam dicere tertiò, quòd beata Virgo licet sciret quædam eorũ quæ de Christo dicebantur: tamen etiam quædam ignorabat: vt puta quòd esset Symeoni reuelatus, & promissus: & de his mirabatur. Postquàm autem Symeon (de cuius verbis istis mirabantur) compleuerat quæ de eo dicere voluit: conuertit se ad Ioseph, & Mariam. vnde dicitur. (Et benedixit illis Symeon) Sed contra.

1 contra. Quia beata Virgo maior erat Symeone: ergo ab eo non debuit benedici. Ad hoc respondetur primo quòd Symeon fuit minor beata Maria quãtum ad meritum: sed non quantum ad effectum: quia erat sacerdos secundum aliquos. Vel dico secundò, quòd benedicere secundum. S. Tho. super epistola ad Romanos. xij. contingit tripliciter, scilicet enuntiatiuè laudãdo & ma
K gnificando: & imperatiuè causando bonitatem, & sanctitatem in eo quæ benedicitur, & optatiuè, scilicet optando & desyderando bona. Benedicere ergo imperatiuè conuenit soli deo per authoritatem: cuius benedictio est causa bonitatis, & sanctitatis in nobis: per ministerium autẽ conuenit ministris dei: sed benedicere laudando aut optando, conuenit cuilibet: vnde & . S. Lucas di
L cit quòd Symeon benedixit Deum, scilicet laudando, & optando gloriam ei, vel in eius gloriam complacendo. Si ergo benedixit Deum, quid mirum si isto modo benedixit Mariæ, & Ioseph. Sed quia benedictio ista fuit communis Mariæ, & Ioseph: eo ꝙ pater esset putatiuus: ideo secundum Augu. lib. de bono coniug. vt ostendat Euangelista quòd solius Mariæ sit filius veraciter
M dominus Iesus Christus: subiungit. (Et dixit ad Mariam matrẽ eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel) Ista autem autem multipliciter exponuntur. Primò vt recitat Orige. vt dicatur saluator in ruinam infidelium, & in resurrectionem credentium Apostolorum, & aliorum esse à Deo positus: quod secũdum Gregorium. intelligendũ est quãtum ad temporalem destructionem, &
N dispersionem Iudęorum: & etiam quãtum ad spiritualem salutem: à qua ceciderunt per infidelitatem. Sed contra istum modum exponendi arguitur sic. Nam si saluator positus est in spiritualem ruinam, esset causa peccati: quod est falsum. Ad hoc ergo respondet Grego. Nazã. dicens. Diuinum propositum est salus, & deificatio singulorum: casus subleuatio consistit in pluriũ intentione credentium, & non credentium. Hæc sunt Grægorij verba. Et intendit dicere, quòd aliqui ex bonis
O operibus Christi sumpserunt occasionem ruinæ: cum tamen Christus intẽderet eos exaltare, quantum in se erat: vnde Chryso. dicit quòd saluator erat sicut lux, quæ delectat oculos sanos, &
P infirmos conturbat. Non ergo fuit causa ruinæ, sed occasio: non data, sed assumpta. Item arguitur sic. Si Christus est positus in ruinam multorum, sequitur quod aliqui boni cecidissent in aduentu Christi: quia ruere non poterãt nisi qui stabant: quod est falsum: & cõtra Grego. Nazan. Ad hoc dicit Grego. quòd dicuntur aliqui tunc cecidisse, nõ quia de bonis sint facti mali: sed quia de malis facti sunt peiores: & consequẽ
Q ter merebantur maiorem pœnam: puta dãnationem æternam, & temporalem ruinam ciuitatis Hierusalẽ. Alio modo exponitur secundum eundẽ Orige. vt aliquis dicatur ruere quãdo in eo peccatum occiditur: & destruitur: resurgere verò quando post peccata virtuosè conuersatur. Chrisosto. Resurrectio quidem est cõuersatio noua. Cũ enim lasciuus castus efficitur: auarus misericors:

A ricors: atrox mansuetus: resurrectio celebratur. Moritur quidem peccatũ: resurgit verò iustitia. Hęc ille. Sequitur. (Et in signum cui contradicetur) non quidem quãtum ad eius voluntatẽ beneplaciti: iuxta illud Iob. xj. Si subuerterit omnia, quis cõtradicet ei: sed quãtum ad voluntatẽ signi. quæ est præceptum, vel consiliũ, & quantũ ad aliqua
B alia. vnde hoc tripliciter exponitur secundum glossas. Nã signum tripliciter sumitur. Primò, ꝙ re aliquod aliud significante: eo modo quo circulũ tabernæ signũ dicimus. Alio modo sumitur signum pro miraculo. eo modo quo dicitur Actuũ. vj. ꝙ Stephanus faciebat ꝓdigia, & signa magna in populo. Tertiò modo sumitur ꝙ eo quod signat, id
C est distinguit, & discernit aliquid ab alijs: ad quod aspiciendum est: sicut vexilla quæ discernunt milites, & quarta quæ distinguit locum ad quam sagitta est iaciẽda. Glossa ergo sumendo signum primo modo: dicit Christũ esse positum in signum ratione Euangeliũ quod significat facta Christi: cui Euangelio contradicitur à multis in multis, vt pua in hoc quod dicitur Matth. x. Veni separare hominem aduersus pa-
D trem. Sed secundo modo sumendo positus dicitur in signum ratione miraculorum, quæ fecit, & quæ circa eum facta sunt. Omnia enim, vt dicit glo. quę de Chryso narrantur sunt signa: puta quòd natus est de virgine, ꝙ resurrexit: & huiusmodi quibus ab infidelibus contradicitur. Sed tertio modo sumendo, secundum glo. positus est in signum ratione crucis, quæ est Christianorum vexillum: ad quod respicere debent oẽs Christi milites existẽtes in prælio E aduersus inimicum. Huic signo cõtradicitur: quia cum sit mundi salus. & redemptio ab aliquibus dicitur esse aliquid ridiculosum. & latronum supplicium. Possumus autem & aliter exponere. Nam signum aliquando est aliqd ad quod aspiciunt homines, vt signum ad sagittandum: & sic Christus ratiõe miraculorũ, & doctrinæ, & cõuersationis suæ dictus est metaphoricè signũ: F quia in se conuertebat oculos omniũ. Huic signo contradixerunt Iudei quo ad miracula dicẽtes. Mar. iij. (in Beelzebub) id est virtutem maximi demonis. ejcit demonia, & quo ad doctrinam. & conuersationẽ dicentes: quòd erat seductor turbarum: vt patet Ioan. vj. & quòd erat malefactor: vt patet eiusdem. xviij. Vnde reprobauerunt eum, & crucj affexerunt: ideo subdi- G tur (& tuam ipsius animam pertransibit gladius.) Construitur autem ista sententia dupliciter: vt dicitur magister Historiogra. Primo sic: O Maria. gladius ipsius, scilicet Christi: animam tuam pertransibit. Secundò sic: O Maria gladius pertransibit animam ipsius Christi, quæ tua est, propter immensitatem tui amoris ad illum: & ecõtra. Exponitur autem ista prophetia. Sy- H meonis tripliciter. Primò secundũ Origẽ. per gladiũ intelligẽdo dolorẽ, quem ex passiõe Christi susceperit: q pertrãsiuit animam ex modo quo materialis gladius pertrãsit corpus: quia, scilicet ille dolor fuit intimus. Vnde ait Orig. Oportet intelligi gladiũ dãicæ passionis animã Marię pertrãsiuisse: qua & si Christũ, vt pote dei filiũ spõte propria

I mori: mortemq; ipsam non dubitaret
sua morte deuicturū: ex sua tamen car-
ne pro genitum non sine doloris affe-
ctu potuit videre crucifigi. Hæc ille.
Secundo, exponitur secundum Ambr.
per gladium sumendo verbum dei vn-
de ait. Prudentiam. Mariæ non ignarā
mysterii cœlestis. Symeon ostendit.
Viuum est enim verbum Dei & vali-
dum, & acutius omni gladio ancipiti,
K pertingens vsque ad diuisionem animę
& spiritus. Hæc ille. Et intendit quod
Christus efficacia sui sermonis diuide
ret inter spiritum & animam. i. Inter ra
tionem, & carnem vel sensum, ne ratio
sensualitati consentiret. Tertiò exponi
tur secundum Aug. per gladium sumen
do dubitationem, quæ ex stupore con-
surgit: & dolorem infligit. Vnde ait. Vel
per hoc intelligit quod Maria in mor-
L te domini stupore quodam dubitauit:
videns filium Dei sic humiliatum vt
vsq; ad mortē descenderet. Et sicut gla
dius pertransiens iuxta hominē timorē
facit, nec percutit: ita & dubitatio mœ-
stitiam fecit non tū occidit quia nō se-
dit in animo, sed pertransiuit quasi per
vmbram. Hæc ille. Et intendit vt dicit
S. Tho. iij. par. q. ij. vij. ar. Quartò quod
dubitatio illa non fuit infidelitatis, sed
M stuporis, dum compararet mirifica, &
excelsa quę de Christo nouerat: vilibus
& contemptibilibus, quæ patiebatur.
Vtrum verò B. Maria sit occisa corpo-
rali gladio, videtur incertum. Vnde di-
cit Isido. li. de vita & obitu sanctorum.
Incertū quidē est vtrum Symeon pro
materiali gladio dixerit an pro verbo
dei valido & acutiore omni gladio an-
cipiti. Spiritualiter tamen nulla docet
N historia Mariam gladii animaduersio-
ne peremptā, nec obitus eius vsq; legit
quamuis reperiatur sepulchrū. Hęc il-
le. Alb. autem super missus est: probat
quod ex amore sit mortua ita q̄ cōtem
plando, & ardendo tantū illa beata ani
ma ferebatur in deum per amorē quod
limites corporis penitus exiuit. Vnde
dicta verba quartò exponit Ber. de gla
dio amoris dei qui inquit. Animā Ma
O riæ non tantū confixit, sed pertransiuit,
vt veniret vsq; ad nos qui per eam in
diuinū amorē cōsurgimus: & sic de ple
nitudine eius oēs acciperemus. Sequit:
(vt reuelent ex multis cordibus cogi-
tationes). Est aūt sciendum secundum
Greg, q̄ ly: vt aliquā stat causaliter, vt si
dicam: Christus est mortuus: vt nos re-
dimeret. Nam ly vt dicit causam finalē
propter quā christus moriebat. Aliquā
P do autē stat concomitatiue vel conse-
cutiue, vt si dicā, quod Iudæi occiderūt
Christū vt per Romanos disperderen-
tur. Hæc autē stat consecutiuè secundū
Greg. scdm primā expositionē quia ex
Christi passione euenit, vt manifesta-
rentur odia Iudeorum in Christū: qui
eum non solum affixerunt cruci, sed
etiam sic affixum deridebant, & blas-
phemabant. Vel reuelatæ sunt debita-
Q tiones discipulorum qui fidem perdide
runt. Iuxta etiam expositionē, quia gla-
dius dubitationis non pertransiuit ani-
mas eorum sed se in illis firmauit. Vel
stat ly. vt finaliter iuxta secundā expo-
sitionē. Ad hoc enim fit verbum ad ani
mam vt reuelent cogitationes. i. confi-
teantur hoies sua peccata. ¶ Moraliter
sciendum est q̄ quilibet debet semper
aspicere ad Christū per contēplationē
ita

A ita quod non deficiat oculus de capite
tuo. i. de christo. Vnde Eccl. ij. Sapien-
tis oculus in capite eius & hoc ideo: qa
positus est nobis in signum, in præse-
pio quidē in signum paupertatis, & hu-
militatis: in cruce in signum patientiæ
& obedientiæ in sepulchro in signum
quietis, & contēplationis, in inferno, in
signum charitatis in cœlo in signū vi-
ctoriæ Apocal. iij. Qui vicerit dabo ei
B sedere, & sedebit mecū in throno meo:
sicut ego vici, & sedi cum patre meo.
Huic signo cōtradicunt mali homines:
non per verba sed facta quia signo hu-
militatis contradicunt superbi: & sic de
aliis. ¶ Quātum ad scdm sciendū, quod
Anna vidua confirmauit quæ Symeon
senex de christo prædicauerat. Ambr.
Prophetauit Symeō, prophetauerat co-
C pulata coniugio prophetauerat virgo
debuit etiam vidua prophetare: ne qua
pfessio deesset aut sexus. Hęc ille. Ideo
dicitur (& erat Anna prophetissa filia
Phanuel.) ¶ Notandum verò q̄ licet se
cundū iura humana: mulier plerunque
non recipiat in testimonium: tñ secun-
dum glo. in præconio christi per quem
vita reddita est ipsa viro. i. Symeoni cō
iungitur quia vita mundi per virum &
D mulierē perdita erat. Vel dicēdum est
quod licet testimonium mulieris sit im
perfectum rōne sexus, qui est fragilis,
secus tamen ratione sanctitatis (de tri-
bu Afer (secundum The. euangelistam
serioſe describit istam Annam per pa-
trem & tribum propter certitudinem
historiæ. Vel secundum Greg. Nazan.
vt distinguat eam ab aliis, quæ fortè
tunc temporis eodem nomine vocabā-
tur. De hac Anna sic dicit Ambr. Anna
verò stipendiis viduitatis, & moribus E
talis inducitur vt digna fuisse credatur
quæ redemptionē oīm nuntiaret. Hæc
ille. Vnde euāgelista commendat eam.
Primò ab ætate dicens. (hæc præcesse-
rat in diebus multis.) Secundò virgini
tate seruata ante matrimonium dicēs.
(& vixerat cum viro suo annis. iij. à vir
ginitate sua.) Tertiò à viduitate serua
ta post mortem coniugis di. (& hæc vi
dua erat vsq; ad annos octoginta qua- F
tuor.) Quartò, ab assiduitate visitandi
templum domini dicens (quæ non di-
scedebat de templo) secūdum modum,
scilicet loquendi quo assiduè cōuersan
tem in aliquo loco dicimus ab illo non
discedere. Quintò, ab assiduitate ieiu-
nii, & orationis dicens (ieiuniis & obse
crationibus seruiens nocte ac die). Iu
stè ergo, vt ait Orig. facta mulier spiri
tum propherādi meruit accipere: quia G
longa castitate longis ieiuniis ad hoc
culmen ascenderat. Hæc ille. Sequitur.
(Et hæc ipsa hora) qua Symeon ista di
cebat (superueniens confitebatur domi
no.) ¶ Est autem sciendum sicut dicit.
S. Tho. ij. ij. q. iij. arti. j. quod triplex est
confessio. Prima, scilicet quæ est actus
fidei, vt cum quis confitetur se credere
in vnum Deum. Secunda quę est actus
latrię. i. gratiarum actio & laudatio dei H
ad quam hortatur Psalmographus. di.
Cōfitemini domino id est, laudate deū.
Tertia est actus pœnitentiæ qua quis
confitetur peccata sua. Hic autem loquitur Euangelista de secunda confes-
sione secundum Grego. Nazan. Vnde
sequitur (& loquebatur de illo) scilicet
domino Iesu Christo quem magnifi-
cabat & prædicabat (omnibus qui expe

Ctabãt redemptionem Israel). i. Messiam regem per quem redimerẽtur vere à seruitute spirituali id est peccati & diaboli vel à seruitute temporali secũdum opinionem aliquorum qui existimabant christum venturum tanquam regem carnalem. Dicit autem Gre. Nazan. ꝙ ideo in euangelio non exprimit quid Anna de christo dixerit. quia forte dixit aliquid modicum, & non clare.

Vel secundum alios ad innuendũ quod mulier in ecclesia loqui non debet sed tacere iuxta doctrinam Apostoli. j. Corint. xiiij. Sicut tamen paucorum priuilegia non faciunt legem communem ita è conuerso lex communis non tollit quin alicui fiat priuilegium gratia sanctitatis. Et quod dicit glo. eam ieiuniis, & orationibus accepisse prophetiã sed non autoritatem docendi. intelligitur inquantum mulier secundum Goram non inquantum sancta: quia tamẽ mulier erat non extendit sermonẽ suũ.

¶ Allegoricè secundũ Gre. Nazan. Symeon interpretatur secundum aliquos obedientia, vel auditor mœroris significat legem Moysi cum sene morituro morituram. Sed anna quæ interpretaẽ gratia significat legem nouam quæ est lex gratiæ quam christus fouet viuentem. In medio horum christus fuit. Est autem notãdum quinquè fuisse Annas qui sunt mater Samuel. j. Re. j. & vxor Raguelis. Tho. iij. & Vxor Thobiæ. senioris Tho. j. & filia Phanuel de qua habetur hic & mater beatæ virginis de de qua non habetur in canone. Et quia Anna interpretatur gratia vt dictũ est & oẽs prædictæ fuerunt sanctæ & gratiosæ significant quinq; gratias Prima significat gratiam orandi. Vndè dicit. j. Reg. j. effudi animam meam in conspectu domini. Secunda gratiam alio edificandi: quia Raguel interpretaẽ pastor Dei. Tertia, gratia fiendi peccata, & incolatum huius vitæ: quia Thobias interpretatur ductus ad luctum. Quarta, gratiam reuelationis secretorum: quia Phanuel interpretatur facies dei. Quinta, gratiam resurgendi à peccatis: quia fuit vxor Ioachim quæ interpretatur responsio. Qui enim resurgit à peccato rãdet deo vocanti, & non facit more surdorum.

¶ Similiter notandum est secundum scripturã quatuor fuisse Prophetissas quæ sunt Maria soror Moysi Exo. xv. & Delbora. Iudicum. iiij. & Olda. iiij. Re. xxij. & Anna vidua hic designata. Prima interpretatur dux: secunda Apis, quæ scilicet in principio pungit: & in fine vngit. Tertia discretio mea. Quarta, rãdens. s. reddendo suum vnicuiq;. Prima significat fortitudinẽ. Secunda tẽperantiã. Tertia, prudẽtiã. & Quarta Iustitiã.

¶ Anagogicè. Anna vidua ecclesiã significat sanctorũ viduata præsentia sui sponsi ieiuniis & & obsecrationibus vacat, & in fine dierum vitæ suæ illum cum gaudio videre de meretur & in tẽplo cœlestis Hierusalem. Significat etiam singulas sanctorum animas eadem ratione.

¶ Notãdum est etiam quod præsentationi domini in templo interfuerunt quinque personæ significantes illos qui in templo vitæ æternæ videbunt Christum astantem, vel melius sedente ad presentiam patris in dextra. Hæ fuerunt Iesus significans innocentes. & Maria id est amarum mare significans pœnitentes

tes, & Ioseph. i. accrescẽs, significãs proficientes, & Symeon. i. audiens, scilicet miserias proximorum: significans perfectos in vita actiua & Anna significãs perfectos in vita contemplatiua.

¶ Moraliter hic instruuntur coniugati per Mariam, & Ioseph, vt simul pergant ad templum supernæ Hierusalem portantes Christum in cordibus suis per amorem mutuum secundum Deum vt tandem audiant in eodem templo laudes dei. Et virgines in Anna virgine, vt se immaculatas viris suis conseruent: vt tandem Christum videre mereanturin matrem. viduæ quoq; in anna vidua, vt pudicitiam conseruent per ieiunia, & orationes. Et similiter senes in Symeone, vt Christum quærant in templo, & non in prædiis suis. Et similiter pueri in puero Iesu, vt permittant se portari id est gubernari à parentibus.

¶ Quantum ad tertium tangitur consummatio siue adimpletio diuinæ legis: cùm dicitur (& vt perfecerunt omnia secundum legem domini,) scilicet de oblatione facienda domino pro Mariæ purgatione (reuersi sunt in Galilæam ciuitatem suam Nazareth.) Est autem sciendum, quod Beatus Matthæus hic dicit Christum angelo monente fuisse delatum in Aegyptum: & postmodum ex Aegypto in Nazareth. Sed Beatus Luc. secũdum Bedam quia sciebat Beatum Matth. hoc diffusè narrasse: illud omisit scilicet fugam Christi ad Aegyptum. Quando autem angelus monuerit Ioseph, quidam dicunt, quod in via, cum à virginis purificatione reuerterẽtur, quidam verò quod in Nazareth: quia cum Herodes non esset quæsiturus puerum statim post purificationem, sed post annum, vel amplius: non est probabile quòd angelus eum fugere coegerit cum puero statim acta purificatione.

¶ Rursus sciendum est: quod Galilæa aliquando est nomen substantiuum significans prouinciam. Aliquando verò adiectiuum significans rem prouinciæ. Hic autem secundum aliquos stat adiectiuè. Aliqui tamen textus habent in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth: & sic stat substantiuæ. Et hæc est litera Græci textus.

¶ Sciendum verò quod sicut concipi, ita & nutriri voluit in Nazareth: secundum Gorram: vt signicaret quod sicut sua conceptio fuit florida sine originali, sic & conuersatio fuit florida sine actuali peccato. Sequitur (Puer autem crescebat) scilicet corpore. Ex quo patet, secundum Athanasium, quod caro non erat conuersa in deitatem (& cõfortabatur) spiritus secundum Cyrillum, inquantum secundum progressum ætatis ostendebat sapientiam: secundum eundem Cyrillum, & Theophi. Possumus autem hoc exponere de viribus corporis, quæ in eo erant dictim fortiores (plenius sapientia) scilicet, diuina: & humana Beatifica: & humana infusa, & humana experimentali Et vide de hoc quæ scribuntur infra, Dominica infra octauas Epiphaniæ. (& Gratia Dei erat in illo,) scilicet gratia gratum faciens, id est, gratia singularis personæ: gratia capitis: & gratia vnionis. Vide ibidem. Reliqui sensus quos ista pars patitur faciliter patent ex dictis.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

I *In circuncisione domini. Luc. ij.*

POstquàm consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, priusquã in vtero conciperetur.

K POSTQVAM CONSVMmati sunt dies octo vt circuncideretur puer. &c. Luc. ij. Circa circa circuncisionem, de qua in præsenti Euangelio agitur tria puncta sunt videda: quæ sunt Temporis diffinitio. vulneris illatio, & nominis impositio. & hæc tria tanguntur in Euangelio. ¶ Quantum ad primum sciendum est ex doctrina sancti Tho. in. iiij. distinct. prima quæstio. secunda per totum. quòd secundùm successionem temporum quanto magis appropinquabatur ad Christum: tanto magis debebant articuli fidei explicari. Ideo necessarium fuit, vt daretur à deo præceptum de circuncisione fienda propter duo. Primò, vt populus dei per aliquod corporale signum distin-
M gneretur ab aliis. Secundò, quia expressus significabat ablationem originalis peccati esse fiendam: quàm ante fuisset per aliquod signum significata. Et hoc propter multa. Primò, ratione mẽbri in quo fiebat. quia per illud descẽdit originale. Secundò, quia fiebat secundùm circular em figuram quæ circulatio fuit in originali dum persona infecit naturam: & natura personam. Tertiò: ratione pœnæ contra delectationem concupiscentiæ. in qua viget fomes, quamuis illa pœna non fuerit ad satisfaciendum. Quartò, quia sanguis ibi fusus significabat christi passionem, qua originalis culpa sublata est. Debuit autem dari hoc præceptũ de circuncisione ante legem scriptam ideſt ante legem mosaicam: quia lex dari non potuit nisi populo adunato, & distincto: quæ distinctio per circuncisionem fuit. Debuit autem differri vsque ad tempora Abrahæ: qui primus accepit præceptum de hac circuncisione. Ante enim fere omnes erant fideles. Nam tunc scilicet tempore Abrahæ dicitur idololatria incœpisse, & abundauit infidelitas: & vitium contra naturam. Ideo tũc debuit fieri promissio de nascituro christo, qui peccata mundaret. & signum fidei atque castitatis contra infidelitatem, & luxuriã poni. Non autem debuit dari omnibus populis: qnia data fuit, vt populus ex quo christus erat nasciturus speciali sanctitate præ omnibus populis fulgeret. ¶ Econtra: quia dabatur contra originale peccatum, quod omnibus erat commune. Item contra: quia dabatur in signum fidei Abrahæ quam omnes imitari tenebantur. Respondetur. Ad primum quidem dicitur: quòd nõ erat solum contra originale, sed etiam erat in signum nascituri ex Abraham. Contra originale autem remanebant alia priora remedia. Ad secundum, dicitur quòd non omnes tenebantur imitari Abraham, quia non erat notus omnibus: neque omnibus datus in exẽplũ: licet omnes tenerentur ad fidẽ, eius Ismaẽl

A maẽl aũt & Esau tenebantur ad circũcisionem, solum dum erant de familia parentum: non autem post separationẽ ab eis, quia solus populus peculiaris circuncidebatur. Nec etiam dandũ fuit hoc præceptum fœminis: quia dabatur contra originalem culpam, quæ est à generante actiuè. i. à patre. non autem dabatur contra pœnalitatem corporis
B quæ sunt ab administrante materiam. i. à matre. Et licet transgressio prima à fœmina incœperit: tamen ipsa nõ fuit causa peccati originalis: quia si vir nõ peccasset: etiam peccante fœmina non contraheremus illud. Et etiam distinctio populi est principaliter per viros.
¶ Est autem sciendũ ꝙ circuncisio erat sacramentum veteris legis, & erat etiã sub præcepto. Inquãtum ergo erat sa-
C cramentum omni tempore poterat fieri, & habebat suum effectum. inquantũ verò erat præceptũ requirebatur dies octaua necessariò. Causa huius determinati temporis est multiplex. Prima est teneritudo pueri. Vnde non licebat anticipare octauam diem in aliquo casu sicut dicit Hugo de sancto Victo. quãuis alii dicant oppositũ. Quid id quod
D alii asserũt neque scriptura, neque ex consuetudine Iudeorum habetur. ¶ Et si obiiciatur ꝙ populo dei existente in deserto multi non sunt circuncisi, & cõsequenter poterat tardari vltra octo dies. Dicitur secundùm Nicol. de ly. quòd cum illis fuit dispensatum, quia erant in itinere, & nesciebant quando haberent mouere castra: & quando quiescere: quia ad imperium domini ibant, & stabant. Similiter etiam qui moriebantur incircuncisi non ob hoc damnabantur: quia erant contra originale peccatum alia remedia. Quanuis etiam possit secundùm alios dici probabiliter, quòd in deserto nullus sit mortuus, qui ibi fuerit natus: quia non erat in tribubus eorum infirmus: vt dicit Psal. Sic ergo patet illa particula euangelii qua dicitur (& postquàm consummati sunt dies octo.)
¶ Quantum ad secundum est ꝙ circuncisio erat circularis, incisio anterioris F
pellis mentulæ. Et hoc membrum conuenienter determinatum est ad hoc vulnus suscipiedum inquantum circuncisio erat præceptum: & in quãtũ erat sacramentum: quia erat signum originalis abolẽdi: & christi nasciturì: & seruãdæ castitatis. Fiebat autem cultello lapideo: sed non erat hoc necessarium: vt patet ex Iudæorum vsu. Verumtamen
G aliquæ formosæ vt ea qua fecit Iosue fuerunt factæ cultro lapideo in signũ ꝙ perfecta circuncisio omnium malorum fieret per petrã spiritualem ideſt christum. ¶ Sed quem effectum habebat huiusmodi vulnus? Respondetur ꝙ in rei veritate non imprimebat characterem in anima. Est autem character spiritualis signum distinguens per hoc ꝙ in aliquo statu professionis constituit. Circuncisio autem principaliter H
ordinabatur ad purgandum per se: nõ autem ad distinguendum: sed solum ex consequenti, & per accidens inquãtum aliqui erant circuncisi, aliqui non. In anima ergo habebat solum principalẽ effectum. Et non poterat iterari: non quia maneret character impressus in ea: sed quia non iterabatur causa eius. Qui verò fictus accedebat ad eam: re-

ced

I cedente fictione consequebatur effectum non propter spiritualem characterem: sed propter exteriorem corporalem. Purgabat autem ab originali peccato, sicut omnes dicunt: quia semper oportuit esse aliquod remedium contra originale virtute passionis christi in quolibet statu. Nam quia ab alio siue per alium illud contrahimus, etiã per alium ab illo liberamur. Item ante
K vsum rationis oportuit esse contra peccatum aliquid habens efficaciam ex opere operato: & hoc est circuncisio. Aliter tamen auferebat originale quàm baptismus. In peccato quidem originali tria sunt scilicet culpa & reatus priuationis visionis dei: & fomes ideſt concipiscentia habitualiter inclinans ad malum. Prima ergo duo tã per baptismum quàm per circuncisionem
L tolluntur ex toto: secundùm Greg. sed concupiscentia solum ex parte. Circũcisio ergo quę erat particularis incisio: directæ causabat, & significabat diminutionẽ fomitis: & consequenter alia duo. Baptismus verò, qui est ablutio: primo culpam, deinde alia aufert. ¶ Est autem sciendum quòd per circuncisio nẽ nõ cõsequebatur quis fructum perfectæ liberationis ab originali: quia nõ
M aperiebat ianuam cæli. Vnde Ioannes circuncisus: est etiam baptizatus. Auferebat enim solum impedimentũ per sonæ stante impedimento naturæ. Si tamen tunc fuisset baptismus non aperuisset ianuam: & modo si esset circuncisio aparet: eo quòd passio christi sit peracta: virtute eius baptismus ianuã cæli aperit. Potest autem aliquid corporale esse instrumentum motiui quod aliquando fuit, licet modo non sit sicut N formæ sunt velut instrumenta generãtium: non autem eius quod nec est, nec fuit. Tollebat autem peccata actualia si illa inueniebat: quia deus non parcit ex parte. ¶ Sed contra: quia vt dicitur Ad Ro. v. Ex operibus legis nullus iustificatur. & tamẽ alia sacrificia, & opera non erant minus honesta, quàm circuncisio. Quia ergo illa nõ iustificabat O ergo neque circuncisio. Ad hoc dicitur quòd illa sacrificia non ordinabantur ad tollenda peccata: sed ad satisfaciendum pro eis: circuncisio verò ordinabatur ad tollenda peccata: ideo illa nõ auferebant peccata sicut circuncisio. Sed nunquid circuncisio conferebat gratiam? Solutio. Ad hoc dicitur quòd sacramenta nouæ legis sunt causa instrumentalis gratiæ: per quæ deus iu- P stificat animam: secundùm Augu. contra Faustum. Sacramenta autem veteris legis non causabant gratiam propria virtute: quia ex lege fuisset iustitia: & consequẽter christus gratis mortuus fuisset. Neque virtute passionis christi: quia passio christi non potest applicari homini per sacramenta, nisi mediante vsu rerum exteriorum per quas agit. Est autem impossibile quod Q passio christi, vel quodcũq; agẽs antequã sit, vel fuerit: tactu moueat p̃ res exteriores: vt dictũ est quamuis possit mouere p̃ interiorẽ apprehẽsionẽ. Vnde isto modo scilicet p̃ fidẽ passio christi iustificabat veteres. nõ aũt per sacramẽta, q̃ erãt solũ q̃dã protestationes illius fidei. ¶ Sed cõtra: q̃a dicit Beda q̃ effectũ baptismi olim habuit circũcisio. Ad hoc dicũt q̃dã, q̃ circũcisio habuit

A buit effectum baptismi, quo ad hoc q̃ delebat peccatum: sed non quo ad hoc q̃ conferret gratiã. Sed hoc est impossibile: quia peccata nõ tollũtur nisi per gratiã. Iuxta illud Ro. ij. Iustificati igitur gratis per gratiam ipsius. Quidam verò dicunt quòd conferebat gratiam quãtũ ad effectus remotiuos culpæ: nõ autem quãtum ad positiuos. ¶ Contra:
B primò, quia secundũ ordinem causæ formalis effectus positiui sunt priores remotiuis: quia forma nõ excludit priuationem nisi informando secundùm tamen causam materialem est econuerso. ¶ Item contra quia potestas perueniendi ad gloriam, quæ tunc dabatur est vltimus effectus positiuus gratiæ. Quidam verò dicunt q̃ cõferebat gratiam, etiam quantũ ad effectus positi-
C uos aliquos: sed non omnes: quia non reprimebat impellentem concupiscentiam. ¶ Sed contra: quia omnis gratia quãtuncunq; minima ad hoc sufficit. Ideo dicendum est, q̃ circuncisio sicut & alia sacramenta illius legis: non iustificabat: sed solũ erat signũ & protestatio fidei iustificantis. ¶ Est autem sciendum q̃ ante circuncisionẽ valebat ad
D remissionem originalis peccati sola fides propria in adultis: & in paruulis aliena qua per fidem coniungebatur homines ad passionem christi, etiam si talis fides fuisset informis. Vnde licet adultus non iustificaretur per suã fidẽ informẽ, tamen per illam erat causa iustificationis paruuli: quia iustificabat ratione obiecti & non ratione credentis: formitas autem, & informitas sunt conditiones fidei ex parte obiecti. Et eadem ratione iustificabat fides, & non charitas: quia fides ad cogni- E tionem pertinet: ideóque magis potest mediatorem, & causam salutis respicere, quam charitas: quæ ad effectum pertinet, & est de eo quod est sibi bonum. Sufficiebat autem paruulis aliena fides id est, motus fidei relatus ad salutem pueri à quocunque quamuis magis hoc pertineret ad parentes nec requirebatur exterior protestatio fidei secundum opinionem communiorem. F Nec tamen sequitur quod possent pueri iustificari in vtero, quia quo ad hominum cognitionem non erant à matre distincti. ¶ Sed contra quia modo sola fides non sufficit, ergo esset modo minoris efficaciæ, quam tunc: quod est falsum. Respondetur negando argumentum. Nam lex non est minoris efficaciæ in religioso, quam in laico: & tamen religioso non sufficit obser- G uare decem legis præcepta: quod sufficit laico. Est enim aliquid annexum fidei quod necesse est obseruare: videlicet ablutio baptismalis. In adultis autem requirebatur sacrificium, vel aliquod huiusmodi: quia licet illa sacramenta non essent de necessitate, sed voto celebrarentur: tamen tempore oportuno ipsa fides instigabat ad sepro palandũ ad honorẽ dei & tunc efficacia H remissionis nõ erat ex signis exterioribus, sed ex sola fide quæ sola sufficiebat sicut, & tunc ei qui nõ ex contẽptu sacramenta dimittebat, sicut etiam de charitate diximus quod sufficit motus interior: sed si tamẽ tempus ad est requiritur exterior. Sic ergo patet quid sit circuncisio: & quis eius effectus: & consequẽter patet illa particula euangeli

gelii qua dicitur (vt circuncideretur puer.) Sed quare voluit Christus circũcidi, si peccato caruit? Berũ. Ad quid tibi necessaria circuncisio domine Iesu: qui peccatum nec commisisti, nec contraxisti? Quod enim ipse non fecesis ætas ipsa manifestat: quòd verò nõ contraxeris multo certius, probat patris diuinitas, & virginitas matris. Hæc ille. Ad hoc dicitur: quòd hoc voluit facere. Primò, vt ostenderet in se carnis veritatem contra Manichæum, qui dicit quòd illa caro fuit phantastica. Et contra Apollinarem: qui dixit eam cõsubstantialem esse diuinitati. Et contra Valentinum, qui dixit illam de cœlo fuisse allatam. Secundò, vt approbaret circuncisionem. Tertiò, vt se ostenderet de genere Abraham. Quartò, ne illum Iudæi tanquàm in circũcisum repellerent. Quintò, ad exemplum obedientiæ. Sextò, ne respueret remedium carnis peccati, cuius similitudinem habebat. Septimò, vt substinẽdo onera legis alios liberaret. ¶ Sed contra: quia soluebat sabbatum ergo à simili debebat soluere circuncisionem: Respõdetur, quòd nõ est simile: quia cõueniens erat vt se dominum legis ostenderet, in ætate perfecta soluẽdo legem, non autem in puerili. Item contra, quia non fuit in Abraham decimatus secundum glo. Hebr. vij. eo quod decimatio est figura medicinæ contra originale peccatum, ergo à simili non debuit circuncidi. quia etiam ipsa circuncisio fuit signum eiusdem medicinæ. Respondetur, quòd non est simile, quia decimatio fuit solum signum talis medicinæ: non autẽ circuncisio: quia habuit alias vtilitates & causas. ¶ Quantum ad tertium sciendum est, quòd in circuncisione imponebantur nomina, sicut modo in baptismo: quia ante pueri habebant imperfectum esse. Ideo glo. Prouerb. iiij. dicit quòd Salomon dicit se fuisse vnigenitum coram matre sua: quia scilicet habuit quidem vterinum fratrem: sed ille mortuus est sine nomine, quasi nunquàm fuisset. Conuenientissime autem in circuncisione saluator dictus est Iesus. Nomina quidẽ specierum debent rerum proprietatibus conuenire, vt patet. iiij. Meta. quia ratio quam nomen significat est diffinitio quæ dicit rei naturam. Nomina verò singularium imponuntur à proprietate eorum, vel à tẽpore: sicut natus in die sancti Nicolai dicitur aliquando Nicolaus: vel cognatione sicut Ioannem quidam volebant nominare Zachariam. Luc. j. vel ab euentu: sicut Ioseph primogenitum suum appellauit manassem: dicens: Obliuisci me fecit Deus laborũ meorum. Geũ. xlj. Manasses enim interpretatur obliuiosus, vel qui oblitus est. Vel ex qualitate nascentis sicut Esau quia rufus natus est: sic fuit nominatus. Geũ. xxv. quia Esau. interpretatur rufus. Quando ergo nomina imponuntur à Deo significãt aliquod domum gratiæ collatum ei cui nomen imponitur. Christo autem per gratiam datum est vt saluaret omnes, ideo Iesus dictus est, quod interpretatur saluator. In omnibus autẽ aliis nominibus eius significatur aliquo modo id quod importatur hoc nomine. Hoc autẽ nomen fuit ei nouum ratione spiritualis & vniuersalis salutis, quę nulli alii

alii potuit cõpetere: quamuis alia ratione fuerit hoc nomẽ aliis cõmunicatum. Sic ergo patet litera, cùm dicitur (vocatũ est). s. primò à Deo, qui illud imposuit: & secundò ab angelo (nomẽ eius Iesus). Et nõ dicit vocauerunt: seu imposuerunt: sed vocatũ est (eo quòd vocatum est ab angelo priusquàm in vtero conciperetur) quia angelus hoc nomen protulit antequàm Maria consentiret. Sed posset aliquis quærere. Si Christus est circuncisus: quare & nos non circuncidimur? Ad hoc respondetur, quòd circuncisio debebat cessare in aduẽtu perfectionis sacramẽti ad idem ordinati. i. baptismi alioquin gratia faceret per duo id ad quod sufficit vnũ. Est autẽ circũcisio imperfectior baptismo. Primò quia nõ significabat ita expresse ablutionẽ, & emundationẽ à peccato. Secundò quia in ea non cõferebatur gratia in tanta abundantia. Tertiò, quia non erat ita omnibus populis cõmunis, sicut baptismus, cùm solis Iudæis cõueniret. Sed cõtra quia figuratiua quæ significabãt tũc aliquid quod semper faciendũ est: semper durant vt patet de thurificatione: quæ deuotionẽ significat. Sed exterior circũcisio significat cordialẽ seu circuncisionẽ cordis quæ semper facienda est: ergo semper debet durare? respõdetur quòd principale significatũ exterioris circuncisionis erat ablatio originalis quæ nõ sem per facienda erat per circuncisionẽ: sed aliquando per baptismũ ex consequẽti autem significat circuncisionẽ cordis. ¶ Et sciendum quòd nõ solum circuncisio, sed etiam alia legalia, cerimonialia, & significatiua debuerunt cessare. Primò, quia sicut præsente corpore cessat vmbra: sic præsente veritate debet cessare figura. Si enim adhuc agnus pascalis immolaretur, adhuc significaretur quòd Christus esset crucifigendus, quod est hæreticum. Secundò, quia nõ conferebatur gratia in eis in tanta copia quantã requirit status noui Testamenti. Tertiò, quia talia data sunt illi populo tanquàm imperfecto: vt retraheretur ab idolorũ cultura: ideo huma no genere existẽte in perfecta ætate debuerunt alia perfectioria institui. Sed contra quia nunquàm legitur Deus illa reuocasse. Ad hoc dicitur quod dominus ista reuocauit in ipso suo facto adimplẽs illud, quod in figuris præcesserat obseruãdum. Iuxta illud cõsummatum est. Christus enim impleuit totam legẽ, moralia quidam elucidando, & eis apponẽdo consilia: cerimonialia autẽ, & figuratiua eis apponendo veritatem. Quomodo autẽ legalia aliquando sine peccato potuerint obseruari: & quomodo nõ: est multiplex opin. Hier. enim tenet quòd circuncisio, & alia huiusmodi legalia statim post Christi passionem fuerũt mortifera: nec poterant sine peccato obseruari. & quando obiiciebatur ei quòd Petrus Apostolus ea seruauit: vt patet Gal. ij. propter quod paulus. eum coram hominibus repræhendit: dicebat beat. Hier. quòd Petrus dispẽsatoriè. i. simulatè illa seruauit: ne Iudæi scandalizarẽtur de hoc quòd cũ gentibus comedens cibis gẽtium vteretur: & Paulus eum dispensatoriè reprehendit ne gentiles quorũ ipse Paulus erat Apostolus necessarium crederent talium ciborũ vsum. Ideo Petrus

I à culpa: & Paulus à procaci reprehen-
sione excusatur. Sed contra: quia secun
dum hæc Apostoli propter scandalum
dimisissent veritatẽ doctrinæ: & Paulus
qui ad Gal. dicit Petrũ fuisse reprehen
sibilẽ fictè loqueretur. Ideo melius di-
cit Aug. distinguẽs tria tempora. Dicit
enim quòd ante passionẽ non fuerunt
ista mortua, nec mortifera, sed necessa-
ria ad salutẽ. Sed post passionẽ statim
K antequàm esset Euãgelium diuulgatũ,
fuerunt mortua. i. nõ necessaria ad sa-
lutem: non autẽ mortifera: quia pote-
rant à Iudæis sine peccato obseruari:
nõ quasi essent alicuius virtutis: aut si-
ne eis gratia Christi haberi nõ posset:
sed ne videretur lex vetus reprobãda:
si statim quasi idololatria fugeret. Vn-
de fuit propter hoc mater synagõga ad
tumultũ cum honore ducẽda. Sed post
L diuulgationẽ Euangelii fuerunt mortifera. Ideo apostoli medio tẽpore talia
verè non dispẽsatione, vel simulatoriè
seruauerunt. Paulus vero Petrũ repre-
hendit: quia ita incaute se habuit, vt
eius exemplo aliqui obseruarent hæc
quasi necessaria. Ideo dixit ei Paulus.
Si tu Iudæus cùm sis gentiliter viuis:
quia. s. cum gentibus existens comede-
bat de cibis eorũ: quomodo cogis Gen-
M tes iudaizare: quia. s. propter aduẽtum
aliquorum Iudæorũ quos timuit scan-
dalizare: dimisit cibos gẽtilium vtendo cibis Iudæorum. Hæc tamen culpa
fuit leuis. Sed cõtra. Ista enim nõ sunt
de se mala: quia nunquàm licuissent:
quæ autẽ non sunt de se mala: possunt
bona intentione fieri. Ad hæc dicitur,
quòd vna circunstantia variata puta
tẽpus actus sit de se bonus, vel malus,
Ideo ista tempore diuulgati Euangelii N
sunt de se mala nec possunt bona intẽ-
tione fieri. Item cõtra: quia Act. xv. di-
citur quod fuit magna dubitatio inter
christianos an gentiles tenerentur cir-
cũcidi: & quæstio delata est ad Apostolos in Hierusalem. Et respõderunt sic.
Visum est spiritui sancto, & nobis, nihil
vobis imponere oneris, quàm hæc ne-
cessaria: vt abstineatis vos ab immola-
tione simulacrorũ, & sanguine, & suf- O
focato, & fornicatione. à quibus absti-
nentes bene facietis. Et glossa ibi dicit
quòd ista sunt necessaria. Ad hoc respo
detur, quòd de his quæ hic dicũtur tri-
plex est opinio. Prima est, illud præce-
ptum Apostolorum ad literam manet.
Sed cõtra: quia nihil est immundũ per
Christũ, & nihil reiiciendũ quod cum
gratiarũ actione percipitur: vt dicitur
ad Titum. iiij. Item contra: quia illud P
præceptum de nõ comedendo suffoca-
to est cerimoniale, sicut & alia. Alia
opinio est, quòd intelligitur specialiter
de sanguine humano, & suffocatione
pauperum. Sed cõtra istam opinionem
est Hiero. super Ezech. qui dicit, quòd
Apostoli non spiritualiter, sed ad literã
loquebãtur. Alia opinio est quòd Apo-
stoli non respõderunt præcipiendo ab-
solutè vt illa obseruarẽt Gentiles: sed Q
intendebãt prouidere, vt simul pacificè
Iudæi, & Gentiles possent conuersari.
Ideo prohibuerunt fornicationẽ: tan-
quàm per se malam, quam Gentes non
credebant peccatũ: & suffocatum: quia
erat abhominabile Iudæis propter cõ-
suetudinem: & immolatum idolis, quia
faciebant suspitionem de idololatria.
Glossa verò illa quæ dicit quòd sunt
neces

A necessaria loquitur quo ad sensum my-
sticum: vel quo ad cõmunitatem vitæ
& pacẽ. Vbi enim vel quando ista con-
turbabant communem Iudæorum, &
Gentilium vitam, erant prohibita: ita
quòd sine peccato quis talia non pote-
rat exercere. ¶ Allegoricè sciendũ est,
quòd circũcisio significabat purgatio-
nem fiendam propter Christũ in pas-
sione. ¶ Anagogicè verò depositionem
B carnis & sanguinis corruptibilis in
beata resurrectione. ¶ Moraliter verò
fuit signum seruandæ castitatis. Quæ-
cunque super hoc Euangeliũ dicta sunt
ex doctrina S. Tho. sumpta sunt. iiij.
distinct. ij. &. iij. parte. q. lxij. &. quæst.
xxxvij. Quid autem actum sit de illa
carne ablata per circunc isionem vide
in die Paschæ.

C *In vigilia Epiphaniæ.*
Matth. 2.

DEfuncto Herode ecce angelus domi-
ni apparuit in somnis Ioseph in AE-
gypto dicens: Surge, & accipe
D puerum, & matrem eius, & va-
de in terram Israel. Defuncti
sunt enim, qui quærebant ani-
mam pueri. Qui cõsurgens ac-
cepit puerum, & matrem eius,
& venit in terram Israel. Au-
diens autem quòd Archelaus
regnaret in Iudæa pro Hæro-
de patre suo timuit illo ire. Et
admonitus in somnis secessit E
in partes Galilææ. Et veniens
habitauit in ciuitate, quæ vo-
catur Nazareth, vt adimplere-
tur quod dictum est per pro-
phetas: quoniam Nazareus vo
cabitur.

DEFVNCTO HERODE F
ecce angelus domini appa-
ruit in somnis Ioseph. &c.)
Matth. ij. In hoc Euang. tã-
guntur tria puncta: quæ sunt Iussio,
Executio, Admonitio, Quãtum ad pri-
mum ad intellectum sequentium scien
dum est quòd res de qua dicturi sumus,
ita fuit gesta. Postquàm Magi adorauc-
runt Christum, beata virgo (vt credi-
tur) fuit vsque ad purificationem in il- G
lo tugurio: & deinde ipsa simul cum
Ioseph tempore suo portauerunt pue-
rum Iesum ad templum, vt offerrent
par turturum, aut duos pullos colum-
barum: quod fuit factum in die Purifi-
cationis. Et quia ad testimonium Sy-
meonis, & Annæ factum est murmur
in Hierusalem, quòd Christus adue-
nisset: ideò Herodes valde timuit: & H
de occisione puerorum ciuitatis Beth-
leem cogitauit. Sed quare hoc non co-
gitauit in aduentu Magorum? Ad hoc
dicit Magister Histor. quòd Herodes
videns magos non reuersos ad se cre-
didit eos fuisse delusos ex fallaci stel-
la: & ob hoc erubuisse ad regẽ venire.
Sed postquàm ad aures eius peruene-
runt dicta Pastorum & Symeonis, &
Annæ tũc credidit se illusum à Magis,

I vt dicit beatus Mattheus, & cogitauit perse quia Saluator est: ideò Angelus monuit Ioseph, & fugit in AEgyptum in ciuitatē Hierapolim, vbi fuit vsque ad obitum Herodis, id est septem annis: vt dixit Magister Histo. Nam trigesimo anno regni Herodis secundum chronicas natus est dominus: & trigesimoseptimo regni sui ille interijt: & dominus regressus est de AEgypto eo
K defuncto. Et sic fuit ibi septem annis completis, & fortè parum plus: quia nō cōsueuerūt minutiæ computari. Quidam tamen dicunt quòd in AEgypto fuit quinque annis. Sciendum est etiā, vt tradit Iosephus, & Historia ecclesiastica & Magister histo. quòd Herodes post multa flagitia ita à Deo percussus est: vt manifestā in eo appareret
L vindicta diuina. Nam cum septuaginta, vel circiter esset annorum: infirmatus est. vnde desperans se posse liberari irrationabili furia & amaritudine mentis accensus est, eo quòd filiū suū, Antipatrem cognouerit de sua morte tractasse: & iterum quia à Iudæis se cō tēnit putabat, mortem suam libenter expectantibus. Porrò morbo eius Iudæis amarior reddebatur, habebat intolerabilem ignem in viscеribus. Ap-
M petebat infinitum cibum: nec vnquàm poterat satiari Intestina erant vlcerata, & putrida, & fœtida. Doloribus cho licis: sæuissimis cruciabatur: pedes tumebant: verenda putredine corrupta scatebant vermibus: pruritus incredibilis totā occupauerat autem: in omnibus membris erat contractus. Denique à medicis in Olei dolium missus: ita ibi defecit vt mortuus ab omnibus putaretur. vnde grandis seruorū vlulatus, concitatus est, propter quod Antipater filius ei⁹ in vinculis exultauit. Quod Herodes comperiens statim eū iussit occidi: occisis prius duobus alijs elegantissimis filijs: cum regina mariame eorum genetrice. Hunc tamen vlulatum quem Iosephus excitatum tunc dicit Magister historia. dicit exortum: quia seipsum voluit iugulare
O gladio quo pomum purgabat. Res ergo fuit vera: sed rei causa incerta. Vel forte bis iste clamor. Deinde militibus erogauit pecuniam, & ex omni regno suo principales Iudæorum euocauit sub pœna mortis: quos in hippodromo, id est in clausтro sui palatij secundum aliquos iussit includi, vel in loco vbi equorum cursu certatur, ab
P hippos equus & dromos cursus. Et adhuc uocans sororem suam Salome, & virum eius Alexandrum, dixit sibi in esse grauissimum dolorem: quo Iudæi in sua morte, quam futuram cito videbāt, lætarentur. Vt ergo (inquit) Iudæi plorent ex animo: omnes inclusos in hippodromo sagittis afficite. Et postquàm sic ordinauit ille infelix post quinque dies à morte sui filij mortuus est. Et tunc Angelus monuit Io-
Q seph, vt rediret ad terram Israel. Vnde dicitur. (Defuncto autem Herode Angelus domini apparuit in somnis Ioseph in AEgypto dicens) Et hoc secundum Dionysium in cœlesti Hierar. apparet quod dominus Iesus factus Homo subijciebatur ordinationi diuinæ per Angelos exercitæ, vt homines. Et secundum Chrisostomum. apparet quòd Ioseph fuit electus in ministerium.

A nisterium. Mariæ eundo ad AEgyptū, & inde redeūdo. Et videtur velle Chrysosto. quod hæc sit ratio: quia Angelus apparuit Ioseph, non Marie: quia ipse erat ductor, & gubernator eius: quāuis etiam potuerit prius apparuisse Mariæ. Apparuit autem in somnis: quia tunc mens quietior est, quietatis exterioribus sensibus: ideoque supernis re-
B uelationibus aptior est ex consequenti. (Surge, & accipe puerum, & matrē eius: & vade in terram Israel.) Nō specificat aliquam ciuitatem: vt ex frequenti apparitione Angeli Ioseph cō fortaretur. Apparuit enim secundo Angelus cum fuit in terra Israel: docens eū specialiter de loco. Sequitur (Defuncti sunt enim, qui quærebant animā pueri.) Hiero. Ex hoc loco intelligi-
C mus non solum Herodem: sed etiam sacerdotes & scribas eo tempore necem domini fuisse meditatos: hæc ille. Nam Euangelium non dicit defunctus: sed defuncti. Isti autem secundum Remigium & Chrysosto. fuerunt occisi per Salomen, & Alexandrum in hippodromo in vindictam puerorum innocentium. Veruntamen quia Iosephus dicit quòd Salome & Alexander
D Iudæos ex hippodromo liberos reliquerunt: ideo aliter dici potest sicut & dicit ibidem Remig. &. S. Tho. super Matth. quòd plurale pro singulari ponitur: vt dicatur defuncti, id est defunctus: & ista videtur esse veritas: quia non est verisimile Iudæos conspirasse in mortem pueruli. ¶ Allegoricè exponendo secundum venerabilem Bed. in Homelia. cum dicitur ꝙ occisis innocentibus non longè post obijt Herodes: & saluator redijt ad E terram Israel significatur quòd occisis Martyribus pro Christo deficerent Imperatores, & pax redderetur Ecclesiæ: & sancti qui latuerant ad sua loca redirent. Vel secundum eundum significatur quòd defuncto Herode, id est sopita flama moderne inuidiæ Iudæorum fides recipietur à Iudæis præ dicantibus Enoch, & Helia. Isti duo enim viuunt. vt patet per sanctū Tho. F iij. parte quæstio. xlix. arg. v. &. iij. dist. xviij. &. j. parte quæstio. cij. argumen. ij. Vnde de Enoch dicitur Gene. v. Nō apparuit quia tulit eum Deus. De Helia verò habetur. iiij. Regum. ij. quòd est in corru igneo. Et secundum sanctum Tho. in locis præallegatis: non fuit raptus in cœlum empyreum, sed in aereum & viuit cum Enoch in paradiso terrestri. ¶ Anagogicè significa- G tur quòd defuncto Herode, id est superato Diabolo illi qui fuerant in AEgypto, id est in tenebris tribulationū: nā AEgyptus interpretatur tenebræ siue tentationem recipiunt Angelum, id est nuntium: siue inspirationem magnæ spei in somuis, id est tempore mortis: quando iam sensus omnes ligantur,: vt vadant in terram. Israel, id est vidē tium deum cum puero: & matre, id est H cum misericordia Christi, & meritis beate Virginis. ¶ Moraliter instruimur vt suportemus patienter aduersa, sicut & Christus. Quòd si fecerimus Deus post aduersa dabit quietam mentis, vel etiam corporis. Tho. iij. post tempestatem tranquillum facis. ¶ Quantū ad secundum, literaliter sciendum est quòd Herodes magnus, seu Ascaloni-

I ta duo fecit testamenta: vt tradunt historici. In primo hæredem regni instituit Antipatrum: & ei substituit Herodem Antipam. Sed quia ille per venenum conspirauit in mortem Herodis. Herodes illum vinculis alligauit: & moriturus occidit: vt. ſ. dictum est. eo quòd audita eius morte in vinculis exultasset. Et tunc aliud condens testamentum: Herodem regni constituit Archelaum: repudiato Herode Antipa: ita tamen quòd Archelaus ab Augusto susciperet diadema. Iuit ergo Archelaus Romam, vt coronam susciperet regni. Sed & Antipas similiter iuit Romã: & similiter Philippus, vt partẽ regni obtinerẽt. Archelaus deberi sibi regnum dicebat ætatis merito: & vigore secundi testamenti. Econtra Antipas dicebat primum testamentum esse seruandum: eo quòd illud pater mentis cõpos edidisset: reliquum verò cum iam esset mente captus vtpote qui seipsum gladio voluisset iugulare. Denique Augustus diuisit Herodis regnũ in quatuor partes & duas dedit Archelao, & alijs singulis vnam. Quia ergo Archelaus constitutus erat Rex à patre quantum in se erat fauebat rebus gestis à patre: ideo Ioseph timuit ire ad terras Archelai. Dicitur ergo. (Qui consurgens) ad imperium domini: sicut verus obediẽs (accepit puerum, & matrem eius) nõ dicit filium suum: sed puerum & matrem eius: quia non erat verè pater: (& venit in terram Israel. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudea ꝓ Herode patre suo.) Sed quæritur: si Archelaus non fuit factus rex ab Augusto: sed Diarchus: quãuis fuerit sibi regnũ promissum si illud mereret: quomodo hic statim post mortem Herodis regnauit in Iudæa? ad hæc dicit quòd secundum sanctum. Tho. super Matthæum post mortem patris statim iste occupauit regnũ, & vsurpauit: & quãuis Iosephus dicat, quod tunc antequã Augustum consuleret abstinuerit nomine regis & diademate: tamen de facto se gerebat vt regem: vt ex eodem Iosepho patet. Vel dici potest, secundũ Gloss. quòd Diarchum regem appellauit Euangelista. (timuit illo, id est ad locum illum. (ire.) Illo enim est aduerbium loci, & acuit vltimam. ¶ Sed Augu. de consen. Euan. mouet quæstionem: quomodo verum est quod dicitur Luce. ij. quòd per singulos annos parentes eius ascendebant in Hierusalem: si timore Archelai illuc prohibebantur accedere: & soluit ipse ibidẽ dupliciter. Primò, quia aliud est semel in anno per vnam diem in tanta populi multitudine ire in Hierusalem: aliud continuè ibi conuersari. Primo enim modo facillimè potuissent latere: non secundo. Alio modo soluit: quia quod dicitur per singulos annos ascendisse in Hierusalem accipi potest post quàm iam non metuebatur Archelaus, qui solum nouem annis secundum Iosephũ regnauit. ¶ Allegoria, & anagogia huius partis cum sequenti traditur. ¶ Moraliter autem instruimur quòd nullus ita debet in Deo confidere quin faciat totũ quod potest, sicut Ioseph, qui quãuis præceptum domini haberet eundi ad terram, Israel: tamen non ibat ita securus quin sollicitaret de loco in quo posset melius latere. Itẽ moraliter hic signifi

A ficatur quòd qui est in AEgypto id est tenebris peccatorum, & mundanæ conuersationis ad Angeli monitionem, id est instinctum diuinæ inspirationis: quæ per Angelum aut semper aut in pluribus fit: debet inde recedere & accipere Mariam, id est amaritudinem pœnitentiæ: & Iesum saluatorem, id est spem & desyderium salutis: & proficisci in terrã Israel, id est videntium deum: per lumen gratiæ & gloriæ. ota etiam hic felix consortiũ Mariæ, scilicet pœnitẽtiæ: & pueri Iesu, id est puritatis cõscientię: & Ioseph, id est profectus iustitiæ. Quod consortium inuenitur in statu, vt in Bethleẽ Lu. ij. inuenerunt Mariam: & Ioseph, & infantem &c. Et ingressu ad AEgyptũ: vt Matthæi. ij. sicut supra dictum est. Et ingressu ab AEgypto vt hic. Et hoc in signum quod siue stes, siue fugias, siue regrediaris nunquàm hos comites deseras. ¶ Quantum ad tertium, literaliter sciẽdum est quòd vt ex dictis patet postquàm Ioseph ingressus est terras Israel: fuit perplexus: ideo dicitur (Et admontius in somnis) ab Angelo ei secundò apparente: & specificante locum ad quem declinaret secundũ sanctũ Tho. super. Matth. (fecesit in partes Galileæ. ¶ Sed quare nõ timuit ire in Galileam cũ ibi alius filius Herodis regnaret, scilicet Herodes Antipas? Respõdet Nico. dely. quòd iste Herodes erat indignatus patri: qui eum quantum in se erat sua regni parte priuauerat. Sed. S. Tho. vbi. ſ. dicit quòd ista fuerũt statim post mortẽ Herodis quando totũ regnũ occupauerat Archelaus. ¶ Sed tunc insurgit alia q̃stio qa si in regno prę erat Archelaus: etiam in Galilea regnabat, quare ergo non timuit ire in Galileã? Respõdet. S. Tho. vbi. ſ. & glo. quòd facilius poterat latere in illa parte: quia ibi non erat sedes regni sed in Hierusalem. Sed iterum est alia quæstio: qa videtur dicere ꝙ Ioseph quasi per accidens secesit in Galilæam cũ intẽderet ire in Iudæam? Lucas verò dicit quòd in Galilea habuit proprium habitaculum: & consequenter si ibi erat proprium habitaculum. & ibi etiam securius morabatur: videt ꝙ ex principali intẽtione ꝙ voluerit ire in Galilæã. Soluit autem. Aug. de cõsen. Euã. & S. Tho. vbi. ſ. qa Angelus in AEgypto dixit Ioseph vt iret ad terrã Israel: q̃ principaliter erat terra Iuda, quãuis largè, includeret etiã Galileam, & si non strictè: ideo voluit ire in Iudeam: quãuis habitaculũ habere in Galilæa? Aliter iterũ soluit Aug. ibidẽ: quia. ſ. fortè parẽtibus Christi dignum videbatur, ꝙ puer habitaret vbi erat tẽplũ domini. ſ. in Hierusalẽ, & fortè fieri procurassent, nisi ibi regnasset Archelaus. (Et veniẽs habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur ꝙ dictũ est per prophetas, q̃m Nazare⁹ vocabitur. Istud dictũ q̃m Nazareus vocabit, secundũ Nico. de Ly. & S. Tho. iij. parte. quæstio. xxxv. articu. vij. & beatum Hier. sumptum est Esaie xj. vbi dicitur. (Egredietur virga) id est beata Maria quæ fuit virga gracilis paupertate, & humilitate flexibilis, (de radice Iesse) id est de Dauid, cui⁹ pater dicebatur esse: filius eñ dicit radix patris, nõ qa det ei nutrimentũ, sed qa mortuo patre remanere solet fili⁹,

I quasi aliquid eius sicut confractis ramis,& trunco stat radix arborea. Econtra autem etiam pater,vel mater dicitur radix filii,qui inde producitur sicut ramus,& flos,& fructus de radice. (Et flos)idest christus purissimus sine omni peccato,qui fructum nostræ salutis protulit.(de radice eius) idest de radice radicis.scilicet de beata Maria (ascendet)Vbi habraica veritas habet, K & Nazareus de radice eius ascendet,vt Hiero.testatur.Paulus autem burgensis contra ista dicit quædam friuola: sed standum est dicto Hiero.¶ Sed hic est quæstio vna quia scilicet dixit per prophetas in plurali,si solus Esa.hoc dicit.Ad hoc respondet B.Hie.& S.Tho. super Mat.quoòd hoc dictũ Nazareus vocabitur in propria forma,& secundũ q̃ Nazareus interpr̃etatur floridus, in L uenitur Esa.xj.sed secundùm interpretationem qua interpretatur sanctus,iustus, & inunctus inuenitur in multis prophetis.Vel secundùm Chryso. alii sunt prophetæ,qui non sunt apud nos in canone:vt Natha,& Esdr.Est autem notandum q̃ congruè christus deus est Nazareus:quia fuit singulariter floridus elegantia corporis,& mentis puritate,& singulariter sanctus idest sangui M ne tinctus acerbitate passionis,& singulariter iustus plenitudine virtutis,& inunctus charitate, & gratia singularis personæ,& capitis,& vnionis.Iste pulcherrimus, nos floruit in, Nazareth, per conceptionem : vt sicut flos conciperetur in flore, id est in Nazareth : & de flore id est, virgine mente corporéquæ pulcherrima, & in tempore florũ, id est in marito.Apparuit autem Bethleem per natiuitatem: vt sicut panis vi N uus in domo primis panem gratiæ ministaret. Emarcuit autem in Hierusalem per passionem.Et quia marcescendo fructus protulit instar floris materialis,verum per fructum suum reflo ruit in resurrectione,& ascensione.Allegorice secundum Hyla.Ioseph significat Apostolos,qui Christum per mundum habebãt sua prædicatione deferre.Hi Herode mortuo, id est Diabolo O cum populo eius in Christi passione deperdito, iussi sunt prædicare Iudæis id est ouibus quæ perierunt domus Israel sed manente in Iudæa hæreditaria infidelitate,quam diabolus seminatur metuunt, & recedunt, admoniti à spiritusancto:vt vadant ad prædicandum Gentibus. Vel secundum Rabahæc vltima designant ecclesiæ tempora:quando plurimis, Iudeorum ad præ P dicationem Enoch. & Heliæ conuersis cæteris ad institutum antichristi contra fidem pugnabunt. Pars igitur Iudææ,qua regnabat Archelaus, antichristi sequaces ostendit. Nazareth autem Galileæ partem eius gentis quæ fidem est susceptura designat. hæc ille. Nec intendit dicere Rab. quod non omnes Iudæi quandoque conuertentur, sed Q quod prius conuertetur pars quam totum.¶ Anagogicè autẽ significaĩ, quod ascendẽs ab Aegypto.i.ab hoc tenebroso mundo ad terram Israel. i. visionis Dei, q̃ causam habet timoris . i. quia non fecit plenam satisfactionẽ de peccatis suis antequã accedat adcœleſtem Hierusalem diuertit ad Galilæam id est rotã tribulationis purgatorii,vt inde transmigret ad cœlum.¶ Moraliter instr

A instruimur,vt sicut à Christo dicimur Christiani:ita à Nazareo dicamur Nazarei.i.floridi per puritatem,sancti per sanguinis Christi deuotionem. Dicamur,inquam, non solo nomine sed re.

In Epiphania Domini.
Matth. 2.

B CVm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum. Vidimus enim stellam eius in Oriente:& venimus adorare eũ. C Audiens autem hærodes Rex turbatus est,& omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & Scribas populi:sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleẽ Iudę,Sic enim scriptum est per D prophetam.Et tu Bethleem terra Iuda , nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tẽpus stellæ,quæ apparuit eis. Et mittẽs illos in Bethleem,dixit: Ite, & E interrogate diligenter de puero. Et cum inueneritis renuntiate mihi,vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierũt.Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos, vsque dum veniẽs staret supra,vbi erat puer. F Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum ,inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurũ thus, & myrrhã.Et respõ G so accepto in somnis ne redirẽt ad Herodem:per aliã viam reuersi sunt in regionem suam.

CVM NATVS ESSET Iesus in Bethleẽ Iudæ &c.) Mat.ij. Dies Epiphaniæ est celebris:quia in ea Christus baptizatus est & aquam conuertit in vi H num anno sequenti, & magi illum adorauerunt.Ista enim facta fuisse illo die patet ex officio sed de tertio tãtum fit mentio in præsenti euangelio in quo tanguntur tria puncta:quæ sunt. Conturbatio,consultatio,& adoratio.Quantum ad primum in quo tangit conturbatio Herodis,& Hierosolymitarũ propter aduentum Magorum: pro intelle-

ctu textus oportet videre multa, & ante omnia qui fuerint isti Magi. Quantum ergo ad nomen, vt inuenit in histo
riis, latinè dicuntur Gaspar, Balthasar, Melchior, hebraicè verò secundũ Mag. histo. dicti sunt Apellius, Amecus. Damascus, Græcè vero secundum eundẽ Galgalat, Magalath, Saracim. Quantũ verò ad officium, & conditionem, vel qualitatem suam, qui essent triplex est
K opinio secundum quod hoc nomen Magus quod est græcum scilicet Magos tripliciter sumitur. Aliquãdo enim magus idem est quod illusor, & sic vt recitat Mag. hi. quidam dicunt ab effectu dictos fuisse Magos solum post quã illuserunt Herodi, non regrediendo ad illum, vt rogauerat & etiam vt promiserant illi, secundum quod rationabiliter creditur: quia simpliciter ambula-
L bant. Aliquando verò Magus idem est quad maleficus, vel incantator: & sic Chry. & Aug. dicunt istos fuisse Magos sed ad Christũ venisse pœnitentes, & in spe misericordiæ sequendæ. Aliqñ autem perfice Magus hebraicè dicitur scriba, græcè philosophus, latinè amator sapientiæ vel sapiens & sic commu
nis opinio est ꝙ dicti sint Magi à sapiẽ
tiæ suę magnitudine, & sic tenet S. Th.
M vt vẽ & Mag. hist. & Rab. & Nic. de Ly. qui etiã dicit eos fuisse reges quia tunc sapientes philosophi regnabãt. Vtrum aũt fuerint reges deferẽtes coronas, nõ habeo certũ, quãuis sit probabile ex cõ suetudine vniuersali pictorũ. Et si em pictoribus & poetis videat cõcessa licẽ tia fingendi tũ consuetudo pingẽdi vti liter vno modo rẽ pertinentẽ ad diuina videt facere probabile argumentũ. Vn de ex hoc Magister histo. arguit ꝙ in N Christi natiuitate fuerint asinus & bos Probabile est etiã beatũ Geor. cum ser pente dimicasse etiã si nullibi autentice legitur propter vniuersalitatem pictura: non autẽ est probabile ꝙ lancea capiti vel aluo admouerit quia hoc nõ pinguit vniuersaliter vno modo sed di ci consueuit ꝙ in ea parte corporis eũ percussit, quæ pictoribus placet. Fuerunt tũ reges à regendo. i. dãi quia dicit O S. Tho. ꝙ fuerunt potentes. Quantum aũt ad patriã vnde venerũt licet sit certum ꝙ ab oriente venerint, quia hoc dicit Euangelista tñ à qua determinata parte orientis venerint, non est certũ Quidã enim dicunt, ꝙ venerũt de Saba: quidã verò ꝙ de Arabia: qdã quod de Chaldæa, quida quod de Persida vt dicit S. Tho. ¶ Sed sciẽdum est vt dicit P Isido. xiiij. ethy. ꝙ saba, & Arabia est vnamet regio, ad orientẽ habens persidem, & septentrionem Caldeam. vnde omnia possunt faciliter cõcordari: qa veniendo de Arabia poterunt dici aliquo modo de omnibus prædictis locis venisse, vel quia fuerunt potentes non venerunt omnes ab eadẽ regione, considerata vniuscujusq; habitatione: quãuis oẽs venerint ab vno loco, in quo simul conuenerunt in vnũ. Videt autem Q quod sint congregati in Persida secundum S. Tho. & tñ à multis aliis locis venerunt. ¶ Quantũ verò ad causam sui aduentus, sciendũ est ꝙ Deus Christũ venturũ esse reuelauit Iudæis per prophetas: & non solũ Iudæis sed etiã multis gentilibus: secundũ S. Tho. Vnde vt ipse narrat. ij. ij. temporibus Constan. & Helenæ (aliãs birene) matris eius re-

per

A pertus est homo in sepulchro laminam auream habens in pectore qua scriptum erat, Nascerẽt Christus de virgine, & credo in eum. Sub Constã. & Helenę tpibus, ô sol iterum me videbis. Et similiter Iob. ix. ait Scio ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & tã fuit Gentilis. Similiter etiã Sibyllæ multa prædixe
B rũt. Isti ergo magi aliquã prophetiam sunt secuti. Sicut ante testat S. Th. iij. q. xxxvj. Chris. refert quod in extremis Orientis gens fuit, vt idem Chry. dicit se audiuisse: hãs prophetiã ex nomine geth filii Adæ de ortu huius stellæ quę Magis apparuit, & de muneribus offerendis regi nascituro. Et posuerunt duo decimi exploratores, qui de nocte certis temporibus ascendebant in montẽ, vbi post eam viderunt. Alii verò dicũt
C vt ibi dicit S. Th. ꝙ isti sunt secuti prophetiã Balaam, cuius fuerũt successores & hoc verius est quia habet in libro veteris, & no. testa. & hoc tenet Remigius, & Mag. histo. & cõiter expositores Prophetia autẽ Balaam habet Nume. xxiiij. vbi dicit ipse Balaam prophetãdo licet non solũ gentilis verum etiam
D pessimus non fuerit. Deus enim cogebat eũ benedicere populo dei, & loqui veritatem. Ait ergo (videbo eũ.). s. christum (sed non prope intuebor eum, sed non modo,) quia scilicet vidit eum per successores suos) oriet stella ex Iacob) id est à parte Iudææ: quam habitant filii Iacob: apparebit stella (& consurget virga de Israel) id est Christus nascet de semine Israel seu Iacob (& percutiet oẽs duces Moab). i. demones quos priuauit imperio, vel duces Moab. i. idololatras) quos exterminauit (Apud E Moabitas enim multum vigebat idolo latria (& erit Idumea possessio eius). i. Roma, quæ secundum Rab. Salomon Iudęum per Idumeam significatur. Isti ergo Magi viderunt stellam istam vbi cunq; vel quandocunq; viderũt & sta tim inspirati à Deo cognouerunt natũ esse Christum. Nam Ecclesia cantat. Videntes stellã Magi dixerunt. Hoc signum magni regis est eamus, & inquiF ramus eum: & offeramus ei munera. s. aurũ thus, & myrrhã. Dicit ergo Euangelista (Tum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ.) Sicut enim dicit glo. duæ sunt Bethleem, vna in terra Iuda: alia in terra zabulon: ad cuius differentiã additur Iudæ. In hoc autẽ Euangelista notat impletam prophetiã Michææ. v. de qua infra dicet. Et similiter secundũ G Ra. prophetia Iacob Gen. xlix. cũ subiungit. (In diebus Herodis regis.) Iste enim Herodes fuit alienigena: quia fuit filius Antipatri Scalonitæ proseliti: secundum historias & à Romanis factus est Rex. Prophetauerat autem Iacob hoc esse signum Messiæ: quando Iudas perderet principatum dicens. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio H Gentium. Ideo ad ostendendum prophetiam completam dicitur: Herodis, & non Cæsaris. Ostenditur etiam in hoc secundum Chrysosto. completa prophetia Danielis de septuaginta hebdomadibus annorum: quia vt dicit tempore regni Herodis fuerunt consummatæ. Additur autem regis secundum Chrysostom. quia alius fuit Herodes

qui

1 qui occidit Ioannem:sed ille non fuit rex.Et quãuis Herodes, Agrippa fuerit rex triũtetrarchiarum:secundùm Magistrum hist.tamen fuit multo tempore post.Vide de his in euangelio sabbato ante quartam dominicam aduẽtus. (Ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam).ideſt Hierusalem ciuitatem regiam,in qua natum crediderũt regẽ. Venerunt,in quam,sequẽtes stellam quam dixerunt se vidisse:quæ eos præcedebat:quãuis hoc(vt dicit Tho.) apud aliquos non sit certum scilicet ꝙ stella præcesserit eos antequam appulissent Hierosolymam.Nam Magister histo.videtur dicere,quòd Magi.existẽtes in oriente viderunt stellam super Iudeam immotam quę tũc primò cœpit moueri,quando egressi sunt de Hierusalem:vt euangelium videtur dicere Sed Chrys.& .s. Tho.& communiter expositores tenent,quòd in toto itinere eos duxerit præcedendo, sicut filios Israel in deserto præcedebant nubes per diem,& ignis per noctem:vt dicitur Exod.iij.& ꝙ disparuit ipsis appropinquãtibus ad ciuitatẽ regiã ideſt hierusalem.¶ Sed hic est quæstio vna quã mouet Beda.Si enim isti fuerunt Chaldei, vel persæ aut de vltimis finibus orientis quomodo in tam paruo tempore potuerunt vsque in Iudæam venire Nam in tredecim diebus venerũt:quia festum de aduentu eorum celebratur tredicima die à natiuitate christi:& fuit eodẽ anno,quo christus natus est, quia aliter si fuisset anno sequenti non inuenissent eũ in Bethleẽ,sed in Aegypto.Ad hoc dicit Remigius,ꝙ aliquid hoc solent attribuere potentiæ christi. Glo.verò dicit, ꝙ est quia habuerunt equos arabicos,& dromedarios: qui sunt veloces.Remigius verò dicit ꝙ si fuerunt successores Balaam,eorum regio non multum distabat à Iudæa: Possumus autem nos dicere,ꝙ omnes istæ tres causæ concurrerunt.s. diuina virtus adiuuans:& velocitas iumentorum & distantia moderata itineris.¶ Sed tunc mouet Remigius quæstionem: quomodo dicuntur venisse ab oriente: si venerunt ex regno Balaã parum distante?Ad hoc autem dicit.S.Tho. super Matth.ꝙ possunt dici ab oriẽte venisse dupliciter.Vno modo,quia venerunt ab aliqua regione orientali respectu Iudææ:sed propinqua.Alio modo, quia venerunt in extremis orientis partibus.Et isto modo loquitur Chrys.super Matthæum dicens,ꝙ stella apparuit eis,& præcesit eos.per biennium ante christi natiuitatẽ. quãuis forte Chryso.non loquatur assertiuè,sed recitatiuè.(Dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudæorum:)Multi nati fuerãt, & mortui reges Iudæorum,vt dicit Augu.in sermo.de Epipha.sed nullũ adorandum quæsierunt Magist.Non enim quærebant regem quencunq;:sed magnum qui salutis humanæ author existeret:quem cælo teste natum didicisent.Vnde ait idem August.Iacebat in præsepio puer ortu recens,exiguus corpore: contemptibilis paupertate, sed magnũ aliquid latebat in paruo : quod illi homines primitiæ gentium non terra portante,sed cælo narrante didicerunt.Hæc ille,¶ Sed quare isti magi regnante Herode non timebant alium regem quærere?Respondet.S.Tho.super Matt

A Matth.quod zelo fidei mouebantur. Vnde dicit Chrys. quod iam parati erãt pro tali rege mori.Vel dicere possumus,quòd sicut hunc puerum crediderunt in regia vrbe natum:ita crediderunt ex stirpe regia descendisse per virile semen:vel virtute dei:sicut multæ nobiles fœminæ tradebantur concepisse ex concubitu deorum:& cõsequẽter crediderunt prima facie regem,&
B & populum de tali infamie gaudere. Nec videtur incõueniẽs dicere, quòd à principio non cognouerunt speciali-ter omnem modum generationis tam magni regis:licet crederent eũ speciali dei prouidentia seculo destinatum ad aliquid magnum,& non solum ad materiale regimen.vt cæteri reges(Vtuntur verbo præteriti perfecti : quia desierant stellam videre secundùm o-
C mnes,siue eos aliquando præcesserat, siue non.Sed quare deus eos priuauit tanto solatio?Ad hoc communiter adducunt doctores duas rationes. Et prima est propter istos magos. vt scilicet adirent regiam vrbem:in qua edocerẽ tur prophetico testimonio de rege nasciturο, & loco natiuitatis eius : sicut prius edocti fuerant cælesti signo.Alia
D est,vt natiuitas christi in vrbe regia annuntiaretur,& consequenter Iudæi in excusabiles essent.(Stellam eius) Glos. j.propria,quia hanc creauit ad ostensionem sui.Non enim ista stella fuit vna cælestium stellarum, secundũ Remig. Chrysosto.& sanctum Thomam quod probat Chrysost.& sanctus Thom.iij. par.quæstio.xxxvj.multis rationibus. Prima,quia ferebatur ab Arcto. ideſt Septẽtrione vbi esse Arctos ideſt. Vrsa stellarum in cælo in meridiem,quia E sic iacet Iudæa ad Persidem,vnde venerunt.Sed si verum est hoc quod dicit Isido.& sanctus Tho.quomodo venerunt ab oriente?Ad hoc dico quòd si venissent directe à septentrione:non possent dici venisse ab oriente:secus si ab aliquo loco venerunt:cuius meridianus si magis ad Oriẽtem, quàm meridianus Iudææ,etiam si tali loci circulus paralellus equinoctiali,vel tropico F esset borealior,quam circulus Iudææ eidem paralellus. Dicerentur enim à Septentrione,& ab Oriente venisse:& ita fuit de facto.Secunda ratio est,quia apparebat non solum in nocte,sed etiã in media die.Tertia: quia existens in nostro hemispherio,non superueniente aliquo impedimento occultabatur aliquando.Quarta, quia non habebat continuum motum:sicut neque colum G na in deserto:sed stantibus Magis stabat.Quinta,quia erat prope terram,aliter enim non potuisset distinctè ostendere locum in quo latebat christus. Et subiungit.S.Tho. quód hoc ipsum,ꝙ prope terram ferebatur est signum, ꝙ Magi existentes in oriente, non viderunt illam existentem in Iudæa, quãuis hoc ab aliquibus dubium relinquatur. Vnde quod subditur scilicet (in H Oriente)secundùm glo.dubiũ est vtrũ sic sit intelligendum,quasi ipsi existentes in oriente.viderint stellam etiam in oriente existentem:vel existentem in Iudæa.Quid autem fuerit hæc stella dubium est.Chrys.dicit quod videtur fuisse victus rationalis.Vnde aliqui dicunt quod fuit ille angelus,qui pastoribus apparuit:Alii verò vt Remi.dicũt

cunt fuit ſpiritusſanctus, qui etiam in ſpecie columbæ ſuper chriſtum baptizatum apposuit. Sed tamen. S. Tho. iij. par. q. xxxvj. art. v. & ſuper Matth. dicit probabilius esse, ꝙ fuerit vera stella no uiter creata, seu condita in aere. Et ratio est primò: quia hoc conueniebat chriſto. Cæleſtis enim rex debuit per celeſte indicium manifeſtari. Iudæis quidem per celeſtes angelos, per quos K legem acceperant: vt dicitur Gal. iiij. Gentilibus autem per cæleſte ſydus: quia ex creaturis maximè cæleſtibus in dei cognitionem venerant, vt dicitur ad Rom. j. Secundo: quia hoc conueniebat ipſis magis ſeu gentilibus: quia eorum vocatio ad fidem promiſſa est Abrahæ in ſimilitudine ſtellarū innumerabilium. Geñ. xiij. Vel potest addi ad dicta ſancti Tho. ꝙ ſecundùm L Greg. Iudæis tanquā ratione vtentibus rationale animal. i. angelus debuit anuntiare chriſtum: Gentes verò quia ratione vti neſciebant non per voces, ſed per ſigna perducūtur ad chriſtum, quando ipſe adhuc paruulus non loquebatur: quando autem iam loquebatur per loquentes apoſtolos ſunt conuerſi. Dicit autem Greg. angelum animal rationale: vel loquens ſecundùm M opinionem eorum qui angelos habere corpora dicunt; vel quia apparebat in forma animalis rationalis ideſt hominis, vel quia aliquid habet commune cum tali animali. ſ. potētiā altiorē ſenſitiuis, ſiue ſit intellectus, ſiue ratio: eo modo quo etiam homo aliquo modo dici potest angelus. Et hoc metaphoricè propter aliquā ſimilitudinē. Tertia autem expoſitio est de mente Gregorii. vt patet. j. q. lib. ar. j. ad ſecūdum. N Sed tamen ad prædictorum notitiam aduerte quod prædictæ opiniones de illa ſtella non ſunt vſquequaque diſſonantes. Licet em̄. S. Tho. dicat ꝙ fuit vera ſtella: non tamen negaret quin moueretur ab angelo: ſed hoc diceret: quia ſecundùm doctrinam eius, deus non operatur motum localē corporū immediatè: ſed mediantibus creaturis: O quarum nulla præter angelum potuit ſtellam illo modo mouere: niſi dicatur contra omnem philoſophicam doctrinam, ꝙ ipſa ex ſui natura tali motu moueretur. Qui autem dicunt, ꝙ fuit angelus: intendunt fortè dicere quod illud corpus quod videbatur: erat aer ab angelo condēſatus: eo modo quo etiam demones cū luce apparēt. Vtrum aūt S. Tho. diceret ꝙ erat de natura cæP ſti formata in aere, vel de natura aerea miraculosè formata, melius quā poſſint angeli aerem condenſare: non habeo certum: ſed magis credo ſecūdum. Sed de iſta ſtella quid factum est? Reſpondeo, ꝙ Magiſter hiſto. de hoc ſic dicit. Stella hæc peracto officio ſuo mox eſſe deſiit. reuertens in præiacentē materiam vndeſumpta fuerat. Quidam tamē tradūt Be. voluiſſe quod in puteū Q bethleem itē ceciderit, & poſt in diebus Paulæ, & Euſtochii quaſdā virgines deo dicatas eā miraculosè vidiſſe. Quod quia fabuloſum exiſtimauerūt fratres, cū quibus monaſticā ducebat vitā, cū à cōione qñq; ſeparauerūt. Hęc ille. ¶ Circa prædicta ſciendū est, quod in prędictis verbis qdā occaſionē errādi ſumpſerūt. Et primò Priſcianiſtæ: q ex hoc dixerūt ꝙ oēs hoīm actꝰ regunt fato.

A fato. Secundò Manichæi, qui ſicut reprobant fatum, ita reprobant euāgeliū beati Matthæi: quia dicunt ꝙ in hoc lo affirmat fatum. Ad horū ergo intellectum ſcire oportet, quid ſit fatum, & quomodo eſt, & quomodo non. Sciēdū est ergo, ꝙ in rebus humanis multa vidēmus caſualiter, & per accidens accidere: ſicut quod aliquis quærēs vnū hoB minē: inueniat alium, de quo non cogitabat. Quod aūt est caſuale, & fortuitū reſpectu vnius cauſæ aliqū reſpectu alterius cauſæ ſuperioris est per ſe intentum, & non fortuitum, vel caſuale: ſicut ſi aliquis dominus mittat duos ſeruos ad eundē locū per diuerſas vias, & vnus eorum neſciat de alio. Quod em̄ ſibi inuicem occurrant in tali loco: eſt per accidens: & caſuale reſpectu intēC tionis: non quidem domini: ſed ſeruorum. Secūdū. hoc ergo duplex fuit opinio, de fato. Dicitur enim fatum, à faris, vel fare, fatur: quaſi quoddam præD locutiuum, & præordinatiuum. Quidā ergo dixerunt ꝙ iſta caſualia, & cōtingentia nō reducuntur in aliquā ſuperiorē cauſam illa ordinantē. Iſti aūt abſtulerunt, & negauerunt fatum, & vniuerſaliter prouidentiam diuinam circa huiuſmodi. Et ſecundum Aug. hæc fuit opinio Tulii. Quidam verò reducūt ea in aliquam cauſam illa ordinantem, ſed à qua cauſa iſta ordinatio fiat eſt differentia. Quidam enim dixerunt quòd corpora cęleſtia omnia iſta contingentia ordinant, & ſecundum iſtos fatum nihil aliud eſt, quàm influxus ſyderum. Alii verò iſta contingentia reducunt in diuinam prouidentiam. Primò ergo modo fatum negandum eſt: quia actus humani non reguntur quaE ſi ex neceſſitate ſecūdum ſyderum diſpoſitionem, vel influxum: quod multipliciter patet. Primò ſic. Impoſsibile eſt enim quòd virtus corporalis directè agat in incorpoream, quia inferius in ordine nature non agit in ſuperius. In anima autem, vt patet per Ariſt. in libro de anima ſunt quædam potentiæ eleuatæ ſupra corpus, vt voluntas, & F intellectus. Quædam verò ſunt organis affixæ, vt ſenſitiuæ, & vegetatiuæ. Corpora igitur cæleſtia quanuis directè agant ſupra corpora inferiora, & immutent ea per ſe potentias organicas per accidens, eo modo quo hominem iracundum, ſiue pronum ad iram dicimus ex cæleſtibus corporibus, tamen directè electio est in voluntate. Vnde G nunquàm poteſt fieri diſpoſitio in corpore humano, quin ſuperueniat electio, & iudicium liberi arbitrii. Vnde quicunque poneret liberum arbitrium ſub corporibus cæleſtibus: neceſſariò poneret intellectum à ſenſu non differre. Secundò, quia per hoc excluditur omnis cultus diuinus, & regimen rei publicæ, quia omnia eſſent de neH ceſsitate, & conſequenter non oporteret conſiliari, vel aliquid prouidere, quod est contra naturalem inclinationem hominum: quæ vana eſſe non poteſt: cum ſit à deo datore naturæ: qui nihil vanum poteſt efficere. Tertiò, quia hoc eſſet attribuere deo malitias hominum: quod eſſet ipſum infamare, quia ſydera creauit. Auguſt, Accuſans deum creatorem

ſyder

I syderum, dum excusant reum perpetratorem scelerum. Hæc ille. De huiusmodi Dicit Chrys. super Matth. Si aliquis adulteria, & homicidia facit per stellam, magna est iniquitas stellarum illarum, maior autem illius, qui creauit stellas. Nam cum sit præscius futurorum Deus: ex quo tanta iniquitas erat futura per stellas: si noluit emendare, non est bonus: si autem voluit, & K non potuit, impotens est. Si etiam stellæ est, quòd boni simus, aut mali: ergo nec bonum nostrum laudandum est: nec vituperandum malum, quia nec in nobis est voluntarius actus. Vt quid enim mali mei pœnam suscipiam: qui non voluntate, sed necessitate commisi. Ipsa denique mandata Dei ne peccent homines: aut hortamenta vt faciant bonum, hanc insipientiam de- L struunt. Quis enim iubet aliquem ne faciat malum, quòd non potest declinare: aut vt faciat bonum ad quod non potest peruenire? Hæc ille Et nota quòd ista verba Chry. multum faciunt contra quosdam phantasticos dicentes: si Deus sit me damnandum fore, aliter esse non potest. Isto ergo modo negandum est fatum. Vnde Grego. dicit. Absit à fidelium mentibus, vt fatum ali- M quid esse dicant. Hæc ille. Si verò sumatur fatum pro diuina prouidentia: sic aliquid est, sed quia cum infidelibus nihil debemus habere commune, ideo non debemus diuinam prouidentiam hoc nomine vocare. Vnde ait de hoc Aug. Scientiam teneas, linguam corrigas. Cum ergo. b Mat. recitat dicēs: vidimus stellam eius: non affirmat fatum primo modo, quia illa stella nō dicitur fuisse Christi: quia vita Christi dependeret à stella: sed è cōuerso motus stellæ dependebat à Christo. Sequitur. (Et venimus adorare eum) Porro ly, venimus, debet proferri media breui: vt dicitur determinasse Bisarió. Primò quia in greco ponitur præteriti tēporis. Secundò, quia ipsi credebāt iam se venisse ad locum vbi puer esset. Hic quærit Aug. in ser. Epiphaniæ. A quo Magi didicerunt quòd stella visa significaret natum esse regem adoratione dignum. Ad hoc dicit ipse ibi, quòd angelus eos edocuit. Leo verò dicit, quòd fuerūt intrinsecus inspirati. Credo autē vtrunque fuisse verū aliquo modo, quia angelus nō apparuit eis sub rationali forma, vt videtur velle. Greg. sed eos docuit reuelando per visionē, & inspirando: sicut etiam fecit postquàm adoraverunt Christum. Item Aug. lib. q. no. & ve. te. dicit quòd ex prophetia Balaā id cognouerunt visa stella insinuata. Vnde qualitercunq; cognouerit tenendum est, vt dicit. S. Tho. iij. q. xxxvj. ca diuinitus fuerunt edocti reuereri Christum, quem non quærebāt sicut regem terrenum. Erubuissent etenim videntes præsepe, & pannos viles. Et intellige ca non quærebant eum, vt regē terrenum i. consueto more regio natum, & regnaturum. cum quo stat quòd crediderint eum tēporaliter regnaturum, & natum sub distinctione ex semine humano, vel opere Dei: & ad aliquid magnum ordinatum. i. ad spiritualē mundi salutem. Vnde nō erubuerunt pannos: quia habebant testimonium stellæ, quòd esset spiriualiter missus à Deo. Vnde autē eum quæsissent, vt regem aliquo modo terren

A terrenum: nō existimassēt eum natum in vrbe regia: & omnibus esse notā natiuitatē eius: vt videtur. Credo igitur quòd à principio crediderūt eum regē terrenum magnū præ cæteris & mirabiliter à Deo missum præter cæteros: & deinde sunt paulatim de mysteriis eius edocti. Quærebāt em vt regē Messiam expectatū à Iudæis vt innuitur in B sequētibus. de quo consueuerant cōmuniter Iudæi, & alii sentire quòd regnaret etiam tēporaliter. Vnde etiam Herodes turbatus est, quod nō fuissēt si dixissent se regē spiritualem quæsiuisse aut quærere. Non autē est prædicandū, quod hęc stella apparuit in forma crucis: vel crucifixi, vel hominis: secūdum S. Tho. in opusc. ul. quia nō est certum. Sed quia, vt dicit Aug. sicut Magi desyderāt redemptorē: ita Herodes timet C successorē. ideo sequitur. (Audiens autem Herodes rex turbatus est.) Propter duo turbatus est Herodes. Primò secūdum Chrys. ne regē Iudæorum ex Iudæis nato, ipse tanquàm idumeus, & alienus, cum sua posteritate pelleretur à regno. Secūdò, vt dicit gl. timuit propter iram romanorū Decreuerunt em Romani ne quis rex, vel Deus sine eo- D rum consilio diceretur. Hæc ille (Et omnis Hierosolyma cū illo). i. tota Hierusalē. Timebat enim ne Herodes propter regē Iudæorum natū omne genus iudæorū insequeretur. secundū Chrys. Vel turbati sunt illi, qui fauebant Herodi. vnde sumitur hic totū pro parte. Vel turbati sunt apparenter tantum. ¶ Moraliter docemur iuxta doctrinam Chry. super Matt. dicētis. Semper grādis potestas maiori timori subiecta est. Sicut enim ramos arborum in excelso E positarum in siluis cum aura flauerit, mouet: sic & sublimes homines etiā leuis nuntii fama perturbat: humiles autem sicut in cōualle plerunq; in tranquillitate cōsistunt. Hæc ille. ¶ Quantū ad secūdum, sciendum est, quòd Herodes auditis Magis statim cogitauit perdere Christū: Ideo voluit diligēter inuestigare locū natiuitatis eius ab illis, qui scripturas, & genealogias nouerant F Iudæorum. Vnde subditur. (Et cōgregans omnes principes sacerdotum, & Scribas populi). i. legis doctores secūdum Remig. qui etiam dicit quod non sunt dicti solum ab officio scribēdi: sed ab interpretatione scripturæ (sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur.) Intellexit enim hunc regē dictum esse Christum ex cōuersatione cū Iudæis. Sed si Herodes nō credebat scripturæ: G quare sciscitabatur? Si credebat quare sperabat se posse perdere Christū? Ad hoc dicit Chry. super Matt. & similiter S. Tho. quòd credebat quidē, sed imperfectè: quia diabolus, vt dicit Chry. incitabat eum: sicut multi peccatores nō perfectè credunt tormēta inferni. Sciscitabatur autē, & interrogabat Iudęorum principes, & Scribas publicè. vt testes haberet apud Romanos, quòd di H ligentē fecisset inquisitionem. sed Magos, quos noluit habere testes, nō interrogauit de tēpore stellæ palā: sed clanculum. (At illi) habita collatione inter se (dixerūt ei In Bethleē Iudæ.) Quare Christus voluerit in Bethleem nasci: vide in Euāgelio natalis ad mediā noctem. Est autē sciendum, vt dicit Chry. quòd cum isti Iudęi debuissent Herodi

I celare mysterium Dei: nõ solum illud prodiderunt, sed adducũt propheticum testimonium dicentes. (Sic enim scriptum est per prophetam). s. Micheam v.c. Et tu Bethleem terra Iuda: nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Est autem notãdum quòd ista prophetia non allegatur ab istis, vt iacet in propheta: vbi sic dici-
K tur (Et tu Bethleem effrata paruulus es in milibus Iuda. Ex te enim mihi egredietur, qui sit dominator in Israel) ex quo patet quòd aliqua mutauerunt. Et hæc secundum glossam, & Sanctum Thomam super Euangellio Matthæi fecerunt vel ignorantia, vel, vt planius regi alienigenæ loquerẽtur. Vnde mutauerunt verba, & seruauerũt sensum. Loco enim effrata: quod erat nomẽ an-
L tiquum, quo distinguebatur ab alia Bethleem: & ignotum regi posuerunt terra Iuda. ¶ Est autẽ sciendum, vt testatur magister Histo. & Nico. de Lyra: quòd Bethleem primò dicta est Effrata ab vxore Caleph. sed post magnam sterilitatem quæ fuit tempore Noemi vt patet Ruth. i. succedente magna fertilitate dicta est Bethleem. i. domus panis. Nec valet quod contra hoc obiicit
M Pau. Burgen. dicẽs, quòd ante Caleph. i. tempore Iacob vocabatur Effrata. eo quòd Genes. xlviij. dicitur. Sepeliui eam iuxta viam Effratæ: quæ alio nomine appellatur Bethleem. Ista enim sunt forte per anticipationem dicta quamuis etiam hoc dubium sit, & ad hoc sustinendum oporteret multa dicere. Posset autem dici quòd Iacob dixit quidem iuxta viam Effratæ, & sic Effrata fuit nomen antiquum: & si non N impositum ab vxore Caleph. quòd verò subditur: quæ alio nomine appellatur &c. nõ sunt verba Iacob: sed ea interposuit scriptor canonis. Quod verò dicit propheta: paruulus es scilicet vicus: secundum situm in milibus Iuda. i. inter milia virorum Iuda, ad te pertinentium, maximè quia ex te exiet dux populi mei Israel: importat dignitatẽ ciuitatis quam dignitatem isti expres- O serunt, dicentes: nequaquam minima es: scilicet dignitate: quamuis sis parua situ (in principibus Iuda) id est, quo ad principes Iuda, quia inde ortus est David: & etiam Christus, qui fuerunt digniſsimi principes. Ideo sequitur. tam in propheta, quàm in Euangelista de ortu Christi ducis. ¶ Est autem sciendum quòd ista prophetia ad literã non P potest exponi nisi de Christo: quod ex duobus patet. Primò, quia in trãslatione chaldaica, cui nullus Iudæorum ausus est vnquàm contradicere, habetur ex te egreditur Messias. Secundò: quia statim subiungit propheta (& egressus eius à principio à diebus æternitatis) Et dicit Chryso. quòd si isti prophetiam complere recitassent Herodes intellexisset istum regem non esse terre-
C num, & consequenter non exarsisset in tantum furorem. Vnde fuerunt causa, vt ait, mortis innocentium. ¶ Moraliter Iudæi in lege docti, qui docuerunt Magos, & tamen ipsi non crediderunt, significant prædicatores bene loquentes, & malè operantes similes fabris archæ Noe: qui præstiterunt aliis vt salua-
rentur, & ipsi introierunt diluuium. ¶ Quantum ad tertium sciendum est, quòd

A quòd Chryso. ait postquam audiuit Herodes responsum duplici modo credibile. Primum, quia à sacerdotibus fuerat dictum: deinde quia exemplo prophetico fuerat comprobatum: non ad deuotionẽ flectitur nascituri regis, sed ad malitiam interfectionis eius per dolum. Vidit enim quia non poterat Magos nec blandimentis flectere, nec
B minis terrere, nec animum corrumpere, vt consentirent in interfectionem regis futuri: ideo illos decipere cogitauit. Hæc ille. Ideo subditur. (Tunc Herodes clam vocatis magis) clam inquam, id est, occulte. & hoc secundum Chrysostomum, quia non confidebat de Iudæis, ne forte quasi amantes regem natum, proderent consilium eius (diligenter didicit ab eis tempus
C stellæ, quæ apparuit eis.) Et hoc secundum Remigium, quia timuit quod euenit, id est, quòd non reuerterentur ad eum: ideo voluit cum loco scire tempus regis nati, vt eum posset inuenire. Apparuit autem stella secundum Chrysostomum, vt dictum est: & secundum Augustinum, in sermone de Epiphania, biennio ante Christi nati-
uitatem. Sed Augustinus dicit quòd solum tunc incœperunt iter: quan-
D do in die natiuitatis Christi eis reuelatum est, cuius esset illa stella, Chrysostomus verò vult quòd multo ante venire cœperunt. Sed alii tenent quòd in die natiuitatis Christi primò apparuit. (Et mittens eos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero). Magi eum regem dicunt, iste verò puerum: quia ex abundantia, id est, affectu cordis os loquitur. (Et cum inueneritis renuntiate mihi, vt E & ego veniens adorem eum). Omnia hæc dixit vt deciperet Magos: quia intendebat occidere Christum. (Qui cùm audissent regem, abierunt) recedentes de Hierusalem, vt irent in Bethleem. (& ecce stella quam viderant in oriente) sed ad ingressum Iudææ fuerat occultata (antecedebat eos) ita prope terram, quòd viam ostendebat continuè (vsque dum ve- F niens staret supra, vbi erat puer.) Stetit enim secundum Chrysostomum, super caput pueri quasi dicat. Hic est quem quæritis. (Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde.) Remigius. Non satis fuit Euangelistæ dicere, gauisi sunt, sed addidit gaudio, & magno, & valde. Hæc ille. Gauisi sunt secundum Chrysostomum: quia spes eorum non erat decepta, sed G confirmata. Gauisi sunt gaudio, secundum Glossam, quia gaudebant propter Deum, qui est verum gaudium. & gaudio magno secundum eundem. quia de magno gaudebant, & valde, secundum Remigium: quia de re perdita, & inuenta magis, quàm de semper possessa gaudemus. (Et intrantes domum inuenerunt puerum) Leo Papa in sermone Epiphaniæ. Quantitate H paruum, alienæ opis indignum, fandi impotentem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate discretum: quia sicut sydera eraat testimonia, quæ in eo maiestatem inuisibilis diuinitatis assererent, ita probatissimum debebat esse sempiternam illam essentiam filii Dei personam hominis suscepisse. Hæc ille. (Cum Maria) sola si-

ne Ioseph,secũdum Rabanum,ne qua
siniſtra ſuſpitionis occaſio daretur gen
tibus (matre eius) in veſte paupere,
qualem poterat habere vxor carpenta
rij peregrè conſtituta:vt dicit Chryſo
ſto.Vnde ſi terrenum regem,id eſt ter
reno more natum, & regnaturum nihil amplius cæteris regibus habentem quæſiuiſſent,fuiſſent confuſi.Sed ſtel
K læ teſtimonio contenti gaudebant con
temptibilem puerum aſpicere:quẽ ter
ribilem eis ſpiritus oſtendebat. Vnde
ſubditur. (Et procidentes adorauerũt
eum) ſcilicet adoratione latriæ: quia
ſecundum ſanctum Tho. iij. parte.q.
xxxvj.intellexerunt eum eſſe Deum,q̃
ego intelligo tunc cum illum viderũt:
quia veriſimile eſt quòd paulatim ma
gis,ac magis fuerint diuino lumine,&
amore perfuſi: tunc autem maximè
L quando veraciter aderat Rex,& Regi
na cælorum.(Et apertis theſauris ſuis)
Per theſauros debem⁹ intelligere pre
tioſa quæ ferebant ad offerendum, &
non ad exponendum pro ſuis expen
ſis.Et hos theſauros non aperuerunt in
via,ſed tunc cum voluerũt offerre mu
nera Chriſto:vt dicit ſanctus Tho.ſu
per Matthæum. quãuis etiam & ape
ruerint theſauros ſuos cum receſſerunt
M de patria, quia tunc inde acceperunt
quæ reponerent ad offerendum.(Ob
tulerunt ei munera aurum,thus,& myr
rham) Conſuetudo enim fuit apud
Perſas vt ſanctus Tho.teſtatur vbi ſu
prà,quòd ſemper cum munere adora
bant. ¶ Eſt autem ſciendum, vt dicit
idem.tertia parte vbi ſuprà,quòd ma
gi diuinitus fuerunt edocti de mune
ribus offerendis,& reuerentia exhibẽ
da. Et dato,vt dicit Chryſoſto. quòd N
ipſi non intelligerent ſignificata ſuo
rum munerũ: Spiritusſanctus qui eos
eduxerat ad Chriſtum ordinabat illa
munera ad aliquid ſignificandum. Et
ſicut dicit Remigius.Cum reges fue
rint tres,& munera tria non obtulerũt
ſinguli ſingula:ſed ſinguli omnia,id eſt
aurum,thus,& myrrham. Ratio iſtorũ
munerum literalis, ſecundum ſcilicet
quòd ſine ſignificatione conſyderan- O
tur.duplex conſuenit aſsignari.Prima,
quia de talibus conſueuerunt Reges
Arabum facere xenia.Vnde dicit Glo.
quòd morem ſeruant ſuæ gentis. Se
cunda quia obtulerunt aurum contra
paupertatem: quam videbant in ma
tre,& filio.thus contra fœtorem loci.&
myrrham ad confortandum,& conſo
landum pueri membra.Myſtica autem P
ſecũdum ſcilicet quòd munera aliquid
ſignificant aſsignatur ab Augu.in ſer
mone Epiſcopi.qui ait. Aurum ergo
ſoluitur quia regi congruit magno:
thus imolatur vt Deo:myrrha præbe
tur tanquàm pro ſalute omnium mo
rituro. Hæc ille. (Et reſponſo) quia
reſponſio non fit niſi ad interrogan
tem. Hic innuitur ſecundum quòd di
cit Gloſſ.quòd clamauerunt per affe Q
ctum ad Deum:& interrogabant.quid
diuina iuberet voluntas. (Accepto)
non à puero ſecundum gloſſ. ne ante
tempus reueletur.& vt vera humani
tas habeatur:ſed per ipſum Deum:vt
dicit eadem gloſſ. quæ tamen vt ſan
ctus Tho.dicit ſuper Matthæi.loqui
tur ſecundum morem ſcripturæ.quia
quæ Angelus dicit,quia Deum dixiſſe:
quia in perſona Dei loquitur. Vnde
Diony.

A Diony.probat q̃ iſtud reſponſum fuit
per Angelos. (In ſomnis ne redirent
ad Herodem: per aliam viam reuerſi
ſunt in regionem ſuam). Nam deſcẽ
derunt ad mare,& inde per nauem trã
fretantes in Tharſis abierunt propter
quod,vt teſtatur Nico.de Ly. Herodes
iratus naues tharſenſium incendit:iu
xta illam prophetiam.Pſal.In ſpiritu,
id eſt ira vehementi conteret, ſcilicet
B Herodes, vel conteres ô Deus,id eſt
conteri permittes naues Tharſis.¶ Al
legoricè Magi iſti cum ſint primitiæ
gentium ſignificant gentes quæ Chri
ſto erant creditureæ:ſacerdotes,& ſcri
bæ populum iudaicum:qui pro maiori
parte remanſurus erat in infidelitate.
Et quia traduntur fuiſſe tres:ſignificãt
ſecundum gloſſ.gentes ex tribus mun
di partibus Aſia, Aphrica, Europa ad
C Chriſtum venientes.Hærodes verò ſi
gnificat Diabolum.Leo in ſer.Epi.He
rodes Diaboli perſonam gerint cuius
ſicut tunc fuit incentor:ita nunc quo
que eſt indefeſſus imitator.Cruciatur
enim vocatione Gentium,& quotidia
na poteſtatis ſuæ deſtructione torque
tur.Hæc ille.qui hoc loco nõ dixit He
rodem eſſe Diaboli imitatorẽ:ſed ecõ
uerſo Diabolum Herodis.Vterque er
D[go tam herodes quàm diabolus ſecun
dum Chryſoſto.timet ſui regni ſucceſ
ſorem.¶ Anagogicè Magi à Chriſto di
ſtantes,& obſeruantes prophetiã,ſigni
ficãt viatores ſtudioſos verbi Dei.Iſtis
apparet ſtella,id eſt lumen fidei,& gra
tiæ Dei.ducens eos ad Chriſtũ exiſten
tem in Bethleẽ,id eſt domo panis.ſeu
in loco vberi pleno omni ſolatio,Hoc
lumẽ fidei formatæ,& gratiæ Dei per
dunt hoĩes,qui ad Herodẽ,id eſt Dia E
bolũ declinãt,ſed illud recuperãt cum
redeunt ad quærendũ Xp̃m:& tũc tãdẽ
eũ inueniunt,& adorãt in cælo.Et poſt
nunquã reuertũtur per viã,in qua Dia
bolũ inuenerũt,id eſt per viã peccati:
ſed ſemp gradiuntur per aliã,id eſt per
viã voluntatis Dei.¶ Moraliter inſtrui
mur in multis.Primò,q̃ cõfidentes in
auxilio humano nõ requirẽdo,& ꝓpo
nendo diuinũ:perdũt diuinũ eo modo F
quo Magi ſtellã declinãdo ad ciuitatẽ
regiã. Secundo inſtruimur,vt offera
mus Xp̃o tria munera.Greg.in homil.
auro ſapientia deſignatur.Salom.teſte
qui ait.Theſaurus deſyderabilis requi
ſcit in ore ſapientis. Thure autẽ quod
Deo incẽditur,virtus orationis expri
mitur:ſecundũ illud.Dirigatur oratio
mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.
Per myrrhã verò carnis mortificatio G
figuratur.Nato ergo regi aurum offe
rimus, ſi in conſpectu eius ſapientiæ
lumine ſplendemus. Thus offerimus,
ſi per orationẽ ſtuſtia deo recolere va
leamus.Myrrham offerimus, ſi carnis
vitia per abſtinentiam mortificamus.
Hæc ille.Tertiò inſtruimur iuxta do
ctrinã eiuſdem Grego.dicentis.Magnũ
nobis aliquid Magi innuunt:qui in re
gionẽ ſuã per aliã viã reuertuntur.Re- H
gio q̃ppe noſtra Paradiſus eſt:ad quã
Ieſu cognito redire per viam qua veni
mus,prohibemur.A regione etenim no
ſtra ſuperbiẽdo,inobediendo,viſibilia
ſequẽdo,cibũ vetitũ guſtando diſceſsi
mus:ſed ad eam neceſſe eſt vt flendo,
obediendo,viſibilia contẽnendo,atque
appetitum carnis refrenando redea
mus.Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I *Dominica infra octauas Epiphanie. Luc. ij.*

VM factus esset Iesus annorū duodecim: ascendentibus parētibus eius Hierosolymam: secundū consuetudinē diei festi, cōsummatisque diebus cū redirēt, remānsit puer Iesus in Hierusalem: & nō cognouerunt parētes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu venerunt iter diei, & requirebāt eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem: requirentes eum. Et factum est post triduum inuenerunt illū in tēplo sedentem in medio doctorum: audientem illos, & interrogantem. Stupebāt autem omnes, qui eum audiebant: super prudentia, & respōsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit Mater eius ad illū. Fili, quid fecisti nobis sic. Ecce pater tuus: & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me q̄rebatis? Nesciebatis, q̄a in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? & ipsi nō intellexerūt verbum quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subdit⁹ illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Et Iesus proficiebat sapiētia, & ætate, & gratia apud Deum & hoīes.

VM FACTVS ESSET Iesus annorum. xij. &c.) Luc. ij. In presenti Euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt Perditio, Inuentio, Interrogatio. ¶ Quantum ad primum literaliter sciendum est: quòd sicut habetur Exo. xxv. ter in anno omnis masculꝰ populi de Israel tenebatur cōparere in Hierusalē in tēplo ante cōspectū Dei. s. in die Paschæ: in die Pēthecostes: & in die festo Tabernaculorū. Sed cū his q̄ multum distabāt ab Hierusalē erat dispēsatū quo ad duo vltima festa: & tales erāt Galilæi, Vnde Luc. ij. dicitur. Et ibant parentes eius. s. Xp̄i per oēs annos in Hierusalē in die solēni Paschæ. Et q̄ dicitur. Mat. xj. lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem nō sic intelligitur: quasi in natiuitate, aut morte Ioānis lex defecerit habere videtur obligationis: vt dictum est in die Circuncisionis. sed q̄ vsque tūc sola lex vigebat, & abinde vsque ad Passionem Xp̄i currebat cū Euāgelio, sic q̄ ipsa obligabat. Vide de his si vis rē habere subtiliter. c. iiij. dist. j. q. iij. Dicit ergo beatꝰ Lu.) Cū factꝰ esset Iesus annorū. xij.) Sicut autē dicit beatus Greg. Xp̄s secūdū ætatis mēsuram ostēdebat sapientiæ signa. Vnde eo tēpore cœpit ostendere sapientiam suā sapiēter interrogādo doctores quo apud nos consueuit habetur rōnis vsus in. xij. anno. Sciēdū est autē q̄ anni discretionis quāuis assignentur cōmuniter esse quo ad masculū. xiij. & quo ad fœminā. xij. tamē ingenia excellentia cuiusmodi erat ingeniū Xp̄i, hoc tempus anticipabant: nec reputabatur miraculosum, seu supernaturale q̄ puer in anno. xij. ostenderet vsum rōnis: sed erat signū excellentis ingenij. Sed cōtra: q̄a ex his videtur sequi, q̄ ante hoc tēpus homo nō possit mortaliter peccare. quod est falsum. Ad hoc dicit ex doctrina sancti Tho. iiij. dist. xxvij. q̄ō. ij. q̄ secundū Arist. j. Ethi. triplex est statꝰ hominis secundum rationē. Primus est ante primū septēniū: secundus est ante secundū septennium: & post primū: tertius est ante tertiū, & post secundū. In primo homo neque per se, neque p̄ aliū p̄t esse intelligere: vnde & communiter peccare nō potest, quāuis aliq̄ etiam ante primū septēniū aliqui peccēt mortaliter. eo q̄ acceleratur in eis vsus rationis. Vnde & puer de quo narrat Greg. in dialogo. qui fuit dānatus nō erat annorū septem. Et dicit. S. Tho. q̄ cum sponsalia possint contrahi in septēnio: non est mirū si ante possit quis peccare mortaliter. quia minus iudiciū requiritur ad peccandū mortaliter quā ad cōtrahendū spōsalia: quia ad primū sufficit iudicare de præsenti: & ad secundū oportet iudicare de futuro, quod quis pondet. In secundo autem statu homo iam potest intelligere ab alio: nō tamē per seipsum solū inueniendo, sapiētiā. Ideo tunc pueri mittuntur ad scholas, & possunt peccare mortaliter. In tertio vero homo habet perfectū vsum rationis, intelligendo ab alio, & per seipsum inquirendo veritatem. Hæc omnia ex S. Tho. (Ascendentibꝰ parētibus eius Hierosolymā secundū consuetudinem diei festi) Ista patent ex dictis. (Consummatisque diebus) Diebus inquām septē quibus solēnitas durabat quāuis nō omnes essent q̄aliter solēnes. Sed glo. dicit quod durabat diebus octo: cō putans illā diē à cuius vesperis incipiebat solēnitas (Cū redirēt remānsit puer Iesus in Hierusalē) nō à casu, vel oblīuione: sed studiosē: vt à puerītia ostēderet zelum suū circa spiritualia (& nō cognouerunt parētes eius) Beda. Sed quæreret aliquis quomodo Dei filius tanta parentum cura nutritus: potuerit obliuiscendo relinqui? Respondendum est. quia filijs Israel moris fuit, vt temporibus festis: vel Hierosolymam confluentes, vel ad propria redeuntes: seorsum viri, & seorsum fœmine incederent. infantesque vel pueri cū quolibet parente indifferenter ire potuerunt. ideoque Mariam vel Ioseph vicissim putasse puerum Iesum: quem secum non cernebant cum altero parente reuersum. Hæc ille. Vnde sequitur. Existimantes autem illum esse in comitatu mulierum quo ad Ioseph: vel virorum quo ad Mariam (venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos) videntes q̄ secum non erat. ¶ Moraliter instruimur, quod Christū p̄pter quatuor perdimus sæpe. Primō propter ineptam

I lætitiam, & mundana prosperitatem. Nam virgo fugiendo in Aegyptum illum non perdidit, sed eundo ad solenne festum. ¶ Secundò, propter distractionem, & perturbationem, quia virgo illum amisit in turba recedédo ab Hierusalē quæ interpretat̃ visio pacis. Tertiò propter vanam fiduciā in sapientia in fortitudine, in constantia in diuitiis & huiusmodi, quia beata virgo perdi-
K dit eum confidens ꝙ esset cum Ioseph. Quartò, propter ignorantiā eorum quę Dei sunt: quia dicitur ꝙ non cognouerunt parentes eius. ¶ Quantum ad secū dum sciendum est literaliter, ꝙ nemo sine dolore perdit, quod cū amore possidet, vt dicit Greg. Isti ergo valde doluerunt de amisso Iesu. Vnde sequitur.
Et non inuenientes regressi sunt in Hie
L rusalem (festinanter) requirentes eum. Et factū est post triduum inuenerūt illū (quia dicit gl. ꝙ vna die egressi sunt ab Hierusalē secunda verò quæsierunt eum inter cognatos & notos, tertia vero regressi sunt in Hierusalē & inuenerunt quod nō est sic intelligēdum, quasi ipsa tertia die inuenerint, sed quarta quia dicit textus quod post triduum inuenerunt illum (in tēplo) nō in theatro vel in foro, vel in ludo sicut solēt pue
M ri inueniri, sed in loco orationi, & doctrinæ deputato (sedentē in medio doctorum) vt melius omnes posset audire & interrogare. De qua materia loquerentur & quare sic conuenissent doctores in templum ad conferendum nō est certum. Probabile tamē est quod dicit S. Vincentius. s. quod loquebantur de tempore aduentus Messię an esset completum (vt tunc erat opinio communis vel non & fortè de hoc fiebat disputatio (audientem illos) quia decet puerū N quamuis eruditum, vt dicit Orige. potius audire magistros, quam velle docere. (& interrogante) Interrogabat autē, vt idem Orig. ait: nō vt aliquid discere: sed vt erudiret. Et vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare sapienter & respondere. Hæc ille. Est aūt notandum ꝙ S. Tho. iij. q. xij. arti. iij. te
O net ꝙ Christus nihil ab homine didicit: quia ipse est caput omnium hominum non solū in gratia, sed etiam in veritate, & doctrina, iuxta illud Io. xvj. in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati. In quolibet autem genere motus, primum mouens nō mouetur illo motu fuit autē quantum ad scientiam acquisitam doctus à deo qui sic docet per
P res factas à se sicut homo per voces. Sed contra. Nam cum Christus à principio nesciuerit omnia secundum scientiam experimentalem: ipse, sicut & quilibet audiendo sermonem significatiuum, Q terāt discere ꝙ nesciebat. Sol. Non accommodauit auditum doctrinæ sermonibus, nisi eo tempore quo iam potert talia experimentaliter didicisse: qua oportuna ætas requiritur adhoc vt homo accipiat scientiā sicut per inuentionem ita & per disciplinā. Ipse aūt nihil fecit, quod nō cōgrueret ætati. Hæc ex illo. Vide de his infrà feria. iij. post dominicam. iiij. in quadragesima (Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius, Græcus. Quærit rationabiliter, audit prudēter, respondetq; prudentius quoc stuporem faciebat. Hæc ille. (Et videntes

A tes admirati sunt. Ex his elicitur, quod dominus licet in sua pueritia non fecerit miracula, tamen mirabilis habebatur. Beda. Diuinam linguam sapientia prodebat: sed infirmitatem ætas prætēdebat humanam. Hęc ille. Sed quo modo potuit admirari virgo quæ sciebat eum esse Deum? Respondeo quod licet sciret eum scire omnia per fidem, &
B sapientissimum esse tamen hoc non videbat per experientiam ante. Ideo autem ista fuerunt ei magna, & aliquo modo incognita, & consequenter causa admirationis ratione magnitudinis, & ratione ignorantię. ¶ Moraliter Iesus ab anima perditus recuperatur per quatuor cōtraria his quibus perdit. Primò enim inuenitur per mundani gaudii exclusionem quia virgo dolens quæsiuit eum.
C Secundò per cordis pacificationē quia reuersa est in Hierusalē, vt eum inueniret. Tertiò, per deuotam orationem, & audientiam verbi Dei: quia inuenit eum in templo, id est in loco orationis, & doctrinæ. Quartò, per completam satisfactionem, & spiritualium contemplationem: quia inuenit eum post triduum in medio doctorū. Hi enim tres dies sunt, cōtritio cordis, confessio oris
D satisfactio operis, & sine his tribus in actum vel proposito non inuenit Christus. Notandum est etiam Christus tanquam media persona in diuinis, & tanquam mediator Dei & hominum, quantum semper dilexerit medium, in quo consistit virtus: quam extrema exellentia corrumpunt. Nam conceptus est in medio dierum, & noctium, id est æquinoctio, quia mense. vj. à conceptione Ioannis quæ fuit in æquinoctio autumnali. Et natus in medio noctis Sap. E xviij. dum medium silentium tenerent omnia. Et positus secundum aliquos in diuersorio: quod est platea in medio domorum: vel si fuit natus in crypta ibi fuit reclinatus in medio duorum animalium: vt posset dici illud Esa. j. Cognouit bos possessorem suum, & asinus &c. Et in medio doctorum inuentus, & crucifixus in medio latronum: in medio terræ. i. in quarto climate. iuxta il- F lud Psal. Operatus est salutem in medio terræ scilicet nostræ habitabilis. Et post resurrectionem stetit in medio discipulorum. Io. xx. Et post ascēsionem apparuit Ioanni in medio candelabrorum aureorum. Apoc. j. ¶ Quantum ad tertium literaliter sciendum est, quod beata virgo interrogauit Christum nō autē Ioseph: quia non est ausus: cū firG miter crederet eum esse deum beata autem virgo ausa est: propter excellentissimum amorē ad filiū. Excellens em̃ amor dām nescit. De hoc ait Gracus. Miranda dei genitrix Maria Maternis affecta visceribus quasi cū lamentis in quisitionē dolorosam ostēdit & omnia sicut mater, & fiducialiter, & humiliter & affectuosè exprimit. Hæc ille. Vnde dicitur (Et dixit mater eius ad illum) Ioseph enim nunquam legitur eum al- H locutus, sed mater, quæ in hoc erat maioris fiduciæ. secūdum Gorram. Primò quia erat vera mater, & secundò, quia erat maioris charitatis quæ foras mittit timorem. j. Ioan. iiij. c. (Fili quid). j. propter quid feci sti nobis sic:) quasi diceres intulisti nobis maximum dolorē. Vnde subditur. (Ecce pater tuus) Appellat autem Ioseph patrem secūdum

I Orig. Vel quia ita erat in opinione vulgi. vel quia educaui puerum (Et ego) Ecce qualiter virgo honorat coniugem eum sibi præponendo (dolẽtes quærebamus te) non quia crederẽt posse perdi puerum: quem Deum credebant, vt dicit Orig. sed quia timebant, vt idem ait: ne ascendisset cœlum, quando post modum voluisset descensurus. Vel secundum Glo. timebant ne sicut Herodes voluit, & non potuit occidere: & ita
K alii occidissent. (Et ait ad illos. Quid est quod me quærebatis) scilicet inter consanguineos. q.d. Magis sum quærendus in occupatione circa spiritualia. Vnde subditur. (Nesciebatis: quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse:) Et in hoc secundum Cirillum, voluit se asserere verum Dei patris filiũ
Not. quem plus sua matre, & suo putatiuo
L patre diligebat. (Et ipsi non intellexerunt verbũ quod locutus est ad illos.) Et hæc secundum Bedam, quia de sua diuinitate loquebatur. Vel secundum Orig. quia nesciebant si per ea quæ patris sui sunt vellet intelligere templum vel aliquid altius templo id est animas iustas quę sunt possessio Dei, & in quarum medio est Deus. Vel forte potest dici ꝙ ipsi intellexerunt quidem quod
M de suo cœlesti patre loquebatur: sed tamen quid per illa verba vellet innuere non intellexerunt. Et sic non intellexerunt hæc verba quantum ad finem gratia cuius ea puer Iesus est locutus. Et forte hoc voluit dicere. Orige. Volebat enim innuere, secundum Gorram, quod ad ipsum pertinebat templi, & spiritualium gubernatio, sicut ad patrem & hoc ratione diuinitatis suæ. Et forte etiam sic intellexit Beda: quam-
N uis etiam posset dici quod Beda existimauit eos non intellexisse quod de sua diuinitate id est patre diuino loqueretur: quia licet crederent eum filium Dei, tamen non consueuerat adhuc de sua diuinitate loqui. Et hoc magis credo eum sensisse. Igitur illa verba non intellexerunt in se iuxta Bedam: quia non bene acceperunt illud non me pa-
O ter, vel non intellexerunt ea quantum ad eorum finem, iuxta Origenem. (Et descendit cum eis) ad eorum consolationem) & venit Nazareth, & erat subditus illis: ad nostræ superbiæ confusionem. (Maria autem conseruabat omnia verba hæc) quæ intellexerat: & quæ nondum intellexerat. vt ait Beda (conferens in corde suo vt intelligeret non intellecta, & lætaretur in intelle-
P ctis, secundum illud Lętatus sum in his quæ dicta sunt mihi. Nam vt ait Beda, fuit discipula christi, cuius verba non vt pueri: sed vt Dei ruminabat. ¶ Ad intellectum autem eorum quæ sequuntur oportet videre de gratia & sapientia Christi. Quãtum ad primum sciendum ex doctrina Sancti Thom. iij. parte quæstio. vij. &. viij. quod in Christo fuit triplex gratia, scilicet gratia vnio-
Q nis: quæ est ipsum vniri humanæ naturæ ad personam diuinam: & gratia habitualis id est gratum faciens, & gratia capitis, id est secundum quem est eccle siæ caput: sed istæ duæ sunt essentialiter eadem. Prima gratia est infinita sicut & illa persona. Secunda verò est quidem finitum quoddam ens: sed tamen est illud ens infinitum secundum
mi

A mitatur in ratione gratiæ, sed habet omne quod potest ad' gratiam pertinere Et enim nulla alia gratia puri hominis potest ęquari: licet sit finitum ens: quia non sunt vnius rationis: cum vna ad aliam cõparetur sicut particularis virtus ad vniuersalem, sicut etiam nec virtus ignis crescendo potest æquare virtutem Solis. Ista autem gratia augeri
B non potest quod sic patet. Nam aliqua est forma quæ augeri nõ potest ex parte quando scilicet, non est apta perfectius inueniri in aliquo: sicut calor ignis non potest esse maior. Est enim in omnibus formis aliquis terminus præfixus vltra quem non possunt inueniri. Aliqua verò est quæ augeri non
C potest ex parte subiecti: quia scilicet natura subiecti non patitur maius augmentum: sicut calor summus, quem aeris natura patitur augeri non potest isto modo. Ista ergo gratia neutro modo potuit augeri. Nõ primo modo quia terminus formarum sumitur à fine ad quem ordinatur. Ordinatur autem ista gratia ad vnionem ad Deum, quę vnio ibi tanta fuit quod non potuit esse aut inueniri maior: quia fuit in persona. Similiter neque secundo: quia illud subiectum semper fuit in termino: quia
D Christus semper fuit glorioſus. Hæc omnia ex Sancti. Thoa. Quantum ad secundum sciendum est quod ex doctrina eiusdem tertia parte quæstio. ix. & x. &. xj. &. xij. quod in Christo fuit quadruplex, scientia. Prima fuit diuina secundum quam scit omnia, quę fuerunt sunt, & erunt, & esse possunt quacunque virtute. Alia fuit scientia beata: quia inquantum homo glorioſus videt in verbo omnia, quæ fuerunt, sunt, & E erat: quia omnia ista ad ipsum pertinẽt cum sit omnium dús: & consequẽter ad beatitudinem eius pertinet, quod illa cognoscat. Non tamẽ nouit omnia quę esse possunt quacunq; virtute. s. creaturæ, & Dei quia sequeretur quod inquãtum homo cõprehenderet totum quod Deus potest facere: & consequenter to tam potentiam Dei: & consequenter
F Deum. Cognoscit tamen omnia quæ esse possunt virtute creaturæ quam cõprehendit. Et quia in potentia creaturæ sunt infinita, secundum hanc scientiam scit infinita. Tertia est scientia indita vel infusa qua cognoscit eo modo, quo angeli boni & mali & animæ separatæ per species infusas à deo: & nõ acceptas, & sensu Assumpsit enim animam perfectam: & consequenter intellectus eius non fuit priuatus eo G ad quod erat in potentia. Per istam cognouit omnia: quæ naturaliter scire possumus: & omnia quę per potentiam obedientiæ scimus: vt omnia mysteria gratiæ quæ reuelantur hominibus, & etiã ipsas substantias separatas: eo modo quo anima separata, & etiam omnia singularia. Quia enim illa anima erat perfecta, fuit actuata omnis eius potentialitas, tam naturalis, quam obedien- H tiæ. Sed intellige hoc dictum S. Tho. de potentia obedientiæ in ordine ad potentiam Dei ordinatam: non ad absolutam: quia Deus posset etiam modo species creare: & earum similes intellectui Christi imprimere. Quarta fuit scientiam experimentalis, seu acquisita: per hoc qudd intellectus eius ageus: abstrahebat à sensibilibus,
spe

I ſpecies intelligibiles. Nō enim debuit tam nobilis potentia eſſe otioſa. Secundum iſtam ſciuit omnia ſcibilia lumine naturali intellectus agentis ideſt omnia ſenſibilia: quanuis non omnia ſit expertus: quia propter excellentiam ingenii ex paucis ex partis cognouit alia. Dicit ergo beatus Luc. (Et ieſus proficiebat ætate) & in hoc non eſt dubiū quo ad aſſumptam naturam (& ſapiē-
K tia & gratia) hoc quidam vt Grego. Nazan. & Theo. exponunt, quo ad ipſam apparentiam, & manifeſtationem ſapientiæ & gratiæ & non quo ad verum augmentum ipſorum habituum Quæ expoſitio vera eſt, quo ad primū: quia chriſtus in omni ætate operabatur cōgruentia tempori: ſed tamen quantum ad ſecundum, eſt etiam vera de gratia
L quæ ſecundùm habitū non potuit augeri: non autē de ſapientia: quia ſecundū ſcientiā acquiſitam verè, & realiter profecit, vt patet ex dictis. Dicendū eſt ergo ꝙ proficiebat ſcientia experimētali & gratia non quo ad ipſum habitū. ſed quo ad ipſos effectus gratiæ: vt dicit. S. Tho. vbi ſuprà quia ſcilicet continuè exercebat opera virtuoſa in quibus merebatur. De hoc ſcilicet chriſti merito vide. S. Tho. iij. par. q. xix. quæ.
M xxij. q. xxxiij. q. xlvj. &. q. xlviij. &. iij. diſt. xviij. & de veri. q. xxvj. Ibi enim tenet quòd chriſtus merebatur quolibet actu: & ꝙ meruit ſibi gloriā corporis, ſcilicet immortalitatem, & impaſsibilitatem, & huiuſmodi: & ea quæ pertinent ad excellentiam eius exteriorem ſicut eſt aſcenſio: non autem gloriam animæ, nec ſcientiam, nec gratiam, nec
Nota. deitatem, nec virtutes. Gorram tamen expon it ꝙ proficiebat in aliis: ſicut cō N ſueuit dici ꝙ talis magiſter multū proficit: quia ſcilicet proficiunt diſcipuli eius (coram deo & hominibus.) ideſt in his quæ ſunt dei, & hominum. Vel coram deo, & hominibus ideſt appareter quo ad homines: vt vere quo ad deum. Hominibus enim non conſtat euidenter aliquis horum profectum licet eis per exteriora appareat. Sed contra prē- O dicta arguitur per Nic. de ly. quia duo habitus eiuſdem rationis non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto, vt omnes affirmant: ſed ſcientia indita, & acquiſita ſunt eiuſdem rationis: ſicut & oculus productus a natura, & miraculosè datus: ideo chriſtus, inquit, non habuit experimentalem ſcientiam. Iſta difficultas prolixum exigit ſermonē. quia de hoc certant Pau. Bur. & Replicatur ꝙ contra eum ſed qui ſubtiliter vult vrgere veritatem, videat c. iij. ſ. di. xiij. Quantum ad rationem tamen Nicol. de ly. dico. Primò ꝙ aliqui habitus non ſunt vnius rationis: licet ſint de eodem obiecto materialiter. Nam tam natura lis quā aſtrologus demonſtrat eandem concluſionem ſcilicet ꝙ terra eſt ſphe rica: & conſtat ꝙ ille ſcientiæ non ſunt eiuſdem rationis, eo ꝙ ſunt per diuerſa principia. Vnitas enim ſcientiæ ſumitur ex vnitate obiecti: diuerſitas verò ex diuerſitate principiorum: vt patet j. poſteriorum. Dico ſecundò, quod ſecundùm aliquos ita eſt in propoſito ſic ꝙ ſcientia indita, & acquiſita ſunt per diuerſa media. ideſt per ſpēs infuſas, & acquiſitas, quæ licet ſint aliquando eiuſdem rationis. i. qñ repræſentant idem eodē modo. vt ſpēs geometricales

A les quas habuit Salomon diuinitus, vel ſaltē Adam, & quas nos habemus: vt patet j. q. xciiij. ar. iij. ad primum: tamen aliquādo differunt ratione & ſpecie: vt chriſto, & qualibet anima ſæparata: vt patet iij. q. ix. ar. iij. Dico tertio ꝙ quic quid ſit de hoc: tamen iſtæ ſcientiæ in chriſto. ſ. ſcientia indita, & acquiſita nō fuerunt de eodem formali, & adæquato
B obiecto, vt patet vbi ſupra imò nec de eodem partiali eodem modo. quia aliter repræſentant: vna ſcilicet naturam communem tantum: reliqua verò. i. infuſa etiam indiuidua. Nec eſt ſimile de oculo, quia à quocūq; producatur habet idem obiectum adæquatum & formale: non autem habitus, & ex eiſdem principiis viſus fertur in rem viſam, non autem illi habitus: quia differunt
C ſpēs infuſæ ab acquiſitis in repræſentādo: cum repræſentant naturam vniuerſalem non præcisè: vt acquiſitè: ſed cū indiuiduis, & accidentibus: vt dictum eſt. Si tamen inter ſpecies iſtas non eſſet differentia niſi per eſſe acquiſitas à rebus, & datas à deo: vt iſte credidit nos credere, eſſent eiuſdē rōnis, ſicut & oculus datus à natura, & à deo. ¶ Moraliter in toto iſto Euangelio mater in-
D ſtruit matres quomodo ſe habeant ad filios: quia dicunt ad eos habere diſcretum amorem: eos à pueritia aſſue faciēdo ſpiritualibus, & timorem ne cadant in manus Archelai, vel alterius inimici, ideſt diaboli. & correctionem maternā quæ eſt cū amore, & diſcretione interrogādo potius, quā cōuiciādo, maximè qñ ſunt māſueti. Secūdò, filius inſtruit filios, vt ad patrē cæleſtem ſe habeant reuerenter, eū præponendo aliis Ad patres verò ſpirituales vt ſunt docto E res: ita ſe habeant quaſi audientes, & interrogantes, & rūdētes: non vt arguētes neq;, quod frequēter accidit: vt beneficiū nō recognoſcētes. Ad patrē verò & matrē carnalē ſe habeant obedienter. Erat enim chriſtus ſubditus illis.

In octaua Epiphaniæ. Mat. iij.

VEnit Ieſus à Galilæa in Iordanē ad Io F annem, vt baptizaretur abeo. Ioannes autem prohibebat eum, dicēs: Ego à te debeo baptizari. & tu venis ad me. Reſpondens autē Ieſus dixit ei: Sine modo: ſic enim decet nos implere omnē iuſtitiam. Tunc dimiſit eum, G Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit ſpiritum dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. H

VENIT IESVS A GAlilea in Iordanē &c) Matt. iij. In præſenti Euan. tanguntur tria pūcta, quæ ſunt Recuſatio, Reprobatio, Poteſtatio. Quantum ad primum literaliter ſciēdum eſt: quòd Ioannes ex humilitate baptizare chriſtum recuſabat. Porro de iſto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iisto Ioannis baptismate multa scripsimus super Euangelio in sabbato ante quartam dominicam Adnentus. Nunc etiam scĕdum ex doctrina. S. Tho. iij. par. q. xxxviij. quòd christus debuit baptizari. Primó, secũdùm Amb. & Chry. & alios sanctos, vt sanctificaret aquas. Secundò, vt dicit Chry. quòd susceperat naturam peccatricem, & similitudinem carnis peccati: ideò voluit explere quæ tali naturæ congruebant in aliis, & si non in se. Tertiò, secundũ Augu. vt faceret ꝙ præcipere valebat, Sũt autem aliæ causæ præter istas, secundũ Chrys. scilicet, vt testimonium acciperet à Ioanne & vt eius prædicationem confirmaret, & vt ostenderet testimonium eius fuisse verũ, quo dixerat veniet fortior me, &c. quod factum, est in cæli apertione. Et præter has ponit ad huc alias Damascenus: vt. S. Trinitatis mysterium reueletur in voce, & columba, & assumpta humanitate: & vt sit typus & subscriptio nobis ad baptizandum ideſt vt nos exemplo eius baptismum suscipiamus. Non autem debuit baptizari baptismo spirituali: quia in tali ipse est primum mouens, & sanctificans ideo non debuit moueri ab alio.

Sed baptizari debuit baptismo Ioannis, cum ipse suo proprio baptizaret. Primò quia ipsi nõ competebat baptismus in spiritu. Secundò: secundùm Bed. & magistrum hist. vt approbaret baptismum Ioannis tertio secundùm Gregor. Nazan. vt sanctificaret aquas: & propter alia supradicta. Est autem sciendum quòd secundùm Augusti. & Chrysosto. christus quando baptizatus est compleuerat trigesimum annũ, & incœperat trigesimũprimum tredecim dies habens de illo. Et secundùm istam opinionem Christus vixit triginta duo annis & dimidio ideſt tantum plus quantum fluxit à natali ad pascha. Sed secundùm Magistrum hist. & alios quorum opinio communiter tenetur tunc christus incœperat trigesimum annum tredecim dies habens de illo: & secundùm hoc vixit triginta duo annis cum dimidio: quia vt testatur idem Magister histo. eadem die anno reuoluto conuertit aquam in vinum: & sequenti paschate trigesimi primi anni incarceratus est Ioannes & in paschate sequenti trigesimi secundi anni decollatus est, & in tertio paschate vigesimitertii anni crucifixus est dominus. Conuenienti ergo ætate baptizatus est dominus secundùm. S. Tho. vbi suprà Primo ꝙa baptizabatur quasi ex tunc incepturus prædicare: ad quod requiritur ætas perfecta quæ est xxx. annorum. Nam Ioseph dominum Aegypti, & Dauid regnum Israel, & Ezechiel. prophetiam xxx. anno accepit. Secundo quia in tali ætate possunt omnia peccata cadere in homine: & ideo vsque tunc seruauerat legem, quã soluere volebat: ne dicerent Iudæi ꝙ soluebat legem, quia eam implere non poterat. Tertiò, vt ostendat baptismũ viro perfectos generare. Nec tamen his quibus periculum imminet debent vsque ad illam ætatem differre baptismum. Et nota quòd Daniel sapientia in pueritia est monstrata: quia nõ fuit datus omnibus in exemplum, vt christus existens ergo. xxx. annorum) venit Iesus à galilea in Iordanem ad Ioannem

nem vt baptizaretur ab eo.) Vbi sciendum est ꝙ secũdùm. S. Tho. vbi suprà christus debuit in Iordane baptizari: quia per illum filiũ Israel terram promissionis intrauerunt: sicut nos regnũ cælorũ per baptismum intramus. Vnde & helias rapiendus in cælum in curru igneo eius aquas diuisit, vt habetur iiij. Reg. ij. significans ꝙ per aquam baptismi, & ignem spiritussancti patet nobis aditus in cęlum. Non autem debuit baptizari in mari rubro: quia significauit baptismum inquantum in eo remittuntur peccata, non inquantum aperit ianuam quòd est principalis eius effectus: sed ista modo illum figurauit trãsitus Iordanis. Et nota quòd. vt dicit Augu. in ser. Epipha. multa miranda facta sunt in hoc flumine Nam aquæ eius abierunt retrorsum: & sic modo peccata retrosum cõuersa sunt: & aquæ eius fuerunt diuisæ: & sic modo in eo christus fecit diuisionem peccatorum. Ioannes autem prohibebat eum sciens cũ verum deum, & lauacro non indigere: secundùm Hila. Sed contra quia si sciebat eum verum deum, tenebatur concordare eius voluntati: & non prohibere eum. Ad hoc dicitur quòd Ioannes nesciuit an christus requirens baptizari: faceret tentando eius humtlitatem: an exprimendo suam diffinitam volũtatem. Ideo prohibendo non discordabat à voluntate diuina: volendo seruare humilitatem ꝙ. Quia tamẽ secũdũ gl. spiritus in momento eum docuit quod prius nescisuit, ideo benefecit illum admittẽdo (dicens. Ego à te debeo baptizari, quãuis esset ab originali mũdatus rõne dicta in prędicto euãgelio. Vel, vt dicit magister histo. Ioan. loquitur in persona humani generis. Vel secundũ glo. à te debeo baptizari ideſt mundari ab originali: quòd secundũ. S. Tho. super Mat. intelligitur quãtũ ad infectionem naturæ, non personæ: cũ iam esset sanctificatus (& vt venis ad me quasi diceret secundũ Chry. super Mat. Est alia ratio vt tu me baptizes quatenus iustus efficiar: non aut ꝙ ego te baptizem: quia neque tu indiges: neque ego sum dignus.

¶ Moraliter: qui vult baptizari debet venire à gallilea. i. trãsmigratione vitæ præteritæ in Iordanem. i. descẽsum humilitatis Qui enim ad baptismum fictus accedit non consequitur gratiam dei: & si consequatur characterem. De hoc vide. iij. q. lxix. &. iiij. di. iiij.

¶ Quantum ad secundũ literaliter sciẽdũ est: ꝙ christus nõ acceptauit sed repudiauit excusationẽ Ioãnis. vũ sequitur (respondens autem Iesus dixit ei Sine modo) ideſt permitte nũc. s. me baptizari à te: Hiere. Pulchrè dixit modo: vt ostenderet christũ in aqua ab Ioanne. Ioannẽ aũt à christo in spiritu baptizandũ Hęc ille. Et in hoc dicit Chryso. super Mat. ꝙ ostẽdit christũ postea baptizasse Ioannẽ etiã in aqua. & hoc expresse scriptũ legitur in quibusdã libris apocriphis Cum enim dicitur sine mõ. s. in præsenti subintelligitur. q. d. alias. i. in posterũ ego signantè baptizari baptismo meo à mẽ. (Sic enim decet nos) maiores qui exemplum sumus aliorum implere omnem iustitiam (. i. humilitatem sufficientem, & perfectã, & superabundantẽ secundũ Raba. Iusticiã eñ aliqñ sumitur, vt est specialis

virtu

I virtus cardinalis. Aliquando ſumitur pro omni virtute, & ſic humilitas eſt iuſtitia, cuius ſunt tres gradus ſecundum.S.Tho.vbi ſupra & Hugo.cardi. Primus eſt ſubiicere ſe maiori: & non præferre æquali, quod eſt humilitatis ſufficientis. Secundus eſt ſubiicere ſe æquali & nõ præferre minori:quod eſt humilitatis perfectæ.Tertius eſt ſubiicere ſe minori:quod eſt ſuperabundãtis. Et hæc fuit in Chriſto reſpectu Io. K Vel ſic.i.cũ humilitate, & ſupernè decet nos implere omnẽ iuſtitiã, & omnẽ veritatem,& omne præceptũ Dei: acſi dicatur quòd humilitas in omnibus decet. Vel ſecũdum Chryſ.ſic.i.prius faciendo, & poſtea docẽdo:decet nos implere,&c. Vel ſic.i.dãdo bonum exemplum.decet nos implere omnẽ iuſtitiã. i.inducere ad implẽdum omne præceL ptum:ſecũdum glo. Vel ſecundum Bedam implere omnẽ iuſtitiam.i.inducere ad baptiſmũ in quo datur plena iuſtitia.(Tunc dimiſit illum).i.permiſit eum vt à ſe baptizaretur. ¶Moraliter inſtruimur quòd veræ humilis cuiuſmodi erat Ioannes eſt etiam obediens. Pertinaciter enim reſiſtere nõ humilitatis, ſed ſuperbiæ indicium eſt: quod etiam experimẽtum probat,quia comM muniter qui cõtra obedientiam dignitates fugiunt etiam cõtra obediẽtiam, & contra virtutem eaſdem requirunt, vel ſuã humiliationẽ ferunt impatienter.ſicut filii Iſrael recuſantes arma ſumere, pro terra promiſsionis ad imperium domini eandẽ ſine eius licẽtia armati voluerũt intrare:vt patet Nume. xiiij.& Deut.j.c. ¶Quãtum ad tertium ſciendum eſt literaliter quòd baptizato Chriſto debuerũt aperiri cœli iuxta N doctrinam S.Tho.iij.par.q.xxxix.quia Chriſtus baptizabatur ad dãdam efficaciam baptiſmo noſtro:ideo debuerũt tunc oſtendi ea quę ad baptiſmi noſtri efficaciam pertinẽt:quæ ſunt cœleſtis virtus:& fides eccleſiæ cum fide baptizati à quibus habet efficaciam:& apertio cœleſtis ianuæ: quæ fit per eius efficaciam.Apertũ eſt ergo cœlum ad ſignificandum quòd cœleſtis virtus ſanctificat baptiſmum,& quòd per fidẽ intuemur cœleſtia: & quòd cœlum virtute baptiſmi intramus.Aperti ſunt autem Chriſto oranti ad ſignificandum quòd oratio eſt nobis neceſſaria poſt baptiſmum propter fomitẽ remanentem, & propter varia tentamenta. Vel ad ſignificandũ quòd nobis aperiuntur virtute orationis Chriſti. Dicit ergo (Baptizatus autẽ Ieſus:cõfeſtim aſcendit de aqua) quia alueus fluminis habebat eminẽtes ripas. Cõfeſtim in qua ſignũ quòd baptizatus ſi moriatur ſtatim euolat:vel ſit particeps vitæ cœleſtis ſecundũ Chry.(Et ecce aperti ſunt ei cœli non ſecundum corporalẽ aperturam: vt dicit beatus Hier.ſed ſecundum ſpirituales oculos.Et rationẽ aſſignat Chryſ.ſuper Matt.quia ſi fuiſſent cœli corporaliter aperti non dixiſſet Q Euangeliſta: aperti ſunt ei cœli: quia quod corporaliter aperitur oĩbus aperitur. Aperti ſunt ergo vt dicit S.Tho. vbi ſupra ſecundum viſionẽ vt innuit Mar.qui dicit quòd vidit cœlos apertos. & hoc ſecundum viſionẽ corporalem ſecundum glo.& Bed.inquantum tantus fulgor circa ipſum apparuit, vt cœlum patuiſſe videretur, vel ſecundũ imag

A imaginariam: vel ſecundum intellectualem vt dicit: inquantum ſcilicet Chriſtus vidit cœlum quod humano generi fuerat clauſum tunc eſſe reſeratum.Nec obſtat ſi dicatur,quòd ſecundum hoc cœlum non fuiſſet apertum Chriſto, ſed humano generi. Ad hoc enim dicit Chryſ.vbi ſupra.&.S.Tho. ſuper Matth.quòd id quod meritò alicuius ſit dicitur ei fieri ſicut rex alicui B pro alio ſupplicanti dicit. Concedo tibi hoc vel illud, non autem illi. Et ſic cœlum apertum fuit Chriſto:quia merito eius fuit apertum. Fuit autẽ apertum cœlum per ſplẽdorem ſiue ſecundum viſionẽ baptiſmo:in ſignum quòd per baptiſmũ patet nobis auditus eius. In paſſione verò per impedimẽti amotionem:& per pretii ſolutionem: & in reſurrectione: per gloriæ collationem C in qua Chriſto collata eſt gloria corpori conſequenter ius habendi locum in cœlo, ſecundum corpus:& in aſcenſione per effectus oſtenſionẽ:quia tunc Chriſtus quaſi nos in poſſeſsionem poſuit, & in baptiſmo noſtro per virtutis perfectionem. quia.ſ.in eo dantur nobis virtutes,quibus digni reddimur ad ingreſſum. Verumtamen vt probat S. D Tho.iij.parte.q.xlix art.j. in paſsione proprie apertum eſt nobis cœlum in qua abſoluti ſumus à pœna, & culpa peccati naturę quod eſt peccatum primi parentis. Imo etiam liberati ſunt à peccatis propriis qui per fidem: charitatem,& ſacramẽta communicant paſsioni Chriſti.Hęc ex illo.(Et vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam) Vbi aduertendum eſt iuxta doctrinam S.Tho.iij.parte. quòd conue-

Aurea

nientiſsimè tunc apparuit ſpirituſſanE ctus.Nam ſecundũ Chryſ.ea quæ tunc gerebantur erant figura eorum quæ in noſtro baptiſmo erant gerenda, in quo ſpirituſſanctus inuiſibiliter deſcendit: in illa autem columba apparuit ſpirituſſanctus. Nõ eo modo quo filius Dei in homine aſſumpto: quia ſicut filius Dei dicitur homo: ita ſpirituſſanctus diceretur colũba ratione vnionis perſonalis. Nec viſione imaginaria: quia F nũquàm vllus dubitauit(vt dicit)quin oculis viſa ſit. Neque ſicut Chriſtus in petra ſe ſignificante.quia iſta columba tunc repente extitit poſtea repente ceſſauit: ſicut flamma rubi. Apparuit ergo,vt dicit,ſpirituſſanctus in columba: non ratione vnionis ad illã ſed ratione ſignificationis. quia.ſ.illa columba ſignificabat ſpiritum ſanctum, vel ratione ſpiritualis gratiæ à Deo per mo- G dum deſcenſus deriuatur, iuxta illud: Omne datũ optimum,& omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.Iac.j.Apparuit autem. ſecundum.S.Tho.vbi ſupra in columba,& non inigne propter multa.Primò quidem propter diſpoſitionem quę requiritur in baptizando:vt.ſ.quis non fictus accedat, quia ſicut dicitur Sap.j. Spirituſſanctus diſciplinæ effugiet fi- H ctum. Columba enim eſt animal ſimplex:ſecũdum illud Matt.x.eſtote ſimplices ſicut columbæ.Secundò ad deſignandum ſeptem dona ſpirituſſancti, quæ columba ſuis proprietatibus deſignat.Nam ſecus fluenta habitat,vt viſo accipitre ſe mergat. per quod ſignificatur donum ſapientię:per quod ſancti ſecus diuinæ ſcripturæ fluenta reſi-

de columba

Roſa. n dent:

dent:vt incursus euadant diaboli.Item colũba meliora grana eligit:quod pertinet ad donũ scientiæ,qua sancti scientias sanas quibus pascãtur eligũt.Item alienos pullos nutrit, quod ad donum cõsilii pertinet,quo sancti eos, qui fuerant pulli alieni. i.imitatores diaboli doctrina nutriunt,& exemplo.Item nõ lacerat nostros quod pertinet ad donũ intellectus:quo sancti bonas sententias lacerando non peruertũt hæreticorum more.¶ Item felle caret quod pertinet ad bonum pietatis, quod sancti ira irrationali carẽt. Item in cauernis petræ nidificat: quod pertinet ad donum fortitudinis: quæ sancti plagis mortis Christi, qui est petra firma nidum ponunt.i.suum refugium & spem. Itẽ gemitum habet pro cantu: quod pertinet ad donum,timoris, quo sancti delectantur in gemitu pro peccatis.Tertiò propter effectũ proprium baptismi,qui est remissio peccatorum,& recõciliatio ad Deum.Est enim animal mãsuetum. Et ideo sicut Chry.dicit super Matt.in diluuio apparuit hoc animal ramum ferens Oliuæ:& communẽ orbis terrarũ tranquilitatẽ annũtians: & inde etiam apparuit in baptismo liberationẽ nobis demõstrans.Quartò ad designandũ omnem effectum baptismi, qui est constitutio ecclesiasticæ vnitatis.Est enim animal amicabile, & gregale. Super Apostolos autem apparuit in specie ignis propter duo.Primò ad ostendendum feruorem,quo corda eorum erant commouenda ad hoc quòd Christum vbique inter præsturas prædicarent. Et ideo etiam in linguis igneis apparuit. Secũdò quia sicut dicit Chry.cũ oportebat delictis ignoscere:quod sit in baptismo mãsuetudo necessaria erat quæ demonstratur in colũba:sed vbi adepti sumus gratiam restat iudicii tempus: quod significatur per ignẽ. Vtrum autem illa columba fuerit verũ animal, vel non, tenendum est quòd sic: quia sic dicit S,Tho.in summa:vt patet.iij. parte vbi supra & super Io.vel.xx.Difficultates autẽ qui circa hoc sunt in.S. Tho.si Deus vitã dabit alibi dissoluemus. Sequitur. (Et venientẽ super se) Hier. Sedit autẽ columba super caput Iesu: ne quis putaret vocem patris ad Ioannẽ factam non ad dominum.Hæc ille (Et ecce vox de cœlis dicẽs:Hic est filius meus dilectus) Debuit autẽ ista patris vox audiri secũdum S.Tho.vbi supra,& secũdum Aug.in ser.de Epiph. eo quòd noster baptismus perficit inuocata Trinitate. ideo in Christi baptismate tota Trinitas debuit manifestari,sicut & factũ est.Hier.Mysterium Trinitatis in baptismate demõstratur, Dominus baptizatur:spiritus descẽdit in habitu columbę,patris vox testimonium filio perhibẽtis auditur. Hæc ille. Dicitur autem secundum Hylar.de Trini.hic filius dilectus:quia proprius, & verus est filius origine,non adoptione (In quo mihi complacui), i.in quo siue de quo lætor,& gaudeo,sicut in naturali, & sicut in adoptato, secundum Augu super Ioannem.Vel in quo mihi complacui. si referatur ad humanitatem secundum Remigiũm,intelligitur in quo solo peccatum non inueni. Si autem legatur,in quo mihi complacui. secundum eundem subaudiendum est: placitum meum cõstituere,vt per eum opus

opus redemptionis explerẽ. Est autem sciendum secundum Augu.de consen. Euang.quòd Luc.& Marcus habent sic (Tu es filius meus dilectus:in te complacui mihi) & sic fit concordantia secũdum eum Non enim dictũ est Christo: tu es filius meus, vt ipse adisceret, quod nescíret:sed hoc ei propter circũstantes dictum est. Et hunc sensum expresit Matth.dicens. Hic est. Exponitur autẽ hoc tripliciter. Primò de gratia vnionis vt dictum est: quia.s.in eo Deus placitum suum de nostra redemptione perfecit. Et secundò. de gratia singularis personę.q.d.Tanta est huius mei dilecti filii gratia,quòd in eo nunquam inueni aliquid mihi displicens.s. peccatum mortale:veniale:vel originę. Et tertiò, de gratia capitis vt dicatur complacui. i.beneplacitum meum constitui : secundum Glo. vt tu in quo nihil est nisi bonum placeas per te, & alii non per se sed in te : tibi fide, & charitate vniti placeant.Hæc ille.¶ Allegoricè significatur quòd hi qui susceperi erant baptismum Christi per aquam baptismalem susceperi erant in se spiritum sanctum : & consequenter omnia eius dona, & virtutes infusas : dummodo orarent, id est,mentem eleuarent in Deum per displicentiam peccatorum si forent adulti. ¶ Anagogicè verò significatur,quòd baptizatus si decedat statim aperto cœlo euolat ad illud, sicut & martyres : & qui dignam egerunt pœnitentiam. ¶ Moraliter instruitur baptizatus secundum Chry.vt post baptismum statim ascendat ad virtutes. Et maximè orationi vacare debet. Et tunc meretur doceri de cœlo per internam inspirationem.

Dominica prima post octauas Epiphaniæ. Ioan.ij.

NVptiæ factæ sunt in cana Galilææ : & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino:dixit mater eius ad eum, Vinum non habent. Et dixit ei Iesus. Quid mihi, & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quod cunque dixerit vobis, facite. Erant autẽ ibi lapideæ hydriæ sex:positæ secundum purificationem Iudæorũ capientes singuli metretas binas,vel ternas. Dicit eis Iesus Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas vsque ad summum. Et dixit eis Iesus. Haurite nũc:& ferte Architriclino: Et tulerunt. Vt autẽ gustauit Architriclinus aquã vinum factũ,& non sciebat vnde esset:ministri autẽ sciebant,qui hauserant aquam:vocat sponsum Architriclinus,& dicit ei. Omnis homo primum bonũ vinum ponit:& cùm inebriati fuerint : tunc id quod deterius:

est. Tu autem ieruasti vinum bonum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ : & manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

K NVPTIAE FACTAE sunt in Cana Galilææ.) Ioan. ij. Nuptiæ de qbus in præsenti Euang. fit mentio secundum textum Euangelij Ioannis dicuntur factæ tertia die. Quod dupliciter intelligitur. Vno scilicet modo vt dicantur sicut dicit. S. Tho. factæ tertia die à testimonio quòd Ioannes perhibuerat Christo, Alio modo vt dicantur factæ tertio die, id est eadem die tertio repetita. Nam secundum Hiero. & Augu. & ecclesiæ sententiam & consuetudinẽ, vt dicit. S. Tho. tertiodecimo die à natiuitate sua dominus adoratus est à magis, & eadem die. xx. annis reuolutis Baptizatus est. & eadem die reuoluto anno vno: hoc miraculo glorificatus est: & eadem die reuoluto anno panes multiplicauit: vt dicit Bed. Ex quo sequitur secundum. S. Tho. quòd ad minus annus vnus elapsus sit à baptismo vsque ad nuptias. In quo quidem anno nihil legitur Christũ fecisse nisi quod dicitur Matt. iiij. de ieiunio in deserto: & ea quæ Ioan. ij. capitu. refert de testimonio Ioannis, & conuersatione Discipulorum. A nuptijs autem, inquit, cœpit publicè prædicare, & miracula facere Secundum tamen eos qui dicũt inter baptismum Christi, & eius passionem fluxisse duos annos cum dimidio. hoc quod hic loquitur de nuptijs eodẽ anno factum est quo Christus baptizatus est. Sed his contrariatur sententia ecclesiæ prædicta vt dicit sanctus Thomas. Circa hoc autem miraculum quod in Euangelio narratur occurrunt tria puncta, quæ sunt. Præparatio, Perpetratio, Comprobatio. ¶ Quantũ ad primum literaliter sciendum est q tenetur communiter quòd istæ nuptiæ fuerunt Ioannis Euangelistæ: quod videtur sonare dictum Hierony. in prologo super Euangelio eiusdem: qui dicit quòd dominus eum volentem nubere, id est consummare matrimonium: vocauit de nuptijs. Non enim legitur dominum fuisse in alijs nuptijs. Rationabile est etiam quòd mater Iesu quæ semper amauit secretum, secundũ Ambrosium. non fuisset ibi: nisi sibi maximè alter coniugum præcipuè sponsus attinuisset: vtpote nepos suus. Dicit tamen magister Histo. quòd hoc non est certum. Dicitur ergo (Nuptiæ factæ sunt) Nuptiæ aliquãdo sumuntur pro carnali corporum coniunctione. Vnde Hierony. Cũ Ioseph virum audis Mariæ non tibi suspitio subeat nuptiarũ. Aliquando verò nuptiæ appellãtur nuptiale conuiuium. vt hic. (In Cana Galilææ) Cana viculus est in prouincia Galilææ secundum Rab. ideo additur Galilææ, quia sic dicebatur forte & alia villa. (Et erat mater Iesu) ibi inuitata, scilicet ad nuptias: vt eas sua honorabili præsentia decoraret. Sicut autem testatur magister Histor. quidam dicunt quòd tunc mortuus erat Ioseph, & virgo trãsierat in custodiam filij. Vnde non fuit Ioseph vocatus ad nuptias:

A nuptias: nec deinceps aliquid legitur de illo in Euangelio. Quicquid tamen sit de hoc certum est quòd tẽpore passionis Christi secundum eundem erat mortuus: quia aliter Christus virginẽ non commendasset alij. S. Ioan. Sicut autem dicunt aliquid ex hoc apparet quòd Iesus nondum manifestus erat: quia mater principaliter inuitata est: ipse verò non nisi pro reuerentia matris. Vnde vt dicit sanctus Tho. præmittitur de matre: vt ostendatur quòd Iesus adhuc ignotus erat: & non fuit vocatus quasi insignis persona: sed ex quadam familiaritate sicut vnus aliorum. Vel forte non fuerunt ausi inuitare Christum propter eius summam religionem: quia non erat solitus conuiuia frequentare & nuptias. Vocata est ergo primo mater Dei. de consilio eius vocatus est filius: ideo subditur. (Vocatus est autem Iesus & discipuli ad nuptias.) Et vocatus venit. Primò secundum Chrysostomum. vt daret nobis humilitatis exemplum, quia non est dedignatus ad nuptias venire seruorum. Ideo dicit Augusti. Erubescat homo esse superbus: quoniã factus est humilis Deus. Ecce inter cætera filius hominis venit ad nuptias: qui cũ apud patrem esset instituit nuptias. Hæc ille. Secundò vt condẽnet hæreticos qui nuptias illicitas dicunt. Et secundum Bedam tales hæretici fuerunt Tatianus & Marcionistæ: contra quos ait. Si thoro immaculato & nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset: nequaquàm dominus ad has venire: nequaquàm eas signorum suorum initijs consecrare voluisset. Nunc autem quia bona est castitas coniugalis: melior continentia vidualis optima perfectio virginalis: ad comprobandum omnium electionem graduum: discernendum tamen meritum singulorum: ex intemerato Virginis vtero nasci dignatus est à prophetico viduæ Annæ ore mox natus benedicitur à nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatur; & hos præsentiæ suæ virtutis honorat: Hæc ille (Et deficiente vino) ex diuina prouidentia: vt hoc signorum principio Christus innotesceret (dicit mater Iesu ad eum mota compassione: & certa de filij potestate (Vinum non habent) scilicet ministri ad propinandum. Ecce quàm dulcis inuitatio ad subueniendum per miraculũ, quia aliter congruè fieri non poterat. Et in hoc secundum sanctum Thomã notatur reuerentia matris ad filium, quia vt dicit ex reuerentia quam habemus ad Deum: sufficit defectus nostros tantum exponere: secũdum illud Psal. Domine ante te omne desyderiũ meum. Qualiter aurẽ nobis Deus subueniat nõ est nostrum inquirere: quia quid oremus sicut oportet nescimus. Et ideo mater aliorum defectum Christo simpliciter exposuit nihil petendo. Sed quærit hic Chrysosto. Quid mouit matrem ad aliquid magnum imaginandum de filio: cum adhuc nullum fecisset miraculum, vt patebit? Et soluit idem: quia ea quæ in conceptione, & natiuitate Christi viderat, & audierat: conseruabat in corde suo. Sed tunc vlterius quærit idem, quare non ante inuitauerat filium ad miracula faciẽda. Et soluit quòd Christus vsque

ad hoc tempus communiter se habuerat, vt alij homines: salua tamen omni modestia, & religiositate. Iam autē cœperat manifestari. Nam iam vocauerat discipulos aliquot: & receperat testimonium ab Ioanne Baptista. Mater autem obsequebatur voluntati eius: & ideo quādiu sciuit quòd volebat tacere: non induxit, vt faceret miracula: sed solum tunc quando vidit quòd volebat K suam gloriam manifestare. Vel etiam possumus dicere non esse incredibile, nec irrationale quòd Christus suæ matri reuelauerit, quod erat facturus. Vnde cum infrà visus fuisset proponenti defectum vini dedisse responsum negatiuū dicens: quid mihi, & tibi: illa quasi certa dē futuro miraculō dixit. Quodcunque dixerit vobis facite. Ex his ergo patet quomodo fuit præparatū seu L occasionatum miraculum. ¶ Allegoricè secundum Augustinum. & Bedam per has nuptias significantur quædam nuptiæ spirituales: quę licet iam essent tunc factæ aliquo modo: tamen erant futuræ secundum suam manifestationem, & consummationē prędicantibus Apostolis. Vnde secūdum Augusti. istæ nuptiæ sunt factæ in thalamo ventris Mariæ: & sponsus fuit verbum patris M sponsa humana caro seu humana natura, & cōsequenter ecclesia, quam sibi in humanitate vniuit. Hæ nuptiæ secūdum Bedam tertia die fiunt, id est tempore gratiæ: non tempore naturæ vel legis scriptæ. Discumbente autem domino defecit vinum: vt melius succederet. sunt enim sacramenta digniora in noua lege, quàm in veteri: & scripturarum sensus suauior. Factæ autem sunt in Galilæa, id est transmigratione, qua Deus factus est Homo: & in Cana, id est zelo feruente diuini amoris qui eum ad nuptias cōduxit. ¶ Anagogicè in Galilæa, id est trāsmigratione: qua ex hoc seculo migramus: sunt nuptiæ in Cana, id est eo qui habet zelum seu amorem Dei: quę nuptiæ sunt æterna gaudia: in quibus est. Iesus & mater & discipuli eius. In his deficit vi N num imperfectum, vt miraculosum in O optimum succedat: quia fidei succedit aperta visio spes perfecta comprehensio: charitati autem imperfectè succedit charitas patriæ consequens gratiā consummatam, & beata fruitio: quibus fit vt animus inebrietur gaudio. De his vide sanctum Thom. iiij. distinctione xlix. distinctione. iiij. articu. v. quæstione tertia. si vis. ¶ Moraliter inhoc quòd P nuptiæ fiunt in Cana quòd interpretatur zelus: significatur quòd coniuges debent habere zelum discretum adinuicem. Est autem triplex zelus, scilicet nimius cum alter eorum est zelotipus: quod repræhēditur in viro. Eccle. viij. Non zeles vxorem sinus tui. Et in vxore. Eccles. xxvj. Dolor cordis & luctus mulier zelotipa. Et secundus zelus modicus quo alter alterum fornicantem Q sustinet: cum tamen secundum Augustinū. li. i. homel. debeat vxor quatuor modis virum corrigere de hoc. & à fortiori vir vxorem. Admonendo. scilicet obiurgando ecclesiam interpellando: & Deum exorando. Est tertius zelus discretus: de quo Apostolus Ephesio. quinto. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam: vt scilicet si peccauerint & pœniteant recipiatis

A piatis eas. Et primę Corinthios. vij. Viri debent diligere vxores suas: vt corpora sua vt, scilicet corpus suum nunquàm alteri diuidant. Et Ephetios quinto. Vnusquisque vxorem suam, vt seipsum diligat. scilicer cordiali & affectuoso amore. Et è conuerso de vxoribus intelligēdum est. ¶ Moraliter etiā sciendum est quòd in nuptijs quæ fiūt inter animam & Deum: est secundum, B sanctum Thomam mater Iesu sicut nuptiarum cōciliatrix. quia eius intercessione coniungimur Christo per gratiam. Eccle. xxiiij. In me omnis spes vitæ & virtutis. Et Iesus sicut verus sponsus. Ioan. iij. Qui habet sponsam sponsus est: Et discipuli vt paranymphi quasi cōiungentes ecclesiam Christo. j. Corinth. xj. Despondi vos vni viro &c. Hæc ille. In his nuptijs aliquando defi C cit vinū. Pro quo sciēdū est, quòd quadruplex est vinum. Primum est dementantis lasciuiæ. Esaie. v. Cithara, & Lyra, & Tybia, & Tympanum, & vinū in conuiuijs vestris. Secundum lætificantis Innocentiæ. Psal. Vinum lætificat cor hominis. Tertium exercitantis pœnitentie. Luc. x. Aligauit vulnera eius infundens Oleum, & Vinum. Quartū felicitantis gloriæ. Matth. xvj. Donec D illud bibam vobiscum nouum in regno Dei. Et de tribus vltimis Matt. rogat pro nobis filium dicens. Vinum non habent. Qui iubet vasa cordis nostri impleri aquā lachrymarum quæ conuertitur in Vinum cælestium consolationum: cuius suauitas nisi gustetur ignoratur: iuxta illud Psalmus. Gustate, & videte quoniam suauis est dominus. ¶ Quantum ad secundum tangitur perpetratio miraculi. Circa quod E sciendum est quod responsio Christi ad Virginem est aliqualiter obscura. Nam sequitur. (Et dicit ei Iesus. Quid mihi, & tibi est mulier) ? In his autem verbis, vt testatur sanctus Thomas, occasionem sumpsit multiplex heresis Maniche° enim dicit Christum non habuisse verum Corpus. sed phantasticum, & apparens tātum: ideo sensus est secundum eum. (Quid mi- F hi, & tibi est mulier) quasi diceret. Nihil: quia non habeo illam naturam, quam me credis habere. Valentinus autem dicit Christum habuisse quidē verum Corpus: sed illud de cælo attulisse: nec aliquid assumpsisse de Virgine: ideo sic exponit. (Quid mihi &c.) quasi diceret. Nihil habeo q° à te acceperim. q° est falsum ca. firmiter credimus de sum. tri. Hæbion autem dixit G Christum ex virili semine conceptum, vt cæteri fuisse, & matrem eius post partum Virginem non fuisse. Heluidius autem infelix dixit Christum cōceptum & natum de Virgine: sed illam post de Ioseph habuisse alios filios: & consequēter Virginitatem post partum perdidisse. Et hi duo in argumentum suæ perfidiæ accipiunt hoc quòd Christus dicit Mulier. Dicitur H enim. mulier, quasi molliens herum, vel virum: & sonat corruptam. Constat autem ista esse contra veritatem sacræ scripturæ. Dicitur enim. Romanor primo. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnē. Non enim Christus dicitur factus ex semine Dauid ratione diuinæ naturæ: nec etiam ratione animæ: quia illa non est ex se-

mine:licet infunditur à Deo per creationē.Est enim anima intellectiua ab extrinseco,vt dicit philosophus in lib. de animalibus ergo hoc dicitur ratione corporis ergo habuit verum corpus contra Manichæum,Iterum ex hoc sequitur ꝙ illud corpus non fuit cœleste,sed ex semine Dauid. i. sumptū de virgine quæ processit ex stirpe Dauid contra Valentinum præterea secundū
K vtrumq; istorum virgo non fuisset mater Christi: quia de ratione matris est, ministrare materiam vnde formet̄ corpus filii.Mētitur ergo secundū istos vel decipitur Euangelista dicēs, quod erat mater Iesu ibi.Et sic tollit veritas scripturæ: & consequenter fundamentum fidei.Notandum etiā quod mulier non semper sonat in carnis corruptionem, sed aliquando notat sexus distinctionē.
L Vnde Gen.iij.dixit Adam.Mulier quā dedisti mihi &c. & constat ꝙ tunc erat virgo. Erant enim ambo in Paradiso, vbi nunquam se carnaliter cognouerunt.Et sic accipitur hic.& Gal.iiij. factum ex muliere. Hæc omnia ex illo. Quod verò sequitur nondum venit hora mea.) Priscianistæ assumunt ad confirmationem sui erroris vt S.Thomas testatur.Dicunt enim omnes actus hu
M manos regi,& disponi secundum dispositionem stellarum:& ideo certis horis secundum eos homo cogitur aliquid facere quod aliās facere nequiuisset: secundum quod stellæ diuersimodè disponuntur. Vnde sensus est secundum eos. Nondum venit hora mea, fatalis scilicet in qua aliquid tale facere possum.Patet autē hoc falsum esse in quolibet homine.Impossibile est eū quod corpus quodcunq; directè agat in spiri N tum, quia omne agens est nobilius patiente & omnis spiritus est omni corpore melior, & nobilior. Sed in anima sunt quædam potentiæ omnino immateriales,& in corporeæ.s. intellectus,& voluntas. Et consequenter nullum corpus directè potest in illas imprimere. Actus autem aliarum potentiarum imperantur à voluntate. Ambulo enim & O loquor, quia volo, & sic de aliis. Excipiuntur tamen potentiæ vegetatiuæ partis vt digestiua, & expulsiua & huiusmodi:quarum actus non subsunt voluntatis imperio. Cum ergo voluntas sit libera,homo liberam habet electionem in omnibus actibus suis tam potētiæ intellectiuæ,quam appatitus sensitiui,& huiusmodi potentiarum.Verum P est tamen quod corpora cœlestia directè agunt in omnia corpora inferiora: & ideo etiam humana corpora habent diuersas cōplexiores,secundum diuersas constellationes,sub quibus sunt genera ex complexione an corporis etiā animus ad aliquid inclinat̄.Vnde vnus est magis dispositus ad iram,& alius ad tristitiam libertas tamen eligendi semper manet penes voluntatem. Vnde videmus, ꝙ aliquis magis dispositus ad Q luxuriā eligit habitum castitatis : alius verò minus dispositus ad luxuriā eligit vitam luxuriosam, Ideo dicit Prolo. quod sapiens dominabitur astris.Si ergo nulli homini necessitatem imponunt multominus imposuerunt Christo.Hæc omnia tradit Sanct.Thom.in locis quam pluribus. Sciendum est ergo, vt dicit Alchuinus quòd Christus nō venit ad nuptias vt doceret matres con

A contemnere:quia vt dicit Chry. Valde venerabatur matrem, cui sponte erat subiectus.Vnde prædicta verba non dixit quasi contemnens matrem.Habent autem duplicem expositionem. Prima est Augu.Pro qua sciendum est : quod Christus est vna persona in duabus naturis:diuina,scilicet & humana,& quædam ei conueniunt secundum vnam naturam:quædam secundum aliam,si
B cut idem homo intelligit secūdum animam,& ambulat secundum corpus. Facere ergo miracula cōpetebat Christo, secundum diuinam naturam, quam accepit à patre:sed pati,& mori, secundū humanam,quam accepit à matre. Roganti ergo matri, vt faciat miraculum: respōdet.(quid mihi & tibi est mulier) quasi diceret secundū Aug.Ex eo quod accepi a te quod mihi, & tibi est,cōmu
C ne non habeo,quod miracula faciā sed quod possum mori:& tunc recognoscā te sicut veram matrem.(nondum enim venit hora mea) non quidem hora fatalis secundum Aug.sed hora meæ passionis : vt appareat quid habeam à te. Alia est expositio Chry.secundū quam sensus est talis(quid mihi,& tibi est mulier) quasi diceret, Iste defectus vini
D non pertinet ad me, vel ad te : sed ad eos qui debuerunt prouidere. Si tamē vis, vt ex abundanti suppleam defectum eorum expecta quia (nondum venit hora mea)oportuna, scilicet ad faciendum miraculum. Licet enim deficiat vinum,tamen adhuc non est manifestus iste defectus:quem tamen oportet esse manifestum, vt etiam manifestum sit,& gratius sequens fiat miraculum.Beata autem virgo intellexit suā petitionem non esse repulsam: imo se- E cundum aliquos credendum est, quod nunquam aliquid ab eo petiit,quod ille nō fecerit.Quod est verisimile:quia cum habuerit sapientiam,& omnia dona spiritussancti excellentissimè fuit discreta in petendo.¶ Sed quare Christus genitricem suam non appellauit materno nomine:Dico quod beata virgo tanto amore ferebatur in filiū quod interdumdebilitabat̄ in corpore.Quod F filius sciens à verbis dulcibus interdū cauebat:ideoq; eam hic appellauit mulierem ne dulcedine verbi materni alteraretur : & similiter in cruce positus ne crepuisset. (Dixit mater eius ministris : quodcunq; dixerit vobis facite) quasi diceret secundum Bedam. Licet videatur negare quod petitur tamen faciet.(Erant autem ibi lapideæ hidriç sex.Hydria propriè est vas aquaticum G secundum Bedam dicta ab hydor græce quod est aqua latinè. Et ideo ex hoc sicut dicit Chrys. tollitur omnis suspitionis occasio. Si enim illa vasa prius continuissent vinum,posset quis suspicari quod parum vini remansisset, & illud saporem aliquem dedisset aquæ: quod tamen fuit impossibile in vasis aqueis ! & in tanta aquæ multitudine. Ideo ponitur numerus vasorum & quā H titas eorum infra positæ secundum purificationem Iudeorum.Iudei de facili contrahebant quasdam immunditias, seu irregularitates legales : vt puta ex tactu animalis mortui qua plerunque aquarum lotione mundabantur. Illa autem regio, id est palestina inaquosa est vt dicit Chrysosto. Et ideo in conuiuiis parabant aquam in hydriis, vt

I possent se lauando ab illis immunditiis purgare.(capientes singulæ metretas binas, vel ternas) id est aliæ capiebant binas,& aliæ ternas. Vel secundū glos. hoc verbum est existimantis, & necientis si singulæ caperent binas,vel ternas.Metreta autem est quædam mēsura dicta à metron quod mensura est Huius quantitatis diuersimodè à diuersis traditur: sed verius est, vt dicamus quod de mensurarum quantitate nihil certum habemus: quia secundum tempora,& regiones variantur. Alicubi tamen metreta est onus muli vnius. (Dicit eis) id est ministris. (Iesus implete hydrias aqua) secundum Chrys. iubet ministros implere hydrias: vt sint miraculi testes)& impleuerunt eas vsque ad summum, & subaudi statim in vinum cōuersa est. ¶ Sed hic solet quæri.vtrum illud vinum esset album vel nigrum.¶ Et communiter consueuit respondere : quod erat nigrum vt miraculum appareret non solum secundum saporem : sed etiam secundum colorē: quod euidentius secundum nigrum, quam secundum album fit. Et hoc videtur sentire ecclesia quæ cantat:aquę rubescunt hydriæ. Ista tamen non cogunt. Nam ad primum diceretur quod non oportet miraculum esse euidentissimum, scilicet sufficit esse euidens taliter, vt nullus ambigat, quod potuit esse secundum saporem solum : & secundum saporem & colorem vini albi qui à colore aquæ distinguitur communiter. Ad secundum dicitur dupliciter. Primò quod illa autoritas est ad oppositum potius, quā ad propositum quia non dicit quod hydriæ ruberent : sed quod rubescerent id est inciperent tendere ad rubedinem : quod propriè eis conuenit ratione coloris vini albi. Secundò quod causa metri sic dictum est rubescunt:acsi dicatur colorem vini sumunt:qui vt plurimum est rubeus. Vnde & vinum sanguis dicitur vuæ.Quidam verò videntur tenere, quod fuerit album. Nam Architriclinus illud non cognouit donec gustauit. Vnde dicitur Hugo cardinalis : quod credebat esse aquam, id quod erat factum vinum. Sed neque ista ratio cogit:quia in euāgelio non habetur, quod ille cognouerit esse vinum,antequam gustasset, sed postquam gustum cognouit illud esse vinum bonum id est melius. Hugo autem dictum suum non probat. Et reuera circa hoc videtur tenendum, quod fuerit nigrum propter rationes prædictas,quæ licet sint solubiles: tamē sunt probabiles,& rursum, quia secundum doctrinam medicorum omnibus computatis vinum nigrum simpliciter est melius albo. Vnde vinum nigrum dicitur vinum simpliciter,quia vinum simpliciter appellatur sanguis vuæ, vt patet Gene. lix. Christus autem fecit vinum optimum inter omnia : quæ vnquam produxerit natura:quia sicut ars non potest attingere ad perfectionem naturæin operando:ita nec natura deū potest imitari perfectè in operibus suis vt dicetur. Et quamuis ad hoc possit dici quod Christus fecit optimum vinum non simpliciter sed in genere suo,scilicet nigri, vel albi tamen verisimile est quod fecerit optimum simpliciter,id est nigrum seu declinans ad nigredinem, & tanto magis quanto in regio

A regione illa vina communiter sunt alba : quia cæteris paribus rariora sunt pretiosiora : & à fortiori si rariora etiā sint in rei veritate meliora : vt in proposito. Si enim non declinasset ad nigredinem ecclesia, nō vteretur illo verbo rubescunt : quia vinum album non rubescit sed flauescit. ¶ Hic etiam quærit Chryso.Quare non creauit vinum: quod est signum maioris potentiæ:quā B vinum ex aqua facere:Et respondet assignando duas causas. Prima est : quia licet illud sit maius,non tamen est euidens,& credibile multis: ideo humanæ capacitati condescendens potius ex aqua quam ex nihilo fecit vinum.Alia est vt confundat errorem Manichei,& Marcionis,qui dixerunt diabolum esse omnium visibilium creatorem: Deum autem bonorum non nisi inuisibilium. C Si enim hoc esset verum:Christus non fuisset vsus visibilibus creaturis : quia in hoc apparuit filius Dei: vt dissoluat opera diaboli. Ioan. iij. Sed vltra has rationes. S. Thom. addit tertiā mysticam:vt scilicet Christus ostenderet se non condere nouam doctrinam veteri reprobata,sed impleta,dum quod illa figurabat& promittebat ipse exhibuit. ¶ Moraliter docemur : quoniam D aliquando aliquid à Christo patimus quod tunc non dat:& tamen postea dabit, propter aliquem bonum respectū sicut durè visus est respondere matri, cuius tamen petitionem fecit Augustus. Quædam petita non negantur : sed vt congruo dentur tempore differuntur. Hæc ille. Item instruimur vt quæcunque iusserit Deus : nihil disceptantes de eo quod iusserit exemplo istorum ministrorum. ¶ Quantum ad tertium E sciendum est, quod conuersa aqua in vinum(dixit eis)scilicet ministris (Iesus Haurite nunc) quasi diceret : quia est hora opportuna (& ferte Architriclino.)¶ Sciendum est autem vt ex decursu diuinæ scripturæ patet & testatur Sanct. Thom. quod antiqui solebant comedere in lectis : vnde comedentes in scriptura dicuntur accumbere, vel recumbere. Et inde scamna F quibus ad mensas sedemus lecti dicuntur siue thori. Et inde locus habens tres ordines mēsarum & scannorum vt refectoria religiosorum dicitur triclinū tris id est, tres & cline id est lectus vel thorus. Dicitur ergo Architriclinus à tribus dictionibus quæ sunt clinæ : & tris ,& archos , princeps vel principalis. Inde Architriclinus princeps tri- G clinii. Fuit enim iste secundum Alchuinum primus inter conuiuas: vt puta aliquis ex sacerdotibus Iudeorum: qui quidam opinantur. Sed secundum Chrysostomum, fuit is qui præerat conuiuio : qui adhuc erat ieiunus: ideo dominus voluit quod iudex esset vini.Ieiuno etenim stomacho & palato vinum melius gustatur.(Et tulerūt) id est portauerunt obedientes.Sed qua H re non mandauit eis vt dicerent Architriclino. quod ipse aquam mutasset in vinum ? Respondet Chrysostomus, quod ad humilem non pertinet sua facta gloriosa narrare . Habet enim hoc superbiæ speciem. (Vt autem gustauit ,) id est: statim postquam gustauit : (Architriclinus aquam vinum factum) ideſt : conuersum in vinum(& nō sciebat vnde esset quod ad-

ditur

I ditur ne credatur aliqua fictio ex parte Architriclini commendans vinum: (ministri autem sciebant qui hauserant aquam) vnde veraciter propriis oculis viderant aquam puram in vinum conuersam (vocat sponsum Architriclinus) scilicet ignorans virtutem miraculi, & admirans suauitatem vini. Vocat, in quàm, vt ipsum arguat, vel vt veritatem inquirat (& dicit ei: Omnis K homo) secundùm consuetudine generalem (primum). i, in principio conuiuũ quãdo sensus sunt ex ieiunio viuaces ad discernendum (bonum vinũ ponit, & cum inebriati fuerint). i. cum multũ potauerint: tunc supple ponit vinum (quod deterius est quia vini deteriorias non ita percipitur infecto palato: & quia vt dicit. S. Tho. minus bibunt, & quia vinum bonũ in quantitate sumL ptum cum quantitate cibi nimis grauat: vt dicit idem (. Tu autem) contra generalem consuetudinem, & contra rationem (seruasti vinũ bonum) idest melius vsque adhuc. i. vsque ad hãc horam qua sumus in fine conuiuii. Nunquàm fuit in natura vinum isto pretiosius: quia nunquam agẽs inferius ęquatur superiori. Tria autem sunt agentia subordinata. s. deus natura, & ars: sicut M dictũ est. Ideo sicut ars nũquã põt ęquari naturæ, sed illã imitatur vt potest: vt patet, qui rosa artis nũquã est æque pfecta vt rosa naturæ. ita natura in opere suo: nũquã põt æquari deo. Et ideo sicut dicit Chry. hoc est generale in omnibus miraculis christi: ꝙ terminantur ad aliquid perfectius quã possit natura causare. Nunquã enim natura posset dare ita clarum, & acutum visum: si cut ipse dedit cæco nato, & nũquã fecit N vinum, ita bonũ sicut fuit istud (hoc fecit initium signorum Iesus in cana Galilęæ.) Ista verba exponũtur à diuersis diuersimodè. Primò sic. Hoc fecit initium signorum in publico. s. quia alia fecerat in priuato sicut creationem, vel miraculosam formationem stellę: & vocationem Magorum. Vel secundò, quia O hoc fuit primum signum ad manifestationem suæ gloriæ. Nam quòd stellam creauit, & ꝙ idola Aegipti corruere fecit: non ista manifestauerunt eum esse deum. quia non fuerunt ita nota, & publica, vt multis constaret hæc esse ab illo. Vel hoc fuit primum in Cana Galilææ. quia tam alibi fecerat alia, sicut in baptismò & ieiunio. Et istum sensum prætendunt verba euãgelii. Nam dicit Euangelista: ꝙ hoc fecit initium P signorum Iesus in Cana Galilææ non absolutè & vniuersaliter. Sed in. iij. parte. q. xliij. dicit. S. Tho. ꝙ christus non debuit per miracula suam deitatem, & doctrinã asserere ante perfectam ætatem: quæ est triginta annorum. Nam ante istud tempus non competit docere secundùm sanctos. Nec etiam manifestare debuit deitatem, quia fuisset de credita humanitas. Vnde tenet ibi. S. Q Tho. & similiter super Ioan. ꝙ cœpit facere miracula in nuptiis. Sed quãtũ ego capio in hac re ista est sentẽtia sancti Tho. Primum miraculũ quod christus fecit publicum, & ad publicandũ deitatem, & confirmandam doctrinam suam fuit istud. & hanc sententiam tenet magister hist. Vel possumus dicere & redit in idem, ꝙ licet ante præsens miraculum deus fecerit multa miracu

la in

A la in christo: & circa christũ tamẽ primum quòd fecit deus per christum fuit istud (Et manifestauit gloriam suã). i. latentem deitatem. & hoc quãtum in se fuit secundùm Chry. licet multi tunc illam non cognouerint. Vel gloriã suã secundũ sanctum Tho. j. potentiã suã qua est glorioſus. Et crediderunt in eũ discipuli eius. ¶ Sed Aug. de consen. euãge. hic mouet quæstionẽ. Si eñ tũc crediderunt in eum: quomodo erant discipuli quando sunt ad nuptias vocati? Et B soluit idem, ꝙ discipuli essent tempore inuitationis: sed quia futuri erant. Nõ est autem intelligendum secundũ hãc expositionẽ. Aug. quę etiã est. S. Tho. ꝙ tunc nullo modo essent discipuli vel à christo vocati: quia iam multos vocauerat. s. Andream. Petrũ, Nathanaẽlẽ, Philippum & vnum alium: sed dicẽdũ C est vt communiter dicitur: & dicit Magister hist. quòd multi eorum fuerunt tribus vicibus vocati à christo, quarũ vocationum duæ, vel vna videtur fuisse post has nuptias: non autem prima. Primo enim sunt vocati ad christi notitiam, de qua vocatione habetur Ioan. j. vbi habetur quòd duo ex discipulis Ioannis audientes eum dicentem de Ie- D su. Ecce agnus dei quæsierunt locum vbi maneret: & manserunt apud eũ die illo. &c. Secundò ad christi familiaritatem: quando scilicet turbis irruentibus ascendit in vnam nauem, quæ erat Simonis, & captą multitudine piscium vocauerunt socios. s. Iacobum, & Ioannem vt patet Luc. iij. Tunc enim secuti sunt eum sed tamen ad propria redierunt secũdùm aliquos. Tertiò ad christi discipulatum sicut quando ambulans iuxta mare Galilææ vocauit eos E de piscatione dicẽs. Venite post me &c. vt patet Mat. ij. Tunc enim vocauit Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioannẽ. & secuti sunt eum perseueranter. Quãuis dici possit ꝙ ndhuc nullus esset vocatus: sicut innuit Magister hist. Et ꝙ Ioannes præmittit nuptiis vocationẽ aliquorum: intelligitur anticipatiuè dictum. Sed primum est verius. Vel sicut exponit. S. Tho. crediderunt tũc in eũ F sicut in verum deum: quod ante non fecerant: sed crediderant ei tanquàm viro bono, & prædicanti sana ac iusta. Vel crediderunt viso miraculo: magis quã ante sine miraculo crediderant solo Ioannis testimonio. Allegoricè ex Augu. Bed. & Alchitr. sciendum est: ꝙ per vinum intelligitur scripturarum sensus. Bed. Apparente domino incarne: vinosa legalis sensus suauitas paulatim cæperat ob carnalem Pharisæorum interpretationem à pristina sua G virtute deficere. Hæc ille. & deficiente hic vino christus fecit ex aqua vinum secundùm Aug. quando aperuit illis sensum; vt intelligerent: scripturas. Sic enim sapit, & inebriat. quòd neque sapiebat, neque inebriabat. Nil enim sapit diuina scriptura, nisi in ea intelligatur christus. Sed hydrie secundùm eũ. H dem sunt sex etates in quibus loquitur lex & prophetia: quæ sex ætates inter istos terminos computantur: qui sunt Adam: Noe: Abraham: Dauid: Transmigratio Babilonis: Ioannis baptista: Finis mundi. Impleri autem hidrias secundùm eundem est impleri prohpetias. Et secundùm Alchuinum: ministri sunt doctores noui testamenti. Archi-

tricli

I triclinus autem est aliquis principalis inter eos. ¶ Moraliter ista aqua significat lasciuiam iuuenilem: quæ debet nuptiarum die conuerti in vinum bonum & deo gratum idest vsum matrimonii licite: & similiter obseruatum. Debet in quam, conuerti quantum ad substantiam. vt iam non sit in opere, & quantum ad saporem, vt iam non sit in voluntate: & qnantum ad colorem, K vt iam non sit in malo exemplo. Non enim debet coniunx familiaria colloquia habere cum personis suspectis.

Dominica.ij.post octa.epipha. Mat. viij.

L VM descēdisset Iesus de monte secutæ sunt eum turbæ multæ. & ecce Leprosus veniens adorabat eum dicens: Domine si vis potes me mundare. Et extendens Iesus manum tetigit eum dicens: Volo, Mundare. Et confestim mūdata est læpra eius. Et ait illi Ie M sus. Vide, nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti, & offer mun⁹ quod, præcepit Moyses in testimonium illis: Cùm autem introisset Capharnaum accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur: & N ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens centurio, ait: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me O milites. Et dico huic, vade, & vadit: & alio veni, & venit, & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est: & sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab oriente & P occidente venient: & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni, vade, & Q sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

CVM DESCENDISSET Iesus de monte &c.) Matth. viij. In præsenti euangel. tangūtur tria puncta. Quę sunt Emundatio, Supplicatio, Exauditio. ¶ Quantum ad primum literaliter sciendum est secundùm Hiero. quod chri

A christus in monte docuerat, & pro mulgauerat legem euangelicam: ideo volebat eam confirmare miraculis: quia per naturalem rationem probari non potest. Dicitur ergo (cum descendisset Iesus de monte) in quo discipulos docuerat (secutæ sunt eum turbę multę:) Aliqui propter deuotionem, & doctrinæ suauitatem. Aliqui propter curiositatem: vt scilicet audirent noua. & vide B rent miracula. Aliqui propter inuidiā, vt ei insidiarentur: cuiusmodi erant Pharisei. Aliqui propter infirmitatem vt sanarentur: sicut iste Læprosus de quo sequitur. (Et ecce Læprosus veniens) qui scilicet in monte ascendere non valebat: secundùm Chry. ¶ Sciendum verò, vt dicit Chrys. quòd dominus post sermonem in monte factum facit miracula sanando: vt doctrinam C confirmet, & primo sanando Læprosum post descensum: vt significet legē euangelicam datam in monte, secundùm Aug. supra legem Moysi esse quæ Leprosam excludit. Vel primò sanat Iudæum Læprosum: & secundò seruū Centurionis gentilem: & tertiò, socrū Petri: in signum quòd primi credentes fuerunt Iudæi deinde Gentiles: & vltimò reliqui credent Iudæorum. In D signum cuius missa incipit in dextro cornu altaris: & in euangelio tendit ad sinistrum: & tandem reuertitur ad dextrum (Adorabat eum dicens) Adoratio multipliciter sumit. vt patet tertia parte quæstio. vigesimoquinto. Est enim adoratio latriæ, qua aliquid veneramur: sicut principium omnium rerum, & ista soli deo conuenit. Est & adoratio duliæ: qua adoramus creaturas ex cellētes: quibus communicatur diuina E excellentia: aut ratione regiminis: aut ratione sanctitatis. Et isto modo sepius leguntur etiam sancti adorasse reges: sicut Natham adorauit Dauid. Est & alia adoratio quæ est species duliæ: & hy perdulia dicitur, qua adoramus rationales creaturas habentes spiritualē. vnionem & rationalem ad deum: vt beatam virginem. ij. ij. quæstion. ciij. Iste autem læprosus secundùm Chry. F super Matth. adorauit christum latria:. quia cognouit eum esse deum: vt manifestat: cum dicitur (Domine, si vis, potes me mundare) ac si dicat secundùm Orig. Domine omnia per te facta sunt tu ergo, si vis, potes me mundare. Volūtas enim tua opus est: & opera tuæ voluntati obediunt. Hæc ille. Et secundū Chrysosto. cum dicit: si vis non dubitat quin christus velit omne quod bo- G num est: sed dubitabat an sibi expediat curatis. (Et extendens manum tetigit eum dicens (Cum autem posset solo verbo curare: voluit eum tangere: vt ostenderet manum suam esse diuinitatis organum. Et secundùm Chrysostomus vt ostenderet se esse supra legem quæ læprosum tangere prohibebat Vnde & Hæliseus non tetigit Naaman. Et licet secundùm quod dicit H idem Chrysostomus christus videretur facere contra verba legis: tamen nō faciebat contra intentionem eius: quia lex probibuit hoc ne tangens inficeretur. Non erat ergo prohibitum ei qui tangendo curaret, Vnde, & Helias & Hæliseus tetigerunt mortuum ad suscitandum vt patet tertii Regū decimoseptimo, &. iiij. Regu. iiij. dicit autē:

Iautem.S.Tho.iij.q.ciij.art.ij.ad quartum quòd tactus læprosi erat in lege prohibitus : quia ex eo incurrebat homo quandam immunditiam irregularitatis : sicut ex tactu mortui,quam incurrere non poterat læprosi mundatōr Christus.Vel secundum Chry.vt indicet mundo nihil esse immundum. Vel secundum Orige.& Rabanum tetigit propter humilitatem, vt doceret nul-
K lum debere sperni.Vel secundum Rabanū,vt ostendatur se non habere corpus phantasticum(Volo.Mundare)secundum Hier.ly mundare.non est infinitiui, sed imperatiui modi:& est principium versus : sic quòd illæ duæ dictiones.Volo:Mundare:sunt virtualiter duo versus : siue duæ sententiæ. Quia enim illi dixerat,si vis,dixit.Vo-
lo,& quia dixerat : potes me mundare:
L dixit.Mundare:(& confestim mundata est læpra eius.) ¶ Est autem sciendum: quòd præcepta veteris legis cerimonialia vsque ad Christi passionem duraverunt. Ideo Christus illa seruauit, & seruari mandauit aliis. Erat autem scriptum in lege Leui.xiiij.quòd mundatus à læpra non debebat restitui ad communem habitationem hominum
M nisi prius iudicaretur mūdatus per sacerdotis iudiciū:& facta oblatione domino pro sua emundatione. Sequitur ergo(& dixit illi Iesus vide, nemini dixeris)supple te esse mundatum.s.antequàm peregeris quæ in lege iubentur. secundum Chrys. & iudicio sacerdotis diiudiceris mundatus, ad quem pertinet sic iudicare:ne sacerdotes audientes eum tactu sanatum odio Christi repellerent illum.Sed secundum Chrys. in homil. hoc dicit, vt discamus pro- N
prias laudes non querere:sicut alii iussit, vt diceret quāta fecisset ei Deus vt discamus querere gloriam Dei.Vel secundum Raba.vt doceret nō esse vulganda nostra beneficta. Vel secundum eundem:& Hier.quia ipsum factum sufficienter declarabat. Sed restat dubium quia iste tenebatur obedire Chri
sto : & tamen approbatur vt videtur à O
beato Marco.j.c.dicente:quòd vbique diffamauit eum. Ad hoc dicūt quidam, quòd triplex est domini præceptum.s. Primum ad exequēdum:vt illud Exod. xx.Honora patrem tuum &c.& Secundum ad probandum : vt præceptum Abrahæ de occisione Isaac.Gen.xxij.& Tertium ad instruendum:vt istud:per quod Christus voluit nos instruere de his quæ supra dicta sunt. In primo est voluntas diuina de actus impletione.& P
in secundo de præparatione ad implendum.Vnde Amb.lib.de patriar.perfra-
ctans illud : ne extendas &c.dicit Affectum inquisiuit nō factum exigit:& in tertio est solum respectu alicuius:quod erat in illo præcepto : puta exemplum humilitatis, vt latere velimus. Et ista consonant. S.Tho.ij.ij.q.ciiij.arti.iiij. primum sic dicenti in simili. Dominus Q
cæcis dixit,vt miraculum occultarēt.s. Matth.ix.non quasi intendens eos per virtutem diuini præcepti obligare:sed sicut dicit Gregor.xx.moral.seruis suis exemplum dedit,vt ipsi quidem virtutes suas occultare desyderent:& tamen vt alii eorum exemplo proficiant, prodantur etiam inutti. Hæc ex illo. (Sed vade ostende te sacerdotibus.) Hiero. Mittit autem eum ad sacerdotes propter

A pter humilitatem, vt sacerdotibus deferre videatur. Deinde vt videtes mundatum læprosum, si crederent saluatori, saluarent:si non crederent inexcusabiles fierent : & similiter ne quod in eo sepissimè criminabantur legem infringere videretur. Hæc ille. (Et offer munus tuum quod præcepit Moyses) s.Leuit.xiiij.s.pullos turturum &c.(in
B testimonium illis) secundum Chryso. super Matth.non est sensus quòd præcepit in testimonium illis:sed offert in testimonium illis : id est in accusationem & attestationem : quoniam quæ nunc erāt fienda,feci.Prouidebat enim Christus, vt idem in homil.dicit quòd ex hoc nihil proficerent illi in bonum emendationis : & tamen non omisit facienda. Vel secundum Orig.offer mu-
C nus tuum, vt omnes qui viderint te illud portare miraculo credant. Vel secundum Chry.super Matth.vt si vellēt illum quasi immūdum repellere dicere posset:quare munus accipitis si mūdus non sum. Quare autem modo ista lex non obseruatur : vide supra in die circuncisionis. ¶ Sed restat dubium circa hoc miraculum:quia glo.dicit illud fa-
ctum antequàm intraret Iesus Caphar
D naum:& tamen dicitur Luce.v. Actum est in vna ciuitatum. Glo.in Capharnaum, & ecce vir plenus læpra.Ad hoc dicit Beda super Luc.quòd Christus in Capharnaum bis venit. Primò incarcerato Ioanne quando fecit tria miracula quæ narrat Lucas.s.iiij.c.vbi dicit quòd sanauit demoniacum : & socrum Petri : & concludi fecerit multitudinem piscium : sicut ibi dicitur.c.v. & deinde mundauit istum læprosum. Et secundò, quando descendit de mon- E
te : vt hic dicitur & habetur Lucæ.vij. Est igitur hoc miraculum factum in Capharnaum, vt dicit Lucas, & antequàm intraret Capharnaum Christus secūda vice:vt dicit illa glo.Item glosa videtur velle quòd primò sanatus sit iste læprosus, deinde seruus Centurionis:& tamen glo.Mar.videtur velle quòd iste sit sanatus quarto loco. Sed
F respondetur quòd fuit sanatus primo loco secūdum ordinem historiæ quem Matth sequitur:sed quarto loco secundum ordinem mysticum quem sequitur Lucas præmittens curationem demoniaci : quia maior est cura Deo de anima, quàm de corpore. Nam Euangelistæ multa anticipando,& recapitulando scribunt. Et ita facit hic alter Euangelistarum : &,vt credo,Luc.sicut patet ex ordine quem seruat magister G
Histor. ¶ Allegoricè hic significatur quod Bed.exprimit dicens. Vir iste genus est humanum, qui non solum læprosus,verumetiam iuxta Euangelium Luce plenus læpra fuisse describitur. Omnes enim peccauerunt,& egēt gloria Dei:ita.s.vt extenta manu saluatoris:hoc est incarnato Dei verbo,humanámque contingente naturam : ab er-
roris prisci veritate mundetur : & quæ H
diutius abominabiles,& à castris populi Dei detesti iam aliquando templo reddi : & sacerdoti quanto offerre hostiam viuentem illi.s.cui dicitur.Tu es sacerdos inæternum. Hæc ille. ¶ Anagogicè autem hic significatur, quòd Christo post incarnationem, & prædicationem suam descendente de monte. i.veniente de cœlo ad iudiciū:perfectè

I mundatur læprosus.i.peccator in Capharnaum.i.in villa cõsolationis.Licet enim genus humanũ.ſ.per Chriſti paſſionem ſanatum à peccato:ſic quod remedium habet contra omnia peccata: tamẽ ſtat inclinatio ad malũ, quæ tunc tolletur, & ſimiliter paſsibilitas, atque mortalitas corporũ. ¶Moraliter ſignificatur : quod Remig.exprimat dicens. Per læprosum:deſignatur peccator. Nã
K peccatum immundam, & variam animam facit. Qui ante Chriſtũ procidit quando de priſtinis peccatis confunditur.& tamẽ debet cõfiteri:& remedium pœnitentiæ poſtulare. Nam læprosus vulnus oſtendit:& remediũ poſtulauit. Extendit autẽ dominus manum,quãdo auxilium diuinæ miſerationis intẽdit: & ſtatim conſequitur remiſsionẽ delictorum nec debet eccleſiæ recõciliari,
L niſi iudicio ſacerdotis.Hæc ille.Quantum ad ſecundum tangitur ſupplicatio Centurionis. Literaliter ergo ſciendũ eſt:quòd iſte Cẽturio ſicut habetur Lu. vij.nõ acceſsit primò perſonaliter ad Chriſtum ſed miſit ſeniores Iudæorũ: quia ſvt ibi dicitur reputabat ſe indignũ accedere ad Chriſtũ:cum eſſet gẽtilis. Ieſus autẽ ibat cum ſenioribus ad domũ Centurionis, & cũ prope domũ
M eſſet,miſit,vt idẽ Luc.dicit,amicos ſuos dicens.Domine,non ſum dignus,vt intres ſub tectum meum, & etiam ipſe poſtmodum amicos ſecutus eſt:ſecundum aliquos, & quæ per amicos mandauerat proprio ore replicauit. Et ſecundum iſta quæ dicit Luc.oportet intelligere verba Matth.qui breuiter hiſtoriam tetigit dicitur ergo (Cum introiſſet Capharnaum quæ erat principalis ciuitas Galilææ (acceſsit ad eum
N Centurio) Centurio iſte ſecundũ Aug. & Chry.erat gentilis.i.miles romanus habens ſub ſe milites centum ad cuſtodiam ciuitatis : ne rebellaret.Hic auditis miraculis Chriſti plus credidit, quã audiuit : vt dicit Chry.ideo acceſsit ad dominum. ¶Contra quia Lucas dicit quòd miſit. Ad hoc dicit Aug.quòd acceſsit per amicos:non autem perſonaliter. Quod enim per aliũ facimus, per
O noſipſos facere dicimur:ſecũdum philoſophum in.ij.Ethi.Chryſ.autem dicit, quòd miſit primo ſeniores, & poſtmodum ipſe ſecutus eſt.Et vtrunque.ſ. dictum Aug.& Chry.forte fuit verum (rogans eum, & dicens) per os ſenio-
P rum(Domine, puer meus).i.ſeruus ſecundum Chry.(iacet in domo paraliticus) .i.membris diſſolutus, & deſtitutus(& malè torquetur) ſecundum Ra-
Q ba.omnia iſta de puero ſuo dixit:vt ſuę animæ monſtraret anguſtias:& flecteret dominum. Chryſ.autem in homil. dicit quoſdam aſſerere quod iſta dicat Centurio : quaſi ſe excuſan, quòd eum non adduxiſſet ad dominum. ¶Et nota quòd iſte Centurio ſecundum eundem Chryſ.oſtendit bonitatem in hoc quod ſolicitatur pro ſeruo : & fidem ſecundum gloſ.quia credidit Chriſtum ab-
R ſentem poſſe conferre ſalutem, & ſapientiam ſecundum Glo. inquantum nihil rogauit,ſed tantũ expoſuit,oſtendens ſe ſcire quòd Chriſtus eſſet potẽs ad faciendũ:ſapiens ad intelligendum: & miſericors ad exaudiendum. ¶Allegorice ſecundum Aug.Capharnaum.i. villa pinguedinis & conſolationis.ſ.ſpiritualis eſt eccleſia militans. Centurio iſte

A iſte ſignificat primitiuos Chriſtianos ſecũdum Remi.ad quorũ fidem compa rata fides Iudæorũ : eſt infidelitas. Hic rogat pro ſeruo ſecũdum Remig.quia primi gẽtiles cõuerſi, rogarunt pro cõuerſione totius gẽtilitatis:vel pro conuerſione Iudæorũ ſecundũ aliquos qui erant romanorũ ſerui. ¶Moraliter per centurionẽ prælati ſignificãtur, qui de
B ſalute ſubditorũ debẽt eſſe ſolliciti.Iſti debent pro ſalute ſubditorum accedere ad Chriſtum per cõtemplationem:& ei ſupplicare per orationẽ &c. ¶Quãtum ad tertium ſciendũ eſt literaliter, quod Chriſtus audita petitione Cẽturionis, ſtatuit ille exaudire. ideo dicitur.(Et ait illi Ieſus).ſ.per ſeniores Iudæorũ (ego veniam,& curabo eum) ſecũdum
C Chryſ.Chriſtus cõſueuit vbique volũtatem ſequi ſupplicantium : hic autem plus ſpondet,quàm rogatus fuerit:quia non fuit rogatus, vt perſonaliter accederet¶(Et reſpondens Centurio ait illi) non per os ſuum primo,ſed per os amicorum,vt dicit Lucas : quãuis poſtmodum & ipſe poſt amicos veniens:vt ait Chry.eadem verba protulit dicẽs(Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum)ſecundũ Rab.iſte propter
D conſcientiam vitæ gẽtilis, grauari magis ſe dignatione putauit domini quàm iuuari:maximè:quia vt dicit Magiſter Hiſt.Iſte forte idola habebat in domo: ideo verebatur recipere Chriſtũ. (Sed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus)ſecundum Hiero.in hoc oſtendit ſe Chriſti diuinitatem credidiſſe:& ſimili.ſecundum Chry.ſuper Matth.qui ait.Sciebat quoniam aſtabant illi inuiſibiliter Angeli miniſtrãtes:quæ verba eius vertunt in opus. Quod & ſi angeli E
ceſſent : tamen infirmitates præceptis eius iuuantibus expelluntur. Hæc ille. Ideo ſubditur:(Nam & ego homo ſum ſub poteſtate) imperatoris & præſidis (cõſtitutus habẽs ſub me milites,& dico huic vade,& vadit:& alio veni:& ve
F nit : & ſeruo meo fac hoc:& facit) ac ſi dicat ſecũdum Chry.ſuper Matt.Sicut ego ſum ſub alterius poteſtate:& tamẽ iubendi poteſtatẽ habeo : ita & tu quãuis ſis ſub patris poteſtate inquantũ homo:habes tamen poteſtatẽ iubendi angelis.Vel ſecũdum Aug.de verbis domini.Si ego ſub poteſtate cõſtitutus habeo iubendi poteſtatẽ:quantũ potentatui omniũ ſeruiunt poteſtates. Hæc ille. Gloſſa.potes ergo per angelorũ miniſterium ſine corporis præſentia dicere infirmitati vt recedat & recedet:
G & ſanitati vt veniat & veniet.Hæc ille. (Audiens autem Ieſus verba ſcilicet.Cẽturionis fide plena miratus eſt.) ¶Sed contra : quia admiratio ex ignorantia prouenit ad hoc dicunt Augu.& Chryſ.quòd illa admiratio fuit exemplum & oſtendendum quòd Centurio erat mirandus.Sed.S.Tho.ſuper Euã. Matth.dicit : quòd duplex eſt admiratio.Vna ſcilicet,quæ prouenit ex ignorantia & iſta non cadit in Deo. Alia H
quæ prouenit ex apprehenſione alicuius magni:quæ apprehenſio eſt ſecundum imaginationem, vel phantaſiam: & iſta fuit in Chriſto.Nicol.de Lyra, ponit in hoc loco ſcientiam quadruplicem in Chriſto : iuxta ea quæ ſcripſimus] ſupra, dominica infra octauas Epiph.& dicit,quòd ſecundum experimentalem, potuit vere mirari ſicut &

I ignorare:licet autem Christus ab æter
no cognouisset centurionis fidem & fi-
dei causam:fidem tamē illam non erat
expertus:nec tunc fidei causam per istā
scientiam sciuit nisi arguitiue & Syllo
gizando:ideo miratus est.Et ista expo-
sitio Nico.de Ly.est valde pulchra:&
secundum mentem.S.Tho.iij. parte.q.
xij.Sed ipsemet Nico.postmodum Lu
ce.ij.istam scientiam experimentalem
K negat in Christo.(Et sequentibus se di
xit:amen) id est fideliter & verè dico
vobis. (non inuenit tantam fidem in
Israel.) Sed contra:quia Patriarchæ &
prophetæ fuerunt fidelissimi. Ad hoc
dixit Hiero.& Magi.histo.quòd domi
nus non loquebatur,quo ad præteritū
tempus:sed quo ad illud quod presens
erat.Sed iterum cōtra videtur esse in-
stātia de Apostolis & Martha & Maria.
L Ad hoc dicitur secundum Magistrum
histo.quod nomine Israel non intelli-
guntur illi,qui Christum sequebantur:
quibus loquebatur.Loquebatur autem
vt videt omnibus suis discipulis:quā-
uis ibi forte omnes nō essent:quia illi
qui ibi aderāt representabant totū col
legium discipulorum. Chrysosto.autē
dicit,ꝙ fides aliqua dicitur magna ab-
solute,& comparatiuè.Fides ergo Cen
M turionis,fuit magna,& mira cōparatiuè:non absolute: sicut si rusticus ali-
quid sapienter dicat: est mirum non
autem si hoc dicat philosophus.Et in-
tendit Chryso.quod fides Centurionis,
absolute,fuit minor fide discipulorū:
sed consyderando quòd gentilis erat
fuit maior:quia neque miraculum vi
derat,neque sermonem audierat.Secū-
dum Hiero.fides Centurionis commē
datur non sicut fides illius personæ:
sed sicut fides gentium quam signifi-
cat:fuit autem maior fides gentiū fide
iudeorum.Nico.de Ly.videtur dicere,
quòd per Israel intelliguntur princi-
pales populi illius qui non credide-
runt:sed alios auerterunt à fide. Sed
quid dicemus de beata Virgine? Dico
quòd quelibet predictarum responsio-
num adaptatur beatæ virgini. Vlterius
dico quòd Christus cōparat centurionē
eis qui crediderunt postquām ipse ce-
pit predicare & discurrere per populū
illum:& hoc notatur in illo verbo in-
ueni.Non em̄ inuenitur nisi quod que-
ritur.Beata autem virgo credidit an-
tequām Christus nasceretur.Sequitur
(Dico autem vobis quod multi) non
autem omnes:vt ait Augu.(ab orien-
te & occidēte veniēt), id est Ab omni-
bus partibus mundi secundum Augu.
Hic Origē.mouet questionem: quare
dicitur hic multi:cū alibi dicatur pau
ci sunt electi.Soluit autem ꝙ per sin-
gulas generationes pauci sunt electi:
sed simul sunt multi.Vide de hoc infra
dominica in septuagesima.(Et recum
bent) non carnaliter iacendo:sed spi-
ritualiter quiescendo: secundum Au-
gusti. (cum Abraam & Iacob,in regno
celorum), id est in ecclesia triumphā
ti post labores perpessos in ecclesia mi
litanti.Filij autem regni) id est Iudei:
quia filij regni dicuntur secundū Hie-
rony.quia in eis Deus ante regnauē-
rat.secundum Chrysosto. autem, quia
eis erat regnum præparatum,cum ad
eos principaliter fuerit Christus mis-
sus.(eijcientur in tenebras exteriores)
Interiores sunt tenebre ignorātiæ vel
culpæ

A culpæ exteriores sunt tenebre gehen-
næ.Dicitur autem culpa tenebra secū-
dum.S.Tho.super Ioan.j.quia caret lu
mine rationis.secundo:quia fit in tene
bris.tertio quia ducit ad tenebras ex-
teriores,id est gehennæ.Nam in infer-
no erunt tenebrę,vt patet per. S. Tho.
iij.distin.xxv.& non lux,nisi quantum
sufficit ad videndum aliqua afflictiua.
B Et si queritur:quare ignis ille non lu-
ceat:Dicūt aliqui quod hoc est:quia ille
ignis est in medio terræ:Ideo famosus
est & obscurus. Vel potest dici ꝙ hoc
est diuinitus.Vnde secundum Grego.
lucet ad pœnam & non ad solatiū.Vel
potest dici melius quod ignis ille na-
turaliter non lucet:licet sit ibi diuini-
tus quod vt patet.iiij.distin.xliij.quæ-
stio.iij.articu.ij.quæstio.ij.ignis nō lu-
C cet accensus in propria materia ne-
que in aliena terrestri vt in sulphurea
nec in fumo grosso. Et intellige quòd
non lucet in istis clare:licet aliqualiter luceat.Reuera tamen,ad hoc con-
currit virtus Dei inquantum illum te-
net ibi:& materia in qua est accensus:
quia est in propria vel terrestri:& cir-
cunclusio terræ non permittentis lucē
solarem per aliquod spiraculum in-
D gredi ad illum:& consequenter repri-
mentis ex halationem fumi,qui vt vi-
detur ibi:est & grossus:quia ille ignis
videtur accensus in materia sulphu-
rea quantum ad suas extremitates sal
tem secūdum illud Psal. Ignis sulphur
&c.(Ibi erit fletus & stridor dentium
(Haymo. per metaphoram membro-
rum pœnas describit tormētorū. Sciēt
enim oculi fumo torti lachrymas pro-
ducere:dētes vero à nimio frigore stri
dere.Ostenditur ergo quòd reprobi in E
inferno & calorem intolerabilem & fri
gus substinebunt:secundum illud Iob.
xxiiij.Transierunt ab aquis niuium ad
calorem nimium.Hæc nimium. Hæc
ille Sicut autem patet ex.S. Tho.iiij.
dist.l.&.iiij.contra gentiles.clxxxix.&
quolibet.vij.q.v.in fletu est aliquid spi
rituale.s.tristitia: & hoc erit in omni-
bus dānatis:etiam spiritibus.Est etiam
aliquid corporale:quod est sine gene- F
ratione & corruptione:vt turbatio ca-
pitis & oculorum:& hoc etiam in om-
nibus damnatis post resurrectionem.
Et etiam aliquid corporale quod habet
generationem & corruptionem anne-
xam:vt resolutio,lachrymarū hoc non
erit cessante primo motu:qui est om-
nis generationis & corruptionis causa.
Stridor quoque dentium eadem ratio-
ne ibi erit: vt patet in locis allegatis: G
quia non importat alterationem sed
solum motum localem:sicut capitis tur
batio & oculorū (Et dixit iesus centu-
rioni.Vade & sicut credidisti fiat tibi).
q.d.secundū Chry.secundū fidei mēsu-
ram remetietur tibi(Et sanat° est puer
ex illa hora) Chry.Vbi velocitatē ad-
mirare: neque enim solum curare:sed
inopinate & in momento temporis hoc
facere virtutem christi ostēdebat.Hæc H
ille.¶ Allegorice patet ex dictis.¶ Ana
gogice vero significatur ꝙ in capharnaū id est in celo sanabitur paralypsis
nostra.s.defectus corporalis:quia tunc
reformabitur corpus humilitatis no-
stri:secūdū illud Phil.iij.Saluatorē ex-
pectamus &c. ¶ Moraliter autē doce-
mur iuxta doctrinā Grego.dicētis.Hic
superbia nostra retūditur:qui in homi

nibus non naturā quo ad imaginē Dei facti sumus:sed honores & diuitias veneramur.Redemptor autem noster vt ostenderet quoniam que alta sunt:hominibus sanctis despicienda sunt:& que despecta sunt hominibus:sanctis despicienda non sunt.Ad filium reguli ire noluit:ad seruum autem cēturionis ire paratus fuit.Hec. ille.¶ Item moraliter sciendum est quòd iste qui erat K seruus & paralyticus & male torquebatur significat peccatorem.Nam peccator est seruus Diaboli & peccatorū iuxta illud.ij.Petr.ij.A quo quis &c.& Ioan. viij. Omnis qui facit peccatum &c.quis &c.& Ioan.viij.Omnis qui facit peccatum &c.Et etiam paralitycus. nam paralysis est morbus reddens mēbra mollia & dissoluta & dissipata. Similiter peccator:est mollis cedēs omni L tentationi & aduersitati & dissolutus non habens vinculum timoris vel amoris:& dissipatus,id est confractus: nullum bonum propositum valens retinere.Similiter etiam torquetur in prosperis per curam superfluam:& male torquetur in aduersis per impatientiam: & pessime torquetur inter peccata;iuxta illud Ambro. Que pœna grauior M quā interius vulnus conscientię?

Dominica. iij. post octaua. Epipha. Mat. viij.

Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius & ecce motus magnus factus est in mari ita, vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserūt & suscitauerūt eum dicentes Domine salua nos perimus.Et dicit eis Iesus. Quid timidi estis modicę fidei. Tūc surgens imperauit ventris & mari:& facta est tranquillitas magna.Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic, Quia vēti & mare obediūt ei,

Ascendente iesv in nauiculam &c.Mat.viij.in isto Euangelio tanguntur tria pūcta que sunt.Periclitatio:excitatio:liberatio.¶ Quantum ad primum literaliter sciendum est quòd sicut dicit Orige. cum multa magna & admiranda ostendisset Christus in terra transijt ad mare vt ibidem excellentia opera demonstraret quatenus terræ marisque dominum se esse cunctis ostenderet.Hæc ille.Ideo dicitur: (Ascendente Iesu in nauiculam) Christus vt dicit beatus Matth. paulo ante videns turbas multas circa se Q tas circa se propter miracula quæ fecerat in Galilea:vbi sanauerat leprosum descendens de monte.& seruum centurionis cum introijsset capharnaū & socrum Simonis:quæ tenebatur magnis febribus:voluit deserere Galileā & transire mare Galileæ,Ascendit ergo nauiculam vt iret vltra lacum illum:propter multa secundum.S. Tho. super Matt.Primo vt ostenderet infirmitatem

A mitatem humanæ naturæ:quæ aliquādo indiget repausatione.Vnde dicitur Mar. vj. Venite seorsum in desertum & requiescite pusillum.Secundo vt cō placeret Discipulis:ideo aliquādo ibat in desertum:aliquando in nauem.Tertio vt daret nobis exemplum declinādi fauores humanos.Quarto ad mitigandum inuidiam iudeorum. (Secuti sunt eum Discipuli eius.) Secundum B Chryso. accepit Christus discipulos. Primo vt in fluctibus assuescerent non timere pericula,Secundo vt dum viderent se fructuare & periclitari: nō eleuarentur in superbiam ex hoc quod ipsos ceteris dimissis assumpserat. (Et ecce motus magn° factus est in mari,) id est in lacu more Hebraici sermonis: quo omnis aquarum congregatio mare nuncupatur:siue dulcis siue falsa vt C ait Beda. (ita vt nauicula operiretur fluctibus) id est, vndis:& consequenter spes salutis erat ablata.¶ Est autē sciendum secundum Orige.& sanctos, quòd ista tempestas non est facta ex naturali causa quæ est sydus aliquod maxime de erraticis vel ventus aut aliud conturbans fundum maris:vel vētus generatus alibi & flans supra mare. Fundum autem maris conturbat ven- D tus ibi generatus:& etiam Balena: vt dicit.S. Tho.super Iob:sed ex virtute & ordinatione diuina fuit & hoc ꝓpter duas rationes propter quas voluit discipulos ascendere in nauim, secundum Chrysostomum.& tertio secundum Origenem.vt manifestaretur virtus Christi.Vnde magna tempestas facta est, vt magnum appareret miraculum. ¶ Allegorice ista nauis,secun- E dum sanctum Thomam.super Matth. est ecclesia,super quam ascendit Christus per fidem:& in qua cum Christo sunt discipuli tanquam pastores.Tempestas verò significat futuras discipulorum angustias: de quibus dicitur. ij.Corinth.primo.Supra modum grauati sumus supra virtutem: ita vt tederet nos etiam viuere.Et similiter tribulationes persecutorum & hereticorum.Mare verò est presens seculum in F quo fluctuare habebat ecclesia agitata ventis passionum & illisa scopulis tribulationum:exposita rapinis piratarū, id est demonīorum.Pro hoc autē scien dum est allegorice Deum multas naues fecisse,id est nauem innocentiæ:in qua posuit Adā qua & naufragiū pertulit quando Adam peccauit. Deinde nauem synagogæ;in qua posuit homines terrenos,id est iudeos: quibus so- G lum terrena expresse promisit:qua & naufragium pertulit quando Guberna torem Christū negauit & occidit. Deinde nauem ecclesiæ:quæ ad instar nauis fuit angusta in principio:& similiter erit in fine tempore antichristi ꝓpter credentiū paucitatem:in medio verò tempore est:fuit & erit valde dilata.Chrysost.Nauigat ecclesia instructa fidei Gubernatore felici cursu per H huius seculi mare habens Deū Gubernatorem: Angelos remiges:portans choros omniū sanctorum:erecta in medio ipsa salutari arbore crucis:in quo Euangelicæ fidei vela suspendes flante spiritusancto ad portum Paradisi & securitatem quietis æternæ deducitur.Hæc ille.Egredienti hanc nauē:ēm per mortale nullū remedium superest

Universidad de Deusto Biblioteca

I nisi pœnitentia: quæ est secunda tabula post naufragium vt colligitur de pe. di.j.ca.multiplex.& ca.secunda tabula. & ca.super tribus. Comparatur autem pœnitentia tabulæ: licet & ipsa sit nauis.quia respectu innocentiæ prospere non ducit ad portum. ¶Moraliter ista nauis pœnitentiam significat qua ad salutis portum ducimur. In hac qui sequens Christum ascenderit:licet quatiatur tentationibus mundi carnis & & diaboli: tamen perueniet tandem ad portum salutis ad quem sine ipsa nullus post peccatū potest attingere. Vnde est sicut arca noe:extra quam nulli li potuit salus tempore diluuii. In hoc tamen est differentia secundum Chry. de lau.Pau.quia in arca noe leo intrauit & leo exiuit:sed per pœnitentiā leo id est superbus ingressus mutatur in ouem id est mansuetum, & sic de aliis. Existentem in hac naui exigat motus magnus causata procella tentationis primo à superiori, scilicet stella id est à deo permittēte ad humiliationem & conseruationem gratiæ & secundò à causa inferiori,scilicet fundo maris id est aliquo tyranno persequente.& propria inclinatione vel passione interius innata.Et tertio à causa media scilicet vento.i.demone seuiente. ¶Quantum ad secundū literaliter sciendū est quod sicut christus studio se mouit mare: ita studiose subtraxit solatiū pœnitentiæ suæ quodāmodo.vnde dicit. (ille verò (s.christus dormiebat(Chr.Si enim eo vigilāte facta fuisset tempestas: vel nō timuissent vel non rogassent vel neque ipsum posse aliqui tale facere crederēt Hæc ille.Dormiebat ergo primo vt discipulos constitueret inter timorem & spēcie secundum Chry.& S.Tho.& secundo secundum S.Tho.vt ostenderet se verum hominem.Quando enim volebat probare se esse Deū faciebat aliquod humanitatis signum ne decrederetur humanitas.Sed tantum prævalebat tempestas quod coacti sunt excitare Christum.Ori.Tanto autē metu discipuli fuerunt conterriti: & pene animo alienati vt irruerent in eum & non modeste ac leniter suggerent:sed turbulenter suscitarent eum.vnde sequitur. (Et accesserunt ad eum & suscitauerūt eum:dicentes.Domine.salua nos perimus)O veraces discipuli saluatorē vobiscum habetis & periculum timetis. Vita vobiscum est & de morte solliciti estis. Sed respondeant. Paruuli sumus & adhuc infirmi ideoq; timemus. vnde sequitur.(Et dicit eis Iesus. Quid timidi estis modice fidei)quasi dicat.Si potentem me super terram cognouistis quare non creditis ꝙ in mari potens sum.Et si mors irrueret nonne eam debuistis constantissime sustinere? Qui modicum credit:arguet: qui nihil credit contemnet.Hæc Orig.Sed quomodo isti fuerunt modicæ fidei qui dixerunt,salua nos?Ad hoc dicitur secundū S.Tho.super Mat. ꝙ si habuissent magnam fidē ipsi potuissent imperare mari.Vel secundum eundem & Chrysost. quia non crediderunt ꝙ dormiens posset saluare.Vnde etiā secundum eundē Chrys. propter hoc Christus non fecit hoc signum præsentibus turbis ne accusarentur discipuli modicæ fidei: sed seorsum voluit eos arguere & emendare.¶Allegorice hic secundū Hie.significatur quod ecclesia fluctuante Christus quiescit & dormit:patientiā nostrā & impiorum pœnitentiā expectans vt dicit Ori. Excitat autē ad succurrendū orationis sanctæ clamoribus sanctis pastoribus orātibus pro grege commisso. ¶Moraliter vero significatur ꝙ existētibus nobis in naui pœnitentiæ & flante vento tentationum subtrahitur nobis auxilium diuinum non adeo vt submergamur: sed vt timeamus submergi & tunc debemus christum excitare clamoribus cordis.Aug.Excita Christum in corde tuo:vigilet fides tua tranquilletur conscientia tua:& liberabit nauis tua.Hęc ille.¶Sciendū est tamen quod Christus seu Deus alicubi semper dormit.s.in inferno:quia damnatos perpetuæ obliuioni tradidit:nullo modo eos liberando:alicubi vero semper vigilat. id est in cœlo quia omne sanctorū desideriū statim quietat alicubi vero quādoque dormit & qñq; vigilat, vt in vita præsenti:vbi vigilat seruos suos à tētationibus custodiendo.Psal. Ecce non dormitabit neq; &c. Et dormit eos tribulationibus exponendo ideoque dicit idem propheta. Exurge quare obdormis domine.¶Quantū tertium literaliter sciendum est ꝙ christus visa oportunitate perpetrandi miraculum voluit ostendere potentiā suam ideo sequitur(Tunc surgēs imperauit ventis & mari)Tempestas enim seu inquietudo maris causa vt plurimum effectiue à ventis materialiter autē ab aquis ideo vtriq; imperauit. Et istud imperium seu præceptum non fuit factum vocaliter propter ipsa elementa insensibilita:sed propter ipsos homines astātes vt scilicet per hoc perciperēt quod eius virtute & imperio quieuit mare. (Et facta est tranquillitas magna) scilicet statim secundum Chryso.Et in hoc apparuit miraculum: quia vt idem dicit cum mare quietatur naturaliter nō statim efficitur quietum.(Porro homines mirati sunt dicentes.) Isti homines secundum Ori. non erant discipuli sed naute.Nam discipuli propter honorem domini nullibi appellant homines sed discipuli vel apostoli. Si tamen vt ait. Hiero. quis velit contendere eos fuisse discipulos.Dicendum est ꝙ recte dicti sunt homines: quia necdum noverant potentiā saluatoris. (Qualis est hic.) Vt dicit Glos.Chry.ponit talem textū. Qualis est hic homo? Somnus enim & figura monstrabant hominem.sed mare & tranquillitas Deum arguebant. Non autem vt ait Orige.interrogando dicunt qualis est hic sed asserētes quod talis sit. (Quia mare & venti obediunt ei.) ¶Allegoricè significatur quod nauis ecclesiæ conturbatur, sed non submergitur: & cessant venti persecutionum & heresum Christo deiiciente tyrannos & hereticos: & quod vsq; in finem durabit.de hoc vide Dominica. x. post festum trinitatis.¶Moraliter significatur quod tentatis clamātibus ad deū fit tranquillitas mentis. Tob. iiij. post tempestatem tranquillum facis & post fletum & lachrymas consolationem inducis. Est tamen notandum quod allegorice secundum Rab. ista naucula significat crucem:quam Christus ascendit & facta est turbatio in morte eius sed per resurrectionem excitatus hoc desiderantibus discipulis quietauit omnia.

mnia. Vnde cantat ecclesia Claro paschali gaudio sol mundo nitet radio: cum Christum iam apostoli visu cernunt corporeo.

Dominica.iiij.post octa.Epipha.Matth.xiij.

K SImile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonū semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuisset herba & fructum fecisset tunc apparuerunt, & zi-
L zania. Accedentes aūt serui patrisfamilias dixerunt ei. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Vñ ergo habet zizania? Et ait illis inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea. Et ait. Non: ne
M forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus colligite primum zizania & alligate ea in fasciculos ad conburendum, Triticum autem congregate in horreum meum.

SIMILE FACTVM EST regnum cœlorū homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Matth. xiij. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta: quæ sunt. Gemina seminatio. Gemina interrogatio. Gemina congregatio. ¶ Quantum ad primum sciendum est: quod totum istud euangelium est parabolicum vnde sensus literalis non est ille quem voces exprimūt proprie sed quē improprie. Non enim hic per messores intelliguntur aliqui homines incidentes messem falcibus, sed messores significant improprie & metaphorice angelos: & hoc ad literam iuxta notata in principio huius operis. Sciēdum est etiam. ex. S. Tho. super Mat. c. iij. quod regnum cœlorum: siue regnum Dei in scriptura sumitur quatuor modis. Quādoq; enim regnum cœlorum dicit proprie societas sanctorū in patria vt Mat. viij. Recumbent cum Abraam Isaac & Iacob in regno cœlorum. Et secundo ipse Christus habitās in nobis per gratiam Luce. x viij. Regnū Dei intra nos est. Et dicitur regnum cœlorū quia per gratiā qua nos inhabitat: inchoat in nobis viā cœlestis regni. & in nobis quandam participationem illius gloriæ facit illuminando intellectum per fidem & per amorem inflammādo affectum. Gloria enim illa consistit in cognoscendo & amando Deum. Tertio dicit regnum Dei scriptura facta: sicut. Matt. xxij. dicit Christus Iudeis. Auferetur à vobis regnum Dei id est, sacra scriptura quæ dicitur regnum quia lectio eius

A ducit ad regnum. Quarto ecclesia militans vt Mat. xiij. Simile est regnū cœlorum sagenæ missę in mari. Et dicitur regnum cœlorū quia ad modum cœlestis ecclesiæ est ordinata vt in ea per superiores illuminentur inferiores. Item quia in ea regnat rex cœlestis per vicarium suum. Item quia in ea sola est via veniendi ad cœleste regnum. Dicitur ergo (Dixit Iesus discipulis suis para-
B bolam hanc) Parabola secundum Hier. est rerum natura discordantiū sub aliqua similitudine facta comparatio. Vnde volunt aliqui q̄ secundum hoc esset parabolica locutio: quoties res diuersæ genere comparantur & assimilātur vt cum dicitur Io. iij. Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Proprie tamen
C parabola videtur esse historia ficta ad aliud significandum transumptiuè siue aliquando fuerit aliquid tale in natura: siue non vt cum dicit Lu. viij. Exiit qui seminat seminare semen suū. Vnde dicitur parabola iuxta sententiā à para quod est iuxta: & bole sentētia. Non enim parabolæ sensus est id quod voces pretendunt proprie sed est id quod iuxta est: quasi secundarium & transumptiuum significatum. ¶ Est autem
D notandum secundum Ori. q̄ parabola est similitudo sumpta à re quā esse vel fuisse non est necesse: sed tamen est possibile. Enigma vero sumitur à re quæ nec fuit nec potuit esse sicut cum dicitur. Iudicum capi. ix. quod ligna igue-
runt vt inungerent sibi regem. Exemplum autē videtur sumptum à re quæ vere est vel fuit. Similitudo autem est quoddam omnibus istis commune. Lo-
quebatur autem dominus in parabolis E secundum Sanct. Thom. vbi suprā. Primò vt sacra in fidelibus celarentur: & consequenter non irriderentur. Iuxta illud Matthæi. vij. Non mittatis margaritas vestras ante porcos. Secundo vt rudes faciliùs addiscerēt & retinerent spiritualia. Et potest addi tertio quia in palestina vbi predicabat: ita erat consuetum secundum. Hiero. ad succurren-
dum memorie. Et quarto secundum F Theo. vt attentiores faceret homines ex auiditate intelligendi occulta & parabolarum significata. Sed cōtra. Nam secunda ratio sancti Thom. videtur destruere primam. Non enim est possibile quod per eandem sententiam doceatur rudis: & veritas celetur astuto. Ad hoc dicere videtur Gorram quod ideo indignis celatur veritas in parabola: G quia ea audita non curant sensum inuestigare: vel ab alio edoceri: sicut boni. Vnde isti ad veritatem perueniunt interius vel exterius edocti: & hoc frequenter. (Simile est, regnum cœlorum,) id est, filius Dei secundum Remigium. (homini qui seminauit bonum semen in agro suo) Nam ipse Christus in agro suo, id est, mundo vt ipsemet exponit seu ecclesia militanti exculta eius labore & sanguine (semi- H nauit) per prædicationem suam & apostolorum bonum semen,) id est, doctrinam & fidem Catholicam. Deinde tangitur alius seminator cum dicitur. (Cùm autem dormirent homines) id est, negligentius agerent prælati secundum Augustinum, de consensu Euangelistarum. Cùm autem tria sint hominum genera quibus dormire

I mire periculosum est scilicet pastorũ. gubernatorum nauium:& ianitorum: prælati sunt domini & gregis pastores nauis ecclesiæ gubernatores: & vrbis ecclesiç ianitores:quę ab hostibus idest a malignis spiritibus obsepta est. Vel cum dormirent.i.mortui essent homines idest christus & apostoli:qui seminauerunt.¶ Venit inimicus eius) idest diabolus qui venit ad seminandũ,Sed K cõtra:quia diabolus si est inimicus dei odit deum:ergo odit bonum.Ad hoc dicitur ꝙ deus in se audiri non potest:cũ sit bonitas nihil de malo habens. Vnde videns deum clare non potest illũ odire.In suis tamen effectibus deus odio habetur per accidens:puta in sua iusta punitione: ita quòd deus oditur vt punitor.Hæc est est doctrina.s. Th. L super Mat.viij.&.iiij.di.I.subtiliter tamen hanc materiam habens à cap.j.di. j.q.iij.(Et superseminauit zizania) .i. lolium quod simile est tritico.Per zizania secundùm Augu.de consensu euan gel.duo possumus intelligere.s. hereticos vel hereses:& scandala vel male viuentes christianos.Sed contra:quia hereses seminatæ sunt etiam viuentibus apostolis:vt patet.I.Io.ij.Nunc inquit antichristi multi facti sunt.Non ergo M post dormitionem eorum.Ad hoc dicitur quòd pro maiori parte fuerunt seminatæ post apostolorum mortem(in medio tritici).i.in medio fideliũ. Non enim curat diabolus quòd sint heretici intra infideles:quia oĩno possidet illos oẽs)Et Abiit).i.occultus factus est secundùm Aug. Transfigurat enim se in angelum lucis.ij.Cor.xj.& sub specie veritatis ac deuotionis seminat & fouet hereses & perfidiã.)Cũ aũt creuisset herba & fructum fecisset:tũc apparuerũt & zizania)quia secundũ aliquos cũ fides catholica vel fideles catholici per orbẽ cepissent multiplicari:tũc hereses quæ latuerat simul apparuerunt.Vel aliter secundũ Chriy. In principio enim heretici obumbrat seipsos:cum autem acceperunt libertatẽ & sermone aliquis cum eis participauerit:tunc venenum effundunt.Hæc ille. Et intendit Chry.v.S.Tho.super Mat. declarat:ꝙ per herbã intelliguntʒizania siue heretici in principio suo. Tũc enim nõ apparẽt:quia à principio prç dicant aliqua bona laicis:& postmodũ prædicãt aliqua mala de clericis: quæ laici libenter audiunt & eos auertunt à dilectione clericorum & per consequens ecclesiæ & tunc aperiũt doctrinã suã quæ est venenũ Ang.aũt de cõsensu euang.per herbã accipit triticũ in principio suo. Homo enim parum est in principio & non discernit:sed cũ ceperit spiritualis esse discernit quicquid legerit vel audierit diiudicãdo inter verũ& falsum.¶ Moraliter iste ager est mũdus:in quo deus seminauit in primis suppositis sciẽtiã innocẽtiã & felicẽ vitã.Diabolus aũt super induxit se minando ignorantiã:culpam & miseriam.Sed christus tanquã cælestis agricola de cælo attulit semina tria contraria.s.sciẽtiã:gratiã & gloriã. Ioan.j.vidimus gloriã eius:ecce tertium:plenũ gratię:ecce secũdũ:& veritatis:ecce primũ.Vel ager est anima nostra:in qua christus seminauit semẽ optimũ in baptismo:quia seminauit gratiã & virtutes quæ producũt fructus bonorũ eperum

A Sed diabolus suggerendo super semi- E
nat zizania.i.lolium quod significat omne peccatum.Nam omne peccatũ tã quã lolium facit animã somnolentã & pigram,Precipue vero significat super biam:auaritiam:& luxuriã:quia zizania habent vim ventosam vt superbi ad ascẽdẽdũ:& acutã:vt auari ad decipiendum: & venenosam vt luxuriosi ad inficiendum.Et ista seminantur dor B mientibus hominibus.i.prelatis & parentibus & maioribus & intellectu & voluntate. Et apparent cum creuerit herba.i.in etate perfecta:vbi homo ceperit esse sui dominus: non autem in puerili.Vel tertio iste ager est quilibet seruus dei:& habet tres partes que tanguntur figuraliter Iosue.xv.s. terram australẽ & arentẽ.i.corpus mortificatũ & purificatũ obscenis humoribus & irC riguũ inferius.i.animã afflictã & emittentem lachrymas doloris:& irriguum superius.i.spiritũ siue superiorem animæ partem emittẽtem lachrymas cælestis cõsolationis.In tali agro pullulãt bonũ semẽ:& germinat liliũ castitatis in porta arida & rosa patientiæ in parte inferius irrigua:& viola supernę cõtẽplationis in parte vltima.Sed diabo- D lus nititur ista suffocare:& plãtare vel seminare contraria.¶ Quantum ad secundum literaliter sciendũ est ꝙ semper boni habẽt zelũ dei contra peccata & vitia:& hoc innuitur cum subditur. (Et accedentes serui patrisfamilias dixerunt ei.Domine,nonne bonum semẽ seminasti in agro tuo:vnde ergo habet zizania (Sicut dicit Aug.de consen. euan.conuenientius per istos seruos intelliguntur homines sancti:quã angeli: quia nullus facile audebit dicere angelos nescisse quis superseminauerit zizania.Accedunt autem iusti secundùm Remi.ad patrẽfamilias.i.deũ non corpore sed corde & mẽtis desyderio. Patres enim antiqui ecclesiæ primitiue admirãtes perfidiã heresum insurgentium:ad deum accesserunt per orationem inquirentes vnde ager haberet zizania.i.quę esset heresum causa.Et fuit eis diuinitus reuelatum vel inspiratũ F quòd hoc erat diabolicum opus deo ꝓmittente.Vnde sequitur.(Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit).i. diabolus secundùm Hier.Ang.Chry.& alios.Dicitur autem inimicus secũdũ Chryso. propter iacturã quã infert hominibus Vexatio eĩ diaboli aduersus nos est. Principium aũt vexationis factum est nõ ab inimicitia quæ est ad nos:sed ꝙ G est ad deum.Hæc ille.Secundo etiam quia primam inimicitiam inter nos & deum fecit.Dicitur autem diabolus homo non ratione corporis.sed ratione mentis:in qua cum spiritibus conuenit homo & secundo quia primas inimicitias voce humana vt creditur expressit.& tertio ab homine deuicto dicitur homo secundùm aliquos:vt ab aphrica scipio aphicanus dictus est.Vel quarto propter vnitate membrorum & ca- H pitis.sicut enim homo malus & diaboli membra nomine diaboli appellantur. Ioan.vj.Vnus ex vobis diabolus est.Et similiter membra Christi nomine christi.Psal.Nolite tangere Christos meos ita econuerso caput assumit personam membrorum.act. ix. Saulesaule quid me persequeris?Et ali quãdo nominatur eorum nomine vt hic. ¶ Sequitur

aute

I autem secunda interrogatio. Pro cuius intellectu sciendum est ex doctrina. s. Tho. ij. q. xj. ꝙ heretici quātū ipsis est non sunt ab ecclesia tolleradi: sed merentur mori: quia pęius est animā perimere quā falsare pecuniam: qua subuenitur vitæ corporali. Sed tamē licet ipsi mortē mereātur: ecclesiam tamē decet esse misericordē. Et ideò admonet eos semel & secundo verbis: deinde re-
K secat putrida membra corporis mystici: excommunicando eos vel relinquēdo brachio seculari. Iterum sciendum est ex eodem ibidem q. lxiiij. quod licitum est ad bonum communitatis occidere peccatores: quando hoc sine bono rum periculo fieri potest. Quādo autē sine periculo bonorum id fieri nequit: secus est. sicut autem dicit Aug. in libr. de consen. euan. cum serui dei vident
L ista ex diabolica fraude procedere aduersus quem se proficere non posse cernunt subaudiri potest in eis volnntas exterminandi huiusmodi homines malos: sed an facere debeant vel non facere iustitiam dei consulunt: vnde subditur. (Serui autem dixerunt ei) per orationem querentes diuinum consilium. (Vidimus & colligimus ea) separando istos homines à fidelibus per excommu
M nicationem: & tandem seculari potestati relinquēdo exterminandos per mortem corporalem (Et ait: non) Et hoc nō dicit propterea ꝙ ipsi mali hoc mereātur: sed propter bonos præsentes aut futuros: ıō subdit. (Ne forte colligentes zizania eradicetis simul & triticū) i. seruos dei: qui ad instar tritici habēt exterius ruborē p charitatē ad proximū. & interius cādorē per puritatē quę habeāt ad deū: & tanquā panis triticeus
N mille cibus cōmixti mille tribuit sapores: quia sciūt gaudere cū gaudentibus & flere cum flētibus. Ro. xij. vnde & de se Paulus dicitur. j. Co. ix. omnibus omnia factus sum: Vbi aduertendū est secundū Aug. lib. de cōsen. euā. & alias quatuor esse causas ꝙ mali non debeāt propter bonos eradicari. Prima quia per malos excitantur boni ad prædicandū & scribēdum & orandū: Vnde ꝙ
O malos eradi caret: eradiceret etiam triticū. i. multa bona opera: quæ si nō fuissent hæretici: facta non fuissent. Vnde. j. Co. xj. Oportet hereses esse vt qui probati sunt manifesti fiant tamen vobis: Secūda: quia qui modo est malus, cras erit bonus. Vnde si occisus fuisset paulus non haberemus rumenta epistolarum eius: neque ipsum Paulum qui in
P triticū conuersus est. Hæ rationes sunt Aug. Et secunda est etiam Hiero. qui ait. Datur locus pœnitētiæ: & monemur ne cito amputemus fratrē: quia fieri potest vt ille qui hodie noxio dānatus est dogmate: cras resipiscat & incipiat defendere veritatem Hæc ille. Tertia est ratio. s. Tho. super Mat. quia aliqui videntur mali & non sunt quos si
Q velles statim euellere: multos bonos extirpares. j. Co. iiij. Nolite ante christū iudicare. Quarta ratio eiusdē: quia aliquando mali sunt magnæ potestatis: ideo si excludantur multo secū trahūt: & cū illis malis multi boni pereūt. Vnde dicit glo. Ang. ꝙ nec multitudo nec princeps debet excōicari. ¶ Moraliter sciendum est quòd preter causam zizaniorum hic assignatam sunt aliæ quibus instrumentaliter vtitur inimicus

A homo. Nascuntur enim ex cultorū negligentia. i. desidia prælatorum vt etiā hic dominus innuit. Et ex aeris corruptela: quæ significat malorum societatem. quę vbiq; est damnosa: quia in cœto societas luciferi fuit aliis angelis malis occasio ruinæ: vt patet. j. par. q. lxiij. arti. viij. & in inferno societas demonū facit horrorem: & propinquorū facit
B dolorē: & omniū generaliter facit stuporē: & in mundo societas malorū corrūpit. Et tertio nascuntur exterræ malitia: quia secūdū. s. Tho. nō omnia peccata ex demonibus immediate nascuntur: nisi pro quāto subuerterūt Adā & statū innocentiæ: sed aliquādo perueniūt ex propriis inclinationibus & passionibus. Igitur. s. pastores & prelati qñ
C vident talia pullulare in subditorū cordibus: zelo accensi correctionis querūt a deo an debeāt talia vitia corrigere: & deus inspirat ꝙ aliquādo non vult ꝙ corrigantur: quādo. s. ex correctione secuturum est maius inconueniens. Vnde oportet obseruare tempus oportunum correctioni & etiam correctioni.
D ¶ Quantum ad tertium literaliter sciēdum est quòd ne aliquis crederet vitia deo placere: & consequenter remanere impunita subiungitur (Sinite vtraque crescere) scilicet bonos & malos (vsque ad messem) ideſt finem mundi. vt dicit Aug. ¶ Sed hic est quæstio quam Hiero. mouet: quia ista videntur esse cōtra illud. Auferte malum de medio vestri. Ad hoc dicit ipse quòd deus loquitur quando res bene non possunt discerni: quia tunc ad iudicium diuinum reseruantur. Nam lolium & triticum in herba similia sunt non in messe. Nico. autem de ly. dicit ꝙ hoc ideo dicitur E
quia in casu non sunt occidendi mali: puta si timeatur scisma: aut occisio fidelium ab eorum fautoribus quāuis cessantibus his sint de medio auferendi. Vel hoc dicitur secundùm eundē: quia quantuncunque ecclesia persequatur hereticos: tamen vsque ad diē iudicii deus vult permittere aliquos esse hereticos in ecclesia Chry. autem dicit ꝙ
F sunt auferendi inquantum studia & sy nodos & prædicationes eorum dissipare oportet: sed tamen hic prohibemur eos occidere: quia multa mala sequuntur. Aug. vero aliquando sensit non esse hereticos occidendos vel compellendos ad fidem: sed post mutauit opinionem: vt ipse in quadam epistola dicit: eo quòd vidit plerunque meliores fuisse eos qui vocati fuerant coacte vt de
G paulo patet. vnde sentit eos plectendos nisi maius malum timeatur vt hic innuit dominus. Et reuera ista etiam fuit opinio Chrysostomi si quis recte cōsideret. (Et in tempore messis) ideſt iudicii. Istud enim præsens tempus est seminationis cum labore: sed illud erit congregationis cum exultatione quo ad bonos duntaxat. Psalmus euntes ibant & flebant &c. (Dicam messoricus) ideſt angelis (colligite primum zi-
H zania) ideſt separate malos de medio iustorum. Exibunt enim angeli & separabunt malos de medio iustorum. Matthæi decimotertio. Nota primum quia antequàm sancti ascendant in cœlum dabitur sententia contra reprobos vt patet Matthæi. xxv. Vel ideo primū: quia discernētur iniqui à bonis: vel secūdū situ vel secūdūmanifestatio

nem

I nem iniquitatum: vel vtroque modo antequam triticum.i. iusti congregentur in horreum vitæ æternæ (Et alligate ea in fasciculos) vt secundum varietatem criminum sit varietas tormẽtorum secundum Aug.(Ad comburendum) in inferno: secundum Hiero. El hæc est prima cõgregatio. Secunda vero notatur cum dicitur Triticum autẽ. i. fideles iustos (congregate in horreum K meum).i. in vitam æternam vbi messis & triticum iam non exponuntur grandini tribulationum aut vento vrenti tentationum aut rapinis demoniorum. ¶ Sed notandum est quòd ad messores istos (vt colligitur ex præsenti Euangelio) tria spectant. s. primo messio: quæ est in separatione malorum à terrenis ac temporalibus bonis: quæ dilexerunt tantum secundum Aug. vt ea fecerint L membra sua: ideoque tunc sic dolebũt sicut homo in abscisione membrorum. Et secundo collectio quæ erit in segregatione malorum à bonis. Et tertio alligatio: qui erit in associatione reproborum ad reprobos & ad spiritus malignos in inferno Grego. Sicut in domo patris mansiones multæ sunt pro diuersitate virtutis: sic dãnatos diuerso supplicio gehẽnæ ignis subiicit disparitas M criminis. ¶ Moraliter licet Deus in nobis modo cũ bonis nostris toleret multa mala: tamen non prius congregabimur in horreum vitæ æternæ quàm zizania. i. venialia comburantur in purgatorio: & similiter mortalia de quibus habuimus contritionem sine plena satisfactione. Quomodo autem remittantur venialia post mortem vide. S. Tho. iiij. dist. xvj. &. iiij. parte. q. lxxxvij.

Dominica in septuagesima. Matth. xx.

SImile est regnum cœlorũ homini patrifamilias qui exiit primo mane cõducere operarios in vineã suã. O Conuẽtione autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos in vineam suam. Et egressus circa horã tertiam vidit alios stantes in foro otiosos & illis dixit. Ite & vos in vineã meam: & quod iustũ fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. P Iterum autẽ exiit circa sextam & nonam horam & fecit similiter. Circa vndecimam vero exiit & inuenit alios stantes & dixit eis quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conducit. Dicit illis. Ite & vos in vineam meam Cum sero autem factum esset dicit dominus vineæ procuratori suo. Voca operarios & redde illis mercedem: incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant acceperunt singulos denarios. Veniẽtes

Antes autem & primi arbitrati sunt quòd plus essent acceptu-
ri: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrẽfamilias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti: qui portauiB mus pondus diei & estus. At ille respondens vni eorum dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecũ? Tolle quod tuum est & vade. Volo autẽ & huic nouissimo dare sicut & tibi. C Aut nõ licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum. Sierunt nouissimi primi & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi.

D SIMILE EST REGNVM cœlorum homini patrifamilias: qui exiit primo mane &c. Matth. xx. In præsenti Euang. tanguntur tria puncta: qui sunt. Vocatio: remuneratio: murmuratio. Quantum ad primum literaliter sciendum est quòd istud Euangelium est parabolicum: & ideo sensus literalis non est quem voces prætendunt propriæ sed quem transsumptiue. Et quia eadem dictio transsumptiue multa significare potest: vt puta sero mortem

Aurea

hominis & tempus gratiæ ideo multas E expositiones literales assignant sancti huius parabole quas omnes prosequemur. Dicitur ergo (Simile est regnum cœlorum). i. status Christianitatis vel ecclesiæ militantis. Quot modis autem dicatur regnum cœlorum: vide supra dominica. iiij. post octa. Epiph. (homini patrifamilias) Iste est Deus cuius domus est mundus: in quo secundũ Chry. F tres habet familias: cœlestium: terrestrium & infernorum. Prima est filiorum: secunda militum: tertia incarceratorum (qui exiit) Deus non exit mutãdo locum: quia vbique est cum vbique operetur conseruando res conditas: sed exit operando nouos effectus. Vnde dicitur venisse in mundũ quando assumpsit carnem & ad hominem venire dicitur quando nouiter in eo operatur & infundit charitatis amorẽ (Primo ma- G ne) Sciendum quòd hic per diem accipitur tota duratio præsentis: seculi vt dicit. S. Tho. super Mat. & Orig. Diuersæ autem ætates sunt diuersæ horæ huius diei. Mane ergo mundi vt Greg. dicit fuit ab Adam vsque ad Noæ. Et in illa ætate siue in illo mane huius mundi Deus exiit primo (conducere operarios in vineam suam.) Ista vinea secundum Chry. est iustitia & intellige quòd H est iustitia legalis. Sed per hoc sciendũ est ex. ij. ij. q. lviij. art. vj. quòd iustitia legalis dicitur dupliciter. Vno modo quædam virtus specialis quidem in essendo: sed generalis in causando quia i. mouet omnes alias virtutes & earum actus ordinat ad suum finem. i. bonum commune. Et in principe principaliter quasi & architectonice in subditis autẽ

Rosa. p lcc

I secundario & quasi administratiue. Et secũdo quælibet virtus particularis secundũ quod mouetur à prędicta virtute. Chrys. ergo loquitur de iustitia primo modo & etiã secũdo: sic tamẽ vt iustitia sit quasi quoddã nomen collectiuum includens in se virtualiter omnes virtutes. sicut cũ dicitur Exod. viij. Venit musca grauissima. i. magna multitudo muscarũ. Et diuersæ vites sunt di-
K uersæ virtutes secundũ eum: quæ sunt diligẽter colendæ. Sed secundũ Greg. ista vinea est vniuersalis ecclesia. in qua videtur velle Greg. quòd sit vnica vitis. i. Christus: sed habet quasi infinitos palmites. quia quot sanctos protulit quasi tot palmites misit. Sed tamen saluator Ioã. xv. distinguit tria genera palmitũ. Quidã enim sunt viti. i. Christo adherẽtes per fidẽ: sed nõ fructificã-
L tes per operationẽ: vt fideles peccatores. Quidam vero nec fructificãtes nec adherẽtes sed excisi: vt heretici & scismatici. Quidã vero & adherent & fructificãt: vt sancti existẽtes in gratia Dei & sancta charitate. De primis dicit. Omnẽ palmitẽ in me. s. manentẽ non ferentẽ fructum. De secũdis autẽ. Si quis in me non manserit &c. Et vtrique ad nihil nisi ad ignem sunt apti. De tertiis
M vero dicit. Qui manet in me & ego in eo &c. Operarii vero cõducti secundũ Chry. & Greg. sunt omnes rectę operãtes. quãuis secundũ Greg. proprie operarii sint prælati & doctores qui singulis ætatibus vocãtur ad erudiendũ plebem fidelium. Vnde mane cõducti fuerunt. Adam Seth. & Enoch. Licet autẽ operarii. sint prædicatores. tñ quilibet fidelis est operarius quia est prędicator dicẽdo aliqua bona vel saltẽ bene ope-N rando. Nam bonus sermo & bona prædicatio est bene operari: quia plus mouent exẽpla quàm verba: secundũ Greg. (Conuentione autẽ facta cũ operariis) quæ cõuentio est promissio pręmii vitæ æternæ: quę qũ facta sit statim dicetur (ex denario diurno) .i. pro denario diurno. qui. s. pro dieta dabatur. Remi. Denarius dicit qui antiquitus pro decẽ O nũmis cõputabatur: & figurã regis habebat. Recte ergo designatur per denariũ obseruati decalogi præmiũ. Hæc ille. Et intẽdit Remi. ꝙ istud præmiũ dicitur denarius. Primo quia pro decẽ prę-ceptorũ obseruãtia datur. Secũdo quia cõsistit in impressione diuinę imaginis in mẽtibus nostris: quia. s. ipsa deitas in nobis erit. ita ꝙ ipsam immediate sine alia specie videbimus. & cõsequenter perfecta tunc in nobis erit Dei nostri P imago. Potest ãddi tertia ratio. quia scriptura quæ est circa denariũ significat perfectã notitiã quã habebimus in deo. Et quarta: quia circularitas denotat æternitatis possessionẽ. (Misit eos in vineam suã) vt laborãdo se præmio dignos efficerẽtur. ¶ Sciendũ tamen ꝙ in vinea materiali aliqũ laborãt: nec aliquod solatiũ habẽt in ea nec in spe fu-Q turi præmii. Aliquãdo vero habetur: vt cũ est frondosa vel fructibus onusta. In spirituali autẽ semper habetur solatiũ: quia delectabilissimũ est bene operari: cũ virtus sit secũdum naturã hoĩs quo ad principalẽ eius partẽ: & etiã magna cõsolatio est credere: & vt ita dicã sentire Deum sibi propitium & amicũ. (& egressus circa horã tertiam) quæ hora tertia secundũ Greg. est decursus mũdi à Noe

A à Noe vsq; ad Abraã. in qua sunt cõducti Noe: Sem: Heber: Thare: & cõsimiles (vidit alios stãtes in foro otioso) forũ secundũ Orig. est omne quod extra ecclesiã est. In hoc enim mũdo vendendo & emẽdo viuunt hoĩes: & inuicẽ sibi fraudẽ facientes: vitã suam sustentãt. Hæc ille. ¶ Sed hic est quęstio: quomodo sancti isto tẽpore cõducti potuerunt esse extra ecclesiã & otiosi? Ad hoc
B dico ꝙ fides per naturã haberi non potest: sed per reuelationẽ habetur & infusionẽ: ideo oĩs homo in se cõsideratus infidelis est & extra vineã. Vnde etiam ipse Adã qui cũ fide & gratia fuit cõdu ctꝰ. vt patet. j. parte. q. cxv. &. ij. di. xxix. fuisse cõductus à sanctis dicitur: & cõsequẽter fuit extra vineam quantũ erat de se. Similiter dico ꝙ nullus homo sufficit sine adiutorio Dei speciali agere
C aliquod opus meritorium vitæ æternæ imo neque perfecte bonũ moraliter vt patet ex. ij. sentẽ. dist. xviij. Ideo omnis homo quantũ est de se otiosus est: quãcunque sit iustus: sed per gratiam Dei otiosus nõ est: quæ eum ad operãdum adiuuat. Quia ergo homo potest dici otiosus & nõ otiosus: ideo qui hora prima sunt cõducti non sunt dicti otiosi:
D quia non cõpetebat tempori cõductionis tamẽ vere erãt de se otiosi. Nec hoc dico quasi essent de se peccatores: quia vt dicit Chrys. peccator nõ est otiosus: sed occisus. Otiosus autem est qui nec bonum nec malum facit. (Et illis dixit. Ite & vos in vineam meam) Isti sic dicit Chry. in homi. sub incerto pacto cõducuntur. Vnde subditur. (Et quod iustum fuerit dabo vobis) huius causam assignat idem ibidem dicẽs. Sciens dominus quia præuaricaturus fuerat Adã E & omnes postmodum in diluuio fuerãt perituri certum pactum fecit ad eum: nequando dicat ideo se neglexisse iustitiam: quia nesciebat quæ præmia fuerat recepturus. Istis autem non fecit pactum: quia tãtum paratus est tribuere quantũ mercenarii recipere non sperabãt. Hæc ille. Licet autem hoc pactum de quo. Chryso. loquitur in scriptura non habeatur expresse: tamen ra-F tionabile est quòd Deus quãdo posuit Adam in paradiso ad operandum exposuerit ei operis mercedem. Orig. vero assignat causam: quia vocati hora tertia tantum potuissent si voluissent exercere vires quòd æquale opus fecissent cum prioribus ideo præmium cõductor suo statuit iudicio. Et videtur velle Orige. quòd hoc sit factum ad significandum quòd quacunque ætate G vt hora quis à Deo vocetur ad vineam potest feruenter amando multum mereri. (Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam & fecit similiter) Sexta hora secũdum Greg. est ab Abraam vsque ad Moysen. nona autem à Moyse vsque ad aduentum domini. Hora sexta fuit conductus Abraam: Isaac: & Iacob: & duodecim patriarchæ nona vero Moyses. Aaron: Iosuæ: iudices re-H ges: prophetæ & sacerdotes. Ideo autem coniunxit sextam & nonam secũdum Chrysost. super Matth. quia in eis vnus populus vocatus est, scilicet, Iudæorum. In vndecima autem est vocatus alius scilicet gentilis (Circa vndecimam vero exiit) Est autem sciendum quòd hora sicut dicit Isidor. &. S. Thom. super Euang. Ioan. est ascensus

I dimidij signi,id est spacium quo super orizontem ascendit arcus dimidij signi zodiaci.Et quia duodecim signa in die naturali oriũtur.xxiij.sunt horæ eius: sed inæquales sunt quia:inequaliter ascendunt signa.Quia verò in qualibet nocte & in qualibet die artificiali siue longa siue breui:ascendunt sex signa que non æque recte vel obliqua ascendunt. Hinc est quòd duodecim sunt ho
K ræ diei artificialis: sed illæ sunt inequales.Vndecima ergo hora est quam nos.xxiij.dicimus cui succedit vltima, id est duodecima . Sumuntur igitur istæ horæ inequales secundum ascensum zodaici supra orizontem:quia nõ semper vniformiter ascendit. Equales sumuntur secundum ascensum æquinoctialis.Sed quare in meridie dicam° horam esse nonam:cum tamen hac ratione sit tunc hora sexta credo esse cau
L sam:quia totã diem partimur in quatuor partes æquales:quarum duæ sunt ante meridiem & duæ post. & quarum quelibet continet horas tres. Ex hoc enim fit vt numeremus horas per triplicitates,id est accipiendo extrema illarum quatuor partium:& dicẽdo prima:tertia:sexta:nona:duodecima, Sic igitur factum est vt primum spatium
M post meridiem continens tres horas dicatur hora nona.Et secundum hoc hora nona incipit in meridie & terminatur in puncto medio inter meridiem & occasum,id est hora horologij. xxj. Vndecima ergo hora secundum Greg. est ab aduentu domini vsque ad finem mundi. Huic enim horæ succedit vltima,id est futura vita quæ est vltimũ durationis mundi.Nõ oportet tamẽ in parabolis vsque ad vnguẽ omnia quadrare.In hac vocati sunt gentiles. Et licet hora sexta & nona aliqui gentiles fuerint vocati : tamen fuerunt pauci. (Et inuenit alios stantes,) scilicet gẽtiles (& illis dixit.Quid hoc statis tota die otiosi?) Grego. Qui enim trãsacto tam longo mũdi tempore pro vita sua laborare neglexerant:quasi tota die otiosi stabant.Hæc ille Isti non solum erãt otiosi:sed occisi.& non solum erãt extra vineam considerati secundũ se:sed etiam de sancto absolute extra vineam erant per infidelitatem.(Dicunt ei.quia nemo nos conduxit) Grego. Nullus quippe ad eos patriarcha nullus propheta ad eos venerat.(Et qd est dicere:nemo nos conduxit nisi vitæ nobis viam nemo predicauit.Hæc ille.Dicit illis(Ite & vos in vineã meã (sicut supra dictum est:quod omnis homo de se est otiosus:ita de se nihil meretur de prẽmio æternæ vitæ. Opera nostra non sunt merita ex condigno illius premij:nisi vt sunt à spiritusancto mouente nos siue à gratia:vt patet. iij.distin.xviij.&.ij.distin.xxvj. & prima secundæ quæstio.cxiiij.Ideo potest dici Deum promisisse redditurum se
O æternam mercedem operibus nostris: sed vt sunt à gratia:& non promisisse, scilicet vt in se considerantur. Vocatis ergo ad vndecimam horam nullũ premium promittitur:quia tẽpori quo dicũtur vocari nõ congruebat.Vix enim videbatur ꝙ cænã mererentur.vel hoc fit ea ratione qua dictum est quòd vocatis hora tertia nihil certum promittitur secundum Orige.¶ Moraliter per istam vineã intelligitur secundum Berã.

A Berũ.anima sine conscientia in qua labore debemus amputando palmites luxuriantes carnalis concupiscẽtiæ : eijciendo lapides superbiæ & extirpando spinas auaritiæ.in hac vinea sic purgata nascuntur gemmæ bonarum cogitationum & flores bonarum voluntatũ: & fructus siue vuæ bonorũ operum:& vinũ spiritualium cõsolationũ. Dicit
B tamen Ambro.ad simplici.Vinea recisa fructificat:semiputata frõdescit:neglecta luxuriat. Hæc ille. Ad hanc vineam dupliciter intramus, scilicet ad vindemiandũ:quod fit in morte:& ad laborãdũ:quod sit dũ penitemus de male cõmissis.Per penitentiã ergo ad hãc vineã diuersis horis conducuntur operarij.Hora enim prima significat pueri
C tiam in qua aliqui vocantur ad vineã. tertia verò iuuentutẽ:in qua calor naturalis incipit in se stare.sexta virilitatem:in qua homo est in perfecto statu ac si sol esset in medio cœli.Nona senectutem in qua iam declinat calor naturalis.Vndecima est in qua homo est prope mortis occasum.Vocãtur autem homines diuersis ætatibus secundũ. S. Tho.inquãtũ datur eis occasio veniendi ad Deũ ideo quidã dicũt:quia nemo
D nos cõduxit:nec tamẽ excusantur:quia Deus eos cõduxisset si per eos non stetisset.Ad hũc ingressum hortatur hodie ecclesia verbis in Epistola quidem hortando ad certamen cõtra Diabolũ. & in Euãgelio ad laborẽ bonorũ operũ.& etiam exemplis.Adducit enim in exemplũ tres magnos peccatores qui totã missam composuerunt:Dauid,scilicet qui peccauit per luxuriã:& Paulum qui per superbiam . & Mattheum que per auaritiã.Licet enim non fuerit E
vsurarius:tamen fuit telonarius,id est exactor tributorũ.Huiusmodi aũt alie na rapere consueuerunt sub vmbra dominorũ.Hortatur etiã promissis:quia laborãtibus aliqbus promittitur denarius diurnus,id est qui pro tota die debetur:vt his qui in pueritia vocantur. Aliquib° quod iustũ est:vt vocatis hora tertia : sexta & nona.Aliqbus nihil
F vt vocatis in senectute : eo ꝙ tales ex debito nihil petere possunt.vel ad innuendũ ꝙ periculosum est vsque in tẽpus illud differre penitentiã.Debemus ergo ecclesiã hortantẽ sequi deponẽdo letitiã vanam:sicut ipsa deponit cãtica letitiæ eo ꝙ representet tẽpus preuaricatiõis adę & pœnitẽtiæ nostræ.¶ Quã
G tum ad secundũ post vocationẽ ad laborẽ venitur & ad remunerationis tẽpus. Vnde dicitur.(Cum sero autẽ factum esset.) Hic sunt due expositiones solẽnes.Prima est cõmunis fere omniũ sanctorũ:vt Chryso.Augu.Bed. Remig.& similiũ ꝙ per sero intelligat finis mũdi.& secundũ istã sic fit expositio. (Cũ sero factũ esset,) id est cũ veniisset dies iudicij:quæ secundũ Chryso. erit sero & nõ mane:qa erit in fine huius seculi stante isto seculo antequã incipiat futurũ.Et intellige stãte isto seculo,id est H
isto statu huius seculi qui est status vitæ & laborũ.Ipsum autẽ seculũ seu vniuersum semp stat.Et hoc ꝓpter duo vt Dicit.Primo qa beatitudo futuræ vitę est merces retribuẽda:& ideo ante beatitudinẽ sit iudiciũ.Secundo ante beatitudinem præmittitur iudicium ne videant peccatores diei illius beatitudinem.Sed nunquid in die iudicij sancti

non erunt beati qui sunt beati etiam modo. Dico ꝙ sic: quia beatitudo non amittitur. sed tamē iudicium precedet beatitudinem accidentalem quæ habetur ex loco: quia beati non ascendēt in cœlū in corpore & anima nisi per acto iudicio. & præcedente etiā beatitudinē forte quantum ad multa alia: maxime in his quos dies iudicij inuenerit adhuc non felicitatos. sed Apostolus videtur velle. j. ad Corinth. xv. quòd sanctorum corpora resurgent gloriosa cū dotibus quatuor. (Dixit dominus procuratori suo,) filius spiritusancto secundum Chrysostō. Vel vt dicit glo. pater filio. Et ratio horum est quia filius operaretur per Spiritumsanctū: & Pater per Filium. Vel secundū Orige. iste procurator est: aliquis Angelus constitutus super mercedes retribuēdas. Vel secūdū Remig. ipse Christus est dominus & procurator: quod sic intelligēdo quia quātū Deus est dominus & paterfamilias inquantū homo autē est procurator missus ad procurandā salutē humanā. & in die iudicij vocabit operarios vt tribuat illis mercedem (vocat operarios,) id est resurgere iube mortuos (& redde illis mercedem) tāquā iudex viuorū & mortuorum. quia talē te constitui incipiens à nouissimis vsque ad primos. (Hoc autem dicitur secundū Chrysostō. ad ostēdendū quoddam speciale gaudiū quod fit in cælo super penitentia peccatoris. Libentius enim & alacrius facimus ꝙ ex misericordia & liberalitate quā quod ex iustitia facimus. Deus autē sanctis patribus reddēs mercedē ostēditur iustus: gētib⁹ autē reddens quæ nouissime venerunt ostenditur misericors: dicente Apostolo: gētes autē super misericordia honorate Deū. Vel vt idē dicit ergo dicitur ad ostendendā maximā misericordiā Dei. Nimia enim misericordia ordinē non aspexit: vt dicit. Vel secundū Augu. de spiritu & litera: ideo priores reperiuntur minores: quia minus dilati sunt. Hęc ille. Et intendit ꝙ cum vsque ad Christi passionē clausum fuerit cęlum: non potuerunt sancti patres percipere operis suis mercedē statim post mortem sicut gentes quæ Christo mortuo crediderunt. Nouissimi ergo ad fidem vocati priores remunerātur: quia breuiori tempore post suum opus sunt premiati. Vel secundum sanctum Tho. super Matth. ista prioritas non portat tempus sed dignitatē vt dicantur gentes prius remuneratæ, id est copiosius: eo quòd abundantior fuerint gratia in noua lege quàm in veteri: & consequēter etiam merita potiora. ¶ Est autem alia expsitio huius partis quæ per sero accipit tempus gratiæ: secundum quā sic exponendum est. (Cum sero factum esset,) cum tempus gratiæ & diuulgationis nouæ legis aduenisset (dicit dominus vineæ.) id est Deus pater (procuratori suo,) in homini Christo. (Voca operarios & redde illis mercedem,) id est gratiam quæ est pars premij. Est enim gloria inchoata sicut econuerso gloria est gratia cōsummata. incipiens à nouissimis.) Priores enim vocati fuerunt iudei quibus prius data est lex & prius predicatū est Euāgelium: gentes verò nouissimę. Sed ecōtrario fuit in primo: quia prius data est gratia nouæ legis, id est copiosa: populo gentili qui credidit

credidit quā iudaico qui pro parte maiori in infidelitate permansit: cui tamē dabitur in nouissimis temporibus vel magna vel exigua. ¶ Moraliter laborātes in vinea cōscientiæ aliquādo vocantur ad premiū, id est sero tempore mortis quo vocantur à Christo procuratore ad cænam ad requiem & ad mercedē. Et per ista tria significatur vna perfecta merces in patria quæ erit oīa hæc. Dicuntur autem prius remunerari qui tardius venerunt secundū Chrysostō. & sanctum Tho. ad significādum ꝙ gaudium est speciale super peccatore penitentiam agente. Et nota ꝙ intelliguntur ista de operarijs & nō de otiosis in vinea. Vnde dicit Chrysō. quòd timus conducti mercenarij ideo non debemus operari solum quæ habemus manducare, id est nō debemus querere sdum pertinentia ad nostrum commodum: sed pertinētia ad gloriam Dei cōditori. Et prius debem⁹ ad opus. id est gloriā Dei quā ad cibum respicere, id est propriū commodum. Et totā diem, i. est vitā debem⁹ occupare circa op⁹. é modicū quid circa cibū, id est cōmodum nostrū. Et sicut mercenarius qui ee nō fecerit opus suū erubescit intrare domū & stare corā domino suo ita & nos debemus facere: erubescendo intrare ecclesiam & stare ante Deū. Hæc Chrysō. sententialiter. Quantū ad tertiū tangitur murmuratiō. & habet ista pars duplicē expositionē vt precedens. Prosequēdo ergo primā dicamus. (Cū veniissent autē qui circa vndecimā horam venerant, id est gentiles acceperūt singulos denarios,) acceperunt mercedem pro qua cōuenerat dominus cum operarijs prima hora conductis. Dicitur autem ꝙ acceperunt singulos denarios: cū tamē vnus sit deus qui est merces nostra: propter duo. Primò quia licet deus sit vnus denarius: tamen ita singulis sufficiet ac si esset eorum proprius: imo plus gaudent sancti quanto fuerint plures possessores huius denarij: quia quilibet eorū gaudebit de bono suo & sociorum. Imo dicit, scilicet Tho. in. xlix. distin. quarta: ꝙ superior beatus plus gaudebit de bono inferioris quā ipse inferior: quia cū ratio gaudendi in eis sit deus: quanto quis plus gaudebit de deo plus etiā gaudebit de alijs. Secundò quia licet sit vna beatitudo obiectiue, id est vnum obiectū beatitudinis. quod est deus: non est tamen vna subiectiue: quia diuersæ sunt singulorum visiones: & fruitiōes. Visio autem est formaliter & essentialiter felicitas: quia secundum Augu. visio Dei est tota merces. (Venientes autē & primi: arbitrati sunt quòd plus essent accepturi.) Sed hic est quæstio. Nullus enim potest scire quantam gloriā habeat alius nisi & ipse sit beatus: quod patet: quia nullus potest videre quantum aliquis videat aliquid: nisi & ipse videat illud. Qui autem est beatus nō potest credere quòd plus sit acceptu-
rus quàm acceperit. quia iam in beatis esset error: nec eorū desyderiū naturale esset quietū. ꝙ est, cōtra beatitudinis rōnē. (Quomō ergo potuit Hebraic⁹ populus videre gētiū mercedē: & credere se plus esse glorificandū Cōfirmat rō: qa nō est sic imaginandū quasi apta sit ianua cęli i passiōe Xpi: & prior intrauerit gētilis popul⁹: & deinde post ips

I intrauerit hebraicus. puta ſancti patres qui erant in lymbo omnes enim illi patres intrauerunt antequam gentes conuerterentur & morerentur: ſed eſt imaginandum eo modo quo expoſuimus. Ad hoc dicitur ꝙ hic oportet vti ſecunda regula quã ſupra tetigimus qua dicitur ꝙnod diuina ſcriptura in eodem contextu exprimit aliquid pertinẽs ad bonos & aliquid pertinens ad malos.

K Conſidetato ergo toto populo hebraico quidam eorum recipiebant denariũ puta patriarchæ & prophetæ, quidam verò credebant ſe plus accepturos: puta iudei conuerſi tempore apoſtolorũ. Et ſi dicatur: quomodo iſti cognoſcebant gloriam gentium qui moriebãtur cum ipſi nõ eſſent glorioſi? Dico quod eam nõ poterant videre in ſe ſed in ſuo principio id eſt in gratia ſpirituſſanctí

L quæ æquæ dabatur gentibus ſicut & iudeis cæteris patribus. Ideo ipſi credebant quod multo maior gratia deberet ſibi dari & conſequenter gloria. & credebant ſe futuros eſſe primos in populo Chriſtiano: & gentes eſſe in profelitorum loco. Vel poteſt dici ꝙ nonoportet in parabolis omnia ſcrutari: ſed quę pertinent ad principalem intentionem

M loquentis. Dicamus ergo. (Venietes ergo autem & primi). ſ. ad ingrediendum regnum cœleſte (arbitrari ſunt quædã. ſcilicet eorum quí adhuc viuebant in carne (quod plus eſſent accepturi) quã gentiles vel non ſunt quædam hoc arbitrari: ſed tamen tanta eſt Dei largitas quod ſi per impoſsibile ſic fuiſſet arbitrati: nihilominus æqualem eis mercedam alii accepiſſent. Vnde ſubditur. (Acceperunt autem & ipſi ſingulos de-

narios). i. æqualẽ retributionem ſecun- D
dum Gre. & intellige niſi affuerit perſonalis differẽtia meritorũ. Ex eo enim
quod iudeus vel ꝙ græcus eſt quis non
eſt diſtinctio (Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias dicentes.) Hic eſt qõ quam Gre. mouet dicẽs.
Sed poteſt quæri. quomodo murmurare dicti ſunt qui ad regnũ vocant. Cœlorum enim regnum nullus qui murmurat accipit & nullus qui accipit murmurare poteſt. Hæc ille Ad hoc dicitur
rñdendo ꝙ murmur accipit multipliciter. Primò pro querela iniuſta cum im
patientia. Secundò pro confuſione vocum & conſequenter pro admiratione
quę eſt cauſa talis confuſionis aliqua
do & tertio pro intẽſo deſyderio: quod
ſimiliter aliquando eſt cauſa eiuſdem
& quarto pro ſuſpenſione cordis exp-
ectantis eadẽ ratione. Primo modo ſed P
dum oẽs nõ poteſt eſſe in accipiente
gnum cœlorum. non quia murmur
ſemper mortale, ſed quia etiã venia
ter talis peccare non põt. Quidã ergo
dicunt ꝙ ſancti patres murmurabãt
admirabanꝫ diuinã clementiã: in glo
ficatione ſua & gentium. & ſic exponit
beatus Vincentius. Quidã verò ꝙ mu
murabant. i. valde deſiderabãt regnum
quod multo tpe expectauerũt in lymbo Q
& ſic exponit magiſter Iacobus de vo
Quidã vero vt Be. & Gre. dicunt quod
murmurabant. i. ſuſpenſi multo tpe ex
pectabant. Sed omnes iſte expoſitiones
ſunt inſufficientes quãuis vera aliquo
modo dicãt. Nam vnus ex talibus mur
muratoribus à patrefamilias eſt notatus de inuidia vt videbiꝫ & etiã dicebat
ſe pati iniuriã vt innuiꝫ in textu quod

non

A non eſſet verum ſecundum prædicta. Poſſet tamen adhoc dici quam in parabolis non oportet omnia ſcrutari. & ſic ſtabunt dictæ opiniones ſeu expoſitiones. Secundò modo ſoluit Chry. dicens quod in parabolis non oportet omnia, quæ dicunt velle inueſtigare. ſed facere vim in eo propter ꝙ dicitur aliquid. Intendit ergo ſaluator dicere ꝙ tanta

B erit remuneratio ꝙ ſi poſsibile eſſet aliquis murmuraret. Pro intellectu autẽ huius expoſitionis vide quæ notantur dãica. x. poſt trinit. in expoſitione allegorica. Tertio modo ſoluit Magr hi. & alii dicentes ꝙ eſt hic locutio per ſyneſim. i. ſpontaneã cõfeſsionẽ: ſeu quod eſt idem ex præſuppoſitione vt ſi dicaꝫ
præſuppoſito quod aliqui ſic voluiſſent
murmurare ſic rñderetur. (Amice non
facio tibi iniuriã) &c. Poteſt autem for

C te dici iuxta prędictam ſecundã regulã quod alii accipiebant denariũ felicitatis & alii murmurabant. ſ. illimet qui credebant ſe plus accepturos. Ad literã enim in primitiua eccleſia iudei cõueꝛſi murmurauerunt de hoc ꝙ conſimilẽ ſpirituſſanctí gratiã viderunt dari gentibus ſicut & ſibi. Nam Act. xj. dicitur,
quod cum Pet. rediiſſet in Hieruſalem
baptizato Cornelio gentili, & amicis

D eius deſceptabant aduerſus illum quæ erant ex circunciſione. i. iudei dicentes. Quare communicaſti cum illis qui habent præputium. i. cum gentilibus? Et licet iſtud murmur videreꝫ contra Petrum: tamen erat contra dũm qui miſerat Petrum. Licet autem iſta expoſitio forte alicui videamur noua tamen mihi apparet ꝙ prius eam tetigi Magr hi. dicens. Vel põt trahi murmur ad ſtatũ

præſentem. Interrogatio autem cur pa- E
res feciſſet ad futurũ. Hæc ille. Et ſimile Hiero. dicẽs. Omnis retrouocatio gẽtilibus inuidet: & in euangelii torquet
gratia. Hæc ille. vbi nota ꝙ retrouocatio dãr iudei retroactis temporibus ad
cultum & vineã dei ante gentiles voca
ti. Dicamus ergo (& accipientes) aliqui
hebreorum mercedẽ (murmurabãt) nõ
illimet ſed alii de eodẽ populo adhuc
in carne viuentes (aduerſus patremfa- F
milias). i. deum (dicentes) in corde ſuo
per indignationem & inuidiã. (Hi nouiſsimi). i. gentiles qui fuerunt nouiſsimi vocatione ſed gratia & gloria primi
(vna hora fecerunt). i. parum laborauerũt (& pares illos nobis feciſti: qui portauimus pondus diei & eſtus) multo. ſ.
tempore laborando. Sed cõtra quia gẽ /
tiles portauerunt pondus quandiu vixerunt ſimiliter autem & iudei. Quare G
ergo illi dicũt ſe plus laboraſſe? Ad hoc
dicitur primo ſecundum Chry. quia antiqui hebrei quamuis non per omne ſeculũ vixerint. tñ videnꝫ laboraſſe à principio ſuæ natiuitatis vſq; ad tps in quo
acceperunt mercedẽ ſemp in lymbo expectantes. Et in hoc errauerunt: quia
ſpes quæ differr affligit animum. Pro-
uerb. xiij. Secundo dicit ſcdm eundẽ ꝙ
pundus diei & eſtus dicunt onera legis H
moſayce: quæ gentiles non portauerũt.
intellige mentem Chry. eſſe ꝙ hoc pondus iudei portauerunt longiori tpe quã
gentiles laboraſſent nouiter conuerſi:
quia iam ille populus & ſi non ſinguli
de populo per duo milia annorum: vel
circa illam legem portauerat. Tertio
dicitur ſecundum Greg. quod aliqui illius populi vixerunt longiſsimo tem-

I pore.& hoc intellige accipiendo quod vnus fuerit fidelium populus à principio mundi vsq; ad conuersionem gentium:qui hebraicus dicitur quamuis nō sic semper fuerit dictus.(At ille respondens)per reuelationem apostolis factā (vni eorum dixit)secundum Remigiū. Per hunc vnum intelliguntur oēs qui ex iudeis crediderunt:quos amicos per fidem vocat. Sicut enim aliqā Petrus K loquebatur in persona omnium apostolorum:ita quod vni dicitur intelligitur dictum multitudini. Et hoc factum est Act. xj. vbi Petrus reddidit rationem iudeis murmurantibus de hoc ꝙ baptizauerat Cornelium dicens quod ex diuinā reuelatione fecerat.& quod descē dentem spiritumsanctū viderat super gentiles sicut super iudeos. (Amice nō facio tibi iniuriā) si do tibi quod tuum est,& aliis idem volo dare ex liberalitate mea.(Nonne ex denario conueni- L sti mecum? Tolle ꝙ tuum est & vade) Remi.i.tolle mercedē tuam, & vade in gloriam.(Volo autem & huic nouissimo).i.gētili populo)dare sicut ibi.Aut non licet mihi ꝙ volo facere)Quasi dicat sic qa si ex misericordia & grā trado quod non debeo non peccato (Aut oculus tuus).i.intentio secundum Re- M mi.(nequam est).i.peruersus(quia ego bonus sum).q. d.sic quia iudei vt idem Remi. dicit malam habebant intentionem.i.malam voluntatem quia de salute gentium dolebant.Consequenter ponit id propter quod dicta est tota parabolam cum dicitur (Sic erunt nouissimi)vocatione.i.gentiles(primi)remuneratione eo modo quo expositum est supra scilicet dignitate.Vel hoc intelligitur etiam quantum ad præsentē statum ecclesiæ in quo iudei non recumbunt in primo loco:sicut olim in synagoga.Vnde Remi.Iudei de capite mutantur in caudam & nos de cauda mutamur in caput.Hęc ille.Vel secundum Chry.hoc dicit ad significandum ꝙ isti populi æquales erunt:& neuter erit altero prior ratione temporis.Quod aūt sequitur(multi sunt vocati pauci vero electi)secundum Chry. nō ad superiores sanctos pertinet sed ad gentes quoniam ex ipsis gentibus multis vocatis pauci sunt eligendi. Vel secundū Nic. de Lyra intelligitur de iudeis: quia oēs fuerunt vocati & pauci crediderunt, & pauciores eligunt ad regnum. Alia expositio huius partis tota ex dictis patet Aliqui tū contra istam secundā arguūt quod sero non possit dici tps gratię qa illud est tps laboris & nō mercedis. Sed ad hoc dicitur ꝙ tps gratiæ non est tēpus cōsummatæ mercedis: sed inchoatæ & idē est tps laboris qui natuta tantum & non duratione præcedit gratiā si per laborem ipsum vltimā præparationem ad gratiā intelligimus quæ est contritio.¶ Quæritur autem vtrū Christiani eligendi ad gloriam sint pauciores damnandis ad pœnam. Videt enim quod sic.Primo quia hoc vī hic dicere saluator dicēs:ꝙ pauci sunt electi. Sed quia posset aliquis dicere ꝙ loquit cōparatiue ad infideles qui multi damnantur.Arguitur secundo.quia dicit Greg. Ad fidem plures veniunt & ad cœlestē regnum pauci perducuntur. Hæc ille. Tertio arguitur : quia quod est supra naturalem facultatem alicuius naturæ non conuenit omnibus neque pluribus sup

A suppositis eius sed paucioribus sicut pauciores sunt aues loquentes quā non loquentes.Sed felicitas est supra naturalem facultatem Christianorum.ergo pauciores sunt saluandi.Sed contra qa Matt.xiij. dicitur quod angeli separabunt malos de medio iustorum , & loquitur de fidelibus qui proprie iudicabuntur per discussionem. Si aut iusti B essent pauciores malis: dicendum fuisset vt videtur separabunt iustos de medio malorum.Respondeo.Deo soli credo esse nota huius quæstionis veritatē, probabiliter tamē dici potest quod maior pars Christianorum habentium fidem rectam & viuentium in obedientia sanctæ Romanæ ecclesiæ saluatur. Et hoc suades ratione & autoritate.Ratione sic. Nam secundum theologos C maxime. Sanctus Thomas quarta distinctione decimaoctaua, absolutio sacerdotis de attrito facit contritum , id est dolorem imperfectum& insufficientem de peccatis eundē numero vel specie facit esse perfectum & sufficientem ad salutem ita scilicet, quod si sint duo attriti æqualiter dolentes:& vnus moriatur sine sacramentis : ille damnabitur.alius verò si recipiat sacramēta salD uabitur.quia in susceptione eorum saltem pœnitentiæ: & baptismi veram accipiet contritionem, quamuis forte nō sentiat.Videtur autem satis rationabile quod saltem media pars Christianorum qui venerunt ad vsum rationis tempore suæ mortis recipiant sacramēta:& cum attritione id est aliquali dolore de pecca licet insufficienti ad salutem:& proposito cauendi de futuro. Et licet si viuerent forte non cauerent: tamen tunc de hoc non cogitēt. Iustificantur ergo tunc isti nec est rationabile quod post derelinquantur à domino nisi forte raro. Si ergo his adiungamus pueros decedentes ante vsum rationis & post baptismum de quibus non est dubium : & decedentes in regulari obseruantia religionis de quibus est valde probabile quod saluentur,& rarissimi pereant:maior vtique pars saluabitur. Authoritate verò sic. Nam Matth. F xxij. dicitur quod de vocatis ad nuptias id est ad fidem secundum expositionem omnium : vnus solus videtur reclusus in carcerem ad innuendam paucitatem eorum qui damnantur. Et si arguatur quod quinque virgines fuerunt sapientes & quinque fatuæ. Matt. vigesimoquinto. Dico quod si talis numerus ponitur ad exprimendam quantitatem saluandorum & damnatorum G per virgines exeuntes obuiam sponso, & portantes lampades, intelliguntur solum illi, qui venerunt ad vsum rationis : vt possent habere lampades propriarum operationum non autem pueri qui non proprie exeunt obuiam sed ducuntur per fidem alienam. Et hoc ergo non habetur nisi quod medietas vel circa adultorum saluatur. Ad primum ergo contra dico : quod H totus mundus est , vocatus ad fidem & gloriam : sed pauci sunt electi ad gratiam : & pauciſsimi ad gloriam. Et sic intelligit Christus : quamuis etiam possit dici , quod loquitur de Iudæis , vt visum est. Ad secundum dico quod Gregorius ibi dicit paucos Christianos saluari comparatiue , ad omnes Christianos nō autē comparati

ue

I ue ad damnandos: vt: & hoc est dicere ꝙ si mille sint vocati qui venerunt, & sunt christiani, & sexcenti saluentur: isti sunt pauci ad mille comparati: sed non ad quadrigentos. Ad tertium dico ꝙ sub illa maiori male subsumitur mutando quid in quale siue naturam in gratiam alioquin æqui posset subsumi debeatis: & concludit ꝙ maior pars eorum damnatur. Debet igit sic subsumi.

K Sed felicitas est supra naturalem facultatem: non quidem christianorum quod sonat gratiam sed hominum, sequitur tunc vera conclusio. Tamen dico ꝙ concluditur ꝙ minor pars hominum saluatur: quia felicitas de qua loquimur excedit naturam humanam in se consideratam. non autem concluditur de christianis qui consequuntur gratiã dei pro maiori parte: quia licet im-

L possibile sit homini in puris naturalibus constituto mereri illã gloriã, nõ tamen est impossibile existente in gratia. Vnde acquirere illã gloriã non est supra naturam existentis in gratia inquantum est in gratia nec est supra naturã christiani, Inquantum christianus sed inquantum homo. ¶ Moraliter hic significatur quod quantum est exparte dei non est differentia qua ætate quis

M accedat ad vineã conscientiæ laboratus: quia si maiora fuerint nouissimorũ merita: nouissimi in vocatione erũt primi in prẽmination Chry. Composita est hæc parabola vt eos auditores faceret qui in vltima senectute conuertuntur: ne existimarent se minus aliqd habituros. Hec ille. Debet tñ quisq; diligẽter aduertere ne suum laborẽ pdat vel ne otiosum cõtẽnat. quia dicit Gre-

Duo pẽsare debemus. Primũ est vt de se quisq; minime prẽsumat: quia & si iam ad fidem vocatus est vtrum ad regnum eligendus sit neseit. Secundũ vero est. vt vnusquisq; proximum suum quem iacere in vitiis conspicit despicere non audeat: qa diuinæ diuitias ignorat. Hec ille. Amen.

Dominica in sexagesimæ.

Luce viij.

CVm turba plurima conueniret & de ciuitatibus pro perasent ad Iesum dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat aliud cecidit secus viam & cõculcatum est: & volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit: quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplum. Hęc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabãt autem eum discipuli eius quæ esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris autem in parabolis

A bolis: vt videntes non videant: & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semẽ est verbum dei. Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt. deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum: ne credentes salui fiant: Nam quod

B supra petram: qui cum audierint: cum gaudio suscipiũt verbum. Et hi radices non habent quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt quod autem in spinis cecidit: hi sunt qui audierunt & a sollicitudinibus & diuitiis & volu-

C ptatibus vitæ euntes suffocantur: & non ræferunt fructum: quod autem in terram bonam hi sunt qui in corde bono, & ptimo audientes verbum retinent: & fructum afferunt in patientia.

D CVm turba plurima cõueniret &c. (Luc. viij. In pũti euã. tangunt tria pũcta quæ sunt figuralis locutio. Disciplinalis interrogatio: & Magistralis explanatio. Quãtũ ad primũ sciendum est ꝙ hoc enangeliũ est per aboli cum: ideo sensus literalis sumendus est penes improprium significatum. Quare autem in parabolis christus loquere tur vide dominica. iiij. post oct. epi. Di-

E camus ergo (Cũ turba plurima conueniret) propter causas dictas dominica. ij. post octa. epi. (& de ciuitatibus properarent ad Iesum (predicantem interdum in deserto vel in cãpestribus: in quo ostenditur maxima reuerentia & deuotio quã populi habuerunt ad christum: quãuis postea sacerdotes & pharisei: & scribe deceperint populum hierosolymitanum vt eũ peterẽt crucifigi. Nnnc tamẽ quãdo ista dixit prædi-

F cabat in mari galilææ in naui: turba existente in littore vt patet ex textu euang. (Dixit per similitudinem) idest parabolice loquendo. Nam secundùm Hier. parabola grece: latine dicitur similitudo. Ponit aut similitudinem de quedam seminante: cum dicit (Exiit q seminat seminare semen suum.) Istum seminatorem materialis seminis nõ est necesse fuisse in rerũ natura: quia chri-

G stus non narrat histo. sed fingit similitudinem ad significandum. Deinde dicit ꝙ seminis eius quatuor factæ fuerunt partes. Primam tãgit dicẽs. (Et dũ seminat aliud). s. semen (cecidit secus viam: & conculcatum est & volucres cœli comederunt illud.) Secundam vero dicens (& aliud cecidit supra petrã & natum aruit: qa nõ habebat humorẽ.) Tertiã aũt dicẽs. (Et aliud cecidit H inter spinas & simul exortę spinæ suffocauerunt illud.) Quartã quoque dicens. (Et aliud cecidit in terram bonã: & ortu fecit fructũ centuplũ) idest'cẽtũ pro Vno. Sed quia ista dicta sunt obscure: ideo subdit. (Hec dicens clamabat eleuata voce vt magis excitaret auditores. Nec tamẽ est cõtra illud Esa. xlij. non clamabit nec audietur vxor

eius

I eius foris:quia ibi est sermo de clamore contentionis nō predicationis.(Qui habet aures audiendi audiat) Sicut aūt dicit Greg.aures corporis omnes qui illic aderant habebant Vnde secundùm eum & Bed.& Hier.quādo inuenitur talis modus loquendi:signum est in verbis dictis aut statim dicendis sit intellectus mysticus.i.literalis quidam sed parabolicus.Huic autem parti euangelii
K nullum sensum habeo assignare: quia in tertia parte ponemus expositionem christi.Vnū tamē documētū habet hic prædicator: vt non velit omnibus oīa proponere:sed formare debet sermonē secundū ꝙ auditoribus congruit sicut & christus.Quiu.li.j.Vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt:sensum autem influentibus vel etiam stillantibus complentur.¶ Quā-
L tum ad secundum sciendum est literaliter:ꝙ discipuli christi tanquā idiotę: non intellexerunt sensum parabolæ literalem quem christus intendebat:quā uis intellexerint propria vocū significata:& ideo sequitur. (Interrogabant autem eum discipuli eius quę esset hęc parabola).i.quid significaret. Interrogabant inquam vt ait Beda:non statim postquā dixerat parabolam:sed cū es-
M set singularis.i.sine turba: siue esset in domo:vt dicit Nic.de ly.siue in naui secundùm magi.hist.&.s.Tho. Sicut autem dicit beatus Mat.non solum discipuli interrogauerunt de sensu parabolę:sed etiam quare parabolice loqueretur:sed beatus Luc. tacuit de secunda interrogatione.& tamen secundùm Eusebiū ponit causam principalē quare dñs loqueret in parabolis dicēs.(Vobis).i.bñ volētibus secūdū Grecum & simpliciter dignis(datū est nosse mysterium regni dei)Apostoli eī erant quasi fundatores ecclesiæ post christum. vnde!Apoc.xxj.dicitur ꝙ murus ciuitatis habebat fundamenta.xij.& in ipsis xij.nomina apostolorum & anni scripta.Et ideo ad ipsos pertinebat scire secreta ecclesię:q̄ futura erant in processu eius a predicatione christi vsq; ad finē mundi:q̄ secreta vocantur hic mysterium regni dei.i. ecclesiæ militātis. Et licet in ista parabola nulla videantur secreta cōtineri quæ tūc esset futura:tamen cōtinentur in aliis que simul cū ista dixerat:vt patet videnti textū euangelistarum.Vel secūdùm aliquos mysteria regni dei sunt secreta scripturæ:quæ dicitur regnū dei:& in huius signum sacerdos osculatur euangelium aptū. Aduertendū est autem ꝙ in ista prædicatione quā christus fecit in naui quatuor dixit parabolas.Et vt dicit beatus Mart.sine parabola non loquebatur.quod non sic est intelligendum quasi nihil diceret nisi parabolice: sed quia aliqua dicebat clare quę turba scire debebat.aliqua autem interponebat parabolica quę.s.pertinebant ad secreta ecclesiæ,Sed tamen istas parabolas secundū.S.Tho.super Matt.non dixit christus antequā fecisset miracula: sed post.Nam a principio suæ doctrinæ christus clare docebat & aperte locutus est:quia dicitur Io.xv.Si eis locutus non fuissem peccatum non haberēt Similiter etiam fecit aperte miracula q̄a dicitur ibidē.Si opera non fecissem in eis q̄ nemo alius fecit peccatū nō haberēt Sed multi fuerāt per inuidiā excecat

A cecati: & peruertebant miracula eius attribuentes ea beelzebub & detrahebant doctrinę Et talibus christus volebat abscondere misteria regni dei & hoc secundū.Theo.ne maius peccatum haberent si cōtemnerēt illa postquàm agnouissent,vel secundùm alios ne ea contemnerēt vel forte quia secundū iustitiam dei:propter magnam suā mali
B tiam tam diuinam veritatē nō erāt audituri.O quot sunt quibus deus multas sub trahit bonas inspirationes : quia alias despexerunt.Sequitur ergo(Cæteris autem)inuidis & indignis in parabolis.(supple loquor(vt videntes).i.videre se putantes:secundū Theo.(nō videant) veritatem(& audientes non intelligunt)quę ego loquor.Vel aliter vt
C viuentes.i. oculo corporali miracula mea:& me docentē & conuersantem inter homines(non videant oculo spirituali ipsa mysteria regni dei & fidei veritatē.Hoc enim merentur ratione inuidiæ exequentis(Et audientes) auribus corporis verba mea parabolica(nō intelligant)q̄ per illa significantur mysteria.Beda.Recte enim in parabolis audiunt qui clausis sensibus cordis non curant cognoscere veritatem. Hæc ille.Et secūdū hūc sensum ly vt.stat causaliter.Cū eī in auditoribus christi essent quidam quibus nolebat doctrinā
D subtrahere.i.boni:& quidā quibus nolebat eā tradere ne irriderent:vel quia hoc diuina iustitia exigebat loquebatur ipse parabolice:vt boni venirēt ad veritatem:principaliter adiuuāte deo: & secundario ex suo desyderio & cona tu intelligendi parabolas: inuidia vero eum nō attingerent: deo deserente:
& eis non curātibus in vestigium quid E parabola significaret.Vnde:quod dicitur:vobis datum est &c.non solum de apostolis sed de omnibus discipulis intelligitur & de omnibus bonis . Vel vt exponit Gorram ly vt stat consecutiue:non causaliter quia indigni verba parabolica derident:quibus tamen digni melius docentur:sed iste sensus nō æquè bene congruit . ¶ Moraliter in
F hoc habemus documentum quòd qui diuina beneficia non cognoscunt cum gratiarum actione: spiritualiter excecantur & priuantur cognitione multorum spiritualium . Caueant ergo qui diuinas inspirationes non mandant
G executioni.Prouerb. primo Vocaui & renuistis.extendi manum meam:& nō fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum : & increpationes meas neglexistis.Ego quoque in interitu vero ridebo & subsannabo cum vobis id quod timebatis aduenerit.Quā-
H tum ad tertium literaliter sciendum est quòd apostolis & discipulis competebat scire secreta ecclesiæ & scripturæ . ideo saluator exponit ei parabolam . Est tamen sciendum quòd illam saluator compendiose exposuit : relinquens multa exposito-
ribus : ideo nos debemus dicere quod nobis dicendum reliquit. Nam ipse est iste seminator ad literam : & tamen hoc ipse in hoc euangelio non dixit Dicamus ergo quòd iste seminator est christus secundùm Bedam & Ioannem Chrysostomum & Theologos & Eusebium & Titum & omnes. Iste sator vt dixit in principio parabolę(exiit)secundùm Bedā de sinu patris

ad

I ad mundum istum per|incarnationem. vt testimonium perhiberet veritati.i. vt doceret veritatē prædicando & verbum Dei seminādo. Et secūdum Chry. recte aduentus Christi in carnem ad nos dicitur exitus. quia nos nō eramus cum Deo sed distantes à Deo. Et nota quòd ante Christum nullus exieret seminator. Euse. Exierunt autem nōnulli
K à patria cœlesti. & ad homines descenderunt: non tamen vt sererent: neque enim satores erant sed administratores spiritus in ministerium missi Moyses etiam & prophetæ post eum non seruerunt hominibus misteria regni cœlorum: sed retrahendo incipientes ab errore nequitiæ & idolorum cultu: quasi colebant animas hominum & in noualia redigebant. Solus autē omnium
L rus noua semina. s. mysteria regni cœlorum. Hæc ille. Prædicator autem est velut cophinus seminatoris. Augu. Ego quid sum nisi cophinus seminatoris. Ille in me ponere dignatus est qui vobis spargo Nolite attendere ad vtilitatem cophini: sed ad claritatem seminis & potestatē seminatoris. Hæc ille. (Seminare semen suum) & non alienum.
Titus. Exiit autem vt seminaret semen
M suum. Non enim accepit verbum quasi mutuatum: cum ipse naturaliter sit verbum diuinum. Nō est igitur suum proprium semen Pauli vel Ioannis: sed habent cum acceperint: Christus autem habe. proprium semen: proferens doctrinam ex sua natura. Vnde & Iudæi dicebant. Qualiter hic literas nouit quas non didicit? Hæc ille: His visis accedamus ad expositionem Christi. Dicit ergo (Est autem hæc parabola). i. iste est sensus parabolæ quem statim dicam (Semen) seminatum à seminante. i. à me (est verbum Dei) Est autem multiplex verbum Dei. Primum quod Deus pater dixit immediate per seipsum quod nihil est aliud quàm conceptio quam Deus pater ab æterno de seipso fecit & alii fiendis aut factibilibus ab eo. Secundū est quod ipse Deus dixit per creaturas puta angelos. vt lex mosaica. & propheta. vt libri prophetarum. Verba enim horum erant verba Dei ex cuius persona loquebātur. Tertium est verbum quod Christus per seipsum immediatè prædicando dixit. Quartum est illud quod Christus dicit per prædicatores ministros suos. De hoc dicit Apostolus. j. Thes. ij. cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei accepistis illud non vt verbum hominum: sed sicut est vere verbū Dei. Primum verbum fuit seminatum in ventre virginis. vnde processit ille benedictus fructus Iesus qui vere est granum frumenti: quod cōtusum per varios labores & crucis pristinum: tres dedit farinas. s. sanguinem quo nos redemit: aquam qua mundum lauit: & lachrymas quibus Deum placauit lachrymabatur enim in cruce vt dicit Apostolus
D Hebr. c. v. Secundum fuit semen seminatum in gente Iudaica. sed pro maiori parte fuit terra sterilis & petrosa & spinosa & conculcata à diabolo. Quartum seminatur in fidelibus populis. De tertio tamen proprie loquitur Christus.) Semen ergo verbum Dei). i. prædicatio quam prædico. Per terram autem secundum Euseb. i. intelliguntur animæ

A animæ vel corda auditorum: seu ipsi auditores. Est autem verbum Dei simile semini iacto in terram: propter multa. Primo propter virtutem principiandi. quia sicut semē est principium in naturalibus: ita verbum Dei in moralibus Ro. x. Fides ex auditu: auditus autē per verbum Christi. Secūdo propter similitudinē spargēdi. Sicut enim semen manu accipitur antequàm spar-
B gatur sic verbum debet primo manu. i. opere accipi: & postea ore spargi: secūdum illud Act. j. Cepit Iesus facere & docere. & Matth. x. Qui autē fecerit & docuerit magnus vocabitur in regno cœlorum. Tertio propter vtilitatē fructificandi. Esa. v. Verbum meum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum. Quarto propter necessitatē reficiendi quia. s. est materia quia
C reficitur anima sicut semen quo reficitur corpus. Deut. iiij. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Quinto propter similitudinem periclitādi vt patet hic. Et si contra hoc arguatur. quia Matth. xiij. dicitur quòd bonum semen sunt filii regni. Dicitur quòd quadruplex est semen. s. seminatum pro nobis: vt
D Christus Gene. xxij. In semine tuo benedicētur omnes gentes & seminatum in nobis: vt verbum Dei de quo hic: & similiter gratia & virtute & seminatum à nobis. i. opera bona & documenta sana. Psal. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua & seminatum de nobis. i. nosipsi quos Christus seminauit in ecclesia sua & hoc habetur Matth. xiij. Istud semen secundum Euseb. diuisum est principaliter in duas partes. quia quoddam cecidit in terram bonam & E illud vt idē dicit fuit in tres partes diuisum: vt videbitur quoddam vero in malam & istud similiter est diuisum in tres partes. Et prima pars tangitur cum dicitur. (Qui autem secus viam) Scien dum quòd ly. qui in duabus primis clausulis habetur in quibusdam textibus quidam vero non habent qui sed quod in omnibus clausulis. Et si quidā textus habeat quod ly. quod refert se- F mē vt dicatur (Quod autē secus viam) supple cecidit. Si vero habet qui sic legantur (Qui autem secus viam) .i. illi auditores qui significantur per terram secus viam positam: siue illi qui susciptunt semen: acsi illud susciperetur in terra secus viam (hi sum qui audiunt) s. verbum Dei deinde venit diabolus) Vbi aduertendum quòd saluator diabolum assimilauit aui: & volucres cœ- G li appellauit demones. & hoc propter multa. Primo quia habitant cœlum. i. aerem qui est locus auium, Non enim omnes demones sunt in inferno: & si omnes patiantur pœnam inferni. sed quidam sunt in aere ex diuina permissione ad exercitium hominum vt patet per. S. Tho. j. parte. q. lxix. art. iiij. Secundo propter naturam cœlestem seu spiritualem. ex qua debetur eis locus H cœli: eo modo quo spiritibus competere potest locus. Locus enim substantiarum immaterialium secundum omnes creditur cœlum vt dicit. Arist. l. de cœlo & mundo. Aer autem dicitur cœlum ratione diaphanitatis. Tertio propter velocitatem motus. Licet enim diabolus non possit in instanti moueri vt patet. j. parte. q. iiij. art. iij. tamen potest in

I tempore in perceptibili moueri de cœlo ad terram : quia in vno instanti potest esse in cœlo & in alio in terra non pertransito medio vt patet. j. parte. q. iiij. artic. ij &. j. dist. xxxvij. Et ideo est. quia ipsum moueri est ipsum applicari locis diuersis successiue. Cum autem ex se sint spiritus possunt ex se esse nusquàm. Vnde & greci ponunt eos ante mundum corporeum & consequenter
K ante omnem locum creatos : cum quibus sentit Hiero. Et si ex se sunt nusquàm : cum se ab vno loco absoluunt æque propinqui sunt omnibus aliis locis & possunt cui volunt se applicare. Et huius similitudo est in nostra cogitatione : quasi se absoluat ab omni obiecto nihil cogitando de se æque potens est vt deinde applicetur huic vel
L illi obiecto : & absoluendo se ab vno potest applicare se distanti non se applicãdo propinquo. Venit inquam non quia illabatur in essentia animæ sed extra suggerit nihil violentãdo etiam tollit verbum de corde eorum. Vbi aduertendum est quòd istud semen dicitur conculcatum & comestum & sublatum à diabolo. Duo autem vltima sunt idem. quia vnum dicitur ad exponendum aliud. Isti enim auditores
M sunt illi quorum mentes patent vanis cogitationibus. Per istas enim mentes transeunt omnes cogitationes voluptatum : & consequenter transeunt demones illas mentibus inserentes. Vnde conculcant verbum Dei ne fructificet. Et non solum conculcant : sed comedũt id est, auferunt inquãtum tales ex diabolica suggestione obliuiscuntur verbi diuini non quasi illud possunt demones violenter auferre. Vnde tollunt procurando vt tollatur (Nam qui supra petram). id est, illi auditores qui significantur per petram siue petrosam terram : vel illi qui sic suscipiunt ac semen, si illud susciperetur super petram, hi sunt qui cum audierint : cum gaudio suscipiunt verbum & hi radices non habent : quia ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt. Per terram ergo petrosam saluator ipse exponit inconstantes in aduersis. Beda Humor ad radicem seminis est amor : & perseuerantia virtutis. Hæc ille. Gregor. in homil. Multi bonæ operationis initia proponunt sed mox vt fatigari aduersitatibus vel tentationibus cœperint inchoata derelinquũt. Petrosa ergo terra humorem non habuit : quæ hoc quod germinauerat ad fructum perseuerantiæ non produxit. Hæc ille. Sed contra Hieremiæ. xxiij. Nunquid non verba mea quasi ignis desuper & quasi malleus conterens petras. Ergo videtur quòd verbum Dei debeat prævalere etiam in petris. Ad hoc dico quòd conterit petras, id est, dura quando ipsa desyderant conteri nõ aliter de communi lege : quia Deus mouet hominem ad salutem cum libertate arbitrii. Vnde eadem ratione licet bonum sit fortius malo : tamen spinæ suffocant verbum : quia ista suffocatio non est ex impotentia verbi : sed ex spinarum malitia. quòd autem in spinis cecidit : hi sunt qui audierunt & à sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur & nõ afferunt fructum. Et sic patet quòd dominus spinas appellauit sollicitudines secun-

A secundum Chrysostomum, & diuitias secundum Gregorium, quod intelligendum est in quantum solicitudinem ingerunt. Vnde ait mirum autem est quomodo dominus spinas diuitias interpretatus est : cum illę pugnant istæ delectent. Et tamen spinæ sunt quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant : & cum vsque ad pec-
B catum pertrahunt : quasi inflicto vulnere eruentant. Duo autem sunt quæ diuitiis iungit : sollicitudines & voluptates : quæ per cura mentem opprimunt : & per affluentiam resoluunt. Suffocant autem semen : quia importunis cogitationibus gutturmentis strãgulant : & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt quasi aditum vitalis status vetant. Hæc ille. (Quod
C autem in terram bonam, hi sunt, qui in corde bono, & optimo verbum retinent) nec sinunt rapere diabolum vt hi qui secus viam (& fructum afferunt) nec sinunt suffocare semen vt hi qui in spinis (in patientia) nec sunt inconstantes vt qui supra petram. Et sic patet vt dicit Chrysostomus, quòd terra bona contrario modo se habet ad viam & petram & spinas. Gregor. Ter-
D ra ergo bona fructum per patientiam reddit quia nulla sunt bona quæ agimus si non æquanimiter etiam in proximorum mala tolleramus. Fructum ergo per patientiam reddunt : quia cum humiliter flagella suscipiunt ad requiem sublimiter suscipiuntur. Hæc ille. Est autem sciendum quòd sicut dicit beatus Matthæus, semen quod cecidit supra terram bonam attulit fructum aliud centesimum : aliud sexagesimum : aliud tricesimum. ¶ Ad huius E notitiam sciendum est quòd ista triplex fructuũ differenti tripliciter considerari potest. Primo secundum quosdam quantum ad tres status fidelium qui sunt : incipientes : proficientes : & perfecti. Incipientes proferunt trigesimum : quia sufficit quòd habeant fidem trinitatis cũ impletione decalogi. Proficientes autem sexagesimum : quæ vltra prædicta implent sex misericordiæ F opera. s. necessariora : quæ enumerantur. Mat. xxv. Vel sub vno includuntur duo. s. cibare & potare. perfecti. vero cẽtesimũ qui numerus est perfectus quia duplicem seruant perfectionem. s. veteris legis præcepta & Euangelica consilia. Secundo quãtum ad tres status saluandorum. s. coniugatos : viduas : & virgines secundum Aug. de consen. Euan. vt. s. trigesimus ad cõiugatos pertineat G sexagesimus ad viduas : centesimus vero ad virgines. Tertio potest considerari quantũ ad triplicem victoriæ modum : vt dicit Aug. ibidẽ. Quidam enim sic pugnant cum amore mundi vt non vincant. Alii vero sic illum superant : vt si denuo insurrexerit facile vincant. Alii vero sic vincũt vt se omnino nulla ex parte commoueant. Primi habent fructum tricesimum : secundi sexagesi- H mum : tertii centesimum. Vide de his sanctum Thomam. iiij. distin. xlix. q. v. art. ij. q. iij. Est autem hic vna quæstio quia videtur esse stultitia proiicere semẽ inter spinas. Ad hoc sic dicit Chrysostomus. Increpandus esset agricola qui super sensibiles spinas & petram & viam seminaret. Non enim possibile est petram terram fieri : nec viam

non esse viam:nec spinas non esse spinas.In rationalibus verò secus est.Possibile est enim petram conuerti in terram pinguem & viam non conculcari:& spinas dissipari.Hec ille.The.verò dicit.Seminans non proiecit semen secus viam sed cecidit.Qui enim semi-
I nat docet rectum sermonem:sed sermo diuersimode cadit in audiētes vt quidam eorum via dicantur. Hec ille. Et
K intendit quòd ex parte auditorum est quòd semen non cadat in terram bonam. quòd possunt esse bona terra si volunt.Quelibet ergo debet se preparare si vult quòd verba dei faciant fructum in eo.Amen.

Dominica in quinquagesima. Luc. xviij.

L

ASsumpsit Iesus duo decim discipulos suos: & ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymam:& consummabuntur omnia que scripta sunt per Prophetas de filio hominis.Tradetur enim gentibus &
M illudetur:& flagellabitur & cō spuetur.Et postquā flagellauerint occident eū.& tertia die resurget.Et ipsi nihil horum intellexerūt.Et erat verbū istud absconditum:ab eis:& non intelligebant quæ dicebantur.Factum est autem cū appropinquaret Hiericho: cecus quidā
N sedebat secus viā mendicans:& cū audiret turbā pretereuntē: interrogabat quid hoc esset.Dixerunt autē ei ꝙ Iesus Nazarenus trāsiret.Et clamauit dicēs: Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui preibant increpabant eum vt taceret.Ipse vero multo magis clamabat.Fili Dauid miserere mei. Stans autē Iesus iussit illum adduci ad se.Et cū appropinquasset: interrogauit illum dicens. Quid vis tibi faciam? At ille dixit. Domine vt videam.Et Iesus dixit illi. Respice.fides tua te saluum fecit:
O & confestim vidit:& sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit dedit laudem Deo.

ASSVMPSIT IESVS.xij. Discipulos suos secreto &c.Luce.xviij.In presenti Euangelio tanguntur tria q̄ puncta:que sunt Prenuntiatio? Vocisferatio: Miseratio.¶ Quintum ad primā literaliter sciendum est quòd Christus moriturus longe ante predixit Discipulis passionis sue ignominiam:& gloriam resurrectiōis.Et hoc propter multa.Primò secundū Theo.Grec.& Chrysosto.vt exercitati per expectationem, in die Passiōis essent firmiores in fide.

A secundo secundum Cyrillum vt scirēt quia voluntarie patiebatur.Et hoc est quod dicitur (Assumpsit Iesus.xij.Discipulos suos) Assumpsit inquam, id est ad se sumpsit: quia vocauit eos: duxit seorsum à turba & ab alijs discipulis:vt secreto loqueretur eis:secundum quòd dicit Matth.Erat hoc secūdum Chrysosto.quia istud non fuerat
B reuelandum infirmioribus ne turbaretur.Erat autem ibi Iudas quia nondū conceperat malum:vt dicit.S. Tho.super Matth. quem secundum Gorram Christus voluit interesse vt audita ꝓnuntiatiōe passionis vel sic ab ea ꝓcuranda suo tēpore cessaret (& ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymā) quare
C sic dicitur hec ciuitas vide dominica.j. aduentus.Erat autē in alto sita respectu totius terre promissionis:quia erat in montanis.Ideo vndique ad eam accedentes ascendebant:recedentes verò descendebant (& consummabuntur omnia que scripta sunt per Prophetas, Fuerunt quidam heretici qui dixerunt Christum legi & prophetis docuisse cōtraria.quod Christus preuidens vt ait. Bed.ostendit ꝙ per Prophetarū presagia sue passionis & posterioris gloriæ
D sit celebrata perfectio.Hec ille.Voluit autem Christus cōsummari Hierusalem ciuitate sacerdotali & regali propter multa:secundū.S.Tho.sup Matt. j.q̄ ipse tanquā verus sacerdos debebat in sacerdotali ciuitate offerre Hostiā deo ꝓ salute generis humani.Obtulit autem seipsum super altare Crucis.Secundo q̄ per suā passionē acquisiuit sibi regnum. Vnde post resurrectionē dixit. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hoc autem E
congrue factum est in regia ciuitate. Tertia potest addi ratio tacta in Euāgelio natiuitatis in nocte:ad exēplum,scilicet humilitatis.Voluit enim in vrbe villi concipi:& in nobili confundi:non querēs honorē ex patria:neque fugiēs confusionem ex loci nobilitate accrescentem in quo cōfundebatur (de filio Hominis,)id est de ipso Christo.Quare autem sic se appellat: dicunt quidā F
quòd ideo est:quia vnius tantum,id est Virginis Filius est sed melius dicitur ꝙ gratia humilitatis,hoc fecit:q̄a etiā alij vt Ezechiel dicti sunt filij hominis.Que autem sint ista que prophetæ predixerunt:patet ex.B.Mat.q̄a fuerūt tria, scilicet proditio discipuli:quam predixit Dauid dicens.Qui edebat panes meos significauit,id est magnā fecit super me supplantationem.secūdo G
condēnatio ad mortem,à senioribus & scribis:que predicta fuit Sapien.ij.vbi dicitur Morte turpissima condēnemus eum.Tertiò ꝙ traderetur gentibus, id est gētilib⁹.puta Pilato & ministris ei⁹. Et de hoc tertio etiam.B. Luc.hic facit mentionem.vnde sequitur. (Tradetur enim gentibus) Ioan. xviij. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi(& illudetur:) Primo in pretorio principis H
sacerdotium,dicendo (Prophetiza nobis &c.) Luc.xxij.Secundo in pretorio Pilati presidis Matth.xxvij. Genu flexo ante eum illudebant ei &c. Tertio in pretorio Herodis Luc.xxiij.Spreuit illū Herodes cum exercitu suo & illusit &c. Quarto in patibulo Crucis.Luce.xxiij.Illudebant autem ei & milites accedentes & acetum &c. (& flagellā-

bitur) scilicet Colaphis in facie. Matth. xvj. & secundo arundine in capite. Matt. xxvij. & tertio flagellis in toto corpore. Ioan. xix. quando erat Cruci affigẽdus. imo communiter tenetur ꝙ etiam ante iam fuerat alias flagellatus. Dicunt enim quidam Christũ fuisse primo flagellatũ tota nocte in domo Cayphe. & secundo mane à Pylato ad placandum Iudeos quando dixit. Emendatum illum dimittam. & tertio iterum & Pilato quando Populus non contentus de Christi flagellatione & coronatione & irrisione publica coram eodem Populo: petiuit eum Crucifigi. quia data sententia de Cruce & morte iterum est flagellatus, eo quòd sancitum esset à romanis hominem affligendum: Crucis prius flagellis esse cedendum. De secũda tamen flagellatione sola expresse legitur. & hoc Ioan. xx. licet Matth. xxv. innuat de tertia: dicens quòd Pilatus dominum flagellatum tradidit Crucifigendum: sed forte recapitulando loquitur (& conspuetur) primo à Iudeis in atrio Pontificis. Matth. xxvij. secundo à gentibus in atrio prẽsidis ibidem. (Et postquàm flagellauerint occident eũ.) Et in his tanguntur tria que maxime homines appetunt, scilicet honorem: & quietem & vitam: quibus Christus fuit priuatus: quia fuit illusus & flagellatus & occisus. Hec autem omnia Prophetæ predixerant Cstrysosto. Hec Esaias. predixerat dicẽs. Obtuli scapulas meas ad verbera: genas meas ad alapas, & faciem meam nõ auerti à sputorum dedecore. Sed & Crucis patibulũ predixit Prophetavbi ait. Tradidit in mortem animam suam: & cum sceleratis deputatus est. Hec ille. (Et tertia die resurget) iuxta illud quod Dauid predixerat dicens. Non derelinquens animam meam in inferno. Quomodo autem tertia die resurrexerit: & quare: vide Feria. iiij. post primam dominicam. Quadra. (Et ipsi nihil horum intellexerunt) & hoc secundum Cirillũ: quia nescieb̃at exq̃site scripturas quousque post resurrectionem suã aperuit illis sensum vt intelligerent illas. Beda autem tres alias rationes assignat dicẽs. Quia enim discipuli maxime eius vitam diligebant: eius mortem audire non poterant. Et quia non solum hominem innocentem: sed & Deum verum sciebãt: hunc nullatenus mori posse putabant. Et quia per parabolas eum sæpe audire cõsueuerant: quoties aliquid de sua passione dicebat: ad aliud allegorice referendum esse credebant. Vnde sequitur. (Erat autem verbũ istud absconditum ab eis & non intelligebãt quj dicebantur.) Iudei verò quia in eius morte conspirauerunt: quando de sua passione loquebatur dicens in Ioanne. Oportet exaltari filium hominis, intelligebant. Vnde dixerunt. Nos audiuimus ex lege: quia Christus manet ineternum. Hec ille. ¶ Moraliter sciendum est quòd Iudas Christum prodidit: salutando: amplexando, osculando: & secum comedẽdo. Multi in ista quadragesima salutabunt Christum orationem dominicam dicendo: & amplectentur brachijs timoris & amoris cõstringendo. & osculabuntur veritatem in confessione dicendo: & Christo per misericordiam occurrente. Psal. Misericordia & veritas osculatę sunt. & comedent

medent cum illo communicando: & tamen prodent eum quidã statim post Pascha ad vomitum reuertendo. Auari autem symoniaci: & vsurarij tanquàm Iudas tradent quia illum tradidit Iudeis ex auaritia. Sed inuidi & maligni: velut Iudei. Pilato & inuidia. Pusillanimes autem & plus cesaretur, id est hominem quàm Deum timentes sicut Pilatus illum tradidit Crucifigẽdum ex timore. Item sciendum est moraliter quòd Christus venditur à symoniacis tanquàm à Iuda quo etiam sunt peiores aliquando: quia ipse pecuniam restituit aliquando: sed multi istorum nunquàm: quorum figura fuit Lepra giezi nunquàm sanianda. iiij. Reg. capitulo quinto. Illuditur autem ab Hypocritis de quibus dicitur. ij. parte. iij. In nouissimis diebus venient illusores &c. Flagellatur verò à tyrannis. Psal. Circundederunt me canes multi. Conspuitur etiam à blasphemis. Iob. xxx. faciem meam conspuere non verentur. Occiditur autem ab apostatis. Hebræ. sexto. Rursum crucifigentes sibimetipsis fiunt Dei. Item sciendum est quòd Christus quatuor vicibus fuit illusus. Primo in domo Caiphe cum velamine capitis. Secundo in domo Herodis cum Veste alba. Tertio in domo Pilati Cum purpura. Quarto à Iudeis in Cruce: qui eius verba peruertentes dicebant. Vah qui destruis templum Dei &c. Primo modo illudit sacerdos seruiens pro tẽporalibus quãdo assumit amictum, qui significat spem celestium. Secundo immundus sacerdos induens que albam munditiam significat. Tertio ma euolus induens casulam: que significat latitudinem charitatis. Quarto contemnens verba Dei cum assumit stolam: que Gladiũ, id est verbum Dei significat. Item sciendum ꝙ quatuor vicibus fuit Christus percussus. Primo in capite per arundinem. Secundo in facie per alapas. Tertio in collo per colaphos. Quarto in toto corpore per flagella. Per caput Christi significantur prelati: per faciem contemplatiui: qui sunt pulcrior ecclesiæ pars per collum predicatores: per Corpus actiui. Qui ergo istos iniuste perturbãt Christum in illis membris percutiũt & flagellant. Item sciẽdum quòd Christi consputio que fuit magna vilipensio secundum glo. significat contumelias iustis illatas in corũ presentia per turpia & inhoneſta verba: que sunt immundi oris sputa. Occisores autẽ Christi sunt qui pauperes spoliant. Eccle. xxxiiij. Qui aufert in iudore panem: quasi qui occidit proximum suũ. Item qui pauperibus nõ tribuunt in extremis necessitatibus. Ambr. Pasce fame morientem si nõ pauisti occidisti. Hec ille. ¶ Quantum ad secundum literaliter sciendum est quòd in via Christus fecit miraculum quod in presenti Euãgelio narratur. Primo secundum Greg. ad solidandam Discipulorum fidem. Secundo secundum Theop. ne incessus domini inutilis esset in via: hoc documẽtũ Discipulis suis dans vt in omnibus simus proficui: & nihil sit in nobis otiosum. Hec ille. Sequitur ergo. (Factũ est autem cũ appropinquaret hiesicho.) Est autem Hiericho ciuitas per Iosue cuersa prius: cũ ad clangorẽ tubarũ & vociferationẽ populi Dei muri eius

I ri eius corruerunt. vt patet Iosue cap. vj.& post redificata per Abiel: vt patet iij.Reg. xvj. cecus quidam sedebat iuxta viam mendicans. Hic est, duplex quęstio.Prima quia dicitur cum appropinquaret hiericho. Nam beatus Matt. dicit hoc miraculum factum in exitu de hiericho.Secundo : quia hic dicitur fuisse vnus cecus:ibi verò quod fuerũt duo. Ad has quæstiones dupliciter re-
K spondet Aug.de consen.euange.Ad primam enim dicit primo quod Christus dictus est à.b. Luc. hic appropinquare hiericho:non ingrediendo sed egrediẽdo, licet iste modus loquendi sit inusitatus.Ad secundam dicit quod vnus eorum fuit famosior & importunior vnde &.b.Mar.ponit nomen eius & patris eius dicens. Bartimeus filius Timei. & hunc solũ nominat Luc. Sed in secũdo
L modo idem soluit vtranq; quæstionem & consentit magister hist. dicens quod in ingressu sanauit vnum in egressu verο duos:inter quos vnus erat famosior quam.beatus Marcus sanatum dicit:de alio tacens.Sed mihi magis placet prima exposirio.Nam eædẽ interrogationes & responsiones & increpationes factæ sunt circa eum quem secundũ Mar
M cum sanauit in exitu ciuitatis : & circa eum de quo loquitur Luc. Ideo vnus & idem videtur fuisse quem Beatus Lucas anticipatiue loquẽs dixit sanatum & post narrat quod prius erat factum scilicet dominum perambulasse hiericho. (Et cum audiret turbam prætereuntem.) Cum Christo enim egredien te de hiericho fuit multa turba: vt Mat thæ. testatur,primo quia iam Christus erat famosissimus in doctrina & miraculis.Secundo : quia ascendebat ad festum paschæ in Hierusalem : ad quod illo tẽpore omnis populus Israel ascẽdebat. Tertio quia vt dicit magister hi sto. pauci non audebant ingredi desertum medium inter hiericho & Hierusalem:ideo multi sociarunt se Christo. (Interrogabat quid hoc esset)& secundum Chry.responderunt ei oculati secundum quod credebant:ideo sequitur (dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret.Et clamauit)ex magno desiderio sanitatis(dicens.Iesu fili Dauid miserere mei) Iste cecus in verbis istis prætendit se habere magnam fidẽ ad Christum:& eum credere Deum, & hoc quia de eo forte sæpius audierat & de miraculis eius. Sed vnde nouerat iste cecus Iesum esse filium Dauid. Re
P spondet Ciril.In Iudaismo nutritus nõ ignorauit quod de progenie Dauid Deus secundum carnem nasceretur, & ideo ei vt deo loquens dicit miserere mei.Hęc ille.Seruos enim Dei oramus vt pro nobis orent: Deum vero vt nobis misereatur. Vel dicere possumus quod apud Iudeos Messias expectatus, quia expectabatur de semine Dauid. ideo per excellentiam dicebatur filius Dauid & secundum hoc dicere. Iesum filium Dauid est dicere eum esse Christum.Et hoc innuitur Matth.xij.vbi dicitur.Et stupebant omnes turbæ & dicebant. Nunquid hic est filius Dauid. Et ad hunc sensum turbæ dicebant: Osanna filio:Dauit Matth. xxj. Quod vero dicit.Miserere mei posset quidem dici quod tali vtitur modo loquẽdi doctus à spiritusancto : sed tamen etiam dici posset quod rudes:eo maxime tem

A pore etiam sanctos sub tali verborum forma aliquando inuocabant. Vnde & Iob.xix.dicitur.Miseremini mei miseremini mei, saltem vos amici mei. (Et qui preibant) Christum (increpabant eum vt taceret) Christus enim tunc in viam cum non esset otiosus : aut docebat turbam , quæ eum sequebatur , vt eum audiret:aut certe cogitabundus & cõtemplatiuus incedebat. Et ideo quia
B cæcus vtroque modo videbatur Christum impedire increpabant cum turbæ. (Ille vero multo magis clamabat. Fili Dauid miserere mei)Timebat eñ ne voces increpantium impedirent vocem suam ne corporaliter audiretur à Christo : ideo vocem eleuauit multo magis clamando. ¶ Allegorice hiericho interpretatur luna : quæ est quoddam variabile: & significat nostrã mor
C talitatem secundum Grego. Ideo Christus venit hiericho.quãdo suscepit carnem:& tũc cecus illuminatus est. Quis vero sit iste cecus exprimit Amb. dicẽs In hoc ceco typus populi gentilis est qui sacramento dominico recepit amissi luminis claritatem. Nihil autẽm interest vtrum in vno ceco medicinam an duobus recipiat:quoniam ex cham
D & Iaphet Noe filiis originem ducens in duobus cecis duos generis sui prætendebat authores. Hæc ille. Et nota quod est tertio filio Noe scilicet Sem descendit Abraam vt patet Luc. iij. & consequenter populus Iudaicus. Vel per istum cecum significatur genus humanum quod in duos populos diuiditur scilicet gentilem.& Iudaicum Grego.Cecus est genus humanum,quod in parente primo, à paradisi gaudiis expulsum: claritatem supernæ lucis igno E
rans damnationis suæ tenebras patitur hiericho autem interpretatur luna quę dum menstruis momentis decrescit:defectum nostræ moralitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat hiericho cecus ad lumen redit. quia dum diuinitas defectum nostræ carnis suscepit humanum genus lumen quod amiserat recepit. Hoc ille. F
¶ Anagogice cecus sedens extra hiericho est, populus sanctorum Patrum iam exutus carne moralitatis : quo stat secus seu extra viam ascendendi in Hierusalem cœlestem : quia stabat in lymbo sub terra deorsum:& tamen credebat in Christum qui est via. & mendicabat : quia continue orabat Deum pro sua liberatione. Sed transeunte do
mino id est dum dominus peregrinare G
tur in carne multo magis clamabat: per intentionem vel extensionem sui desyderii. Et in ipso egressu Christi ab hiericho , id est , in morte qua reliquit mortalitatem: & per diuinitatem stetit recepit primo lumen corporale quantum fuit ex parte Christi , quia Christus carcerem illum tenebrosum cum luce corporali intrauit vt patet ex Sancti Thomas in tertia seu. Secundo lu-
men spirituale : quia peracta passione H
aperta est ianua cœli: & omnes fuerũt in paradiso per beatificam visionem: quamuis non fuerint statim in cœlo per localem ascensionem omnia ista patent ex Sanct. Thom. in diuersis locis.¶ Moraliter iste cecus significat peccatorem priuatum lumine fidei vel gratiæ Dei. De hoc sic ait Gregor. Qui æternæ lucis claritatem nescit : cecus

I est. Si autem iam in redemptorem credidit qui dixit: ego sum via. & vt lumẽ veritatis recipiat postulat: iuxta viam sedet & mẽdicat. Illi autem qui Iesum venientem precedunt designant carnalium desyderiorum turbas tumultusq; vitiorum: qui priusquam Iesus ad cor nostrum perueniat: cogitationem nostram dissipant: & in ipsa nos nostra oratione perturbant. Ipse vero magis
K clamabat: quia quanto grauiori tumultu cogitationum premimur: tanto orationi insistere ardentius debemus. Hęc ille. ¶ Quantum ad tertium literaliter sciendum est, quod Christus ostendit se hoc loco ad miseras personas fuisse pium & misericordem: quia auditis vocibus cęci: intermissa via & prædicatione vel contemplatione: animum vertit ad eius consolationem. Dicitur ergo.
L (Stans autem Iesus) Stare aliquando opponitur ei, quod est sedere vt proprie dicatur stare qui est rectus super pedes suos. Aliquando vero opponitur ei quod est moueri: & vtroq; modo stetit Christus: ne cecus haberet causam currendi post se. Et in hoc innuit quomodo, se debeant habere principes & prælati quando audiunt pauperes querelantes misericordiam: vel iustitiam.
M (iussit illum adduci ad se.) Non enim potuisset thabere aditum ad Christum ratione turbæ. niſi Christus dedisset viam. Si autem iste est de quo loquitur Marcus vt est rationabile dixerunt ei comites Christi. animæquior esto surge: vocat, te. Quia proiecto vestimẽto in quo scilicet mendicabat: exiliens venit ad eum: vt testat Marcus in quo apparuit magnus salutis ardor, quia venit ad Christũ cursim cum esset cecus. Exilire enim est extra salire vel saltare (Et cum appropinquaret) cecus saluatori (interrogauit illum) saluator (Quid tibi vis faciam) quasi diceret. Vis eleemosynam vel salutem. Cirill. Dispensatiue interrogat: non quasi ignorans: sed vt scirent à stantes quod non petebat pecuniam sed diuinam efficaciam. Vel quia calumniatores veritatis Iudęi possent dicere vt in ceco nato non est hic sed similis eius voluit vt cecus prius ostenderet defectum naturæ: & tunc cognoscat gratiæ maiestatem. Hæc ille. Vel interrogat vt eum magis accendat & suspendat ad desyderium sanitatis: & consequenter gratius habeat Christi beneficium (At ille dixit. domine vt videam) Tunc Christus volens se Deum ostendere: curare eum voluit imperatiue & propria authoritate. Vnde sequitur. (Et dixit illi Iesus respice.) Sciendum tamen quod licet Christus omnia posset tamẽ ex cõgruitate requirebatur aliqua dispositio in recipiẽtibus eius beneficia. Ideo sequit (fides tua te saluum fecit) dispositione scilicet & congruenter. Fides enim est sicut vas quo ex fonte diuinitatis haurimus gratiam & beneficia: ideo quanto fuerit maior tanto magis haurit. Cirill. Diffunditur gratia quam susciperit fides: & sicut ex aliquo fonte hi quidam paruis vasis modicum aquæ hauriunt: hi vero maioribus multum fonte non distinguente mensuras. & sicut secundum fenestras quæ aperiuntur magis vel minus splẽdor solis infunditur: ita secundum capacitatẽ intentionis hauritur gratia. Hęc ille. (Et cõfestim vidit. Ex-

A clarius quã vnquã videre potuisset per naturã. Sicut enim ars non põt æquari naturæ in operãdo ita neq; natura deo. Ante nunquã fuit visus ita clarus' sicut ille quẽ De°dedit scđm Chr.& S.Th.) Et sequebaꝫ illũ magnificãs Deum (Ex quo patet secundum Cirillum quod sanus erat in corpore & in spiritu. Sed hic mouet Chryso. quæstionem. Quare permisit cecum sequi se non autem demoniacum liberatum & sequi volentem vt Luc.viij. Et ad hoc ipse Chry. dicit. Neutrum irrationabile puto. Demoniacum enim mittit præconem vt ex sua consistentia benefactorem prędicet. Erat enim excellens miraculum, furiosum videre sanę mentis effectum. Cecum vero permittit sequi, quia Hierosolymam ascẽdebat per crucem perfecturus altum mysterium, vt recentẽ habentes miraculi mentionem non existimarent eum infirmitate potius quã misericordia pati. Hæc ille. (Et omnis plebs vt vidit) miraculum tam gloriosum (dedit laudem deo) magnificando Deum & Christum eius. ¶ Allegorice & anagogice patet ex dictis. ¶ Moraliter verò significatur quod Greg. exprimit dicens. Cum adhuc turbas Phantasmatum in oratione patimur Iesum ali quatenus transeuntẽ sentimus. Cũ vero orõni vehemẽter insistimus deus in corde figit̃, & lux amissa reparaꝫ. Hæc ille.

Feria.iiij.in ca.ieiunij. Mat.vj.

Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminãt enim facies suas vt pareant hoĩbus ieiunantes. E Amen dico vobis quia receperũt mercedẽ suam. Tu autẽ cũ ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furãtur: thesaurizate autẽ vobis thesauros in cœlo vbi neque erugo neque tinea demolitur & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus: ibi est & cor tuum. G

CVM IEIVNATIS MAT. vj. Sciendum est antequam ad euangelium descẽdamus quod quamuis solẽnitas. xl. in sequenti dominica inchoetur tamen ecclesia addidit quatuor dies precedentes. Cuius ratio literalis est vt quadragenarius numerus impleretur secundum aliquos: quia a sequenti dominica vsq; ad pascha sunt solum. trigesima sexta dies ieiunabiles: sed additis quatuor resultat numerus quadragenarius, quem Christus suo ieiunio consecrauit. Sunt & duæ rationes mysticæ: quare in quarta Feria inchoetur. Prima, quia passio Christi eo die fuit

I fuit pertractata & cum deliberatione firmata quãuis etiam ista posit esse literalis. Secunda in signum quòd tempus ieiunii maxime quadragesimale: est tempus perfecte claritatis illuminans intellectum quo ad naturale lumen & quo ad supernaturale. Quarta enim feria factus est sol & alia luminaria: cum ante mundũ illuminasset quædam nubecula debilitet quam fecerat
H deus cum dixit Fiat lux. Tertia quia est die mercurii vulgariter dicta. Mercurius autem secundùm astrologos est planeta regnans in virgine & qui domi natur aquæ: & qui semper simul fertur cum sole & preest facundiæ vt autem patet Act. xiiij. in signũ. s. quòd homines hoc tempore debẽt esse mundi corpore vt virgo: & humidi lachrymis. & perseuerantes in bono quod est esse cũ
L sole semper idest christo. & predicatores debent esse facundi. Igitur ecclesia vt feruentius hoc ieiunium suscipiamus: reducit nos per cineres ad memoriam mortis. & christus in euangelio docet quomodo ieiunemus ne meritũ perdamus. Igitur in præsenti euang. intendit principaliter christus à nobis excludere inanem gloriam qua perditur meritum bonorum operum: & suaM dere quòd ponamus. finem in deo ne committamus mala. Et in eo tanguntur tria puncta quæ sunt Reprehensio. Admonitio. Exhortatio. ¶ Quantum ad primum christus reprehendit hypocritas. Dicit ergo (Cum ieiunatis: nolite fieri sicut hypocritæ tristes) Vbi secundùm Chrysostomũ aduertendum est: quòd aliud est esse tristem: aliud se facere seu ostendere tristem. Qui enim ieiunat eo ipso quòd ieiunat est tristis sed non se fecit tristem sed sosum quãdo qui se quid facit vt tristis videatur. Et isto modo dicit christus: nolite fieri tristes: quia isto modo hypocritæ se faciebant tristes. Ideo subditur (Exterminant enim facies suas) Exterminare sicut Hier. testatur est extra terminos ponere: ideo proprie secundùm eum exterminantur exules. large tamen omne quod extra suos consuetos terminos ponitur exterminatur. Qui ergo tristiorem solito se fingit, ex figura faciei vel de aliquo suco exterminat faciem suã. Et ita hypocritæ faciunt (vt pareant) idest videatur (hominibus ieiunantes) Grego. viij. morali. Nihil tanto labore aliquod nisi exterminatio humana cogitatur. Hæc ille Chrysostomus super Matthæ. Si ergo qui ieiuna & tristente facit hypocrita est: quanto magis nequior est qui non ieiunat: sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem quasi ieiunii signum. Hæc ille (Amen) idest vere (dico vobis: receperũt mercedem suam) quia scilicet vt Remig. ait receperunt id propter quòd ieiunauerunt. Vel est modus loquendi quo significatur quòd apud deum nullam mercedem tales mereantur. ¶ In hac parte sunt duo documenta primum: quia secundùm Ange. ex hoc apparet quòd inanis gloria non solum in rebus pulcris & glurioſis locum habet: sed in vilibus puta faciei squalore & vestium sordibus. Imo vt dicit in secundis est periculosior: quia non potest ita conuinci cum sit sub nomine sanctitatis & humilitatis. Secundum est: cum in nostro bono operere duo

A duo sint scilicet meritũ & gloria: deus vult pro se gloriam tanquam principalis causa omnis boni: & nobis tradit meritum. Qui ergo vult surripere partem dei: perdit suam: deo seipsum vindicante. ¶ Quantum ad secundum admonet & docet nos christus qualiter & quo fine debemus ieiunare cum dicit. (Tu autem) qui non vis perdere ieiunii meritum cum ieiunas: vnge caput tuum: & faciem tuam laua) Sed contra
B primo: quia deferre caput inunctum videtur esse contra honestam conuersationem cum sit turpe. Et præterea si ieiunantes semper vngant caput æque manifestabitur eorum ieiunium per talem vnctionem sicut & per hypocritarum fictionem. Ad ista duo argumenta respondet Hiero. dicens quòd loquitur christus iuxta ritum prouinciæ palestinæ: vbi diebus festis solent vngere capi
C ta. Hæc ille. Ex quo patet quòd in iudea seu palestina vbi christus predicabat non est turpe sed honestum & pulcrum inungere caput & erat tristitiæ signum. Et quia ita erat consuetum non fuisset ex honore ieiuniũ deprehensum Chrysostom. vero super Matthæ. dicit quòd ista sunt per exaggregationem dicta: & sensus non est quòd ista fiat sed
D quòd quantum possumus ieiunia nostra celemus. Et idem dicit sententialiter. Hieroso. Sed arguo contra solutionem vtriusque: quia ex hoc sequitur quòd bonum sit scandalizare proximum qui crederet me non ieiunare quando ieiunare quando ieiunare deberem. Ad hæc dicendum est quòd christus nihil aliud intendit nisi vt inanem gloriam fugiamus, ieiunia ergo quę sunt deprecepto nullus debet cela- E re ratione prædicta: ne scilicet aliquẽ scandalizet. Et si insurgat motus inanis gloriæ: ille non potest tollere meritum cum homo in tali casu manifestet ieiunium ex principali intentione ne scandalizet proximum suum. Sed dicatur quòd saltem se exponit periculo mutandi intentionem dico quòd non est certum quòd peccabit mutando intentionem: est tamen certum quòd F peccabit scandalizando fratrem suum. Si vero sint ieiunia votiua imperfecti quibus periculum immineret inaniter gloriandi debent ea abscondere propter periculum inanis gloriæ & sic loquitur christus & prædicti doctores perfecti vero possunt & debent illa ostendere vt glorificetur in eis deus & luceant cora hominibus vt innuit chri
G stus Matthæ. v. (ne videaris) idest ne sis (hominibus ieiunans) Videri & si aliquando importat incertitudinem cognitionis: vt cum in re dubia dicimus videtur mihi sic. Aliquando vero existẽtiã rei & expressionẽ veritatis vt cũ dicit Porphirius. Videtur neq; species neq; genus simpliciter idest vno modo dici. (Sed patri tuo qui est in abscondito) idest patri celesti qui est inuisibilis
H & habitat in corde per fidem secundũ gloſ. Huic autem patri ieiunat qui eius amore ieiunat: vt eadem gloſſ. dicit Sed quare christus ita sollicite monet de modo ieiunandi: Dicitur quòd ex ratione maximi fructus qui exptimitur per hos versus. Sanant gratificant: ieiunia forma reuelat. Attenuantque docent: mortem penalia vitant. Quem christo seruant: dogmata carne tuẽtur.

De

I Dæmoon subiicitur: refouent ieiunia multos. Vbi nota quòd(sanant) scilicet mente & corpore(gratificant ieiunia) scilicet deo & hominibus forma scilicet sunt ieiunantes ad prouocandum alios ad bonum(reuelãt)ideſt sunt causa ꝙ reuelentur secreta dei. Attenuant quæ)ideſt subtiliant intellectum (docent)ideſt prebent fucultatem & gratiam docendi legem dei(mortem) scili
K cet vitant(penalia vitant.)ideſt penas & pestes corporis vitare faciunt. (quẽ christo)ideſt in seruitio christi (seruãt dogmata carne:tuẽtur) scilicet ad patriam. (Dæmoon subiicitur. refouent ieiunia multos)ideſt pauperes. Et hec omnia ex scriptura colligũtur. Et ideo subditur:(Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi)mercedem æternam & alios fructus. ¶ In hac secunda
L parte euangelii habemus duo pulcra documenta in sensu morali. Primũ tangit Chryso. super Matth. dicens Spiritualiter facies animæ conscientia intelligitur. Sicut enim in conspectu hominem gratiosa est facies pulcra. sic in oculis dei speciosa est conscientia mũda. Hanc faciem hypocritæ qui propter homines ieiunant exterminant fallere volentes deum & homines. Nam
M semper vulnerata est conscientia eius qui peccat. Si ergo abstuleris nequitiam ab anima tua. bene lauasti faciem tuam & bene ieiunas. Hæc ille. Secundum vero tangit idem ibidem dicens. Spiritualiter caput tuum christus est. Sitiẽtẽ pota. esuriẽtem ciba,& sic oleo misericordiæ caput tuum vnxisti christũ q clamat in euãgelio. Quod vni de minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Hec ille. Tũc accepta erunt ieiunia nostra: quia dicit Greg. ꝙ illud ieiunium deus approbat quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat. Hec ille. ¶ Item moraliter notandum ꝙ scriptura multiplex oleum nominatur quo inungi debet caput ideſt mens nostra. Primo est oleum myrtinum ideſt nitoris conscientiæ,qui inunge dantur virgines: vt patet Hester. ij. Secundum est oleum compaſsionis & misericordiæ quo debent inungi prælati. Chry. Esuriente ciba:& sitientem pota &c. Tertium est oleum spiritualis letitiæ quo inunguntur reges ideſt contẽplatiui. Exo. xxix. Sanctificabis vasa tabernaculi oleo. facies etiam ideſt conscientia lauãda est Primo lotione contritionis. Hie. iiij. lauate a malitia cor tuum hierusalem: vt saluafias. Secundo lotione confeſsionis Esa. j. Lauamini mundi estote. Tertio lotione tolerantiæ tribulationis. Apoc. vij. Lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni. Vnde deus dicit animabus bonis illud Gene. xviij. Afferam pauxillum aque lauẽtur & lauamur pedes vestri ideſt affectus vestri a sordibus terrenorum. ¶ Quarto ad tertium christus hortatur nos vt finem nostrum ponamus in creatore & non in creatura precipue in diuitiis dicens. (Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.) Vbi est aduertendum quòd thesaurus dicitur theca. ideſt repositorium auri: & thesaurizare est aurum reponere seu congregare quod fit seu fieri debet vt homo posſit habere sufficientia ad necessitatem & decentiam sui & suorum. qui ergo congregat diuitias ex auaritia & amore diuitiarũ in se

A in se: indebite & iniuste thesaurizat: qa impeditur finis propter quem fit thesaurizatio: cum ex hoc reddatur homo insufficientissimus. Qui enim si congregat diuitias non audet eis vti: sed iuxta illas moritur fame. Vnde dicit Hier. ad Pau. Antiqua dictum est. Auaro de est tam quod habet quam quod non habet. Hec ille. Hoc ergo est quod
B prohibuit hic christus: quia illicitum est: & quia instabile & periculosum est Vnde subditur (vbi erugo & tinea demolitur & vbi fures effodiunt & furantur) Rab. Tria ponit secundùm tres diuersitates diuitiarum. Metalla erugines, vestes tineæ demoliuntur. Sunt autem alia que neque eruginem neque tineam timent. sicut lapides preciosi: & ideo ponit generale detrimentum scili
C cet fures qui omnes diuitias rapere posſunt. Hec ille) Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo) non in cœlo corporeo secundùm Aug. quia omne corpus contemnendum est: sed in spirituale firmamento quod non transibit sicut corporale. Est autẽ spirituale cælũ ipse deus in quo omnem spem collocare debemus) Vbi neque tinea demolitur
D nec fures effodiunt: nec furantur.) Sed quia posſet aliquis dicere ꝙ non omnis thesaurus dissipatur erugine vel tinea non subiungitur) Vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum) Hie. in homil. Acsi dicat,& si nihil priorum eueniat: non paruam sustinebis iacturam inferioribus affixus & eorum seruus factus a celestibus cadens & nihil excelsorum cogitare potens. Hec ille. ¶ In hac parte sunt multa documenta. Primum litteraliter quod Chryſosto. tangit super Matthæ. dicens. Quid ergo melius est E
super terram reponere vbi incertus est conseruationis euentus: aut in cœlo vbi certa custodia. Que autem stultitia est ille relinquere vnde exiturus est: & illuc non præmittere quo iturus es. Illic ergo substantiam tuam colloca vbi patriam habes. Hæc ille. Aliud moraliter quod Rab. tangit di. Erugo significat superbiam quæ decorem virtutum offuscat. Tinea quæ vestes latenter ro F
dit inuidia est: que bonum studium lacerat: & compaſsionem vnitatis dissipat. Fures sunt heretici & demones qui semper ad hoc sunt intenti vt spirituales viri spolientur. Hæc ille. Aliud est documentum vt vnusquisque ponat cor suum in cœlo: quod ad literam christus monet in dicto suo dicens. thesaurizate &c. & ecclesia idem significat moraliter facto suo dum ci- G
neres imponit digni. Memento: quia cinis es scilicet principaliter. Nam cum deus hominem fecerit ex quatuor elementis multum posſuit de luto terre: & parum de aliis elementis: vt docet ipsa grosſities & grauitas corporis nostri. Parum igitur in homine posſuit de igne: vt parum haberet de igne concupiſcentiæ & auaritiæ & iracundiæ & ta- H
men aliqui ita sunt inflati quod videntur de aere creati. Parum etiam de aqua vt parum haberet de inconstantia circa bona opera: tamen aliqui videntur de aqua facti: quia nimia leuitate sunt agitati: multũ autem posſuit de terra vt multum haberet de humilitate quæ est via ascendendi in cœlum quia homo est vt aqua que nõ ascendit

nisi

I nisi quantum descendit & tamen pauci videntur de terra facti: quia multi semper volunt esse sublimes & eleuati. Dixit etiam & in cinerem reuerteris: vt discas non amare quod diu tecum habere non valebis. Amen.

Fer. v. post domi. quinquage.

Matth. viij.

K CVm introisset Iesus capharnaũ: accessit ad eum centurio: rogans eum & dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus: & male torquetur Et ait illi Iesus. Ego veniã & curabo eum. & respõdens centurio ait. Do-
L mine non sum dignus vt intres sub tectum meum sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Nam & ego sum homo sub potestate constitutus habẽs sub me milites & dico huic vade: & vadit: & alio veni: & venit: & seruo meo: Fac hoc: &
M facit. Audiens autem Iesus miratus est: & sequentibus se dixit: Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel. Dico autẽ vobis quòd multi ab oriẽte & occidente venient & recũbent cum Abraam Isaac, & Iacob in regno cœlorũ. Filii autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus centurioni. Vade: & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

CVM INTROISSET IE- sus capharnaum &c. Matth. viij. Vide expositionem huius Euangelii dominica. infra post octa. Epiphaniæ.

Fer. vj. post domi. quinquage.

Matth. v.

AVdistis quia dictũ est antiquis. Diliges proximũ tuũ: & odio habebis inimicũ tuum. Ego autẽ dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt: quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum: quid amplius facietis? Nonne & ethnici hoc faciunt?

A faciunt? Estote ergo vos perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrẽ vestrum qui in cœlis est. Cum ergo fa-
B cis eleemosynam noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis: vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua
C in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Et cum oratis non eritis sicut hypocritæ qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare: vt videantur ab hominibus. Amen
D dico vobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum & clauso ostio tuo ora patrem tuum in abscondito. Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.

AVDISTIS QVIA DI- E ctum est antiquis &c. Matt. vj. in præsenti Euãgelio trãguntur tria pũcta qui sunt: dilectio, miseratio, deprecatio. ¶ Quantum ad primum Christus tradit modum dilectionis proximi. Vbi aduertẽdum est quòd Christus voluit discipulos: quòd nisi essent iustiores scribis & pharisæis, non saluarentur. ¶ Dixit ergo (Audistis) à prædicatoribus & lecto- F ribus legis (quia dictum est) à Deo. Leuiti. x. (antiquis) quibus data est lex. (Diliges proximum tuum.) Primo ratione præceptionis. Secundo ratione conformitatis, sicut ouis ouem diligit. Tertio ratione diuinæ dilectionis, sicut amasia amat amicos amici. Quarto ratione mutuæ necessitatis: sicut membrum sonet: membrum (& odio habebis inimicum tuum.) Sed contra. Videtur G quòd male dominus mandauerit inimicum odiendum quẽ ipse diligit primo quia inimicus est proximus quandiu est in via, vt declaratur dominica xiij. post festum trini. Proximus autem est diligendus: ideo videtur esse contradictio quòd diligatur proximus & odiatur inimicus. ¶ Secundo: quia ratio qua debemus diligere proximum ex charitate secundum sanctos est: quia H communicat nobiscum in felicitate super naturali actu vel potentia. ista autem ratio inuenitur in inimicis nostris quandiu sunt in via: quia saluari possunt. Sunt ergo amandi sicut & proximi peccatores. Ad primum dico quòd in Leuitico dicitur: diliges amicum tuum. & Christus pro amico posuit proximum. quia Iudæi non credebant

I omnes inimicos esse proximos. Nō ergo inimicus est proximus isto modo sed amicus: Ad secūdum dicit.S.Tho. iij.sentē.di.xxx.& glo.quòd nunquàm inuenitur in scriptura quòd Deus dixerit inimicū esse odiendum: sed scribis visum est hoc addendum secūdum glo.quod non sic est intelligendū:quasi hoc addiderint verbis Dei per modum textus cum expresse mandet Moyses
K Deute.iiij.quòd verbis scripturæ nihil addatur sed addebāt per modum glo.à cōtrario sensu arguendo. Ideo nō dixit saluator dictū est: sed audistis quia dictum est antiquis. cū quo stat quòd in veritate nihil tale fuerit dictū. Sed supposito quòd ita sit dictū:dicitur secundum Aug.de ser.do.in mōte quòd hoc non fuit dictū imperādo iustis:sed permittēdo infirmis. Vel dicitur:secūdum
L eundē contra Faustū quòd hoc intelligitur de inimico inquātum inimicus si peccator est. Sed quia Iudæi hoc male intelligentes odiebant naturā non peccatum ideo vt ait dominus mādat diligi inimicos.s.inquātum ad naturā:non quantum ad peccatum. Ideo subditur. (Ego autē dico vobis. diligite inimicos vestros) quantū ad naturā:non quantū ad culpā secundum Aug.quia inquan-
M tum peccatores nō cōmunicant in beatitudine secundum.S.Tho.sed ei repugnant. Diligitr inquā inimicos primo propter perfectionis consummationē. Nam sicut amare propter amorē reciprocū est naturale:& propter obiectamētum mutuæ familiaritatis est vanū: & propter peccati cōsensum est malignum:& propter beneficiū est mercenarium:& propter carnis delectationē est libidinosum: & propter Deum & verū N bonū amici est virtuosum. ita diligere inimicū est summæ perfectionis Aug. Beatus qui amat te & amicum in te:& inimicū propter te:cæteris paribus:tamen semper melior est dilectio amici sicut etiam peius est odiū amici quòd inimici. ¶ Est autē notandū ex doctrina eiusdē.ij.ij.q.xxv. quòd de necessitate charitatis est quòd diligantur inimici: O nō inquantū inimici:quia hoc esset diligere malum:sed quantū ad naturam: nō in particulari:vt ad eos moueamur motu dilectionis. quia nec iustum quælibet sic diligere est necesse:nisi secundum præparationē animi.s.si esset necesse:sed solū in vniuersali.quia.s.à generali dilectione qua diligimus vniuersaliter homines ipsi nō sunt excludēdi nisi essent in termino.i.dānati. Et eodē P modo vt dicit nō tenemur signa dilectionis eis in particulari ostendere:sed solū in generali ita.s.quòd si quis faciat beneficiū cōmunitati aut pro illa oret non excipiātur inimici. Signa enim dilectionis sunt dilectioni proportionata:in eodē modo necesse est talia exhibere quo necesse est amare. Si quis tamen à generali dilectione vel dilectionis signo exciperet inimicum peccaret Q
D mortaliter. & sic oportet intelligere quod sequitur(Benefacite his qui oderunt vos & orate pro persequētibus & calūniantibus vos) vt.s.calūniatores.à generali dilectione oratione nō excludantur. ¶ Est autē rursus sciendū quòd diligere est velle bonū. Cum ergo dicitur quòd diligere inimicos in generali est necessarium intelligitur quātum ad hoc:vt eis velimus bonū gloriæ & gra-

A tiæ:non autē est necessarium quòd eos velimus habere alia bona nisi in quadā generalitate secundū quòd esset expediens saluti eorū. Et eodē modo tenemur eis benefacere & pro eis rogare. Sed cōtra ista arguit. Primo quia istud præceptū repugnat humanæ naturæ:& cōsequenter est impossibile.Ad hoc dicit Hier. Sciendū est Christum nō im-
B possibilia præcepisse:sed perfecta:quæ fecit in Dauid in Saul & Absalon.Stephanus quoq; martyr pro lapidātibus deprecatus est.& Paulus anathema.cupit esse pro persecutoribus suis.Hæc ile. Secūdo quia prophetæ inueniuntur sepe maledixisse siue imprecatos fuisse mala cōtra inimicos:ergo nō tenemur
C eos diligere.Ad hoc dicit Aug.quòd talia dixerūt prædicādo nō optando. Vel vt dicit.S.Tho.ij.ij.q.lxxxiij.hoc fecerunt ex cōformitate suæ voluntatis ad diuinā:quam videbant talia mala vel-le ex sua iustitia vel ad correctionem peccatorū:vel vt destruatur regnū diaboli.Vel etiam potest dici hoc esse propter bonum bonorū: quæ prosperātur dum mali opprimuntur.Tertio argui-
D tur: quia dicitur.j.Io.v.quòd pro peccante ad mortē non est orandū.Ad hoc dicit beatus Tho. vbi supra quòd peccantes ad mortē sunt præsciti in quibus effectū non habet nostra oratio vel correctio. Ideo si de aliquo constaret quòd ad mortē peccaret: non esset pro illo orādum: sed hoc non cōstat quandiu vivit (vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est) Filii inquam nō per naturam sed per adoptionē & gratiā secundum Hier.& Aug.qui solem suum, (id est,quē ipse fecit:secundum Aug.) facit oriri super bonos & malos & pluit su- E per iustos & iniustos:sic quòd cōmune beneficium nō subtrahit inimicis suis. Ad intellectū vero sequentium sciendū est ex doctrina.S.Tho. ij.ij.q.xxvij.& iij.dist.xxx.quòd cæteris paribus multo melius est diligere amicū ex charitate quàm inimicū:vnde & maius malum esse odisse amicū quàm inimicum. Si quis tamē amaret amicum nō pro- F pter Deum:sed solū ex hoc quòd amicus est illa dilectio nō haberet mercedem super naturalē.Signum autē quòd ametur amicus ex eo quòd amicus & nō charitate est quādo amatur amicus tantum & nō inimicus. Nam charitas facit vtrūque diligere.Dicitur ergo(Si enim diligitis eos qui vos diligūt).s.ratione prædictæ dilectionis & non propter Deum vel propter cōmunicationem in æterna felicitate (quā mercedē G habebitis): quasi dicat nullā alioquin etiā peccatores in cœlo haberēt mercedem. Vnde sequitur. (Nonne & publicam).i.secūdum Raba.qui publica vectigalia exigūt vel qui publica negotia seculi vel lucra sectantur(hoc faciunt) & tamen communiter sunt homines peccatores. (Et si salutaueritis fratres vestros tantum:quid amplius facietis) quàm scilicet facient infideles? quasi H dicat nihil. Et intellige quando salutantur fratres solum: quia sunt fratres.Est autem salutatio ista secundum glossam quædam species orationis. Et videtur velle glossa, quòd sit imprecatio salutis (Nonne & ethnici hoc faciunt? Ethnici autem secundum Rabanum sunt gentiles seu infideles. Ethnos enim Grece Latine gens dicitur.

I (Estote ergo vos perfecti in charitate & amore & omni sanctitate (sicut & Pater vester cælestis perfectus est) sci licet per imitationem: non autem per æqualitatem vel propriam similitudinem. Cum enim ly sicut importat simi litudinem similia dicuntur proprijssime que in vna perfectione vniuoce & æqualiter conueniunt. vt duo æqualiter alba. proprie verò qui conueniunt
K vniuoce quedam in aliqua perfectione sed nō æqualiter: vt duo alba: sed inæqualiter. Large verò que neque æqualiter neque vniuoce cōueniunt vt Deus & creatura. Nihil em̄ quòd est in Deo est in creatura vniuoce seu secundum eandem rationem: vel econtrario. Vnde sapientia diuina est substātia. sapiētia autem creaturæ est accidens in hac parte est hoc documentum quòd per
L amorem assimilamur Deo efficimur eius filij: & per maiorem magis. Quilibet ergo debet conari ad summum in amore quantum potest diligendo non solum amicos: sed etiā inimicos orando pro eis etiam particulariter. Augu. Hoc autem Iesus & docuit & fecit dicens. Pater ignosce illis. Sed perfectorum sunt ista filiorum Dei: quo quidē se debet omnis fidelis extendere & hu-
M manam animam ad hunc effectū orando Deum secūque luctando perducere. Hec ille. Sciendum est etiam quòd sicut naturalis calor aliquando est nimis paruus vt in puero: aliquando nimis defectiuus: vt in sene. aliquando nimis inordinatus: vt in febricitante. aliquando autē est magnus & perfect⁹ & ordinatus: vt in viro bene completionato. Similiter etiā amor Dei aliquādo est paruus: vt cū amatur solum vt amicus. Aliquādo defectiuus: vt cū imperfecte diligitur Deus: aliquando inordinatus: vt dū quis inordinate amat se. Igitur dominus in hac parte inducit nos ad amorem latū & magnū: qui se extendit etiam ad inimicū & ad amorē perfectum exēplo Dei. Nā Christus dilexit nos perfecte, id est plus quā suam, scilicet domum & plus quā suos, id est Angelos quos dimisit & nobiscum pa-
rentelam contraxit & plus quā se: quia se morti tradidit pro nobis. Vnde ipse dicit Hiere. xij. Reliqui domum meā: quo ad primum. dimisi hęreditatem meā. quo ad secundū. quia Angeli sunt regnum suum: dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius: quo ad tertiū. Qui igitur perfecte diligere vult Deum diligat plus quā sua & suos & seipsum. ¶ Quantū ad secundū Christus nos ad opera misericordiæ hortatur: sed primo mouet ad cauendum ab inani gloria que maxime talibus insidiatur. Chry. super Matth. Vbi res agitur gloriosa ibi facilius inuenit locū gloriationis occasio: que magis vexat seruos Dei quā Diabolū. Hec ille. Dicit ergo (attendite,) id est diligēter cauete. quia sicut dicit Chrys. inuisibilis est serpens & latērer ingreditur (ne iusti-
O tiam vestram,) id est opera de se bona. Iustitia enim legalis pro omni virtute sumitur: non autē iustitia specialis (faciatis corā hominibus⁹) Sed contra Matth. v. dicitur. Sic luceat lux vestra corā hominibus: vt videant opera vestra bona & glorificent patrē vestrum qui in cœlis est. Ad hoc dicitur duplicter. Primo ꝙ ibi Christus loquitur prelatis,

A latis, qui sunt in statu perfectionis. quibus non ita de facili imminet periculū inanis Gloriæ, hic autē loquitur imperfectis de quibus secundum secus est & quibus secundū Greg. in moral. hic cōsulitur vt sua occultēt: bona opera, que scilicet non sunt de necessitate præcepti. Secundo dicitur secundū Chrys. & Grego. & Augu. ꝙ hic prohibentur so-
B lum fieri bona opera ad laudem humana: nō autem prohibentur fieri corā hominibus ad laudem Dei. Ideo secundum eosdē additur (vt videamini ab eis.) Qui enim operatur publice propter Deū operatur solum coram Deo quem solū habet præ oculis secundum Chrysosto. & Gre. nec talis operatur vt
C ipse videatur: sed vt opus suū videatur secundū Aug. (Alioquin mercedem nō habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est.) Chrysost. super Matt. Quid à Deo recipies qui nihil dedisti: Nam quod propter Deum fit deo datur: & à Deo recipitur: quod autē ꝓpter homines fit in ventos effunditur. Hec ille. (Cū ergo facis eleemosynam) que est
D opus gloriosissimum. Nā vt ait Ambr. omnis summa disciplinæ Christianæ in pietate est. Hec ille. (noli tuba canere ante te) Per tubam autem secundum Chrysosto. super Matt. & August. de ser. do. in. mon. intelligitur omnis actus vel sermo per quē operis iactantiam demonstramus & gloriā quærimus. Vel intelligitur turba materialis qua Iudei vtebantur loco Campanæ: & cum ipsa hypocritæ ad ostentationē vocabāt pauperes ad eleemosynā. Vnde subditur sicut Hypocritæ faciunt.) Sicut autem dicit Isido. nomen Hy-
E pocritæ tractum est ab his qui in spectaculis representant alienas personas & fingunt se esse aliquos & non sunt. Vnde secundum Isido. Hypocrita grece: latine dicitur simulator. Et dicitur secundū aliquos ab hypo quod est sub & chrysis quod est aurum: quia sub auro apparente sanctitatis latent iniquitates hypocritæ. Vel dicitur secundū alios Hypocrita quasi Hypocrita ab hy-
F per quod est super & chrysis aurū: quasi super vel eximius deauratus. Sed secundū. S. Tho. ij. ij. q. iij. articu. ij. argumento in oppositū Hypocrita secundū Isido. debet scribi sine, h. & dicitur ab ipo quod est falsum & crisis sine, h, ꝙ est iudicium: quia de se falsum iudiciū facit dum se ostendit bonū & est malus Vnde secundum Augu. de ser. do. in
G mon. quicunque fingit se esse quod nō est, Hypocrita est. Qui tamen sub habitu sanctitatis iniquus est: non est Hypocrita secundū. S. Tho. nisi illū assumeret ad significandū suā sanctitatem: quia ille habitus nō significat sanctitatē personæ suæ sed sui status. (Amē dico vobis: receperunt mercedē suam.) Hier. non Dei mercedem sed suā. Laudati enim sunt ab hominibus quorum causa exercuere virtutes. Hec ille. (Te
H autem faciente eleemosynam: nesciat sinistra tua qd faciat dextra tua.) Iste est modus loquendi quando aliquid fit secrete. Chrysosto. in homil. Ac si dicat. Si possibile est teipsum ignorare: & ipsas man⁹ tuas latere possibile esset studiosius est tibi. Hec ille (vt sit eleemosyna tua in abscōdito,) id est propter Deum facta. Est autem notandū quòd eleemosyna sicut debet esse oc-

I cultа,ne perdatur meritum: ita vt sit grata Deo: debet habere conditiones istis versibus contentas. Compatiens: dulcis:letus:da propria:quantum. Discretus dandi:rectus:& esto citus. Nota (Compatiens,) id est debet esse cordantis (dulcis,) scilicet sit eius sermo (letus,) id est sit vultus eius. (da propria,) id est non aliena (quantum) scilicet patitur tua facultate (discretus K dandi,) id est sis:vt videas cui des.iuxta illud Eccle. xij. Si benefeceris videto cui (rectus,) id est visis in intentione (& esto citus,) scilicet vt velociter tribuas. Et hæ omnes colligũtur ex scriptura. Eleemosyna autem sit facta: vt etiam ex scriptura colligitur. habet effectus contentos his versibus. Mittigat ardorem carnis: peccata remittit. L Virus serpentis ꝓfugat supplicia mortis. Tribuat omne bonum quadruplex: largita reseruat. Ad se versa vocat multos eleemosyna tutat. Nota (Mitigat ardorem carnis,) scilicet fomitem concupiscentiæ (peccata remittit, virus serpentis profugat.) scilicet dando tentationem victoriam (supplicia mortis,) id est æternæ: subaudi profugat (tribuit omne bonũ quadruplex,) scilicet fortunæ corporis gratiæ: & glo- M riæ (largita reseruat,) id est conseruando omne bonũ etiam temporale si expedit: quia feneratur domino qui miseret pauperis. Prouer. ix. (Ad se versa vocat multos,) scilicet multiplicando intercessores (eleemosyna tutat,) id est dando fiduciam, eternæ salutis. Et de istis omnibus subditur. (Et pater tuus,) id est Deus qui pater Christi per naturam & omnium hominũ per creationem: & istorum per adoptionẽ seu gratiam (qui videt in abscondito,) id est qui solus nouit intentionem cordis (reddet tibi.) Sicut autẽ dicit Augu. multa exemplã latina habent: (reddet tibi palam) Chrysosto. Impossibile est vt opus bonum hominis in abscõdito dimittat Deus sed in hoc seculo manifestat: & in alio glorificat: qa gloria Dei est, sicut & Diabol⁹ manifestat malum in quo malitiæ eius virus ostẽditur. Proprie tamen publicat Deus omne bonũ in seculo illo cuius bona nõ sunt cõmunia bonis & malis. Hec ille. In has parte hoc habemus documentũ quod inanis gloria summe cauẽda est: quia est vitiũ periculosissimũ. Aug. de sententijs prosperi. Quas vires nocẽdi habeat humanæ groriæ amor non sentit: nisi qui ei bellũ indixerit: quia & cuiquã facile est laudẽ non capere sed denegatur: difficile est ei non delectari cum quod delectat offertur. Hæc ille. ¶ Quantũ ad tertium Christus presupponens ꝙ assidui simus in oratiõe: admonet ne oratiõis nostræ effectũ perdamus, cum ipsa sit summè necessaria. Est enim secundũ Chryso. quasi quedam spirituale tributum, quod anima offert Deo de viscеribus suis. Quanto ergo glorioſior est tanto cautius est seruanda: nec propter homines facta vilescat Hec ille. Ad intelligentiã autem eorum que sequuntur. Sciendum est quod duplex est oratio. Quedam, scilicet communis & publica: que per ministros Dei fit ꝓ toto populo. Et de ista non est hoc sermo cum ita debeat fieri vt populus possit se conformare orando cum ministris: orantibus. Alia est priua-

A est priuata. Et hec debet fieri in secreto propter multa. Primo secundũ Cypria. de oratione dominica: quia hoc cõuenit fidei: qua Deum etiam in locis abditis presentem credimus. Secundo secundum alios: quia facilius eleuatur mens in Deum. Tertio ne propter inanem gloriam meritum perdamus. Et hoc est quod dicit saluator. (Et cum oratis,) scilicet priuate (non eritis sicut Hypocritæ qui amant in synagogis,) id est cõgregationibus. Nam synagoga grece: congregatio dicitur latine. vel in synagogis, id est in locis in quibus conueniebat populus ad audiẽdum verbum Dei. vel alia ratione: à syn quod est con. & goge populus. (& in angulis) vt videantur nolle videri (platearum,) id est atriorũ quæ erãt circa templum. de quibus habes in sequenti dominica. Vel anguli isti sunt secundum glo. vbi viæ se intersecãtes spatium quadrum faciunt (stantes,) scilicet super pedes recti & eleuati vt melius videri possint: quanuis etiã dicatur esse mos Iudeorum orare stando (orare) & hoc (vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis recepe- runt: mercedem suam) quã quæsierũt, id est hominum laudem. Vel est mo- D dus loquẽdi quo significatur quod nullam mercedem sunt habituri. Et hoc videtur melius: quia non semper tales recipiunt laudem humanam: sed interdũ vituperium: quãuis dici possit, ꝙ suam mercedem, id est laudem humanam ab eis intentam receperũt in facto vel in opinione vel in intẽtiõe sub spe. (Tu autem cum oraueris: intra in cubiculum tuum,) id est in locum secretum secundum Cypria. (& clauso ostio) nõ E solum materiali: sed etiã typico, id est ore. Silenter enim orãdum est propter tria secundũ Cypria. vbi. s. primo quia Deus non voce sed conscientia pulsatur. Secundo quia petitionem tuam nõ oportet aliquem scire: nisi te & Deum. Tertio ne socium prepedias. Quarto ex colla patrum: ne petitiones tuæ innotescant Diabolo. Aliquando tamen priuate laudabiliter quis prorumpit in F vocem: secundum, scilicet Tho. ij. ij. q. lxxxiij. Primo ad excitandum affectũ. Secundo vt seruiamus Deo de omni quod habemus etiam de corpore. Tertio ex redundantia superioris in inferiorem partem (ora patrem tuum in abscondito, (Licet autem Deus omnia scientia: tamen ei loquimur. Primo vt profiteamur quòd scimus nos ab eo habere quod ab eo petimus quod profiteri est Deo valde charum: quia est profiteri eum esse omniũ datorem. Secundo vt mens nostra excitetur. Tertio vt excitetur deuotio astantium aliquãdo. Quarto vt animus circa sancta verba occupatus retrahatur à cogitationibus vanis. In his autẽ verbis secũdũ Hier. Xps nihil aliud intẽdit nisi vt inanẽ gloriã declinem⁹: vnde ꝓ hoc nõ excludit quin debeam⁹ orare i ecclesijs: imo bo- H nũ est iuxta illud Psal. In ecclesijs bẽdicite dñm & hoc qa cæteris partibus oratiões ibi facili⁹ exaudiunt. Prio qa ad hoc est sacrat⁹ & deputatus loc⁹. Secũdo qa ibi sunt reliqæ sanctorũ. Tertio qa ecclesiæ sunt intitulatæ ad honorẽ alicui⁹ sancti q ad impetrãdũ suffragantur. Quarto qa ibi est Corpus Xpi saltẽ tẽpore missæ. Quinto qa Angeli

talia loca frequentant. Sexto quia demones qui orationem appetunt impedire non ita audent sacris locis interesse. Septimo quia ibi sunt imagines conferentes ad mentis eleuationem. Vide de his si placet Ioannem Nider. iij. præcep. c. xiij. Debet ergo quilibet habere secretum locum in desyderio: & vti ecclesia pro necessitate: ita scilicet quod si in cubiculo suo haberet omnia quę habet in ecclesia non vellet stare in ecclesia ad orandum maxime si sic imperfectus. Vnde Chry. super Mat. ait puto quod non ad locum hoc referat dominus: sed ad propositum orantis. In conuentu enim fidelium orare commẽdabile est sicut dictum est in ecclesiis benedicite dominum. Hæc ille. Est autem notandum quod oratio si debeat esse deo accepta debet habere multas conditiones quæ colliguntur ex scriptura: & his versibus continentur. Compunctus purus: mitis rectusq; quietus: Orans deuotus terminet omnis homo. Nota (compunctus) scilicet sit orans, vt oratio sit lachrimosa (purus) scilicet per munditiam conscientiæ (mitis) .s. per cordis humilitatem rectusq;) scilicet per cordis simplicitatem quietus). s. per secretum (orans deuotus terminet) scilicet ducendo ad terminum per perseuerantiam (omnis homo.) Multi autẽ sunt eius effectus si bene fiat ex scriptura collecti: qui his versibus continentur: scilicet Tranquillus gratus: sit noscens, corpore sanus. Venia, vita datur: solans opprobria tollit. Vitantur casus grauis torporq; reatus. Conseruat pacem: dat formam, lenit & iram. Auget rem mundi: feruens oratio iusti Nota (Tranquillus) scilicet efficitur in mente orator (gratus) scilicet deo impetrando ab eo gratiam sit noscens) scilicet impetrando sapientiam (corpore sanus) scilicet sanitatem corporalem impetrando (venia) scilicet culparum (vita datur) scilicet longior (solans) scilicet consolando) opprobria tollit) scilicet dando bona. vt patet de Anna Thobie tertio (Vitãtur casus) scilicet in peccatum (torporq;) scilicet exeitando ad bonum (reatus) scilicet tollendo & abolendo pœnam debitam culpis (conseruat pacem, dat formam) scilicet agendi & viuendi (lenit & iram. Auget rem mundi) scilicet temporalia obtinendo feruens oratio iusti. Sed his omnibus addi potest quod oratio est fons omnium liquorum & arbor omnium fructuum productiua, quia ipsa est medium ad obtinendum omnia bona. Et de istis omnibus subditur. (Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.) In hac parte hoc habemus documentum: quod stante ordinatione Dei quilibet potest facere quod Deus ei ali quomodo sit debitor. Licet enim absolute Deus nulli sit debitor: tamen ex suppositione secus est sicut rex debet militi equum, eoipso quod militẽ eum fecit quamuis proprie tunc res dicatur debitor sibi potius quam militi. Et hoc dicit Sanctus Thom. secunda distinct. xxvij. Et licet prima parte quęstio. xxj. videatur oppositum dicere tamen non dicit Chrysosto. in hom. Non autem dicit: gratis dabit: sed reddet tibi. Debitorem enim seipsum tibi constituit. Hæc ille. Est & aliud documentum in hac parte & in priori. quia Christus retra

retrahit nos ab amore inordinato dum docet nos cauere gloriam propriam. Nam inordinate se diligit, qui ea quæ facit in se reflectit, & inde gloriã quęrit. Sed tamen sciendum est quod secundum aliquos si bonum opus incipiat ab inani gloria, interimendum est potius quam prosequendum: quia radix est vitiata. Si autem accidat ei in medio non debet interimi: quia radix est bona. Vnde Bern. prædicans tentatus elatione dixit. Nec propter te incepi: nec propter te dimittam. Complacentia autem quæ accidit operi facto, non potest illud vitiare, sed est naturalis de propriis operibus maxime bonis Psalmo. In custodiendis illis retributio &c. etiam in presenti. Amen.

Sabbato post dominicam quinquagesimæ. Matth. sexto.

VM sero esset factũ erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat enim ventus cõtrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis, venit ad eos ambulans super mare, & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem super mare: putauerunt phantasma esse. Et exclamauerunt: Omnes enim viderunt, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit illis. Confidite ego sum. nolite timere. Et ascendit ad illos in nauem: & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerant de panibus: erat enim cor illorũ obcecatum. Et cum trãsfretassent peruenerunt in terram genezareth: & applicuerunt. Cumque egressi essent de naui: continuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuersam regionem illam, ceperunt in grabatis eos qui se male habebãt circunferre, vbi audiebant eũ esse. Et quocunque introibat in vicos vel in villas, aut ciuitates in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum salui fiebant.

VM SERO ESSET FACTũ erat nauis in medio maris &c. Mar. vj. In presenti euangelio tanguntur tria puncta: quæ sunt. Conturbatio: Confortatio: Consolatio. ¶ Quantum ad primum sciendum est: quod vt patet ex textu Euangelistarum & ex magistro historiæ Christus peracto miraculo, de

I quinque panibus & duobus piscibus: ascendit in montem solus orare, quia populi volebat eum facere regem: credentes quod sub tali rege non possent penuriam pati. Discipulos autem suos iussit ascendere nauem: & ire vt expectarent eum in quodam loco vltra lacum illum. Et secundum Thomā permisit eos fere tota nocte periclitari: vt discerent compatientes esse in tribulationibus, & non statim à principio expectare subsidium ergo. (Cum sero factum esset? erat nauis in medio mari) hebraico more sumpto mari pro omni aquarum congregatione etiam si sit dulcis. Erat enim in quodam locum (& Iesus solus in terra) qui post prædicationem cessēt & ad orandum vt se prædicatori formam preberet: qui in oratione haurire debet à deo quod effundat in populo. (Et videns eos laborantes in remigando non poterant velum dare vento.) Erat enim ventus contrarius eis, & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos. Sicut autē dicit Chrysosto. & magister historię, quatuor sunt vigiliæ noctis: & vna quæque diuiditor in tres horas quæ tamen horæ non sunt æquales. Vide hoc scilicet horarum inæqualitatem dominica in. lxx. Prima vt dicit idem magister vocatur canticinium. Secunda intempestum. Tertia gallicinium. Quarta ante lucanum. In prima vbi vigiliæ custodiuntur, vigilant omnes. insecunda adulescentes, in tertia viri in quarta senes. (Ambulās supra mare) ex diuina aut alias dotes corporis glorioſi: quia eas non habuit ante resurrectionem: vt patet ex Sanct. Thoma tertia distinctione decimasexta & tertia parte quæstio. xxvij. (Et volebat preterire eos) In rei veritate volebat ascendere nauim: sed tamen fingebat se eos velle preterire. quasi alienos, & hoc non ad decipiendum sed ad significandum, quod erant paruæ fidei, & non perfecti discipuli sui. Nam post tot & tanta miracula visa credebant eum esse phantasma: cum debuissent credere ipsum super aquas ambulare potuisse. Fingere autem ad significandum non est peccatum. vnde autem Luc. vlti. finxit se longius ire eadem ratione. Augusti. de conf. Euangeli. ſt. Eos volebat tanquam alienos præterire à quibus ita non agnoscebat vt phantasma putaretur. Hæc ille. Sequitur. (At illi vt viderūt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse) id est, aliquam illusionem vel apparitionem diabolicam. Phantasma enim dicitur à phanos quod est apparitio. Et licet omne idolum rei corpore formatum à virtute phantastica dicatur phantasma: tamen secundum aliquos proprie phātasma est idolum vel apparitio rei in cognitæ & insolitæ. (Et clamauerunt) omnes simul. (Omnes enim eum viderunt.) Est autem confusus clamor & incerta vox ignum, & effectus magni timoris in quo vtique erant apostoli ratione loci quia erant in medio maris & ratione venti: quia erat contrarius eis, & ratione absentiæ naucleri: quia Christus aberat, & ratione temporis quia erat nox, & ratione visionis insolitæ quia putauerunt ibi phantasma esse. ¶ In hac parte habemus vnum documentum in sensu allegorico: quod nobis debet esse causa ma-

A magnæ consolationis & spei. Et illud tangit Theo. Dicens. Labor discipulorum in remigando, & ventus contrarius labores sanctæ ecclesiæ designat: qui inter vndas seculi aduersantes & immundorum flatus spirituum ad quietem patriæ cœlestis peruenire conatur. Quando autem dicitur, quia nauis erat in mari, & ipse solus in terra ostenditur, quia nunquam ecclesia
B tantis gentilium pressuris est afflicta, vt redemptor ipsius eam prorsus deseruisse videretur: sed videt Dominus suos laborantes in mari: quia eos ne in tribulationibus deficiant suæ inspectu pretatis corroborat: & aliquando manifesto adiutorio liberat. Quarta autem vigilia venit ad eos diluculo, appropinquante: quia cum homo men
C xerit aderit [dominus & tantationum pericula sopientur. Hæc ille. Quarta igitur vigilia noctis primo circa finem mundi nauis saltem quantum ad errores infidelium quietabitur: quia denuo prædicabitur Euangelium in toto mundo: & totus mundus conuertetur ad Christum & subiicietur eius vicario: vt patet ex dictis Sancti Thomæ
D secunda secundæ quæstione centesimasexta articulo quarto. ¶ Quantum ad secundum ponitur confortatio, qua Christus discipulos timentes statim confortauit. vnde dicitur. (Et statim locutus est eis) vt eum, scilicet in voce cognoscerent & cessaret statim timor sicut & factum est: vt dicit Chrysostomus. (dixit eis. Confidite: ego sum: nolite timere.) Non dixit autem quis esset: quia hoc poterant ex voce percipere: vt dicit magister hi- E
storiæ, vel vt se ostenderet esset illum cui dixit: ego sum qui sum, vt idem magister dicit. (Et ascendit ad eos in nauim: & cessauit ventus) qui secundum Theologum appositus erat, vt maius appareret miraculum ambulationis super aquas. (Et plus magis intra se stupebant (supple quam fecissent de quinque Panibus: vt ait Theologus, quia plenius Christi potenF
tiam cognouerunt. (Non enim intellexerant) Christi potentiam secundum Theologum propter miraculum factum (de quinque panibus. Erat enim cor eorum obcecatum (quia secundum Theolog. & si stupebant virtutum magnitudine, nec dum tamen meo virtutem diuine maiestatis cognoscere valebant. Hæc ille. ¶ Sed
G non videntur vera quæ dixit Theolog', quia communiter tenetur, quod in primo miraculo quod Christus fecit in nuptiis crediderunt in eum discipuli eius sicut in Deum: vt supra habitum est. Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, quod non est certum tunc vt in Deum crediderint. Secundo, quod hoc dato potest dici quod fidem non habebant firmam: sed vacillantem (id quod multis noui testamē
H ti locis & argumētis probari potest primò dum Christus iussit Petrum ad se super aquas venire & dubitās clamauit ad Christum qui illi dixi modicæ fidei quare dubitasti & præterea christo relicto, oēs fugerunt) ita vt modo vnō modo aliud crederent de Christo secundā quod eis occurrebant motiua vā in passione fidem perdiderunt adeo quod in

eum

I eum neque vt in deum: neq; vt in redemptorē jam credebant.¶ In hac parte habemus documentum in sensu mysticum partim: quidem in anagogico: partim vero in morali.Quo ad primū Hiero.sic dicit.Dicit autem eis confidite ego sum:quia videbimus eum sicuti est.Cessauit etiam ventus & procella Iesu sedente in naui:id est regnante in naui qua est vniuersalis ecclesia. Hæc
K ille.Hoc autem regnum perfecte erit post iudicium.Quātum vero ad secundum Beda ait.In quocunq; etiam corde per gratiam sui amoris adest nox vniuersa vitiorum & aduersitatum mū di siue spirituum malignorum bella cō pressa quiescunt. Hec ille.Et intendit q̄ quiescunt christo in anima existente in perfecta possessione.quia scilicet omnia quæ sunt in homine mouentur
L secundùm imperium christi vt in patria.Vel quiescunt tentationes & tribulationes:quia desinunt impedire & conuertuntur in ventum prosperum ac secundùm.Vel quiescunt:quia non deiiciunt asperæ victoriæ.¶ Est autem sciē dum quòd hæc dies est dicata virgini. Primo ergo passa est martyrium mentis tota feria.vj. & sabbato Ideo sicut martyrium:& filii recolitur feria sexta
M ita virginis sabbato. Secundo quia sicut in sabbato quieuit deus creando: ita in ventre virginis recreando: Nam spiritussanctus nunquam quieuit in puro homine nisi in Maria.quia in aliis habuit aliquid repugnās saltem venia le peccatum.Tertio:quia sicut deus in sabbato compleuit creationem ita in virgine expleuit recreationem. Quarto quia illa dies est benedicta inter omnes dies:& hæc inter omnes mulieres.Quinto:quia sicut illa dies mediat inter diem gaudiosum & dolorosum: ita hæc virgo inter deum & hominem. Sexto:quia ea die in ea sola manfir fides.Igitur anagogice ex intentione ecclesiæ ista nauis significat virginem, quæ fuit nauis onusta mercantiis virtutum de longe afferens nobis panem christum cuius arbor fuit christus iuxta illud Eze.xxviij.Cedrum de libano tulerunt vt facerent tibi malum. Cedrus enim est arbor sublimis:cuius fructus habet saporem dulcem : acetosum & medium in diuersis partibus:& significat triplicem substantiam christi. Vel fuit etiā ipse christus de quo Eze. xxviij.Bisus varia de egypto contexta est tibi in velum . Nota varia quia triplicem habuit colorem scilicet albū in carne ratione puritatis:rubeum in anima ratione charitatis : aut cum in deitate ratione preciositatis Canti.v. Dilectus meus candidus & rubicundus:electus ex milibus.Hec nauis christo existente in terra.i.in securitate felicitatis post ascensionem remansit in medio maria huius seculi:& in ea erāt apostoli.quia sub vmbra & magisterio remanserunt.Vel per mare intelliguntur peccatores penitentes repleti amaritudine peccatorum.Hæc nauis est in horum medio:quia est eorum mediatrix constituta ad deum.Et inquantum mediatrix assimilatrix auroræ in qua bestiæ ad latibula:& homines ad opus vadunt Et lunæ quæ lucet in nocte.& est vicina terræ:& efficit supra mare. Et soli qui est inter tres superiores planetas:& tres inferiores. Vnde Cāti. vj.

A Que est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens pulcra vt luna; electa vt sol auroræ quidem :quia aduenientе aurora ideſt virginis gratia bestiæ ideſt tentationes:& demones ambulantes per mentem peccatoris dum erat in nocte peccati recedunt.Lunæ vero qa influit lumen peccatoribus tenebrosis & est eis vicina per subitum auxilium
B & ostendit suam virtutem super afflictos & amaricatos. Soli vero:quia supra se habet trinitatem:& infra se habet virgines continentes & coniugato quo reconciliat. Igitur circa finem noctis ideſt tempore mortis venit Iesus ad deuotos virginis ambulans supra mare quasi liber a doloribus.& illi turbantur in morte propter phantasmata
C demonum vera vel estimata : & deus eos confortat.& statim sunt in terra genezaret ideſt patriæ celestis.in qua cognoscit & sanat omnes infirmos.¶ Quā tum ad tertium ponitur consolatio infirmorum:cum dicitur?Et cum transfretassent ideſt lacum seu fretum trās iuissent(peruenerunt in terram genezareth)ideſt cuiusdam regionis : quæ
D dicebatur secundùm Iosephum genezaria:a qua dicebatur & mare genazareh:secundùm eundem Iosephum. Et Et aqua genezareni dicuntur:que regio est trans mare galilæ:ex oppositо ipsius galileæ(Et applicuerunt. Cumque egressi essent de naui:continuo cognouerunt cum(scilicet christi genezareni.& hoc secundùm Bedam vel ex signorum magnitudine:vel etiam quia pluribus erat facie notus.& ostenderūt isti magnam fidem ad dominum secundùm Bedam in hoc quòd non fuerunt contenti salute præsentium infirmo- E
rum.sed miserunt ad alias per circuitum ciuitates:vt omnes currerent ad medicum. Vnde subditur.(Et percurrerentes)ideſt ipsi genezareni : secundùm Bedam vniuersam regionem illam ceperunt in grabatis ideſt in lectis infirmorum)eos qui se male habebant circum ferre vbi sciebant eum esse) ita quòd vt dicit Thomas.non inuitabant
F eum ad infirmos sed deferebant ad illum . (Et quoque introibat in vicos aut villas aut in ciuitates in plateis ponebant infirmos:& deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimēti eius tangerent.Christus enim tanquàm Iudeus & habitu Iudaico vtens habebat fimbrias in angulis pallii sui iuxta præceptum quod mandauerat dominus. Nu-
G decimoquinto vt populus israel sicut carne per circuncisionem:ita & vestitu p huiusmodi fimbriasab aliispopulis esset distinctus Et quotquot tangebant eum:saluti fiebant merito suæ fidei disponsitiuæ & potestate christi effectiue.¶ In hac parte est documentum in sensu anagogico quia genazareh interpretatur initium natiuitatis & significat tempus quo quis ingreditur regnū
H dei & nascitur vite æternæ.Et tunc videntes christum cognoscent eum quantum ad omnia quæ nunc de illo credunt.quia visio erit in patria de his qui credimus in via & sanabuntur tunc perfecte omnes infirmi deuoti christo. Hiero.Quod autem dicitur quotquot tangebant eum salui fiebant implebitur quando fugiet dolor, & gemitus: Hæc ille id est in dies resurrectionis.
¶Moraliter ista nauis significat penitent

tentiam quia penitentiã hominẽ portat ad cœlum & portum paradiſi cõtinue: ſiue dormiat: ſiue vigilet: ſiue comedat: ſiue ieiunet ſiue queſcat: ſiue moueatur quia vere penitens omnia iſta in deum ordinat & propter cũ facit Ideo enim vt dormit vel ad laudandum deum exurgat & conſequenter in omnibus talibus meretur. Qui in hac ſunt naui patiuntur quatuor aduerſa ſcilicet Ventum tentationum a diabolo. Phantaſmata illuſionum ſeu vanitatum à carne. Vndas perſecutionum à mundo. Ignorantiam diuinorum à præſenti ſtatu quod notatur quia erat ſero. Sed contra iſta pericula habent multa aditoria. Primum eſt fiducia de deo contra diabolum quam deus dat. quia dixit chriſtus confidite. Secundum eſt oratio clamoſa contra phantaſmata malarum cogitationum: quia clamauerunt. Tertium eſt aſsidua meditatio dominicæ paſsionis: quod notatur cũ dicitur quòd ſanabantur tangentes fimbriam veſtimenti chriſti ideſt vltimum veſtimenti ſui corporis quod eſt poſsio quæ fide & deuota meditatione tangitur & tangit. Et hoc eſt contra amaritudinem mundi. Quarta eſt illuminatio diuina contra ignorantiam: que venit quarta vigilia noctis ideſt infundit cognitionem mediam inter claram beatorum & tenebroſam viatoribus naturalem. Vigilandum eſt igitur. ne efficiamur ſimiles virginibus fatuis & imprudentibus quibus dictum fuit neſcio vos & rationem reddit alibi Euangeliſta quia necimus diem neque oram Vnde dicebat chriſtus paſſurus. vigilate ne intretis intentationem.

DVctus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus poſtea eſuriit. Et accedens tentator: dixit ei. Si filius dei es dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens dixit. Scriptum eſt. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem: & ſtatuit eum ſuprapinaculũ templi: & dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorſum: ſcriptum eſt enim. Quia angelis ſuis mandauit de te: & in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Ait illi Ieſus rurſum. Scriptũ eſt. Non tentabis dominum deum tuum. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mundi: & gloriam eorum: & dixit illi. Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adora me. Tunc dixit ei Ieſus. Vade ſathana. Scriptum eſt enim. Dominum deum tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei.

DVctvs est iesvs in deſertum à ſpiritu &c. Matthæ.iiij. Eſt ſciendum ex doctrina S. Tho.iij. par te.q.xlj. quòd conuenientiſsimum fuit chriſtum tentari. Primo vt ſicut ſua morte noſtram ſuperauit: ita noſtras tẽtationes ſuperaret ſua tentatione Secundo ne etiam ſancti credant ſe à tẽtatione immunes. Tertio vt diſcamus intentationibus vincere. Quarto vt cõfidamus de ſua miſericordia cum & ipſe ſit tentatus. Debuit autem vt dicit tentari in deſerto, quia voluntarie ſe obtulit tentationi. Ideo debuit ire ad campum certaminis ideſt ſolitudinem in qua diabolus magis audet inuadere. Nec tamen ſolum in deſerto tentatus: quaſi imaginarie & non realiter fuerit in Hieruſalem. Debuit etiam tentari vt dicit poſt ieiunium. Primo vt nos contra tentationes diſcamus armari ieiuniis. Secundo vt diſcamus ieiunium diſplicere diabolo. Tertio quia propter eſuriem diabolus ſumpſit audaciã inuadendi illum: cum eſſet de diuinita te eius dubius. Quomodo autem illum diabolus ſtatim tentauerit poſt baptiſmum: & quare tunc voluit tentari eſt multiplex ratio: vt patebit in hac parte. Quomodo autem illum cognouit eſſe deum: & quomodo non: in hoc eadem euangelio dicitur. Cõueniẽter ergo in principio noſtri ieiunii proponitur nobis euangelium de ieiunio & tentatione chriſti: in quo tanguntur tria puncta iuxta tres tentationes chriſti quæ fuerunt circa gaſtrimargiam: inanem gloriam: & ſuperbiam. ¶ Quantũ ad primum literaliter dicitur. (Ductus eſt Ieſus) ſcilicet ſtatim poſt baptiſmũ ſuũ (in deſertũ) quod. ſ. eſt inter hieruſalẽ. & hiericho ſecũdũ mag. hiſt. in quo figuraliter adam incidit in latrones ſecundũ glo. (à ſpũ ſancto) ſecũdũ Greg. nõ quaſi minor p̃cepto aut ptãte maioris ſed ſecũdũ Chry. eo mõ quo aliqs rõnabili exhortatione placat. & hoc. i. in quãtũ homo (vt tẽtaretur a diabolo) qa eñ vt ait Chry. diabolus cõtra chriſtũ ire nõ poterat: ideo chriſtus proceſſit cõtra diabolũ. Datur eñ ei occaſio tentandi vt idem ait per hoc q̃ quis vadit ad ſolitudinem quia maxime tunc tentando inſtat quando hominem ſolitarium viderit. vnde etiam aggreſſus eſt ſolam. Greg. in homil. Sed ſciendũ nobis eſt quòd tribus modis tentatio agitur. Suggeſtione, delectatione, conſenſu. Et nos cum tentamur plerumque in delectationem aut in conſenſum labimur. quia de carnis peccato propagati: in nobiſipſis gerimus vnde certamina toleramus. Deus vero qui in vtero virginis incarnatus in mundum ſine peccato venerat: nihil contradictionis in ſemetipſo tolerabat. Tentari ergo per ſuggeſtionem poſuit ſed eius mentem peccati delectatio non momordit: atque ideo omnis diabolica illa tẽtatio foris

non

I non intus fuit. Hæc ille. Et intendit quòd Christus fuit conceptus sine peccato originali:& consequenter non habuit fomitē.i.habitualem concupiscentiam seu malam inclinationē sicut nos habemus. Vnde eius vires non prorumpebant in actum, nisi secundum rationis imperium. (Et cū ieiunasset.xl.diebus ita.s.quòd nullū cibum in toto isto tēpore sumpsit. vt dicitur Luc.iiij.imo
K nec esuriit vt innuit hic.b.Matt.qui dicit quòd cū ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus (postea esuriit).q.d.nō ante hoc tempus, istum esuriisse: sicut secūdum aliquos esuriit Moyses & Helias. Non autē vltra trāsiuit secūdum Chry.in homil.ne incredibilis videretur carnis assumptio:& etiam vt alii dicūt quatenus eius diuinitas diabolo celaretur. Nā etiā Moy-
L ses & Helias tanto tempore ieiunarūt: qui tamen puri homines fuerunt. Sed quare Moyses: Helias: & Christus.xl. diebus ieiunarunt.& similiter nos tanto tempore ieiunamus. Ad hoc dico quòd nos hunc numerum obseruamus in ieiunio multiplici causa.Primo quia Christus illud multipliciter consecrauit.s.sua conceptione:quia quadraginta septimanis fuit in virginis vtero sua
M prædicatione.quia xl.mensibus prædicauit in mundo.sua ieiunii obseruatione:quia.xl.diebus ieiunauit in deserto. sua passione:quia.xl.horis iacuit in sepulcro:& sua resurrectione: quia post illam.xl.diebus fuit cum discipulis in mundo.Secundo quia per hunc numerum seruimus Deo de corpore nostro. Quia enim corpus nostrū cum stat ex quatuor elementis:& per voluptates eius trāsgredimur decem præcepta le-
gis:ideo quaterdecies carnem nostram affligimus. Item tertio quia per hunc numerum seruimus Deo de tēpore nostro dando decimam. Nam à præsenti die vsque ad pascha sunt sex hebdomadæ:à quibus si subtrahātur sex dies dominici in quibus minime ieiunamus remanent.xl.dies absti nentiæ:qui sunt decima pars anni: qui habet.cccl.xv. dies completos quidem si sit annus bissextilis: incompletos vero si cōmunis: quia annus solaris habet dies.cccl.xv.& vj.horas. Item Quarto quia per hunc seruimus Deo de operibus nostris:quia opera nostra debent esse circa adimpletionem decem præceptorū & quatuor Euangeliorum. Istæ tres vltimæ rationes sunt.b.Greg.in homil. Item Quinto secundum Augu.quia partes aliquot xl.sunt.j.ij.iiij.v.viij.x.&.xx.quę simul iunctæ faciunt.l.Status autem beatitudinis etiam.l.diebus præfiguratur. Là pascha vsque ad pentheco. In hoc ergo significatur quòd per.xl.dies pœnitentiæ ad fœlicitatem æternam conscendimus. Christus autē numerum istum seruauit vt daret formam & mēsuram ieiunio nostro:secundum Chrys.super Matth.Vnde ex magister hist.non ieiunamus statim post epiphaniā vt Christus, sed circa.xl.dies post vt ostēdatur ieiunium nostrū à Christi ieiunio deriuatum. Moyses autē & Helias istum numerum obseruarunt in figurā ieiunii Christi. Differebat autē ieiunium illorum à ieiunio Christi. Primo secundum Augu quia illi non ieiunauerunt ex virtute sua vt Christus:sed Moyses quidem sustentabatur eloquio Dei: vt patet

A patet Exo.xxxiij.Helias autem fortitudine cibo præassumpti. iij.Reg.xix. Secundo iuxta Chry.quia illi ieiunando esuriebant:non autem Christus:sed post ieiunium: vt dicitur (&.xl.noctibus.) Hoc dicitur secundum.S.Tho.super Matth.ne quis eum crederet nocte comedisse: vt comedunt saraceni tempore sui ieiunii (Postea esuriit.) Et hoc
B secundum Chry.&.S.Tho.vt diabolus tentandi audacia sumeret·quia esuries eum verum hominem demonstrabat: sicut ieiunium.xl.dierū sine esurie. arguebat diuinam virtutem. ¶ Ad intellectum autē sequentium est sciendum ex doctrina. S.Tho. iij.parte. q.xlvij. quòd maiores in populo Iudęorum cognouerunt Christum esse Christum si-
C cut & demones:vt dicitur in libro noui & veteris testa. sed non cognouerunt Christum esse filium Dei per naturā. quia si cognouissent nunquàm dominū glorię crucifixissent.j.Corin.ij.Ista tamen ignorantia fuit affectata quodammodo: quia peruertebant euidentia sitoris.Minores autem neque Dei filium
neque Christum eum esse cognouerūt. Et si aliquando dubitauerunt quòd es-
D set Christus propter signorum frequentiam tamē à principibus decepti sunt. Sed contra: quia coloni cognouerunt eum esse hæredem.i.Christum in lege promissum vt Matt.xxj.patet ergo cognouerunt esse filium Dei: quia de eodem dicitur. Dabo tibi gētes hæreditatem tuā,& ego hodie genui te.Et Chry. etiam dicit Christū in cruce non orasse pro eis qui sciebant se filiū Dei crucifigere. Ad hoc dicitur quòd ista pro-
bant quòd eum cognouerūt filium Dei E per gratiam excellentem inter homines omnes:non autem per naturā. Vel cognouerunt Dei filium illum esse.i. cognoscendi sufficientia signa habuerunt. Hæc ex.S.Tho. Et videtur idem dicendum de demone quòd nō cognouit certe eum esse filium Dei & si aliquando hoc dicebat per os obsessorum loquebatur suspicando secundum bea. Tho.iiij. dist.xxx.q.ij.art.j.&.iij.parte F q.xxix.art.j.ad tertium Sed contra.S. Tho.arguit Nico.de Lyr.quia in multis locis sctipturæ expresse habet quòd Christus esset Deus:ideoque cognouerunt eum esse Christum. Ad hoc dico solutionē parere ex dictis.Probat enim argumentum quòd cognouerunt eum esse filium Dei per gratiam,vel Deum participatiue eo modo quo dicitur in Psalmo. Ego dixi dii estis.Et ratio hu- G ius est: quia hebrei non solum moderni, sed etiam antiqui existimantes impossibilem esse vnionem diuinitatis ad humanitatem:crediderunt omnes scripturas asserentes deitatē Christi transsumptiue & metaphorice loqui. Vnde secundum eundem Nico.de Lyr.super Matt.xxj.ex istis scripturis Iudæi non habebant notitiam euidētem de Christi diuinitate: sed coniecturalem. Et in H quæstione contra Iudæos tenet quòd ex scripturis non potest concludi efficaciter & insolubiliter diuinitas Christi:sed apparenter & rationabiliter tātum. Est autem in ista materia magna concertatio inter prædictum Nico.& Pau.bur.& replicatorem quam vide si vis Matth.xxj.Causa ergo quòd diabolus voluit tentare Christum secundum

omnes,vna fuit,vt eum præcipitaret in peccatum si posset: sed alia fuit vt cognosceret aliquid quod ignorabat. Et secundum Nico.de Lyra.voluit scire si esset Christus: quia cum videret completas prophetias varias de tẽpore aduentus Christi: & videret sanctitatem Christi dubitauit si ipse esset. Sed hoc non solum est contra.S.Tho.sed etiam est communiter contra omnes sanctos: K qui dicunt quòd voluit scire si esset filius Dei.Vnde Chryso.super hoc passu dicit quòd sciebat eum esse Christum ex testimonio angelorum ad pastores. & stellæ ad magos:& Ioannis ad Christum.Est etiam vt videtur cõtra Euangelium quia Lucę.iiij.dicitur quòd demones sciebant eum esse Christum: quod licet sit dictum post tempus ieunii Christi: tamen non est ratio quare L etiam eo tempore, scilicet, ieiunii scire non potuerint si Deus post voluit illos hoc scire cum tunc iam habuissent omnem causam & medium sciendi illud, scilicet, notitiam prophetarum & experientiam miraculorum attestantium Christi natiuitatem: cuiusmodi fuit illuminatio noctis: & apparitio stellæ: & Euangelizatio angeli ad pastores: & huiusmodi. Vnde & hic non M dixit:si Christus es: sed si filius Dei es. Quod ideo dicit secundum magistrũ Histor.quia audierat illam vocem.Hic est filius meus dilectus. Dicendum est ergo secundum magi.Histo.& Chry.& Ambr.& Hier.&.S.Tho.& alios: quòd voluit scire si esset Dei filius: quod vsque ad Christi passionem nunquam sciuit.Et hoc est quod dicitur.(Et accedens tentator).i.diabolus;cuius officiũ est tentare homines ad malum: secundum.S.Thom.ij.dist.xxj.q.j.artic.j.ibi enim dicit quòd solius diaboli est tentare ad nocendum: non quia semper immediate tentet:sed quia primum hominem tentauit,& vicit: ex qua tentatione parata est via aliis tentationibus. Vel quia ei soli & membris eius conuenit impugnare virtutem cum intentione occidendi hominẽ. Vel quia mordo,& carne tanquàm instrumentis vtitur in tẽtando.Hæc ex illo.Vide etiam de hac prima parte.q.cxiiij. &.ij.ij.q. xcvij. Accessit autem in humana effigie secundum magi.Histor.vt colloqui posset cum Christo. Sed quare etiam Euang.non est aggressus in effigie humana?Ad hoc dico quòd secundum.S. Tho.ij.vbi supra fuit: quia Deus voluit: vt Eua eum magis abhorreret: & consequenter facilius vinceret. Dicit tamen Beda quòd serpens ille est de quodam serpẽtum genere quod faciem virgineam habet. Et magister Hist.dicit quòd tunc serpẽs rectus incedebat sed fuit in maledictione prostratus. Quod tamen non est rationabile: quia verba Dei ad serpentem erant dicta ad diabolum:secundum sanctos. Sed quare sic diabolus suadebat?mouendo linguã illius serpẽtis ab extra?Dico quòd hoc fuit: quia intus tentare non poterat per phantasiam aut alias vires sensitiuas:quia omnes erant rationi subiectæ stante innocentia, (Dixit ei. Si filius Dei es) .s.naturalis: & per consequens ei æqualis in potestate?dic vt lapides isti panes fiant. Luc.iiij. dicitur dic lapidi huic. & idem est quia si plures lapides demonstrauit lapides: & vnum demonstrauit. Sed hic est vna quæstio, quia secundum Amb.& magi.hist.diabolus ex scripturis intellexerat filium Dei venturum. Aut ergo filium Dei per gratiam: aut per naturam. Si primum quare vult scire an sit filius Dei per gratiam: cũ sciret eum esse Christum. Si secundum: cum illæ scripturæ quæ eum dicunt esse filiũ Dei loquantur de Christo:& ipse cognouerit Christũ·sequitur quòd eum etiã cognouit esse filium Dei per naturam.Videtur ergo ꝙ B supposito ꝙ cognouerit eum esse Christum:hæc quæstio solui non posset. Ad hoc dico quòd cognouit venturũ filiũ Dei & credidit quòd esset filius Dei p gratiã:sed nato Christo: ex multis dubitauit an esset filius Dei per naturã:& hoc voluit scire:vt si inuenisset eum filium Dei per gratiam tantũ: sperasset C eum posse sicut cæteros superare.Et licet scripturæ de Christo loquẽtes dicãt eum esse filiũ Dei & Deum:tã & Iudęi & diabolus intelligebãt hoc dictũ per excellẽtiam gratiæ.Et licet de Christo aliquando dicãtur in scriptura nomina, quæ de solo Deo dicũtur in tetragrammaton:tamẽ eis non cõstabat ista de solo Deo dici sicut nos modo credimus. Sed cõtra hoc arguitur quia dicit D magist.Hist.ꝙ ex scripturis nouerat se per filium Dei venturũ perditurũ esse principatũ, ergo cognouit eum esse tantem quẽ superare nõ posset,& cõsequenter esse filium Dei per naturã. Ad hoc dico ꝙ non credidit se ab illo superandum propria eius virtute: sed diuina: sicut superatur à sanctis: & sicut idem mag.dicit: nõ credebat se per illũ perdere principatũ nisi post iudicium: & ideo interim credebat quòd eum posset saltẽ per aliquod veniale superare, & ad purgatoriũ & lymbũ perducere. Sed postquàm timuit illũ esse Deum in passione:procurauerat per vxorem Pilati ne moreretur. Sicut per Iudã oppositũ quæsiuerat. Est etiam sciendum quòd licet quo ad naturalia, diabolus non fallatur, vt dicit.S.Tho.j.parte.q. lviij.&.ij.dist.vij.& magister.q.xvj.secus quo ad gratuita quæ ex voluntate F Dei pẽdent.Et in talibus potest successiue ad eundẽ finem ordinare opposita tentatiue pure ad stabilitatẽ sui regni: vel ad finem suæ superbiæ ipsam mortem & ipsam vitam Christi.Vnde dicit Chrysosto. super Matth. quòd hic diabolus fuit excecatus, quia ex ieiunio quadraginta dierum debuisset concludere Christi diuinitatem potius quàm G ex eius esurie humanitatem. Et vt dicit quamuis Moyses, & Helias tanto tempore ieiunauerint:tamen ieiunando esuriebant: non autem Christus: sed solum post ieiunium.¶ Sed iterum arguo quòd diabolus ante Christi passionem cognouerit Christi diuinitatem. Nam Christus se Deum dicebat & hoc miraculis probabat:ergo necessario diabolus hoc credebat. quia ipse scit Deum non posse attestari falsirati: H & scit, si aliquod fit miraculum fit à Deo in testimonium doctrinæ alicuius. Nam cum agnoscat totam naturam:si quid fiat supra naturam hoc nouit. Et ideo cogitur credere:non autem nos quibus non cõstat quòd hoc miraculum vel illud sit à Deo. Ad hoc dico quòd argumentum forte concluderet si Deum per naturã Christus se clare &

I patenter dixiſſet:quod non faciebat ſal
tem quando miracula faciebat in teſti
monium ſuæ doctrinæ.Vel ſi aliquan-
do hoc dixit clare tũc prohibuit id de-
monem percipere.ſicut & prohibuit eũ
ſcrutari Virginitatem ſuę matris:vt a-
lias dictum eſt. ¶ Itẽ contra:quia Chri
ſtus propria autoritate faciebat mira-
cula quod eſt dei proprium.Ad hoc di-
co quòd Diabolo non conſtabat clare
K de hoc.Potuit enim Chriſtus etiam da-
to quòd eſſet Homo purus facere mi-
racula ex poteſtate,id eſt aliqua ſuper-
naturali virtute exiſtente in eo ad tem
pus vel etiam ſemper ſi Deo placuiſ-
ſet:per quam effectum miraculi perdu
xiſſet eo modo quo nunc ſacramenta
noue legis per virtutem ſpiritualem
in eis exiſtentem agunt ad gratiam.
Vnde Gregorius.dicit quòd ſancti vi-
L ri miracula faciunt aliquando oran-
do,aliquando verò ex poteſtate: ſicut
beatus Benedictus aſpectu oculorum,
ruſticum duris loris alligatum abſol-
uit. Et ſic Diabolus credidiſſe potuit
Criſtum imperare ventis ex poteſta-
te ſua quæ tamen aliam maiorem pre-
ſupponeret. Vel dicendum quòd po-
tuit Chriſtus in corde orare & ſecun-
dum mẽtem ſuam facere precepta de-
M monibus vel infirmitatibus per Dei
virtutem:de qua tamen in ſuis verbis
non faciebat mentionem, & ſic poſſe
fieri Diabolus ſciebat. Potuit etiam
Chriſtus imperia & miracula ſua ce-
lare Diabolo. Ex dictis autem patet
quid dicendum ſit ad id quod obijci
poſſet:quia dicebat & probabat ſe ha-
bere authoritatem dimittendi peccata
quod eſt Dei proprium.Dicatur enim
quòd Diabolus prohibebatur iſta au- N
dire:vel dubitabat vtrum illa authori-
tas eſſet principalis vel ſubminiſtrato
ria.Voluit autem Chriſtus ſecundum
Leo.Papam ex humilitate & non ex po
teſtate aduerſarium vincere,vt homi-
nem plus honoraret & Diabolum plus
confunderet. Ideo ſequitur. (Qui re-
ſpondens) manſuete,& forte,ac ſi eum
non cognoſceret. (Dixit ei. Scriptum
eſt.) Deute.viij.Non in ſolo pane,ſci-
licet corporali (viuit homo:ſed in o-
mni verbo quod procedit de ore Dei)
vt patet de Moyſe qui verbo Dei fuit
xl.diebus ſpecialiter & corporaliter in
ſtentatus.Et ſic Diabolus neque potuit
eum ad peccatũ Gulæ inducere:neque
eius cognoſcere diuinitatẽ.¶ Sed quæ-
re Chriſtus Diabolũ repellit per ſcri-
pturam? Ad hoc dico quòd fuit primo
ſecundum Gregor.vt doceat nos ma-
gis doctrina quàm miraculis pugnare.
Et ſecundo iuxta Ambro. vt oſtendat
quibus armis impugnetur Diabolus.
Hæc ille.Sunt autem hec arma iciu-
nium oratio doctrina. Et tertio iuxta
Raba.quia proponebat Diabolum hu-
militate vincere non potentia? & no-
bis exemplum tribuere,vt quoties.pra
uis hominibus aliquid patimur:ad do
ctrinã excitemur potius quàm ad vin-
dictam. Temperat autem reſponſum
iuxta glo.ne Deum illum eſſe cogno-
ſceret.¶ In hac parte ſunt multa duca
menta. Primum tangit Chryſoſto. in
Homel. dicens. Quiſquis poſt Baptiſ-
mum maiores ſuſtines tentationes nõ
turberis:etenim propter hoc accepiſti
non vt vaces:ſed vt prelieris.Ideoque
tentationem Deus à te non prohibet.
Primum

A Primum vt diſcas quoniam multo fa-
ctus es fortior. Deinde vt magnitudi-
ne donorum extollaris.Tertio vt dia-
bolus experientia cognoſcat quòd per-
fecte ab eo receſſiſti. Quarto vt per
hoc fortior reddaris.Quinto vt credi-
ti theſauri agnũ accipias.Neque enim
Diabolus ſuperueniret tibi ad tentan-
dit,niſi te in maiori honore effectum
B videret.Hæc ille.Et idem eſt iudicium
de quolibet ſancto & iuſto & redeunte
ad penitentiam ſicut de baptizato di-
cente Remigio.In ſanctificatis Diabo-
li tẽtamẽta graſſantur. Hec ille.Secũ-
dum tangit idem ibidem dicens.Vt au
tem cognoſcas quòd magnum bonum
eſt ieiunium:& qualiter ſcutum eſt ad-
uerſus Diabolum Chriſtus ieiunauit
non eo indigens ſed nos inſtruens.Hęc
ille.Tertium tangit idem dicens.Si ie-
C iunaueris, & tenteris: non dicas quia
perdidi fructum ieiunij mei. Nam &
ſi non pro fuit tibi ieiunium tuum vt
non tenteris:tamen proficiet vt à tenta
tionibus non vincaris.Hæc ille mora-
liter etiam ſciendum eſt, quod Chri-
ſtus ſemel eſurijt & ad comedendum
non habuit niſi lapides:vt hic.Hi ſunt
viri duri qui non poſſunt ad penitẽ-
tiam frangi:& frigidi qui non poſſunt
D diuino amore inflãmari & aridi qui nõ
poſſunt rore diuinæ gratiæ aut lachry
marum infundi.Hi etiam non poſſunt
incorporari Chryſto.ſed diabolo.Alia
etiam vice eſurijt & non habuit ad co
medendum niſi folia:vt Marc. vigeſi-
moprimo.legitur de ficulnea.Sicut au
tem Chriſtus non comedit lapides,
ita,nec folia,id eſt verba ſed bona ope
ra.Quotidie etiam eſurit noſtram ſa-
lutem & conuerſionem.Nã dicit Chry E
ſoſto.Sicut concupiſcibile eſt nobis co
medere:ſic Chriſto ſaluare. Iſtum au-
tem cibum tantum eſurijt quòd oſtia-
tim illum mendicat. Appoca.iij. Ego
ſto ad oſtium & pulſo.Si quis audierit
vocem meam & aperuerit mihi ianuã
ſcilicet cordis intrabo ad illum & ce-
nabo cum illo & ipſe mecum,id eſt po
nemus ad ſcotum ſiue ad ſymbolum
ita quòd peccator ponat contritionẽ: F
confeſſionem:& ſatiſfactionẽ:& Deus
remiſsionem culpæ collationem gra-
tiæ:& promiſsionem gloriæ.Sed mul-
ti vellent comedere ſolum de alieno.
& tractari bene & exponere parum.
¶ Quantum ad ſecundum ſciendum
eſt ex doctrina,ſcilicet Th.quarta par-
te quæſtiõe quadrageſimaprima. quòd
Diabolus tentãdo Chriſtum talem or-
dinem tenuit:vt à leuioribus incipe- G
ret:quod ſemper facit ſecundum Gor-
ram in viris ſpiritualibus. Vnde ſicut
primos parentes primo tentauit de Gu
la dicens.Cur precepit vobis Deus ne
comederetis,&c.Secundo de mali glo-
ria,dicens aperientur oculi veſtri. Et
tertio de ſuperbia, dicens. Eritis ſicut
dij.ita & circa Chriſtum fecit Chriſo.
ſuper Matth.Cum ex premiſſo Chri-
ſti reſponſo nihil certum diſcere dia- H
bolus potuiſſet vtrum Chriſtus Deus
eſſet Homo aſſumpſit eum ad aliam
tentationem:dicens apud ſe. Iſte qui
fame non vincitur & ſi non eſt Filius
Dei tamen ſanctus eſt.Valẽt enim ho-
mines ſancti,fame non vinci:ſed poſt-
quam communem carnis neceſsitatem
vicerunt per vanam gloriam cadunt.
Ideo cepit eum tentare in gloria vana.

I Hec ille. Ideo sequitur (Tunc assumpsit eum diabolus) Assumpsit inquam secundum aliquos, id est portauit Gregoriũ. quid mirum si se à diabolo permisit in montem duci qui se permisit à membris illius Crucifigi. Hec ille. Qui communiter exponitur quod per assumpsit intelligitur portauit. quod & Chrysosto. resensit: qui dicit quòd diabolus voluit quòd Christus videretur
K quasi volans: & inde inaniter eleuaretur. Et similiter idem sensit etiam Rab. Vel secundam alios assumpsit, id est duxit secum eũ ad se, id est ad societatem suam sumendo: sicut Christus dicitur assumpsisse Petrum, & Iacobum. & Ioannem: quos tamen non portauit. vt patet Matth. decimosecundo. (In sanctam ciuitatẽ) Rabanus. Sancta ciuitas Hierusalem dicebatur, in qua templũ Dei
L erat: & sancta sanctorũ: & cultus vnius Dei secundum legem Moysi. Hec ille. Non ergo erat sancta, ratione ciuium. (Et statuit eum supra pinnaculũ templi.) ¶ Ad intellectum huius sciendum est ex Iosepho. vj. de bello Iudaico & alijs authoribus quòd templum dupliciter dicitur. Vno, scilicet modo domus facta in vertice montis moria. de qua habes in dominica prima aduẽtus. Alio
M modo sumitur templum pro atrijs, id est plateis quæ erant circa istam domum. Nam cum ille mons esset ex aliqua parte preruptus triplici muro, erat circũdatus quasi corona Papæ. & à primo muro ad secundũ erat magna planicies: & similiter à secundo ad tertiũ: & à tertio ad templum. In prima platea poterant esse etiam gentiles. In secunda verò solum Iudei & erat diuisa in duas partes pro viris & fœminis. N In tertia verò soli sacerdotes & leuitæ: qui in ea sacrificabant & psallebãt: & conuersi ad Populum existentem in secunda platea predicabant. Quid ergo sit pinnaculum templi non est clarum: quãuis cõstet, quod erat locus eminẽs. Glossa quædam dicit quòd erat sedes doctorum. Alij verò vt Ansel. & Raba. & Nicolaus de lyra. & multa alij dicunt quòd erat tectum templi siue quoddam deambulatorium vel appendimentum (vt ita dicam:) ne ambulantes per tecti extremitatem propter incautelam caderent. Tecta enim in regionibus illis erant plana, sicut quoddam pauimentum. Beda verò dicit q erat quoddam tabulatum, siue deambulatorium. Et omnia ista possunt esse cõsona. ¶ Pro quo sciendum est quod istud pinnaculum quicquid fuerit non potuit esse in templo interiorũ: si fuit sedes doctorum, vel locus prope vt cõmuniter tenetur: propter hoc illa sedes erat locus accommodatus Diabolo de inani gloria tentare percupienti, tum quia tectum eius erat teste Iosepho plenum verubus acutissimis ne aues super illo insiderent: ideo ibi non erãt deambulatoria. tum quia dato q ibi fuissent: cum illa domus esset alta centum cubitis non poterat ibi esse locus vel sedes doctorum. Et dato quòd ibi potuisset esse sedes talis in imo in aliquo tabulato extra murum templi tamen. ad planteam illam non intrabant laici vt audirent verbũ Dei. Vnde omnes dicunt quòd in secundo atrio fiebant Sermones ad populum. Dicamus ergo quòd prima est summitas cuiusque

A cuiusque rei: sed propriè domus aut muri. In muro ergo diuidente, sacerdotes à laicis, erat deambulatoriũ vel tabulatum: aut super muro: aut super extremitate alicuius porticus continguæ muro: & ibi erãt sedes doctorum quæ non dicebatur pinnaculum: sed erat in pinnaculo, id est tecto vel deambulatorio: hic ergo Diabolus eum statuit, id est deposuit: secundum Chry
B sosto. mentem & Gregorij: vt dicitur Vel statuit, id est vsque illud duxit ibi sistendo. Et secundum glo. volens Diabolus de inani gloria Christum tentare beatus eum statuit vbi multos se nouerat hoc vitio decepisse. ¶ Et nota q Dicit Chrysosto. Diabolum portasse illuc Christum vt inani gloria eleuaretur, dum Populus videret eum quasi
C volantem: sed ipse egit vt à nullo videretur. (Et dixit ei. Si filius Dei es mitte te deorsum Hierony. In omnibus tentationibus hoc agit Diabolus, vt intelligat si filius Dei sit. Hæc ille. Non dixit: ascende in celum, aut vola per aerem, sed mitte te deorsum secundum Raba. quia illa vox illi conuenit, qui omnes satagit precipitare. Et idem dicit Chrysosto. (Scriptum est enim)
D de te in psalmo (qa Angelis suis mandauit de te: & in manibus tollent te ne fortè offendas ad lapidem pedem tuũ) Vbi sciendum secundum Hieronymũ quòd Diabolus male allegat scripturam, quia non intelligitur de Christo sed de viro sancto. Non enim vt ait Chrysost. filius Dei portatur ab Angelis, sed econuerso. Exponitur autem illud secundum glossam: quia Deus mãdauit Angelis suis de iusto viro: vt in manibus, id est auxilijs suis tollent eũ. E ne forte offendat pedem. id est affectum mentis ad lapidem, id est ad occasionem peccati vel ruinæ. Christus verò scripturam conuenienter allegat cum subditur. (Ait illi Iesus rursum. Scriptum est) Deuterono. vj. non tentabis dominum Deum tuum. Est autem sciendum ex sancto Tho. secunda secũdę, quæstione nonagesimaseptima. quòd tentare Deum factis, explicite est F committere se diuino auxilio, sine necessitate, vel vtilitate intendendo experimentum sumere de Deo. Interpretatiue verò hoc fit, quando non est talis intentio si sit tale factum vt dictum est. Cum ergo Christus aliter potuisset descendere & non esset aliqua vtilitas, q se precipitaret si hoc fecisset tentasset dominum saltem interpretatiue Augu. contra Faustum. Pertinet autem G ad sanam doctrinam quando homo habet quid faciat: ideo tentare deum suũ. Hęc ille. ¶ In hac parte sunt aliqua documenta in sensu morali. Primum tangit Hieronymus dicens. Dicit autem Diabolus. mitte te, quia vox Diaboli qui semper homines cadere deorsum desyderat: persuadere potest: precipitare non potest. Hęc ille Am- H brosium, libro de Paradiso. Accepit quidem tentandi licentiam. Sed non copiam subruendi: nisi sua sponte labatur infirmus animus qui sibi auxilium non nouit accersire. Hec ille. Secundum tangit Ambrosium, super Lucam dicens Sathanas transfigurat se in Angelum lucis: & de scripturis ipsis diuinis laqueum fidelibus parat, Vtitur enim testimonijs scriptura-

rum non vt doceat, sed vt fallat. Hæc ille. Tertium vero tangit Rabanus dicens. Notandum est autem quod Saluator noster licet permisisset se à diabolo supra pinnaculum templi portare: tamen renuit ad imperium eius descendere, nobis exemplum donans, vt quisquis imperauerit viam veritatis arctam nos ascendere obtemperemus. Si quis autem vult nos de altitudine veritatis & virtutum ad ima erroris & vitiorum precipitare non imum audiamus. Hæc ille. Est autem & aliud documentum, sed quod multum debemus de Christi pietate intentione considerare. Nam ipse licet propter multa voluerit tentari tamen apostolus: nam rationem ad Hebrai. quarto assignat dicens. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia quasi velit dicere. Ideo tentare voluit vt compati sciretur. Nemo enim mouetur ad compatiendum nisi passionē nouerit: quod tripliciter contingit scilicet auditu, vt cum audio passionem illatam esse grauem & visu vt cum video patientem eiulantē & tunc magis cognosco & cō patior: & per experientiam quæ generat perfectam cognitionem & compatientem. Igitur Christus experientia nostrarum miseriarum est, factus valde misericors iuxta illud Hebræ. secundo Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret. Vnde apostolus tandem ad Hebræ. quarto postquam dixerat pontificem tentatum &c. subiunxit. Adeamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ eius, scilicet Iesu Christi Domini nostri.

¶Quantum ad tertiam sic dicit Chrysostomus Diabolus ex secundo responso incertus transit ad tertiam tentationem. Quia enim Christus rhetia ventris diruperat: rhetia vanæ gloriæ transierat, ponitur ei rhetia auaritiæ. Hæc ille. Nec hoc est contra id quod diximus: tertiam tentationem fuisse superbiam: quia secundum nomen licet auaritia videatur solum ad pecuniam pertinere: cū dicatur auarus quasi auidus eris. Vnde & Græcè auaritia dicitur philargyria, id est, amor argenti tamen extentio nomino etiam auaritia est, quando supra modum sublimitas ambitur: vt dicit Beatus Gregorius. Et probat: quia Paulus Philipp. secundo dicit de Christo non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo id est si se æqualem deo arbitratus est ex hoc nihil rapuit alienum, quasi dicat. Si nō esset Deus, & se deo æqualem crederet rapinam committeret. vsurpando sibi quod Dei est, quia vero Deus est: nihil se credens vsurpauit. ¶Dicitur ergo (Iterum assumpsit eum diabolus) vel portando vel quod rationabilius est secundum Sanct. Thom. eum ducendo (in montem excelsum valde (vt scilicet plura possent inde videri secundum Chrysostomum. Quis aut fuerit iste mons non est certum, quamuis magister historiæ. dicat eam fuisse in galilea. (Et ostendit ei omnia regna mundi) non determinate secum Chry. sed sicut si quis extenso digito diceret: in tali parte est tale regnū & in tali talem (& gloriā eorum). i. aurum: argentum lapides pretiosos & temporalia bona secūdum Rab. Remigius autem dicit, quod ista ostēsio fuit subito & in ictu oculi seu in momento temporis vt dicitur Luc. iiij. Et dicit quod fuit miraculosa in supra naturam hominis per aliquā præstigiosam apparitionem diabolo mouente phantasiā vel subiiciendo oculis aliquas imagines sicut beato Benedicto ostensus est, totus mundus in quodam lumine. Sed vt dicit beatus Tho. super Mat. ista expositio non est bona: quia hoc potuisset in valle fieri, & non fuisset necesse consēdere montem. Vnde secundum Raba. diabolus ostendit loquēdo: non autem visum amplificando. Non tamen est inconueniens dicere istam ostensionem fuisse quidem in monte. & etiam secundum visionem naturaliter homini possibilem. & secundum expositionem factam verbotenus, à diabolo & vlterius per aliquod opus diabolicum per quod supplebatur illud, quod naturaliter visus Christi non poterat, quia hoc videt velle Lucas qui dicit ista fuisse ostensa in momento temporis. Quomodo autē diabolus possit facere istas apparitiones miraculosas. i. mirabiles & prestigiosas: forte alibi dicemus diffuse. Sed nūc breuiter sciendum est: quod sicut anima humana quæ est infima inter spiritus immortales aliquod corpus. s. humanum mouet ad libitum sed tamen ad illud est limitata propter suæ virtutis exiguitatem. ita alii spiritus superiores creati possunt: aliqua corpora ad nutū mouere localiter modo tamen vsq; quaque sed vsq; ad certum terminum propter suæ virtutis limitationē quæ finita est. Vnde nullus eorum posset mouere totum vnum elementum: quia esset peruertere ordinem naturæ. Quilibet tamen eorū potest mouere omnia corpora generabilia & corruptibilia secundum. S. Tho. & Aug. & vnam partē elementi alicuius puta montem vnū quia si inferiores inter eos mouent corpora cœlestia respectu quoq; ista fere mihi (sunt multo magis possunt mouere ista saltem illi qui sunt superiores motoribus orbium ordine naturæ. Igitur diabolus potest facere omnes effectus qui fiūt per naturalia corpora: quia illa potest mouendo applicare ad effectū puta sanitatis vel infirmitatis. Igitur potest primo facere apparitiones in phātasia: imprimendo ei, non phantasmata noua, sed antiqua mouēdo quæ sunt in spiritibus. i. quibusdam corporibus subtilibus sicut fit in somno. Et hoc tan vehementer vt aliquis credat se etiam exterioribus oculis videre: sicut appareret in dormientibus qui quandoque se credunt ire ad ludum & in freneticis. Et secūdo quo ad oculos exteriores figurando & colorando aerem sub diuersis speciebus rerum sicut beato Anton. apparuit sub forma argenti. Et tertio eadem ratione faciendo apparere imagines in aliquo corpore terso puta vngue vel aqua sicut fit in prestigiis quibus furca exquiruntur. In christo autē potuit locum habere secundum & tertium sed non primum nec christo volēte: quia vires eius animæ subiiciebant omnino. Vt dicit Gre. quod oīs illa tentatio foris non intus fuit. (Et dixit ei. Hęc omnia tibi dabo.) Presupponit hic diabolus q̄ ipse possit ista distribuere ad libitum. Vnde & secundum Luc. iiij. dicit cui volo do illā: sed mentit Christo

Iſto ſecundum Hier.& Chry.quod patet quia iſta regna aliquando à deo data ſanctis hominibus legitimus. Nec tamen eſt negandū quin permittentedeo diabolus poſsit aliquibus ſuggerere,ut aliquem regem faciāt:& ei prebere auxiliū in diuitiis & huiuſmodi cum ipſe ſciat omnes theſauros abſconditos : & de eis habeat curam vt eos reſeruet antichriſto aliquos.Ex hoc autē loco manichei non aduertentes, quod diabolus mendax eſt dixerunt eum omnium viſibilium ſicut dominum ita & creatorē eſſe:ꝙ falſum patet in geneſi vbi iſta à deo condita leguntur(ſi cadens adoraueris me.) Gloſ. Ecce antiqua diaboli ſuperbia. Sicut enim in cœlo voluit ſe ſimilem deo facere : ita nunc volebat diuinum cultum ſibi vſurpare.Hæc ille. ¶ Eſt autem ſciendum ex doctrina. S.Tho.allegata per Ioannem capreolū ij.diſt.iiij. quod diaboli peccatum fuit quia appetiit bonum. i. ſupernaturalē felicitatem : ſed malè ſiue indebitè appetiit:quia non cogitauit de modo habendi illā cum debuiſſet cogitarequod ex miſericordia Dei illam accipere debuiſſet : ideo diabolus non appetiit ſe eſſe Deum:quia ſciuit hoc eſſe impoſſibile neq; eſſe ęqualem deo ſimpliciter:quia etiam hoc ſciuit naturaliter eſſe impoſsibile,ſed appetiit ſe eſſe æqualem vel ſimilem ſecundum quid, quia ſcilicet ſicut deus eſt beatus nō ab alio beatificatus,ita ipſe appetiit ſe eſſe beatum non appetendo hoc ab alio. Nec quia propria virtute crediderit, aut voluerit:ſed felicitatem ſupernam habiturum:ſed quia nec de ſua nec de diuina virtute cogitauit.Perſeuerat autem ſemper in iſto appetitu : quia poſt vnā electionem eſt in termino & penitere non poteſt : ſicut neq; homo poſt mortem vt patet ex Sancto Tho.vbiq;.Vnde dicit Damaſ.Quod facit hominibus mors hoc angelis fecit caſus,ſcilicet in peccatum. Addit autem multa peccata poſt iſtud inter cetera peccatum inuidiæ vt patet per S.Tho. j. parte quæſt. xliiij.ideo vult quantum poteſt vſurpare honorem diuinum. Et quamuis idolatria quam ſeminauit ſit extincta:tamen quærit ſemper occultè qui eum venerētur.(Tunc dicit ei Ieſus) ita volens finem tentandi ei imponere ſecundum Chryſoſto,ſuper Matt. (Vade ſathana.) Sathanas ſecundum aliquos latine ſonat aduerſariū:ideo Petrus:quia voluit contradicere Chriſto Matth.vj. vocatus eſt ab eo ſathanas. Sed ſecundum Hiero.beato Petro dixit: vade retro me ſathanas. i. ſequere me vt velis quod volo: & ne ſis contrarius meæ voluntati.Diabolo autem tanquam obſtinato non dixit vade retro me:ſed vade ſcilicet in abiſſum ſeu ignem æternum Remi.Vel ſecundum alia exemplaria. (Vade retro ſathana). i. reminiſcere & recordare quanta gloria conditus fuiſti, & in quantam miſeriam cecidiſti. Hæc ille. (Scriptum eſt ei) Deux. vj. (Dominum Deum tuum).i. ſanctā trinitatem ſecundum Aug.(adorabis)adoratione latriæ:quæ debita eſt ſoli principio omnium bonorum) & illi ſoli ſeruies).i.ſcultum latriæ exhibebis ſecundum Aug.x.de ciui.dei.Nam latria interpretatur ſeruitus. Poſſumus autem & hominibus ſeruire: ſed non tali cultu & ſeruitute: ſed poſſumus eos dubitis venerari.Ego puto quòd ſicut Chriſtus celauit ſe eſſe filium Dei:ita & diſsimulauit ſe cognoſcere ſathanam : & quod ſathanas transformatus eſt in aliquam effigiem Sancti viri : puta eremitæ vt aliqui dicunt. Nunc autem Chriſtus oſtendit ſe eum cognoſcere. Vnde diabolus ſtatim confuſus diſceſsit tanquā deprehenſus. Quamuis etiam poſſet dici:vt dicit Chryſ.quod ſpirituſſanctus excolsit illum à Chriſto.Igitur(Tunc reliquit eum diabolus)abiens triſtis & confuſus.¶ Notandum vero has tentationes fuiſſe tres , quia diabolus habet tria rhetia ſcilicet precipua ſuper mundum:vt quicunque euaſeritde rhetibus gulæ incidat in rhetia ſuperbiæ, & qui hæc euaſerit incidat in rhetia vanę gloriæ. Et ſi queras. Quare Deus permittat diabolum habere tot rhetia:reſpon. Gorra:quod expedit nobis vt per ea tēmur primo ad humilitatem & cautelam.Eccl.34.Qui non eſt tentatus quid ſcit? Secundo ad compaſsionem addiſcendā.vnde Paulus ad Hebr.iiij. poſtquam dixerat quod non habemus pontificem qui non poſsit compati infirmi tatibus noſtris:ſubiunxit tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Tertio ad coronam promerendam Iaco. j. beatus vir qui ſuffert tentationes.Notandum eſt etiam quod tunc reliquiſſe eum diabolus dicitur non ſimpliciter , ſed ad tempus vt dicit Lucas: quia ſcilicet tempore paſsionis regreſſus eſt ad eius mortem procurandam. Et quia victores cōſueuerūt honorari. ideo ſequitur. (Et ecce angeli acceſſerunt)ſecundum Chry.Non dicitur deſcenderunt ſed acceſſerunt : quia cum ſemper eſſent in obſequium Chriſti in terra:receſſerant ab eo vt darent diabolo locum,& audaciam inuadēdi(& miniſtrabāt ei)ſicut ſerui domino ex quo Chriſti diuinitas manifeſtatur Greg.i. homi.Homo eſt quem diabolus tentat: & idem ipſe Deus eſt cui ab angelis miniſtratur. Hæc ille. Statim autem poſt tentationem dicuntur angeli acceſsiſſe.Primo ſecundum Chry. vt oſtenderet dignitas Chriſti cui angeli ſemper in miniſterium aſſeſſent. Secundo iuxta eundem:ad oſtendendam angelicā cuſtodiam fieri circa homines. Poteſt autē addi tertio ad oſtendendum quod ei qui diabolum vicer t ſtatim adeſt ſpiritualis conſolatio maior ſolito. & Quarta ad oſtendendum quod dum ſumus in pugna adeſt quidem auxilium diuinum : ſed tamen ad bonum noſtrū expectat Deus videre certamen vt chriſtus dixit Antonio Chry.ſuper Mat.In quibus autem rebus illi miniſtrabant ſcire non poſſumus. Vtrum ad ſanationes infirmitatum an ad correctionem animarum an ad effugationem demonum , qui omnia per angelos facit vnde ei facientibus ipſe facere videtur tamen manifeſtum eſt quod non propter neceſsitatem impotentiæ eius miniſtrabant:ſed propter honorem potentię ipſius,¶ Non enim dicitur ꝙ adiuuent eum,ſed ꝙ miniſtrent.Hęc ille. Sed quia in diuina ſcriptura frequēter per miniſteriū accipitur exhibitio alimentorum & quia Chriſtus eſuriebat & erat ſolus in monte credo quod miniſtrabāt ei: quia detulerūt ei cibum & etiam miniſtrabant ei eo modo qui dicit Chryſo. ¶ Aduertendum eſt autem quod

I quòd ſicut dicit Angu.de conſen.euan. Lucas non narrat iſtas tenrationes factas iſto ordine quo Matt.ſed dummodo facte ſint nihil refert:quia nec Lucas illum ordinem aſſerit licet illo ordine ex aliqua cauſa narret. ſicut autem dicit glo.Matth. videtur conſyderaſſe ordinem tentationis Adæ:& illo ordine expoſuiſſe tentationem chriſti. Sed in rei veritate ordinem fuiſſe quẽ
K tetigit Lucas.v.ſ.prima fuerit de gula. ſecunda de ſuperbia in monte tertia de de inani gloria in hieruſalem.S. Tho. autem nec ſuper Matt.nec in.iij.parte. q.xlij.videtur determinare quis fuerit verus ordo:ſed mihi videtur quã ille ſit,quem tenuit Mat.quia poſt increpationem ſathanæ nulla fuit tentatio cũ abſceſſerit à chriſto.increpatio autem
L fuit quando ille tetigit honorem dei: vt diceretur.hoc autem fuit in monte ſecundùm Matt.& Lucam.& conſequẽter in monte fuit vltima tentatio. Eſt etiam notandum quòd exſcriptura colligimus quater angelos chriſto ſeruiſſe & aſtitiſſe.Primo tempore tentationis vt hic.Secundo tempore paſſionis ſeu tribulationis in orto:vt Luce vigeſimoſecundo capite Tertio poſt reſurrectionem vt Matthæi vigeſimo-
M octauo capite& Quarto tempore aſcenſionis in cœlum iuxta illud prẽuenerunt principes &c.Et hoc in ſignum quòd debeamus eorum auxilium maxime implorare tempore tentationis ne ſuccumbamus,& anguſtiæ ne impatienter feramus & tempore,quo ſurreximus à peccato ne recidiuemus & tẽpore mortis ne periclitemur:ſed itinere recto ducant nos ad dominum. Adiuuant nos orando per compaſſionem & dirigendo per illuminationem & inflammando affectum per interiorem locutionem ſeu exhortationem:& comprimendo diabolicam poteſtatem reſeuiat quantumlibet. ¶ In hac autem parte ſunt adhuc multa documenta in ſenſu morali.Primum tangit Amb. ſuper illo verbo:hæc omnia dicens.Habet autem ambitio domeſticum periculum. Vt enim dominetur aliis primùm ſeruit.Priuatur obſequio vt honori deſeruit.Priuatur obſequio vt honori detinetur:& dum vult eſſe ſublimior fit remiſſior. Hæc ille. Secundum tangit Chry.ſuper Matthæ.ſuper illo verbo. Vade ſathana:di.Videndum autẽ quia chriſtus paſſus fuit tentationis iniuriã dicente diabolo.Si filius dei es,mitte te deorſum:& non eſt turbatus:nec diabolum increpauit.Nunc autem quando diabolus dei ſibi vſurpauit honorẽ.
C exaſperatus eſt & eum repulit dicens. Vade ſathana:vt illius exemplo diſcamus noſtras quidem iniurias magnanimitate ſuſtinere,dei autem iniurias neque ad auditum ſufferre: quoniam in propriis iniuriis eſſe quempiam patientem laudabile eſt:iniurias autem dei diſſimulare nimis eſt impium. Hæc ille.Tertium tangit idem ibidem ſuper illo verbo:tunc reliquit eum diabolus dicens Hoc ad noſtram proficit conſolationem:quia non tandiu homines dei diabolus tendat quandiu vult ſed quandiu chriſtus permittit.Et ſi cum permittat pauliſper tentare tamen repellit propter infirmam naturam.Hæc ille.Filius perditionis diabolus neminem tentare poteſt:niſi id diuina permiſerit voluta.

A

Feria.ij.poſt dominicam primam in Quadrageſima. Matth.xxv.

CVm venerit filius hominis in maieſtate ſua & omnes angeli eius cũ eo:
B tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ. Et congregabuntur ante eum omnes gentes & ſeparabit eos abinuicem: ſicut paſtor ſegregant oues ab hedis Et ſtatuet, oues quidem à dexTris ſuis:hedos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à
C dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei poſsidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: Eſuriui em & dediſtis mihi manducare. Si tiui: & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram: & collegiſtis me. Nudus & operuiſtis me.
D Infirmus: & viſitaſtis me. In carcere eram:& veniſtisad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti Dicentes.Domine quando te vidimus eſurientem:& pauimus ſitientem:& dedimus tibi potum.Quando autẽ te vidimus hoſpitẽ & collegimus te. Aut nudum & cooperimus te. Aut
E quãdo te vidimus infirmũ: aut in carcere & venimus ad te. Et reſpõdens rex dicet illis. Amẽ dico vobis quãdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis mihi feciſtis Tunc dicet & his qui à ſiniſtris eius erunt. Diſcedite à me maledicti in ignem
F eternũ qui preparatus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim:& non dediſtis mihi mã ducare.Sitiui: & non dediſtis mihi potũ.Hoſpes erã & non collegiſtis me. Nudus:& non operuiſtis me. Infirmus & in carcere & non veniſtis ad me.
G Tunc reſpondebunt ei & ipſi dicentes. Domine quãdo te vidimus eſurientem:aut ſitientẽ: aut hoſpitem:aut nudũ:aut infirmum:vel in carcere & nõ miniſtrauimus tibi? Tũc reſpõdebit illis dicẽs. Amẽ dico vobis:
H quãdiu nõ feciſtis vni de minoribus his:nec mihi feciſtis. Et ibunt in ſupplicium æternum iuſti autem in vitam æternam.

CVm venerit filivs hominis in maieſtate ſua &c.)Mat.xxv. In preſenti euangelio tanguntur tria

I puncta. quæ sunt Segregatio: Præmiatio: & Condẽnatio. ¶ Quantum ad primum Christus dicit quanque fienda separationem malorum a bonis. Dicitur ergo (Cum venerit) scilicet in die iudicii generalis futuri. Scut enim docet. S. Tho. iiij. di. xlvij. dupliciter aliquis potest iudicari. Vno modo vt hæc persona singularis: & sic iudicatur proprio iudicio. Alio modo vt pars ciuitatis vel
K humani generis. & sic iudicatur aliquis iudicio generali quando iudicatur ciuitas vel quando iudicabitur humanum genus: quod fiet in extremis. Est enim futurum generale iudicium vt ibidem dicit. Sicut enim Dei operatio circa creaturas pertinet ad rerum principium quo producuntur in esse: ita iudicium ad terminum quo in suum finẽ
L producuntur. ¶ Distinguitur autem duplex dei operatio. Vna ideſt qua res produxit vniuersaliter in esse a qua septima die quieuit. Aliam quæ res productas administrat etiam non operando. Similiter ergo debet duplex iudicium distingui: ordine tamen contrario. Vnum est in morte quod respõdet operi gubernationis quoquisqui iudicatur secũdũ quod competit sibi & gubernationi vniuersi. Vnde premiatio
M vnius secundùm hoc iudicium differtur pro vtilitate aliorum & pene vnius sunt ad profectũ alterius. Aliud est ex aduerso respondens primæ rerum institutioni: quo dabitur vltima completio modo vno quoque accipiente ꝙ ei debetur secundùm seipsum non ordine ad gubernationem. & erit vniuersalis separatio malorũ à bonis: quia iam non erit opus vt boni per malos proficiant. Sed in. iij. par. q. lix. assignat hoc ius aliam rationem dicens. Iudicium perfectum ideſt verum & manifestum de aliqua re dari non potest: nisi re finita & cõpleta in se & in suis effectibus. Ex effectibus enim actio quæ videbatur bona: ostenditur aliquando mala fuisse. Vita autem hominis postquã terminata est in se dependet aliquo modo ex futuris: quæ ad aliquod præmiũ vel ad aliquam punitionem hominis pertinent. Primo quidem ex fama bona vel mala. Secundò ex filiis. Tertio ex effectibus suorum operum. sicut ad premium beati Domini pertinent omnia bona quæ ex suo ordine proueniunt. Quarto ex corpore quod interdum honorifice sepelitur: interdũ manet inhumatum. Quinto ex temporalibus infixerat cor. Omnia autem hæc subiiciuntur existimationi diuini iudicii: quod fiet eis consummatis. Iudicatur tamen homo post mortem statim quo ad pertinentia ad animam: quia in talibus sortitur quendam statum immobilem. Corpus autem remanet mẽtabilitati subiectum transiens de forma in formam vsque ad finem temporum: & tunc recipiet premium. Et licet hoc iudicium secundùm diuinam scipturam sit futurum: incertum tamen
D di qui ex scripturis colliguntur Primus est primariæ authoritatis: quo iudicabit tota trinitas. Secundus est authoritatis delegatæ quodammodo & prolationis sententiæ quæ iudicabit christus. Tertius est assessoriæ dignitatis quo iudicabunt apostoli. & qui cũ que paupertatem voluntariam sunt secuti. Quartus est approbationis, quo iudicabuntur omnes electi. Quintus est comparationis facti melioris quo iudicabuntur minus mali puta niniuitæ iudeos. Vide de his omnibus. S. Th. iiij. di. xlvij. vnde omnia ista sum: possunt. (Et omnes angeli eius cũ eo) ad honorem iudicis secundùm aliquos vel vt sint testes secundũ. S. Tho. vbi supra Chry. in homil. omnes angeli cũ christo aderunt: testantes & ipsi quãtũ administrauerũt missi à domino ad hominum salutem. Hæc ille. Non autem vt sint iudices secundùm eundem. S. Tho. quia assessores debent iudici proportionari qui erit christus inquantũ homo quo ad authoritatem acquisitam & secundariam. Et licet sit tota trinitas quo ad naturalem & principalem: tamen iudicium attribuetur christo qui omnibus apparebit. Iudicabunt tamen approbando sententiam iudicis. Vel secundùm Augu. libro de penitentia: per angelos intelliguntur homines qui cum christo iudicabunt: qui angeli. i. nũtii erunt quia bonis æternam salutem nuntiabunt iudicabunt autem aliqui homines cum christo. i. apostoli vt habetur Mat. xix. & qui voluntarie fuerunt pauperes secũdùm sanctos & hoc secundùm. S. Thom. vbi. supra Primo ratione congruitatis: quia cũ relictis omnibus adhereant christo: non H est quoà iustitia flectani. Secũdo rõne meriti: qa hũilitati debet exaltatio. Pauperras aũt iter oĩa facit, despectũ in prę senti. Tertio: rõne dispositionis. Nã sancti iudicabũt inquãtũ habebũt cor edoctũ oĩ diuina veritate: vt illũ possint aliis manifestare: ducẽdo eos in notitiã diuinæ sniæ vt patet vbi. s. Prima aũt dispositio ad ꝓfectionẽ ideſt ad tale

A uitatis, ecclesiæ quibus habet prouidere: ne sint imparati. (Filius hominis.) Sic se vocat christus: vel quia est filius vnius tantum ideſt virginis: vel ex humilitatis: quod melius est. Dicit vero filium hominis venturum ad iudicium propterea quòd in forma humana iudicabit secundũ omnes sanctos quia cõpetit ei dominiũ nõ solũ ratione creationis, sed etiam ratione redemptionis
B quæ conuenit ei vt homo: secundùm. S. Tho. vbi. supra (In maiestate sua). i. in diuinitate secundùm Remi. & intelligere patenter. Patebit enim eius maiestas in signis deitati: que sunt societas angelorum & sanctorum & effectus mirabiles tunc apparentes. Vel in mastate. i. in gloria sui corporis secundùm Orig. vt. s. talis appareat qualis in trãsfiguratione. Iudicabit enim secundùm
C S. Tho. vbi forma humanitatis gloriosa: quia est mediator: & consequenter sicut in primo aduentu, quando gerebat vices nostras, recõciliando nos deo apparuit in nostra infirmitate: ita quãdo exequetur iustitiam patris in secũ est & ex communione ad patrem quæ gloria malis erit in supplicĩ. Pro his scito quòd sunt quinque modi iudicã-

E iudicabuntur minus mali puta niniuitæ iudeos. Vide de his omnibus. S. Th. iiij. di. xlvij. vnde omnia ista sum: possunt. (Et omnes angeli eius cũ eo) ad honorem iudicis secundùm aliquos vel vt sint testes secundũ. S. Tho. vbi supra Chry. in homil. omnes angeli cũ christo aderunt: testantes & ipsi quãtũ administrauerũt missi à domino ad ho
F minum salutem. Hæc ille. Non autem vt sint iudices secundùm eundem. S. Tho. quia assessores debent iudici proportionari qui erit christus inquantũ homo quo ad authoritatem acquisitam & secundariam. Et licet sit tota trinitas quo ad naturalem & principalem: tamen iudicium attribuetur christo qui omnibus apparebit. Iudicabunt tamen approbando sententiam iudicis. Vel secundùm Augu. libro de penitentia: per angelos intelliguntur homines G qui cum christo iudicabunt: qui angeli. i. nũtii erunt quia bonis æternam salutem nuntiabunt iudicabunt autem aliqui homines cum christo. i. apostoli vt habetur Mat. xix. & qui voluntarie fuerunt pauperes secũdùm sanctos & hoc secundùm. S. Thom. vbi. supra Primo ratione congruitatis: quia cũ relictis omnibus adhereant christo: non H est quoà iustitia flectani. Secũdo rõne meriti: qa hũilitati debet exaltatio. Pauperras aũt iter oĩa facit, despectũ in prę senti. Tertio: rõne dispositionis. Nã sancti iudicabũt inquãtũ habebũt cor edoctũ oĩ diuina veritate: vt illũ possint aliis manifestare: ducẽdo eos in notitiã diuinæ sniæ vt patet vbi. s. Prima aũt dispositio ad ꝓfectionẽ ideſt ad tale

cor:

Icor: est contemptus diuitiarum: quia vltimo acquiruntur: & consequenter primo deferuntur in motu ad perfectionem (Tunc sedebit super sedē maiestatis suæ) Ista sedes maiestatis metaphorice dicitur & secundum Orige. erit congregatio aliquorum perfectorum hominum qui dicuntur sedes in iudicio:aut quędam virtutes angelicæ: siue throni sint:siue dominationes. Vn-
K de & in Psal. dicitur sedere super cherubin. Et siue sint homines siue angeli dicuntur sedes secundum.S.Tho.super Matth.quia per illos Deus suum iudicium exercet. Alii vero per sedem intelligunt authoritatem iudicandi quæ duplex est:vt dictum est. Vel sedes ista est illa gloriosa nubes,in qua venturus est: in qua non est irrationabile Christum iudicaturum sedendo, vel saltem
L astare sibi sedem paratam. Sedebit autem Christus in ista sede supra montem oliueti:cui adiacet vallis Iosaphat secundum.S.Tho.vbi supra,quia licet certe sciri nequeat tamen ex scripturis probabiliter creditur,quòd ibi videbitur, vnde ascendit in cœlum. Multitudo autem hominum in circuitu erit vt possit Christum videre:quia longe vi-
M debitur:quia erit in aere & fulgidus vt sol. Ideo sequitur:(Et congregabuntur ante eum omnes gentes.) Omnes inquam etiam pueri nihil præter originale habentes: vt videant gloriam iudicis. Et hæc cōgregatio erit vt dictum est in valle Iosaphat secundum sanctos: & secundum scripturam Ioel.iij. Et licet magister in.iiij.dist.xlviij.dicat ridiculosum esse quòd Christus descendat in vallem:tamē ibi sentit quòd erit in aere supra montem oliuarum: vt etiam videtur velle scriptura Zaca. xiiij.vbi dicitur. Stabunt pedes domini in die illa supra montem oliuarum. Congregabūtur inquam vt omnes iudicentur quātum ad receptionem præmii vel pœnæ: non autem vt omnes discutiantur: vt dicetur. Et notanter dicitur gentes:non angeli quia non proprie iudicabuntur. Fiet autem ista congregatio secūdum Aug.ministerio angelorum. Pro his notandum est ex.S. Tho.iij.parte.&.iiij.vbi supra q̄ Christo inquātum homo competit potestas iudicandi angelos. Tum quia est prior verbo: tum quia humilitas passionis meruit vt sibi omne genu flectatur. Tum quia ministrant circa homines, quorum est caput. Iudicat autem eos quantū ad tria vt dicit Primo quātum ad dispensationē eorū quæ agunt. Secundo quantum ad prędicta accidentalia & accidentales pœnas quibus hic demones affliguntur: aut excludentur ab hoc mūdo in abyssum:quod eis valde displicet vltra suam essentialē pœnam. Tertio quātum ad essentiale præmium & essentialem pœnam: quod à principio factum est per Christum inquantum est verbum Dei. Non tamen vt dicit iudicabuntur directę:quia non discutientur:cum in bonis angelis non sint mala admixta bonis:neque in malis bona admixta malis:neque etiā præmiabuntur pro meritis propriis:cum à principio fuerint prędestinati. Sed iudicabuntur indirecte secūdum præmiationem: quia recipient accidentale præmium,pro his quę procurauerunt quia scilicet,boni amplius gaudebunt de la-

A lute eorum quos inuerunt:& è conuerso mali dolebunt de his quos subuerterunt. Iudicabimus tamē angelos.j.Corint.iij.s.comparatione:inquātum quidam homines quibusdam angelis erunt superiores. Sed ne hominibus loquendo:omnes quidem ante Christum comparebunt non solum.xij.tribus Israel: sed & omnes gentes per.xij.tribus acB ceptæ & significatæ: vt omnes videant exaltationē eius qui pro omnibus sanguinē fudit. Et omnes etiam adulti iudicabuntur quantum ad receptionem præmiorū. Aliqui vero boni discutientur.s.qui cum bonis & meritoriis operibus habebunt mixta notabilia mala: vt omnibus pateat iustitia iudicantis. Aliqui vero nō.s.reliqui. Similiter erit in malis. Aliqui enim iudicabuntur di-
C scutiue.s.qui fidē habuerūt cuius actus laudabilis est,& de se ordinatus ad merendum:ideoque sicut ciues saltem numero, & si non merito:non condemnabuntur morte,sine discussione:sed infideles non habent mixtionem talem bonorum & malorum quæ discussionem requiret. Sublato enim fidei fundamēto:omnia sequentia opera carent rectitudine intentionis perfectæ. Et ideo vt
D hostes sine audientia cōdemnabuntur. Omnia prędicta sunt.S.Tho.doctrina vbi supra, vel alibi. De ista autem discussione dicetur infra. (Et separabit eos adinuicem) & hoc secundum Ori. inquantum cuilibet erit manifesta iustitia, vel iniustitia cuiuslibet. Vnde ista prima separatio nō erit secundum situm:sed eo modo quo alibi nigris dicuntur separati: etiam si localiter sint commixti. Ista autem separatio licet

modo sit. tamen non constat nobis, sed E tunc constabit:ideo dicetur fieri vel dicetur non fieri habito respectu ad separationem situalem, quæ ad istam sequitur & fiet tunc.de qua etiam dicitur secundum alios idemmet.s.& separabit eos abinuicem.s.situaliter.quod secundum.S.Tho.super Matt.dupliciter potest intelligi. Vno modo quia boni habebunt nobiliorem situm:quia erunt in aere:vel quia ad literam erūt in dexte-F ra iudicis. Ego autem credo quòd vtrūque erit vt intelligamus iustos esse ante faciem iudicis in nobiliori loco:etiā si nō essent in aere eleuati (sicut pastor segregat oues).i.iustos sic dictos secundum Orig.propter mansuetudinem secundum Chry.vero propter vtilitatem vel innocentiam. Homo enim iustus, instar ouis est,mansuetus in tolerando, est vtilis in fructificando verbo & ope-G re:ita quòd quicquid eius est:totum est vtile, & ædificatorium: & innocens in offendendo (ab hedis) .i.iniustis sic dictis secundum Orig.quia per saxa dura & peccatorum præcipitia gradiuntur.secundum Chryso.quia infructuosi sunt:vel secundū Hier.quia hedus semper feruet coitu. ideo etiam pro peccato principis offerebat (Et statuet oues quidem à dextris: hedos autem à sini-H stris) vel ratione nobilioris, & ignobilioris situs: vel quia ad literam sic fiet: vel propter vtrūque:vt dictum est. Ad intellectum tamen horū vide in Euangelio de ascensione domini. In hac parte est literaliter vnum documentum: quod beatus Paulus tangit dicens. ij. Cor.j. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnus-

quisque propria corporis prout gessit: siue bonum siue malum. ¶ Quãtum ad secundum tangitur præmiatio iustorũ. Ad intellectum autẽ sequentium scien dum est quòd.S.Tho.iij.vbi supra dicit: nõ esse certum vtrum iudicium illud quo ad accusationẽ & disceptationem seu discussionẽ & sententiam fiat vocaliter vel mẽtaliter:sed probabilius creditur quòd fiet mẽtaliter quo ad illa K omnia quia si singulorũ facta oretenus deberẽt enarrari:nimis prolixum tẽpus requireretur Sed ca.iij.di.xlvj.ad argumenta contra quartã conclusionẽ dicit quòd duplex erit sententia ibi.s.Vna singularis:qua quisq; seipsum videbit tãtæ pœnæ vel glorię destinatũ. Alia generalitas:quæ duplex est,vna.s.pro bonis,alia pro malis.Et ista nõ exigit multum tẽpus:& vocaliter fiet.Sed videtur L esse dissonãtia inter illũ & S.Tho.qui post prędicta subiũgit quòd eã quæ dicuntur.Matt.xxv.i.in præsenti Euãgelio filii mẽtaliter & tamen cõstat quòd ad generalẽ sententiam pertinẽt. Soluitur autẽ sic.Primo.Nã ista quæ hic narrantur.s.discussio & sententia dupliciter fiet. Primo circa singulos seorsum. & Secũdo gñaliter circa multos. Et primũ erit mẽtale, ratione prolixitatis tẽM poris, secũdum autẽ erit vocale nõ solum quo ad sententiam. sed etiã quo ad illud examẽ. Esurii &c. Et secũdo sic. Nam.S.Tho.vt ex sua ratione patet.loquitur de his quæ circa singulos fient. seu de examine. Beatus autẽ Mat.ponit aliqua quæ fient circa singulos.s.discussionẽ seu examen quo ad opera misericordiæ, per quæ oĩa alia intelligũtur. Quædã vero que fient gñaliter quo ad omnes:vt illa sentẽtia.Venite &c.& ille.Ite &c. Et de istis loquitur Capreolus. Et licet iste scientiæ ponãtur ante examẽ,tñ hoc est anticipatiue dictũ vel his illa dicentur. vel sententia vocaliter præcedet:& discussio sequetur mẽtalis. Primo igitur Christus discutiet singulorũ cõscientias. deinde sequetur apud singulos propria sentẽtia quã Matt.tacet:& tertio cuilibet diuina virtute fiet manifesta cõscientia cuiuslibet eo modo quo.b.Benedicto est totus mundus oste̅tus vel alio. Et quarto sequetur generalis illa sentẽtia & vocalis ex datibus cathegoricis cõpositis. s. Venite & ite.& discussio.s. Esurii &c.quæ etiam erit vocalis.iuxta primũ modũ soluendi:vel saltẽ sententia. iuxta secundum ideo dicitur.(Tunc facta discussione & particulari sentẽtia)dicet rex vocaliter loquendo vel mentaliter (his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei).i.à patre meo:quia imperatiue benedicit efficiẽdo in benedicto bonum quod ei dixit. homines autẽ benedicunt secũdum.S.Tho.Roma.xij.lect.ij.indicatiue laudãdo:vel optatiue deliberando non autẽ imperatiue nisi inquantum ministri Dei. Sunt autẽ iusti benedicti actu ratione gratiæ in via.& benedicẽdi ratione gloriæ. Ideo sequitur. (Possidete paratum vobis regnum ab origine mundi.) Vbi notandũ quòd non dicitur:accipite sed possidete.i.introire in possessionẽ.Secundum.S.Tho. enim super Matth.dicitur possessio in quam habetur ius. Habemus autem in hoc regno ius ex ordinatione diuina.& ex acquisitione Christi. Item secũdum eundem dicitur possessio quia pacifice habe

A habetur cum plenario dominio. Sed secundum Chrys.dicitur possidere quod sunt hereditaria bona cum simus filii Dei: & nobis antiquitus præparata: ideo subditur (quod vobis paratum est ab origine mundi) imo quod ab æterno.quia secundum Hier.hoc intelligitur secundum prædestinationẽ.Est autem hoc regnum nobis paratum ipsa sanctorum societas quod regnum dici-B tur possidere quilibet beatus multipliciter.Primo ratione regnãtis: de cuius regno gaudet:ac si ipse vt ita dicam regnaret. Bona enim amicorũ nostra dicimus. Secũdo ratione societatis cuius ipse est membrũ eo modo quo dicimus italos possidere regna italiæ.Sequũtur autẽ aliqua quæ saltẽ quo ad singulos mẽtaliter fient cũ dicitur.(Esurui enim C & dedistis mihi mãducare. Sitiui & degistis mihi bibere. Hospes erã & collegistis me.Nud.& o.me.Infir.& vi.me. Incar.& ve.ad me.) Est autẽ aduertendum quòd opera misericordiæ corporalia sunt septẽ iuxta doctrinã.S.Tho. ij.ij.q.xxxij.& cõtinentur in isto versu.Visito:poto:cibo:redimo:tego:colligo:condo.Et ratio est:quia septem sunt corporales defectus hominis ad quos alii reducũtur.s.famis:sitis:habitaculi: D nuditatis:sanitatis: libertatis: & defectus sepulturæ.Omisit autem dominus sepulturam secundum sanc. Tho. ibi: quia enarrabat opera necessariora: vt quo ad damnatos euidentior eorum damnatio fieret tamẽ in aliis locis scripturæ commendantur sepelientes caros hominum vt Thobias. (Tunc respondebunt ei iusti dicentes.) Ex quo patet quo ista discussio erit mentalis. quia si totus mundus vocaliter Christo E responderet aut omnes iusti:esset confusio vocum.Et sic secundus modus respondendi supradictus est melior quãuis dici possit quòd Christus vocaliter loquetur: & alii mentaliter respondebunt. Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus?sitientem & dedimus tibi potum? Quando autem te vi. hõ. & colle.te.aut nu.& cooperuimus te? Aut quando te vi.infir. aut incar.& F ve.ad te?) Ista interrogatio non procedit ex ignorantia: quia iusti certitudinaliter scient quòd opera misericordię facta mẽbris Christi:Christus sibi reputat fieri:& se pro talibus saluari. Sed secundum.S.Tho.super Matth.& Raba. procedit ex admiratione magnitudinis gratiæ datæ à Christo & paruitatis boni facti ab eis.(¶ Et respondens rex dicet illis Amen) id est, verè (dico vobis G quandiu fecistis vni de his fratribus meis meminis mihi fecistis)fratres domini secundum.S.Tho.super Matthæ. sunt non solum boni per gratiam sed etiam mali per naturam, quibus etiam dandum est in necessitate, sed cæteris paribus magis dandum est melioribus: quia & verius sunt fratres domini.quia fratres sunt qui Dei faciunt voluntatem Matth.xij. Vnde & Hierony.dicit H quòd de talibus loquitur. qui & secundum Chr.dicũtur minimi,quia sunt humiles,quia pauperes quia abiecti. Non autẽ hic fit mentio.de.vij.operibus misericordiæ spiritualibus, quia illæ pro maiori parte pertinent ad prælatos. Sunt autẽ Prima oratio. Secũda doctrina in speculatiuis. Tertia,consilium in practicis.Quarta,cõsolatio in tristitiis.

I Quinta correctio in delictis Sexta remissio in iniurijs Septima supportatio in fastidijs. Et continentur in hoc versu. Consule: castiga, solare, remitte fert, ora: ita tamen quod sub eodem intelligatur consilium & doctrina Vide. ij. ij. quæstione. xxxij. Sed si fratres domini sunt omnes & maxime iusti, quæritur quid in verbis domini demonstret ly his cum loquitur iustis. Et dicēdum quòd ista locutio omnibus fiet K in singulari: & tunc ly his demonstrat alios iustos & iniustos: quia pro operibus misericordiæ exhibitis etiā iniqui, facti percipient retributionem à domino secundum doctrinam sanctorū. Sed si hominibus in singulari logtur quare dicitur, dicet illis? Dico quòd quia singulis seorsum dicetur, ideo pluraliter dicitur dicet illis & ly his non demonstrat aliquid seorsum ab omnibus L iustis & iniustis sed à singulis. Vel potest dici quòd ista verba que discussionem sonant non dicentur omnibus iustis, sed hic solum qui discutientur. Et tunc ly his, demonstrat reliquos sanctos, maxime assessores pauperes, q̄ speciali ratione dicuntur fratres Christi, quia eadem vitam seu cōuersationem duxerūt, scilicet pauperem & maximè M mendicam & similiter ministrat omnes alios iniustos. ¶ In hac parte est literale documentum quod opera misericordiæ sunt in precepto, quia de his fit discussio in iudicio vt dāneris vel saluetis. Remi. Et notādum quòd in hoc loco opera misericordiæ à domino connumerantur quæ quicunque implere studuerint regnum à cōstitutione mundi preparatū electis percipere merebitur. Hec ille. ¶ Quantum ad tertiū tangitur maiorum condēnatio cum dicitur. (Tunc dicet & his qui à sinistris eius erunt.) Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui para. est Diabolo &. Ange. eius.) Hec verba autem dicet Iudeis his: aut dicet vocaliter postea que sequuntur quāuis antepositā sint. vel si dicet ea vocaliter, & ante ea que sequuntur: tunc que sequuntur dicet mentaliter, vt videtur. Ex his autem patet vt dicit Aug. xxj. de ciui. Dei quòd ignis idem demones & homines cruciabit. Quomodo autem corporalis ignis possit affligere spiritum aut Corpus sine eius corruptione: vide dominica prima post festum trini. (Esurivi enim & nō dedistis mihi mam. Si. & nō dedistis mihi po. hosp. eram & non colligistis me. Nu. & non cooper. me. Infir. & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes. Domine quando te vidi. esu. aut siti. aut hosp. aut nudum infir. aut in car. & non ministra tibi?) Ista interrogatio potest procedere ex admiratione magnitudinis penę illatę: sicut & de iustis dictum est suo modo & etiam ex ignorantia qua iniqui non intellexerunt se Christum in suis pauperculis contempsisse. (Tunc respondebit illis. di. Amen. dico vobis quādiu non fecistis vni de minoribus his nec mihi fecistis (Et ly his potest hic referre aliquid seorsum ab omnibus malis de quibus est sermo. (Et ibunt) non spōte, sed coacti ab Angelis malis exequētibus sententiā iudicis: vt. S. Tho. iiij. vbi suprà videtur velle quāuis alii qui dicant quòd sua sponte veluti desperati recedēt à Deo (hi,) id est mali (in

A li (in supplicium æternum: iusti autē in vitā æternā,) ibunt ad visionē Dei secundum Aug. quia cōtemplatio promittitur nobis actionū omniū: finis. at æterna perfectio gaudiorum. Hec ille. Ibunt autem tunc sancti ad vitā æternam duobus modis secundū quòd vita sumitur dupliciter, scilicet p̄ essentia viuentis: & pro operatiōe vitali. Resurgent enim ad vitam immortalē & eleB uabuntur ad illam visionem quæ & est vita & est æterna: nō solū quia semper durabit: sed qa in ea nulla est variatio: ita p̄ sancti inæternū nō plus videbūt in deo quā in primo instāti quo videbunt secūdū. S. Tho. vbique & hæc virtute predictę visionis: cū quo tamē stat p̄. videntibus Deū cōtinue aliqua noua reuelentur quādiu durāt illuminatioC nes. Dicitur autē vita beatorum potius ęterna quā damnatorū quāuis vtraque semper duret: quia inuariabiliorē maxime quo ad ipsum intelligere beatū quòd semper vnū numero erit & ęque intensum semper. & dicitur vita cū sit operatio vitalis. ¶ In hac parte est documentū morale: quod Grego. tangit. xxv. mora. di. Si tantā pœnā minatur ei qui sua nō dedisse conuincitur. qua D pœna feriēdus est qui redarguitur obtulisse aliena? Hec ille. ¶ Est autē iterū aliud documentū. Nā ex hoc Euāgelio patet p̄ iudex primo opa examinabit cū dicitur. esuriui &c. Examinabit aūt quātū ex scriptura colligitur omnia cogitata & dicta & facta & cōmissa nobis circa q̄ omiserimus. Ista autē cōmissa sunt quatuor, scilicet tēpus de quo mala rōnē reddent otiosi & res tēporales de quibus malā rōnē reddent auari & corpus de quo luxuriosi: & anima de E qua superbi: qui abiecta Dei imagine super induxerūt diabolicā. ¶ Patet secundo p̄ examinata ponderabit: qa dicet Amē dico vobis quādiu &c. Michael igitur ponderato animaliū secundū representationē ecclesię aliquas inueniet nullius ponderis, que nulla bona habebūt. Cuilibet tali dicetur illud Dañ. v. Appensus es in statera: & inuentus est F nō quidē minus vt ibi dicitur. sed nihil habens: & proijcietur in fornacē. Quedam autē erūt semiplene quæ, scilicet penitētes nō cōpleuerunt satisfactionē. Iste inueniētur minus habere & ibunt ad purgatorium. Quędā verò erūt plenæ & satis habentes quæ, scilicet quātū deliquerūt tantū satisfecerūt. Quedam verò super plenæ multū habentes. Ambo autē ista genera animarū ab illo cāpsore ponētur in thesauro celesti. TerG tio ponderata. sententiabit. quia dicet: discedite. Quarto sentētiata executioni mandabit: qa ibunt &c. ita q̄ nō euadent per appellationē aut supplicationē: aut per querelā falsi: aut per satisfactionem quin damnentur iniqui.

Feria. iij. post Dominicam. j. in quadragesima. Matth. xxj. M

Vm intrasset Iesus Hierosolymam: cōmota est vniuersa ciuitas, dicēs. Quis est hic, Populi autē dicebant. Hic est Iesus propheta à Nazaret Galileę. Et intrauit Iesus

in templum Dei & eiiciebat omnes vendētes,& ementes in templo,& mensas numulariorum & Cathedras vendētium columbas euertit. Et dicit eis. Scriptum est,Domus mea domus oratiōis vocabitur:vos autem feciſtis illam ſpelūcam latronum. Et acceſſerunt ad eum K cecī,& claudi in templo & ſanauit eos. Videntes autē principes ſacerdotum,& ſcribæ mirabilia:que fecit:& pueros clamantes in templo & dicentes Oſanna filio Dauid,indignati ſunt, & dixerunt ei. Audis L quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis,vtique. Nunquam legiſtis quia ex ore infantiū, & lactantium perfeciſti laudem? Et relictis illis,abijt foras extra ciuitatē in Bethaniā ibique docebat eos de regno Dei.

M CVM INTRASSET IEſus Hieroſolymā &c. Matt. xxj. In preſenti Euang. tanguntur tria puncta q̄ ſunt Comotio,Eiectio.Indignatio. ¶ Quātum ad primū ſciēdū eſt q̄ vt ex textu Euangelij patet,iſte ingreſſus domini in Hieruſalem de quo in Euangelio eſt ſermo.fuit quando cū tanta gloria deſcendit de monte Olīueti vt habetur dominica.j.Aduentus. Ideo ad intelle-

ctum p̄ſentis Euangelij.ij.oportet pre- N ſupponere fere omnia que in illo dicuntur. Procedebat ergo Chriſtus ſtipatus cateruis populorum magnificantiū eū vocibus,& ramis letitiæ & cum tanta gloria intrauit ciuitatem. (Et cum intraſſet Hieroſolymam,) ſcilicet cū ſolēnitate de qua ibi dictū eſt (cōmota eſt) id eſt,cōturbata eſt ex inuidia:vel commota eſt id eſt admirata ſecūdum alios:vel forte fuit vtrūque (vniuerſa ciuitas) id eſt principales ciuitatis.qa dolebāt & mirabantur de honore exhibito Chriſto qa homo laudabaſ quaſi Deus. Et tamen vt dicit Chryſo.etiam ipſi laudantes non intelligebāt quæ ci cebant ſed ſpiritusſanctus ingreſſus in eos verba formabat. Vel mirabantur de ſuſcitatione Lazari.item de doctri- na propter quā etiam aſcenderat Chriſtus in templū licet de hac nō miraretur in ingreſſu ciuitatis (edict°. Quis eſt hic) quaſi dicerent. Iſte non eſt:vel ſaltē non videtur talis ac tantus vt his laudes mereatur.(Populus autem,) id eſt vilis plebs ſecundū Hier.(dicebāt. Hic eſt Ieſus propheta) nō quicūque ſecundū Hier.ſed quē ſingulariter ſcitandū predixerat Moyſes (à Nazareth Galileæ) qui ibi fuerat educatus. Pro intellectu autē eorū quæ hic dicūtur. Notandū eſt ſecundū Augu. q̄ Xp̄s non operabatur cōtraria:ſed p̄ tempora congruitate diuerſa. Vnde prius ſe occultauerat:quia ſcondū venerat bora eius.& nūc ſe manifeſtat. Iré prius honorem regiū refutauerat & nūc illū ſuſcipit. Primo ſecundū Raba. vt oſtēderet ſe ſponte paſſurum. Secundo iuxta Chryſoſto. vt oſtēderet quis ſit ille rex de quo

A de quo ante prōpheta clamauerat. Ecce rex &c. Tertio iuxta eundem, vt amplius in ſe Iudeorū inuidia inſaniret: ſed vt mihi videtur Chryſoſt. capit ly vt conſecutiuē: non cauſaliter. & Quanto ad humilitatis exemplum. quia quāto maior fuit eius honor, in Hieruſalē tanto etiam maior fuit ſubſequēs ignominia paſſionis in hac parte eſt vnum documentū in ſenſu morali quōd Ieſu B intrante Hieruſalem, id eſt animā peccatricem poſt peccata: tota ciuitas, id eſt ipſa quantum ad omnes eius potentias cōmouetur & ingemiſcit:& aliter conuerſatur quām prius. ¶ Quantum ad ſecundum tangitur eiectio eorū qui tēplum prophanabant cum dicitur. (Et intrauit Ieſus in templum Dei) Chryſoſto Hoc erat proprium boni filij vt C ad domum curreret patris & illi honorem redderet. Et tu imitator Chriſti facius cum aliquam ingreſſus fueris ciuitatem. Primum ad eccleſiā curras. Hoc etiam erat boni medici: vt ingreſſus ad infirmam ciuitatem ſaluādam: iam primum ad originem paſſionis intenderet. Nam ſicut de templo, omne bonum egreditur. ita de templo omne malum procedit. Si enim ſacerdotium integrū D fuerit, tota eccleſia floret. ſi autem corruptum fuerit: omnium fides marcida eſt. Sicut enim cum videris arborē pallentibus folijs, intelligis: quia vitiū habet in radice. ſic cum videris populum indiſciplinatum, ſine dubio cognoſce, quia ſacerdotium eius non eſt ſanum. Hec ille. Eſt autem notandum quōd non intrauit Ieſus in tertium atrium: eum non eſſet ſacerdos leuitas. ſed ſolum in ſecundum vbi fiebāt orationes E & ſermones. Oues autem & boues vendebantur in primo: vt credo rationabiliter. De his autem atrijs habes dominica precedenti. (¶ Et eijciebat omnes vendentes & ementes in templo: & mēſas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euertit.) Super his verbis ſic dicit Hiero. Sciendum eſt q̄ iuxta mandata legis venerabili in toF to orbe templo Dei: & de cunctis pene regionibus Iudeorum illuc populo cōfluente: innumerabiles immolabāntur Hoſtiæ: maxime feſtis diebus taurorū: arietum: hircorum: pauperibus, ne abſque ſacrificio eſſent pullos columbarum, & turtures offerentibus. Accidebat autem eos qui de longe veniebant victimas non habere. Excogitauerunt igitur ſacerdotes, quomodo predicta de G populo facerēt: & omnia animalia quibus opus erat ad ſacrificia vendebāt, & vt venderent non habentibus, & rurſus ipſi empta ſuſciperent. Hanc ergo ſtropham, id eſt fraudem ſe in diuerſa vertentem, crebro venientium inopia diſipabant. qui indigebant ſumptibus, & non ſolum Hoſtias non habebunt: ſed nec vnde emerent. Poſurunt itaque & nummularios qui mutuo ſub cautione darent pecunias. H Sed quia erat lege preceptum vt nemo vſuras acciperet, & prodeſſe non poterat pecunia fenerata quæ commodi nihil haberet: & interdum perderet ſortem excogitauerunt, vt pro nummis colibiſtas. id eſt vilia munuſcula ſuſciperent. verbi gratia: frixiceris vnarumque paſſarum, & po-

I ma diuersi generis vt quod in nummis non licebat in his rebus exigeret, quæ nummis emuntur: Istiusmodi Dominus in domo patris cernens negotiationem seu latrocinium ardore spiritus concinatus tantam hominum multitudinem eiecit de templo. Hæc ille quasi formaliter. Dicit autem hic Magister histo. quod secundum hoc recte faciunt qui faces cereas in ecclesia vendi non
K permittunt nisi dicatur quod dominus eiecit de templo vendentes propter mysteriū. Hæc ille. Verumtamen quia ista venditio non est mala de se dico quod duobus modis est illicita. Vno modo quando fit ad decipiendum seu immoderate lucrandum. Hoc enim est facere speluncam latrocinii ipsam ecclesiā Alio modo quando fit causa mercandi:
L ita quod finis talis venditionis est vendendo moderate lucrari. Mercari enim in ecclesia est prohibitum extra de immu. eccl. domū tuam. li. vj. Sed si principalis intentio sit vt populus habeat ad offerendum: licita est: etiam si secundario moderatum lucrum intendatur sine quo tamen nihilominus fieret venditio: si constaret de indemnitate vendentis. Omne enim opus ad Dei gloriā factibile est licitum in ecclesia nisi sit
M prohibitum. (Et dicit eis. Scriptū) est scilicet Esa. lvj. Domus mea domus orationis vocabitur. Vnde Aug. in regula. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod factum est vnde & nomen accepit. Hæc ille. Vos autem fecistis illam speluncam latronum) Hier. Latro est & templum dei in latronum cōuertit speluncam qui lucra de religione sectatur Hęc ille. Sed quare non restituerūt ei.

Ad hoc si dicit idem. Mihi inter omnia N
signa quę dās fecit: hoc videtur esse mirabilius quod vnus homo & illo tempore contemptibilis intantum vt postea crucifigeretur scribis & Pharisęis contra se seuientibus & videntib⁹ lucra sua destrui poterit ad vnius flagelli verbera tantā eiicere multitudinem. Igneā enim quoddam atq; sydereum radiabat ex oculis eius & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Hæc ille. Vel potest dici ꝙ adderat eipopuli multitudo quæ fauebat ei: etiam cum eo quod dicit Hiero. (Et accesserunt ad eum aduO
torio ministrorum suorum ceci, & claudi in templo, & sanauit eos. In hac parte est documentū in sensu morali ꝙ qui vult in ecclesia recipere sanitatem caueat simoniacos. Hier. Nisi autem mensas nummulariorum subuertisse cathedras quā vendentium columbas ceci & P
claudi lucem pristinā & concitū gradū non meruissent accipere. Hęc ille. ¶ Est & aliud. Nam cum ista contigerint in die palmarum quando Christus fuit in Hierusalem cum magno honore susceptus: Christus propter reuerētiam sibi exhibitam non omisit iustitiā, sed mox intrauit templum: illudq; purgauit eiQ
ctis inde mercatoribus malis. nec propter seuerā iustitiam omisit misericordiam: quia languidos curauit significās iudices & prelatos idem facere debero. Est & aliud. Nam cum Christus intrauerit animam mouendo ipsam ad contritionem mox etiam illam purgat per confessionem eiuciendo de templo cordis columbas. i. luxuriam est enim animal libidinosum. & nūmularios. i. auaritiam & boues cornibus ventilantes. i. sup

A superbiam & oues. i. accidiam & inertiam vel hypocrisim. Vel per vendentes columbas intelliguntur simoniaci vt dictum est. ¶ Quantum ad tertium tangitur indignatio principum sacerdotum & scribarum cum dicitur. (Videntes autem principes sacerdotum & scribæ). i. legis doctores (mirabilia quæ fecit) ex quibus debuissent ad fidem &
B deuotionem ad Christum prouocari (& pueros clamātes in templo & dicentes Osanna filio Dauid: indignati sunt) vt pote qui odium & rancorem aduersus Christum iam conceperant. (Et dixerunt) calumniando opera autem secundum Hie. quia in eum manus non audebant imponere. Nam Luc. ix. dicit quod querebant eum apprehendere, sed non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens
C illum, (Audis quid isti dicunt quasi dicerent. Homo purus non debet sustinere laudari vt deus Chry. sicut columna si modicum obliquata fuerit accepto pondere amplius vadit in latus. Sic & cor hominis cum peruersum fuerit: si alicuius viri iusti opera videat vel audiat: non confirmatur, sed magis ad inuidiam concitatur. Hæc ille. Hier. chri-
D sti responsio moderata fuit. Non enim dixit quod scribæ audire cupiebant: bene faciunt pueri vt mihi testimonium perhibeant: nec rursum errant & pueri sunt vnde debetis ætati ignoscere: sed profert exemplum de. viij. Psal. vt tacē te domino testimonium scripturarum: puerorum dictum confirmaret. Hæc ille. Vnde sequitur Iesus autem dixit eis Vtique (scilicet audio & intelligo quid dicant dicēdo me esse Christum. Nam & de hoc extat prophetia (Nunquam E
legistis) in scriptura diuina. (Ex ore infantium) .i. per os infantium non rationem ætatis secundum Chry. sed simplicitatis (& lactantium) qui scilicet vt idem dicit mirabilibus Christi tanquā lacte nutriebantur & delectabātur. Vel lactantes sumuntur hic pro paruulis secundum communem loquendi modum quo dicitur. Hic adhuc lac habet in ore (perfecisti laudem). i. perfectam fecisti F
laudem Christi filii tui ô pater æterne Chrys. super Matth. Tanquam si dicat. Esto culpa esti quia isti clamant, sed nunquid mea culpa est: ante tot milia annorum futurum propheta predixerat. Hæc ille. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem Bethaniam / quæ erat post modo rem oliueti secundo milliario ab Hierusalem. Chry. Huic intelligendum est, quod dominus tantæ fuit G
paupertatis: & ita nulli adulatus sit: vt in vrbe maxima nullum hospitem nullam inueniret mansionē. Hæc ille. Iuit igitur Bethaniam. Primo: quia non habuit inuitantes in Hierusalem. Secundo iuxta etiam Chry. vt ibi corporaliter quiesceret vbi etiam spiritualiter quiescebat. s. apud Lazarum & sorores se diligentes: relicta infideli ciuitate. Tertio propter exēplum nostrū Chry. H
Sanctorum virorū est non ibi querere mansionem vbi clariores sunt viri sed vbi fideliores. Nec gaudent vbi epule largæ sunt, sed vbi sanctitas floret. Hęc ille. Sed contra primā rationē videtur esse quia christus habebat in hierusalē illum amicū apud quē manducauit pascha. Sed ad hoc posset dici quod licet ille acceptauerit christū seipsum inuitā-

I tem:non tamen ipse inuitauit eum consulens salutis Christi quem nolebat hospitari intra eos quos in mortem eius sciebat conspirasse: vel timens saluti suæ propter inuidiam phariseorum vel alia rationabili causa. Si autem Christus fuisset phariseis adulatus: & hi & alii eum forte inuitassent: hi ratione amicitiæ: & alii ratione laudis concupite.(Ibiq; manfit) nocte apud Lazarum & K sorores eius (& docebat eos de regno Dei) vt semper aliquid boni faceret:cõtra quosdam predicatores qui solum hora sermonis dicunt verba dei: & per totam diem vacant nugis. ¶ In hac parte est vnum documẽtum in sensu morali:quod Chryso. tangit dicens. Malum hominem:melius locumdando quam respondendo:potest aliquis vincere,quia malitia nõ instruitur sermonibus, sed excitatur. Et ideo dominus recedendo compescere studuit quos re L spondendo non compescuit. Vnde dicitur.Et relictis illis abiit foras.Hęc ille.

Feria.iiij.post dominicam primam in Quadragesima. Matt.xij.

M ACcesserũt ad Iesum scribæ ,& pharisæi dicentes. Magister volumus à te signũ videre. Qui respondens,ait illis. Generatio mala & adultera signum querit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti trib⁹ diebus & tribus noctibus sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam , quia pœnitentiam egerunt in predicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas hic. regina austri surget in iudicio cum generatione ista & condẽnabit eam quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus Salomone hic. Cum autẽ immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida & inaquosa quærens requiem & non inuenit. Tunc dicit Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantẽ scopis mundatam & ornatã. Tũc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & intrantes habitant ibi & fiunt nouissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. Adhuc eo loquente ad turbas ecce mater eius & fratres stabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait: Quæ est mater mea: & qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit B voluntatem patris mei qui in celis est:ipse meus frater & soror & mater est.

ACcesserunt ad Iesum scribæ &c.)Mat.xij.In presenti euangelio tangun tur tria puncta quæ sunt C Postulatio Comminatio & consolatio. ¶ Quantum ad primum sciendum est quod vt ex textu euan.patet: Christus fecerat miranda & eiecerat demonem de obsesso: sed pharisei dixerunt quod in Beelzebub eiiciebat demonia, Christus autẽ rationabiliter ostendit se virtute Dei eiicere demonia deinde acriter eorum malitiã increpauit & tũc vt hic dicitur quidã eorum simul cum scribis petiuerunt signũ non quodcunque D sed circa cælestia corpora vt dicit Luc. x. quia signum de cœlo querebãt ab eo puta quod sol firmaret vt tempore Iosue vel retrocederet vt tpe Ezechię. Et in hoc tentabant dominũ vt dicit idem Lucas quod dupliciter potest intelligi. Vno modo quia tentabãt vt deciperẽt. Alio modo vt experirentur potentiam christi. Dupliciter enim detrahebãt miraculis christi. Vno modo dicẽdo quod ea faciebat virtute maioris demonis E qui potest expellere minorem:& procurare aliquas sanitates mirabiliter. Et sic petiuerunt signum in cœlestibus corporibus in quibus diabolus miracula non videtur posse facere, vt sic appareret Christus virtute diaboli operari: cum in talibus corporibus nihil posset, sed solum circa ea ad quæ diaboli potestas se potest extendere. Alio modo detrahebant dicentes quod erant miracula par F ua: quia communiter erant circa hominum sanitates: ideo volebant experiri si poterat maiora. Dicitur ergo (Accesserunt ad Iesum scribæ.) id est, legis doctores non à scribendo dicti: sed à docendo scripturas (& pharisei) scilicet quidam religiosi dicti à phares quod est diuisio: eo quod diuisi essent per religiosam conuersationem: quantum ad exteriora à cæteris. Ad Iesum G autem vtique accesserunt vt decipe rent eum vel vt sumerent experimentum de eius potestate (dicentes) adulatoriæ loquendo secundum Chrysostomum (Magister volumus à te signum.)id est miraculum quod in pluribus dicitur signum veritatis rei ad quam asserendã fit, vel sanctitatis eius per quem fit (videre)de cœlo, scilicet H quasi priora miracula non fuissent quę viderant & quasi ista non possent calumniari. Hier. Qui calũniaris ea quæ vides oculis manu tenes, vtilitate sentis: quid facturus es de his quæ de cœlo venerint. Vtique respondebis, & magus in Egypto multa signa feciſſe de cœlo. Hæc ille. Vide autẽ: Phariseorum Scribarumq; superbiam & quam imperiose loquuntur: dicentes volumus

mus:& non vellemus aut precamur. Qui reſpondeus dure & acriter Chry. Et quidem cum ei conuitiabantur:mā-
L ſuete reſpondebat.cum autem adula bantur, conuitioſe demonſtrans quòd vtraque paſsione erat ſuperior & neq; cōuitiis in irā deducitur:neque adulatione mollitur.Hæc ille.(ait illis . Generatio mala) Chry.Mala in quā quoniam ingrati ſemper facti ſunt circa
X benefactores.& bene patientes deterio res fiunt quod eſt vltimæ malmæ.Hæc ille.(Et adultera) ideſt idololatra vel ex idololatris deſcendens . Idololatria enim in ſcriptura dicitur adulterium ſecundùm Hiero.eo quòd relicto verò proprio ideſt deo anima ſequatur alienum ideſt Diabolum(ſignum quærit) bonis verbis & malo fine ideſt vt me decipiant vel probēt.Ideo vt dicit Ra
L ba.indigni erant videre ſignum de cælo:vnde datur eis de profundo inferni Diſcipulis autem ſecundùm eundem dedit ſignum de cœlo prius oſtendendo cæleſtem:gloriam:dum transfigura tus eſt in monte Thabor.& deinde aſcē dendo in cœlum cum magna gloria. Ideo ſubditur(.Et ſignū non dabitur ti bi)nūc de cœlo vel de terra vel de abyſ ſo(niſi ſignum Ionæ prophetæ) quod
M eſt de abyſſo:cum de cælo non mereā tur accipere.Et licet poſtmodum chriſtus fecerit multa miracula:puta in ſuſcitatione Lazari : illuminatione ceci nati:& obſcuratione ſolis:tamen illa non ſunt data illis ideſt ad eorum peti tionem exhibita.Et dato quòd eis fuerint data:non fuerunt data tunc . Vel ſecundùm Tho.ſuper Matth.nō eſt eis datum ſignum quale petebant : neque ad eorum vtilitatem. In hoc autem q dat ſignum Ionæ ſecundùm Chry. Iste minatur eis ruinam ſuæ ciuitatis propter mortem chriſti quam erant executuri ac ſi diceret.Ita eſtis rebelles & increduli quòd omnino oportet impleri figuram quæ præceſsit in Jona:eo quod iniqua morte me condemnabitis ſed ve vobis quia reſurgam. Et ſic chriſtus dedit eis ſignum prono ſticum:quod ſemper eſt de futurō.Dedit etiam eis ſignum rememoratiuum: quod eſt de preterito.Sicut enim actus Ionæ fuit ſignū futuræ ſepulturæ chriſti:ita ſepultura chriſti fuit ſignum cō memorans præteritam actionem Jonę ¶ Eſt enim vt ad præſens pertinet triplex ſignum ſcilicet Oſtenſiuum & præſenti pronoſticum de futuro.& Rememoratiuum:de præterito.Sacramēta enim nouæ legis primo modo ſignificant effectum ſuum: puta baptiſmus ablutionem à peccatis.Secundo modo autem ſignificant ſuum finem ideſt gloriam,& Tertio modo ſignificant principalem ſuam cauſam ideſt chriſti paſſionem,vt paſsionem vt patet per.S. Tho.in.iiij.di.j.q.j.ar.j. Ideo ſequitur ſicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus:ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.¶ Sed cōtra quia ſepultus eſt feria ſexta ad veſperam & reſurrexit die dominico de manæ . Ad hoc dicunt quidam vt teſtatur Aug. de conſen.euang.q̄ ille tres horæ quibus ſol obſcuratus eſt chriſte exiſtente in patibulo à.vj.hora vſque ad.ix . cōputantur pro vna nocte:& reliqua à.ix. vſque ad occaſum pro vna die,ſed iſta non

A non inlliguntur modum loquendi ſcripturarum vt idem dicit:quæ à patre denominant totum. Soluit ergo Augu: ibi.& ſimiliter.x.de trini.& Hiero.&.S. Tho.ſuper Math.quòd dies naturalis eſt.xxiiij.horarum:& diem artificialē ſimul cum nocte tanquàm partes comprehendit.chriſtus autem tetigit in ſepulcro de tribus diebus naturalibus:de
B ſiue ſcilicet ferræ.vj.& principio dominicæ:& de toto ſabbato.A parte ergo extrema feriæ ſextæ computatur tota illa dies & conſequenter nox precedēs & ſic fuerunt tres noctes ſcilicet quæ præceſsit feriam ſextam:& quæ præceſsit ſabbatum:& quæ dominicam.Et ſimiliter tres dies artificiales vt patet. ¶ Sed contra hec arguitur quia pari ratione ab extrema parte diei dominicæ
C ideſt à mane debuit ipſa tota denominari:& conſequēter computabitur nox ſequens:& ſic erunt quatuor noctes.Ad hoc dicitur:quòd dies tunc incepit cōputari a ſero:ideo nox quę dominicam ſequebatur non erat pars dominicæ. Vnde Aug.x.de trinita. vbi ſuprà.,Sicut inquit primi dies propter futurum hominis lapſum à luce in nocte:ita iſti
D propter hominis reparationem à tenebris in luce computantur.hæc ille.Vidētur autem ſecundùm eum iſte ordo mutatus quando fuit ſaluator captus ſecundùm alios autem in noctæ reſurrectionis,ita quòd ſecundùm eos illa. nox dominicæ computatur cum die præcedente inquantum finis prioris ordinis:& cum ſequente inquantum initium ſequentis . Et ſic ſecundùm eos vna dies naturalis fuit paraſceues cum noctę ſequente tertia autem dominica cum noctæ præcedente . Sed primum
E eſt melius.¶ Et nota ſecundùm Chryſoſto.quòd chriſtus non dixit ſe reſurrecturum manifeſte:quia eum deriſiſſent ſed occulte vt crederent quos prę ſciuit credituros.Et non dixit in terra ſed in corde terræ,vt & ſepulcrum oſtendat, & nullus ſolam mortis apparentiam ſuſpicetur. ¶ Sed & tres dies propter idem poſuit.In hac parte eſt documen
F tum in ſenſu morali:quòd ſi volumus aliquid obtinere à chriſto oportet cum humilitate non cum ſuperbia poſtulare:neque ad malum finem ſed ad bonū Iaco.iiij.Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam ideſt rem poſtulatam & gratioſe exhibitā.Eſt & aliud. ¶ Nam quantum ex hoc euangelio colligit tria ſunt genera malorum.Primi
G ſunt curioſi qui nec credere nec cōuerti volunt niſi videant ſigna quia conſiderare deberent quòd miracula chriſti apoſtolorum ipſi vident ſi volunt in effectu ſuo qui eſt mundi conuerſio & ſedes Petri:ſubiugatio. Romæ : reliquiæ & templa ſanctorum:ſepulcrum domini,& hmōi & quòd non debent modo fieri eadem miracula,quia fides iam eſt plantata & roborata:non autem tempore chriſti. ¶ Secundi ſunt duri qui
H non volunt conuerti propter efficaciā dominicæ mortis : quod notatur cum datur ſignum de chriſti ſepultura in corde terræ iſti ſunt duriores petris: quæ paſsionis tempore ſciſſę ſunt. Nec ſimiliter volunt conuerti propter verba dei vt niniuitæ:ſed ea faſtidiūt. Nec propter odorem famæ chriſti vt regina auſtri propter famam Salomonis. Hic autem odor chriſti in ſcripturis aſ

similatur odori cedri qui fugat serpentes:& est odor suæ paupertatis: qui deberet fugare serpentes terream commedentes ideſt motus auaritiæ ex odore myrrhæ quæ fugat vermes:& est odor suæ humilitatis qnæ debet fugare motus superbię: quæ corrodunt omnia interiora animæ merita ex odore vineæ quæ fugat bufones. Et est odor suæ puritatis quæ debet fugare K motus luxuriæ. Bufones enim ad literam dicuntur sepe nasci de genitatibus mortuorum. ¶ Tertii sunt sepe recidiuantes: quod notatur eum dicunt. Cum immundus &c. Sed caueant isti malum finem scilicet ne fiant nouissima &c. ¶ Quantum ad secundùm sciendum est: quòd christus comparat iudeos. Niniuitis & comminatur. eis: quia erant in breui casuri nisi pœniterent. L Sed ne aliquos crederet quod peniterent Niniuitæ audito Iona. ita isti visa christi resurrectione. Ideo secũdùm Chry. subditur. (Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio) ideſt in die iudicii. vel in iudicio ideſt ad iudicium siue vt iudicentur (cum generatione ista.) Ex quo patet secundum Remig. quòd non solum boni: sed etiam mali resurgent & simul ideſt in eodem tempore resurgent M contra quosdam hereticos qui dixerũt: vnã esse bonorũ & aliam malorum resurrectionem. Et similiter secũdùm eũ hic excluditur iudeorum error: qui cõ sueuerunt dicere quòd ante diem iudicii celebrabitur resurrectio & quod re edificabitur Herusalem. Et similiter secundùm. S. Tho. error millenariorum ideſt eorum qui dixerunt iustos & martyres per mille annos añ iudiciũ surrecturos: quia iusti. Niniuitæ surgent cũ generatione ista iniusta (Et condemnabunt eam) secundùm Hiero. non sentẽtiæ potestate: sed comparationis exemplo. Nam sequitur. Quia penitentiam egerunt in prædicatione Ionæ) cum tamen essent ipsi prius infideles: & ideſt Ionas vt dicit. Remig. simplici voce sine attentione signorum loqueretur & tantummodo tribus diebus prædicasset Isti autem non penitẽt qui sunt populus dei, visis tot miraculis: & auditis tot sermonis: & præsente tanto viro: imo & deo (nam ecce plus quàm Jonas) ideſt plus quàm homo (hic) ideſt in isto loco secundùm Hiero quia licet hic vt dicit non est pro nomen sed adnerbium loci. Deinde adducit saluator aliud exemplum quod magis vrget: dicit (Regina austri) ideſt regina sabba cuius regnum est in parte australi respectu hierusalem (surget in iudicio cum generatione ista & condem. eam quia venit a finibus terre au sap. sal. & ecce. plus quàm salomon hic.) Istud plus fuit quàm factum Niniuitarum: vt dixit Chrys. quia Jonas fuit ad eos. istas autẽ venit mulier barbara & remota: non formidans mortem cupiditate sapientiæ: Et sicut dicit Hiero. in hac regina & niniuitis: fides nationum præfertur israeli. Et quia isti fuerunt ne quàm ideſt subiungitur pœna ideſt excecatio & possessio à diabolo. ¶ Ad cuius euidentiam sciendum est quòd circa istum textum de exitu spiritus immundi sunt duæ opiniones: vt testatur beatus Thom. super Matthæũ Vna est beatus Hieroni. quòd hic non fit comparatio inter diuersas res gestas: sed solum q̃ christus narret quid iudeis

A iudeis acciderit & quid futurum esset: & hoc non ponendo exemplum ex re gesta: sed ex parabola. i. ex re quæ fuisse potuit quantum non est necesse fuisse. Alia est Aug. & aliorum multorum, quod hic adducatur exemplum ex regressa: & fit comparatio diuersarum rerum gestarũ vel gerendarum. Secundo prima ergo via exponitur sic. (cum spiritus immundus exierit ab homine) id B est populo iudaico qui nomine hominis hic signatur. Nam potestas diaboli fuit electa ab eo quando legem suscepit: secundum Hiero. quia lex demonũ cultum destruebat. (tũc) secundum eũ ambulat per loca arida (. i. gentilium corda quæ secundum Remi. arida erat ab humore gratiæ & salutaris aquæ id est scripturę. Et ista diabulus plenas C ibinde possedit (querens requiem.) In his enim quefuit requiem: secundum Remig. quia putauit se in gentili populo perpetuam habere quietẽ vel si hoc non putauit saltem apetiit & procurauit (& non inuenit) sed inde fuit repulsus secundum Hier. & Remi. quãdo ad predicationem apostolorũ gentes abiecta demonum cultura, domino crediderunt. Et tunc dicit reuertar in domũ D meam vnde exiuit. i. in gentẽ iudaicam secundum eosdẽ Hier. & Remi. quia. s. credentibus gentilibus infideles remãserunt iudei: & ad eos regressum paranit spiritus immundus & veniens inuenit: eam vacantem. i. vacuam. fide & bonis operibus. Vel secundum Hier. quia carebat. Christo, hospite & angelorum præsidio dicentium. Surgite eamus hic. Sicut enim Iosephus sacerdotes post christi mortem nocte in templo audieruni strepitum deinde voces E dicentium. Ttranseamus ab his sedibus, quas voces Hier. hic angelorum esse testatur. (Scopis) ideſt superfluis & exterioribus obseruationibus legis & traditionibus phariseorum secundùm Hieron. (mundatam & ornatam) exterius. (Tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se id est assumit vniuersitatem vitiorum (& ingressi habitant ibi) possidens gentem illam F & fiunt nouissima hominis illius) ideſt gentis vel populi huius (peiora prioribus (quia sunt in peiori statu quàm ante legem datam. Hiero. Multo nunc maiore demonum numero possidentur: blasphemantes in synagogis suis Iesum christum: quàm in egypto possessi fuerant ante legis notitiam quia aliud est venturum esse non credere: aliud non suscepisse qui venerit. Septenarium au G tem numerum adiunctum diabolo vel propter sabbatum intellige vel propter numerum spiritussancti. Hæc ille Qui videtur velle quòd ideo dicuntur assumi septem spiritus: quia iudei superstitiose obseruant diem septimum. Vel quia septem sunt dona spiritussancti quibus aduersantur illa extinguendo si possunt. Vel secundùm alios vt designetur vni- H uersitas vitiorum: quia septenarius est est numerus vniuersitatis temporis. quæ vitia significantur per septem spiritus nequiores. Dicuntur autem isti spiritus nequiores secundùm Bedã. ratione effectus: qa scilicet grauiora sunt peccata sequẽtia quã priora. Et idẽ videt dicere Greg. super illud Iob. xxxix Procul odoratur bellũ (sic erit) ideſt sic

euen

I eueniet ſicut dictum eſt (& generationi huic peſsimę) Erit inquàm vere & realiter ſicut fictitie accidit homini de quo compoſita eſt parabola. Sed exponendo ſecundum aliam viam quidam vt teſtatur Hier. iſtum locum deherencis dictum putant: quòd immundus ſpiritus, qui in eis aliquando habitauerat, quando gentiles erant: ad cõfeſsionem veræ fidei eiiciatur: poſtea vero cum ſe
K ad hęreſim tranſtulerint. & ſimulatis virtutibus ornauerint. in domũ ſuam: tunc alii. vij. nequam ſpiritibus adiunctis: reuertatur ad eos diabolus & habitet in illis: fiantque nouiſsima eorum peiora prioribus: Multo quidem peiori conditione ſunt heretici, quàm gẽtiles: quia in illis ſpes fidei, & in iſtis eſt pugna diſcordię. Hæc ille. Sed contra hoc arguit idem Hiero. quia ex eo quod ſe-
L quitur. Sic erat. & generationi huic peſſimæ compellimur nõ ad hereticos ſed ad iudæos referre parabolam. Ad hoc dicitur quòd verum concluderet argumentum ſi eſſet parabola: ſecus ſi eſt res geſta in hereticis: quibus aſsimilantur iudei. Sic enim oportet hoc intelligere de vtroque: non autem de hereticis tantum, vt forte quidam intelligebant, contra quos procedit argumentũ.
M Secundum alios autem puta Grego. & Rab. & Aug. intelligitur hoc non de hereticis tantum, ſed de quolibet peccatore à quo exit diabolus in iuſtificatione. Et ambulat per loca arida. i. iuſtorũ corda, arida ab omni humore carnalis concupiſcentiæ: ſed non inueniens requiem: redit ad illum per recidiuum: & inuenit talem animam ſecũdum Raba. vacantem per negligẽtiam: mundatam per priorem iuſtificationẽ: & ornatam ſimulatis virtutibus: & efficitur peior quàm prius: Et ſecundum Aug. de conſenſu Euan. hoc eſt: quia non ſolum habebit. vij. vitia capitalia vt prius: ſed etiam per hypocriſim ſe ſimulabit habere virtutes oppoſitas: ideoque dicitur. vij. ſpiritus nequiores aſsumpti. Sed ſecũdum Chry. intelligitur hoc de eo à quo expellitur diabolus corporaliter. quia ſi talis efficiatur ſegnior, grauiorem trahit aduerſus ſe phãtaſiam. ſi mereatur vt ſecundo diabolus inuadat eum: grauius torquetur. ¶ In hac parte eſt documẽtum vt pœniteat quilibet vt niniuitæ: & caueat iudæorum recidiuum: quia conſuetudinem facies in qua mosieris niſi quod magnum accidat Greg. Tenent malæ conſuetudines quę ſemel ceperint, & non niſi cum peccatoris vita finiuntur. ¶ Quantum ad ſertium ponitur confortatio & conſolatio, eorum qui Chriſto acquieſcũt cum dicitur (Adhuc eo loquẽte ad turbas ecce mater eius & fratres.) Sicut dicit beatus Hiero. Heluidius hereticus hic ſui erroris fomentum ſumpſit, vt dixerit beatam virginẽ poſt Chriſtum alios filios habuiſſe ex Ioſeph. non intelligens quòd ſecundum ſcripturam quatuor modis aliqui dicuntur fratres. ſcilicet. Natura, vt Iacob & Eſau Gẽtes. vt omnes iudei. Cognatione, vt Abraã & Loth de eadem familia exiſtentes, & Affectu, vt omnes Chriſtiani. Fuerunt ergo iſti fratres domini ſecundum ſanctos conſobrini Chriſti. filii ſororum matris domini, non autem filii Ioſeph ex Maria neque alia vxore, melea vel ella nomine, quam quidam fingunt, vt dicit

A dicit Hiero. ſectantes apocripha. (Stabant fori quærentes loqui ei.) ſtabant inquam foris ſecundum aliquos: quia non poterant intrare præ turba. Vel ſecundum Chry. iſti volebant humanum fauorẽ captare ex eo quòd tantus prædicator & propheta ad eos pertineret: & hoc notatur: quia potuiſſent ingredi & audire cum turba & expectare finem
B ſermonis: & tamen extra eum vocant coram omnibus. Vbi aduertendum eſt: quòd Chryſo. non ſolum hic ſed etiam Io. ij. vbi in nuptiis beata virgo inuitauit filium vt miraculum in vno faceret, notauit eam de peccato inanis gloriæ ſaltem veniali. dicens quòd per filium volebat ſe reddere clariorem. Sed S. Tho. iij. parte. q. xxvij. dicit quòd exceſsit Chry. in verbis illis quantum ad virginem duntaxat: quicquid fuerit de
C fratribus eius. Vnde ſancti communiter tenent quòd nunquàm venialiter peccauit. Quidam tamen tenent aliud extremum & non ſolum ſentiunt contra Chry. qui eã voluit peccaſſe actualiter, ſed tenent contra Chry. & omnes alios doctores ſanctos qui eam tenent nullo diſcrepante fuiſſe in originali conceptam: & priuilegium Chriſti. ſ. quòd ſolus ſit ſine peccato conceptus,
D ex quadam fatua deuotione volunt attribuere virgini. Reſtat ergo vt ſuperueniant aliqui dicentes quòd fuerit de ſpiritu ſancto concepta. Hoc enim videtur ſequi ad illud quia de Chriſto dicit beatus Ambr. vt refert Augu. iiij. lib. contra Iulianum. Chriſtus non aliter potuit expers eſſe delicti: niſi expers fuerit illius conceptionis quam commixtio viri & mulieris operatur.

Aurea

E Hæc ille. (Dixit autem ei quidam) non ex ſimplicitate loquendo ſecundũ Hiero. ſed inſidiando: volens experiri ſi ſpirituale exercitium prædicationis. propter affectum carnalem interrumperet. (Ecce mater tua & fra. tui foris ſtãt querentes te.) Sed ſtatim Chriſtus illum confutauit. (Vnde ſequitur.) At
F ipſe reſpondens dicenti ſibi ait. Quæ eſt mater mea & qui ſunt fratres mei. Sicut autem dicit. Hilar. in his verbis non eſt faſtidio ſe de matre ſua ſenſiſſe exiſtimandus: de qua tãtam in cruce poſitus habuit curam: imo ſi voluiſſet negare matrem: vt ait Chryſo. tunc negaſſet quando iudei exprobrabant ei de matre dicentes. Marc. cap. vj. Nonne hic eſt fabri & mariæ filius? Nihil ergo aliud voluit dicere ſecundũ Hier. niſi quòd ſpiritualia carnalibus præferebat Vnde ſubditur (& extendens ma-
G num in diſcipulos ſuos dicit. Ecce mater mea & fratres mei) quaſi diceret. Non cognatio ſed deuotio mihi reddit aliquem propinquum. Vnde ſubditur (quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt:) ipſe per charitatem & amorem (meus frater & ſoror & mater eſt.) ¶ Eſt autem notandum circa iſta quòd aliquis efficitur mater frater vel ſoror Chriſti dupliciH ter. Vno modo faciendo Dei voluntatem, inquantum quilibet eorum diligitur affectu fraternali, vel ſororio vel materno. Et alio modo habẽdo eandem naturæ cõformitatem cum eo: propter quod Chriſtus homines fratres ſuos vocat dicens. narrabo nomẽ tuum fratribus meis in Pſalmo. Sed quia is qui eſt frater, primo modo inter homines eſt

Roſa. v etiam

Et etiam secundo modo: è conuerso: ideo simpliciter frater dicitur. Vtraque autem fraternitas simul iuncta debet nobis præbere fiduciam in iudicio: iuxta illud Ber. ad Christum. Puto quia iam me spernere non poteris: os ex ossibus meis & caro de carne mea. Vnde in iudicio demones videbunt eum vt iudicem punientem: angeli vt dominum possidentem: nos vt Deum creantem, K vt dominum & regem gubernantem, vt redemptorem redimentem, vt fratrem de nostro sanguine descendentem. Præbebit etiam magnam fœlicitatē in regno. In signum cuius Ioseph Beniamin fratri suo ex parte patris & matris dedit partem duplicem. Gen. xliij. Angeli enim sunt fratres Christi ex parte patris cœlestis solum à quo imaginem habent Dei. Nos autē etiam ex parte ma- L tris. Ideo dabit nobis refectionem intellectus in deitate, & sensum in humanitate, sed angelis non dabit secūdum. In hac parte tangit Chrys. documētum dicens. Multæ mulieres beatificauere sanctam vi ginē illam & eius vterum. & optauerunt fieri tales matres. Quid igitur quòd prohibeat? Ecce latam constituit vobis viam: & licet non mulieribus solum sed & viris fieri matrem M Dei. Hæc ille.

Fer. v. post Domi. primam Quadragesimæ. *Ioan. viij.*

DIcebat Iesus ad eos qui crediderunt ei iudæos. Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem: & veritas liberabit vos. Respondérunt ei. Semen abraæ sumus & nemini seruiuimus vnquàm. Quomodo tu dicis: liberi eritis? Respondit eis Iesus. Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum: filius manet in æternum. Si ergo filius, vos liberauerit vere liberi eritis. Scio quia filii abraę estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum loquor, & vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis. Respondérunt & dixerunt ei. Pater noster Abraam est. Dixit ei Iesus: Si filii Abraæ estis: opera Abraæ facite. Nunc autem quæritis me interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis quam audiui à Deo. Hoc Abraam non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei. Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum. Dixit ergo

A eis Iesus. Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo processi, & veni. Neque enim à me ipso veni: sed ille me misit, quare loquelam meam non cognoscitis. Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex pa- B tre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur: quia mendax est, & pa- C ter eius. Ego autem quia veritatem dico non creditis mihi.

DIcebat Iesus ad eos qui crediderunt ei iudæos &c. (Ioannes octauo. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta: quæ sunt. Magistralis admonitio. Curialis reprehensio. Filialis obiurgatio. ¶ Quantum D ad primum Christus aliquos iudæos credentes in eum, & se tanquàm discipulos Christi quodam modo gerentes magistraliter seu paternaliter admonuit, vt starent in veritate seu in vera fide. Vbi aduertendum est, quòd Christus multa docuerat in templo die quadam & multi crediderunt ei. (Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei iudæos) qui imperfectè crediderant secundum Chrysostomum, & confirmatione indigebant (si vos manseritis in E sermone meo.) id est, in fide quam ex meo sermone concœpistis: ita quòd neque fallaciis hominum: neque contentationibus demonum inde moueamini. Primo (vere discipuli mei eritis.) Perfectum discipulum faciunt tria: secundum Thomam, super Euangelio Ioannis, scilicet. Præparatio vel bona dispositio ad percipiendum verba magistri: & Assensus ad credendum & F stabilitas ad retinendum seu perseuerandum in doctrina magistri: ita scilicet quòd non faciliter omni vento flectatur. (Et) Secundo (cognoscetis veritatem,) id est, meipsum qui sum veritas secundum glossam. Vel veritatem quam per fidem tenetis: secundum Augustinum, quia quæ nunc credimus in via: visuri sumus in patria. Vel secundum Sanctum Thomam, cogno- G scetis veritatem meæ doctrinæ quæ multis videtur obscura & meæ gratiæ quæ gratia dicitur veritas comparatiue ad figuras & meæ æternitatis. Iuxta illud Psalm. In æternum domine permanet verbum tuum: in generatione & generationem veritas tua quæ multis videtur obscura. (Et) Tertio veritas liberabit vos.) Primo à terrore. secundo à peccato secundum Theolo- H gum, & Tertio à morte & corruptibilitate & mutabilitate secundum Augustinum, & hoc inquātum ad patriam finaliter ducit. Est & aliud veritatis commodum, vt, ea comperta, confessio errore facta etiam in causa capitali reuocetur: idque Iureconsulto placuit l. qui seruum. ff. de interro. actio. veritas enim erroribus præferenda venit.

I Dicit autem. S. Tho. quòd liberare hic non importat ereptionem à quacũque angustia prout sonat in latino: sed vt liberum facere. Et hoc à tribus, scilicet Aberrare: per veritatem doctrinæ. & à seruitute peccati per veritatem gratiæ & à corruptione per veritatẽ æternitatis. Hæc ille. Quia æternitas dicit veritatem: quia quantum aliquid participat de ænitate tãtum participat de
K entitate siue existentia: & consequenter tantum de veritate. Insinuat autem Christus eos sine doctrina, carere notitia veritatis, & libertatis honore: de quibus tamen se precipue iactabant. Erant enim serui peccatorum: & etiam in lege non habebant veritatem: sed figuram. Verũtamen secundum Chrysostomum conuenientius fuisset eos con
L turbari, cum dixit. Cognoscetis veritatem: quasi tunc non cognoscerent, quã cum dixit. Veritas liberabit vos. Quod non fecerunt: quia plus de minoribus curabant, id est mũdana seruitute quã solam nouerant: quàm de ignorãdo veritatem. Vnde irati vel indignati. (Responderunt ei Iudei) illi, scilicet qui prius crediderãt secundum Chrisosto. vel secundum Augu. alij de turba qui nondum crediderat. (Semẽ Abraæ sumus.) ¶ Est autem notandum secun
M dum Chrisostomum. ꝙ qui in se nihil habent preclarum de parentibus gloriantur. Vnde iste sunt gloriationes iudeorum: semen Abraæ sumus Israelitæ & huiusmodi. His autẽ sunt qui inaniter gloriantur de nobilitate parentum: & in se sunt vtiles. (Et nemini seruiuimus vnquàm.) Et in hoc ostendunt secũdum. S. Tho. se esse hebetes & rudes: quia dictum de seruitute spũali intelligũt de carnali & mendaces: quia seruierant Romanorum August. Secũdum huius temporis libertatem: quomodo verum dixistis? Ioseph non est venundatus. Prophetæ sancti nõ sunt in captiuitatem ducti. O ingrati quid est quòd Deus vobis assidue imputat quòd vos de domo seruitutis liberauerit si nemini seruiuistis? Vos autẽ qui loquimini quomodo tributa soluebatis Romanis: si nemini seruiuistis: (Hæc ille.) Quomodo ergo tu dicis: liberi eritis? Respondit eis Iesus) ostendens quòd non de carnali: sed de spirituali loquebatur seruitute à qua non ipsi per ipsum poterunt liberari, (Amen amen dico vobis) secundum Augusti. est quasi iuramentum iste loquendi modus. Amen enim vt ait Hebraicum est: & interpretatur: vere vel fiat: sed neque grecus neque latinus interpres est ausus interpretari: vt honorem haberet velamento secreti. Nõ tamen est iuramentũ: quia Christus non ita frequentasset talem modum loquendi. Geminatur autem ad maiorem animi excitationem: (quia omnis qui facit peccatum,) id est qui cõmittit videtur omittit: quia omissio ad cõmissionem reducitur: (seruus est peccati) Seruus autem & liber differunt secundum Philosophum: quia liber mouetur modo proprio, seruus autem alieno. Quomodo ergo hoc dicitur seruus peccati: cum post peccatum adhuc habeat liberum arbitrium. & motũ proprium. Ad hoc dicit. S. Tho. vbi supra ꝙ hoc est propter duo. Primo quia homo peccans non mouetur motu ꝓprio hominis

A hominis inquãtum homo est, id est rectus ratione. sed motu alieno, id est sensualitatis: & quanto minus quis motu rationis participat: tanto magis est seruus peccati. Secundo quia admisso peccato homo non potest se à peccato liberare: nisi per auxilium gratiæ. ideo quo ad hoc non est liberi arbitrij (seruus autem specialis,) id est peccator
B non manet, id est non habet ius manẽdi in domo, id est in ecclesia vel in societate sanctorũ: secundum. S. Tho. & alios (in æternum) & si aliquando ibi fit ad tempus vnde tandẽ sine veste nuptiali deprehensus in tenebras exterio
C res recluditur. (Filius autẽ naturalis) id est Xps (manet,) id est habet ius manendi tãquã dominus omniũ (in æternũ) quia sine peccato est & cõsequenter potest ipse solus alios à peccato liberare (si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis.) Augu. de verbis do-
mini. Nõ à barbaris sed à Diabolo: nõ à corporis captiuitate sed ab animę iniquitate. Hæc ille. In hac parte est docu
mentũ in sensu literali: quod tãgit Augu. dicens. O miserabilis peccati seruitus. Seruus hominis aliquando sui dãi
D duris Imperijs fatigatus fugiendo requiescit, seruus peccati quo fugit: sequitur enim hunc quocunque fugerit. Peccatũ enim quod facis intus est: voluntas transit: peccatũ nõ trãsit. Pręterit quod delectabat: remãsit quod pungat. Hæc ille. Et intellige ꝙ peccatũ manet quo ad reatum penæ transeũte actu qui est peccatum & manet quo ad effectũ qui est deordinatio & mala inclinatio virium animæ: & vermis ac remorsus cõscientiæ. Iuxta illud Augu. iusisti dñe & ita est: sit subijpsi sit pœna inordinatus animus. ¶ Quãtum ad secũdũ scien-
E dum est ꝙ quia forte isti potuissent dicere nos sine peccato sumus: ideo nõ sumus serui speciali seruitute. hoc Xps vult excludere. Vnde curialiter & gratiose eos reprehendit, ostẽdens ꝙ peccatores erant: ideo dicitur (Scio ꝙ filij Abraæ estis) Aug: Carnis origine: non cordis fide. ideo subditur (sed queritis
F me) innocentẽ (interficere) iniustei & ideo serui estis peccati. Sed quomodo credebant in eum: si eũ volebãt occidere? Respondet Chryso. ꝙ erant ex cõuersis factis peruersi. Vel vt dicit Augu. Xps multitudini loquebat in qua erãt quidã credentes: & ꝙdã non: ꝙ ista perpetrare cogitabant. Et causa subditur (quia sermo meus nõ capit in vobis) id est capitur Augu. id est nõ capit
G in cor vestrũ: quia nõ recipitur à corde vestro. Sic enim est sermo Dei fidelibus tanquã pisci hamus tunc capit quando capitur. Nec fit iniuria illis ꝙ capiũtur Ad salutẽ quippe nõ ad perniciem capiũtur. hæc ille. Vel nõ capit se
H cũdũ. S. Tho. id est cõgruit iuxta illud Luc. xiij. Nõ capit propheta perire extra Hierusalẽ. Et causa huius secũdum Chryso. erat altitudo doctrinæ quã illi tanquã rudes capere non poterãt: & ex hoc tanquã blasphemum volebant occidere illum. Sed quia potuissent dicere: tu ista fluxisti quæ ꝓdicas: sequitur (esto quod vidi apud patrem meũ,) id est Deũ patrẽ: qui filio omnẽ notitiã cõmunicauit ante secula (loquor) Vnde nõ solum & audita sed etiã visa loquor (& vos quod vidistis apud patrẽ vestrũ,) id est Diabolũ quẽ tamẽ non

I nominat:quia curialiter loquitur apud quem Iudei viderũt oculo fidei & experiẽtia testẽ esse oẽm iniustitiã:cũ semà illã populũ prouocauerit ad sanctorũ insecutionẽ (factis. s. volũtate:facturi etiã opere qñ venerit hora mea secũdũ Chry.alia litera habet.(Et vos quæ vidistis apud patrẽ facite,) id est seruate legẽ & prophetarũ monita quæ per eos Deus est locut⁹ & per eos vos audistis
K à Deo.Sed prima litera magis cõsonat sequẽtibus cũ dicitur.(Respõderũt & dixerũt ei.) Quia eñ dominus eos arguerat ꝙ facerẽt mala opa patris sui: intelligens de Diabolo.Ipsi secundum Aug.iterato gloriãtur de patre Abraã: vt inducant eũ ad aliquid dicẽdũ contra Abraã:& consequẽter occasionẽ faciendi quod cogitabãt.Vnde dicũt:Pater noster Abraam est) quasi dicerent.
L Quid vis dicere de illo.Sed ipse laudauit Abraam & ostendit illos esse degeneres dicens.(Si filij Abrahæ estis: opera Abraæ facite) quasi diceret.Nõ estis filij Abraæ sicut neque opera eius facitis:quia illa secundũ Chry.fuerũt. Fides,obediẽtia,mãsuetudo.Vestra aũt sunt Infidelitas:impietas: & crudelitas.Nõ tenemur autẽ secundũ.S. Tho. facere omnia opera Abraæ secũdũ spe-
M ciẽ operis:qa duxit plures vxores:sed secundũ radicem operum eius:quæ est charitas ex qua omnia fecit: oĩa debemus imitari.¶ Sed cõtra:quia supra dicit scio:quia filij &c.Ad hoc dicitur primo secundũ Augu.quod in quod supra dominus affirmauit:de carnali propagine hoc negat hic de spirituali quę est per imitationẽ:secũdũ quã isti nõ erãt: Abraæ filij.Dicitur Secundo ꝙ secũdũ Orige.in greco dicitur:ꝙ semẽ Abraæ N
estis.Semen autẽ vt idẽ dicit est quid imperfectum habens naturã generatis solum impotentia:filius autẽ est quid perfecta habẽs illã in actu. Erant ergo semẽ Abraæ:quia aliqualiter retinebãt aliquã rationẽ eorũ quæ Deus infuderat Abraæ.Credebant enim ex Abraã processurum semen benedictionis.Sed non erant filij qui non peruenerant ad O
perfectã similitudinẽ eius. Nã habentes ipsum benedictionis semẽ ante oculos:illud non agnoscebant. (Nunc autem quæritis me interficere hominem) quod ideo secundũm.S.Tho.dicitur:& non filiũ Dei:quia si cognouissent nũquã dominũ gloriæ Crucifixissent. Et ne dicatur quòd hoc meruerat sequtur. (Qui veritatẽ locutus sum vobis)hãc, scilicet veritatẽ secundũ Chrys.ꝙ esset P
patri æqualis: propter quã voluerunt occidere illũ (quam audiui à Deo)per scientiã inditã & beatam inquantũm homo sum.& per diuinã quã inquantum Deus accepi à patre cõunicãte mihi illã. Hoc enim accipere metaphorice est audire.Et his patet ꝙ dominus pro veritate docenda sit passus. Duo enim docuit ex quibus isti sunt moti,scilicet Q
suam deitatem.Vnde Ioan.v.dicitur:ꝙ voluerunt eũ interficere: quia patrem suũ dicebat Deum:& iniquitate scribarum & Pharisęorũ quã acriter reprehendebat (hoc Abraã non fecit:) quia nequã occidere quesiuit innocentem,nisi Deo iubente vt imolaret Isaac. (Vos Vos facitis opera patris vestri,) id est Diabolo quem tacet ratione predicta. ¶ In hac parte est documentũ literale: quòd si volumus peruenire ad finem Abraæ,

A Abraæ,scilicet vitam æternã debemus esse eius filij imitando virtutes eius: quas Ambr.lib.de offi.enarrat dicens. Abraã fide primus iustitia præcipuus: in prelio strenuus,in victoria non auarus,domi Hospitalis:vxori sedul⁹.Hec ille.¶ Est & aliud morale,scilicet quòd qui vult esse magnus corã Deo:sit parvus corã se,& ecõuerso.In cuius signũ
B isti dixerunt se habere libertatẽ propagatiõis quæ est ex patre libero dicẽtes Abraam patrem suum & libertatẽ quæ causatur ex animi virtute,cum dicunt. Nemini seruiuimus vnquã,quasi dicãt, hoc esse ratiõe suæ magnanimitatis & virtutis & libertatẽ diuinæ filiationis: & adoptionis dicentes.Vnum patrẽ habemus Deũ:sed ostendit Christus nullam harum eos habere.Nõ quidem pri
C mam:quia ab Abraam degenerauerãt: non imitãdo opera eius.Nam ille Dei precepto voluit filiũ immolare.& isti contra Dei preceptum Christum occidere.Ille obediuit dicẽti.Egredere &c. Gene.xij.isti non capiebãt verbũ Christi nec ab eo capiebantur. Ille credidit Deo dicenti . Semini tuo dabo terram hanc.Gene.xij. isti Christum veritatẽ dicentem occidere volebant.Nec secũ
D dam:quia erant serui peccati.Nec tertiam:quia diligerent filiũ Dei si Deus esset pater eorum.Vnde quidã sanctus pater requisitus quomodo esset orandũ pauperes inquit me docuerũt qui eleemosynam petentes non robur sed plagas & infirmitates pretendunt . quasi diceret . Qui aliquid vult obtinere à Deo coram eo recognoscat & confiteatur infirma sua. ¶ Quantũ ad tertium postquã vidit Dominus, quòd sua curialis reprehensio non prodesset: E
finaliter fortius adhibuit medicamen, id est apertam obiurgationem.Dicitur ergo. (Nos ex fornicatione.) idololatria seu ex parentibus idololatris secũdum augustinum. (non sumus nati) Iam enim intelligunt quòd Christus de carnali generatione non loquitur. (Vnum patrem habemus Deum.) Vbi secundum Chrysostomum. admiranda F
est Iudeorum stultitia.nam ipsi dicunt Deum suum patrem esse. & quando Christus idem vult de se dicere volunt eum tanquàm blasphemum lapidare. Dicunt autem Deum suum esse Patrem secundum aliquos:vt prouocent eum ad aliquid dicendum contra Deũ, & consequenter occidant. (Dicit ergo eis Ieius.Si deus pater vester esset) per gratiam adoptionis.diligeretis vti- G
que me:) quia signum infallibile talis filiationis est charitatiua dilectio ad proximum:& multo magis ad verum Deum:cuiusmodi erat. (Ego enim ex Deo patre processi) per æternam generationem idẽtitate naturæ & distinctione personæ) & veni per temporalẽ incarnationem secundum Augustinum. (Neque enim à meipso veni) propria,scilicet & singulari authorita- H
te:quia inquantum Deus non sum sine genitore & mittente,& inquantum homo non sum sine mittente.¶ Est autem aduertendum ex doctrina sancti Thomæ, scilicet distinctone decimaquarta.quòd ad missionem temporalem diuinæ personæ duo requiruntur. primum, scilicet quod persona missa sit ab aliquo: ideo Pater vel Trinitas non mittitur.Secũdũ quòd per nouum

I effectum sit in creatura. Ad hoc autem quod vna persona mittat aliam: non oportet quod sit principiū eius sed sufficit quod sit causa illius effectus secundum quem sit missio. Et ideo eadē persona potest seipsam mittere dummodo sit ab alio. filius ergo Dei misit se & venit sed non venit à seipso id est, propria authoritate quasi nullus eum misserit sed authoritate sua: & patris & spiri
K tussancti quia trinitas operata est illū effectum secundum quem venit id est, incarnationem & vltra hoc pater spiritualiter est ei principium essendi. Sed quia potuissent dicere: nos non credimus quod sis à deo missus, quia hoc nō probas ostendit quod ex doctrina potuissent eum cognoscere dicens, (Quare loquelam meam non cognoscitis?) id est, modum & efficaciam & rationa-
L bilitatem doctrinæ meæ. Non enim doceo nisi consona rationi & honestati & prophetis: & quæ dico miraculis & prodigiis affirmo sed vos non aduertitis (quia nō potestis audire). i. scrutari examinare: vt & conferre ad dicta prophetarum (sermonem meum) ex odio & superbia & mala voluntate. Vel secundū Aug. quia non vultis corrigi iuxta norm mei sermonis: illum audire non
M potestis. Consequenter autem acriter eos increpat dicens. (Vos ex patre diabolo estis) per imitationem non originem: & existimauerunt manichæi de quorum opinione hoc solum nunc dico quod crediderunt Deum esse conditorem inuisibilium: diabolum vero visibilium. Nam sequitur. (Et desyderia patris vestri vultis facere) & hoc est vnde erant filii diabolo vt dicit Aug. (ille homicida erāt ab initio) creationis mū di: ex quo fuit homo qui posset occidi. Homicida inquam non ferro sed verbo: vt ait Aug. Et non solum adam: sed & totum genus humanum ad mortem perduxit vt dicit Ori. (& in veritate nō stetit.) Cum enim sicut dicit. S. Tho. veritas sit duplex. s. oris vt cum vera dicitur & operis: vt cum fiunt congruentia naturæ operantis: iuxta (illud Ioannis. iij. Qui facit veritatem venit ad lucem) diabolus non stetit, in prima, quia meritus est dicens. Eritis sicut dii. Gen. iij. neq; etiam in secunda quia non seruauit ordinem suæ naturæ à deo præfixū vt. s. esset per humilitatem & reuerentiam subditus deo & ab eo gloriam & benedictionem suam haberet. Et nota secundum eundem ꝙ diabolū non stetisse in veritate dupliciter intelligitur. Vno modo quia nunquam fuit in veritate operis autoris. Et hoc primo: quia naturaliter est malus, quod est manicheorum error, Deus enim fecit cœlū & terrā mare omnia quæ in eis sunt vt dicit Psal. omnis autem creatura dei bona est. j. Timo. iiij. vel secundo quia vt alii dixerunt licet non natura sed voluntate sit malus tamē semper fuit malus: quia in primo instanti peccauit. Et
Q hoc etiam vt dicit S. Th. alibi putatur hæreticum, ratio est quia operatio quæ cōsequitur rem in primo eius instanti attribuitur factoris sicut motus ignis sursum generanti ignem Deus ergo esset causa peccati. Alio modo intelligit: quia fuit quidem aliquando in ea: sed non permansit quia in primo instanti sui esse habuit rectitudinem saltē naturalē sed post morulā statim declinauit ab

A ab ea per peccatū de hoc vide. j. per. q. lxiij. ¶ Sunt enim circa hoc multæ: & subtiles disputationes & opiniones in in sacra theologia: sed planior & iudicio meo verior est ꝙ in primo instanti sui esse habuit operationem naturalem quia se cognouit & amauit & Deum vt principium boni naturalis: quæ operatio fuit quidem meritoria: quia fuit as-
B sociata gratia: sed nō perfecte, quia non fuit libera. In secundo vero peccauit & boni meruerunt. In tertio autē isti fuerunt in gloria: & isti in miseria. Nec est contra hoc quod S. Tho. videt dicere & dicit: & si malus angelus non peccasset in secundo instāti in eo accepisset beatitudinem quā meruerat in primo & cō
C sequenter videt velle ꝙ illud meritum primi instantis fuit perfectum: quia intendit ꝙ in secundo instanti ea accepis set in sua dispositione necessaria & infallibili. i. in merito perfecto quod habuisset tunc. Et ideo sequitur. (Et veritas in eo non est) quasi diceret. Non dicitur non stare, quia vacillet & dubitet
D non tamen totaliter auertatur à' verita te, sed quia sponte & totaliter aduersus est. Est tñ in eo aliqua veritas sicut & aliqua natura, sed non est in eo veritas oris quantum ad suā intentionem quia & si aliquando veritatem dicit tñ intendit tandē fallere: nec operis: quia omne opus eius est malum. i. ad malum finem ordinatū. Vel hoc dicit ad ostendendū quod non solum cecidit sed etiam non surrexit vel pœnituit. Et quia nō habet in se veritatem opinionis etiam caret veritate oris quantū est in se. Ideo subditur. (Cum loquit mendaciū ex propriis loquit. Vbi aduertendū secundum S. Tho. quod solus Deus est ipsa veritas & sapientia essentialiter omnis autē veritas & sapientia creaturæ est participata ex prima, Ideo solus deus dicit veritatem ex propriis: omnis autē creatura ex participatione diuinæ veritatis veritatē cognoscit & loquit ex propriis autem loquitur mendacium. Vnde. Omnis homo mendax vt dicit Psal. scilicet ex se seu ex propriis. Licet autē homo semper dicat mēdacium eum loquitur ex propriis. tamen econuerso vt dicit. S. Tho. cum dicit mendacium nō dicit illud ex propriis sed aliquādo hoc ab alio accipit. i. ex diaboli suggestione. Vnde loqui mendacium ex propriis attribuitur diabolo principaliter, quia fuit primus mendax omnes autem alii loquuntur mendacium vel eius suggestione vel eius imitatione, (Quia mendax est). s. quo ad se (& pater). i. inuentor vel suggestor. (eius). s. mēdacii, quo ad alios. Manichei autem teste. S. Tho. hoc male intelligentes & credentes diabolum patrem eius mendacis. i. diaboli ponunt demonum adinuicem generatione. Sed intelligendum est inquit pater eius. s. mendacii sui. Non enim omnis qui mentitur est mendacii pater secundum Aug. sed diabolus est eius pater· quia primo illud inuenit. Et quia supra ostenderat eos filios esse diaboli in quantum erat homicida: ostendit nunc idem inquantum erat mēdax cum subditur. (Ego autem qui veritatem dico vobis non creditis mihi) quasi diceret. In hoc vox diaboli filios probatis quod improbatis veritatem. Sed si credide-
I F G H runt ei vt supra dictū est: quomodo dicitur non creditis mihi ad hoc dicitur

I secundum Chry. quia erant peruersi secundum Aug. vero quia erant alii deturba. secundum Ori. vero quia credebant aliqua: puta ea quæ videbantur signorum factorũ: sed aliqua non credebant: puta profunda quæ loquebatur. ¶ In hac parte est documentum in sensu literali ꝙ sicut imitatores Dei dicũtur filii Dei: ita imitatores diaboli, dicunt eius filii & consequenter sicut filii
K Dei dicuntur dii: iuxta illud ego dixi dii estis & filii excelsi omnes. ita filii diaboli dici possunt diaboli. Aug. de consen. euan. Diabolus non speciale est nomẽ: sed commune. In quocunq; enim diaboli opera fuerint inuenta diabolus est appellandus. Operis enim nomen est nõ naturæ. Hæc ille. Est etiam aliud. s. audiendi libenter verbum dei: quia sicut dicit Ambro. super Beati immacu-
L la. verbum Dei habet triplicem virtutem. s. inflammatiuã. Hiere. xxiij. Nunquid nõ verba mea sunt quasi ignis &c. Et illuminatiuam Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et mundificatiuam. Ezech. xxvj. Effundã super vos aquam mundam &c. Et vt patet in hoc euangelio habet in nobis triplicẽ effectum. Primum quia facit hominem discipulum Christi. Vnde dicit. Vere di-
M scipuli &c. Cuius discipulatus signum est quãtum ex euangeliis habeẽ primo ipsa auditio verbi Dei. & secundo ipsa respitio triplicis amoris illiciti. s. domestici quo ad parentes carnalis quo ad alios & terreni quo ad mũdana. & appetitio amoris diuini. Et scdm quia facit cognoscere veritatẽ. Et qa vt dicit Au. veritas opponit falsitati: duplicitati & vanitati facit nos in mundanis ista tria cognoscere. Sunt enim falsa: quia pre-
N mittũt delectationẽ & dant tandẽ amaritudinẽ: & duplicia. i. mixta. s. gaudium dolore sapientia obliuione &c. & vana ratione principii, quia de nihilo & medii: quia mutantur. & termini quia cito deficiunt. Et tertiũ quia facit animũ liberũ in arguendo & in non peccando, quia veritas inquit liberabit vos.

Feria. vj. post dominicam. j. in Quadragesima.

Ioan. v.

ERat dies festus iudeorum & ascendit, Iesus hierosolymam. Est etiam hierosoly
O mis probatica piscina, quæ cognominatur hebraice bethsaida quinque porticus habẽs. In his iacebat multitudo magna languentiũ cecorũ: claudorum aridorũ expectantiũ aquæ motum. Angelus aũt domini secũdum tẽpus descendebat in pi-
P scinam, & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionẽ aquæ sanus fiebat à quacũque detinebatur infirmitate. Erat aũt quidã hõ ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem &
Q cognouisset: quia multum iam tempus haberet dicit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei languidus. Domine hominem nõ habeo, vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinã. Dum venio enim ego alius ante me descẽdit. Dicit ei Iesus. Surge tol
R le grabatũ tuum & ambula. Et statim sanus factus est homo, et sustulit grabatũ suum & ambulabat. Erat autẽ sabbatum in illo die. Dicebant ergo Iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatũ est non licet tibi tollere grabatum
S tuũ: respõdit eis. Qui me sanũ fecit ille mihi dicit tolle grabatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum & ambula. Is autem qui sanus fuerat effectus
T nesciebat quis esset. Iesus autem declinauit à turba con-
V stituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo: & dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo & nuntiauit iudeis quia Iesus esset qui fecit eum sanum.

ERAT DIES FESTVS E
iudeorum &c.) Io. v. in presenti euangelio fit mẽtio de miraculo celebri quod saluator circa languidum quendam exhibuit. Et circa hoc tangũtur tria puncta quæ sunt miraculi præparatio: miraculi perpetratio, & miraculi publicatio. ¶ Quantum ad primum dicit. Erat dies festus iudeorum. i. penthecostes secundum Chry. & Magi. histo. licet hoc non F
sit certum (& ascendit Iesus hierosolymam) ne videret legi contrarius: & vt simplicẽ multitudinẽ: qui tũc maxime concurrit pasceret doctrina & miraculis: & secundũ Chry. (Erat autem hierosolymis ꝓbatica). i. ouilis Græce enim probatũ scdm Alchuinũ latine dicitur ouis. (piscina) per antiphrasim secundũ mag. histo. qui dicit ꝙ collecta aqua ad
pisces non habens consueuerit dici pi- G
scina. Erat autem secundum Sanctum Thom. prope templum ex aquis pluuialibus collecta. In ista piscina secundũm Alchuinum lauabantur cadauera deo offerenda: non solum ouium: sed etiam omnium hostiarum. Et hoc intellige primo. Nam lauabantur etiã secundo in lateribus templi. Quæ cognominatur hebraice bethsaida) id
est domus ouium: eo quod inter ho- H
stias notabiles oues magis frequentabantur. Ideo enim ab ouibus probatica, id est, ouilis: & bethsaida. id est, domus ouium nuncupata est (quinque porticus habens) opertas tecto ad loci commoditatem. (In his) porticus (iacebat multitudo magna languentium: cecorum claudorum: & aridorum expectantium aquæ motum) vt tunc se in

I se in piscinam proiicerent:& causa sub
ditur cum dicitur(Angelus autem do-
mini secundùm tempus (determinatũ
& non continue(descendebat in pisci-
nam:) applicando virtutem suam a-
quæ vel alteri corpori ibi existenti: &
vt credo inuisibiliter. Est autem scien-
dum quòd angelus caret quãtitate cor
porea:cum sit spiritus,& conseqnenter
K indiuisibilis est:& ex se ab omni loco
separatus & inde pẽdens,& ideo potest
esse nusquàm idest in nullo loco, sicut
intellectus dormientis & non somnian
tis in nullo est obiecto:sed tamen est
angelus in loco quando in eo operatur
Mouetur autem localiter solum quan-
do suam virtutem applicat alicui cor-
pori primo.deinde alteri ita quòd ipse
L motus eius localis nihil est aliud quàm
diuersæ eius operationes sibi inuicem
succedentes:seu vicissitudo operatio-
num sibi inuicem succedentium.Et du
pliciter mouetur.Vno modo cõtinue si
cut angelus ducens thobiam.& iste mo
tus nõ est hic imaginandus sicut si indi
uisibile(vt punctus)fluat:nã realiter in
diuisibile moueri nõ põt p se:vt proba
tur.vj.Phys.Sed dupliciter fit iste mo-
tus.Vno mõ.qa angelus p accidẽs mo-
M uet moto corpore cui est coniunctus si
cut mouet anima nostra motis nobis.
Alio mõ qa angelus applicat virtutẽ
suam alicui corpori nõ secũdũ vnũ pũ
ctũ indiuisibile:sed secũdũ vnã partem
eius diuisibilẽ:quã succesiue relinquit
& succesiue occupat aliã equalẽ.Licet
eũ ipsa virtus angeli in se & ex parte
angeli sit indiuisibilis tamen recipiunt
ex parte obiecti diuisibiliter idest ap-
plicatur diuisibili:sicut & aĩa indiuisi-
bilis applicat diuisibili corpori.Et ideo
ipsa virtus diuisibiliter .i.in diuisibili
susceptа vel ei applicata ad illud com-
paratur sicut aliud corpus dicto diuisi-
bili coextensum vñ stãte tali corpore
ipsa potest moueri vel angelus secũdũ
ipsum vnã partẽ deserendo & aliã oc-
cupando.Alio modo angelus mouetur
motu discreto composito ex pluribus
quorum singulũ est pars motus & non
est motus:sed taliũ successio est motus
vt cũ nũc applicat se huic corpori: pũ-
cta.a.& simul.& semel relinquens tota
a applicat se corpori.b.Istæ eĩm applic-
cationes sunt partes motus & successio
eorum est motus.non autem ipsarum
aliqua est motus.Est autem angelus vt
dictum est in se absolutus ab omni lo-
co:& põt cui vult se applicare ex omni
bus corporibus:sicut cogitatio mea in
se absoluta ab omni obiecto:ideoq; de
sino cogitare vnũ possum oẽ aliud
quod voluero cogitare:& appetitus
meus desinẽs mouere vnũ digitũ:potest
oẽm aliũ quẽ voluerit mouere.Et ideo
cũ angelus relinquit.a.remanet quãto
in se est absolutus ab omni loco:& con
sequenter põt se applicare.b.vel.c. vel
d.vt vult.Hinc est qꝺ ab extremo ad ex
tremũ põt moueri non trãscundo me
diũ:& in vno instanti potest esse in ce
lo:in alio in terra seu in probatica pi-
scina.Hec doctrina est de mente.s. Tho
j.par.q.liij.Quomodo autem anima se
parata moueatur videẽ in die paschæ.&
dominica.j.post tri.(Et mouebatur a-
qua)vel ab angelo immediate vel ab
angelo mediãte quodã ligno quod ibi
dicebatur esse. Sicut enim recitat Ma-
gister hi.quidã tradũt qꝺ regina saba si

A gnum viderit in domo saltus libani in
hierusalem cum visitasset Salomonem
in quo ligno diuinitus cognouit suspẽ
dendũ fore quẽdam propter cuius mor
tem interiret regnum iudeorum:& hoc
ipsum Salomoni significauit cum ab-
scessisset.Quod saso mon veritus dura
litati regni sui cõsulẽs infodit lignũ il-
lud iuxta templum vbi magna præcipi
tia replebat aggeribus.Sed processu tẽ
B poris facta est ibi piscina:& appropin-
quante christi tempore lignum illud
diuinitus ascendit:vt esset in aqua:&
eo modo ab angelo:aqua mouebatur.
Inde autem iudæi ex illo ligno crucem
domini fecerũt,Sed vt idem ait hoc nõ
est certum.In quadam enim historia
sanctæ crucis dicitur:qꝺ Seth filius Adę
ex precepto patris iuit ad paradisum:
vnde fuerat eiectus:& petiuit ab ange-
C lo custode oleum misericordiæ Qui
dedit illa tria grana ligni vetiti: quæ
plantauit super sepulcrum Adæ& in
tres virgulas coaluerunt:quæ postmo
dum coierunt in vnã arborem quæ suc
cisa fuit in ædificiũ templi:licet nun-
quàm potuerit operi cõgruere.Semper
enim quãtũcũq; variet runcaretur:aut
prolixior nimis aut breuior erat quàm
necesse foret.vnde tandẽ relicta est ve-
D luti inutilis in atrio templi. Ceperunt
autem homines instinctu diuino lignũ
illud reuereri quapropter sacerdotes
indignati ac veriti nequa superstitio
idololatriæ subrepiret:proiicerunt il-
lud in vicinam piscinam:& madefactũ
aqua descendit ad fundum. donec chri
stus temporibus enatauit:& accidit vt
supra.Sed neque hoc certum habetur
quanquà probabile fiat ex angeli descẽ
su & aquæ mirabili motione:nec nõ à E
sanatione infirmorum aliquid magni
in illa piscina latuisse. (Et qui prior
descẽdisset in piscinam)per se vel pro
iectus ab alio:(post motionem aquæ)
forte si iam cessasset aqua moueri (sa-
nus fiebat à quacũque detinebatur infir
mitate)curabili vel incurabili per na-
turam. Causa autem quare deus hoc
mirabile per aquam operabatur assi-
gnatur à doctoribus præcipue à Chrys.
Voluit enim deus homines assuefacere F
re:& inducere ad baptismum qui incipere debebat.Vnde præcesserunt mul-
tæ figuræ vt puta aqua quę in lege pur
gabat immunditias corporales:non ve
ras sed opinatas quæ erant irregularita-
tes quædam:puta eas quæ erant à ca
dauere facto vel lepra vel huiusmodi.
Deinde dedit expresiore:vt aquã istã
quæ lauaret corporis sordes:& expelle G
ret infirmitates eiusdem occulta qua-
dam virtute:sicut & baptismus virtu-
te occulta passionis christi per aquam
abluit animæ sordes & aliquando etiã
confert corporalem sanitatem.Verũta
men quia figura deficit à figurato:ista
aqua nõ sanabatnisi corpus & nisi vnũ
corpus:baptismus autem sanat animas
& infinitas.Habebat autem efficaciam
sanandi ista aqna secundùm aliquos. H
Primo ab hostiis sacratis vel sacrandis
quæ ibi lauabantur:& Secũdoà prædi-
cto ligno si illa vera sunt.& Tertio à
motu angeli mouentis.S.Tho.autẽ su-
Ioan.dicit quòd sanabat virtute angeli
sed non est intelligendum virtute eius
naturali:quia nequiuisset sanare infir-
mitates per naturam incurabiles cum
non operetẽ nihil per causas naturales:

puta

puta adhibendo naturales medicinas: sed à virtute angeli supernaturali qua vt minister dei illa miracula operabatur est potestate: sicut faciunt aliquando sancti viri quomodo etiam sacramenta per virtutem in eis intentionaliter existentem à peo operantur ad iustificationem animarum. ¶ Sed pro his aduertendum est: ꝙ ista miracula duobus possunt dici fuisse facta immediate. Primo scilicet a virtute dei: ita quòd nec in aqua nec in angelo esset ad hæc aliqua virtus: sed solum signum & cõcomitari adiuinæ virtutis: sicut tuba est signum belli quod non exercetur per tuba sed per regem & milites. Et secundo à virtute existente à deo in angelo & aqua: sicut in instrumentis intentionaliter. Et hoc est verius: & doctrinæ sanctorum conformius: vt sicut in aqua baptismi est virtus ad sanandum animam: ita in aqua piscinæ illius esset virtus ad sanãdum corpora. In hac parte habemus ex sensu allegorico documentum quemadmodum nouæ legis sacramenta reuereri debeamus quę gratiam conferunt: & sanant consequẽter infirmos. Nam secundum Augusti. hæc piscinę ouilis aqua populum significat iudeorum qui etiam vt ait Beda nomine ouium appellatur iuxta illud. Oues pascuæ eius. Qninque autem porticibus ideſt quinque libris Moysi secundùm Ange. clauditur in quibus infirmi quidam iacent: sed non sanantur quia lex peccatores conuincebat: sed non absoluebat: quia illa sacramenta non conferebant gratiam vt habes in die circuncisionis. Ista aqua turbata fuit secundùm Aug. quod fuit in christi passione concitata: & christi doctrina & conuersatione & miraculis: sed occulte christus eam turbauit: quia si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sanabatur ergo descendens in aquam turbatam ideſt credens in christi passionem virtute cuius per fidem sanabatur infirmi. Aduenientę autem christo sanantur infirmi verbo eius ideſt per sacramenta nouæ legis quæ ex verbis constant: & signis ideſt corporeis elemẽtis. ¶ Moraliter autem ista piscina significat penitentiam in qua sanantur infirmitates spirituales. Est autem tunc ista piscina virtuosa ad sanandum peccata quando in ea inuenitur primo hostia salutaris ideſt mortificatio carnis. iuxta illud Roma. decimosecundo Exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam. Et secundo lignum crucis ideſt meditatio passionis christi quæ sanat languidos ideſt desides in cuius signum terra mota est in passione & cecos ideſt peccantes ex ignorantia: in cuius signum guta sanguinis purificauit oculum obtusum Longini: tanquàm collyrium & claudos ideſt peccãtes ex infirmitate. in cuius signum christus in passione Petrum sic peccantem sanauit: & aridos ideſt peccantes per malitiam: sicut patet in dextero latrone etiam illum qui trigintaocto annos habet infirmitatem qui scilicet habet consuetudinem peccandi. In cuius signum multa corpora putrida in passione surrexerunt. Et tertio quando inuenitur in ea motus angeli: quia scilicet anima quantum ad omnes suas potentias mouetur secundùm angeli inspirationem: quia scilicet mouetur memoria ad ruminandum propria maleficia & diuina beneficia. intellectus ad credendum: voluntas ad amandum &c.

¶ Quantum ad secundùm: post præparationem miraculi eius tangitur perpetratio: cum dicitur (erat autem ibi quidam homo) Sicut dicit Chrysostomus hunc quidam esse putant paraliticum de quo refert. Matthæi sed non est illę quia iste ministrum non habebat qui proiceret illum in piscinam. ille habebat multos sui curam agentes sed & locus vtrorunque vt ait diuersos est (trigintaocto annos habens in infirmitate sua) quæ propter sua peccata acciderat: ei vt patebit: vnde diu fuerat punitus. Sed tamen quia patienter dei flagellum tolerauit congruum: fuit vt sanaretur. ¶ Est autem sciendum ꝙ ly habens potest construi cum ly ibi: & est sensus: quòd in illis porticibus infirmi. trigintaocto annis iacuerit. Potest etiam construi aut legi cum ly in infirmitate & sensus est: quòd fuerat infirmus trigintaocto annis ibi vel alibi. Primus sensus est dubius quanuis videatur esse. Chrysosto. Secundus vero certus (hunc cum vidisset Iesus iacentem & cognouisset) non solum in quãtum deus sed etiam inquantum homo ex se vel ex relatu eius vel astantium (quia multum tempus haberet) scilicet in infirmitate: vel forte in loco illo (dicit ei vis sanus fieri) Vbi est aduertendum secundùm Chrysosto. &. S. Thom. quòd non statim cum à principio sanauit sed primo sibi familiarem facit: vt ad fidem futuram disponat. Nec vt idem dicit exigit ab eo præsentem fidem vt aliquando fecit à quibus dam dicẽdo creditis ꝙ hoc possim &c. Iste enim non dum nouerat manifeste quis esset. Requiruntur autem de fide qui eum cognoscebant. Nec etiã vt idẽ dicit: quærit si vult sanari: ex ignorantia: quia esset superfluum: sed vt ostenderet aliis eius patientiam: quòd & dignior esset sanari qui triginta octo annos habens per vnum quemque annũ eripi ab ęgritudine expectãs: assidebat & nõ desistebat. Et secundũ. S. Tho. sic interrogauit. vt magis excitaret aĩm eius ad sanitatẽ: & cõsequenter gratius ei foret diuinũ bñficiũ (Rñdet ei lãgui dus tranquille & quiete: in quo etiam eius patientia ostenditur secũdũ Chry. qa. s. nõ est exasperatus: christo dicẽte vis sanus fieri: cũ tñ talis interrogatio derisoria videri potuisset (dñe hominẽ nõ habeo) seruitorẽ. (vt cũ turbata fuerit aqua: mittat me in piscinã) aũ alios. (Dũ venio eĩ ego) ex quo patet ꝙ se mouebat: sed tarde vñ subdit alius ante me descendit (quasi diceret. Si me velles iuuare & esse hic in obsequiũ meũ vsq; ad aquę motionẽ semp tibi obligaret. Nã secũdũ Chry. nesciebat quis esset christus: vel quid facturus esset: sed sperabat eũ fore sibi vtilem ad salutem per corporale ministerium. Sed christus maius aliquid ei contulit. i. perfectam & integrã sanitatẽ animæ & corporis: & ideo subditur. (Dicit ei Iesus. Surge tolle grabatum tuum). i. lectum quo iacebat secundùm Mag. histo. qui dicit ꝙ grabatũ est lectus pauperũ: in quo capiti tm̃ supponitur aliquid. Et dicitur à graba quod est caput. (& ãbula) vt miraculũ sit euidens: vt ait Chryso. & nõ

¶ & non videatur phantasia. Iste autem non derisit vt dicit Chrys.dicens nunquid es maior angelo vt imperio tuo, vt me velis sanare sed etedidit iubenti. Et statim sanus factus est homo. Ex quo patet secundum Bedam quòd sanatio Christi differt ab ea quam faciunt medici quia illa est in tempore longo & mediantibus medicinis. hæc autem statim & solo verbo. Vnde ista K miraculosa est:etiam si talis infirmitas per naturam esset curabilis:quia natura curare non potest illo modo. s. statim. Aliquid enim est supra naturam quantum ad rem factam : vt statio vel retrocessio solis aliquid quantum ad rem factam in hoc non simpliciter : vt conferre viam mortuo : natura enim potest vitam infundere sed non cadaueri : aliquid quantum ad modum faL ciendi solum : vt conferre subito sanitatem ei qui naturaliter erat sanabilis processu temporis.Prima sunt miracula maxima, secunda media tertia infima : vt patet.j.parte.q.cv. (Et sustulit grabatum suum & ambulabat.) in signum perfectæ sanitatis:& ad Dei gloriam & honorem. ¶ Et tamẽ notandum secundum Aug.quòd cum tot ibi essent languidi nũ sanauit Christus nisi vnũ: M quia sanabat corpora : secundum quòd congruebat animabus in hac parte est documentum morale:quòd,qui patienter tolerant Dei flagella : tandem merentur à Deo consolari:qui vero impatienter ferunt à præsentibus tormentis ad futura ducuntur. Augu.j.de ciuitate Dei. Patientia Dei ad pœnitẽtiam inuitat malos:sicut flagellum Dei ad patientiam erudit bonos. Itaque misericordia Dei fouendos amplectitur bonos:sicut seueritas Dei puniendos corripit malos.Placuit quippe diuinę prouidentiæ præparare in posterum bona iustis : quibus non fruentur iniusti : & mala impiis quibus non excruciabuntur boni.Hæc ille.¶ Moraliter etiam significatur modus quo Deus spirituales infirmitates curat.Primo enim exhibet medicinam purgatiuam à malis humoribus.dicens:surge.s.per contritionem & confessionem. Deinde secundo confortatiuam quæ est spes veniæ : dicens tolle grabatum tuum. s. spem mentalem. Dicitur enim grabatum à grabo quod est caput:vt dictum est. Et tertio melioratiuam : quia est satisfactio : dicens & ambula, & quarto præseruatiuam : quæ est cautio circa occasiones peccandi, dicens : iam noli peccare ne deterius &c. Periculosa enim est recidiuatio.Primo ex parte Dei : quia grauius offenditur ratione ingratitudinis. Et secundo ex parte diaboli : quia tanquàm miles castrum perditum & recuperatũ cautius munit. Et tertio ex parte hominis:quia postquàm se frequenter labi videt : iam ex quadam consuetudine peccare pro nihilo ducit, iuxta illud. Prouerb.xvij. Impius cũ in profundum peccatorũ venerit contemnit. ¶ Quantum ad tertium ponitur miraculi publicatio : cum dicitur.(Erat autem sabbatum in illa die) in quo non licet opera seruilia seu corporalia facere,& in quo facilius poterat multitudo confluere ad videndum prodigium istud. (Dicebant ergo iudæi illi qui sanus fuerat factus)& videbatnr non observare festum portando grabatũ (sabA batum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.) Isti secundum Aug.nõ calumniabãtur domino quòd languidum sanasset in sabbato, quasi eis potuisset respondere quòd si ipsi curabant,& abstrahebãt de puteo sabbato pecora,ipse posset homines curare,sed illum reprehendebãt qui grabatum portabat,quasi diceret. Si sanitas non erat differenda nunquid & opus fuerat imperandum? B Decipiebantur autem iudei, quia opus corporale ad gloriam Dei factum cuiusmodi erat hoc,non soluit sabbatum, vt patet, quia sacerdotes sine peccato in templo occidebant & lauabant & offerebant hostias. (Respondit eis. Qui me sanũ fecit,ille mihi dixit, tolle grabatum tuum & ambula) quasi diceret secundum Aug. Quare non acciperem iussionem à quo acceperam sanitatem? C Ille enim vt dicit.S.Tho.per opus miraculi ostendit se habere authoritatem & virtutem diuinam, qua iusit sanatum deferre grabatum. Iste secundum Chry.cognouit iudeos non esse principaliter motos ex sabbati solutione, sed ex infirmitatis sanatione.i.ex inuidia, & ideo ipsam sanationem publicauit, & in medium adduxit dicens, qui me D sanum fecit. Sed illi maligne interrogauerunt : cum subditur. (Quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatũ tuum & ambula?) Non dicunt secundum Chry.quis te sanauit, sed quis iusserit, & hoc ex eadem inuidia vt dicit & liuore moti.Nolebant enim confiteri miraculum factum à Christo, sed de ipso diminutiue loquebantur. Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset quia diu languidus iacuerat, nec Christum cognoscebat (Iesus autem E declinauit à turba constituta in loco.) Et hoc secundum Chry.primo vt testimonium languidi esset credibilius de sua liberatione. Secundo vt non plus iudeorum furor accenderetur. Tertio secundum aliquos vt daret exemplum aliquando fugiendi calumniatores & iactantiam de operibus gloriosis (Postea inuenit eum Iesus in templo) ad quod accesserat gratias Deo redditurus.Ex quo patet quòd etiã anima eius F erat sanata. Cum enim Christus esset principaliter medicus animarum:nunquàm vt dicit.S.Tho. attulit salutem corpori,quin prius tempore vel natura attulerit etiam animæ. (Et dixit illi. Ecce sanus factus es : iam amplius noli peccare.) Vbi patet secundum Chryso. quòd illa egritudo ex peccatis eius prouenerat : quamuis plerunque ab G aliis causis oriatur. Dedit etiam Christus vt idem dicit,signum suæ deitatis: quia ostendit se eius peccata sciuisse. S.Thom. autem dicit Christum ideo quibusdam sanitatis talia dixisse & non aliis. Primo propter rationem quam tangit Chry.quia.s.aliquæ infirmitates prouenium à peccatis prioribus aliquę vero non. Secundo quia aliqui erant H paratiores ad correctionem:secundum illud Prouerb.ix. Noli arguere derisorem &c. Vel tertio, quia in istis hoc mandauit omnibus aliis (ne deterius tibi contingat) .i.ne incurras grauiorem pœnam. Vel quia vt.dicit.S.Tho. recidiualis grauius punitur,ratione beneficii præaccepti : vel ratione prioris pœnæ:quæ illũ non emendauit Chry. Si grauem sustineamus pœnam pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

I prioribus peccatis, deinde in eadem incidimus: grauiora patiemur, & hoc decenter. Qui enim neque supplicio factus est melior, vt insensibilis de reliquo & contemptor ad maius ducetur tormentum. Si autem hic non omnes pro peccatis torquentur, non confidamus. Nihil hic nos pati pro peccatis, signum est maioris illic futuri supplicii. Hæc ille. (Abiit ille homo & nuntiauit
K iudæis.) Secundum aliquos iste nuntiauit iudæis maligne tanquàm Christi accusator, & isti dicunt quòd propter hoc Christus tanquàm præmonens dixerit ei, iam amplius noli peccare &c. (Sed Augustinus, dicit quòd hoc fecit vt euangelizaret dominum) & similiter Chrysostomus, qui hoc argumentatur ex hoc quòd non dixit iudæis quòd Iesus esset qui iusserat eum tolle-
L re grabatum, sed dixit quòd eum sanauerat tacens de grabato. Vnde sequitur: (Quia Iesus erat qui fecit eum sanum.) Et Sanctus Thomas, dicit non esse probabile quòd post tantum beneficium ingratus extiterit: maxime quia vt dictum est, fuit etiam in anima sanatus. ¶ In ista parte est documentum in sensu morali vt Augustinus, quòd Iesus cognoscitur in templo: sed non
M in turba. Alicuius. Si gratiam redemptoris cognoscere volumus: & ad eius visionem venire: fugienda est turba cogitationum: & affectuum prauorum declinanda sunt conuenticula. ¶ Fugiendum est ad templum nosipsos templum Dei studeamus facere: quos deus inuisere: & in quibus manere dignetur. Hæc ille. Amen.

Sabba. post primam Do. in quadragesi. *Matth. xvij.*

ASSumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioānem fratrem eius & duxit illos in mōtem excelsum seorsum. & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt eis Moyses & Helias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum. Domine bonum est nos hic esse. Si vis: faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnū, Moysi vnum: & Heliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Ipsum audite, & audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: & timuerunt valde. Et accessit Iesus & tetigit eos: dixitque eis. Surgite, nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderūt nisi solum Iesum. Et descēdentibus illis de monte præcepit Iesus

A Iesus dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis à mortuis resurgat.

ASSVMPSIT IESVS PEtrum & Iocobum & Ioannem &c.) Matt. xvij. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt. Exultatio: contur
B batio: & cōfortatio. ¶ Quantum ad primum tangitur magna exultatio, quæ fuit in discipulis: quia viderūt gloriam Christi in transfiguratione. Est autem sciendum quòd Christus vt patet ex textu Euangelii: ante suam transfigurationem: vt habetur. Matt. xvj. promiserat discipulis dicens. Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem: donec videant filium hominis venientem in regno suo. i. apparentem eis
C in forma gloriosa: qua regnauit in regno suo. Et subiūgit beatus Matt. quòd post dies sex apparuit gloriosus in trāsfiguratione aliquibus. Sed. b. Lucas cap. ix. dicit post ferè dies octo. Soluit autem. b. Hiero. quia Matthæus non computat diem promissionis neque diem transfigurationis: sed medios. Lucas autem omnes. Factum est autem hoc conuenienter post dies aliquot à pro-
D missione: secundum Chry. vt mitigaret inuidiam eorum qui fortè erant conturbati: quia se non putabant esse de illis quibusdam: qui visuri essent ante mortem gloriam Christi: vel vt interim maius accenderetur desyderium. Fuit autem hoc post dies sex secundum Sanctum Thomam, & Rabanum: quia post sex ætates futura est resurrectio. Vel secundum Origen. quia non videbit gloriam resurrectionis: qui nō E eleuatur super omnia facta sex diebus. Dicitur ergo. (Assumpsit Iesus). s. post dies sex vel octo prædictos. (Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius.) Sed contra. quia Ambro. super Lucam dicit: quòd fuit Iacobus qui primus inter apostolos sacerdotale solium ascendit. & Austustinus, super epistо. ad Galathas dicit: quòd fuit Iacobus episcopus. & consequenter videntur velle F quòd fuit Iacobus Alphei: non Iacobus Zebedei: qui fuit frater Ioannis. Ad hoc dicitur quòd in rei veritate fuit Iacobus Zebedei frater Ioannis: seu Iacobus maior sic dictus: quia fuit prior vocatus quàm alius Iacobus: & familiarior Christo & primus inter omnes apostolos martyrio coronatus. Ambros. autem sicut dicit Hugo cardinalis per sacerdotale solium accipit G cœlum: in quo omnes sunt sacerdotes: quod Iacobus maior ante omnes apostolos tenuit: licet non ante Stephanum: quia inter apostolos primus occubuit morte. Augustinus autem non loquitur assertiue, sed ex aliquorum opinione. Non autem assumpsit Christus omnes apostolos: ad significandum secundum Hieronymum, & Rabanum: quòd non omnes vocati eligentur ad H gloriam: eliguntur tamen tres secundum eosdem: ad significandum quòd nulli ad gloriam peruenient nisi per fidem sanctæ Trinitatis. Assumpsit autem hos tres præ cæteris secundum Chrysostomum: quia erant cæteris peritiores. vel secundum Sanctum Thomam: quia Petrus feruentior erat & Ioannes purior: & Iacobus aduersus

I inimicos Christi maior erat bellatori vnde habuit secundum eum. iij. parte xlv. primatum Martirij inter Apostolos. Occidit enim enm Herodes: credēs se aliquid magnum facere atque prę-stare Iudeis si talem eorum prosterneret hostem. (Et duxit illos in montem excelsum,) id est in montem Thabor distantem à Nazareth tribus milliaribus secundum magistrum histo. Et hoc
K primo ad significandum ꝙ qui Deum contemplari volunt: in infimis voluptatibus iacere nō debent. Secūdo vt ostēdatur gloriā Diuinę claritatis non esse in huius seculi profundo quærendam: secundum Bed. vel secundum Hier. & & Rabanin signum ꝙ resurrectionem beatam expectantes: debēt habitare in excelsis. Vel etiam forte ideo: quia ille
L locus erat secretus. (seorsum.) à turba: ad significandum secundum Remig. & S. Tho. ꝙ sancti viri nunc à malis sunt corde separati: sed in gloria erunt separati omnino, id est corde & corpore seu loco (& trāsfiguratus est:) cum esset in oratione secundum Luc. non mutando figuram vel lineamenta: secundū Hier. sed mutando claritatem (ante eos,) id est ipsis videntibus. ¶ Ad euidentiam autē horum sciendum est ex. S. Tho. iij.
M parte. qō. xlv. ꝙ conueniens fuit Xp̄m transfigurari: & ostēdere Apostolis gloriam corporū futurā: quia debuit Apostolis ostendere finem ad quem ipsum sequendo peruenirent. Cuilibet enim viatori debet finis esse aliqualiter prācognitus maxime quando via est laboriosa: & finis letus. Per figurā tamē accipitur, vt dicit in Christi transfiguratione: non ipsa figura: sed color vel lux existēs in extremo corporis: vbi etiam est figura. Et secundum hoc vt ibi dicit mutauit figuram, id est claritatem: secundum quam solam dicitur: transfiguratus inter quatuor glorioſi corporis dotes: quia hæc sola percipitur in persona. Aliæ enim percipiuntur in aliquo actu. Non tamen decuit secundum alios secundum præmonstrare pœnas futuras iniquorum sicut iustorū præmia: quia venerat principaliter ad salvandum: & non perdendum: & iterum quia isti qui testes debebant esse visionis: non erant mali sed boni nec indigebant induci timore pœnarum qui dilectibiles erant amore præmiorum. ¶ Ad denotandum autem quòd Christus non mutauit figuram: sed claritatē: subiungitur quomodo sit trāsfiguratus ei dicitur. (Et resplenduit facies eius sicut sol) imo plus quàm sol: sed non potuit aliud lucidius exprimi. Vnde Remig. Si facies domini resplenduit sicut sol & sancti sicut sol fulgebūt: nunqd erit æqualis claritas domini & seruorum. Nequaquā: sed quia nihil inuenitur lucidius sole: idcirco ad manifestādū ei plum futuræ resurrectionis, & facies domini resplendere: & iusti fulgere dicitur sicut sol. Hæc ille. ¶ Est autē notandum secundū. S. Tho. vbi suprà. ꝙ illa claritas fuit claritas glorioſa, id est habebūt sancti in gloria, & hoc quantū ad essentiā: quia secundū Damasc. fluderiuata in Corpus ab anima Christi quæ ab instanti cōceptiōis fuit gloriosa: sed nō glorificauit corpus ex diuina dispositione: vt posset pro nostra salute pati: sed tunc glorificauit illud per modum transeuntis Christo volente.

A Ideo nō fuit glorioſa claritas quantum ad modum habendi illam quia nō fuit qualitas immanens per modū habitus vt nominat dos. Ideo etiam ille fulgor fuit miraculoſus, sicut & miraculoſum fuit ꝙ super mare ambulauit: nō autē est miraculum ꝙ Corp⁹ glorioſum fulgeat, quia immanentē & per modū habitus habet fulgorē. Hæc ex. S. Tho. Do
B minus tamē Petr⁹ de scala sensit ꝙ illa claritas nō fuit glorioſa: nisi dicat̄ glorioſa, id est similis glorioſæ: sed fuit inquit formata in Corpore Christi diuinitate: & discipuli per illam visibiliter apprehēsam intellexerunt sensu interiori claritatem gloriæ quā non videbant. Facit autē aliqua argumenta nul lius momēti. Vestimenta autem eius) que secundū. S. Tho. significabant sanC ctos (facta sunt albavelut nix.) In quo videt notari gradus claritatis inter sanctos & Christum: cū ille soli: isti niui cōparentur: & ille splendere isti albere dicātur. (Et ecce apparuerunt illis,) id est discipulis. (Moyses & Helias) qui
D venerūt vt testimoniū redderent Christo. ¶ Est autē aduertēdum ex. S. Tho. vbi supra ꝙ isti Christi testes non debuerūt esse Angeli, sed homines: ꝙa ibi manifestabatur gloria Corporis tantū qua angelicarēt. Et debuerunt ipsi esse quidā ex his qui Xp̄m sequebantur: vt Apostoli, & qui illū pcesserūt vt Moyses & Helias: quia per Xp̄m adducunt ad gloria isti & illi. Quomodo autem Moyses & Helias ibi fuerint docet idē ibidem dicens quòd glosſa quedā dicit quòd modo fuerūt ibi vere: neque quo ad animam neque quo ad Corpus: sed illa glosſa est sumpta ex libro de mira-

E bilibus scripturæ: qui autenticus non est nec est Augu. vt ei falso attribuitur Hiero. vero super Matth. dicit Heliam vnde erat descendisse. Moysen autē resurrexisse, id est animā eius apparuisse in assumpto corpore. Et sic secundū. S. Tho. Helias erat ibi in corpore & anima. Moyses autem in anima, sed nō in corpore suo ꝙ viuificauerat ante: sed
F in assumpto eo modo apparens quo & Angeli in corporibus assumptis apparent. ¶ Sed cōtra: quia Hiero. dicit nullam animā ab inferis ascendisse: donec Christus ad inferos descēderit. Sed ad hoc dicitur ꝙ per infernum: accipit priuationem diuinæ visionis: à qua nulla anima est liberata nisi per mortē Christi. Glo. autem Lucæ quæ dicit ibi vere
G non fuisse illas animas: sed illas apparitiones fuisse formatas Angelico ministerio in subiecta creatura, id est in corpore: aut est abolita aut abolēda: vt patet ex. S. Tho. Et multomagis illa opinio q̄ dixit illos duos apparuisse imaginariè tantum: quia expresse Luc. ix. dicitur ꝙ Apostoli erāt Vigilātes quādo viderūt maiestatē eius, scilicet Christi & duos viros cum eo. Quidā autem dixerunt ꝙ ibi nō fuit anima Moysi sola sine suo corpore: quia non potuisset
H dici vir: & tamen Luc. dicit Apostolos vidisse duos viros. Dicit ergo aliq eorum qui fuit in suo corpore, sed illud nō viuificabat, quia fuisset in statu merendi, sed tantum mouebat. Alij vero dicunt quòd illud viuificabat, & tamē non erat in statu merēdi, quia ad illud non fuerat suscitata, vt Lazarus, sed ad testificādum de Christo. Sed quicquid sit de opinionibus, horum tamen mo-

tiuum est nullum, quia illa anima appellata est vir eo modo quo Angelus apparens in assumpto corpore sæpe dictus est vir, scilicet quia in specie viri videbatur. (Loquentes cum eo.) Quid autem loquerētur exprimit Lucas dicēs: quòd loquebantur de excessu quē expleturus erat in Hierusalē, id est de excessiuo dolore passiōis eius. Ipsa eñ Christi passio excessus dicitur propter K excessiuum dolorem pudorem: & amorem: quia nunquàm fuit vel erit passio tanti doloris: tanti dedecoris: & tanti amoris: sed oēs alios excessit. ¶ Quare autem isti magis quàm alij Prophetæ apparuerint in testimoniū Christi est multiplex ratio secundum. S. Tho. & Christo. Prima quidem huius ratio est hæc. Quia enim turbæ dicebant eū esse Helia vel Hieremiam, aut vnū ex prophetis: capita prophetarum secum ducie: vtsaltē hic, videatur differentia seruorū ad eū. Et licet Luc. dicat ꝙ fuerūt visi in maiestate: tamen intelligitur in maiestate Christi: qui apparebat gloriosus: nō in maiestate sua ꝓpria. Alia ratio est. Quia enim cōtinue Iudei accusabant eum tanquàm trāsgressorem legis, & blasphemum: patris sibi gloriā vsurpantem: vt ostendatur ab vtraque M accusatione innoxius: eos qui in vtroque fulserūt in medium ducit. Etenim Moyses legem dedit: & Helias pro gloria Dei emulator fuit. Alia ratio est vt discant Homines: quoniam mortis & vitæ potestatem habet, siue quòd Iudex est viuorum & mortuorum. Propter hoc enim & Moysen qui in morte defecerat: & Heliam qui nondum mortem passus fuerat in mediū ducit. Sunt & multæ aliæ puta secundum Hieronymum. vt ostendatur ille esse quē lex & Prophetæ annūtiāt. Helias enim fuit inter Propheras celeberrimus in miraculis: & zelo & authoritate: vt patet ex scriptura: licet forte in aliquo hortū habuit excelsiorem. Et alia secundū Ambr. vt ostendatur omnis veritas esse suspecta: quæ legis vel Prophetarū aut Euāgelij veritate firmatur. Item quia forte volebat Discipulos informare, vt essent mansueti sicut Moyses: & feroces vt Helias. Cognouerunt autem eos Apostoli ex interna inspiratione secundum aliquos vel forte verius: quia apparebant in habitu vel effigie tali qualem de eis fama spargebat puta Helias cum zona pellicea: & Moyses facie cornuta. ¶ Sed quare non voluit Christus habere testimonium alicuius eorū qui fuerunt in lege naturæ: puta Enoch: Ad hoc dicitur secundum aliquos: ꝙ tempore legis naturæ non erat expressum an redemptio humana esset futura per Angelum vel hominem, ideoque tantū implicite credebatur in filium Dei venturum, sed Abraæ explicarum est hoc ideo consequenter non debuit apparere. Enoch vel alius. Sed qa cōmuniter tenent doctores quòd Adam cognouit mysterium Christi cum dixit: hoc nūc os ex ossibus meis. Gene. ij ideo forte dici potest quòd isti duo sufficiebant fini intento à Christo iuxta rationes supra allegatas: nec oportebat adesse alium: alioquin pari ratione arguerētur quòd ibi fuisset aliquis de statu innocentiæ puta Adam & aliquis Angelus. (Respondens autem Petrus,) id est loquens (dixit ad Iesum: Domine bonum

A bonum est nos hic esse.) Hæc dixit cū discederent illi duo vt dixit Lucas. & ad duo referuntur. Chrysosto. ēnim dicit quòd Petrus ante fuerat hortatus dominum velle mori: sed Christus increpauit eum appellans eum sathanā, id est aduersarium: & nunc Petrus idē fecit: sed caute ne de nuo increparetur. Voluit ergo quòd dominus lateret ibi: B & quòd ibi essent illi duo quorum societatem Christum gaudere videbat, scilicet Moyses & Helias. Sed Remi. & alij dicūt. quòd ideo sic dixit quia gloria humanitatis Christi in qua est nostra felicitas accidentalis: sicut essentialis est in visione diuinitatis ita fuit delectatus quòd voluit ibi perpetuo esse. (si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum) in quo, scilicet volebat & C ipse manere. (Moysi vnum: & Heliæ vnum) cum quibus volebat morari socios. Sed vt testatur Luc. loquebatur ne sciens quid diceret. Sed secūdum Chrysostomum. non est reprehensus à Christo: sicut filij Zebedei quibus dixit Ne scitis quid petatis: quia non improbe loquutus erat sed imprudēter. Sicut eñ ex magnitudine iræ vel timoris homo prorumpit in verba non premeditata: D sic & Petrus ex nimia suauitate quam experiebatur prorumpit in verba non rationabilia. Non est enim substantia nostrę felicitatis in terra vel Christi humanitate: sed in visione Deitatis. Remi. Errauit: quia voluit vt regnum electorum cōstitueretur in terra quod dominus promiserat dare in cœlis. Erravit etiam quia oblitus est se & socios suos esse mortales, & absque gustu mortis voluit subire æternam felicitatem. Et in eo quòd cælesti conuersationi E tabernacula facienda putauit in qua domus necessaria non erat cum scriptum sit. Templum non vidi in ea. Hæc ille. ¶ In hac parte habemus documentum in sensu literali: quòd Remi. tangit di. Visa domini maiestate, & duorum seruorum Petrus adeò delectatus est: vt cuncta temporalia obli F uioni tradere & ibi in perpetuum vellet manere. Si autem tunc Petrus sic accensus est: quanta est suauitas & dulcedo videre regem in decore suo; id est interesse choris Angelorum & omnium sanctorum. Hæc ille. ¶ Quātum ad secundum tangitur discipulorum conturbatio. Ad cuius intellectū sciendum est ex doctrina sancti Thomæ. tertia parte vbi suprà quod conueuenienter in transfiguratione sicut, & G in Baptismo pater testificatus est naturalem filiationem Christi dicens. Hic est filius me⁹ dilectus in quo mihi bene complacui &c. Et ratio est quia adoptio filiorum Dei consistit in conformitate ad naturalem filium cui cōformamur imperfecte per gratiam in Baptismo: & perfecte per gloriam quę in transfiguratione mōstrata est: ideo tam hic quā ibi debuit manifestari naturalis Christi filiatio. In baptismo au- H tem vt dicitur apparuit spiritussanctus in colūba: quia ibi datur innocētia: sed in trāsfiguratiōe apparuit in nube lucida. quia cū gloria dabitur claritas & refrigeriū ab æstu cōcupiscētiæ. Dicitur ergo. (Adhuc eo loquente). S. Petro. (Ecce nubes lucida. j. spiritussanctus: scd̄m Ori. obūbrauit eos). j. occupauit (& vox) pēna: scd̄m Hie. sed tū Ange-

lico ministerio formata (de nube) vt
ista vox credatur esse à deo: secundum
Chry.quia semper solet apparere Deus
in nube:iuxta illud.Nubes & caligo in
circuitu eius(Dicēs hic est filius meus)
naturalis(dilectus)inquantū deus quia
summa bonitas, & inquātum homo nō
quia summa bonitas, sed quia summè
bonus.s.inter hoīes & angelos & crea-
turas(in quo mihi complacui).i.in quo
K placitum seu propositum meum com-
plebitur Dei redemptione generis hu-
mani(ipsum audite.)¶ Contra videtur
quod hoc debuerit dici in baptismo.qa
tunc incepit predicare.Ad hoc dicit.S.
Tho.vbi supra quod Christus venerat
gratiā quæ in baptismo confertur dare
actu non autem promittere verbo:econ
trario gloriam quæ in transfiguratione
monstrabatur,venerat nō dare sed pro
L mittere verbo, ideo cōgrue dictum est
ipsum audite. s.promittētem cœlestia.
(Et audientes discipuli ceciderūt in fa
cies suas)quod secundū Remi.fuit iudi
cium sanctitatis,quia sancti in faciem
cadere dicuntur impii vero retrorsum
(& timuerūt valde.)Fuit autem conue
niens quod timerent secundū. S. Tho.
vbi supra ad ostendendum q̄ illa glo-
ria excedit humanum sensum.Sed qua
M re timuerunt? Ad hoc sic dicit Hier.tri-
plicem ob causam pauore terrentur:
vel quia se erasse cognouerāt vel quia
nubes lucida operuerat eos aut qa Dei
patris vocem loquentis audiuerant,Hu
mana enim fragilitas conspectum ma-
joris gloriæ ferre non sustinet ac toto
animo & corpore contremiscens ad ter
ram cadit.Hæc ille.Euangelista tamen
videtur paternę voci attribuere in hos
quod dicit & audientes ceciderunt.Sed
quare in baptismo audita tali voce nul
lus timuit sicut modo Chry.Quia & so
litudo & altitudo & silētium erat mul-
tum & transfiguratio stupore plena &
lumen purum & nubes extensa ex qui-
bus omnibus stupor in eis congregaba
tur.Hæc ille. Sed si erant grauati somno vt dicit Lucas : quomodo ita time-
bant? Ad hoc dicunt aliqui quod ille
somnus veniebat à magnitudine visio-
nis quasi velint dicere quod si somnus
improprie pro alienatione sumptus.
Sed forte melius dicitur quod quando
Christus fuit in monte non subito est
trāsfiguratus sed posuit se in oratione:
& interim illi obdormierūt & ipse trās
figuratus est, & deinde illi euigilarunt
& viderunt visionem.Istum autem ien
sum clare innuit.Luce.ix.¶ In hac par-
te est documentum literale:vt quilibet
diligentes audiat verba Christi & eis
assentiat:quia hoc nobis cōsulit illequi
nec fallit nec fallere potest.Ambr.Cre
de quia veritas est acquiesce quia medi
cus!Hæc ille.¶ Quantum ad tertiū tan
gitur eorum confortatio cum dicit (&
accessit Iesus & tetigit eos) familiarie-
ter ad consolandum & confortandum
(dixitq; eis) confortando verbo, sicut
prius fecerat manu (surgite nolite ti-
mere. Leuantes autem capita sua ne-
minem viderunt nisi solum Iesum &
hoc rationabiliter secundum Hieron.q.
quia si adhuc alii duo affuissent : testi-
monium videretur incertum an esset
de Christo intelligendum vel de alio
(& descendentibus illis de monte præ-
cepit eis Iesus dicens. Nemini dixeri-
tis visionem : donec filius hominis) id
est ipse Christus sic se vocans eo quod
vnius tantum hominis. id est, virginis
sit filius : vel melius causa humilitatis
à mortuis resurgat. Et hoc secundum
Hierony.ne res prę magnitudine vide
retur incredibilis: & cum dominus pa-
teretur maius scandalum fieret. Vel se-
cundum Remig.ne populi impedirent
eius passionem. ¶ Est autem sciendum
quod hoc euangelium legitur in die di
cata beatę virgini,quia in sensu allego
rico vel secundum quandam similitudi
nem tota secunda pars competit ei.
¶ Pro quo sciendum quod vt patet ex
li.metheororum:nubes ex terra & aqua
generantur inquantum virtute solis à
terra humectata vapores eleuātur: qui
rursus in pluuias vel aliquid tale resol
uuntur.Vnde significant viros sanctos:
C qui de terra fiunt: & super terram per
affectum & contemplationem eleuan-
tur, & deinde spargunt pluuiam doctri
næ ac miraculorum. Quædam igitur
nubes sunt albæ significantes virgines.
& quædam rubee solis radiis illumina
tæ & inflammatæ significantes marty-
res qui sanguinem ex charitatis ardo-
re fuderunt quædā vero tenebrosę ma
ximam pluuiam afferentes : & apostо-
D los ac reliquos predicatores significan-
tes quædam vero sunt lucidæ signifi-
cantes aut Deum aut homines partici-
pantes deitatem . Hæ autem vt reperi
fuerunt tres,scilicet illa quæ castra dei
precedebat in deserto:quæ in dei tene-
brosa & in nocte lucida videbatur : si-
gnificans deitatem quæ in die id est eo
modo quo maxime est volibilis, id est,
quantum in se est hominibus tenebro-
sa est : sed in nocte id est in creaturis
visa nobis est clara. Secunda vero fuit E
illa de qua secundum sanctos dicitur
Gen.j.& facta est lux.i.nubes lucida:&
significat humanitatem Christi quia se
cundum sanctum Tho.illa post fuit as-
sumpta ad formam solis:sicut illa hu-
manitas fuit assumpta ad participan-
dum esse dei in persona Christi. Tertia
vero est de qua habeī,& significat bea-
tam virginem, quæ in participatione
deitatis fuit super omnes creaturas ele F
uata:non solum per gratiam sed per ve
ram maternitatem habendo in vtero
verum deum. Hæc nubes obumbrauit
apostolos splendoribus suarum virtu-
tum & sanctitatis & de ea venit talis
vox.Hic est filius meus scilicet ratione
humanæ naturę.Fuit enim vera mater
Christi vt alias dictum est dilectus. Nā
Christum dilexit dulciter : sic quod si-
cut aurum liquescit ad ardorem ignis: G
ita & anima eius liquefacta est ad diui
ni amoris ardorem. Et tam dulcis fuit
ille amor quia extasim fecit in filio qui
in cruce sua vulnera oblitus de matre
cogitabat & in matre quæ stabat in me
dio carnificum inter arma & cruorēm
mulier nec eos expauebat. Dilexit etiā
eū fortiter sic quod ei facilius fuit mo-
ri quam non amare. Nam tempore pas
sionis quidam fuerunt fortes in amore: H
sed debiles in associatione ad mortem:
& similiter in fide,vt apostoli fere om-
nes.Quidam quo ad duo prima sed nō
quo ad fidem vt sanctę mulieres. Bea-
ta autem virgo fuit fortis in omnibus
Dilexit etiam eum sapienter:quod pa-
tet.Primo quia non pepercit teneritu-
dini eius quin eum duceret ad ea quæ
Dei sunt: idem ad templum in diebus

festis. Secundo quia ei nunquam voluit deliberare, & serio suadere: quin ascenderet pro omnibus patibulum crucis. Tertio quia eidem nunquam suasit vt de cruce descenderet: quamuis ibi sciret eum grauissima pati, in quo mihi &c. quia in tota sua vita nihil sibi placuit nisi Christus vel propter Christum Iesum audite. Hæc est vox virginis ad apostolos: quibus suadebat Christi veritatem: vt patet in epistola quam scripsit Ignatio. Discipuli autem corruerunt in terram præ reuerentia tantæ sanctitatis: & nihil viderunt in virgine nisi solum Iesum quia scilicet tantum fuit in eum transformata per amorem quod quæcunque eius verba: & facta: & vestimenta amorem Christi redolebant. ¶ In hac parte est documentum in sensu morali. Isti enim discipuli significant eos qui visa per fidē magnitudine gloriæ, & audita voce præceptorum Dei: & considerata censura & austeritate sociorum Christi id est sanctorū: cadunt per pusillanimitatem & desperationem: sed Christus eos confortat tactu Spiritussancti & verbo suo dicens. Iugum meum suaue est: & onus meum leue &c. Mat. xj.

Dominica secunda in. xl.

Mat. xv.

EGressus Iesus secessit in partes tiri & sidonis. Et ecce mulier Chananea à finibus illis egressa clamauit dicens. Miserere mei Domine Filii Dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem, Respondens: ait. Non sum missus: nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. At illa venit & adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa dicit: Etiā domine. Nam & catelli edunt de micis: quæ cadunt de mensa dn̄orum suorū. Tunc respōdens Iesus ait illi. O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

EGressus iesus scessit in partes tiri & sidonis &c.) Matth. xv. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt. Supplicatio: Continuatio: Impetratio. Quantum ad primum ponitur supplicatio facta Christo à muliere Chananea: cum dicitur (Egressus Iesus) de terris iudaici populi. Nam sicut ex textu Euangelistarum patet Christus fuerat reprehensus à pharisæis quod discipuli sui aliquando manducabant non lotis manibus, quibus ipse respondit quod hoc non erat peccatum nec reddebat hominem coinquinatum coram deo: quāuis non negauerit esse quandam in ciuilitatem quam tamen in Christo notare non potuerunt. Illi autem scandalizati fuerunt & Christus eos acriter reprehendit, dicens quod erant hypocritæ facientes grauem casum de minimis: non autem de magnis. Et tandem vt ex deuotione gentilium ostenderet quanta esset iniquitas iudæorum egressus est ab eis & (secessit in partes tiri & sidonis) quæ secundum Remig. erant ciuitates gentilium: quia tirus fuit metropolis Chananeorum & sidon erat terminus vt idem dicit. De his ciuitatibus vide dominica. xij. post festum trinitatis. ¶ Sed contra arguit Chrysosto. quia hoc videtur esse contra illud preceptum Matth. x. in viam gentium ne abieritis vbi prohibuit apostolis ne gentibus predicarent. Et soluit idem Chrysos. dupliciter. Primo sicut, quia ipse non erat subiectus illi precepto. Et ex hac solutione prima Chrys. haberi potest quod Christus nō fecit quecunq; precepit. Quod autem dicitur Actuum. j. cepit facere & docere intelligitur quod cepit facere omnia quæ docebat si erant congruentia persone & statui suo. Secundo. soluit quia non iuit ad predicādum. Vnde & Mar. vij. dicitur ꝙ ingressus domum neminē voluit scire non voluntate bene placiti quæ semper impletur: sed signi quia inhibuit discipulis ne eum manifestarent. Et tamen vt idem dicit non potuit latere. s. potestate cōgruentię secus potestatę absoluta. Ad quid vero iuerit docet Remigius dicens quod iuit ad sanandum tirios & sidoneos: vel filiam huius mulieris: vt per eius fidem confunderet pharisæorum & scribarum nequitiam. De hoc tamen plura habentur dominica vbi supra ita quod aliter solui potest. (& ecce mulier Chananea) Chananei terram promissionis incoluerunt ante iudeos, sed ab eis partim fuerūt occisi: partim fugati: partim in seruitutem redacti: & partim in terra promissionis relicti in aliquibus locis quæ euertere aut nō potuerunt aut neglexerunt. Samaritani autem eadem terram incoluerunt post iudeos, id est, post captiuitatem decem tribuū missi à Nabuchodonosor rege Babylonis. Hæc autem mulier fuit Chananea & non Samarites. Et secundum Beatum Marcum fuit syrophenissa genere, id est, de syria phenicis. Est enim syria nomen generale prouinciæ phenix autem nomen cuiusdam specialis contratę. ideo dicit syrophenissa de tali cōtrata vel parte syriæ oriunda. Quidam tamen vt recitat magister histo. legunt tyrophenissa: vt in hoc exprimatur patria & regio, quia sic erat de phenissa regione quod etiam erat de Tyro ciuitate sicut & dido. (A finibus illis egressa.) Christum enim sequebatur in via vt impetraret sanitatem filiæ. Marcus tamen, dicit quod ad Christum accessit existentem in domo: quod verum est: primo secundum Augustinum quia tamen eam ibi non exaudiuit sequebatur eum in via. Chry. Chananei quę expulsi fuerāt vt non peruerterent iudæos, hi iudæis apparuerunt prudentiores: vt exirent à terminis suis

Universidad de Deusto Biblioteca

I suis & accederent ad christum. Cum autē hæc mulier accēsisset nihil aliud quam misericordiam postulauit. hæc ille. Vnde sequitur (clamauit) tanquàm vehemēter anxiata (dicens) ei (miserere mei domine fili Dauid) & in hoc secundùm glo. ostenditur magnitudo fidei eius. quia christum confessa est deū di. Miserere mei domine. Non enim dicimus miserere mei ad sanctos: sed ora
K pro me beate Paule: aut Petre ad deum autem miserere mei secundùm sanct. Tho: Vnde etiam vt dicit. iiij. di. xv. q. iiij. ar. vj. q. ij. ad primum. non dicimus christe ora pro nobis: sed inquantū ho mo oret. sed christe miserere nostri: q̄a christus supponit suppositum æternū cuius nō est orare: & etiam ad euitandū errorem Arrii: vt dicit ibi & iterum in dist. xlv. quæstio. iij. ar. ij. ad tertium.
L Quamuis etiam dici possit q̄ eo tempore tali modo loquendi etiam ad homines puros miseri vtebantur. Et hominem cum subdit: filii Dauid. i. christi. Nā vt elicitur. Matth. xij. Iudei christū quem ex Dauid semine expectabant: appellabant antonomastice filium Dauid. Et vt magis eum ad misericordiā flectat: subdit (filia mea male à demonio vexatur. ¶ In hac parte est morale
M documentum quod Orig. tangit dicens Vide prudentiam feminæ. Non iuit ad homines seducto res: non quæsiuit inanes ligaturas. sed omnes relinquēs diaboli cultus: venit ad domum. Hæc ille. Est & aliud quia ista mulier petens misericordiam: non dixit miserere mei deus sed filii Dauid. Licet enim deus semper fuerit misericors tamen quantum ad effectum & si non in se fuit magis postquam fuit filius Dauid sumpta humanitate: q̄a oleo spiritussancti fuit sic inūctus vt effectus sit mollis. & mansuetus. Esa. lxj. Spiritus domini super me: eo q̄ vnxerit me. Illa vnctio mollificauit quatuor olim durissima & infixibilia scilicet cœlum quæ nullum homi nem volebat suscipere & angelum qui nullam animam volebat in cœlū portare & deum qui humanum genus sibi nolebat reconciliare: & morte quæ bonos & malos ad inferos deducebat. Et quæ hominibus erat odiosa nūc est sanctis amicabilis quæ mansuetudine & nulli eorum dominatur. Itaque confidamus valde in christū secundum illud. Heb. iiij. Adeamus cum fiducia ad thronū gratiæ eius. i. gratiosum. ¶ Quā tum ad secundum tangitur perseueran tia mulieris in petendo christo eam nō exaudiēte statim. Vnde subditur. (Qui non respondit ei verbum) non ex superbia vel indignatione: sed vt nobis ostenderet patientiam & perseuerātiā mulieris secundùm glo. Hiero. autem ait. Non autem de superbia pharisaica nec scribarū supercilio. s. hæc proficiebantur sed ne ipse sententiæ suæ contrarius videretur: p quā iusserat in viā gētiū ne abieritis. Nolebat eū calūnia toribus occāsionē dare p̄fectāq; salutē gētiū passionis & resurrectionis ipi reseruabat. Hæc ille. Et tertio nō respōdit ei verbum: vt desideriū mulieris accenderet. Et quarto q̄a volebat discipulos pro ea exorare ad significādū q̄ peccator aliquādo indiget sanctorum orationibus ad veniam promerēdū. Et quinto vt eius orationis instantiam cōmendaret: & nos ad idē eius prouoca-

A ret exemplo. (Et accedētes discipuli) Hie. Vel quia ignorabant mysteria domini: vel quia fuerant misericordia moti vel quia voluerunt eius importunitate carere rogebant eum dicentes (dimitte eam) secundū Chry. voluerunt dicere vt exaudiret eam: sed per contrariū sunt locuti. Vel possumus dicere quòd locuti sunt propriè, vt eam dimitteret
B s. consolatam ac si diceret. Expedias eā eam dādo quod petit (quia clamat post nos) q.d. Non recedet nisi exaudiatur (Ipse autem respondens ait.) In domo nihil dixerat propter calumniatores iudeos: ne ei improperassent quòd gentiles curabat vel docebat. (Non sum missus). s. ad curandum & prædicandū personaliter secundùm Remi. Vel non sum missus primo & principaliter secū
C dùm Hiero. sed secus ex rationabili & particulari causa (nisi ad oues quæ perierant dominus israel Iudei olim fuerūt oues de quibus Esa. xxxiij. Omnes nos quasi oues errauimus: sed modo sunt effecti canes de quibus Psal. Circundederunt me canes multi. Aliquando tamen christus gentibus prædicauit vt samaritanis. Io. iiij. ad significādum q̄ etiam in gentibus ecclesia fundaretur: sed ad eas christus non accessit per
D sonaliter: nisi per transitum vel ex alia speciali causa. Ad eas autem accessit per apostolos suos post passionem & resurrectionē suam. (At illa venit) quā do. s. videbatur angustiata recedere secundùm Chry. (& adorauit eum dicēs Domine adiuua me Chry. Ista chanani tidis perseueranter: primo filium Dauid: deinde dominum vocat: & ad extremum deū adorauit. Hæc ille. Sed quan

E to plus illa petebat tanto plus christus negabat vt accēderetur eius desideriū & perseuerantem patientiam manifestaret. Vnde sequitur. (Qui respondens ait. Non est bonum) regulariter: & vniuersaliter (sumere panem). i. doctrinā & miracula (filiorum) ideſt debitum filiis seu iudeis secundùm glo. generatis & educatis sub cultu vnius dei cuius filii dicebantur (& mittere canibus). i. gē
F tibus cuiusmodi erat ista qui secundū Hilarium canes dicti sunt quia esui sanguinis dediti erant velut canes Chry. Vide etiam mulieris prudentiam quāliter neque contradicere ausa est: neq; tristata est in aliorū laudibus: neq; molestata est in proprio conuicio. Hæc ille. Vnde sequitur. (At illa dixit. Vtique domine). i. bonum est aliquando. s. in casu de re panē filiorum canibus propter petentis deuotionem: vel in signū G fundationis ecclesiæ in gentibus futuræ. Et in hoc se canem vult appellari: non contradicens christo. (Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mēsa dominorū suorum) Vnde se minus quā cane. i. catellum seu paruum canē dicit. secundùm Chry. iudeos autē plus quā filios. i. dominos. Ac si dicat secundum eundem. Si canis sum non sum aliena. Canem me dicis ergo nutri me H vt canem. Non possum relinquere mēsam domini mei. Hæc ille. Vnde secundū Hier. si quis consideret verba & gesta huius mulieris videbitur fuisse magnæ fidei in credendo & patiētiæ in tolerando repulsam & humilitatis vbi micis seu reliquiis se contentam dicit. Est autem mica parua seu minima reliquia vel fragmen panis. Sed quare

ita rigidus stetit fons pietatis christus hucusque? Ad hoc dicitur primo secundum Chry. quòd hoc fecit ad nostram vtilitatem: quia sciebat mulierrem ita esse dicturam vt dixit: & secundo iuxta Hiero. ne daret iudeis causam calumniandi. vt dictum est. ¶ In hac parte est documentum morale: vt si quid vis obtinere à Domino nonstatim desistas in primavice si nō exaudiaris. Vnde Grego. xxvj. moral. Nemo quia tardius auditur: credat q̄ à superna cura negligatur Sepe enim nostra desyderia quia celeriter fiunt: non exaudiuntur quod impleri concite petimus ex ipsa melius tarditate properatur. Hæc ille. ¶ Quantum ad tertium tangitur impetratio quam fides: humilitas: patientia & perseverantia meruit. Vnde dicitur. (Tunc) visa omni eius virtute (respondens Iesus) fons pietatis & clemētię qui oēs cupiebat a se discedere consolatos. (ait illi. O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis) ac si dicat secundùm Chry. Fides tua maiora his audire potest. verum interim fiat tibi sicut vis. Hæc ille. (Et sanata est filia eius ex illa hora: quia christus tanquam deus vbique est & vbique operatur. ¶ In hac parte est morale documentum quòd mulier id est persona cuius filia idest anima vexatur à diabolo per peccatum mortale: non debet confidere tantum in auxilio apostolorum id est seruorum dei: sed ipsamet debet adire christum & misericordiam petere Chrysostomus Intendant qualiter apostolis non impetrantibus impetrat illa. tam magnum quid est instantia orationis. Et enim pro nostris noxis à nobis vult magis rogari quàm ab aliis pro nobis. ¶ Allegoricæ autem ista mulier significat ecclesiam sanctam vel humanam dignitatem: quæ ex ipsa sua humanitate supplicat christo ne per idolomilitate supplicat christo ne per idolo latriam & varia peccata vexetur à diabolo sua filia idest gentilitas: quam tandem christus curauit quantum ad sufficientiam per suam passionem. ¶ Anagogice vero significat ecclesiam triumphantem quæ supplicat pro filia idest pro militante vt eam deus educat de hoc seculo in quo tam multipliciter per culpas & pœnas à diabolo vexatur. ¶ Moraliter vero significat quamlibet personam supplicantem pro anima vel etiam ipse ecclesiam cuius singulæ animæ sunt filiæ generaræ per baptismum quæ lamentabiliter plorat peccata & transgressiones animarum. Anima autem peccatrix aliquando vexatur male: dum in prosperis est intemperans: & in aduersis impatiens. Aliquando autem peius in peccatis sicut colligitur ex dictis Salomonis licet superbiæ auaritiæ: luxuriæ: quia tria sunt quæ non sinunt hominem quiescere in domo sua scilicet fumus id est superbia: & stillicidium idest auaritia quæ stillat anxietates varias in corda mala vxor idest concupiscentia carnalis. Aliquando pessime quando scilicet iam consueuit peccare: quia secundùm August. consuetudo est fortissima catena: necessitas ad malum. durum est etiam assueta relinquere vt de exageratur delictum consuetudine multiplicatum & ita grauiùs puniendum. Sed ista delinquendi assuefactio est potius corruptela quā consuetudo

Feria secunda Ioan. viij. c. ego q̄ placita sūt ei facio semp.

EGo vado & quæretis me: & in peccato vestro moriemini quò ego vado vos non potestis venire? Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsum. Quia dicit quò ego vado vos non potestis venire. Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis. ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non crediderit quia ego sum moriemini in peccato vestro. Dicebāt ergo ei: Tu q̄s es: Dixit eis Iesus Principiū: q̄ & loquor vobis Multa habeo de vobis loq̄ & iudicare. Et q̄ misit me verax est & ego q̄ audiui ab eo hæc loquor in mūdo cognouerunt: quia patrem eis dicebat deum Dixit ergo eis Iesus. Cum exaltaueritis filiū hominis tunc cognoscetis quia ego sum: & à me ipso facio nihil: sed sicut docuit me pater hæc loquor. Et q̄ me misit mecū est: & nō reliq̄t me solū: q̄a

EGo vado et q̄ aretis me) Io. viij. In præsenti euangelio tangūtur tria puncta quæ sunt Commitatio: interrogatio & prenūtiatio. Quātum ad primum christus comminatus est iudeis si non crederent: esse magnā pœnam idest mortem in peccato mortali: & consequenter gehēnam. Dicitur ergo (Dixit Iesus turbis iudeorum) in publica prædicatione (ego vado) ad cœlum per mortem secundùm Be. Vado inquā idest non impellor aut trahor: sed sponte vado idest morior. Vado in quam de præsenti idest in proximo est vt vadam (& quæretis me.) Contra q̄a si quæsiuissent quomodo dicitur quod morientur in peccato vt sequitur Ad hoc dicitur secundùm Chrysostom. & Augu. quòd non erat eum quæsituri desiderio sed odio: quia eum post mortē persecuti sunt in membris sicut ante mortem in persona: occidendo apostolos: & de ciuitate in ciuitatē persequendo (& in peccato vestro) in singulari secundū Bedā: vt ostendatur quòd illud scelus erat omnibus cōe. s. infidelitas (moriemini.) Cōtra q̄a multi eorū crediderūt in eū vt post dicit. Ad hoc dicit Chr. q̄ iste sermo ad illos dirigebatur quos nouerat christ⁹ nō eē credituros. Vel pōt dici q̄ loquit cōminatorie & cōditionaliter. s. si no peniterēt. Vel secūdū Ch. (q̄retis). s. tpe destructiōis hierusalē oppressi (& nō inue.) q̄a nō feram vobis auxiliū. Erant enim tēpore illius destructionis quidam memores christi quia facta est circa. xiij. annum à passio

I sione eius & poterant cogitare quòd propter sanguinem Christi desolabatur ciuitas infidelis. (Et in peccato vestro).i.in infidelitate vel scelere mortis meæ (moriemini)morte.s.animæ & corporis & morte gehénæ. Dicitur autem quis in aliquo peccato mori vel quia in eo sine pœnitentia finit vitam, vel quia impunitionem eius moritur, vt mori in peccato sit mori propter pec
K catum. Et vterque sensus congruit in proposito.¶ Et nota quòd Christus mortuus est pro peccato.s.delendo: sancti autem moriuntur in peccato illud in se mortificando:scelerati vero in peccato ei subiiciendo:sicut vestitus moritur in vestimento: vel in peccato. i. propter peccatum. Est etiam notandum secundum. S.Tho. quòd si intelligatur hoc de morte corporali:in peccatis suis mo
L ritur qui vsque ad mortem in illis perseuerat. Si vero intelligatur de morte peccati de qua in Psal. Mors peccatorum pessima: hanc mortem præcedit quædam infirmitas sicut & mortē corporalem. Nam quandiu peccatum est remediabile.est quasi quædam infirmitas: sed quando est irremediabile simpliciter:vt post hanc vitam: vel quo ad ipsum : vt peccatū in spiritumsanctum
M tunc causat mortem.j.Io.v.est peccans peccatum ad mortem : non pro illo dico vt roget quis.Et secundum hoc pronuntiat dominus iudæis infirmitatem peccatorum esse ad mortem. Hæc ille. Est vero notādum pro his quòd vt elicitur.xj.ij.q lxxxiij.art.vij.ad tertium: imo vt ibi expresse dicitur orationes nostræ non habent efficaciam in præscitis vt saluentur.s.sed solum in præ-
destinatis. & ideo dicitur.j.Ioā.v. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat, & dabitur ei vita,peccāti peccatum non ad mortē &c. Sed quia reprobatos à prædestinatis hic distinguere non possumus, secundum Aug.de cor.& gra.quādiu viuunt orationis suffragium non illis subtrahendum est. Hæc ille. Dupliciter ergo scitur aliquis peccare peccatū ad mor-
tem.s.quia scitur damnatus : vel quia scitur præscitus ex reuelatione Dei,& neutro modo pro eo orādum est.Quod ergo videtur.S.Tho.hic dicere nō esse orandum pro peccante in spiritumsanctum.i.per finalem impœnitētiam : intelligendum est si sciatur quòd in tali impœnitentia sit moriturus non aliter sicut.j.Reg.xvj.dixit dominus Samuēli. Vsquequo tu luges Saulem:cum ego abiecerim eum. Lugebat autē eum quia nesciebat an Deus illum commutatoriè, vel diffinitiuè repulisset. Sed contra quia videtur dominus eis præ-
dicere suam damnationem : & consequenter cogit eos desperare. Ad hoc dicitur dupliciter. Primo quòd hoc non fuit prædictum secundum Chry.absolute sed comminatiuè, vel conditionaliter : si non reliquissent propositum in quo erant. Et sic intelligitur illud Ionæ.iij. Adhuc.xl.dies & Niniuæ subuertetur. Et similiter etiam cuicunque reuelaretur quòd esset damnandus intelligeretur secundum.S.Tho.cōditionaliter si moreretur impœnitens. Secundò secūdum.S.Tho.quòd dominus generaliter loquebatur omnibus non autem alicui singulariter : ideo omnes habebant quidem timere : sed nullos debeb
A debebat desperare (quò ego vado)ibat enim ad gloriam (vos non potestis venire) non poterāt secundum Chry.vel quia non videbant, vel quia non poterant tales quales erant. Vel secundum S.Tho.& idem est : quia nolebant, & quia impediebantur à cœlesti gloria: ratione contrarietatis propter sua pec-
cata, sicut & Petrus & quilibet iustus viator ratione imperfectionis : quia.s.
B erat peregrinus in carne:quando ei dictum est Ioā.xiij. Non potes me modo sequi. Auditis autem his carnaliter iuxta suam consuetudinē secundum Aug.cogitauerunt. (Dicebāt ergo iudæi. Nunquid interficiet semetipsum:quia dicit quò ego vado vos nō potestis venire.)Hoc autem dupliciter exponitur
C vno modo secundum Augu.vt sine ratione loquerētur. Vnde ait.Stulta verba, & omnino insipientia quid enim: non poterant illi venire quo ipse perrexisset si interficeret semetipsum:nūquid ipsi non erant morituri?Ergo ego quo vado dixit:non quo itur ad mortē: sed quo ipse ibat post mortem. Hæc ille.Alio modo secundum Ori.vt aliqui sint ratione locuti,Quia enim scripturæ & præcipue Esaiæ.liij.dicunt quòd
D Christus traderet animā suam in mortem, audierant quòd sua voluntate & propria potestate Christi anima relinqueret corpus. Et quia suspicabantur quòd Christus iste esset:hoc voluerunt illis verbis significare sed in dedecus Christi non dixerunt nunquid quando ipse voluerit eius anima exibit? quod vtique ipsi facere nō poterant (sed nūquid interficiet semetipsum) Et dicebat eis:vos de deorsum estis).i.terrenā habetis originem : & sola terrena sapi-
E tis. vnde verba mea spiritualiter intelligenda, semper carnaliter intelligitis. (Ego de supernis sum).i.à patre, quo nihil superius:secundum Aug.ideo sursum vado habens cœlestē à patre originem:& hoc secūdum dictalem:à spiritusancto autem imo à tota trinitate secundum humanitatem:& non solum ea ratione qua omnis creatura à Deo
F est:sed etiam spirituali ratione:quia illud humanum corpus formatum non fuit, vt cetera sed sine viri semine de spiritusancto : ideo dicit de supernis in plurali : quia pater & filius & spiritussanctus sunt plures superni adiectiue licet vnus supernus substantiue. Si tamen dicatur esse de solo patre : dicitur de supernis sumpto plurali pro singulari. Vel sumēdo totum pro parte:quia
G Deus pater est quidem supernus spiritus : sed cum eo etiam angeli dicuntur superni. Alia tamen litera habet de superius sum. Exponit autem quomodo essent de deorsum:dicens (Vos de mundo hoc estis) quia post mundum creati fuerāt secundum Bedam. Omne enim quod non fuit factum in principio : est factum per ea quæ tunc facta sunt vel secundum totum vel secūdum partem.
H Vel quia habebant mundanas affectiones secundum Chry. (Ego non sum de hoc mundo) quia per ipsum factus est mundus secundum Bed. Vel quia non habebat mundanos affectus secundum Chry. ¶ Hic autem duplex est cauēdus error ex istis verbis insurgens. Primus est apollinarii : qui dixit quòd corpus domini de cœlis fuit allatum. & idem sensit Valentinus : Secundus est mani-

Universidad de Deusto Biblioteca

I cheorum qui dicunt duas esse creationes: vnā boni Dei qui inuisibilia creauit. Alteram diaboli: qui creauit visibilia. Vnde dixerūt Christum nō habuisse verā carnē: ne videretur aliquid habere à diabolo creatore visibilium: sed phantasticā: nec vere comedisse aut bibisse: sed apparēter tantū. ¶ Cōtra primum erroré arguitur: quia eodē modo apostoli habuissent cœlestia corpora:
K vt dicit Theo. quia de eis dicit Ioā. xv. Vos nō estis de hoc mūdo. ¶ Contra secundum arguitur ex. j. c. Gen. vbi narrā tur visibilia esse à Deo creata. Ad motiuum autem eorum dicit. S. Tho. & est mens Theo. ꝙ in scripturis esse de hoc mundo aliquis dicitur dupliciter. Vno modo quia habet mundanā originem. Alio modo quia habet mūdanam affectionem. Primo modo vere fuit de hoc
L mundo Christus inquantum homo & quātum ad originem passiuā siue maternam: quia originē de virgine traxit. Non autē secundo modo neq; Christus neq; aliquis sanctus. Nihil enim sancti amant in mūdo sicut vltimū finē: imo dicuntur non esse in mūdo isto modo: quia nostra cōuersatio in cœlis est. Phi lip. iij. Neq; in carne: quia qui in carne sunt, Deo placere nō possunt. Ro. viij.
M Vel aliter dicitur: quia Christus secūdum duplicē suam naturā. s. diuinā & humanā duplicē habuit originē. s. à patre cœlesti & à matre: sed quia mater sola nō potuit generare. sed necessaria fuit virtus spiritussancti: ideo secūdum vtranq; originē Christus fuit de supernis saltē quantū ad principium effectiuum quia quod actiue facit in aliis ho minib⁹ sperma masculinū: hoc fecit in Christo spiritussanctus. (Dixi ergo vo bis: quia moriemini in peccatis vestris in plurali: quia infidelitati vel mor Christi addiderūt multas alias iniqui tates. Et ne illi qui erāt postmodū cre dituri desperarēt addidit. secūdū Chry (Si enim nō credideritis quia ego sum s. per essentiā: quę est ipsum esse primū quod est Deus. Creaturæ enim nō sunt per suā essentiā: sed per esse superadde tum essentię & participatū. Per hoc ergo dicit sum: & nō sui: ostēdit suā æternitatē: quā Aug. ostēdit exemplo ignis qui nō potest esse sine splēdore: & vir gulti nascētis super ripā aquæ quod non posset esse sine imagine: & similiter non Deus pater sine suo verbo: alioquin nihil intelligeret. (Moriemini in peccato vestro) per excellētiam dicto. i. infidelitate vestra: vel in scelere meæ mortis quā ex infidelitate cogitatis. ¶ In hac parte est morale documentum ꝙ multi tarde quærūt Christū: & ideo inueniūt quia iusto Dei iudicio pmittit ꝙ perfecte nō quærant. Vnde Greg. Qui nō vult cū potuerit, iustū est vt infligatur ei nō posse cū voluerit. Hæc ille. Et intēdit ꝙ cum nō possumus sine Dei auxilio pfecte quęrere Deū: aliqā Deus nō vult illud auxiliū dare & dicit infra gere nō posse: quia. s. nō dat posse. Si tā quis pfecte vellet: iā posset: quia velle benefacere nō solū est posse sed etiā facere bene. Aliqui tā volētes benefacere nō possunt: quia nō perfecte volunt nec possunt pfecte vēlle: suppositā tā in dispositione & diuina defertione. Et aliud quia incedētes per viā contrariam viæ Christi: vt isti iudęi: quo ipse vadit ire nō possunt: nisi via mutēt. Iohannes autem

A autem Christus per viā humilitatis & paupertatis & puritatis & obediētiæ & patientiæ & omniū virtutū. ¶ Quātum ad secundū ponit interrogatio iudęorū violentiū scire vt dicit Aug. in quē credere deberēt ne in suo peccato morerētur: cū dicitur (Dicebāt ergo ei tu qui es) quasi dicerēt secundum Aug. Dicis indeterminate: quia tu es: quis ergo es
B tu. i. secūdum Chry. cuius authoritatis aut sapientiæ es: vt credamus tibi sicut suades (Dixit eis Iesus. Principium). s. sum. i. Deus (qui & loquor vobis) quia sum factus verus homo. Est autē notādum quòd cū de ratione principii inquantū principiū: siue sub ratione principii primi sit ꝙ non sit ab alio: & alia sint ab ipso solus pater cœlestis isto modo dicitur in natura diuina primū principium. i. principium nō de principio.
C Vnde & secundū Diony. ij. de di. no. est fons deitatis. Filius autē dicitur principium nō quia nō sit ab alio: cū sit à patre: sed quia alius est ab illo. s. spiritussanctus: cuius pater & filius sunt vnum principiū. vnde est principiū, de principio. Spiritussanctus autē nullo modo est principiū in natura diuina: quia nulla persona est ab eo: & ipse est ab alio:
D sed tamē est principium primū respectu creaturarum. sicut & tota trinitas. Appropriatur tamē nomē principii effectiue patri qui nō est ab alio: sed exēplariter filio. j. parte. q. xlvj. eo ꝙ sit sapiētia patris: per quā agit sicut artifex per artē vel per conceptionē suā. & hoc ad excludendum errorē eorū qui dixerunt eū esse purā creaturā. Si enim hoc esset: nō posset esse principiū creaturarum. (Multa habeo vobis) sine ly de vt quidam textus habēt (loqui) ad erudi- E
tionem vestrā: quæ si credere nolueritis: multa habeo (& iudicare.) Sed cōtra quia filius nō iudicat quēquam. Ad hoc dicit Aug. quòd aliud est iudicare aliud habere iudicare. i. habere potestatē iudicādi. Primum non conueniebāt tunc Christo: sed bū secundū (Vel multa habeo de vobis) vt alii textus habēt (loqui & iudicare) in futuro iudicio: vt dicit Aug. Dicit autē. S. Tho. quòd loqui vo- F
bis: est loqui ad vestrā vtilitatē non autem loqui de vobis sed est loqui ad iustitiam Dei. Sed quare tūc non iudicabat. Rūdet ipse dicens (Sed qui me misit verax est) imò veritas. & cōsequenter secundū Chry. expectat diem quam statuit: & prius vult redimere mūdum sicut promisit secūdum Theo. Et si vos infideles estis tā pater meus verax est.
qui diē stabilitit in qua vobis retribu- G
tio fiet. Hæc ille. (Et ego quæ audiui ab eo). i. accepi per æternam generationē inquantū Deus: aut per beatificā visionem. inquātum homo cōprehensor: aut per scientiæ infusionē inquātum homo viator. Quæ inquā sic accepi loquenda (hæc loquor in mundo) quæ. s. non ad condemnationem: sed ad saluationem pertinent. ¶ Hic habemus morale docu
mentū vt admiremur patientiam Dei: H
quia cum multa habeat iudicare de nobis: patiēter expectat. An ignoras quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit Romano. secundo. Et timeamus iudicium futurum. Nam vt dixit Valerius maximus, lento quidem gradu ad sui vindictam diuina procedit ira: sed tarditatem, supplicii grauitate compensat. ¶ Quantum ad tertium

tangitur quædã prænũtiatio qua Christus prænũtiauit eis, scilicet quòd post mortem suam cognoscerẽt aliqua quæ tunc non cognoscebant. Dicitur ergo. Et non cognouerunt,) scilicet Iudei (ꝙ patrem,) scilicet suũ (eis,) scilicet iudeis (dicebat Deum,) scilicet esse vt cum dicebat qui me misit. Sed tamẽ secundum Augusti. propter quosdã quos ibi Christus videbat postea credituros K subditur. (Dicit ergo eis Iesus. Cum exaltaueritis) in Cruce eleuando (filium Hominis) & nõ Hominum, id est Christũ qui est vna homine sola, id est Virgine cõceptus est. Vel filium hominis se ex humilitate dicit (tunc,) scilicet me patientem. cum sol obscurabitur: & Petræ scindentur: & reuertimini percutientes pectora vestra: vel tũc, L id est post resurrectionẽ secundũ Christo. (cognoscetis) aliqui vel oẽs secũdum. S. Tho. per miracula visa: & pœnam à Deo per Romanos inflictã (ga ego sum) primũ & simplex esse & verus filius Dei. Predicantibus enim Apostolis aliqui sunt cõuersi: & ista cognouerunt per fidẽ. Et qa dixerat ego sum: ne quis per hoc crederet ꝙ nõ esset ab alio subiungit. (Et à metipso facio nihil) quasi di. secundũ Augu. à meipso M nõ sum. Nã vnũquodque eo modo quo est: eo modo operatur. Filius autẽ non est à se: sed à patre: ideo à se non operatur. vnde Ioan. v. Non potest filius à se facere quicquã. (Sed sicut docuit me pater) cõmunicando mihi sapientiam nõ expellẽdo ignorantiã. Filius enim Dei nunquã fuit ignorãs: cũ sit sapientia genita ab æterno sed tamẽ Pater dicitur eũ docuisse: quia ab æterno cõmunicauit ei essentiã seu Deitatẽ: quæ est idẽ quod sapientia Dei: quia ibi omnia sunt vnũ simplicissimũ. Sic autem docuisse est doctũ genuisse. Vel sicut docuit me, id est doctrinã tradidit in mea cõceptione tam inditã quã beatificam. (Et qui me misit) per incarnationem, scilicet Deus pater & spiritussanctus (mecum est) per essentiæ & naturæ & voluntatis idẽtitatem. Vnde nõ sum contrarius vt putatis. Et in hoc ostẽditur Christus quantũ erat securus. Nos nec in vita nec in morte nec post mortem sumus securi: sed Christꝰ fuit in omnibus securus: quia pater fuit cũ eo in vita: miranda per eũ faciendo: & in morte, demones per eum debellãdo: & post mortẽ: ipsum resuscitando. (Et non reliquit me solum) & inquãtum homo fuit: quia semper virtus & gratia eius mihi assistit: & hoc (quia quæ placita sunt ei facio semper) ac per hoc numquã me eius gratia derelinquit Christus enim nihil vnquã faciendũ omisit. Nihil negligẽter egit Psal. Exultauit vt Gygas & Nihil etiã aliquando contra Deum cõmisit vel ly quia secundũ. S. Tho. nõ ponitur pro causa meritoria sed pro signo quasi dicat. Hoc ipsum ꝙ semp sine intermissione facio Deo placita est signum ꝙ me non deseruit. ¶ In hac parte est morale documẽtum ꝙ Deus amicos suos nũquã deserit: nisi deseratur ab eis. Vnde ipse deus de viro iusto loqtur in Psal. Quoniã in me sperauit liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomẽ meum. Clamabit ad me & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eũ. Est & aliud Christus enim

A enim voluit Crucẽ in ea exaltãdus scãdere. Primo tanquã magistralem cathedram in qua docuit nos electionem magnæ pietatis ad parentes: dum matrem: commẽdauit Discipulo. & magnæ charitatis ad inimicos: dum orauit pro suis occisoribus. & magnæ compassionis ad ipsum patiẽtem: dum post discessum propinquorum discipulorum tandem B dixit se etiam à patre derelictum vt videbatur: & nihil ei restabat nisi sola mater: cuius dolor & gemitus forte erat ei grauior vulneribus proprijs. Et electio magnæ deuotionis ad Deum dicẽs. Pater in manus &c. in quo significabat hominẽ in more omissis omnibus debere solum de sua anima curare. Et secundo ascendit crucem tanquam speculam, id est turrim custodiæ: in qua clamat nobis viatoribus vt caueamus ab hostiC bus. Et ibi clamauit clamore valido, scilicet oris & lachrymarum: vt patet Heb. quinto. Et clamore sanguinis melius clamantis quã Abel Eiusdem. xij. quia, scilicet clamat misericordiam vt ille vindictam. Et clamore etiam cordis quod aperto latere patefecit. Et tertio tanquam spectaculum. vt nos D tanquam aues euolantes ad se reuocet ostensa carne cruenta. Et quarto tanquam paxillum in quo antiquo more omnia perdita bona inuenta esse monstrauit, scilicet gratiam Dei & facultatem redintegrandi ad regnum cæleste. Olim enim consueuerant inuenta suspendi in paxillo vt ea viderent qui ea perdidissent.

Feria.iij. post Dominicam. ij. quadra. Matt. xxiij.

E Locutus est Iesus ad turbas & ad Discipulos suos dicens. Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisei: omnia ergo quicunque dixerint vobis seruate & facite. Secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt F enim & non faciunt. Alligant autem onera grauia: & importabilia & imponunt in humeros hominum: digito autẽ suo nolũt ea mouere. Omnia enim opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Dilatant enim philateria sua: & magnificant G fimbrias. Amãt autem primos recubitus in Cænis: & primas Cathedras in Synagogis & salutationes in foro: & vocari ab hominibus rabi. Vos autẽ nolite vocari rabi. Vnus est enim Magister vester. Omnes autẽ vos Fratres estis & patrem no- H lite vocare vobis super terram. Vnus est emẽ Pater vester qui in Cælis est. Nec vocemini magistri qa magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humilia-

bitur. & qui se humiliauerit, exaltabitur.

LOCVTVS EST IESVS ad turbas & ad Discipulos suos &c.) Matth.xxiij. In presenti Euange. Christus vult prelatis dare tres regulas. Prima est quòd subditos verbis & exẽplis instruant. Secunda quòd sibijpsis fortia
K & subditis leuiora imponant. Tertia q̃ de potestate sib̃ non collata nõ gloriẽtur vel superbiant. Contra primam faciunt prelati verbosi:& contra secundã superstitiosi:& cõtra secundam superstitiosi:& cõtra tertiam ambitiosi. Igitur in eodem presenti Euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt admonitio:reprehensio:& exhortatio. ¶ Quantum ad primum tangitur admonitio:
L quia Christus admonet Discipulos,& omnes fideles:vt quãdo predicator bene dicit, & male facit:doctrinæ & non operibus attendamus. ¶ Pro quo sciendum est quòd quando saluator ista dixit. Scribæ & Pharisei magnas persecutiones ostenderant contra eum detrahentes doctrinæ, & miraculis & vitæ eius. Et sicut dicit Chrysosto. peccabãt ex malitia & erant incorrigibiles. Chri
M stus ergo dicebat publice eorum iniquitates:quia auertebant populum à fide. Dicitur ergo(Locutus est Iesus ad turbas & ad Discipulos suos dicens. Super Cathedram Moysi) Ista Cathedra dupliciter accipitur Moyses enim fuit doctor Populi & Iudex:& sic duplicẽ habuit Cathedram,scilicet docendi & iudicandi. Sedere ergo super Cathedram Moysi secũdam est succedere ei in authoritate iudicãdi Populum sicut successerunt quidam scribæ & Pharisei. Nam à tempore Moysi fuerunt constituti à Deo septuaginta Senes ętate & scientia prouecti:qui cum Moyse haberent curam Populi:& dicebãtur Iudices ordinarij:quia ad ipsos fiebat recursus in dubijs causis:& sine eis magnæ causæ non tractabantur. Et istud apud Iudeos fuit obseruatum quandiu fuerunt in sua potestate:vt patet in libro Chanhedrim Hierosolymitano in capitulo de iudicijs pecuniarum. & in libro Abodozara capitulo primo. Sedere vero super Cathedram Moysi primam:est habere officium docendi legem & doctrinam Moysi. Et sic loquitur Saluator hic:quia super istam (sederunt scribæ,id est legi. Mosayeæ doctores dicti non à scribendo sed à docendo scripta (& Pharisei,) id est regiosi quidam qui etiam habebant officium docendi, & exhortãdi Populum. Omnia ergo quęcunque dixerint vobis consona legi Moysi seruate & facite) opere exequendo: quia vt dicit Chryso. non docent sua,sed quæ Deus per Moysen mandauit. Sed hic mouet Origenes quæstionem, quia isti docebant esse seruanda legalia:puta quòd circuncidamur:& sacrificemus Taureos & Hircos & huiusmodi:quæ obseruare in noua lege est peccatũ. Ad hoc dicit idẽ Orig.&.S.Tho. q̃ doctrina istorũ debebat obseruari qũ ad legalia vsque ad Christi Passionẽ tantũ:quia vsque tũc obligabantur oẽs Iudei seruare legalia, sed precepta moralia semper erant obseruanda:quia non erant vmbra futurorũ vt legalia cerimonialia. Sed

A Sed de pertinentibus ad mores hic loquitur Christus. secundum Origenem simpliciter:de alijs verò ad tempus iuxta intentionem legislatoris. Item contra:quia isti dicebant quedam quibus filij retrahebantur à debito honore parentum vt patet Matthęi decimoquinto. Item docebant doctrinas hominũ: vt dicitur ibidem,id est doctrinas tam
B impudicas.in quibus multa continentur dissona moribus bonis. Ad hoc dico quòd Saluator loquitur de his quæ docebant ex persona Moysi.quæ,scilicet erant à Moyse dicta vel consona dictis eius sicut si ego dicam quòd predicatores nouæ legis sunt audiendi:intelligendum est inquantum predicant consona nouæ legi: & non aliter (secundum vero opera eorum nolite face
C re) quia opera eorum mala sunt,& doctrinam bonam Chrisostomi. sicut aurum de terra eligitur,& terra relinquitur: sic auditores doctrinam accipiant & mores relinquant. Frequenter enim de homine malo bona doctrina procedit. Hæc ille. Sed quare Christus ita patenter coram omni Populo viros religiosos. Pharisęos diffamabat. Ad hoc dicitur secundum sanctũ Tho-
D mam. tertia quæstione quadragesimasecunda. quòd hoc ideo fecit. quia erat impedimentum salutis Populo: verbis impugnando eius doctrinam:& factis vitam Populi corrumpendo. Et ideo detegenda erat eorum simulatio & malitia quæ in damnum Populi vertebatur. Sed contra. Seniorem ne increpaueris:vt dicit Apostolus primę Timothe. quarto. Ad hoc dicitur à Sanctum Thomæ. vbi suprà quòd verum est de sene, etate, ac honestate. Iuxta illud E
Nume.xj. Quos tu scis quòd senes sint: sed si autoritatem senectutis vertant in instrumentum malitiæ publicę peccando sunt publice, & acriter reprehendendi iuxta illud Danie. decimotertio. Inueterate dierum malorum. Hæc ex illo. Peccata autem istorũ erãt publica puta detractio ad doctrinam Christi,licet nõ esset publicum omnibus quòd male dicerent. Ideo Chri- F
stus habuit declarare quòd ei iniuste detrahebant quod facere non potuit nisi eos infamando. Infamabat ergo eos ad finem bonum & licitum (Dicũt enim) bona (& nõ faciunt) bona sed mala. ¶ In hac parte est documentum quod tangit. Chrysosto. dicens. Sicut sacerdotes melius iudicant:propter bonos malos docere:quàm propter ma-
los bonos negligere:sic & subditi pro- G
pter bonos sacerdotes etiam malos honorent ne propter malos boni etiam contemnantur. Melius est enim malis iniusta prestare:quàm bonis iusta subtrahere. Hæc ille. ¶ Quantum ad secundum ponitur reprehensio vitæ pharisęorum,& scribarum quĩ propterea quòd boni videbantur multos, & auertebant à fide cum dicitur. (Alligant enim onera grauia importabi- H
lia) id est mandata legis Mosayeæ secundum Chrisostomum super Matheũ. quæ lex à beato Petro Acto. decimoquinto. dicitur iugum quod patres nostri portare non potuerunt. Ista autem mandata acriter, & scrupulose docebant:quod est onera alligare. Sed cõtra, quia secundum Hierony. Deus nihil mandauit impossibile,& consequẽ-

ter neq; importabile. Ad hoc dico quod mandata legis dicta sunt importabilia per exaggerationem, quia difficulter erant portabilia maximè eo modo quo isti docebant. Vel secundum. S. Thom. ista onera sunt superflue ordinationes & statuta quæ isti super addebant legi. fingentes quod fuit Moysi data quædam lex quæ ab eo non est redacta inscriptis, sed postmodum fuit pel talmu
K distas scripturæ mandata. Alligatur autem spiritualiter domus cum sit statutum. Prima ergo onera alligabant isti quia alligata declarabant scrupulose: sed secunda vero alligabant simpliciter ipsi vel patres eorum. (Et imponũt in humeros hominum) Metahaphorice loquendo inquantum asserunt homines ad huiusmodi statuta esse obligatos. (Digito autem suo nolunt ea mo-
L uere) id est, non volunt minimam partem oneris sentire & multo minus volunt supponere eis humeros, totum portando. Et per hæc vult innuere saluator quod non sunt sancti sed hypocritæ: & hoc ne credatur eis quando detrahunt sibi & euangelicæ doctrinæ. Sed nunquid discipuli & turbæ debebant portare ista importabilia onera. Dico quod sic si erant onera legis recte tradi-
M ta: quia non peccabãt illi in hoc quod imponebant humeris hominum: nisi aliud addidissent: sed peccabant in hoc quod ipsi eadem non portabant. Secus autem de oneribus talmudicis, & pharisaicis: quia erant fictiones. Et quia non solum isti cessabant à portandis oneribus, id est, à bonis operibus exercendis, sed etiam mala faciebant & erant non solum non boni: imo etiam mali: ideo subditur. (Omnia verò opera sua faciunt vt videantur ab hominibus.) Et consequentur sunt cupidi inanis gloriæ: imo valde cupidi. quod notatur secundum Chry. quia non tantum quædam, sed omnia opera sua faciunt propter hominum applausum & fauorem (Dilatant enim phylateria sua vt melius videantur ipsa phylateria breuia. s. vel chartulæ in quibus scripta erant decem preceptа legis à philaxe quod seruare: & thorath lex quasi quedam memoralia seruãdæ legis nam secundum Hiero. dominus cum dedisset: mandata legis per Moysen: ad extremum intulit Deute. vj. Ligabis ea in manu tua: & erunt semper ante oculos per hoc volens significare quod corde quisq; meditaretur in eis & opere complere. Sed hoc vt dicit pharisei male interpretantes: & scribebant decem precepta legis in chartulis literis magnis vt quidam alii dicunt: & ligabant in fronte in modum coronæ vt semper ante oculos mouerentur: & similiter ligabant in brachiis. Et magnificant) id est, præ cæteris magnas faciũt (fimbrias) vt sanctio res cæteris videantur. Iudei enim vt non solum chare. s. per circuncisionem sed etiam vestibus ab aliis distinguerẽtur: precepto domini fimbrias in qua
C tuor angulis palliorum portabant: in quibus pharisei. Hic. teste ligabant spinas acutissimas: vt dum ambulãdo vel stando pungerẽtur preceptorũ dei memorarent. Et reuera est his omnibus vt idem ait fauorẽ populi & lucra muliercularum sectabantur. Reprehendit autem hic Chry. eos qui verba euangelii suspensa ponunt ad collum propterea quod

A quod virtus euangelii, non est in figuris literarum: sed in intellectu: ac per hoc melius in corde quam in collo reponitur. Ad quod dicitur quod non ereditur hoc esse peccatum cum sine superstitione fiat secundum. S. Tho. quia de beata Cecilia legit quod semper euangelium gerebat in pectore. Sanctus etiã Barnabas per euangelium beati Matt.
B sanabat infirmos: & meretrix super Nicolaum senem habentem euangelium vidit mirabilia: vt patet in legẽda sancti Andreæ. Ad rationem Chryso. dico quod verũ dicit q̃ melius reconduntur in corde verba sancta quam in collo. sed non possunt semper in corde teneri. Ideo melius est habere in collo & in corde: quam in corde tantum vel in collo tantum quã neq; in corde neq; in collo. Nec est inconueniens q̃ in signis &
C figuris gratia significatorum sit aliqua spiritualis virtus intentionaliter & diuinitus infusa. Sicut enim secundũ sanctos deus eam dedit verbis sacramentalibus: quod prohibet credere q̃ etiam dederit eam figuris maxime cũ etiam dederit eam fimbrię vestimenti christi & quod est fortius vmbræ petri. i. aeri in quo erat vmbra petri. Non enim est
D vero simile quod omnes infirmi qui ad vmbram petri sanabantur: orationibus petri sanarentur: sed fiebant illa miracula ex potestate. i. per virtutem à deo collatam Petro: & à petro per subiectũ vmbræ eius vsq̃ ad infirmãtium corpora deriuatam. Quod vero pharisei opera sua agãt propter inanem gloriã probat iterum dominus à signo cum dicit (Amant autem primos accubitus in cœnis). i. primas sedes ad mẽsam. Quia enim antiqui comedebant in lectis co- E
medentes dicuntur recumbere vel accumbere: & sedes mensæ dicunt accumbitus: (& primas cathedras in synagogis & salutationes) cum inclinatione capitis & flectione genum secundũ Chry. (in foro) vbi sunt multi potius quã in priuato: licet vbiq; hoc appetãt & vbique sit culpa secundum Raba. (& vocari ab hominibus rabbi). i. magister siue doctor. In omnibus tamen his secun F
dum Chry. nõ vituperatur factum sed ambitio. Non enim est malum recumbere in primo loco sed ipsum primatũ ambire & sic de aliis. In hac parte habent documentum confessores imponentes excessiuas penitentias. Dicit enim Chry. loquẽs de alligantibus onera grauia. Tales inquit sunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiã imponunt, & sic dum presens pœna fugit G
contemnit pœnitentia futura. Si enim falsum super humeros adulescentis nõ potest bajulare posueris necesse habet vt aut fascem reiiciat aut suscipiẽs dũplus ferre non potest scandalizatus amplius peccet. Deinde si erramus modicam pœnitentiã imponẽtes nonne melius propter misericordiã reddere rationem quã propter crudelitatẽ. Vbi paterfamiliãs largus est dispensator non H
debet esse tenax. Si Deus benignus: vt quid sacerdos eius austerus. Vis apparere sanctus? circa vitam tuam esto austerus: circa aliorum benignus. Audiant te homines parua mandantem & grauia faciẽtem. Talis autem est sacerdos qui sibi indulget: & alios exigit quẽ admodum malus descriptor tributi in ciuitatibus: qui se releuat & onerat im

potentes. Hæc ille. ¶ Quantum ad tertium hortatur nos Christus ad humilitatem: cum dicitur (Vos autem nolite vocari rabbi.) Vbi aduertendum est secundum Chry.quod multa reprehenderat in phariseis minima, de quibus discipuli non indigebant turbari: ideo illa Christus pretermisit:sed quod erat omnium malorum causa scilicet thronum appetere magistralem hoc adducit in medium.Sed contra:quia apostolus.ij.Thi.j. appellauit se magistrum: dicens. In quo positus sum ego predicator & apostolus & magister. Ad hoc dicit.S.Tho.in libro contra impu.[rel. quod dominus hic prohibuit solũ ambitionem circa magisterium: non autẽ prohibuit officium magistri:[quod est docere vel etiam nomẽ magistri: quod confert ad vtendum scientia iam habita in docendo.Aliter idem soluit super Mat.& Chryso.ibidem & Hie.quia magister proprie & simpliciter est qui à se habet doctrinam non autẽ ille qui eam habet ab alio & aliis dispergit,quia est discipulus eius qui sibi tradidit illam. Solus autem Deus habet à se doctrinã. Item magister est proprie qui docet homo autem nõ docet proprie hominem alioqui omnes habentes doctores addiscerent:sed deus docet interius per intellectum:& homo coadiuuat exterius proponendo aliqua eo modo quo medicus adiuuat naturam.Est ergo homo vt dicit.S.Tho.in.q.de veritate.q.xj. magister ministerialiter tantum tanquam instrumentũ vel adiutor magistri principaliter & essentialiter dicti de quo subditur. (Vnus enim est magister vester)propriè & principaliter & simpliciter & essentialiter(omnes autem vos fratres estis:)quia filii Dei per adoptionem vel creationem.(Et patrem nolite vocare vobis super terram.) Sed contra hoc est consuetudo antiqua monasteriorum in quibus seniores patres appellantur.Ad hoc dicitur secundũ mentem Hiero.&. S.Tho.quod super terrã non debemus cognoscere patrem principalem nisi Deum qui est omnium patrum pater:& animam nobis dedit abu siue tamen & secundario possumus alios appellare patres ratione ætatis: vel etiam corporalis generationis. Nã vt ait. Hiero. sicut vnus filius Dei per naturam non preiudicat cæteris quin possint dici filii dei per adoptionem ita & vnus pater & magister non preiudicat alii quin abusiue vocẽtur & patres & magistri,licet vnus sit principalis de quo dicitur.(Vnus est enim pater vester qui in cœlis est.Nec vocemini magistri.) Contra quia iam hoc superius dixit.Ad hoc dicunt quidã quod replicat idẽ propter periculũ magnũ ambitionis &eleuationis circa magisterium. Alii autẽ dicunt & melius ꝙ supra dictum est de magistrõ docente verbo: hic autem de docente exemplo sanctitatis. Christus autem est, qui datus est omnibus in exemplum viuendi: vt dicit.S.Tho.iij.par.q. xl. non autem alii sancti nisi quatenus fuerunt imitatores Christi vnde subditur.(Quia magister vester vnus est Christus.) Non dicit Deus quia Deum quem non videmus: imitari non possumus.Aug. Homo imitandus non erat qui videbatur Deus imitandus erat qui non videbatur. Vt ergo deus exhiberet homini eum qui & ab homine videretur & quem homo se queretur Deus factus est homo. Hæc ille. Et quia hactenus dominus induxit ad fugam elationis:nũc inducit ad amplexum humilitatis dicens (qui maior est vestrum:erit vester minister) quod S.Thom.dupliciter exponit.Primo sic. Erit vester minister.i.sed debet exhibere minoistrum. Vel secundo erit vester minister i sua existimatione Aug. Qui præest nõ se existimet potestate dominante sed charitate seruiente felicem. Hæc ille.Vel aliter secundũ alios.Qui maior est.i. vult esse in veritate erit vester minister se in vilibus excercendo: secundum decentiam suæ personæ & officii. (qui autem se exaltauerit humiliabitur:& qui se humiliauerit:exaltabitur) Remig. Quod sic intelligitur. Omnis qui se de suis meritis extollit: apud deum humiliabitur: & qui se de beneficiis humiliat:apud deum exaltabitur.Hæc ille.Vel aliter. Qui se exaltat ambiendo primarum: humiliabitur ab hominibus:vel à deovel ab vtrisque & qui se humiliat appetens subesse, & fugiens elationem exaltabitur ab hominibus vel à deo vel ab vtrisq;.¶ Moraliter sciendum est euidens signum esse quod aliquis sit cœlestis patris filius vel terreni primo respicere cœlum vel terram,& secundo esse album per puritatem vel nigrũ per operationem.Filii enim assimilatur patri.Vnde & secundum gl.super illud. Pullis coruorũ &c. Filii corui quãdiu sunt albi erectis ad cœlum rostris pascuntur à deo sed vbi sunt nigri per plumas:pascunt à parentibus.Et tertio honorare parentes.Vnde & filii ciconiæ parentes pascunt sed filii viperæ eius latera dirumpunt. Quia dicta est vipera: quia vt pariat: & partu ipso ruptis lateribus moriatur.

Feria.iiij.post do.ij.Quadra.Mat.xx.

Ascendens Iesus hierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secretò & ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis: & condemnabunt eum morte. Et tradent eũ gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum: & tertia die resurget:tunc accessit ad eũ mater filiorũ zebedei cum filiis suis: adorãs & petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? ait illi. Dic vt sedeãt hi duo filii mei vnus ad dextrã & vnus ad sinistram tuã in regno tuo. Respondẽs autẽ Iesus dixit.Nescitis quid petatis: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dextram meã & ad sinistram nõ est meum dare vobis: sed

I sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus Iesus autem vocauit eos ad se: & ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum & qui maiores sunt potestatē exercent in eos. Non ita erit inter K vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare & dare animam suam redēptionem pro multis. L

ASCENDENS HIEROSOlymam &c. Mat. xx. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta: quæ sunt. Prænuntiatio: postulatio, & indignatio. ¶ Quantum ad primum tangitur prænuntiatio passionis christi: cum dicitur (Ascēdens Iesus Hierosolymam) ideſt hierusalem quæ erat in montibus & M eminebat in tota terra promissionis (assumpsit duodecim discipulos suos) Ex quo patet quòd inter eos erat Iudas. Forsitan enim adhuc erat dignus: vt dicit Orig. audire cum aliis. Et. S. Tho. dicit quòd nondum conceperat malum quod videtur Intelligendum de proditione: vtrum autem iam esset latro: credo quòd sic: sed erat occultus (secreto) Primo secūdùm Chry. quia passio christi est pretiosissimus thesaurus cum vt ait nihil sit propter quod magis debeamus deo gratias agere ideo in vasis electis erat recondendus. Et intendit quod propter reuerentiam passionis christus primo eam debuit publicare dignioribus personis ideſt apostolis familiarioribus christo. Secundo secundùm eum (quia cæteri erant imperfecti & conturbati & aduersi ab eo fuissent si eius mortē audiuissent: & mulieres etiam tumultum fecissent. Et tertio secundùm eundem Chry. quia sciebat matrem filiorum zebedei aliquid petituram, & ideo declinauit a via: vt ei daret locum ad petendum: & inde discipulos instrueret. Et quarto vt elicitur à Cypriano in exemplum tuum: quòd si vis ascendere ad crucem religionis: non manifestes multis consilium tuū. P Et quinto ad eondemnandam hypocrisim: que ad crucem penitentiæ non vadit secreto sed patēter (Et ait illis) predicēdo passionem suam & resurrectionem: secundùm Cyrillum: vt scirent eum voluntarie pati: & propter alia quæ dicentur. (Ecce ascendimus hierosolymam & filius hominis) ideſt ipsemet sic se appellans vel quia vnius tātum sit filius ideſt virginis: vel humilitatis causa: cum se posset dicere filium Q dei (tradetur) a iuda (principibus sacerdotum:) Forte isti principes sunt qui successerunt illis viginti quatuor: quos ordinauit Dauid: de quibus habes dominica. iiij. aduentus (& scribis) ideſt legis doctoribus & condemnabunt eum morte.) qui dixerunt & iudicauerunt eum reum mortis. sed non potuerunt exercere iudicium quia potestas sanguinis eis fuerat à romanis ablata: vnde dixerunt. Nobis non licet interficere quemquàm. (Et tradent) ipsi principes & scribæ (eum) à se prius ad mortē sententiarum, & durissime vt creditur flagellatum: (gentibus) ideſt pilato gētili & potestati romanorum: secundùm Raba. (ad illudendum & flagellandum & crucifigendum) Et in his verbis secūdùm. S. Tho. ostenditur christus fuisse B priuatus tribus: quæ maxime appetunt homines, honore, quiete sensuum, & vita. (Et die tertia resurget (computando eam in qua passus est. Hoc autem secūdùm Chry. dicitur vt cum tristia viderent resurrectionem expectarent. Prædixit autem christus discipulis passionem. Primo secundùm Greg. Hiero. & Chryso. vt fortiores essent in die para C sceues: quia iacula præuisa minus lædunt. Vel secundo secundùm Hiero. vt ex reuelatione mortis de resurrectione non dubitēt. Vel tertio secūdùm Chryso. vt ex hoc cognoscant prescientiam christi & ex prescientia deitatem: & ex deitate voluntariam & nō coactā passionem. In hac parte est documentum Rabani dicentis. Ideo autem dominus in mundo noluit prosperari: sed D grania pati: vt ostenderet nobis qui per delectationem cecidimus: cùm qua amaritudine redire debeamus. Hæc ille. Vnde Aug. de ciuita. dei ait. Passione ostendit quid substinere pro veritate surrectione quid sperare in veritate debemus. Hæc ille. Vide etiam de his supra in dominica in Quinquagesima. ¶ Quantum ad secūdùm tāgitur postulatio filiorum zebedei ideſt Ioannis euangeliste & Iacobi maioris: qui fuerunt filii mariæ sororis mariæ matris E domini: ex zebedeo patre. Sicut enim dicit Magist. hist. filii zebedei audita morte & resurrectione christi crediderunt eum ilico regnaturum in populo iudaico: & suggesserunt matri: vt peteret gratiam vnam à christo: illam non exprimendo: qua obtenta exprimeret illam de qua dicitur infra. Et sicut dicit Hiero. & etiam mater eorum similiter credidit christum ilico regnaturum F ideo consensit filiis. Et ideo dicitur. (Tunc) audita scilicet morte & resurrectione christi dicta mulier (accessit ad eum) suggestione Ioannis & Iacobi: vt dicit Magister hist. & Hier. Sed quare non accesserunt ipsi filii zebedei? Respondet Chryso. Ne inquit ceterorum discipulorum corda conterent volentes sibi prouidere de regna dixerunt ergo. Submittamus matrem vt suo nomine deprecetur pro nobis. Si enim res G fuerit reprehensibilis: facile merebitur veniam: quia mulier: si autem non fuerit facilius impetrabit mater pro filiis rogans quia prius deus facilius exaudiet maternum affectum.) Mater filiorum zebedei) Nota quòd. b. Anna mater virginis mariæ: tres habuit viros: & ex singulis singulas habuit filias: quarum quamlibet appellauit Mariam: & H quælibet habuit virum: & genuit filios aut ex viro aut sine viro. De hoc sunt versus tales. Anna solet dici tres concepisse Marias. Quas genuere viri ioachū cleophas: salomeque. Has duxere viri ioseph: alpheus: zebedeus. Prima parit christum. Iacobum secunda minorem: & Ioseph iustum peperit cum simone iudam. Tertia maiorem Iacobum volucrem

lucrumque Ioannem. Sed contra ista quæ communiter vera tenentur videtur esse dictum Chrys. qui dicit super Matt. quòd ista mulier dicta est salome: & idem dicit. S. Thom. qui addit q̃ salome est nomen mulieris. Ad hæc potest dici quòd intendit Chry. & S. Tho. quòd ea persona quæ in euangeliis exprimitur per ly salome est mulier & non masculus: sed tamen quoties in euangelio dicitur salome subaudi tur maria vt dicatur maria iacobi & salome idem maria iacobi & maria salome: sic dicta à patre salome appellato: cum ipsa maria diceretur (cum filiis suis) ideſt reuerentiam faciens vt obtineret quod optabat (& petens) Beatus Marcus dicit quòd petiuerunt filii: sed sicut dicit. Tho. filii petiuerunt mediante matre (aliquid ab eo: non exprimendo quid vellet: sed dicendo volo vt des mihi vnum. In hoc videtur manifestum q̃ ista mulier multum posset apud christum: quia duo ex. xii. posuerunt eam exoratricem pro se: & tamen illi erant christi secretarii. Et sicut dicit Chry. ista sequebatur christũ continue: siue maritus viueret siue non quòd certum non habetur. Dicit autẽ. S. Thom. quòd talis petitio in qua non exprimitur petitum non est admittenda: & qui eam admittit stultè admittit. Vnde herodes stulte promisit puellæ: & tanquàm stultus non reuocauit. Salomon autem promisit quidem matri stultæ: sed tanquam sapiens reuocauit postquàm ipsa petiuerat pro adonia qui latenter insidiabatur regi Salomoni. Christus autem sapientior Salomone non voluit promittere nisi exprimeretur res petita. Vnde sequitur (qui dixit ei. Quid vis?) secundùm Chrysost. non interrogabat ex ignorãtia: sed vt ex responsione ostendat irrationabile esse petitionem. (At illa. Dic vt sedeãt hi duo filii mei vnus ad dexteram tuã & vnus ad sinistram in regno tuo.) ¶ Pro quo aduertendum est quòd indelibate scripturas de christo sequentes corporaliter intelligebant: ideo cum corporaliter regnaturum putabant in hierusalem. Apostoli quoque tanquam rudes idem credebant: existimantes quòd rebellare faceret christus populum & auferret dominium romanis restituens illud Israel. Vnde & Act. j. christo ascenſuro interrogabant. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel. Vnde secundùm Hie. & Orig. petiuerunt isti aliquid carnale. vt. s. essent collaterales christo: & nullum haberent maiorem. Volebant enim Petrum deiicere de primatu idem sentit Chry. qui ait. Videbant seipsos honoratos præ aliis. & audierunt quòd super. xij. thronos sedebunt. Vnde primatum ipsius cathedræ petebant accipere. Et quidẽ quòd plus aliis honoris apud christum habebant nouerant: timebant vero Petrum sibi præferri. Vnde manifestum est: quod nihil spirituale petebant: neque intelligẽtiam superioris regni habebant. Hæc ille. Vel aliter potest dici secundũ Chrysosto. quòd petebant aliquid spirituale puta primatum in cœlesti regno. (Respondens autem Iesus) nõ quidem matri quæ supplicauerat: sed filiis. Tum quia filii fuerunt primi motores. Tum ad inuendum quòd non est honor homini contendere cum muliere. Tum quia

erat vetula: & consequenter pium erãt eam consolari: impium vero conturbare. Tumen quia erat amita, & consequenter erat ei deferendum. Tum quia erat mater: & consequenter erat ei parcendum si pro filii supplicabat. Respondens igitur ad discipulos: ex quorum suggestione secundùm Hiero. noluerat matris supplicationem processisse dixit. (Nescitis quid petatis.) Et hoc ideo, quia nihil spirituale petebant secundùm Chry. vel quia si petebant spirituale vt idem dicit: si nouissent quid petebant non ausi fuissent tãtum quid petere quod super excedit superiores virtutes. Nulli enim creaturæ competit sedere à dextris: vt dicit. s. Tho. Vnde & regina dicit in psalmo non sedisse à dextris: sed adstitisse. Vel hoc ideo secundũ eundẽ quia a sinistra ad dexterã erant vocati: vnde ad sinistram non debebant velle redire. Et intendit Chry. quòd esse in sinistra est malarum. Vel hoc ideo secundùm Hila. quia de gloria apostolorum non erat ambigendũ cum iudicaturi essent cum christo vt iam poterat ex dictis eius esse manifestum. Vel hoc ideo secundùm magistrũ histo. quia regnare petebant qui non meruerant: & prælationem volebant cœlo vbi non est: (Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?) Beatus Mar. dicit dominum addidisse (aut baptismo quo ego baptizor.) ideſt baptizabor in proximo (baptizari) Per baptismum autem dominus significauit mortem ad similitudinem lanæ secundum magi. histo. que dum baptizata mergitur: extrahitur post cum alicuius nobilioris coloris splendore. Sic & nos per mortem mergimur in terram sed clariores & nobiliores resurgemus. per calicem vero significauit secundùm eũdem passionem circa mortem tamen. Est autem calix vt dicit Macrobius genus poculi quod cilices inuenerunt: & dictus est quasi cilix: mutata i in a. Significat vero amaritudinem tribulationis: quia vt dicit idem magister est scyphus quo calidam potionem ideſt medicinam sumimus. Vnde & secundùm aliquos dictus est calix: quia caleat calore amore potionis. Vel secũdùm Cassi. super psalmus. significat passionem: quia est genus poculi quo potus distribuitur bibentibus mensuratus: sicut tribulationes à deo nobis mittuntur secundùm mensuram possibilitatis nostræ ad sufferendum secundùm tamen alios puta Hiero. Chry. Hilarium & multos alios idem significatum est nomine calicis quod & nomine baptismi martyrium scilicet seu passio ad mortem vsque protracta & terminata. Cũ autem dominus sciret quòd isti poterant suam passionem imitari interrogat tamen si id possunt secundũ Chryso. vel vt significet neminem posse cũ christo regnare nisi passionem christi fuerit imitatus: saltem contra peccati certamen: vel vt tacite increparet eos: ac si diceret. Vos de honore & coronis loquimini: ego vero de agonibus & ludoribus cogito. Non enim hoc premiorum est tempus (dicunt ei possumus) respondendo scilicet & de passione & de morte: seu de calice: & baptismo. Sic autem respondent secundùm Hila. quia iam martyrii constantiam habebant. Vel secundùm Chryso. hoc

Ihoc dicunt non tam ex fiducia sue fortitudinis : quàm ex ignorantia. In expertis enim leuis videtur esse tentatio passionis & mortis. Hæc ille. Vel secundum eundem hoc dicunt ex desyderio eius quod petiuerant : quia nisi sperassent audiri, non sic dixissent. Vel secundum. S. Tho. ex intenso amore ad Christum sicut & Petrus dixit paratus sum tecum & in carcerem & in mortem ire.

K Sequitur (Calicem quidem meum bibetis.) Et in hoc secundum Hilar. collaudauit fidem eorum secundum magist. autem histor. dominus respondet de calice & tacet de baptismo quia Ioannes multa quidem propter dominum passus est, sed non mortem violentam. Sed secundum alios qui per calicem mortem accipiunt, etiam ipse Ioannes calicem bibit : sicut prædixerat dominus. Et hoc secundum Hiero. secundum animum & voluntatem quæ non defuerũt martyrio : vt testatur ferventis olei dolium : de quo narratur in ecclesiastica histor. & flagella quæ pertulit vt legitur in actibus apostolorum. Martyrium tamen defuit eius animo : quia in pace vitam finiuit. Vel. secundum alios actu & non solo animo bibit calicem mortis : sed non completæ &

M perfectæ : sed solum secundum passiones ad mortem dispositiuas vel secundum exilium quod sustinuit in pathmos insula. Est enim exilium mors ciuilis. instit. quib. mod. ius pat. po. sol. relegati si mortuo. De reliquo fratre dubium non est : quia vt habetur Act. xij. ab Herode Agrippa gladio occisus est Christus autem vt dicit Hiero. neque negauit quod postulabant ne eos tristes efficeret : neque etiam sponsionem decem alios irritaret sed ait : (Sedere autem ad dextram meam vel ad sinistram non est meum). i. non pertinet ad me (dare vobis) subaudi : secundum magi. Histor. & Remig. talibus quales estis : quia ambitiosi estis. Vel secundum S. Tho. & magi. Hist. non est meum dare vobis pro vobis seu ratione personarum vel propinquitatis : quia dignitas in regno cœlorum consequitur solum copiam meritorum. Igitur Christus eis discrete respondit : quia non dixit dabo, ne alii indignarẽtur : nec non dabo : ne isti confunderentur : sed dixit virtualiter non dabo quia estis mihi propinqui : sed dabo si fueritis digni. Vnde & subditur. (Sed quibus paratũ est à parte meo) ex prædestinatione secundum quam nõ personæ propinquitas sed charitas pensatur. Et in hac se. P cundum Hier. etiam ipsos ad hoc quod postulabat non excludit : quia si meritis & operibus tales fuerint vt digni sint regno cœlorum accipiunt illud ¶ Sed hic est duplex quęstio. Prima quam facit Arrius hereticus. Si enim non est Christi inquit dare istis regnum sed quibus pater parauit, sequitur, quod filius non sit patris æqualis. Ad hoc autem dicitur primo quidem quòd filius Q non est æqualis patri secundum naturam qua estis erat propinquus, & secundum quam isti credebant obtinere postulata, secus autem secundum diuinitatem. Et præterea Christus non negat se daturum regnum cœlorum : imo affirmat se daturum illud. non quidem istis, sed his quibus pater præparauit illud. ¶ Et si instetur quia ex hoc habetur quòd

A quòd pater præparat regnum aliquibus & non filius. Dico quòd verum est, secundum humanitatem, nõ autem secundum diuinitatem, quæ vnum est cum patre. vt ipsemet dicit Ioan. x. Sic enim ipse præparat illud cum patre prædestinando. ¶ Alia quæstio est : quia Christus innuit quòd aliquibus hoc sit concessurus vt ad dexterã eius sedeant, quod nullius videtur creaturæ esse se-

B cundum prædicta. Ad hoc dicitur secundum Chryso, quòd non intendebat dominus dicere : quòd hoc aliquibus sit dandum secundum quòd verba sonãt : quæ importare videntur æqualitatem in deitate sed secundum quòd illi duo credebant quæ per hoc nihil aliud intelligebant nisi eminentiam super omnes alios in regno Dei. Si etiam sede- C re ad sinistram, non est accipiendum Chic, vt sonat in malum : sed importat consistere personæ regis : quia sic isti intelligebant. ¶ In hac parte est documentum moraliter vt caueamus ne dicatur nobis nescitis quid petatis. Si enim petentibus regnum cœli dictum est sic multomagis hoc poterit dici petentibus temporalia nisi sane petant. Chryso. Ideo dicit nescitis quid petatis : quia nõ solum debemus cogitare qua- D lem gloriam consequamur : sed quomodo euadamus ruinam peccati : quia & in seculari bello qui semper prædam victoriæ cogitat : difficile vincit. Ideo petendum erat da nobis auxilium gratiæ tuæ vt omne malum vincamus. Hæc ille. ¶ Quantum ad tertium tangitur apostolorum aliorum indignatio cum subditur. (Et audientes decem, sententiam domini prædictos duos in-

crepantis : secundum Chryso. (indignati E sunt) quòd alii se eis vellent anteferre. Et secundum. S. Tho. ex quadã elatione : sicut & illi ex elatione petiuerũt. Erant enim omnes adhuc carnales secundum Chryso. & ista carnaliter gesserunt (de duobus fratribus) Sed quare sunt indignati cum illi non petiuerint, sed mater. Ad hoc dicunt Chry. & Hie. quòd ex domini responsione qui ad filios, non ad matrem respondit : Intelle- F xerunt matrem submissam fuisse à filiis. Sed quare non sunt indignati statim, cum dixit : nescitis quid petatis. Ad hoc dicit Chry. Donec Christi sententia incerta erat non tristabatur alii discipuli : sed tunc tristati sunt quando illos increpauit. Hæc ille. Intendit autem Chry. quòd nõ sunt ante indignati. i. non ante ostenderunt indignationem suam propter reuerentiam Chri- G sti. Vnde dicit idem in homil. Quando autem eos à domino præhonoratos viderunt in transfiguratione : & si secundum mentem dolebant, in medium afferre non audebant venerantes doctorem. Hæc ille. (Iesus autem) aduertens eorum indignationem, & volens eos blandè consolari (vocauit, eos ad se tãquàm magister dulcis ac pius qui nullum triste videre voluisset. Chry. Quia H enim turbati erant : vocatione eos consolatur de propinquo eis loquendo. Et enim duo, à societate. x. seipsos separantes : propius stabant seorsum domino loquentes. Hæc ille. (Et ait.) ¶ Ad euidentiam autem sequentium sciendum est, quòd gentiles erant horrori iudeis. iuxta illud. Sit tibi sicut ethnicus & publicanus : ideo Christus induxit exem-

plum non est imitādum. Sciendum est etiam secundum. S.Tho. quòd dominari dupliciter sumitur. Vno modo vt est idem quòd præesse ad bonum subditorum. Et sic dominium verum est: ad hoc fiunt principes. Alio modo vt correlatiue dicitur ad seruum esse: vt dicatur dominus qui seruiliter subdit sibi aliquē, ad bonum suum proprium. Hoc autem est degenerare à vero prin- K cipatu, in tyrannidem. secundum ergo beatorum Tho.& Chry.mentem: quæ sequuntur sic exponenda sunt (Scitis quia principes) qui.s.ex officio præsunt(gentium).i.gentilium (dominantur eorum) non vero dominio ad bonum eorum: sed tyrannizando ad bonum suum: & hoc & si non semper tamen frequenter (& qui maiores sunt) i.nobiles & potentes. qui sunt maiores L non dignitatem principatus vel officii sed potētiam diuitiarum & amicorum (potestatem exercent in eos) non adiuuando sed opprimendo plerunque. Si tamen exercerent potestatem in beneficium minorum: dicerentur benefici (non ita erit inter vos) in ecclesia mea: vt maiores non debent esse quando dominaturi (sed quicunque voluerit inter vos maior fieri).i.habere præsidiū M spiritussancti quo fit tanquàm potens & si nō primus (sit vester minister) exhibendo aliis quæ accepit à Deo:& sua potestate vtendo in bonum & non in malum aliorum (& quicūque voluerit inter vos).i.in ecclesia(primus esse).i. habere primatum vel prælaturam: eo modo quo in gentibus sunt principes (erit vester seruus) Quod dupliciter potest intelligi. Primo.sic. Erit vester seruus.i.per seruitutem & humilitatem aliis exhibitam disponatur vt aliis sit prior merito:& prælatione,non autem armorum aut diuitiarum potentia, vel sanguinis nobilitate, vt in mundano principatu.Chryso.Primatus grate fugiente se desyderat, desyderanté se horrer.Conuersatio ergo melior desyderāda est,nō melior gradus.Hæc ille.¶ Secundo melius sic. Erit vester seruus.i. sciat quòd habere primatum in ecclesia nō est habere dominium, sed seruitutem. Serui enim est, quòd se totū ad seruitium domini impendat. Sic etiam prælati ecclesiæ totū & quod habent & quod possunt & quod sunt subditis debent.Chry. Volens ergo dās & duorum filiorum Zebedei & aliorum indignationem extinguere,introducit differentiam inter principes mundiales, & ecclesiasticos: ostēdens quia primatus in Christo nec ab aliquo appetendus est non habente: nec alteri inuidendus est habēti:quia principes mundi ideo sunt vt dominetur minoribus suis:& eos sicuti subiiciant & expolient & vsque ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatem, & gloriam. Principes autem ecclesiæ fiunt vt seruiant minoribus suis & ministrent eis quæcunque acceperunt à Christo, vt suas vtilitates negligant & illorum procurent:& mori non recusent pro salute inferiorum.Primatum ergo ecclesiæ concupiscere neque iustum est neque vtile. Quis enim sapiens vult vltro se subiicere seruituti & periculo tali. vel det rationem pro omni ecclesia nisi forte qui non timet Dei iudicium:abutens primatu suo ecclesiastico seculariter ita vt conuertat

A illud in seculare. Hæc ille. Consequenter dominus proponit se in exemplum humilitatis dicens (Sicut filius hominis non venit ministrari).i.vt sibi ministretur Et si aliquando ei ministratum est ab angelis, vel hominibus non tamen propter hoc venit secundum Orig.&.S.Tho. (sed) venit (ministrare) verbum Dei & gratiam eius & gloriam (& dare). i.exponere (animam B suam) .i. vitam corporalem (redemptionem pro multis) efficaciter & pro omnibus sufficienter. Licet enim Christi passio sufficiens pretium fuerit ad redimendum omnes homines qui fuerunt:sunt : & erunt : & esse possunt:tamen non habet efficaciam : nisi in his qui coniunguntur Christo.Chry.in homil. Quantumcunque ergo tu humiliatus fueris non poteris tantum descendere quantum dominus tuus. Hæc C ille.¶ In hac parte Orige.tangit documētum vnum moraliter dicens. Ecclesiarū ergo principes imitari debēt Christum accessibilē:& mulieribus loquentem & pueris manus imponentē: & discipulis pedes lauantē:vt & ipsi similiter faciant fratribus.Nos autē tales sumus vt etiam principū excedere superbiam videamur vel non intelligentes: D vel cōtemnentes mandatum Christi:& quærimus sicut reges acies præcedentes: & terribiles nos:ac accessu difficilem affabilitatē habentes vel habere ad nos permittentes.Hæc ille. ¶ Est etiam sciendum moraliter quòd Deus in hac vita habet tres calices vt colligitur ex scripturis. Primus est plenus balsamo, id est, innocentia & gratia:in quo bibit Christus & omnes sancti. Et vt colligitur Ioan.iiij.in illis verbis qui biberit &c. signum quòd aliquis biberit de isto calice: est primo mundanæ sitis extinctio.Et secundo est, mente in cœlestibus habitatio. & tertio est mentis exultatio.Sicut enim supra nubes,semper est serenum : ita & semper est gaudium in mente leuata. Secundus autem est plenus absinthio pœnitentiæ: in quo bibit Magdalena & omnes pœ- F nitentes qui perdiderunt gratiam potatam in primo & eam inuenerunt per potum secundi. Tertius est plenus sanguine:& est calix dominicæ passionis: de quo hic dicitur : in quo bibit Christus & omnes martyres. Hic sanguis dealbat sicut alii maculant:quia habet naturam lactis. Sicut enim lac est sanguis bis coctus, scilicet, in venis & in mammillis cuius decoctionis virtute G versus est in albedinem, sic sanguis Christi est albus vt lac : quia fuit bis coctus : igne amoris & igne duræ passionis ac dolorosæ imaginationis. Nam Christus mox vt fuit conceptus : inquantum homo suam passionem totam vidit : Vnde semper eam in memoria sic retinuit : quòd nec vnam diem vel noctem sine dolore transiuit. Psalmo. Defecit in dolore vita H mea : & anni mei in gemitibus. Habet etiam post hanc vitam tres alios. Primus est plenus mero, id est, cœlum in quo est gloria sanctorum : in quo bibunt sancti in patria : nos vero aliquas guttulas prægustamus. Secundus est plenus vino mixto vt purgatorium, in quo bibunt aliquæ animæ:& ibi immiscentur gratię pœnæ & spes timoris

delationis glóriæ:& consolatio cũ dolore. Tertius est plenus fece, id est infernus in quo bibunt aliqui cum mortali decedentes in quo sunt vel erunt secundum aliquos feces omnium elementorum,& mixtorum purgato mundo in die Iudicij.

Feria. v. post dominicam. ij. Quadrage. Luce. xvj.

K HOmo quidã erat diues,& induebatur purpura & byssо: & epulabatur quotidie &c.

L HOMO QVIDAM erat diues &c. Luce. xvj. Vide dominica prima post festũ Trinitatis.

Feria. vj. post Dominicam. ij. Quadrage. Mat. xxj.

HOmo erat Paterfamilias qui plãtauit Vineã & sepẽ circũdedit ei: & fodit M in ea torcular:& ædificauit turrim:& locauit eã agricolis: & peregre porfectus est. Cũ aũt tẽpus fructuũ appropinquasset misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehẽsis seruis eius:alium cederunt:aliũ occiderũt:aliũ vero lapidauerunt. Iterũ misit alios seruos plures prioribus,& fecerũt illis similiter. Nouissime aũt misit ad eos filiũ suũ dicens. Verebũtur filium meũ. Agricolæ autẽ videntes filium dixerunt intra se: Hic est hæres: venite occidamus eum:& habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineã:& occiderunt. Cũ ergo venerit dominus vineæ quid faciet agricolis illis? Aiũt illi. Malos male perdet:& vineã suam locabit aliis Agricolis qui reddant ei fructum tẽporibus suis. Dicit illis Iesus. Nũquã legistis in scripturis: lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli: à domino factum est istud,& est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis: quia auferetur à vobis regnum Dei:& dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidẽ istum confringetur: super quem vero ceciderit conteret eum. Et cũ audissent principes sacerdotũ,& Pharisei: parabolas eius: cognouerũt quòd de ipsis diceret. Et

querentes A querentes cũ tenere timuerunt turbas quoniam sicut Prophetam cum habebant.

HOMO ERAT PATERfamilias qui plãtauit vineã &c.) Mat. xxj. in presenti. Euan. tanguntur tria pũcta que sunt: Locatio: Exactio:& Extermi patio. ¶ Quantum ad primũ tangitur B locatio Vineæ qua paterfamilias locauit malis agricolis. Et quia Euangelium est Parabolicum oportet sensum literalem sumere iuxta tria assumpta significata dictionum Xps ergo volens declarare ꝙ principes,& maiores Iudeorũ erant occisuri Xpm: non ex ignorantia quasi eũ nõ cognoscerent: sed ex malitia peccantes: & ꝙ pro tali ac tanto scelere merito erant perituri: C dixit parabolice: (Homo erat paterfamilias,) id est Deus secũdũ Chrysosto. Qui homo dicitur nomine non natura similitudine nõ veritate. Et intellige de Deo patre. Pater vero familias dictus est: quia vt ait lactãtius: Deus homines pro liberis habet: quos produxit nõ generatione, sed creatione. (Qui plantauit vineam,) id est populũ iudaicũ secundũ Hier. quẽ plãtauit in terra pro- D missionis translatum de Egypto iuxta illud. Psal. vineã de Egypto trãstulisti. De hac vinea dicitur. Esa. v. Vinea domini Sabbaoth domus Israel est. (& sepẽ circundedit ei) ad custodiam vineæ. Est autẽ sepes huius vineæ secũdum Hier. vel murus vrbis vel Angelorũ presidiũ. Et loquitur Hiero. de vrbe regia, id est Hierusalẽ: quæ septa muro potest dici tota vinea septa: quia ipsa erat caput & pars principalis. secũdum E Chryso. vero est custodia sanctorũ patrum, qui pro muro fuerunt illi populo secundũ Origẽ. autẽ est Dei custodia: sed hæc consueuit esse per Angelos seu mediantibus Angelis: maxime secundũ Hugo. Cardi. qui ꝙ Deus habuit immediatã custodiã Populi vsque ad confla tionẽ vituli:& abinde eam cõmisit Michaeli. ¶ Nota tamen ꝙ aliud est custo F dia: aliud regimen Populi. Deus enim secundũ. S. Tho. in. j. ij. regnauit super Populũ immediate: vsque ad petitionẽ regis tẽpore Samuelis: (& fodit in ea torcular,) id est altare holocaustorum sanctorũ. S. Tho. & Hiero. & forte mouetur hac ratione. Quia sicut per torcular exprimitur sanguis vuarũ, id est vinũ ita, per altare exprimebatur sanguis hostiarũ non effectiue sed finaliter: quia propter hoc iugulabãtur effuso sanguine vt in altari offerre potuissent. secũdũ Hila. vero est Prophetarũ G doctrina in qua magis exprimitur, id est declaratur virtus verbortũ Moysi in lege secundã Chryso. autẽ est verbum Dei: quod hominẽ cruciat contradicẽte carnis natura. Verbũ autẽ Dei copiosum fuit in Populo: tam vocale quàm scriptũ. (Et ædificauit turrim,) id est templũ secundũ Chryso. quod in scri- H pturis appellat turris. Iuxta illud Malachie. iij. Et tu turris nebulosa filiæ Syon. Vel cognitio nominis Dei secũdum. S. Tho. Vel secũdũ Hila. in turre eminẽtia legis exprimit eo ꝙ in cœlũ proucheret: & ex ea posset quis aduentum Christi speculari. (& locauit eã,) id est sub certa mercede cõstituit (agricolis,) id est Moysi & Aaron secũdum

I sanctū Tho.& successoribus eorū quorum erat regere Populū & vineā gubernare. Chryso. Tunc vineā locauit quando per legē cōstituti sunt sacerdotes & leuitæ:& procurationem regendi populū susceperunt.Hæc ille.Intendūt ergo isti dicere ꝙ dominus curā Populi cōmisit sacerdotibus hac lege:vt ipsi sacerdotes ex vinea,id est Populo haberent decimas & primitias,& alias oblationes temporales Deus vero haberet
K in gloriam suā opera bona quæ produceret vinea mediante sacerdotum cultura:quæ cōsistebat in exhortādo Populum verbo,& edificando exemplo & adiuuando oratiōis & sacrificiorū suffragio (& peregre profectus est) non mutando locum cum vbique sit sicut & vbique operatur.sed secundū Hiero.& sanctū Tho.relinquēdo vinitoribus liberum arbitriū operandi vel otiandi.
L Vel secundū Chryso.in homi.peregre profectus est id lōganimitatem habuit nō semper inducens pœnam pro peccatis eorum.Vel secundū Orig.quia dominus qui in deserto vbi legē dedit & locauit vineam cum eis erat in colūna nubis per diem & in colūna ignis per noctem nequaquā postea similiter apparuit illis.¶ In hac parte est documentū
M allegorice pro sacerdotibus nouæ legis:quod Chry.tāgit dic.Sicut colonus quāuis de suo munere obtulerit domino non sic eū placat quomodo si de vinea eius reditus ei obtulerit:sic & sacerdos non tantum propter suam iustitiam placet Deo quomodo si populum Dei in sanctitate docuerit quoniā ipsi⁹ iustitia vna est Populi autē multiplex. Hæc ille. Et non intendit Chrisosto. quòd plus placeat Deo sacerdos malus faciens populum esse bonum: quā bonus habens populum malum:sed ꝙ Deus plus letatur in bono Populi,quā in bono sacerdotis:quia communiora sunt meliora.Intendit etiam Chryso.quòd allegorice ista intelliguntur dicta de christianitate:sicut literaliter de synagoga.Hui⁹ vineæ palmites sunt homines quorum aliqui hęrent vitiq̄ est Christo per fidem sed non fructificant per charitatem:vt mali Christiani.Alij vero nec hęrent nec fructificant vt heretici & omnes infideles. Quidam vero hęrent & fructificant:vt sancti.Sepes est angelica custodia.Torcular est crux in qua Christus est calcatus vera vua nata de vite quæ est virgo. Quæ vua fuit alba in natiuitate per puritatem:rubea in cruce per cruorem,& nigra in sepulcro per mortis liuorē.Turris est ipsa fides qua resistitur hostibus: & qua futura preuidemus antequā fiāt.
¶ Moraliter autem ista vinea est anima: vitis potentiæ:palmites sunt virtutes,& opera sepes liberum arbitrū:torcular timor.turris sepes agricola homo, serui requirentes fructuum sunt prelati & Angeli. Ista vinea secundū Chrysostomum producit gemmas bonarum cogitationum : & flores bonarū volitionum:& fructus bonarum operationum.Est autem plantata in corpore. Primo vt nullo modo deesset vniuerso substantia quæ simul esset corporalis:& spiritualis. Secundo vt per corpus acquirat scientiam & virtutes: quibus naturaliter est priuata:sic quòd huiusmodi non habet nisi in quibusdam principijs.& Tertio vt glorificetur in

A tur in contemplatione deitatis per intellectum:& humanitatis per sensum.
¶ Quantum ad secundum tangitur exactio fructuū à colonis. Vbi aduertendum est quòd Deus à colonis huius vineæ vt erant coloni:nihil aliud exigebat quàm vt populum erudirent & tenerent in timore & amore Dei:inquātum vero erant quædam personæ exigebat ab eis nō sanctitatem populi:sed
B propriam.Vbi ergo tales coloni auertebant à deo non solum non reddebāt fructum de vinea:sed illum negabant quod peius est:pessimum autem cedere fructuū exactores.dicitur ergo.) Cū autem tempus fructuum appropinquasset.) Istud tempus secundum sanctum. Tho. est tempus sequens legem
C daram & plantationem vineæ in terra promissionis. (misit seruos suos,id est Prophetas secundum sanctum Thomā, & Chrysostomum & Hilariū.(ad agricolas,) id est sacerdotes & rectores Populi (vt acciperēt fructus eius.) Sanctus Vincentius. ¶ Est autem sciendum ꝙ fructus isti expectatiui à domino de vinea:vt dictū est nihil sunt aliud quā timor & amor Populi à ad Deum isti
D autē potissimum de pendebant à sacerdotibus Vnde Chrysosto.sacerdotium assimilat stomacho quo languente infirmātur omnia membra:& radici qua vitiata pallescunt folia.¶ Ad hoc ergo quòd ista vinea fructificaret secūdum beneplacitum Dei requirebatur . Primo quod sacerdotes essent in se boni & iusti.Secūdo quòd docerent populum in via veritatis arguendo quo ad malā:& exhortando quo ad bona verbo, & exemplo.Tertio quòd orarent & sacrificarent pro illo.Quando ergo prophetæ arguebant sacerdotes in aliquo horum trium negligentes, exigebāt ab eis fructum vineæ inde dependentem. Hoc autem fecerunt multi ex primis Prophetis , sed fuerunt male tractati. vnde sequitur (agricolæ autem) id est, rectores populi (apprehēsis seruis eius alium occiderunt , alium vero lapidauerunt.) Nam secūdum Hieronimum. Hierimias fuit Cæsus.Ezaias occisus: imo vt tradunt Hæbrei fuit tanquam lignum ferratus ad pręceptum regium Manasse.& Zacharias lapidatus inter templum & altare ad præceptum scilicet Regis Ioas vt patet.ij.Paralipome nōn vigesimoquarto . (Iterum misit alios seruos plures prioribus) quia secundum Hilarium post prædicationem primorum prophetarū dominus magnum prophetarum numerum misit.Non vt patet ex libris Regum:erāt in populo dei Prophetarum collegia sicut modo sunt in sancta ecclesia monasteria religiosorum.Et sic deus non abstulit ab eis suam miseriam propter occisionem primorum Prophetarum secunndum Chrysostomum & aucta dei misericordia augebatur iudeorum malitia . Vnde vt idem dicit : contra dei clementiam malignitas humana certabat.Hæc ille.Ideo sequitur(& fecerunt illis similiter.) Quidam tamen vt Rabanus volunt per primos seruos posse intelligi Moysen & Aaron qui Cæsi fuerunt linguæ flagello per secundos vero Prophetas. Sed ista expositio non multum congruit textui (nouissime autem misit ad eos filium suū dicēs Chrysostomus

I in homil. Quare autem non confestim misit. Vt ex his inquit quæ ad alios fecerant seipsos accusarent: & furorem dimittentes verecundarentur propter filium venientem. Hęc ille. Vnde sequitur. (Forte verebuntur filium meum) Dicit autem forte secundum Chry. nō quia ignoret pater familias quid futurum sit: cum ipse sit deus: sed vt ostendat arbitrii libertatem. Poterant enim
K agricolæ vereri filium & non vereri. Dicit autem verebunt secundum eundem: vt ostēdat ꝙ ad presentiam Christi sibi promissi debuissent confundi & erubescere: quia peccatum eorum magnum erat & omni excusatione priuatum. Quidam autem eorum secundum Orige. veriti sunt filium vt qui in eum crediderunt sed tamen maior pars verita est, de quibus sequitur (Agricolæ
L autem videntes filium dixerunt: hic est hæres) cui scilicet non solum vinea Synagogæ Iudeorū: sed etiam gentes sunt promissæ in hæreditatem: tanquam omnium regi & dño. Ex his patet secundum Hie. & Chry. quod Iudeorū principes non per ignorantiā: sed per malitiā & inuidiam peccauerunt: quia cognouerunt illū quem crucifixerūt esse filiū dei. Non est aūt intelligendum ꝙ Hie.
M & Chry. dicūt ꝙ isti cognouerint Christum esse filium dei per naturā: & verū deū vt pater per. S. Th. iij. par. q. xlvij. si enim cognouissent nunquā deum gloriæ crucifixissent vt dicit. j. Cor. ij. sed dicunt quod cognouerunt illum filium Dei per excellentiā gratiæ. Dicit tamē S. Th. super Mat. ꝙ cognouerūt eū dei filiū. s. per naturā ex cōiecturis: sed non certe. Vide de hoc dominica. j. in Quadragesima. De verbis tamen patrisfa. concludit Chry. quod sit filius Dei per naturam & non per gratiam: solum alioquin & prophetiæ possent dici filii dei. Sed tamē vt dicit Chry. post quam intrauit in templum & eiecit vendētes & ementes sic cogitauerunt. Iam cessabit cōsuetudo hostiarum quæ ad lucrū nostrum pertinent: & incipiet populus offerre sacrificiū iustitiæ quod ad gloriam pertinet dei. vnde iam no erit populus iste nostra possessio. Vnde tunc cogitauerunt illū occidere dicens. (Venite occidamus eum: & nostra fiet hæreditas) id est nos fructum ex populo percipiemus, secundum mentem Chry. vel secundum Raba. nostra fiet hæreditas. id est stabit fides nostra quæ est secundum legē & non illa quę est secundum eum. Et intendit Raba. id quod dicit. S. Tho. s. quia timuerunt perdere dominium populi: quod habebant ex lege. Vnde & propter hoc conspirauerūt in mortem Christi: ne venirent romani & auferrēt eis locum ipsorum.) Et apprehensum eum) in ortu (eiecerunt extra vineam). i. extra hierusalem secundum Hilarium. Vel secundum Orig. hoc dicitur quia habuerunt eum quasi alienum à vinea, & à colonis. ¶ Sed nota quod Mat. dicit eiecerunt & occiderūt in signum quod primò eiecerunt extra cor suum: deinde crucifixerunt. Mar. verò dicit: occiderunt & eiecerint in signum scilicet quod post mortem eicerunt eum dum apostolos ad gentes ire compulerunt. (& occiderunt) in ligno crucis suspendentes. ¶ Inuae parte docomentum allegorice est pro sacerdotibus auaris, & malis. de quo dicit Chry.

A Chry. Hæc cogitatio: & nostra erit hæreditas communis est omnium sacerdotum carnalium: qui non sunt solliciti quomodo populus viuat sine peccato, sed aspiciunt quid in ecclesia offeratur & hoc existimāt sacerdotii sui lucrum. Hæc ille. ¶ Quantum ad tertium tangitur exterminatio, quæ fienda erat de ingrato & contumaci populo: cum dicitur. (Cum ergo venerit dominus vineæ) ad faciendum computum, & vindictam de illa agricolis quod tunc fuit quando Titus obsedit Hierusalem. Vel secundū Orig. quando Christus à mortuis resurrexit: quid faciet agricolis illis?) Orig. Interrogat quidem dominus non quod ignoret quid responsuri sint: sed vt propria responsione damnētur. Hæc ille (aiunt illi: Malos) colonos (male). i. acerbi (perdet) gladio, fame, & captiuitate (& vineam suam). i. populum suum vel eos qui ex Iudeis crediderūt (locabit aliis agricolis). i. apostolis secundum S. Tho. & Orig. qui curam suscēperunt regendi populū domini: non solum eum qui ex iudeis, sed etiā eum qui ex gentibus credidit: quia factum est vnum ouile: & vnus pastor. (Qui reddāt ei fructum temporibus suis). i. qui conseruēt populū dei in timore & amore ad deū. culturando vineā modo præexposito Apostoli eū vniuersū mūdum subiecerunt timori & amori Iesu christi: subuersa & destructa penitus nephandorum demonum cultura. Sicut autem dicit Chry. isti verum respōderunt: quia veritas ipsis violentiam fecit. Hæc ille. Et vt dicit Orig. verū dixerunt contra se: sed non ex se sicut, & Caiphas. ¶ Sed hic est quæstio quam mouet Augusti. de consen. euangeli. quia Marcus dicit illa verba: malos male perdet: dixisse dominum Matheus vero dicit illa dixisse iudeos. Ad hoc dicit Augusti. vbi supra dupliciter. Primo quod verba ista in Marco taliter sunt posita quod possunt intelligi dicta à domino & à Iudeis: quia post Christi interrogationē qua dixit: quid faciet dominus vineæ: statim sequitur perdet malos colonos. Et licet ibi non dicatur quod illi hoc dixerint tamen potest subintelligi. Secundo quod ista verba primo protulerunt iudei & secūdo ipse Christus ea reassumpsit: & sic attribuuntur potius domino: quia verum dixerunt, & veritas etiam dixit eā dem resumendo. Et isto secundo modo soluit etiam Chrysost. & Sanct. Thom. scilicet quod illa verba bis fuerūt prolata. Sed est alia quæstio quam etiam mouet Augu. quæ vt dicit magis vrget nam Beatus Lucas dicit quod prædicta verba dixit dominus iudei vero dixerunt. (Absit) id est, non occidentur cultores: vel ipsi non occident Christum vt consequentur etiam talia non patiantur. Ergo nullo modo iudei illa verba dixerunt sed cōtrarium. Ad hoc dicit Augusti. vbi supra & Chrysosto. & Sanct. Thom quod ibi multi erant: & quidam dixerunt malos male perdet, scilicet amici Christi secundum Augusti. vel qui non intelligebant parabolam secundum Chrysost. quidam vero dixerunt absit scilicet illi qui contra se intellexerunt: dictam esse parabolam secundum August. & Chrysost. Vel secundum Chrysostomum & Magister histo. illimet ore dixerunt absit:

I corde vero dixirunt malos malè perdet: quia beatus Mattheus retulit eos dixisse quod mente dicebant. Vel secundum S. Tho. primo dixerunt malos male perdet: post videntes hoc esse contra se dictum dixerunt: absit. Quali tercunq; tamen fuit: dominus approbauit sententiam dicentium malos male perdet: & per scripturā probat quod ipsi erant reprobaturi Christum & con
K sequentur perituri. Ad huius ergo euidentiam sciendum est quod quidam dicunt quod ad literam lapis fuit in templo salomonis multoties reprobatus: sed post in fine ędificii in angulo omnibus stupentibus mirabiliter est coaptatus. Hoc videtur sentire Magister hist. quamuis hoc non affirmet sed recitet. Quidam vero dicunt hoc non esse verum. Vnde hebrei apud iudeos autenti
L ci exponentes passum illum nunquam tale aliquid retulerunt sed illum lapidem metaphorice sumunt. Et hoc videtur rationabilius quia secundum istam viam dictum Psal. quod allegabat fuit parabolicum consequentur literaliter exponitur de Christo & Christus allegabat ad literam: secundum quod consueuit facere. Secundum aliam vero dictum illud est historicum: & Christus
M allegaret in sensu spirituali & cōsequēter non argueret vel probaret efficaciter: quamuis etiam ista ratio nō cogat. dicitur ergo. (Nunquam legistis in scripturis) id supple quod dicam. Quasi di. vtique legistis in Psalmo. (Lapidem) id est, Christum secundum Chrysosto. & Raba. (quem reprobauerunt edificantes) id est prædicti agricolæ & doctores iudeorum secundum Hiero. & Raba. Dicti sunt autem ædificantes: quia ad ipsos pertinebat cōstruere templum spirituale id est, synagoga quam docendo legem ampliabant & reparabant. Et secūdum. Chry. quia sicut ædificator dolat nodosos lapides ita doctor corrigit vitia circa homines. (Hic factus est in caput anguli.). i. vt sic caput anguli. Hila. Est enim caput anguli factus, quia est inter legem atq; gentes latteris vtriusque coniunctio. Hæc ille. Vtrunq; enim populum Iudaicum & gentilem in sua fide coniunxit vt dicit Raba. (à domino factum est istud) qui misit filium suum ad redemptionem & conuersionem mundi, & est mirabile (caput ecclesiæ: secūdum Chry. in oculis nostris). i. ante oculos nostros qui cum possumus videre per fidem vt ibi dicit. Vel ly istud non demonstrat personam capitis, sed factionem eius. i. prelationem qua factus est caput vt sit sensus. Ad non factum est istud non quidē istud caput: sed istud quod hic lapis iste caput quod fuit mirabile in oculis iudeorum qui ita gentes parui faciebant vt non modo cum eis non manducarēt sed etiam iudicabant eos indignos qui bus Dei verbum predicaretur vt patet per Apostolum. S. Tho. ij. dicentē. Prohibentes nos gentibus loqui. s. verbum salutis. Et tanta erat ista despectio, vt etiam postquam aliqui eorum ad fidem fuerant cōuersi desceptarent aduersus Petrum qui cornelium virum gentilē baptizauerat, quod cum eo manducasset vt patet Act. xl. (Ideo dico vobis) qui Christum reprobatis quia auferetur à vobis regnum Dei id est, regimen populi sui qui est regnū eius. Regnum enim

A enim Dei ecclesia militans in qua regnat Deus quæ ablata est ab eis (& dabitur genti facienti fructus eius) id est, apostolis & successoribus eius. Vel secundum Sanct. Thom. & Orig. per regnum Dei intelligitur sacra scriptura: quæ ablata est ab eis quantum ad verū & sanum intellectum eius: & data est fidelibus Christi qui ex ea producūt fructum fidei & operū bonorum. (Et qui
B ceciderit super lapidem istum confringetur super quē vero ceciderit: conteret eum) quod plus est quā confrigi: secondum Chrys. quia est confringi minutatim. Et secundum Hier. & Augu. & S. Th. cadit super lapidem quicunque peccat. Talis enim non confringitur à Christo: sed ipse seipsum frangit: sicut vas cadens super lapidem ex suo modo
C cadendi se frangit. Cadit vero lapis supra aliquem quando illum punit. Isti ergo casuri erant super lapidē per peccatum & lapis super eos per supplicīū: malos male perdendo. Vel secundum Chry. & S. Tho. cadit super lapidē quę credens in lapidem peccat. Iste non to-
D liter confringitur: quia stat vera fides: & reseruatur per patientiam ad salutē: vt dicit Chryso. ille autem super quem cadit lapis: est ille qui Christum negat.
E Iste ex toto comminuitur: nec in se aliquid habet vnde reparari possit: stante priuatione luminis fidei: ex qua est primus motus in iustificatione impii. Sed quare Christus dicit lapis. Respondet Chry. Quia est fundamentū fortequod nec aliquis seductionū nec tempestatibus persecutionē mouetur. Et secundo propter similitudinē ad comminuendū & conquassandū (& cū audiuissent principes sacerdotum & pharisei parabolas eius cognouerunt q̄ de ipsis diceret) & tamen non penituerunt. Vnde sequitur. (Et quærentes eum tenere) vt occiderent) timuerunt turbas: quoniam sicut propheram eum habebant) ipse turbæ & consequentur tumultus fuisset. In hoc autem est, morale documentum quod Chrysosto. tangit dicens. Hæc est differentia bonorum hominum & malorum. Bonus enim comprehensus in
F peccato gemit quia peccauit. malus autem fremit: non quia peccauit: sed quia comprehensus est in peccato & non solam penitentiā non agit: sed magis aduersus corripientē iracit̄. Vnde isti deprehensi magis ad malitiam sunt excitati. Hæc ille.

Sabbato post domi. ij. Quadrag. Luc. xv.

G

HOmo quidā habuit duos filios: & dixit adulescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantiæ quæ mihi contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus
H adulescētior filius peregre profectus est in regionē lōginquā & ibi dissipauit substantiā suā viuendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset facta est fames valida in regione illa & ipse cœpit egere. Et abiit

& ad

& adhesit vni ciuium regionis illius:& misit illum in villam suam vt pasceret porcos:& cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant & nemo illi dabat:in se autem reuersus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei K abundant panibus:ego autem hic fame pereo.Surgam & ibo ad patrem meum & dicam illi. Pater peccaui in cœlum & coram te:iam non sum dignus vocari filius tuus:fac me sicut vnum de mercenariis tuis: & surgens venit ad patrem suum. L Cum autem adhuc longe esset vidit illū pater suus & misericordia motus est:& accurrēs cecidit super collū eius & oscula tus est eū.Dixitque ei filius.pater peccaui in cælum & coram te:iam nō sum dignus vocari filius tuus.Dixit autem pater M ad seruos suos. Cito proferte stolam primam & induite illū: & date annulū in manu eius & calciamēta in pedes: & adducite vitulū saginatū & occidite & manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat & reuixit:perierat & inuētus est.

HOMO QVIDAM HAbuit duos filios &c. (Luxv. In præsenti euā.tāgunt tria puncta: quæ sunt prodiga dissipatio:& benigna miseratio:& sordida seu inuidiosa indignatio. ¶ Quārū ad primū tangitur dissipatio prodigaiuue-

A iuuenis lasciuientis.Est aūt euangelīū hoc totum parabolicum secundū Mag. hist.& alios ideo literalis sensus sumē dus est iuxta metaphorica dictionum significata.Agitur ergo in toto isto euā gelio secundùm aliquos de duobus populis:gentili.scilicet & iudaico ad litteram:sed hoc non placet Cyrillo quia non potuisset vere dicere filius senior idest populus iudaicus:nunquàm mādatum tuum præteriui.Est ergo secun- B dùm eum literalis sensus parabolę : vt per duos filios intelligatur iustus & pec cator:& hoc videtur esse verum : quia istam parabolam dixit dominus contra phariseos murmurantes ꝙ susciperet peccatores:& cum eis manducaret. rra quos etiam dixerat immediate ante parabalam de centum ouibus & de- C cem drachmis:de quibus constat quòd ad hoc propositum dicuntur.Potest tamen dici quòd etiam ille sensus est literalis vt videntur quidam velle.Et ad argumentum Cyrilli dico ꝙ secūdùm Chry.in parabolis non oportet omnia scrutari tanquā vera:sed sufficit attendere ad id quod intendit parabolæ fictor.Sed tamen exponamus primo modo sicut &.S.Tho.in catena aurea:& di- D camus(Homo quidam) idest deus dictus homo quia cum eo conuenit homo in habere intellectum vel ratione assumpte humanitatis habuitduos filios) vnus est numerus iustorum ab initio institiam sequētium secūdùm Cyrillū: alius est numerus peccatorū p penitētiā qāq; redeūtiū(& dixit adulescētior ex illis).i.peccator :q est iunior. secūdū Cyri & Basi.nō defectu etatis. sed sed sensus & intellectus(patri).i. deo. (Da mihi portionē).i.partē(substātiæ) E tuæ (q̄ me cōtingit).i.q̄ ad me pertinet hæreditario iure.Sicut aūt dicit Titus dū homo petit id quod contingit & cōpetit ei:quādo petit vt nō ex necessitate seruiat:sed sic in sua potestate:cū sit rationalis & liber.Secundū Aug.aūt ista pars sunt illa quæ dantur nobis à deo immediate & non ab agente naturali anima scilicet & potentiæ eius.In- F tellectus enim.i.anima intellectiua est ab extrinseco:vt dicitur in lib.de animalibus idest nō educitur de potentia materiæ ab agente naturali:sed à deo immediate datur per creationem vnde ait.Anima potestate sua delectata id quod est illi viuere:intelligere: meminisse:ingenio alacri excellere petit quę diuina sunt munera.Hæc autem in sua potestatem accepit per liberū arbitriū. Hæc ille.Sed est hic qō quō homo pos- G sit ista petere q̄ ei dantur à deo:cū ab instāti cōceptionis suæ quo primū verum est dicere ꝙ est homo:habeat animā & omnes eius potētias?Ad hoc dico dupliciter.Primo ꝙ parabola est similitudo quędam vel comparatio.filiū Omnia aūt similia sunt dissimilia & differētia.Nam similitudo est rerū differentiū eadem qualitas.i forma. Non H ergo in parabolis oportet quo ad omnia accipere similitudinē & cōueniētiam.Dico ergo ꝙ filius hominis potest à patre suo petere quæ ei debent temporalia bona & potest etiāea accipere: filius aūt dei per creationē potest quidē naturalia bona a patre suo deo accipere in sua cōceptione sed non pōt ea petere ratione iā dicta.Est ergo vtrobique similitudo quo ad accipere sed nō

quo

quo ad postulare. Secundo dico ꝙ oē quod ad aliquid est ordinatum: seu est in potentia vt habeat illud appetit illud sicut materia appetit formam ad quam est in potentia: vt patet. ij. Phy. Omnia enim appetunt suum bonum: bonum aut potentiæ est actus ad quē ordinatur. Omne aūt appetens aliquid petit illud interprætatiue ab eo cui suus appetitus seu suum desyderiū est patens: si talis potest implere talem affectum sicut dicimus infantem vagiētē petere māmillas. Homo ergo generatus antequā habeat rōnis vsum & arbitrii libertatem: est in potentia ad ista. Ergo & illa appetitu non quidem appetitu rationali vel animali sed naturali. Ergo interprętatiue petit a deo cui appetitus ille est patens & qui illum potest implere. Hoc est petere partem suam ideſt animam & potentias. Non ꝙ tūc petat homo vt illa fiant & sibi dentur. sed vt iam facta sibi dentur: & sint sua. i. posit eis libere vti sicut & filius hominis non petit a patre vt pars suæ substantiæ fiat sed vt iam facta sibi detur vt sit sua. i. in sui potestate. Possumus tamen etiam dicere ꝙ ipse homo antequā suscipiat rationalem animam iā est in potentia ad illam per suū corpus: & cōsequēter illā appetit. & cōsequēter etiā interprętatiue petit. (Et diuisit illis substantiā.) qa secūdū Chry. substātia rationalis æqualiter oībus nascētibus dat & scīa boni & mali. Et nō post multos dies (à susceptione libertatis (adulescentior filius per ægre) i. peragrando vel peragrūdum regiōes (profectus est) à patre Chry. Profectus est: non localiter deo recedēs: q vbiq: est: sed affectu. Fugit eū deū peccator vt a longinquo stet. hæc ille. In quo secundū eundē ostendit libertas arbitrii: qa pater istū exire vel stare neq; prohibuit neq; coegit (in regionē longinquā) i. vsque ad obliuionē dei secūdū Aug. vel vsque adeo vt extra se iret secūdū Amb. Nā infra dicitur ꝙ reuersus in se fuerit Amb. Quid enim longinquius quàm à se recedere: nec regionibus sed moribus separari. Et enim qui se à christo separat exul est patriæ & ciuis mūdi. Hæc ille. Hoc aūt secūdū Aug. factū est nō post multos dies à cōstitutione generis humani vt accideret. s. dei oblivio. Vel posset dici ꝙ post multos dies susceptione vsus liberi arbitrii: q a plerunq; & si nō semp in ipsa pueritia vel adulescentia incipiūt vitia: vsus aūt arbitrii in principio pueritiæ. i. in septenio vel etiā aliqñ añ à deo nobis cōfertur secūdū. S. Th. in. iiij. ¶ Notādū etiā ꝙ triplex est regio. Prima lōginqua respectu paradisi: vt status huius mundi etiā si qs sit sanctus. Psalmus. Aduena ego sum apud te & peregrinus. Secūda longinquior vt status peccati Psalmus. Longe à peccatoribus salus. Hæc est regio vmbræ mortis de qua Esa. ix. Terra tenebrosa & operta mortis caligine. Tertia longinquissima: vt status infernalis. Est enim ita longinqua ꝙ nullus sufficit inde reuerti nisi miraculose: vt traianus. (& ibi dissipauit substantiam suā (. i. naturales animæ suæ vires quas malis habitibus peccator dissipat & ad sue facit ad malū appetēdū quo ad appetitiuas & reddit hebetes quo ad apprehendendū ipsas cognoscitiuas. Vnde & cecitas mētis filia est luxuriæ Titus. Dissipanit substātiā suā. i. intellectū rectū: castimoniam: documenta: veritatis notitiam: genitoris memoriam: creatoris sensum. Hæc ille.) viuendo luxurio se) i. prodige & turpiter. Nam secundùm glo. luxuria consumit omnia bona naturæ. Et si dicatur ꝙ secundū Diony. nihil existētiū corrūpitur per malū dico iuxta Gorrā. &. S. Tho. sententia ꝙ bonū naturæ sumitur tripliciter. s. primo intrāsitiue pro bono quod est naturæ. & trāsitiue pro bono quod inest naturæ: vt sunt habitus vel accidentia. & tertio medio modo quodā mō pro habilitate naturæ ad bonū accidētale seu aptitudine subiecti ad bonū accidētale. Luxuria primū nullo mō tollit nisi forte per accidens. secūdū vero tollit tota liter processu temporis: & inducit contrariū habitum. s. vitiū: tertium vero diminuit, sequi non totaliter aufert. Hic tamen sumitur luxuria pro luxuria simul & aliis vitiis adiunctis: sicut solet cōiter accidere ꝙ luxuriosi etiā in aliis vitiis occupant Aug. de cō. euā. luxurio sam vel prodigā vitā vocat amātē funderelac spatiari exterioribus pompis manescētē: cū ea qui que sequit quę ad alia procedunt & relinquit eū q sibi est interior. Hæc ille. (Et postquā cōsumasset oīa facta est fames valida in regione illa) idem indigentia verbi veritatis: secundùm Titium. Non enim sumitur hic fames proprie pro appetitu: sed large etiam pro indigentia. Vel secundùm Amb. facta est in regione illa fames: non epularum: sed bonorum operum atque virtutum: quæ sunt miserabiliora iciunia. Et enim qui recidit à verbo dei esurit: quia non in sollo pane viuit hō: sed in oī verbo dei. Qui recedit à thesauro eget. Vnde sequitur. (Et ipse cœpit egere) Merito enim egere cœpit qui thesauros sapientiæ & scīē tiæ Dei diuitiarumq; cœlestium dereliquit. Egere ergo ideo cepit: quia nihil prodige satis est voluptati. Hæc ille (& abiit: & adhesit vni ciuium regionis illius.) Iste ciuis secundum Ambr. est princeps huius mundi. i. lucifer secundum Aug. est aliquis princeps demonū commorantium in aere qui ad militia diaboli pertinet Demones enim sunt in regione peccati & longe distāt à deo & sunt ciues in ea quia ab initio mundi illam incolūt regionem & sunt quasi domini hominū iniquorum: imo diabolus omnium malorum est caput secundum Greg. (& misit illum in villā suam. Per hanc villam intelligitur aliquod speciale peccatum inter septem peccata capitalia. Nam lucifer septem habet principes iuxta numerum prædictoum vitiorum: qui singuli de singulis tentant & in eis occupant homines. Videtur autem ista villa fuisse luxuria: & iste ciuis vel princeps fuisse Asmodeus: quia iste luxuriose viuebat. Misit autem istum in villam suam tanquàm dominus quando irretiuit cum peccato vel consuetudine mala tanquàm vinculo seruitutis (vt pasceret porcos) ideſt immundos spiritus qui erant sub isto principe secundùm Augu. Nam sicut lucifer habet duces: ita duces habent milites suos. Vnde & Beda ait. Porcos pascere: est ea quibus immundi spiritus gaudent operari. Hæc ille. Theophilactus. Hos ergo pascit qui alios præcellit in vitio: vt sunt leones archipredones.

arch

I archipublicani qui aliis sunt doctores operationes obscuræ. Hæc ille: (& cupiebat implere ventrem suum de siliquis) Siliqua quatuor significat. Primo folliculos & purgamenta leguminum. Secundo quoddam genus leguminis. quo Aphrica sues reficiuntur de quo ait Ambr. Siliqua genus est leguminis: intus inanis foris mollis: quo corpus non reficitur sed impletur hæc ille.

K Tertio est quædam arbor habens fructum dulcem qui est porcorum cibus: Quarto siliqua dicitur arbor: siliquæ fructus. Secundo ergo vel quarto modo sumitur hic: & significat aliquid quo demones delectentur & stulti siue sint poetarum carmina: vt Hier. ait siue corporis voluptates (quas porci manducabant). i. quibus demones delectantur: non propter eas cum non habeant earum sensum: sed quia per eas homines

L lucrantur. Chry. Iunior filius spiritualibus destitutus opibus, quasi prudentia, & intellectu, porcos pascere dicitur: hoc est sordidas & immundas in anima sua cogitationes nutrire: & edit escas irrationabiles praue conuersationis dulces quidem egenti bonorum: quia suaue peruersis videtur esse opus carne voluptatis quæ virtutes animæ

M penitus eneruat & perimit. Huiusmodi cibos quasi porcinos & male dulces. i. carnalium delectationum illecebras siliquarum nomine scriptura designat. Hæc ille (& nemo illi dabat). s. voluptates ad saturitatem. secundum Theo. Student enim vt ait demones ne vnquam saturitas malorum proueniat. Vel secundum glos. hoc dicitur: quia diabolus postquàm viderit aliquē esse suum: iam non procurat ei abundantiam (in se autem reuersus dixit) attritus. s. seruitute & laboribus & porcino cibo stomachatus secundum Greg. nazan. & Augu. de consensu Euang. In se autem reuersus est cum ab eis quæ forinsecus frustra illiciunt, & seducunt in conscientiæ suæ interiora suam intentionem reduxit. Hæc ille. ¶ Ad intellectum vero sequentium sciendum est quòd secundum Basilium aliqui faciunt bonum timore pœnę: aliqui gratia mercedis: & intelligit de temporali: aliqui propter amorem legis: & ipso bono opere delectari. Primi sunt serui. secundi mercenarii. tertii vero vt ait filii. Nam secundum Ambr. Filius qui habet sancti spiritus pignus in corde, secularis mercedis lucra non quærit, sed ius seruat heredis. Hæc ille. Notat autem Ambr. duo genera mercenariorum. Nam vt ait: quidam sunt boni qui conducuntur ad vineam. Isti non filii quis sed panibus abundent: Hæc ille. Et in hoc innuit quòd quidam sunt mali qui. s. seruiunt Deo pro temporalibus in quibus finem operis sui boni constituunt: & consequenter siliquis pascuntur quantum ad suam finalem intentionem licet abundent & ipsi panibus quantum ad substantiam operum bonarum & bonorum, cogitationum. Faciunt enim & cogitant ea quæ sunt bona de genere suo: sed illa ex intentione peruertunt. Sic ergo exponendus videtur text. (Quanti mercenarii). i. homines seruientes Deo pro temporali mercede (in domo patris mei). i. in exercitio operum bonorū quantum ad ipsam substātiam operum vel ex genere suo-

A sicut enim luxuriam est villa Asmodei: ita sancta conuersatio est palatium Dei in quo multæ sunt mansiones secundum genera diuersa virtutū: (abundant panibus). i. operibus bonis ex genere: quæ sunt cibus animæ rationalis: qua homo est homo: & consequenter sunt cibus hominis inquantum est homo: tanquam panes sicut siliquæ cibus

B porcorum sunt. (ego) autem qui sum filius: (hic fame pereo) factus peior mercenario: quia ille saltem habet substantiam bonorum operum & si recta intentione careat ego autem neutrum habeo: quia careo veritatis cognitione quantum ad rationalem vel apprehensiuam virtutem: & charitatis dilectione, & maiestatis veneratione, quantum ad appetitiuam. i. voluntatem. Sed hic

C ra mercenario tanquàm alius: & tamen mercenarius æque est filius sicut ipse: quia vterque est Dei filius per creationem: neuter vero per gratiam, cum vtriusque finis sit creatura. Ad hoc dico dupliciter. primo quòd in ista parabola non oportet accipere similitudinem: quantum ad hoc quòd sit aliqua creatura rationalis seu aliqua persona:

D quæ seruiat Deo in domo Dei & sit vilior homine, filio, per creationem: & peregre profecto per peccatum. sicut in domo hominis est dare mercenarium minorem filio contumaci. Non enim est inuenire talem personā quia sub homine peccatore immediate sunt bruta. & irrationabilia iumenta. Sed accipitur similitudo in hoc quòd sicut ille filius hominis, cum posset abunda-

E re panibus, comedebat siliquas ita filius Dei per creationem cum possit abundare bonis operibus, conuersatur in malis, & turpibus. Dico secundo quòd licet tam homo filius Dei per creationé quàm homo mercenarius Dei propter peruersam intentionem sint æquales in natura, imo etiam præcellat mercenarius qui ad substantiam operum: tamen filius secundum suam naturam & maxime secundum quòd potest habere gratiam patris, mediante eius au-

F xilio, dignior est mercenario, inquantum est mercenarius: quia vt sic est peccator. Dicit ergo. (Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus). i. habent desideria sua vel faciunt bona malo fine: quia seruiunt Deo, pro temporalibus: quæ Deus ei largitur ego: autem qui habeo naturam liberam & possum me ad Deum patrem mecum eius auxilio conuertere

G & habere desyderia mea hic & in futuro seculo: sum adeo demens quòd hic fame pereo nunquę potens meum satiare desyderium. Deinde. secundum Augu. incipit de confessione peccatorum suorum cogitare quam post modum facturus est cum dicitur. (Surgā) à peccato: in quo iaceo. (& ibo ad patrem meum) à quo longe disto (& dicam ei). i. eius vicario. (Pater peccaui)

H recedendo à te: & dissipando bona quæ mihi dedisti (in cœlum & coram te) quod secundum Aug. intelligitur vt sit idem peccare in cœlum: i. contra summitatem patris & peccare coram te. Vel vt idem dicit in cœlum. i. coram sanctis animabus: coram te vero. i. in ipso penetrali cōscientiæ. (Iam nō sum dignus vocari filius tuus) quia quātum

I in me est mereor perdidisse gratiam tuam, cum te offendi, & mereor perdere ipsam naturam quam à te accepi. cum ea male & in contemptum tuum vsus sim. Non sum dignus inquam vocari filius tuus. Primo quia recedendo te contristaui, contra illud prouerb. x. filius sapiens letificat patrem. Secundo quia prodige viuendo: extra disciplinam fui: contra illud Heb. xij. si estis
K extra disciplinam iam non filii. Tertio quia peccando seruum diaboli me feci. contra illud Roma. Qui spiritu Dei aguntur hi filii Dei sunt. Quarto quia pascendo porcos degeneraui contra illud Roma. ix. Non qui filii Dei hi filii carnis: Quinto quia te contemnendo ingratus apparui iuxta illud Esaiæ. j. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuernnt me. Fac me) ex tua pietate:
L quia ego nihil sum vel mereor (sicut vnum de mercenariis tuis) Non autem dicitur ista quasi nollet esse in gradu filii habendo gratiam Dei si hoc Deus vellet, sed in hoc ostendit quòd ex se peccator hoc non meretur. Et quia etiã sine Deo adiuuante non potest facere opera de genere bonorum, quibus est aliqua retributio annexa, puta ipsa temporalia quæ Deus largitur inter-
M dum propter talia & etiam ipsa animi consolatio, quæ ex talibus prouenit, ideo rogat vt eum pater ponat in statu mercenarii. i. adiuuet ad exercendum opera bona. ¶ In hac autem parte sunt multa documenta sed tamen vnum literaliter tangit Gregor. nazan. dicens. Hunc autem filium prodigum spiritus sanctus nobis descripsit vt instruamur qualiter debeamus cordis deplorare peccamina. Hæc ille. ¶ Quantum ad secundum tangitur benigna miseratio cum dicitur (Et surgens) per contritionem (venit ad patrem suum) .i. ad vicarium patris sui. s. sacerdotem, vt confiteretur. (Cum autem adhuc longe esset) quia. s. tribus partibus pœnitentiæ quæ sunt contritio cordis confessio oris: & satisfactio operis: non habebat nisi vnam scilicet contritionẽ, & sic per desertum pœnitentiæ non fecerat iter nisi vna die, cum haberet facere tres. iuxta illud Exod. v. Eamus viam trium dierum in solicitudinem, vidit illum pater suus) oculo misericordiæ. Chry. Sensit autem pater pœnitentiam nec expectauit recipere confessionis verba, sed prœuenit petitionem misericorditer agens (& misericordia mons est.) Confessionis enim meditatio pa-
P cuit ei, patrẽ vt obuiam ei iret, & oscula collo cõferret. Hæc ille. Sequitur & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum) suscipiendo ad gratiam suam. Est autem sciendum ad intelligentiam doctorum quòd sicut dicit. S. Tho. iiij. dist. xvij. q. ij. per contritionem veram, & perfectam remittitur peccatum, ita quòd contritus iam non est in peccato mortali Dicitur tamen confessio quæ sequitur contritionẽ remittere peccatum dupliciter. Vno modo vt est in proposito & voluntate. Nã quicunque est contritus habet propositum confitendi, quod si non haberet, non iustificaretur, neque esset vere cõtritus. Ipsa ergo confessio in proposito habita, iustificat. Alio modo quia perficit attritionem si non præstetur impedimentum clauibus. ¶ Pro hoc nota quòd con-

A tritus est qui perfecte dolet ita quòd tantum sibi displicet peccatũ: quantum debet placere Deo. i. super omnia: attritus vero qui dolet quidẽ sed nõ perfecte dolet: quia. s. nõ super oĩa odit peccatũ: quãuis doleat de præterito & velit cauere de futuro. Iste sic attritus cũ
B subiicit se clauibus ecclesiæ. de attrito fit vere cõtritus: ita quòd ille suus dolor si ipse nõ impediat ponẽdo obicem spiritui sancto perficitur, & attritio efficitur vera, cõtritio licet non sentiatur forte ista mutatio. Ante confessionẽ ergo Deus mouet misericordia super cõtrito: quia ei peccata remittit: & ample
C xatur eum in filiũ. Similiter etiã super attrito mouet misericordia, inquãtum vult, quantũ in se est iustificare eũ per claues: & osculat aliquo modo eum: nõ quidẽ remittendo peccatũ: quia adhuc
D est in eo: sed adiuuãdo eũ, vt cõteratur & cõfiteatur: & proponẽdo eũ iustificare si se clauibus ecclesiæ sine impedimẽto subiecerit: & sic videtur intelligẽda verba Amb. dicẽtis. Occurrit igit tibi quia audit te intra mẽtis secreta trahantẽ. Et cũ adhuc lõge sis occurrit: ne quis impediat. Cõplectitur quoq; in occursu: & quasi quodã amoris patrii affectu supra collũ cadit, vt iacentẽ erigat,
E & oneratũ peccatis atq; in terrena declexum reflectat ad cœlũ. Hæc ille (Dixitq; ei. filius. Pater peccaui in cœlũ & coram te, & iam nõ sum dignus vocari filius tuus.) Ecce ergo confessionẽ peccatorũ. Sed quare nõ repetiit fac me sicut vnũ de mercenariis tuis. Quia vt dicit Aug. post osculũ patris iam generosissime dedignabatur esse mercenarius. (Dixit autẽ pater ad seruos suos) Chry. Pater autẽ ad filium sermonẽ non dirigit sed ministris loquitur: quia qui pœnitet, orat: sed respõsum verbo nõ accipit: misericordia vero efficaciter in effectu intuetur. Hæc ille. Sunt autẽ isti ministri & serui secundũ Theo. vel angeli vel sacerdotes: qui baptismate & doctrina animã vestiunt ipso Christo (Cito proferte stolã). i. vestẽ (primã). i. pulcrã & electã inter omnes. Est autem ista stola prima secũdum Theo. Chri-
F stus: secundũ Aug. de cõse. Euãg. dignitas quã perdidit Adam. secundũ Amb. vero est sapientia diuinorũ. Sed quomodo potest dignitas Adæ dari pœnitẽti: vt dicit Aug. Ad hoc dico quòd datur ei imperfecte. i. quo ad gratiã gratũ facientẽ quam iustitia originalis includebat, sed in resurrectione dabitur aliquid maius. (Et date annullũ in manu
G eius). i. fidem in operibus secũdum Bedam & Chry. Fide enim fit animæ despõsatio. Vel pignus spiritussancti secũdum Aug. propter gratiæ participationẽ quæ digno signatur. Hæc ille. Et intẽdit Aug. quòd digitus sit gratia: sed annullus sit spiritussanctus quẽ per gratiam habemus. (Et calciamenta in pedes). i. exempla sanctorũ præcedẽtium: quibus sine offensa gradiatur. Calciamenta eĩ ex mortuis fiunt animalibus (Et adducite vitulũ saginatũ). i. impinguatum, & significat sacramẽtum eucharistiæ: in quo Christus cõtinetur, quo est
H vitulus saginatus propter pinguedinẽ gratiæ. Vel secundum Chry. significat ipsum Christum, qui fuit immolatus & occisus, non à patre: sed ab aliis non eo iubente: sed permittente. Hunc ergo ô vos angeli per inspirationem: & vos

I sacerdotes per exhortatiuam admonitionem adducite ad memoriam pœnitentis (& occidite) id est, occisum prædicate pro peccatis eius (& manducemus & epulemur) id est gaudeamus simile: ego quidem de recuperatione filij ille vero de amicitia patris & gratia mea (quia hic filius meus) per creationem (mortus erat) per peccatū (& reuixit) per gratiam (perierat) K recedendo à Deo (& inuentus est) redeundo ad illum (Et ceperunt omnes) scilicet deus & angeli & peccator conuersus (epulari) id est letari. Et in hoc est documentum ꝙ deus vult quātum in se est omnes saluari: non tamē vult cogere voluntates: sed quando aliquis reuertitur ad eum: letantes suscipitur. Vnde ipse dicit Exe. xviij. Nolo mortem peccatoris: sed magis vt conuertatur & viuat. L ¶ Quantum ad tertium taugitur stulta indignatio quorundā: vt pote Phariseorum: contra quos ista dicuntur qui indignabantur contra christum suscipientem alacriter: & pie homines peccatores: cū: dicitur. ¶ Erat filius eius senior) id est iustus (in agro) id est in exercitio plantandi arbores spirituales secundū Titium id est, virtutes. Vel secundū Theo. erat in agro M id est in mundo: colens terram sui corporis: vt producat fructum boni operis & seminans in lachrymis: vt in gaudio metat. (Er cum veniret & appropinquaret domui. id est ecclesiæ (audiuit Symphoniam & chorum) id est solēnitatem quam ecclesia & sancti Angeli in conspectu dei faciunt pro conuersione peccatorum (Et vocauit vnum do seruis & interrogauit quæ hæc essent) Per istum aliquem possumus intelligere angelū: quia seruiunt nobis propter deum & deferunt nobis recreationes. Consulimus autem eos quando consulimus scripturam quām deus per illos nobis tradidit. (Iisque dixit filius frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluum illum recepit). Tradit enim nobis scriptura ꝙ deus gaudet & Angeli eius super iustute peccatorum. (Indignatus est autē & nolebat intrare) Ad simul gaudendum. Sed cōtra: quia videretur ꝙ iusti dolerent de pœnitentia iniustorum. Ad hoc tripliciter dici potest. Primo enim dicit Chrys. sic. Quæritur autem si accusatur iustus passione liuoris dolens in prosperis aliorum. Dicendū est autem ꝙ nullus sanctorum dolet in talibus imo bona aliorum sua existimat. Non autē oportet omnia quæcunque Parabola continet ad literā pertractare: sed sensum elicientis cuius causa componitur nihil aliud perscrutari. Hæc ergo parabola ad hoc est composita quod peccatores non diffidant reuerti scientes ꝙ magna consequentur. Vnde introducit alios turbatos in eorum bonis non vt iudicet eos liuore tabescentes sed tanto decore honoratos reuertentes vt etiam inuidiosi possint alijs fieri. Hæc ille, Secundo dicit Theo. ꝙ dominus in præsenti parabola contra phariseos loquitur: quos nomine filij iusti vult intelligi nominans ex hypothesi siue ex suppositione euasi di. Esto ꝙ vos sitis iusti quod tamen non est verum: et nūquam excesseritis in mandatis domini: nunquid propter hoc non debetis gaudere de conuersione maiorum.

A rum. Tertio dici quod per filiū seniorem intelliguntur iusti verē vel apparēter seu in sua existimatione tm̄. Sicut autem dicit Grego. vera iustitia compassionē habet falsa dedignationē. tātū Pharisei autem quibus dominus loquitur in hac parabola apparenter erant iusti. vere autem iniquissimi: vnde magni fuerunt Hypocritæ. (Pater ergo illius Egressus cepit rogare eum) vt & B ipse simul congauderent. Hoc autem facit Deus & per scripturam: & per interiorem inspirationem nos admonens. (At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: & nunquām mandatum tuum preteriui.) Mentitur autem iste filius iustus apparens vel ex hypothesi ista verba accipiēda sunt secundum mentem Theo id est suppo- C sito quōd ita esset vt dicit respondendum esset vt respondebit pater. Vel nō sunt perscrutanda secundum mentem Chrysosto. (& nunquām dedisti mihi hedum: vt cum amicis meis epularer. Sed postquām filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit occidisti illi vitulum saginatum) id est aliquod gaudium ostendis in conuersione istius. quod nunquā D voluisti ostendere in mea innocentia. De hoc vide dominica tertia post festum Trinita. (At ipse dixit illi. Fili: tu semper mecum es: & omnia mea tua sunt) Iste tamen textus eodem modo tripliciter exponitur. Primo vt accipiatur secundum mētem Chryso. id quod Christus intendit scilicet ꝙ iustus non habet causam vt doleat de salute iniusti. quia ex hoc nihil sibi deperit de sua parte: imo accrescit sibi cōsolatio: si gaudeat super fratre & patre suo. Secūdo secundum mētem Theo. vt ex suppositione si sermo iste quasi dicatur. Si ita est vt dicis: tu semper mecū es: & omnia mea tua sunt. Tertio vt sit sensus. Tu semper mecum es: apparenter & secundum existimationem tuā: & eodem modo omnia mea debes credere esse tua sicut credis te iustum. Quare ergo tristaris cum sit tibi gaudendum? epulari autē gaudere oportet: quia frater tuus hic mortuus erat: & reuixit: perierat & inuentus est) In hac autē parte est literaliter documentum: de quo ait Angu. Quid vero sibi vult illud & omnia mea tua sunt: quasi nō sint & fratris. Sed sic a perfectis & immortalibꝰ filijs habent omnia vt sint omniū singulā & omnia singulorū. Vt enim cupiditas, nihil sine angustia ita nihil cū angustia ita nihil cum angustia charitas tenet. Sed quomodo omnia: cū enim beatitudinē illā obtinuerimus nostra erūt ad videndum superiora ad conuiuendū æqualia ad dominandum inferiora. Congandeat igitur securissimus maior frater. Hæc ille. ¶ Allegorice autem secundum quosdam & secūdum alios (& forte verius) ad literam exponitur hæc ad parabola de duobus populis scilicet iudaico & gentili: iudaicus autem est H filius senior. Dicitur autem senior multiplici causa. Primo propter cultus antiquitatem: quia alijs ad idola declinantibus tenuit cultum antiquorum patrum. Secundo propter prærogatiuam sapientiæ Ecc. ix. In sensu seniorum verbum Deu. iiij. En populus sapiens. Tertio morum honestate de qua Sapi. iiij. Senectus venerabilis nō diuturna

&c. ¶ Quarto hereditaria portione: quia accepit partem egregiã id est terram promissionis egregiã inter omnes terras: vt patet Deuter.iij. Vnde & dictus est primogenitus dei Exo.iiij. Populus enim hebraicus videtur dici multitudo iustorum a principio mundi vsque ad Chrystum. Vnde & Greg. dicit in quadam homi. & hebraicus populus hora prima id est à principio mundi conductus sit ad vineam. Iunior autẽ est gentilis: qui cõstitutus est per declinationem a cultu dei per idololatriam quod tẽpore Abraæ factum est. Hic filius petiuit & consumpsit substantiam suam eo modo qui de peccatore expositum est: super addita idololatria. Secũdum hanc ergo sententiam quod Euangelij verba exponemus: quæ expositione indigent. Passus gẽtilis populus est famen id est penuriam scripturarũ diuinarum: quia nullam habuit. (In se est reuersus) scilicet prædicãtibus apostolis (quanti mercenarij) id est iudei qui deo pro terreno regno & diuitijs seruiebant (panibus) sanctarũ scripturarũ (stolam primam.) Eadẽ enim gratia dabatur gentilibus conuersis sicut & iudei. (Erat filius senior in agro) occupatus in terrenis (appropinquaret domui) id est ecclesiæ per cõuersionem (symphoniam & chorum) id est gaudium quod erat de conuersione gentilium: & gratiam qua deus illos iudeis pares effecerat. (Interrogauit vnũ de seruis) id est apostolis & ille pro omnibus respondit (nolebat introire) ad fidem: quo ad iudeos infideles: vel ad congaudendũ quo ad aliquos iam conuersos: qui disceptabant aduersus Petrum quod ad gentiles declinasset: vt patet Act.xi. & videbantur saltem secũdũ sensualitatẽ dolere q̃ gentes eis æquarentur (Pater vero egressus rogabat eum) per apostolos (seruio tibi) scilicet Moysi (& nunquã mandatũ tuum prẽteriui). Sed contra quia populus fuit dur& seruicis. Exod.xxxij. Ad hoc dicitur primo q̃ non est necesse omnia scrutari. Secũdo q̃ mentitur iste filius senior. Tertio q̃ nunquam prætierat mandatum de cultu vnius dei quo ad aliquos: nam semper in hoc populo fuerunt aliqui & multi deum colentes (Et nunquam dedisti hedũ) id est nunquã tantum beneficium cõtulisti mihi scilicet: quantũ modo isto filio tuo prodigo & dissipatori (semper mecum es) quia aliqui eorum semper adhesernnt deo. Cetera omnia exponantur vt s. ¶ Est autem sciendum q̃ hoc euangelium recitatur in die quæ est virginis Mariæ consecrata. Primo: quia ipsa est mater mi&æ: & aduocata peccatorum: qui dissipata sua substantia volunt ad deum reuerti. Secundo quia ei ad suum fitium optimẽ congruunt verba illa patri ad filium iustum. Fili tu semper mecũ es: & omnia mea tua sunt. Et in eis tangitur primo vera maternitas: ibi Fili. nam beata virgo respectu christi fui vera mater: quia dedit materiã carnis & conuenientem locum in vtero & conueniens nutrimentum: que tria faciunt veram matrẽ: & ad hoc sufficiunt secundum mentem Arist. in lib. de animalibus. Fuit etiam sollicita & studiosa mater. adeo q̃ secundũ Bern. omnia opera misericordiæ filio exibuit: quia illũ induit carnis induméto: & collegit in ventris hospitio: & pauit ac potauit

A in ventris hospitio: & pauit ac potauit facte virgines: & infirmum ætate pueri lifouit & in carcere crucis alligatum visitauit atque eius interfuit sepulturæ. Fuit etiam pia mater tota pietate plena: quia nouem mensibus plenis in ventre eius pietas habitauit. Tangitur etiam cohabitatio: ibi tu semper mecũ es. Nam fuit cum ea in vtero eam sanctificando: & in vita eã ab omni actuali & veniali conseruando: & in morte in corpore & omnia glorificando. Tangitur etiam bonorum communicatio ibi: omnia mea tua sunt & simul& conuerso. Nam cum filius habuerit tria. s. carnem: animam, & deitatem, illa caro fuit virginis per generationem: & anima per amorem & deitas per fruitionem. Et similiter omnia quæ fuerunt filij id est à filio scilicet humilitas quæ tanta fuit vt deum ad se traheret, & virginitas quę etiam in alijs malos motus extinguebat, ga vt dicit. s. Tho. licet esset corpore pulcra, tñ à nullo potuit vnquã concupisci, & fecũditas qne tãta fuit q̃ totum mũdũ satiauit suauissimo illo fructu qui est dom. Iesus Christus.

Dominica.iij.in Quadragesima. Luc.ij.

D Erat Iesus eiściens dæmoniũ: & illud erant mutum. Et cũ eiecisset demonium locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ: Quidam autem ex eis dixerũt. In beelzebub principe demoniorum eiścit demonia. Et alij tentantes signum de Cœlo quærebãt ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis. Omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autẽ & sathanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius? Quia dicitis in beelzebub eijcere me demonia. Si autem ego in beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eiściunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt, Porrò si in digito dei eiicio demonia profectò peruenit in vos regnũ dei: Cũ fortis armat9 custodit atriũ suũ in pace sunt ea que possidet. Si aũt fortior: illo supueniẽs vicerit eũ. vniuersa arma eius auferet in quibus cõfidebat: & spolia eius distribuet. Qui non est mecũ: aduersumme est. Et q nõ colligit mecũ dispergit. Cũ immũdus spiritus exierit ab homine ambulat p̃ loca in aquosa quærẽs requiem & non inueniens & dicit, Reuertar in domum meã vnde exiui. Et cum venerit inuenit scopis mũdatã & ornatam: & tũc vadit & assũmit septẽ alios spiritus secum

Universidad de Deusto Biblioteca

I nequiores se: & ingressi habitant ibi:& fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem cum hæc diceret: extollens vocem quædā mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit & vbera quę suxisti. At ille dicit.
K Quinimo beati qui audiunt verbū Dei:& custodiunt illud.

ERAT IESVS EIIciens demonium &c.) Luc. xj. In presenti Euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt Malignatio. Confutatio: & Comminatio. ¶ Quantum ad primum aduertendum est:quod miraculis Christi
L pharisei dupliciter detrahebant. Vno modo adscribēdo ea potestati diabolicæ. Dicebant enim Christum habere demonium principē demoniorum sibi familiarē:& virtute eius expellere demones inferiores. Potest enim superior demon inferiorem expellere & alligare: vt patet quol.ij.q.vij,& quol. iij.q. x. Forte idem dicebant de curationibus infirmatum,scilicet quod eas effice
M ret per demonem illum:sed hoc nō habere expresse. Alio modo detrahebant: quia dicebant ea esse parua: quia erant communiter circa curationes infirmorum. Vnde petebant quod faceret signū in corporibus cœlestibus. Vtraque autem calumniatio tangitur in præsenti Euangelio. Dicitur ergo.(Erat Iesus eiiciens demonium)id est eiiciebat demonē de humano corpore & illud erat mutum.) Non dicitur autem demonium mutum:secundum Titum & quasi ipse habeat in se hanc passionem sed quia eam inferat homini obsesso. Erat ergo iste homo mutus: & similiter erat cecus:vt habetur.Mat.xij. Quidam etiam dicunt quod fuit surdus:& hoc expresse dicit Theo.& Chryso.& idem innuit etiam magister histo. qui dicit quod in greco melius sonat surdus quam mutus. Quidam autem huius rationem assignant: quia in euāgelio dicitur fuisse mutus omnis autem naturaliter mutus naturaliter est surdus. Sed ista ratio nō valet propter duo. Primo quidem quia non habetur autenticè quod fuerit ille naturaliter mutus. secundo quia vt dicit. S. Tho. super li. de sen. & sen. naturaliter surdus est etiam naturaliter mutus:quia homines non addiscunt loqui nisi audiendo loquentes:non tamen vt ait ibidem est necesse quod naturaliter mutus sit etiam surdus. Sicut enim aliquis audiens potest esse balbutiens: ita & elinguis. Ideo dicendum quod vere fuit surdus sicut dicūt supradicti,: quia vt dicit Theo. mutus dicitur & qui non loquitur:& qui nō audit:sed magis proprie qui nec audit nec loquit. Sed quære diabolus ingressus hominem impedit hos sensus. Ad hoc dicit Chry. quod impedit auditum: ne cōuertatur & linguā ne confiteatur. (Et cum eiecisset demonium: locutus est mutus.) & Beda etiā dicit quod recepit visum & hoc rationabiliter: quia nō est vero simile quod Christus eum imperfecte sanauerit,: & consequēter habemus etiā dicere quod recepit auditum:ideo ibi fuerunt quatuor miracula:quia fuit eiectus demon resti-

A tituta loquela: & visus & auditus. Beda tamen dicit quod fuerunt tria: quia de auditu non facit mentionem. (Et admiratæ sunt turbæ) attolentes Christum laudibus: quia scilicet nulla
B inuidie passione aduersus Christum tenebantur. (Quidam autem ex eis.) Isti vt dicitur Matth. xij. fuerunt pharisei qui hic dicuntur fuisse ex eis id est,de turba:non quia simul cum turba credā tur laudasse factum: sed quia cum turba erant permixti: & aliis laudantibus ipsi dicebāt(in beelzebuth principe demoniorum eiicit demonia)ac si dicant. Iste Iesus non eiicit demones virtute dei quasi sanctus homo sed in beelzebuth.i.virtute beelzebuth principis demonum:cui alii demones obediunt imperanti. ¶ Est autem notandum ex Ma
C gistro hist. & aliis authoribus quod primum nomen idoli fuit belus. Fuit enim belus pater nini regis Babylonis cui. Ninus idolum & diuinos honores instituit. A belo autem primo idolo varie gentes.secundum idiomata sua appellauerunt idola sua Babylonii quippe dixerunt bel. Moabite beel. Palestini baal:& quandoq; aliquid super adde
D bant:vt beel phegor. i. Deus lentiginis qui est priapus. quandoque baalim qui est Deus Sidoniorum. Beelzebuth autē nullius idoli nomen erat sed iudei vicinum sibi idolum acharonitarum diebant beelzebub irrisorie: quia sonat idem quod deus muscarum sequētium scilicet sanguinem immolatarum bestiarum quas forte illi non: aut non bene lauabant: sicut sacerdotes domini in Hierusalem qui erant mundiores lauabant hostias bis, scilicet in proba-

E tica piscina & in lateribus templi.
¶ Sciendum est etiam quod ly demon: ex vsu sonat in malum: sed institutione significat tam bonum quam malum angelum. Nam Græce demon latine dicitur sciens. Vnde grecus dicit eudemon id est bonus vel felix demon & cacodemon.i.malus vel infelix demon. Idē est, autem iudicium vt videtur de hoc nomine diabolus. Est enim idem quod
F accusator vel criminatorum:& dicitur à diaboli verbo Greco. i. accuso. Vnde cum dicunt sancti: quod nō est nomen naturæ sed culpæ:quia scilicet dicit naturam vt peccato deformis est,forte debet intelligi ex vsu non ex institutione quia iusti & sancti raro accusant. (Et alii tentantes signum de cælo). i.in coporibus cœlestibus (querebant ab eo) quasi ea quæ viderant fuissent exigua.
G Et isti etiam fuerunt pharisei simul cū scribis vt patet Mat.xij. Isti autem tentabant Christum.i volebāt sumere experimentum de eius potestate si posset cœlestia corpora immutare. De hoc Cyril. Alii vero paribus stimulati liuoris aculeis petebant ab eo cœleste videre portentum:quasi diceret. Quamuis ab homine demonium eiecit: non tamen hoc est diuinæ operationis argumentum. Nondum enim vidimus ali-
H quid prioribus miraculis simile. Moyses enim traduxit populum per mediū maris. Iosue vero successor eius solem retardauit in Gabaon. Tu vero nihil horum ostendisti. Quærere enim prodigia de cœlo innuit quod huiusmodi cogitationibus tunc temporis efficiebantur erga Christum. Hæc ille. ¶ In hac parte est morale documentū quod

I diabolus intrat in cor peccatoris qui per istum hominem significatur facit tanquam latro ingrediens domum ad spoliandum: quia extinguit lumen ne videatur: & silenter ingreditur ne quis audiat & obstruit ora ne quis auxilium vicinorum inuocet: & ita diabolus extinguit lumen fidei:& claudit auditum cordis ne audiat verbum dei:& claudit os ne quis confiteatur & ingreditur in-
K tus: & spoliat omnes bonas cogitationes: & exit foras & tollit omnia bona opera Oseæ.vij. Fur ingressus est spolians latrunculis foris. ¶ Quantum ad secundum tangitur quomodo Christus eos confutauerit. Est autem aduertendum quod cum suspitio phariseorum esset irrationabilis non audebant eam propalare secundum Chryso. eo quod turbam cauebant:sed eam in corde suo
L vertebant. Et hoc notatur cum dicitur. (Ipse autem vt vidit cogitationes eorum) non autem dicitur vt audiuit verba(dicit eis)arguendo contra eos. Probat enim Christus quod non erat verum quod cogitabant per quatuor rationes. Sed quare contra eos non arguebat ex scripturis? Ad hoc dicit Beda quod ideo est: quia non attendebant eis: sed falso exponebant. Prima ergo
M ratio est talis. (Omne regnum in seipsum id est contra seipsum (diuisum) per bella intestina & ciuilia (desolabitur:& domus supra domũ cadet.) Hoc enim docet experientia: est etiam ratio quia pax in regno est sicut sanitas in homine quæ facit quod omnes humores stent in gradu suo · & pax quæ homines stent in ordine suo. Ergo sicut abeunte sanitate destruitur homo: ita abeunte pace desolatur regnum & ci-
uitas & domus. Beda. Firmat enim regna & domos: subditorum concordia. Hæc ille. Sed si sathanas eiicit alium sathanam vt isti dicebant: erat discordia in regno diaboli: ex quo sequebatur quod regnum eius stare non posset. Et hoc est quod dicit.(Si autem) si pro quia secundum istos (& sathanas in ipsum)id est: contra seipsum (diuisus est)dum vnus demon alium violenter & contra eius voluntatẽ eiicit vt experientia docet (quomodo stabit regnum ipsius? Quia dicitis in beelzebuth eicere me demonia) quasi dicat Nullo modo posset stare:si esset verum quod dicitis. Et tunc subiungendum est secundum Hieronymum quod cum fuerit regnum diaboli & stabit vsq; ad diem iudicii super peccatores:sequitur quod nou sit contra se diuisus: nec vnus diabolus eiiciat alium: sed Christus eiicit omnes virtute propria. ¶ Est tamen sciendum quod regnum diaboli constit principaliter in possessione humanarum voluntatum: & non humanorum corporum: ideo nunquam vnus diabolus querit expellere alium ab anima seu voluntate hominis: quia ponet diuisionem in regno suo quod non quam facit. Potest tamen cum pacere-
gni sui alium expellere de corpore illudendum homines vt credant eum sanitatem dare languentibus. Christus autem expellebat ab anima & à corpore simul:ideo: illa expulsio non poterat esse à Diabolo nisi cum scissura regni sui atque discordia. Et quod expelleret ab anima testabatur conuersatio liberatorum: & etiam ipsa conuersa-
A tio & predicatio Christi quæ erant secundum virtutem. ¶ Secunda autem ratio tangitur ibi. Si autem ego &c.) ¶ Pro qua aduertendum est, quod tria genera huminum tunc inueniebantur: qui demones effugabant. Primo ipsi Christi discipuli: qui Christum: inuocabant:& virtute nominis eius prę-
B lebat in demones. ¶ Secundo quidam exorcistæ:de quibus habetur. Act. xix. inter quos Magister histor. dicit fuisse etiam magos. Vnde dicitur vbi supra quod libros conbusserunt. Isti vt facilius eicerent demones adiurabant eos in nomine Iesu quem Paulus predicabat:& diabolus semel adiuratus dixit: Iesum noui:& Paulum scio: vos autem qui estis. Et aggressus est eos demonia-
C cus & spoliauit & vulnerauit. Et licet tunc ira fecerit:tamẽ vt dicit Magister hist. multos demones eiiciebant: inuocato nomine Christi. Isti etiam viuente Christo sic faciebant. Vnde dicitur Luc.ix. quod apostoli viderunt quendã in nomine Christi eiicientem demonia. qui tamen non adherebat Christo.
¶ Tertio exorcistæ exercentes exorcis-
mos Salomonis: & per illos demones
fugãtes maxime si radix cuiusdam her-
bæ ponebatur in naribus obsessi. Vnde
D & Iosephus dicit: tempore quo Vespa-
sianus iudeam vastabat se vidisse quen
dam exorcistam captum: & ad Vespa-
sianum adductum qui annulum sub
cuius gemma radix erat: posuit in na
ribus cuiusdam obsessi & adiurauit de-
monem & egressus est. Vt autem pro-
baret iectum demonem: posuit pe-
loim plenam aqua in medio & adiu-
rauit demonem vt subuerteret pelum
quod & fecit. Et licet aliquando isti E
exorcistæ essent illimet qui inuocabat
Christi nomen: vt facilius eicerent: sicut Magister historię. dicit tamen non
est absonum quin & alii vtpote magi
vel curiosi hoc facerent. Est ergo secun
da ratio talis. Multi eiiciunt demones
in nomine meo: vt de se manifestum
est in meis Apostolis & in vestris exor
cistis & magis: ergo multo magis ego
possum istos mea virtute expellere. F
Cyrillus. Quando al i in nomine meo
sathanam conterunt: quomodo non
habet multam amentiam dicere me à
Beelzebuth habere virtutem. Hæc ille.
Vel secundum Sanctum Tho. sic formatur ratio ista. Multi eiiciunt demones in nomine meo: & tamen illis non
detrahitis dicendo quod virtute demonis hoc faciant ergo neque de me debetis hoc dicere vel suspicari. Ait ergo G
(si autem ego in Beelzebub eicio demonia) vt dicitis (Filii vestri) id est
Apostoli secundum Chrysostomum &
Hieronymum, quos dicit eorum filios quia de Iudæis secundum carnem
sunt exorti: non autem eos dicit Apostolos secundum Chrysostomũ & San-
Sanctus Thom. volens eorum mulcere sorores. vel filii vesti. i. exorcistæ &
vobis nati secundum eosdem: vel filii H
vestri. id est omnes iudei eiicientes demones: etiam si non erant exorcistæ
(in quo). i. virtute cuius (eiiciunt) quasi
diceret secundum Cyrillum. Constat
quod virtute mea eiiciunt. Vel quasi diceret: secundum Sanctum Tho.
Constat quod non dicuntur eos eicere
virtute diaboli: sicut dicitis de me propter inuidiã & liuorẽ (ideo ipsi iudices

vestri

I vestri erunt.) Apostoli quidem erunt eorum iudices in iudicio autoritate & potestate secūdùm.s.Tho.quia cū christo iudicabunt sed eorum exorcistæ vel magi erunt eorum iudices:non potestate sed cōparatione:secūdùm Bed. dum illi expulsionē demonum ascribunt deo & virtuti nominis christi pharisei autem ascribunt beelzebub. facta autem ratione sua christus & probata
K conclusione iam duabus rationibus infert corollarium vnum dicēs.(Si autē) si pro quia (in digito dei).i.in spiritu sancto secūdùm Aug.de consen.euan. qui probat q̄ per digitum intelligitur spiritussanctus.quia vbi Luc dicit si in digito dicit Mat.si in spiritusancto qui ideo dicitur digitus secundùm eundem ibidem:quia patitur dona sua hominibus & angelis:partitio autem magis in
L digitis quā in aliis nostris membris apparet.Vel secundùm Cyril.ideo est q̄ filius dictus est brachium & manus eo quòd per filium operatur pater. Vnde eodem modo cū filius per spiritumsanctum operetur dicitur digitus originē ducens à filio:sicut digitus à manu.Dicit autē christus se virtute spiritussancti expellere demones secundùm Athana.propter suam humanitatē: quæ ex
M se demones expellere non posset. Dicitur ergo.(Si in digito dei).i.in virtute spiritussancti(eiicio demones) imperādo propria autoritate: vt patet probauit (profecto peruenit in vos regnū dei).i. christus secūdū Cyril.&.s.Th.qui erat rex & prædicator regni dei in quo debebat esse deitas per quā ille homo expellere demones imperatiue & nō deprecatiue.Vel per regnū dei secūdū.s. Tho.intelligitur dominium dei super cordibus hominū suppeditato diabolo. ¶Et nota q̄ secundum.s.Th.ista expulsio fiebat a tota trinitate:sed tū attribuit spūsctō quia ei etiā attribuitur bonitas ad quā videtur pertinere expulsio inimici obsidētis animā.¶Tertia autē ratio tāgitur ibi(cū fortis armatus.) Ad cuius intellectū sciendum est q̄ diabolus ante christi aduentum dās huius mūdi dicebatur Io.xiiij.Venit princeps mūdi huius &c.Et hoc ideo quia tyrannidem exercebat in omnes homines & omnes ad infernū captiuos ducebat: & etiam tentādo facilius superabat quāē pore gratiæ Christus autē venit in hūc mūdū pugnare cū eo per gladium scē predicationis expellēdo eū de auditūrū cordibus:& etiā de corporibus virtute suæ diuinitatis.Expellendo autem christus diabolum de corde expellebat non solū inferiores:sed etiā superiores demones omnes & beelzebub & alios: quia iustificabat homines per gratiam cum qua in corde hominis:nullus pōt demon habitare.Quod autem oēm diabolū expelleret ab anima testabantur opera eorū quos sanabat:q̄a quāuncū que fuissent flagitiosi videbatur postmodum bñ opantes.Est ergo ratio talis.Ego sum fortior beelzebub:quia expello eū & oēs demones a cordibus hominū ergo opera mea nō sunt per virtutē beelzebub.sed per fortiorē.i. diuinā.Hāc ergo rationē tangit dicēs.(Cū) supple homo:(fortis)idest diabolus fignificatus p hominē fortē secūdū oēs sanctos:rōne cōueniētiæ in intellectu: & rōne sue magnæ potentiæ (armatus telis oīm peccatorū secūdū Theo.& gubus

A bus tentat vel armatus astutia & dolo & nequitia secūdū Bedā(custodit atriū suum).i.hunc mundum secundùm Bedam.quē custodit non vt canis gregem sed vt lupus predā ad deuorandū.s.(in pace sum ea quæ possidet).i. sine contradictione dominatur hominibus. Cyril.Erat autem ante saluatoris aduentū violētia multa rapiens alienos greges,
B .s.dei & quasi ad propriū ducens ouile hæc ille:(Si autē fortior illo superueniens vicerit eū) propria virtute sicut ego facio(vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat)illuminando corda scientia dei secūdū Cyril.vel prohibendo peccata per suam exhortationē & gratiā:vel reprimendo potentiā eius ne tantum possit contra genus humanum vt prius secundùm mentē. Theophil.(& spolia eius distribuet.) Spolia
C quæ diabolo christus rapuit sunt sancti qui erant in carcere lymbi:de quibus dicitur in psalmo. Ascendens christus in altum captiuam duxit captiuitatem Hos ergo sublatos de faucibus diaboli distribuit diuersis ordinibus angelorū vt eos haberēt conciues. Vel sunt ipsi iusti qui fuerunt peccatores quos eccle
D sis distribuit in pastores.& doctores. Vnde ibidem subditur:Dedit dona hominibus.Bed.Victor christus spolia distribuit:quod est insigne triumphantis: quia captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus:quosdam quidam apostolos:alios autem euangelistas hos prophetas:illos pastores ordinās & doctores.hæc ille.Quarta ratio tangitur ibi(qui non est mecū &c.& est confirmatio præcedentiū rationum. Posset enim aliquis dicere quòd ideo chri-

E stus superauit fortem: & spoliauit armis:quia ille sic voluit cum esset eius amicus.Sed contra arguit sic christus. Quicunque sunt contrariarum voluntum & contrariarum actionum non sunt cōcordes & amici.Sed ego & beelzebub habemus contrarias voluntates & actiones:quia ego diligo bonam vitam & charitatem & ad illam colligo homines quantum possunt:ille vero ap
F petit malam vitam & odium & dispergit homines ab vnitate dilectionis quā tum potest. Hanc ergo tangit dicens. (Qui non est mecum)per concordiam voluntatis: secundùm Chryf. (contra me est)siue est contrarius & inimicus meus:& qui non colligit mecum homines ad fidem veram & dilectionem:iuxta suum modum & posse (dispergit) per falsas opiniones & odia.Cætera q̄
G sequuntur scilicet cum immundus spiritus &c.sunt suprà expositа.Sed contra ista videtur esse quod dicitur Matt. ix.Qui non est contra vos est pro vobis.Nam ibi loquitur saluator de quodam eiiciente demones in nomine christi qui tamen non adherebat apostolis: & creditur fuisse malus:quia apostoli prohibuerunt eum expellere demones in nomine christi:vt ibi dicitur.Iste er
H go non erat cum christo quia erat malus:ergo erat contra christum per ea quæ hic dicuntur. Ergo non erat pro christo contra ea quæ dicuntur Matth. ix.Ad hoc dico quòd quando dicitur ille non erat cum christo cum esset malus:negatur hoc.Dico enim quòd erat cum christo quantum ad substantiam operis:quia bona operabatur:& sic non erat contra christum sed pro christo.

Non

I Non autem erat cum christo quãtum ad intentionẽ:& sic erat contra christũ. Et quãdo dixit christus ꝙ erat pro se: intelligitur quantum ad substantiam operis.¶ In hac parte est documentum morale:ꝙ non est mirandũ si interdũ iustis bene operantibus detrahat: per uertendo intentionem aut modũ faciẽdi quando ipsum opus peruerti non potest. Sic enim accidit capiti nostro christo vt dicitur in præsenti euãgelio: qa bona operabatur:& dicebant quidam hæc esse virtute diabolica. Contra tales dicit Aug. de occultis alieni cordis temere iudicare peccatum est. Et enim cuius opera non videntur nisi bona iniquum est ex sola suspitione reprehendere. Hæc ille. Est & aliud scilicet quòd debemus esse vigiles & obseruatores nostri: quia ex illo verbo principe demoniorum &c.& ex illo cum fortis armatus &c. colligitur ꝙ est vnus demon princeps aliorum qui ordinat alios ad pugnam contra nos. Et secundùm ꝙ ex variis locis scripturæ colligitur ipse quidem vocatur lucifer:& præest superbiæ vt patet Esa.iiij.& sub se habet alios principes scilicet asmodeum: qui præest luxuriæ vt patet Iob.iij.& mãmona qui auaritiæ: vt patet Mat.vj.& beelzebub ideſt vir muscarum qui prę est muscis malarum cogitationũ: odii & rãcoris. Cum igitur in scripturis diabolus dicatur serpens: isti quatuor principes expelluntur eo modo quo serpẽs Qui expellitur primo per odorẽ vineę qui significat humilitatis odorẽ: fugantem luciferum. Secundo per sputũ ieiunantis: quod secũdũ Ambr. in hexa. est venenum serpẽtis & significat carnis mortificationẽ: qua fugatur asmodeus. Et tertio per hominis denudationem: quia vt dicit hist. schol. serpens vestitũ hominem nudauit: nudum fugit & significat paupertatem & contẽptum tẽporalium quo fugatur mãmona. Et ꝙarto per carmina incãtatoris qui eum mouet vt vult. Vnde cũ sentit se incãtari claudit aurem vnã terra & aliam caudæ &c. significat ista incantatio absolutionem sacerdotis qua expellitur beelzebub. Et quia diabolus scit se per confessionẽ & absolutionẽ expelli: ideo ipsam confessionẽ nititur impedire ad similitudinẽ lupi qui non capit ouẽ: nisi hominem per pedem: quia eũ dimittit ecclesiã adire: neq; per aurem: quia eũ verba dei permittit audire: neq; per manum quia dimittit eũ eleemosynas facere: sed per guttur ne possit confessionẽ emittere. Habet autem secundùm sanctos diabolus altos principes præter istos variis iniquitatibus perfectos: sed de eis nõ ita clare exprimitur in libris sanctis.¶ Quãtum ad tertium tangitur comminatio facta incredulis iudeorũ & patet ista pars ex his quæ dicta sunt feria iiij. post. j dominicam. xl. vsque ibi (factum est autem &c.) Scribis eũ & pharisęis dominum tentantibus & blasphemantibus quædam mulier ad eorum confusionem publice & alte laudauit christum: adeo vt matrem eius beatam ex filii sanctitate diceret & prędicaret. Est autem sciendum quòd secundùm sanctos doctores ista dicitur fuisse beata Marcella pedissequa Marthæ sororis mariæ magde. &. Lazari. Ex quo sequitur ꝙ irrationabile nõ est magis

A lenam inter fuisse huic prædicationi: & in ea secundùm aliquos fuisse cõuersam. Vnde & magi. hist dicit secundùm quosdam dominum fuisse tũc inuitatũ à Symone pharisęo in nazareth: & magdalenam ad eum lachrymis suffusam venisse. Sed ista certa non sunt quæ de magdalena dicuntur: sed rationabilius est quòd in hierusalem fuerit conuersa

B licet huic sermoni potuerit interesse: quia iam eius conuersionem Luc. recitauerat. Dicitur ergo: (Factum est: cum hæc diceret) cum gratia populi in confusionẽ phariseorum (extollens vocẽ) in altum vt clare ab omnibus posset audiri (quædam mulier) sexu quidem femina sed animo virilis (de turba) quæ exultabat in gloria christi inuidos confutantis dixit illi. (Beatus venter qui

C portauit: & vbera quę suxisti.) Sicut autem dicit Beda sicut christus tunc confutauit iudeos christum dei filium negantes: ita hæc confutat nunc hereticos qui dixerũt eum carnem non sumpsisse de matre. Si enim inquit est eius sacte nutritus. quare negatur eius semine conceptus: cum ex eodem fonte secundùm physicos vterque humor emanare probetur. Hæc ille. Per semen tamen Beda sanguinem siue materiã gene-

D rationi necessariam accipit. Virgo enim nõ ex semine sed ex sanguine cõcepit purissimo: vt patet. iij. par. q. xxxj ar. v. (At ille dixit. Quinimo: Beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud). Et in hoc secundùm Chry. nõ reputat matrem: sed ostendit non ei profuisse: si fuisset mater siue iustitia & sanctitate.¶ In hac parte est documentum literale: quod tangit Chryso. d. Si Ma-

riæ non proderat sine dotibus animæ E christum. Ab ea ortum traxisse: multo magis siue patrem siue matrem siue fratrem siue filium virtuosum habeamus: nos autem absistamus ab eius virtute nequaquam hoc prodesse valebit. hęc ille.

Feria.ij. post dominicam .iij. Quadrage. Luc.iiij.

QVanta audiuimus F facta in capharnaũ fac & hic in patria tua. Ait autẽ: Amẽ dico vobis quia nemo prophe ta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus heliæ in G israel. quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullã illarũ missus est helias nisi in sareptam sydoniæ ad mulierem viduã. Et multi leprosi erãt in israel sub heliseo propheta: & H uemo eorũ mũdatus est nisi naamã syrus. Et repleti sunt oẽs in synagoga ira, hæc audiẽtes. Et surrexerũt & eiecerũt illũ extra ciuitatẽ: & duxerunt illũ vsque ad superciliũ montis: su per quẽ ciuitatis illorũ erat ędificata: vt præcipitarent eum:

Ipse

I Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

QVANTA AVDIVIMVS facta in capharnaum &c.) Luc.iiij.in præsenti Euang. tanguntur tria puncta quæ sunt. Inuitatio. Excusatio. Indignatio. Quantum ad primum tangitur inuitatio quam fecerunt Christo sui compa-
K triotæ ad prodigia facienda. Pro hoc ergo aduertendum est: quòd istam inuitationem non fecerunt pharisei ore: sed corde. Nam saluator cum ingressus fuisset synagogam sabbato in Nazareth dederunt ei librum ad legendum: in quo legit prophetiam Esa.xij. Spiritus domini super me &c. Et cum legisset eam: postea sedit: dixitque illam in
I se completam, & oculi omnium erant uersi. ad eum. & valde gratiose prædicauit ita quòd dicit Lucas (omnes dabant testimonium: & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius.) Dicuntur autem Christi verba esse verba gratiæ. Primo originaliter: quia erant à gratia Esa.c.lxj. Spiritus domini super me propter ea quòd vnxit me Euangelizare pauperibus misit me: & hoc secundum translationem.
M lxx. interprætum. Secundo materialiter: quia erant de gratia. Vnde dicitur ibidem. Prædicare captiuis indulgentiam &c. Tertio formaliter quia erant gratiosa Ioã.vij. Nunquam sic locutus est homo Psal. Diffusa est gratia in labiis tuis. Quarto finaliter: quia erant propter gratiam habendam Ioan.xiiij. Iam' vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Quinto causaliter quia erant gratiæ collatiuæ Ioan.j. Verba quæ ego loquor spiritus & vita sunt. multi autem sunt qui habent quandam gratiam verborum quia sunt eloquentes: sed non verba gratia. i. gratia & ad gratiam ordinata. Contra quos. Ephe.iiij. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt Dei gratiam audiendi. (Et dicebant: Nonne hic est filius Ioseph) Et ait illis. Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: medice cura teipsum. ¶ Est autem notandum quòd Christus assimilat se medico corporali sananti corpora per naturales medicinas, quia ipse fuit vere medicus corporis & animæ habens multas medicinas. Nam medicatiua sunt primo eius verba. Esa.lxj. Ad annuntiandum mansuetis misit me vt medere: contritis corde: quo ad animam. s. Et Matth.viij. Dic tantum verbo & sanabitur puer meus: quo ad animam. s. & corpus simul quia neutrum sine altero sanabat maxime corpus hone anima: quia principaliter erat medicus animarum. Et secundo eius vestimenta. Matth.ix. Si tetigero fimbriam vestimenti eius: salua ero. Erat enim in eius humanitate virtus derivata à deitate, & in vestibus ac verbis: & forte in oĩbus corporibus mediis inter ipsum & infirmum quẽlibet ab eo curandum. Et tertio eius amor tam actiue quàm passiue. Eccle.v. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis. Et quarto eius dolor. Esaiæ.liij. disciplina pacis nostræ super eum cuius liuore sanati sumus. Et quinto eius caro. Manducans meam carnem & bibens meum sanguinem manet in me & ego in eo. Iohannis vj. Et sexto eius aspectus. Luc.xxij. Respexit Petrum & fleuit amare. Quædam tamen horum sanabantur meritorie vt fuus dolor. quędam effectiue: vt sua caro & vestis. & quædam vtroque modo: vt cor passionis: vt diffuse in die resurrectionis in digressionis pertractabitur. (Quanta audiuimus facta in capharnaum: fac & hic in patria tua. Ex quibus patet quòd non inuitauerunt eum sui compatriotæ: sed inuitare volebant: ipse vero assumpsit verba quæ illi dicere volebant: & ea protulit ore suo. ¶ Etiam sciendum est: quòd vt quidam dicunt conciues eius non voluerunt ista dicere illa die quando prophetiam legit: tunc enim libenter audierunt illum: sed alia die. Nam saluator frequenter ibat vt Euangelistæ dicunt capharnaum: & redibat in Nazareth: sed in capharnaum faciebat miranda & non in Nazareth: propter quod quadam die cœperunt despicere eum & dicere. Nonne hic est filius Ioseph &c. Quidam tamen alii dicunt quod eadem die factum est: & quod dicitur. Omnes testimonium illi dabant. Id est, laudabãt eum intelligendum est: quòd omnes. i. maior pars. Quod vero sequitur & dicebant: nonne &c. intelligendum est quòd quidam inuidi sic dicebant. Qualitercunque aut fuerit: dicit tamen ecclesia phariseos id dixisse quod dicere cogitabant. Dicitur ergo (dixerunt). id est, dicere voluerunt: sed Christus eos præoccupauit: dicendo id quod illi dicere volebant (pharisei) inuidi (ad Iesum. Quanta) miracula (audiuimus facta per te in capharnaum) quæ erat ciuitas principalis Galileæ (fac & hic in patria tua) vbi es nutritus. Et hoc est idem quod dicere medice cura te ipsum. i. si faceres vera miracula vt dicitur libentius ea deberes facere inter tuos quàm inter extraneos: sicut & medicus magis de se & de suis quàm de aliis curat. Et sic secundum aliquos detrahebant eius miraculis: secundum alios tamen hoc dicebant volentes vt honoraret patriam suam: & vt ipsi quoque possent videre quæ audiuerant per famam. ¶ In hac parte est morale documentum quòd Deus dat gratias suas varie: secundum varias animorum præparationes. Est enim tanquàm sol qui tantum illuminat quantum aperis fenestram. Et si dicas. Non possum me disponere nisi ille dederit. Dico quòd verum est, sed ipse semper est paratus te adiuuare & nulli deficit: sed nolumus consentire eius motioni Apocap.iij. Ego sto ad ostium. s. cordis: & pulso. Et licet ipse posset si vellet tuam voluntatem mutare: tamen vult quòd libere ei assentias: quia hoc requirit natura tuæ voluntatis: sicut vult ignem calefacere: quia hoc requirit sua natura. Ideo ait Augu. Qui fecit te sine te non saluabit te sine te. Hæc ille. Et intelligitur quòd non saluabit te sine te consentiente: quamuis saluet te sine te saluante. ¶ Quantum ad secundum tangitur excusatio quam fecit saluator: & intendit dicere quòd non ideo non facit miracula: quia non posit: aut quia contemnat patriam sed quia ipsi erant indispõsiti. Dicitur ergo. (Ait autem amen). i. vere (dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua.) Cyrillus. q. d. Vultis

A

B

C

D

E

I multa prodigia inter vos à me fieri penes quos sum nutritus: sed nõ latet me quadam communis quæ cũctis accidit passio. Contemnuntur enim quodammodo semper etiam optima quæque: quando non raro contingunt alicui sed suppetunt ad velle & sic etiam cõtingit in hominibus. Familiaris enim qui semper prẽsto est debita reuerẽtia priuatur à notis. Hæc ille. Probat autẽ saluator K sentẽtiam suam duplici exẽplo scripturæ cum subditur. (In veritate dico vobis) Iste modus loquendi est iuramentum: si intentio loquentis sit ipsam primam veritatem inuocare vt sit sensus. In veritate. i. in Deo vel per Deum seu secũdum Deum dico vobis. Potest etiã non esse inramentum si non prima veritas quæ Deus est: sed ipsa veritas in communi accipitur: vt sit sensus: vere L dico vobis. Et vtroque modo hic potest accipi: sed tamen credo quòd saluator non iurauerit: quia non erat necesse: cũ ea quæ dicebat constarent ex scripturis (Multæ viduæ erant in Israel). i. in populo in quo Helias erat nutrius & natus (in diebus Heliæ). i. in quibus Helias hic cum hominibus conuersabatur. Chrys. Helias terrestris angelus cœlestis homo quæ nec tectum nec mensam M nec amictum habebat vt multi, clauem cœlorum gerit in ligna. Hæc ille. Vnde sequitur. (Quando clausum est cœlum) ad orationem Heliæ. iij. reg. xvij. (& facta est fames in omni terra). Basi. Vt enim aspexit Helias ex saturitate: non modicum generari opprobrium: per famem illis ieiunium attulit quo culpam eorum qui immensum crescebat cohibuit. Corui autem facti sunt iusto sibi ministri: qui consueuerunt aliorum pabula vsurpare. Hæc ille. (Et ad nullam earum) viduarum quę erant de populo suo (missus est Helias) quando fuit compulsus extra desertum: & hoc quantum ex scriptura habetur: secundum quam loquitur saluator. Sicut enim habetur vbi supra cum Helias latteret in quodam torrente à facie regis Israel: ibi pascebatur à coruis, & bibebat aquam torrentis: sed eo exiccato dominus misit eum ad quandam viduam gentilem deuotiorem viduis Israeliticis. Ideo subditur (Nisi) pro sed (in sareptam sydoniorum). i. ad quandam ciuitatem, vel terram gentilium (ad mulierem viduam) Hoc etiam dicit Chry. factum fuit non solum propter viduę huius fidem, & deuotionem: sed etiam diuina misericordia: vt scilicet Helias dum longa spacia terrarum transiret videret mundi calamitatem: & pluuiam à domino postularet. Et multi leprosi erant in Israel sub Heliseo propheta). id est, in diebus Heliseo: (nisi Naamam syrus) qui scilicet non erat de populo Heliśei. Et in omnibus his vult saluator inferre quod ipse non faciebat ipsis miracula: quia non habebant ad eum debitam reuerentiam, & deuotionem. & fidem: imo ei inuidebant. Vnde dicitur Marc. vj. Et non poterat ibi virtutem vllam facere. Non poterat inquam secundum congruentiam: quamuis potuisset absolutè. ¶ In hac parte est morale documentum: quantum malum sit inuidia. Ambr. Hoc autem exemplo declaratur quòd frustra opem misericordiæ cœlestis

A stis expectes: si alienæ fructibus virtutis inuideas. Aspernator enim Deus inuidorum est: & ab his qui diuina beneficia persequuntur in aliis: miracula suæ potestatis auertit. Dominicę quippe carnis actus diuinitatis exemplum est. & inuisibilia eius nobis per ea quæ sunt visibilia demonstrantur. Videte igitur quid mali inuidia afferat. Indigna propter inuidiam patria iudicatur: B in qua ciuis operatur quæ digna fuit in qua Dei filius nascĕretur. Hæc ille. Et nota quòd cum duplex sit natiuitas (in vtero: quæ est conceptio: & ex vtero. Ambr. loquitur de prima. Est & secundum documentum. Nam ex historia Heliæ quæ habetur. iij. Reg. xvij. vbi patet quòd dum erat in deserto Deus vespere & manè per coruos mittebat ei panem, & carnes, & bibebat C aquam torrentis, instruimur quòd fugientes mundanos strepitus, & vacantes salutudini diuinæ contemplationis pascuntur à Deo pane deitatis, & carnibus humanitatis: sed tamen bibunt aquam torrentis: quia suæ consolationes sunt admixtæ in via doloribus: & pascuntur manè & vespere non in meridie in quo est perfectus calor: quia D eorum consolationes sunt imperfectæ. Et aliquando ad tantam miseriam deueniunt quòd indigent bucella panis: quia eis consolationes diuinæ subtrahuntur aliquando: vt nõ superbiant: & vt eas diligentius inquirant: & cautius custodiant. Est & tertium: quia ex historia viduæ instruimur eleemosynas facere: quia pro paruis magna recipiunt. Et etiam temporaliter si expedit: quia ex quo vidua cepit Heliam pascere nõ defecit nec diminuta est hydria farinæ, nec olei lechitus. Est & quartum: quia ex historia Naamam instruimur: quòd si lauemur septies in Christi sanguine ab omni lepra mundabimur. Lauamur autẽ septies: si deuotè meditemur quomodo septies sanguinem fudit: primò, in circuncisione contra luxuriam: secundò, in sudore contra gulam: tertiò, in coronatione cõtra superbiam: quar- F tò, in lanceatione contra iram, quæ. s. est accensio sanguinis circa cor: quintò, in flagellatione contra inuidiam: inuidi enim sunt sicut canes mordentes. Si igitur timet leo quando flagellatur canis: multòmagis debent isti canes timere quando vident leonem. i. Christum flagellatum. Sextò, in manuum perforatione contra auaritiam: & septimò, in pedum crucifixione cõtra ac- G cidiam. ¶ Quantum ad tertium tãgitur indignatio ciuiũ de Nazareth: cũ dicitur: (Et repleti sunt omnes in synagoga ira. hæc audiẽtes.) Et hoc secundũ Gre. ver. quia prauã intentionẽ eorũ redarguerat: quia de inuidia eos notauerat quæ inter pares regnare solet: vel quia in eo quod dixerat illã prophetiam in se completam, arbitrati sunt quòd seipsum prophetis cõpararet: vel secun- H dum alios: quia Christus deuotionẽ gẽtilium puta Naamã & viduę sareptanę præferebat deuotioni Iudeorũ: qui tã ipsos gẽtiles abhominabãtur vt canes. Prouer. xv. Non amat pestilẽs eum qui se corripit. Fuerũt etiam irati secũdum Gorrã propter mysteriũ, quod in dictis exẽplis innuebatur quòd. s. beneficium prædicationis esset transferendũ ad gẽtes. Vnde Act. xxij. hac de causa vole-

I bant Iudei occidere Paulum: quia dixit dictum fuisse sibi:ad nationes longè mittam te.Et surrexerunt,& eiecerunt illum extra ciuitatē tanquam dignum morte.Ambr.cum dominus per populos beneficia diffunderet: illi iniurias irrogabant.Hæc ille.(Et duxerunt illū vsque ad supercilij mortis: super quo ciuitas illorum erant ædificata vt præcipitarent eum.) In hoc maxime appa
K ret quā bestialis,& ferialis sit ille populus:quia certum est ꝙ tota regio dominum magnificabat:& ipsi hoc nouerunt:& audierunt cùm libenter,saltem maior pars eorum: & nullam dixit eis contumeliam: nec reprehendit eos de aliquo vitio apertè:nec aliquam habue runt iræ causam:nisi ꝙ eos notauit sibi esse minus deuotos quā alij forent ex
L irreuerentia, & inuidia quæ regnare solet in paribus, & intantum exarserunt furorem:vt à furore populi vellēt præcipitare quē nouerant piè conuersatū cum eis Beda.Peiores sunt Iudei discipuli Diabolo magistro.Ille verbo ait. mitte te deorsum:isti facto mittere conantur.Hæc ille.(Iesus autē transiēs) virtutæ suæ diuinitatis (per medium illorum) visibiliter:vt videtur aliquibus:nam dicit Beda quam quæsiuit la-
M tere postquā elapsus est de manibus eorum.Dicit autē san.Tho.super Io.viij. c.ꝙ cum vellent christum Iudei lapidare:abscondit se id est se inuisibilem teddidit:& exiuit de templo.& subiungit.Simile fecit Lu.iiij.quando voluerunt eum præcipitare. Qui tamen tenet quòd visibiliter transiuit per istos: dicat ad san. Tho.quòd intendit hoc factum fuisse simili illi quantum, ad recedere ab inimicis:non quantum ad modum recedendi.Cum autem vt Beda ait & testator Magi.histo.dominus de manibus eorum elapsus descēderet de monte, & sub rupe vellet latere in eo loco qui nunc dicitur saltus dominicæ subito ad tactum dominicæ vestis buxum illud subterfugit:& instar ceræ lutum quendam sinum seu receptaculum efficit:in quo dominicum corpus reciperentur.In que loco omnia linea-menta,& rugæ vestis,& rugæ calciamentorum eius.(vt dicit idem Mag.Hist. apparent adhuc : & sic etiam modo restantur,qui viderunt.vt dicit Nicolaly.¶ In hac parte est documentum ꝙ non debemus vindictam facere de his qui nobis mala aut appetunt aut inferre conantur exempio christi:qui dicit nauit inimicos cum illos potuisset dere Amb.Malebat Iudeos adhuc fine re, quā perdere:vt inefficaci furioexitu desinerent velle quod implere non possent.Hæc ille.

Feria.iij. post dominicam. iij.Quadra. Mat.x viij.

SI peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit:lucratus eris fratrem tuum.Si autem te non audierit:adhibe tecū adhuc vnū, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si nō audierit eos, dic ecclesiæ.Si autem ecclesiam non audierit:sit tibi sicut ethnicus,& publicanus.Amen dico vobis quæcunque ligaueritis super terrā:erūt ligata,& in cœlis.Et quæcūque solueritis super terram,erunt soluta, & in cœlo. Iterū dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram,de omni re quancū que petierint,fiet illis a patre meo qui in cœlis est.Vbi enim sunt duo,vel tres congregati in nomine meo:ibi sum in medio eorum.Tunc accedens Petrus ad eū,dixit.Domine quo
C ties peccabit in me frater meus & dimittā ei:vsque septies?dicit illi Iesus,nō dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies.

SI PECCAVERIT in te frater tuus &c.Matth. xviij.In præsenti Euan.tangūtur tria puncta,quæ sunt
D fraternalis admonitior cœlestialis iusditio:& paternalis miseratio.¶ Quā-tum ad primum tangitur admonitio, seu correctio fraterna quantū ad suum ordinem,secundū quem fienda est.Pro quo notandū est ꝙ quando christus dixerat ista verba : præcesserat sermo eius de oue perdita,& in fine concluserat,dicens, Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in cœlis est: vt
E pereat vnus de pusillis istis.Et statim subiungit. (Si autem peccauerit &c.) quasi volens nos exhortari: imo & nobis,& præcipere vt patebit:ꝙ de salute fratris simus semper solliciti.Ista autē verba fuerunt dicta omnibus apostolis audientibus : vt innuit textus, nec ibi erāt turbæ vt videtur:ideo ecclesia pro introductione Euangelij : dicit, Recipiēs Iesus in discipulos suos:Ista enim
F non sunt verba Euangelij:sed,vt dictū est,sic dicit ecclesia vt introducat Euangelīū.Et verè ita fuit : quia christus ad Apostolos loquebatur (dixit Simoni Petro) ista etiam non sunt verba Euā gelij:nec ab eo habetur quod loqueretur soli Petro,sed ecclesię sic dicit,propter duo . Primò : quia dicit Christus (vade,& corripe) singulariter loquēs
G singulis apostolorum.Vnde quia inter eos Petrus primus erat:& prælatus primus ad quem spectat Zelus de proximi salute:ideo ecclesia dicit eum Simoni Petro locutū.Secundò : quia in fine Euāgelij dicitur ꝙ Petrus singulariter interrogauerit Christū in persona omnium ex quo satis est rationabile quòd etiam ei ante in persona omnium loqueretur.Sequuntur deinde verba christi.Pro quibus sciendum est. ex doctrina san.Tho.ij.ij.qō.xxxii-.Et.iiij.dist.
H xix.&.q.de verita.qō.iij.ꝙ duplex est correctio.Vna quæ est ad peccantis punitionem propter conseruationem iustitiæ : & ista non semper ordinatur ad correctionem delinquentis : cum aliquando sibi infligatur pœna mortis : sed ad conseruationem iustitiæ & terrorem aliorum : & pertinet solum

I ad ſuperiores,& eſt actus iuſtitiæ & nõ charitatis elicitiuæ:& ſi interdum imperatiuæ.Alia eſt quæ ordinatur ad bonum,& emendationem peccãtis:& eſt actus charitatis,& pertinent ad omnes. Et de iſta principaliter eſt ſermo chriſti in præſenti Euangelio.Dicitur ergo. (Si peccauerit) ſcilicet in præteritum.Dicit enim ſan.Tho.ſuper Mat.q̃ in peccatis quæ imminent in futurum
K non eſt neceſſe ſeruare ordinem,quem habemus in præſenti etiam.Sed contra.quia.ij.ij.dicit q̃ quando peccatum habet inferre in fururã aliquod dãnũ proximo corporale:vt proditio,vel ſpirituale:vt cum quis vult alium trahere ad peccatum:licet ſtatim denuntiare prælato:niſi firmiter ſperetur correctio.Et.q.de veritate.q.iij.dicit niſi periculum ſit in mora.Ergo etiam in futuris
L oportet quòd ſeruetur iſte ordo ſecretæ monitionis:quando ceſſat periculum more:vel quando eſt firma ſpes correctionis.Ad hoc dico,q̃ in iſta materia de correctione fraterna.S. Tho. habet vnum regulam:ſecundum quam menſurat omnia quæ dicit:& tradit eã de verita.vbi.ſ.argu.ij.& eſt hec.Proxi
M mus noſter habet duo quæ conſeruare tenemur,quantum poſſumus conſcientiam,ſcilicet,& famam:ſed principaliter tenemur ad conſcientiam ,quotieſcunque ergo poſſumus vtrunque conſeruare, debemus hoc facere, Si vero oportet alterum periclitari, contenẽda eſt fama p̃ ſalute cõſciẽtiæ, Dico ergo q̃ peccatũ futurũ dupliciter publicam? Primò ita nulla ſequaẽ infamia de p̃terito ſcilicet ſi ego ſcio ante q̃ periculum imminere fratri meo qui iuſtus,& innocens eſt quod forte ipſe non credit periculum:ego ſine peccato ſtatum dicere poſſum prælato peccato quod futurũ video,& omne aliud.Sic enim ſaluatur conſcientia:& nullum dãnum infertur famæ.Non enim infamia eſt aliquem eſſe in periculo cum hic non ſit peccatum.Alio.non ita q̃ publicando futurum : ego infero infamiam de præterito.Primo modo loquitur ſuper Mat.ſecundo modo in alijs locis. (In te) id eſt tibi ſoli iniurjam,aut'damnũ faciendo : & te ſolo ſciente.Iſta enim duo requiruntur ad hoc vt ſit in te:& deficiente altero eorum non eſt in te. Sicut enim dicit ſan.Tho.in locis prallegatis:quãdo peccatum eſt publicũ non eſt ſolum in te:& ſi aliis eſt illatum nocumẽtum:non eſt ſolum in rem ideo publicum poteſt ſtatim denuntiari ſine ſecreta monitione : & ſimiliter occultum nocens:niſi ſperetur correctio ratione prædicta. ¶ Et nota quòd in peccato publico læditur conſcientia peccantis : & quantum in ſe eſt : læditur etiam conſcientiam aſtantiũ qui inde poſſunt occaſionem ruinæ ſumere:ideo tunc eſt fienda denuntiatio vt ſuccurratur vtrique conſcientie. Si quis tamen ſperaret emendare peccantem,& ſine facere ſcandalo : q̃uè bene per omnia vt prælatus deberet,vt credo,etiam cõ ſeruare famam peccantis apud prælatum,& alios qui neſciunt:propter regulam prædictam. Si tamen prælatus eſſet geret,& de hoc veritatem teneretur eam cõfiteri:quia aliter derogaret iuri eius cũ ſit iudex publicorum.(frater tuus) ideſt omnis quem tenemur diligere etiã ſi ſit in prælatus:ſecundũ ſanctum Tho.

A Tho.vbi.ſ.Tamen cum reuerentia eſt corrigendus vt idẽ dicit:quia iſta correctio eſt charitatis effectus. (vade cor ipe eum.) Loquitur dominus imperatiuè:quia hoc eſt præceptum. Eſt enim fraterna correctio ſub præcepto:vt docet.ſ.ij.ij.vbi ſuprã:quia ſicut tenemur diligere proximum:ita & quærere bonorum eius,ſecundum quòd congruit.
B ¶ Sciendum tamen q̃ vt idem,& Aug. dicit : quando debemus aliquid determinatæ perſonæ puta decem aureos. Petro tenemur illum quærere :quando vero debemus quidem ſed non Petro vel Ioanni:vt puta ſi eleemoſynã pauperi debeo:non tenemur quærere : ſed qui nobis occurrerit ille eſt cui debemus.Licet ergo teneamur corrigere delinquentes non tenemur tamen illos
C inquirere.Omittere quique illã,quãdo corrigendus occurrit:non ſemper eſt mortale.Nam vt dicit.ſ.Tho.vbi ſuprã tangitur omittitur vno modo , vt alio tempore oportunius fiat.Secundò, ex quadam negligentia , & repiditate vel alio reſpectu quẽ tamen non præferimus charitati:quia.ſ.licet iſta retardẽt
2 fraterna correctione:tamen nõ totaliter retrahunt:quia ſi firmiter ſpera e
D mus emendationem : efficemus correctionẽ.Tertiò,omittitur propter timorem mundanũ,aut cupiditatẽ quæ præferuntur charitati :ita q̃ ſi ſperaretur emendatio : nihilominus propter iſta omitteretur correctio.Primo modo eſt bonum,ſecundum veniale.tertio mortale.Tempus ergo in quo obligamur ſub pena peccati mortalis corrigere, ſecundum ſanè. Tho.eſt cum occurrit corripiendum cum commoditate corripiendi , & ſpe emendationis , & deeſt E ſuperior qui corrigat:vel ſi adeſt negligens eſt. (inter te & ipſum ſolum) .i. ſeorsum.& de hoc eſt præceptum ſicut, & de corrigendo ſecundũ ſan.Tho.Vn de quotieſcunque publicas peccatum: quod eſt in te ſine iſta monitione ſecreta:facies cõtra præceptum chriſti.Sed contra.Nam ſecundum hoc qui ex loquacitate reuelaret occultum peccatũ: peccaret mortaliter:contra doctrinam. F ſan.Tho.ij.ij.qõ.lxxiij.Ad hoc dico q̃ reuelans peccatum occultum dupliciter poteſt mortaliter peccare.Vno modo ex peruerſa intentione:puta ad infamandum, vel qualitercunque iniuriſte nocendo proximior : & ſic mortaliter pecat etiam qui dicit aliquid prælato præmiſſa omni ſecreta monitione.Alio modo nõ ex intentione:ſed ex ipſo facto:quia.ſ infert notabile damnũ pro- G ximo iniuſtè : licet leui vel bono fine moueatur:& ſic mortaliter peccat qui reuelat aliquid notabile prælato : vt prælatus eſt.ſ.qui habet vlterius procedere ad iudiciũ contra ſubditum.Et ſic dicit.ſ.Tho.ordinẽ correctionis eſſe in præcepto.Peccat etiã mortaliter iſto modo ſecundum.ſ. Tho.ij.ij.qõ.lxxiij. quicunque prælato.vt eſt priuata perſona , vel cuicunque alij dicit aliquid H q̃ notabile dãnũ infert honeſtati,& famæ proximi : vt puta ſi dicet eum eſſe lenonem vel ſodomitam & huiuſmodi etiam ſi non malo fine:vel ſi incaute faciat:ſicut ,& qui incautè occideret virum.Debuit enim & potuit aduertere . Qui vero diceret prælato vt eſt priuata perſona aliquod mortale occultum : non multum de honeſtans

I ex loquacitate vel leuiter: non peccat mortaliter. Si ergo prælatus præcipiat alicui vt reuelet crimen fratris quod in te est contra prædictum ordinē peccatum esset ei obedire saltem extra iudicium: quod dico quia. S. Th. iiij. dist. xix. q. ij. art. iij. q. j. ad quintum videtur quod in iudicio vbi accusator hoc exigeret: prælatus posset precipere: & tenetur appellare, vel obedire: si præci-
K piens seruet ordinem iuris. Sed hoc dictum. S. Th. ego intelligo, quando non solum prælatus præcipit secundum ordinē iuris ex parte sui, sed etiam ex parte accusantis procedentis iuridice. Si enim calumniatur imponēdo crimina falsa, non procedit iuridice vt patet. ij. ij. q. lxviij. Falsa inquam etiā secūdum opinionem suam licet vere ita sit. Vnde si omnino occultum sit peccatū meū
L vel proximi ita ꝙ nec adest testis, nec infamia ego non teneor dicere: verum etiam conuictus per testes: licet verum à casu dicētes. Vnde & ipse docet in. v. quoli. q. viij. art. ij. quod mulier accusata de adulterio penitus occulto in iudicio verum dicere nō debet. Sed quid si persona quæ peccauit sit occulta: & factum publicum. Videtur enim ꝙ tunc
M subditus teneret obedire prælato præcipienti super dicenda veritate. Primo, quia peccatum est publicum. Secundo quia oportet satisfacere conscientię eorum qui scandalizant quod semper subditus facere non potest. Tertio: quia eo casu prælatus pōt præcipere. ergo subditus tenet obedire. Ad hoc dico quod legitur. S. Thom. quandoq; in quodam generali capitulo cū esset baccalarius sensisset quod tenetur subditus obedire sed omnes magistri fuerunt cōtra eum. Secundum verò ea quę S. Tho. scripsit dicendum est vt videtur quod non tenetur secūdum regulam supra assignatam. Nam salua fama peccatoris eo casu potest satisfieri conscientiæ eius per admonitionem secretam: & etiam conscientiæ eorum qui scandalizantur per modum qui dicetur. Non ergo tunc est proximus infamandus. Ad primum cōtra hoc dico quod stultitia est dicere quod peccatum sit publicū & velle habere eius notitiam per præceptum. Dicitur enim peccatum publicum, vt patet per Pet. de pal. iiij. di. xix. q. iiij. quando est publicum quis fecerit peccatum non autem si est publicus effectus peccatoris vel peccati. Peccatum enim nō est id quod in tali casu videtur: puta cadauer: sed est actio occidētis hominem quæ non videtur. ¶ Ad secundum dico quod eo casu prælatus debet præcipere super dicenda veritate, & procedere ad inquisitionem peccatoris: sed finem præceptum intelligendū est saluo charitatis ordine ex tali autem inquisitione debent ædificari scandalizati cum res sit iam punita quantum est in voluntate iudicis & si vlterius scandalizantur tunc certum est, quòd scandalum phariseorum & non pusillorum. ¶ Ad tertiū dico quod eo casu aliquis indeterminate. i. hic vel ille est infamis ex ipsa euidentia facti. Et ideo prælatus indeterminate: potest præcipere nō autem specialiter, nec sic specialiter aliquis de hoc infamis aut semicōuictus. Tenetur autem subditus obedire quandocunq; prælatus specialiter ei præcipere potest secundum aliquos licet etiā hoc

A hoc sit falsum vt alii negant vniuersaliter. Tenetur etiam qū potest indeterminatè præcipere si subditus sit infamis de hoc licet non apud prælatum vel semiconuicius: quia. s. vnus est testis. Si autem cessent omnia ista: puta quia est omnino occultus puta quia aliquis solus scit peccatum suum vel alterius: & nullatenus peccator est infamis & ea
B infamia qui requiritur ad posse procedere contra aliquem non tenetur. Et tamen prælatus licitè præcipit: sed præceptum intelligitur quantum se pōt extendere eius authoritas. Sicut etiam licitè præcipit quando accusator procedit malitiosè contra aliquem falsa crimina imponēdo, aut imponendo vera quę nescit esse vera: nisi fortè per leues
C coniecturas: & tamen non est ei obediē dum nisi adsit vnus testis vel infamia, vt dictum est. (Si te audierit lucratus es fratrem tuum.) Ex quo patet secundum Chry. ꝙ discordia est malum non solum offendentis sed offensi & ꝙ amicitia est cōmune bonum. Non enim dicit ꝙ ille lucratus sit se: sed fratrē tuū.
D (Si autem te non audierit adhibe tecū vnum vel duos.) Est aūt aduertendum quod scām S. Th. testes in fraterna correctione debent induci ante publicā denuntiationē & post secretā monitionem tandiu factam quandiu speraī emendatio probabiliter vt ab extremo ad extremū per medium eatur. Inducunt aūt testes secundū Hie. ad ostēdendū quod malū sit id de quo frater arguit & cōsequenter facilius corrigat. Vel secundū Aug. ad cōuincendū de actu si iteretur. Vel secundū Chry. vt sint testes ꝙ corrigens fecerit debitum suum. Si tamen crederetur quod ex testium inductione peccator proficeret in peius non essent inducendi: secundum S. Tho. Sed cōtra ista videtur esse dictum Aug. in regulā dicentis. Si admonitus. s. secretè negleserit corrigi. prius prępposito debet ostēdi ne &c. Ad hoc dicit. S. Tho. quod debet ostendi præposito siue prælato: vt est quædam singularis persona: de qua præsumitur quod melius poterit prodesse quam alius testis. Vnde subiungit. Ne. i. si fortè possit secretius correctius non innotescere cæteris. Non autem intendit quod debeat dici ei per publicam denuntiationem. vt iudex est. (Vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum) s. ad conuincendum quod malū sit id ꝙ facit: vel ꝙ aliquod malum fecit vel ꝙ tu debitum fecisti. (Quod si nō audierit eos: dic ecclesiæ) id est his quæ ecclesiæ president, secundum Chry. Vel secundum glo. ecclesiæ idest vniuersitati fideliū: vt magis erubescant. (Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus). i. gentilis. vel infidelis. (& publicanus). i. publica vectigalia exigens. quod genus hominum solet esse vitiosum. Hier. Publicani vocantur qui seculi sectanī lucra, & exigūt vectigalia per negotiationes & fraudes ac furta patent periuria. Vnde sensus est secundum gl. ꝙ excōicetur & euitetur ab omnibus. Vel secundum Aug. iam non computetur in numero fratrū & idē est. ¶ In hac parte est documentū literale ꝙ Aug. tangit dicens lib. de verbis do. Admonet nos deus noster nō negligere inuicē peccata nostra non quærendo quod reprehendas, sed videndo quod corrigas. Debemus enim amando

I corripere non nocẽdi auiditate sed studio corrigendi. Si neglexeris peior eo factus es. Ille iniuriam fecit & iniuriã faciendo graui seipsum vulnere percussit:tu fratris contemnis.Peior es tacendo quã ille cõuiciando.Hæc ille.¶ Quãtum ad secundum tangit iurisditio data apostolis & successoribus eius:& hoc ne quis leue putet se esse excõicatum. Hier.Quia dixit si ecclesiã non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus K & poterat contemptoris fratris hæc esse responsio,vel tacita cogitatio: si me despicis & ego te despicio: si me cõtemnis & mea sentẽtia condemnaberis.potestatem tribuit apostolis vt sciant qui à talibus condemnanẽ:humanã sententiam diuina sentẽtia corroborari. Hæc ille.Vnde dicitur.(Amẽ). 1. vere vel fideliter (dico vobis quæcunq; ligaueriL tis super terram).f.condemnando(erũt ligata & in cœlis)quia sic ligati vt exponit Chry.æterno alligãtur supplicio (& quæcunq; soluerint super terram: erunt soluta & in cœlo.) Est autẽ notã dum sicut dicit S.Tho.f.iiij.dist. xviij. quod sacerdos est minister & instrumẽ tum dei:ideo ligata soluit sicut & deus. Deus autem circa pœnam operatur:& eam remittendo & eam infligendo.circa culpam vero solum eam remittẽdo. M Ideo sacerdos virtute dei & instrumentaliter vel ministerialiter absoluit à pœna quam remittit: & ligat ad eam quam imponit. Similiter & absoluit à culpa:sed non ligat nisi ostendendo ligatum.Et ideo non potest sacerdos pro libero arbitrio ligare,& soluere:sed solum inquantum operatur conformiter deo:quia sine principali mouente nihil potest instrumẽtum.Sciendum est etiã quòd hic data est omnibus apostolis simul potestas ligandi, & soluendi: sed Matt.xvj. data est soli Petro vt dictum est.Et tibi dabo claues regni cœlorum ad ostendendum secundum S.Tho.q.in ecclesia autoritas omnium ab vno dependet. Non solum autẽ Christus dicit esse ratam excommunicationem ecclesiæ:sed & omnem petitionẽ consentiB tium in vnitate ecclesiæ secundum glo. Ideo dicitur (Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint). i. simul consenserint per vnionem voluntatum,(debi inuicem)remittendo iniurias:& recipiendo penitentem:& abiiciendo superbum secundum Glo. (de omni re quamcunq; petierint) pro se:& perseuerãter & pie ad salutem vt dicit S. Thom. in iiij.dist.xv.q.iiij.ij.ij.q. xiij. ij. contra gen.ca.xcvj.(fiet illi a& patre meo qui in cœlis est.) Vel secundum Hiero. in his verbis vult ostendere præmium & fructum concordiæ ad quam suprà fuerat hortatus. (Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo) id est se amãdo propter me secundum Chry. sibi sum in medio eorum) ideo non est mirum si exaudiã eos. Et in hoc est documentum de quo Hila. Ipse enim qui pax atq; charitas est sedem, atq; habitaC tionem in bonis, atq; pascificis voluntatibus collocauit.Hæc ille. ¶ Quãtum ad tertium tangitur paternalis misericordia Christi qui vult quod nobis dimittantur peccata multoties quia enim oxerat dominus vt ait.Hie. remittendas esse iniurias:& præmiũ etiã concordiæ demonstrauerat. Tunc accedẽs ad eum Petrus, prouocatus ad interrogandum dixit

A dixit domine quoties peccabit in me frater meus,& dimittam ei? (Et cum interrogatione:) vt ait Hiero. profert sententiam dicens.(Vsq; septies)putans se aliquid magnum dicere:vt ait Chryso. Dixit ei Iesus. Non dico tibi vsq; septies sed vsque septuagies septies(.i.toties quoties secundum Augu. Chrys.& Hie.quia ponitur numerus determinatus pro indeterminato. Sed quare magis ponitur hic numerus determinatus quam alius? Ad hoc dico secundum Augusti. de verbis domini qui vult quod septuagies septies sit idem quod septuaginta septem vicibus quòd hoc est quia ille numerus significat omnia peccata. Nam per decem significatur lex qui decem continet præcepta: per vndecim verò peccatum quod est trãsgressio legis, per septem vero totum quia septẽ C diebus omne tempus voluitur. Septies autem vindecim.i.omnia peccata sunt septuagies septies.secundum Hie. vero qui vult quod septuagies septies sit idẽ quod quadringentis nonaginta vicibus quia scilicet, ducit vnum aduerbium in aliud hoc ideo est vt significet quod toties in die remittendum est peccatum fratri quoties peccare non potest in hac parte est documentum literale, D de quo ait Augu. libr. de verbis domini.Si septuagiesocties peccauerit ignosce,& si centies,& omnino quoties peccauerit ignosce : si enim Christus mille peccatorum inuenit : & in omnia donauit : noli subducere misericordiã. ait enim Apostolus donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam sicut Deus in Christo donauit vobis.Hæc ille.

Feria.iiij.post do.iij.Quadrag.Mat.c.xv. E

ACcesserũt ad Iesum abhierosolymis scribæ,& pharisei dicẽtes, quare discipuli tui transgrediũtur traditiones F seniorum. Non enim lauant manus suas cum panem manducant.Ipse autem respondens ait, illis, Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?nam Deus dixit, Honora patrem tuum & matrem & qui maledixerit patrivelmatri morte mo G riatur,vosaũt dicitis, Quicũq; dixerit patri vel matri munus quodcũq; est ex me tibi ꝓderit & non honorificabit patrẽ suũ aut matrem suam. Et irritum feciſtis mãdatũ dei ꝓp traditionem vestrã hypocritæ bñ prophetauit devobis Esa.dicẽs,po H pul⁹ hic labiis me honorat: cor autẽ eorũ longè est à me. Sine cã aũt colũt me, docẽtes doctrinas & mandata hoĩm. Et cõuocatis ad se turbis dixit eis. Audite & intelligite.Nõ quod intrat in os coinquinat hominem

sed

I sed quod procedit ex corde, hoc coinquinat hominē. Tūc accedentes discipuli eius dixerunt ei, Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. At ille respondens ait, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cælestis eradicabitur. Sinite illos, Cæcus aut ēsi cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt? Respōdens autem Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis. Non intelligitis: quia omne quod in os intrat in ventrem vadit: & in secessum emittitur. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt: & ea coinquinant hominē. De corde enim exeunt cogitationes malæ homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

ACCESSERVNT AD IESum ab Hierosolymis &c. Matth. xv. Marci. vij. In presenti euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt Phariseorum cōfutatio, populorum confirmatio, & discipulorum informatio. ¶ Quantum ad primum sciendum est quòd à tempore Moysi de volūtate dei constituti sunt septuaginta senes ætate & moribus maturi. & scientia præditi super quos erat Moyses: & sic erant septuaginta vnus. Et ex illo tempore statutum est quòd tot essent ad regimen populi ordinati: qui & dicebantur iudices ordinarij: & per impositionem manuum instituebantur: & residebant in Hierusalem: & ad eos fiebat recursus in quæstionibus difficilibus: & eorum determinatio habebatur pro lege firma quam transgredi non licebat: vt habetur Deut. xxvij. Isti etiam statuebant aliqua tanquàm necessaria, & quædam sub monitione tanquàm decentia, & honesta. De talibus autem erat statutum quòd hic tangitur: q. d. accedentes ad mensam prius lauarent manus. Verumtamen scribæ & pharisei hoc mandatum trahebant ad falsitatem: quòd scilicet per talem lotionem acquireretur aliqua munditia spiritualis. Et mouebātur ad hoc: quia in lege per corporales abluciones aliquæ immunditiæ dicebantur aboleri. Et quia discipuli christi illa quæ non erant necessaria: sed magis secundùm istorum intellectum superstitiosa non obseruabant: christum in suis discipulis arguebant tanquàm contemptorem doctrinæ seniorum. vt sic redderent eū populo odiosum. Omnia hæc testatur Nic. de ly. Fortè tamen q̄ illi seniores qui fecerunt hoc statutum non fuerūt illi iudices ordinarii: qui videntur fuisse magnæ autoritatis: sed fuerunt tales mudistæ: vt videtur velle Pau. burgēsis

A hebreus qui finxerunt multa vana & inutilia, & irrationabilia quia vt ait Beda. scripturas non sane intelligebant. Verbi causa: Cùm dicitur Esa. j. Lauamini, mundi estote: hoc accipiebant de latione corporali. Et inde vt ait venit ista superstitionum diuersitas. Ista etiā lotio manuum fortè non fuit lotio, quę communiter est in vsu hominum: sed quædam lotio secundùm specialem ritum vt innuitur Mar. vij. Vbi dicitur. Pharisei & omnes Iudæi nisi crebro lauent manus non manducant tenentes traditiones seniorum: & à foro scilicet venientes nisi baptizentur ideſt lauentur non comedunt. Existimabant enim se fieri immundos ex conuersatione cū aliis. Pharisei ergo: & scribæ tenentes hoc statutum tāquàm legem voluerūt cōfundere christum super eo: & ad hoc ab Hierosolymis in terra genezareth venerunt. Et licet Marcus videatur innuere quòd simpliciter venerunt: tamē non est sic: sed malitiosè venerunt: & secundùm doctores precipue Chrys. & Remi. eorum malitia aggrauatur ex multis: cum dicitur) Tunc) siue, vt ait, ecclesia (in illo tempore) quando. s. christus miranda multa fecerat quibus conuerti debuissent secundùm Chry. (accesserunt ad Iesum) malo animo: vt pugnarent cum eo secundùm Raba. & ad reprehendendum eum: secūdùm Rem. (ab Hierosolymis) quæ erat: metropolis & ciuitas sancta. & consequenter secundùm Remig. debebant isti aliis esse meliores & secundùm Crysost. erant peiores: quia maiorē superbiā possidentes (scribe) id est legis doctores: secundùm Remi. (& pharisei). i. seniores populi: secūdū eundem, vel secūdū veritatem, & senes, & viri religiosi ac magnæ autoritatis in populo. Seniores autem populi possunt dici generaliter senes: & specialiter iudices ordinarii (Dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones). i. ordinationes (seniorum). i. sacerdotum: secundū Chry. qui multa noua inducebant vt essent terribiliores: dum & ipsi viderentur legislatores sicut & Moyses. Vel seniorum. i. iudicū ordinariorum: qui fortè omnes. aut maior pars erant sacerdotes. (Non enim lauant manus suas cùm panem manducant) O magnam querelam, & dignam vt primates regalis ciuitatis fatigentur. Et hoc secundùm Chrysost. & Bed. intelligitur de lotione manuū quę est in vsu cōi: quā omittebant apostoli secūdū Chry. propter duo. Primò, quia attēdētes necessariis desupfluis parum curabāt: ideo lauabāt manus vel nō lauabāt: secūdū q̄ cōtingebat illis. Secūdo q̄a vt dicit Marc. vj. tm erāt occupati circa prædicationem, & resp̄ōsiones dādas q̄ nō habebāt spatiū māducādi. Secūdū Remi. aūt p̄t prædicta intelligi non de lotione cōi manuū: sed desuperstitiosa, quā adinuenerant seniores: & hoc intellige qualitercunque sumātur seniores: quia lotio ista, aut erat superstitiosa in se: aut secūdū intellectū, & vsum phariseorū christus aūt nō dixit lotionē manuū esse malā: neq; excusauit apostolos quasi būfacerēt: sed secundū Chry. statim reaccusauit phariseos: ostendēs quoniā eū qui magna peccat pro paruis peccati aliorum sollicitum esse non oportet. Vnde sequitur. (Ipse autem respondens ait illis. Quare, &

re,& vos transgredimini mandatũ dei) scilicet de honore parentum. Nec attẽdit christus ad excusandum apostolos secundùm Chry. sed ad obiurgandum phariseos: vt ostendat eos friuola dixisse: & quòd propterhomines hoc fecerẽt (propter traditionem vestram) q.d. secundùm Hie. Cum vos propter traditionem hominum præcepta dei negligatis: quare discipulos meos arguendos
K creditis: & seniorum iussa peruipẽdãt: vt dei præcepta custodiãt. Hæc ille. Declarat autem quomodo transgrederentur præceptum dei dicẽs (Nam deus dixit). i. præcepit: (honora patrem tuum & matrem:) non solum quò ad reuerentiam secundùm. s. Tho. sed quo ad vitæ necessaria? Hier. Honor in scripturis tamen nõ tantũ in salutationibus, & officiis deferendis: quãtũ in eleemosynis, &
L oblatioe seruatur. Hæc ille. (Et qui male dixerit patri vel matri morte moriatur) in quo secundùm Chry. multo magis ostendit morte dignos istos qui nõ verbo: sed opere dehonorabant parentes: & alios hoc ipsum docebant. At intellectum aũt sequẽtiũ quia valde sunt obscura nũc in nostro idiomate: credo autem in hebraico fuisse clara tunc qñ talis loquendi modus erat in vsu: scien
M dum est primo q vbi in latino habetur munus: in hebreo habetur corbã: quod significat nõ tantum munus, sed munus votiuum: secũdũ Ma. hist. i. rẽ quã quis deo vouit, vel consecrauit. Dicere ergo munus quodcũq; est ex me tibi proderit: est dicere: id quod ego cõsecraui, vel voui deo proderit tibi: & hoc dicebãt filii patri, & matri ex doctrina pharisaica ad eum finem qui dicetur. ¶ Est sciendùm secundo q phariſei auari studentes cupiditati: sicut testatur Hiero. & Ma. h. dicebant q filius quilibet poterat vouere deo ea quæ erant sono patri. vel matri necessaria: quia deus est principalis: & verus pater & q postquã sic fuissent aliqua deuota deo parentes non poterant eis vti in suis necessitatibus: vnde vt sacrilegii crimen euitarẽt egestate conficiebantur. ¶ Est etiã sciendum tertiò, quòd filii qui sic vouebant deo significabant parentibus se voluisse, & tunc eran secundùm phariseorum doctrinam absoluti ab obligatione qua tenebantur parentum necessitatibus subuenire. Significabant autem hoc multis modis: sed vnus erat dicendo (munus quodcunq; est ex me tibi proderit) siue hoc quòd ego voui deo tibi proderit. Dicebant ergo phariſei q ficte licitè poterant filii dicere & tunc erãt absoluti: vt dictum est. Hoc ergo obiectare significant verba sequentia: quæ secundùm. S. Thom. possunt habere duplicem constructionem scilicet perfectam & defectiuam. in qua oportet supplere. Perfecta est talis. (Vos autem) hypocrite phariseí (dicitis) dicendo falsitatem (quicunque) ideſt quilibet filius (dixerit (ideſt sine peccato cum bona conscientia poterit dicere, (patri vel matri hoc dictum scilicet munus) ideſt votiuum seu deo deuotum (quodcunque est ex me) ideſt per me supple deo consecratum tibi proderit. Alia est defectiua talis. Vos autem dicitis quicunque dixerit patri vel matri munus & supple satis fecit præcepto dei: & est absolutus: vt supra. ¶ Est autem sciendum quòd quando filii dicebant patri: id

A id quod ego voui deo proderit tibi illud filiorum dictum poterat tres sensus habere. Primus est secundùm gloss. legendo interrogatiuè seu admiratiuè: quasi diceret filius. Id quod ego conse-
B craui deo tibi proderit ideſt tu audebis conuenire in necessitates. Et consequenter patres credebant se sacrilegii reos ex doctrina phariſaica: si talis in suos vsus conuertissent. Secundus est secundùm Hiero. etiam legendo inter-
C rogatiue: quasi diceret filius. Munus quod deo offerre debeo in tuos ne vsus consumam. q.d. non. tertius est secundũ Aug. de conse. euang. legendo plane. q. d. filius. (Munus quodcũque est ex me) ideſt quod tuo pater propter me offer-
re consueuisti deo (tibi proderit) ideſt iam habeto illud pro te: & non vltra of-
D feras pro me quia iam sum in tali æta te, vt ego pro me offerre possim. Cùm autem filius sic dixisset secundùm phariseorum doctrinam: erat absolutus vt
E supra. (Et non honorificabit) filius pro pter vestras suasiones (patrem suum) prouidendo ei de necessariis in ægesta te (& irritum fecisti mandatum dei) de honore parentum (propter traditionẽ vestram) ideſt à vobis factam & ad ve-
F stram auaritiam ordinatam. deinde salvator ostendit per scripturam quòd malitia istorum contra eum & eorum falsa doctrina erat prophetata dicens (Hypocritæ (ideſt simulatores: qui sub spe-
G cie cultus diuini coacernatis diuitias bene) ideſt verè (De vobis prophetauit Esaias) ex persona mea loquens secundum Rab. vel ex persona dei secun-
H dum Remi. (populus hic) scilicet Iudeorum secundùm Remig. quòd intelligendum est potissimè qui ad phariseos (labiis) ideſt verbis (me) christum: honorat quando volunt decipere secũdùm Raba. dicentes. Magister scimus quia verax es. Vel (me) deum secundũ Remig. quia vnius dei cultum se habere gloriantur (cor autem eorum longe est à me:) quia secundùm Remi. vilis miraculis quæ diuinitatem christi asserebant: nec diuinitatem agnoscere neque christum suscipere voluerunt. Vel secundùm mentem Raba. cor eorum longe est à me: quia christum morti tradere libentissimè voluissent (Sine causa autem colunt me) ideſt sine fructu & merito: secundùm Raba. Et quare. Quia sunt (docentes doctrinas, & mãdata hominum) ideſt seniorum: præter missis & irritatis mandatis dei. ¶ In hac parte est morale documentum contra quosdam laicos: quia sunt homines pessimi pleni omni vitio, & tamen quædã minima obseruant quæ non sunt necessaria: vt non comedere carnes in quarta feria, vel oua. vel lacticinia in die veneris: & si quis religiosus cauens mortale peccatum de huiusmodi non curauerit: scandalizantur tanquàm phariseí qui christum volebant occidere: & reputabant apostolos irreligiosos: qa manus non lauabant. Vnde ait Greg. j. q. j. Multi secularium hominum cùm plus sacerdotum vitam quàm suam discutiũt: magnum contẽptus diuinorũ sacramẽtorũ crimẽ incurrũt. Magna cũ trabe vulneratos oculos habẽtes eamq; negligentes: festucam tenuem in aliorũ oculis inspiciunt quam dum incaute euellere festinãt ĩ erroris foueã dilabũtur. Hęc ille. ¶ Quãtũ ad secũdũ tãgitur

I gitur populorum, vel turbatum confirmatio. Licet enim Christo crederent: quia tamen pharisei erant magnæ famæ: ingerebant eorum mentibus aliquam titubationem. Dicitur ergo. (Et conuocatis ad se turbis) quæ fortè passim seorsum de hoc murmurabant: hæsitantes an bene, vel malè facerent discipuli Christi. (Dixit eis. Audite) corporis aure. (& intelligite) mente. Dicit autem hoc vt firmius imprimat dicta sua. (Non quod intrat in os) corporis (coinquinat hominem). b. Mar. c. vij. dicit communicat. Et sicut dicit Hiero. propriè scriptura sic consueuit loqui. Iudei enim communes cibos vocant quibus omnes vtuntur exceptis ipsis, vt est caro suilla & lepus, & ostreum, & istiusmodi animalia, quę vngulam non scindunt: nec ruminant, nec sunt squamosa in piscibus. Idem tamē est sensus: quia secundum iudeos cibi communes coinquinabant manducantem.) Sed quod procedit ex ore) cordis secundum Magist. Histo. nam & vomitus procedit de ore corporis. Vnde & quidam libri habent quod procedit de corde (hoc coinquinat hominem.) ¶ Sed contra arguit primò Augu. contra Faustum. Si cibus nullus inquinat hominem, quare Deus prohibuit in lege veteri multos cibos: puta, carnem suillam & huiusmodi. Secundò argoit, Si inquit, quod intrat in os non inquinat hominem, quare non vescimur idolothitis. i. his quę idolis fuerint immolati. Ad hæc dicitur secundū Aug. & Hiero. quòd Christus loquitur de cibis in se & in sua natura consideratis. Sic enim omnis creatura Dei bona. j. Tim. iiij. Ad primū ergo dicit Augu. &. S. Tho. quòd aliqua erant in veteri lege animalia immunda: non in se, sed ratione sui significati, vt porcus, qui luxuriam significabat, sicut agnus innocentiam. Aduenientе autem veritate in lege noua debebant cessare illæ obseruationes signorum. Ideo dixit Christus quòd non coinquinant. ¶ Sed contra, quia quando Christus sic dixit adhuc durabant illæ obseruationes: quæ vsque ad Christi passionem durauerūt secūdum sanctos. Ad hoc dico quòd licet durarent tamen cum hoc stat quòd nullus cibus de se coinquinet hominē, sed coinquinat solum ratione significati: vel ex eo quòd contra obedientiam Dei manducatur. Ad secundum dicit Magister Hist. & Hier. & Remig. quòd non est prohibitum vesci idolo immolatis secundum se: sed solum ratione scandali: quando homo ex hoc daret proximo infirmo scandalum vel ratione conscientiæ erroneæ quæ hoc crederet peccatum. Ex istis autem verbis Christi valde fuerunt pharisei scandalizati, & consequenter etiam fortè apostoli aliqualiter vt turba supra vacillabant: sed Christus eos consolidauit in fide, & fortè cum apostolis simul & turbam. Dicitur ergo (Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei, Scis quia pharisei audito hoc verbo (scilicet quod dominus omnes eorum obseruationes subuertebat secundum Hier. vel secundum Magi. hist. qui dicebat quòd cibus non coinquinat hominē: quod videbatur contra legem dixisse (scandalizati sunt.) Sed tamen nihil sunt ausi cōtradicere. secundum Chry. quia vehementer illos conuicerat non redargendo solum

A solum: sed & dolum eorum propalādo. Hæc ille. ¶ Est autē sciendum secūdum Hier. quòd scādalum significat offendiculum, ruinam, vel impactionē pedum: & scandalizare est dare occasionē ruinæ. Scādalizari vero est accipere occasionē ruinæ. Et innuit Hier. quòd scandalum dicitur ipsa impactio, & res ad quā impingitur: puta scamnum, aut lapis. Et ita est secundum. S. Tho. ij. ij. q. B xliij. ¶ Est ergo duplex scādalum secundum. S. Tho. super Matth. &. ij. ij. vbi. s. factiuum, & passiuū. Actiuum est dictum aut factū minus rectum præbens occasionē ruinæ. Non dicitur cogitatū: quia oportet quòd constet. Nec dicitur malum: sed minus rectū: quia sufficit si habet speciē, vel apparētiam mali. Passiuum verò est ruina ex tali dicto, vel C facto. Aliquādo ergo vt dicit est actiuū sine passiuo: aliquādo econuerso passiuum sine actiuo, vt in proposito, quia Christus docebat veritatē: & illi ex inuidia, & malitia sumebant occasionem ruinæ: & cōcitabant seditionē in populo quantū in se erat. (At ille respōdens ait. Omnis plātatio). i. falsa doctrina, & superstitiosa obseruatio: secundū Hila. & Remi. (quā non plātauit pater meus D cœlestis eradicabitur:) Hæc secundum Manicheos de lege dicta sunt, vt dicit Chrys. sed nō aduertunt, quo modo superius dās pro lege pugnauerit, dicens. Quare vos transgredimini mandatum Dei. s. in lege propter traditionem vestram. (Sinite illos.) Quasi diceret. Si scādalizantur nō curetis. Plura de ista materia habētur. ij. ij. vbi. s. &. iiij. dist. xxxvij. Tamē quantū ad præsens pertinet. Sciendū est secundum. S. Tho. q. cum scādalo actiuo nihil est faciēdum E propter scādalum autē passiuum aliorum nō sunt omittēda spiritualia: & ea quæ sunt de necessitate salutis, puta eleemosynæ tempore necessitatis: quia quilibet tenetur plus se quàm aliū diligere. Si verò nō fuit de necessitate salutis, vt puta aliqua oratio, vel exhortatio ad bonū distinguēdum est: quia aut ex hoc aliqui scādalizantur ex infirmitate vel ignorātia: & tūc ista sunt differenda, vel occultāda donec reddita ra- F tione auferatur ab eis scandalū. Quod si reddita ratione perseuerāt in scandalo, iam ex malitia scādalizantur. Cum autē quis ex malitia scādalizatur nō est curādum. i. nō sunt spiritualia bona dimittēda propter hoc. Si autem scādalizabantur pharisei de doctrina dñi. s. ex malitia vt eam impedirēt. Temporalia autē quæ de necessitate salutis sunt cō seruanda, vt deposita, & cōmissa prælatis, & rectoribus nō sunt propter scāda- G lū relinquēda ratione supradicta. Alia verò sunt dimittēda propter scādalum pusillorū. i. qui ex infirmitate scādalizantur: non autē propter scādalum pharisеorū: qui ex malitia scandalizantur: quia hoc nō expedit bono cōmuni, neque ipsis raptoribus. Hæc ex san. Tho. vbi. s. (Cœci sunt) carētes. s. vero intellectu legis secundū Raba. (& duces cœ- H corum) alios in errorē mittentes, & ad præcipitiū ducētes (Cœcus autē si cœco ducatū præstet: ambo in foueam cadūt) Et hic est documentū contra quærentes sacerdotes ignorātes: ne cogant eos restituere: quę per occultas fraudes acquisiuerūt. Aug. Qui vult cōfiteri vt inueniat gratiā: quęrat sacerdotē scien-

tem soluere,& ligare.¶ Quantũ ad tertium sciendũ est:q̃ quia Christus multoties parabolicè loquebatur apostoli existimauerũt eum parabolicè locutũ, qũ dixit: quod intrat in os nõ coinquinat hominẽ: vnde Petrus pro se,& pro oĩbus quęsiuit intellectũ parabolę. Dicitur ergo (Rñdens autẽ Petrus) .i. interrogãs dixit.) Edissere nobis parabolam istã.) Sed quia in persona omniũ loquebatur: cum oĩbus est reprehẽsus à Christo dicẽte. (Adhuc & vos) sicut.s. pharisei (estis sine intellectu) Increpat autẽ eum dñs, inquit, Hier. eo q̃ parabolicè dictũ putet quod perspicuè est locutus. Ex quo aĩaduertimus vitiosum esse auditorẽ: qui aut obscura manifestè: aut manifestè dicta obscurè velit intelligere. Hæc ille. Vel increpatur secundũ Chry. quia nõ erat ex incertitudine quod quæsierat: sed quia & ipse,& alii apostoli cũ pharisęis erant scãdalizati:& à principio qua ſi pro pharisęis interrogare volebant: sed retracti fuerunt: quia dixit oĩs plantatio &c. Petrus tũ quia vbique feruẽs est nõ ita silet vt cęteri. (Nõ intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrẽ vadit:& in secessum emittitur.) Hic autẽ vt dicit Hier. obiiciunt quidã dominũ ignarũ fuisse naturalis Philosophiæ: quia nõ totum alimentũ in secessum emittitur. Quidã autẽ vt Magister Histo. ad hoc dicũt: q̃ nihil de aliméto cõuertitur in veritatẽ humanæ naturæ: sed id quod ad Adam tractũ est augetur,& id solum resurgit. Sicut autẽ aurifices argẽto in igne apponũt plumbũ ne cõsumetur argentũ, vel aurũ: ita dicũt assumi cibos,& calor naturalis consumat eos:& relinquat id quod ab Adam tractũ est. Sed hoc ſ- re nõ potest: quia hominẽ crescere nihil esset aliud quàm hominẽ rare fieri. Et præterea homo animã vegetatiuam habet cõmunem cũ brutis,& plantis. in quibus augmẽtum fit ex aliméto. Vide de hoc.j.parte.q.cxix. &.ij dist.xxx. & iiij.dist.xliiij.& quolibe. vij.q.iij. Ideo ad hãc obiectionẽ dicitur. Primò, quòd omne quod ex cibis aduenit eiicit per secessum processu tẽporis: ita tamen vt per secessum secũdum Hier. intelligamus omnẽ modum expellẽdi superfluus. Non enim manet caro hominis secundum materiam: sed secũdum speciem. sicut ignis in quo succesiuè subiicitur ligna manet idẽ numero secũdum speciem, vel formã: non secundum materiam: quia continuè vna pars abiicitur,& alia generatur:& ita est in homine. Vnde multos sumit cibos qui quãdoque ex toto elabũtur ab eo. Et ſi cõiiciatur quòd in morte aliquid repertur in homine ex cibis generatũ nõ resolutũ. Dicendum est secũdum istam expositionẽ quòd ideo est: quia homo finitur. Si enim perpetuo duraret: nulla esset in eo pars materialis generata quæ non corrũperetur aliquando. Secundò, dicitur quòd accipitur ibi totũ pro parte vt sit sensus quòd de omni cibo, aliquid vadat in secessum quamtumcũque sit purus,& nobilis: vnde non dicit totũ sed omne. Licet enim omnis humana caro quæ nũc est in hac ecclesia sit intra vestes: quia scilicet nullus est nudus: non tamen est tota: quia manus sunt extra. Vnde ly omne distribuit suppositã:& ly totũ partes: Et hoc est arguere sic. Si cibus inquinare hominem: hoc esset maximè quantum ad feces,& superfluitates quæ sunt in illo. Sed ille nõ coinquinant hominẽ: quia natura separat illas & expellit per secessum: ergo multo minus aliæ partes ciborũ inquinant. Tertiò, posset fortè dici quòd saluator non loquitur de omni quod intrat in os: sed de omni immũdo. Tale enim expellitur à natura. Et similiter quando dicit quòd id quod exit de ore coinquinabat hominẽ: hoc intelligitur ſi sit immundũ. Bona enim verba nõ coinquinant. (Quæ autẽ procedunt de ore, de corde) id est, de mẽte (exeunt: & ea coinquinant animam) ſi sint mala: quia non expellũtur à corde sicut superflui cibi expelluntur à natura per secessum vt inde cor remaneat purum: sed remanẽt in eo quantum ad suam radicem quæ est mala voluntas. (De corde enim exeunt cogitationes malę) ex quibus proueniunt mala verba,& mala facta. Vnde subditur (homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominẽ) coram Deo. (Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem) coram Deo, sine spiritualiter.¶ In hac parte est documentum quòd Diabolus non est qui immittat in nos malas cogitationes. .i. malos cõsensus, quamuis possit inflammare concupiscentiam, & possit malas reprehensiones,& apparitiones immittere:& hoc habes.j.ij.q.lxxx.de malo.q. ij.artic.iij.Hier. Arguendi sunt ex hac scentia qui cogitationes à diabolo immitti putant,& non ex propria innasci voluntate. Diabolus adiutor esse,& incentor malarum cogitationum potest, author esse non potest. Si autem semper in insidiis positis leuem cogitationum nostrarum scintillam suis fomentis inflammauerit, non debemus opinari eum quoque occulta cordis rimari: sed ex corporis habitu,& gestibus æstimare quid versemus intrinsecus. Verbi gratia. Si pulchram mulierẽ nos crebro viderit inspicere, intelligit cor ab oculis vulneratum. Hæc ille.

Feria.v.post Domi.iij. in quadragesi. Luc.c.iiij.

SVrgens Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerũt illum pro ea, Et stans super illam impetauit febri: & dimisit illã,& cõtinuò surgẽs ministrabat illis. Cũ sol autẽ occidisset omnes qui habebãt infirmos variis lãguoribus ducebãt illos ad eũ. At ille singulis manus imponẽs curabat eos, Exibãt autẽ demonia à multis clamãtia,& dicẽtia: quia tu es filius Dei. Et increpãs nõ sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christũ. Facta autẽ die egressus ibat in desertũ locum,& tubæ requirebãt eũ. Et venerũt vsque ad ipsum:& detineb

tinebant eum ne discederet ab eis Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me Euãgelizare regnum dei:quia ideo missus sum. Et erat prædicans iu synagogis galilææ.

K SVRGENS IESVS DE synagoga &c. Lu.iiij. In præsenti Euan. tanguntur tria puncta quæ sunt. Specialis liberatio, Vniuersalis curatio:& Spiritualis contemplatio. ¶ Quantũ ad primum tangitur spiritualiter liberatio quã fecit Christus circa socrum Simonis in Caphernaum,cum dicitur (Surgens Iesus de synagoga) in quæ mirãda fecerat scilicet demoniacum liberãdo (introiuit in domum simonis:secũdum Chry. (vt reciperet corporalem refectionem.) Licet autem Petrus esset de Betsaida:tamen vt dicitur Magister Hyst. potuit habere domum in Capher naum ratione vxoris suæ. Socrus autẽ Symonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri,& dimisit illam) scilicet statim. Vnde sequitur (ei consurgens ministrabat illis) & in hoc apparuit miralũ. Licet enim illa infirmitas fuisset fortè curabilis ã natura: non tamẽ erat isto modo curabilis secũdum Chry,& Hie. vti subito & fortis surgeret. Ideo miraculũ fuit hoc quoad faciẽdi modũnõ quo ad rẽ factã. Vnde glo. ꝙ sanitas q̃ domini credit impetur tio tota similiter redit: & si obijciatur quia Matt. viij. dicitur ꝙ cœcus in cuius oculis Christus expuit primo vidit homines quasi arbores ambulantes & postea iterum impositis manibus cepit clare videre:respondent quidam ꝙ dictum huius glo. est verũ solũ aliquando, sed non vniuersaliter. Et intenditur vt mihi videtur ꝙ tunc est vera gl. quando non apparet miraculum,nisi sanitas subito rediret, vt in proposito de ista febri:secus in cæci illuminatione,quia siue statim,sine non statim fiat est miraculosa euidenter,cũ natura hoc non posit. nec subito,nec magno tempore perficere. ¶ Est aũt in hac pte documentum in sensu morali. Ista enim mulier febricitans meraliter est anima peccatrix quæ nõ potest moueri ad bene operandum:& habet paratum infectũ ad gustandum dullia id est diuina quæ ei videntur amara. Hæc debet dum Christus imperat febri,i. vocata peccato stare tim surgere,& ministrare Christo,alioqui infirmitas faciet profectum,& de peccato cadet in peccatum. Primo quia peccatum est ponderosum. Secundò, quia peccator excecatus est vt altur Sanson perditis capil. id est gratia,& virtutibus in quibus erat sua fortitudo:& consequenter ligatus hostibus illucue detrahitur illudendus. Et tertiò, quia peccato sunt connexa: quia auaritia trahitur ad rapinam, gula ad luxuriam:& sic de alijs Est ettã in hoc ꝙ dicuntur aliqui rogasse pro ista, vt documentũ morale: vt peccatores addeant iustos pro se rogantes: quia ipsi de congruo merentur alicui peccatori veniam interdum & impetrant. Hiero. super Matt. Modò saluator rogatus,modo vltro curat egrotos: ostendens se contra

A contra peccatorũ quoque passiones super præcibus sæpe annuere fideliũ. & ea quæ ipsi minime in se intelligũt,vel intelligenda dare vel nõ intellecta dimittere. Hæc ille. Et videtur innuere ꝙ ista mulier excessum mentis,ac frenesim ab infirmitate pateretur. ¶ Quantum ad secundũ tangit vniuersalis curatio infirmorum:cum dicitur. (Cum sol autem occidisset omnes qui habebant infirmos varijs langoribus: ducebant eos ad eum) Sed quare expectauerũt solis occasum? Ad hoc dicit Ori. ꝙ hoc ideo fuit:quia verecundabantur in die:vel quia timebant Pharisæos:vel quia de die intenti erant circa alia:vel quia putabat ꝙ cũ esset sabbatum sanare infirmos esset illicitum nisi trãsacta die. & hãc vltimam rationem assignat etiam Theo. addens ꝙ in hoc apparet furbarum deuotio ꝙ ab incõmoditate temporis non repellebantur. Imo dicit beatus Mar. ꝙ tota ciuitas erat congregata ad ostium (At ille singulis manus imponẽs curabat omnes) Beatus Mar. dicit ꝙ curauit multos:non quasi velit dicere ꝙ aliquis non curauit: sed quia curauit omnes in veritate:vt dicit Lucas:cũ tamẽ essent multi. vt dicit Mar. Hic. notat. Gorram infamiam Iudeorũ quia & si nolebant Christum habere vt deum:debuissent tamen eum sustinere vt medicũ sanantẽ omnẽ infirmitatem. Apparent vt negligentia nostra. quia illi erãt magis soliciti ducere ad Iesum suos infirmos in corpore quam nos infirmos nostros in mente:imo alii quid à Christo prauis consilijs retrahunt. vt pote suadendo ne quis intret religionẽ,& huiusmodi cõtra illud pro-

B uer. iij. Noli prohibere benefacere illũ qui potest. Apparet etiam virtus manũ Christi quæ ex suo tactu omnem morbum curarẽt. ¶ Pro quo nota ꝙ manus Christi apparet virtuosissima. Primo, in morborum curatione,vt dictum est. Secundo,quia ex sua præuisione ostupescere prophetam fecit. Zachari. xiij. Quæ sunt plagæ istæ in medio manuum tuarũ? Et tertiò,quia illæ manus ex suppositione mortuos suscitabant. Matt. ix. Filia mea modo defuncta est, sed veni impone manum &c. Et quartò,quia per eas petrum apprehensum eripuit Christ⁹ de naufragio. Mat. xiiij. Mat. xiiij. Et quintò,quia tactu manuũ auriculã abscissam restitui seruo pontificis. Luc. xxij. Et sextò, quia ex suarũ manuum cruxifixione Diabolũ præsta uit Iob. xxvj. Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. s. de cordibus fidelium. Et septimò,quia ex palpatione,vel inspectione Thomam incredulium credere fecerit. Io. xx. Nec mirum,quia erant organũ deitatis (Exibant autẽ demonia à multis.) ad imperium Christi qui ex sua persona imperabat eis. Vnde etiam beatus Marcus dicit ꝙ mirabantur dicentes quia in potestate spiritibus immundis imperat:& obediunt ei. (clamãtia,& dicentia:ꝙ tu es filius dei) Nec tamen ista cõfessio fidei à Diabolo, vel cõsimilis erat deo grata:quia nec propter dei amorẽ facta:sed aliquo malo fine puta timore maioris pœnæ:vel vt Christum permanem gloriam eleuaret si posset. Sicut autẽ dicit Beda: Diabolus videns Christum ieiunio fatigatum verũ hominẽ intellexit:sed quia tentatio non præ-

ualuit:vtrum dei filius esset dubitabat. Nunc autē per signorū potentiam, vel intellexit,potius suspicat⁹ est esse filiū filium dei.Non ergo ideo Iudeis eum crucifigere persuasit : quia Christum siue dei filium nō esse putauit:sed quia se morte illius non præuidit esse dānā dum.De hoc enim mysterio dicit apostolus: ꝙ nemo principium huius seculi cognouit.Si enim cognouissent nūquā dominum gloriæ crucifixissent. Hæc ille.Qui non audet asserere Diabolū cognouisse Christi deitatē:sed magis declinat ad hoc vt suspicando Diabolus loqueretur,Igitur secūdū.s.Tho. veritas est ꝙ Diabolus ista dicebat per coniecturas vel tentatiuè.Veruntamē non cognouit certò ꝙ esset dei filius per naturā vsque ad Christi passionē. Sciuit autem eū esse Christum:vt dicit hic beatus Luc.dicit autē Nico.de lyr. super isto passu Mar.s.ꝙ Diabolus nū quā cognouit eū esse filiū dei vsque ad mortem:& tamen idē tenet ꝙ à principio Pharisei hoc cognouerunt contra. sanct.Tho.est mirabile ꝙ isti melius à principio cognouerunt illum quā magister eorum,& pater Diabolus in tota vita eius.Vide de hoc dominica .j.in quadragesima.Et licet Beda videatur dicere ꝙ in passione cognouit eū esse deum.tamen hoc non dicit: sed verba eius significare videntur quod erat perplexus.Et de facto in passione videns ordinē eius,& patientiā Christi,& sanctos patres exultantes in lymbo:voluit eam impedire:vt Mag hist.testatur: qa scilicet magis declinabāt ad hanc partem ꝙ deus esset,vel,quia erat perplexus,& partē securiorē eligere volebat.

Statim vero egressa anima illa Sanctā de corpore virgineo.atque deifico cognouit eam Diabolus.(Et increpans non sinebat ea loqui : quia sciebant eū esse Christum) Chry.Non enim decebat Christi mysterium lingua fœda publicari.Hæc ille.Vel secundū Theo.qa nolebat accendere inuidiam Iudeorū ex hoc ꝙ ab omnibus laudaretur.Vnde & secundū Bedam etiam ipsi apostoli præcipiuntur reticere de illo quādo eum viderunt in transfiguratione glorioſum ne diuina maiestate publica ta passio differretur. ¶ Sed contra rationem Chryso.arguitur,quia Mar.xi. noluit ꝙ prohiberetur eiectio demoniū ei qui non erat eius discipulus. Vnde Philip.Siue per occasionē,siue per veritatem annuntietur Christus : in hoc gaudio,& gaudebo.Ad hoc dicit Gerā:ꝙ ista procedunt de eo qui erat in via:sed non in doctrina. ¶ Sed cōtra: quia etiam ista demonia non errabant in doctrina : sed dicebant veritatē.Ad hoc dicit ipse ꝙ ideo isti prohibuit.Primò,ne veritati falsitatē immiscerēt.& Secundò,ne verbis eorum autoritatem ea loq permitteret.Et tertiò,vt instrue ret non appetere ab alio laudari.Vnde post ista miracula facta recessit de loco in quo ea fecerat hæc ex illo qui vi detur velle dicere ꝙ nō est similis de homine:cuius nō est proprium velle seper inducere ad falsitatē etiā cū verū dicit:& de Diabolo qui sic semper intendit.ideo compescitur vnus ne loquatur etiam si in doctrina non erret:& nō reliquus.Et sic patet ꝙ propter quinque rationes demonia ista cōpescuit Christus. ¶ Est autē in hac parte sensu mo-

rali documētū ꝙ varia sunt peccatorū genera diuersam exigētia medicinam. sicut sunt diuersi corporales langores. Est enim quędam febris quotidiana significans:gulā:quæ quotidie hominem inuadit.Quæ vero dicitur effimera ab effimero pisce:qui eodem die nascitur & moritur: & significat subito ire motum:q̄ debet sīniri ante solis occasum. Quædam etiam est erratica.quæ accidit horis incertis : & significat inuidiā quæ recidit quando aliquis vituperatur : sed quoties audit laudationes,toties innouantur accessiones , Quædam etiam dicitur tertiana:qua laborant cō triti,& confessi:sed satisfacere non volentes.Quædam etiam dicitur cōtinua qua laborant auari,& maximè vsurarij qui spoliant pauperem continuè nocte & die etiam in diebus festis : quia semper currit interesse.Quædm etiam est etiam est quartana significās superbia: quæ quatuor species habet vel significat peccatum ex consuetudine: vt prima dies sit suggestio,secūda consensus, tertia opus,quarta cōsuetudo.Ista differenter curatur.Quædam etiam etiā est cētrica quæ fundatur,& radicatur in mē bris & naturalē humiditatem cōsumit: & significat tristitiam illam de qua dicitur.ij.Corin.vij.Seculi tristitia mortem operatur:¶ Aliud est morale documentum:vt nunquā credamus Diabolo onbiurgetiam si vera loquatur , qui qui semper ad decipiendum loquitur. Et ad hoc significandū Christus eū tacere iubebat. ¶ Quantum ad tertium tangitur spiritualis cōtēplatio cū dicitur (facta aūt die egressus) extra frequentiā populi(ibat in desectum locū) adorandū:sicut dicit beatus Marcus :& etiā vt dicit Chry.quia oportebat post miracula factaeū aliqñ absentari qa maiora putantur: vt ait,miracula post absentiā operantis.Et turbæ requirebant eū)Ecce in quāta erat veneratione:qa multitudo exibat ad eū in desertū etiā nesciēdo vbi esset.sed requirendo. (Et venerunt vsque ad ipsum) Contrà: quia dicit Mar.ꝙ apostoli sunt qui venerunt vsque ad illum?& dixerūt,quia dicit Mar.ꝙ apostoli sunt qui venerūt vsque ad illū : & dixerunt,quia omnes quærūt te.Ad hoc dicit Græcus:ꝙ post apostolos etiam populi peruenernnt ad illū , apostolorum sequendo vestigia(& detinebant eum)quantum in se erat(ne discederet ab eis) &,hoc quia attrahebantur dulcedine aspectus ,& verborum eius,& miraculorū gloria. Isti autē vt ait Chry.neque scribe , neque Pharisei erant:quia illi in miracu lis eius scandalibantur. ¶ Quibus ille. ait,quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare) id est , prædicare (regnum dei) id est Euangelium siue annuntiationem regni dei (quia ideo missus sum) Beatus Marcus dicit,quia ad hoc veni : sed vtrunque verum est. Non enim repugnat aliquē mitti ab alio,& ipsum venire cōsentiēdo missioni.1mo dico ꝙ filius dei seipsum misit, vt dictū est,feria qninta ,post primum dominicā quadragesimæ (& erat prædicans) assiduè,& frequēter(in synagogis galilææ.) ¶ Inhac parte habet prædicator morale documentū vt post sermones suos ad desertum contemplationis secedat,vt hauriat à deo quod spargat populo psal.Dominus dabit ver-

I bum euangelizantibus. Multi autē nun
quam bona loquuntur nisi in ambone:
tota die vacantes nugis, aut leuitatibus
& consequentur non hauriunt contem
plando quæ docent: sed legendo, & con
sequenter docent insipidè: quia illa ver
ba non veniunt à corde sed à codice.

Feria.vj.post do.iij.xl.

Io.ca.iiij.

K VEnit Iesus in ciuita
tem samariæ quę di
citur Sichar iuxta
prædium quod de-
dit Iacob Ioseph filio suo. Erat
autem ibi, fons Iacob. Iesus er-
go fatigatus ex itinere sedebat
sic super fontem. Hora autem
L erat quasi sexta. venit mulier
de Samaria haurire aquam. Di
cit ei Iesus, Da mihi bibere. Di
scipuli autem eius abierant in
ciuitatem vt cibos emerent. Di
cit ergo ei mulier illa Samari-
tana. Quomodo tu Iudæus cū
sis bibere à me poscis quę sum
M mulier Samaritana, non enim
coūtuntur Iudæi Samaritanis?
Respondit Iesus & dicit ei. Si
scires donum Dei, & quis est,
qui dicit tibi da mihi bibere tu
forsitan petisses ab eo, & de-
disset tibi aquam viuam Dicit
ei mulier, Domine, neque in
quo haurias habes: & puteus
altus est: Vnde ergo habes a
quam viuam? Nunquid tu ma
ior es patre nostro Iacob, qui
dedit nobis puteum hunc, &
ipse ex eo bibit, & filii eius, &
pecora eius? Respondit Iesus
& dixit ei: omnis qui biberit
ex aqua hac sitiet iterum. Qui
autem biberit ex aqua quā ego
dabo ei, non sitiet in æternum
sed aqua quam ego dabo ei fiet
in eo fons aquæ salientis in vi
tam ætern. Dicit ad eum mu
lier. Dñe, da mihi hanc aquam
vt non sitiam, neque veniā hu
haurire. Dicit ei Iesus vade v
ca virum tuum, & veni huc. R
spondit mulier, & dixit. Non
habeo virum. Dixit ei Iesus
Bene dixisti: quia non habe
virum. Quinque enim viros h
buisti, & hunc quem habes n
est tuus vir. Hoc verè dixisti
Dixit ei mulier, Domine v
deo quia propheta es tu: Patres
nostri in monte hoc adorauē
runt: & vos dicitis quia Hiero
solymis est locus vbi adorare
oportet. Dicit ei Iesus, mulier
crede mihi, quia venit hora qū
neque in mōte hoc neq; in Hie
ro

A rosolymis adorabitis patrem.
Vos adoratis q̄ nescitis mos a-
doramus quod scimus, quia sa-
lus ex Iudæis est, sed venit ho-
ra, & nunc est, qñ veri adorato
res adorabunt patrem in spiri-
tu, & veritate. Nam & pater ta-
les quærit qui adorēt eum. Spi
B ritus est deus & eos qui adorāt
eum in spiritu, & veritate opor
tet adorare. Dicit ei mulier, scio
quia Messias venit, qui dicitur
Christus. Cum ergo venerit il
le nobis anuntiabit omnia. Di
cit ei Iesus ego sumqui loquor
tecum. Et continuo venerunt
C discipuli eius, & mirabantur:
quia cum muliere loquebatur.
Nemo tamen dixit quid quæ-
ris aut quid loqueris cum ea.
Reliquit ergo hydriam suā mu
lier, & abiit in ciuitatem & di-
cit illis hominibus. Venite, &
videte hominē, qui dixit mihi
D oīa quæcunque feci. Nunquid
ipse est xp̄s. Exierunt de ciui-
tate & veniebant ad eū. Interea
rogabant eū discipuli dicentes.
Rabbi manduca. Ille aūt dixit
eis. Ego cibum habeo manduca
re: quē vos nescitis. Dicebāt er
go discipuli ad inuicē. Nūquid
aliquis attulit ei māducare. Di- E
cit ei Iesus Meus cibus est vt fa
ciat volūtatē eius qui misit me
vt perficiam opus eius. Nonne
vos dicitis q̄ adhuc quatuor mē
ses sunt, & messis venit? Ecce
dico vobis Leuate oculos ve-
stros & videte regiones: quia
albæ sunt iam ad messes. Et qui F
metit mercedem accipit, & con
gregat fructum in vitam æter-
nam, vt & q̄ seminat simul gau
deat, & qui metit. In hoc enim
est verbū verum: quia alius est
qui seminat & alius est qui me
tit. Ego misi vos metere quod
vos non laborastis. Alii labora G
uerūt & vos in labores eorū in-
troistis. Ex ciuitate aūt illa mul
ti crediderūt in eum Samarita
norum propter verbū mulieris
testimoniū perhibentis quia di
xit mihi omnia quæcūque fe-
ci. Cum venissent ergo ad illū
Samaritani rogauerūt eum vt H
ibi maneret. & mansit ibi duos
dies. Et multo plures credide-
rūt propter sermonem eius. Et
mulieri dicebant quia iam non
p̄pter tuā loquelā credim⁹. Ip
si enim audiuimus & scimus q̄
hic est verè saluator mundi.

J VENIT IESVS IN CIuitatem Samarie &c.) Ioan. iij. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt Christi cognitio. Dubii prepositio & populi illuminatio. ¶ Quantum ad primum tangitur quo modo Samaritana christum agnouit esse propheta cum dicitur (Venit Iesus) non ex principali intentione: sed quia volens à Iudea de-
K clinare propter phariseorum inuidiam & ire in Galileam: oportebat eum vt dicit. B. Io. transire per mediam Samariã. i. per mediã regionem ciuitatis quæ olim Samaria: nunc autẽ Sebaste dicebaẽ. Vnde & S. Tho. dicit euangelistam prius dixisse oportebat eum trãsire per mediam Samariã: vt ostenderet ꝙ non ex proposito: sed ex necessitate illue
L iuit: & consequenter non videretur cõtrarius sibiipsi dicenti Mat. x. In viam gẽtium ne abieritis: (in ciuitatẽ Samarie). i. regionis sic dicte à Samaria ciuitate: (quæ diciẽ Sichar) corrupto vocabulo: vt dicit Mag. hist. ꝙ secundum linguam Samaritanorum. Nam secundũ linguam hebraicã dicebaẽ Siché. & est secundum Chrys. & S. Th. locus in quo Simeon & Leui fecerunt vindictã pro Dina sorore sua vi oppressa: vt dicitur
M Gene. xxxiiij Hanc ciuitatẽ secundum Theo. desertã factã ab iisdem filiis Iacob dedit ipse Iacob. Ioseph extra fratres suos. Et hoc est quod subditur. (Iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.) ¶ Nota vt dicit. s. Tho. quod ista ciuitas non fuit illud prædium: sed fuit iuxta illud predium id est agrum: secundum S. Thom. vel villam secundum Chrys. Et re vera sunt idem ager seu villa, id est, ager habitatus & prædium aliquod: quia tunc villa seu ager sumit rationem prædii quando prædium aliis bonis datur: siue, vt vulgõ dicitur ante partem. Pro hoc nota quod Iacob veniens de Mesopotamia emit agrum ab Emon principe ciuitatis Sichem, vt habetur Gen. xxxiij. sed propter raptu Dinæ filiæ suæ fuerunt habitatores ciuitatis occisi à filiis Iacob: & sic ciuitas cessit in possessionem eius. Vtrunque ergo agrum scilicet & ciuitatem dedit Ioseph filio suo ante seu præter vel vltra partem suam. De prædio habetur hic de ciuitate verò Gene. xlviij.) Fons autem ibi fons Iacob) id est puteus, sed Aug. Omnis enim puteus fons est: non è contrario: nisi sit in profundo terre. Sicut autem testatur magister historie Quidam dicunt hunc locum esse in quem semel in anno radius solis directè descendit in puteum. Sed hoc est impossibile: quia extra tropicum est id est in quarto climate in quo est Hierusalem. ¶ Sed quare euangelista facit mentionem de istis? Ad hoc dicit Theo. quod est. Primo, vt non mireris quando infra mulier dicet Pater noster Iacob dedit nobis hunc fontem. Secundo vt intelligas Iudeos per infidelitatem perdidisse quod patriarchæ per fidem acquisierunt. & Tertio secundum S. Th. vt detur occasio disputandi de fonte spirituali qui est spiritussanctus: de quo Christus differere volebat (Iesus ergo fatigatus ex itinere. Sed quare fatigatus? Quia sine iumento, & velociter incessaret secundum Chry. Sed quare velociter? Vt fugeret phariseorũ inuidiã & Samaritanorum procuraret salutem scile-

A (sedebat sic supra fontẽ) lassus propter laborem & sitiens propter calorem: & vtrunq; volens releuare sedendo iuxta fontem. In hoc autem secũdum Sanct. Tho. dat nobis exemplum non fugiendi laborem pro salute aliorum: quia fatigatus, & exemplum paupertatis, quia sedebat sic. i. super nudam terram. Hæc ille. (Hora autem erat quasi. vj. (. i. erat quasi media dies. Nam dies artificialis
B habet. xij. horas, sed inæquales, quia hora secundum Isido. est ascensus dimidii signi zodiaci. Ascendunt autem in die siue longa, siue breui sex signa & sex in nocte secundum Ptol. & omnes astrologos: non autem omnia signa æquè velociter aut tarde ascendunt? ideo variatur quãtitas horarum. Sedit ergo Christus propter laborem: & propter calorem &
C vt expectaret discipulos qui iuerant in ciuitatem & mulierẽ quam sciebat venturam: ad quam volebat effundere sapientiam suam. (Venit mulier de samaria). i. Samaritana siue de Sichar, quæ est ciuitas Samariæ: non autem de Samaria. i. ciuitate sic dicta (haurire aquã. Dicit eis Iesus) sitibundus ex itinere & calore: sed magis ex charitatis ardore: quærens occasiones salutis eius. (Da
D mihi bibere.) Sed quia posset aliquis dicere, quare non magis imperabat discipulis vt haurirent. Respondet euangelista. quod solus erat dicens, Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent: & super fontem tanquam pauperes comederent propter humilitatem: vel vt declinarent hospitia gentilium. Scilicet quare dominus solus remansit? Ad hoc dicitur Chrysosto. & Sanct. Thom. quod hoc fecit ad exemplum humilitatis discipulis suis. Sed E
contra quia cùm fuerint vilis conditionis: non erat necesse eos assuescere humilitati. Sed dicit Sanct. Thom. quod huiusmodi piscatores repẽte facti sunt reuerentiores omnibus regibus facundiores philosophis, & domini orbis terrarum: & tales sic repente promoti cõ
F sueuerunt superbire: vtpote tanti honoris expertes. Sed quomodo emebant cibos gentilium: cum essent cibi immundi secundum legem. Ad hoc dico. Primo, secum habebant dominum qui poterat dispensare. Vel secũdo dico quod licitum erat viatoribus aliquos cibos emere, scilicet mundos. Vnde noluit discipulos mendicare: quia mendicantis est omnem accipere cibum mundum: & immundum quod si fecissent scandalizassent Samaritas) tanquã legis transG
gressores. Et iterum ne viderent verbũ prædicationis sub commodo temporali ponere. Vel fortè: quia non inuenissent gratis. Vnde & Luc. ix. dicit quod discipuli intrauerunt ciuitates Samaritanorum vt parerent illi: & non recepe runt eum. ¶ Sed quare tunc christus habuit pecuniam: cum dixerit Matth. x. neq; pecuniam in zonis? Ad hoc Chrys. & Hiero. dicunt quod pecunias habuit propter necessitates pauperum. Et secũH
dum August. in hoc voluit dare exemplum ecclesiæ seruandi necessaria, ne propter inopiam fideles iustitiam deserant. Quod autem dicitur Matt. x. dico secundum ea quæ diximus dominica. iiij. aduẽtus quod in illis verbis christus nihil præcepit secundum Aug. sed licentiam dedit accipiendi sumptus ab auditoribus. Dato tamen, quod fue-

rit

rit ibi præceptum vt dicit Hiero. Dico quòd illud intelligebatur quò ad singulos apostolorum: vt scilicet non haberent pecunias: cum quo stat quòd haberent in communi: sicut in religionibus patet: & hoc quandiu prædicabant in populo dei qui consueuerat doctoribus prouidere. Vnde tempore passionis qñ missurus erat eos paulò pòst ad gentes ista reuocauit dicens. qui habet saccu-
K lum ideſt bursam tollat. similiter & peram. Luc. xxij. cap. (Dicit ergo ei illa mulier Samaritana.) ¶ Vbi notandum est sacra scriptura & variis chronicis, & doctoribus quòd Iudeorum populus j. decem tribus Israel propter suas iniquitates ab Assyrorum rege captiuatus: in babyloniam aductus est. Sed ne terra redigeretur in solitudinem sublatis inde cultoribus: missi sunt gentiles ab eodem rege in Samariam, vt in-
L colerent regionẽ: à qua & Samaritani, vel Samaritæ dicti sunt. Tunc vero Dominus Deus vt ostenderet populũ suum non propter suam, impotentiam: sed propter eius nequitiam fuisse captiuatum: immisit leones qui istos Samaritas idololatras passim vastabant Habito verò consilio conclusum est hoc ideo illis accidisse: quia non seruabant
M legitima dei terræ ideſt dei omnipotẽtis qui terram illã dederat populo suo. Quamobrem misit rex aliquos ex Dei sacerdotibus: vt populum istum docerent deum cœli colere: & ipsi quidem legem, ideſt quinque libros Moysi receperunt: & Dominum simul idolaque colebant: saltem à principio. Post spatium vero temporis etiam reliquus Iudæorum populus ideſt duæ tribus sunt captiuatæ, & in babyloniam ductæ vbi per lxx. annos fuere in dura seruitute duorum criminum pœnas exoluentes. Post quod tempus ipsis reuersis à Babylone in Hierusalem: semper infesti fuerunt Samaritæ: & tanta inter eos fuit discordia, & inimicitia vt nunquàm inter ne conuenirent. Iudæi etiam Samaritanos exosos habebant propterea quòd tanquàm gentiles immundos cum cæteris reputabant, & tanquam excommunicatos. Tum quia colebant idola. Tum quia adorabant Deum extra templum Hierosolymitanum ideſt in monte Samariæ qui dicebatur Garizim. Tũ quia priuauerant eos hæreditate locus patris sui ideſt prædio prædicto. Vnde nec vasculis eorum vtebantur. Quam obrem ista mulier ex loquela, & habitu cognoscens christum esse Iudæum dixit ei, (Quomodo tu cùm Iudæus sis a bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana) Quod verò sequitur. (Non enim conueniũt Iudæi Samaritanis) potest esse verbum mulieris, & euangelistæ: & sensus est: quòd Iudæi nõ vtuntur vasis Samaritanorum. hic mouet Chryso. quæstionem. Quomodo scilicet christus ab ista petiuit bibere legem non concedente? Ad quam dicitur: q in tali necessitate cuilibet licuisset necessaria à gentibus accipere: & quòd ipse erat dominus legis vt dicitis. Tho. Vnde aliquando legalia obseruabat: ostendens ea fuisse bona. aliquando nõ obseruabat: ostendens quia in breui desicerent. Possumus fortè etiam dicere quòd nunquàm hoc fuit indultum legi expresse prohibitum: quanuis interdicta fuerit Iudæis amicitia, & fœdus cũ

A talibus (Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donum dei) ideſt quanta gratia, & quantum bonum sit hoc quòd ego vobis bibere aquam tuam. Vel si scires donum Dei, ideſt gratiam Spiritussancti qui est primum domum in quo alia dona donantur. Vnde secundùm Aug. donum dei est Spiritussanctus. Vel secundùm eundem est, gratia facta mundo illo tempore quando deus sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitũ daret. Si scires, inquit, donum Dei. (& quis est qui dicit tibi da mihi bibere) quia est creator aquarum. & dominus vniuersorum: licet gerat formam mendici (forsan petisses ab eo) qui in gratia, & misericordia est copiosus (& dedisset tibi) Ex quo notat Augu. neminẽ accipere diuinum donum ex non quæ rentibus illud. Ipsum enim saluatorem C iubet pater petere: vt det illi: iuxta illud. Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. Et saluator dicit: Petite, & dabitur vobis. Hæc ille. Dicit autem forsan secundùm. S. Tho. ad innuẽdam arbitrii libertatem: qua cognoscẽtes Dei donum possunt id petere, & nõ petere. Sed est dubitatio verbis Augu. Paulus enim in sua conuersione accepit donum Dei quòd non petebat. sed D impugnabat, & similiter multi peccatores. Sed dicendum est quòd nunquam, Deus homini suam gratiam infundit secundùm modum consuetum iustificã dignũ si illam desyderet habere quod est petere donum dei cùm apud deum ipsum desyderium sit oratio, & petitio quædam. Sed tamen istud desyderium habendi donum Dei quod ex nostra libertate stante dei generali influentia procedit aliquando Deus statim mentibus infundit, vel ad illud mouet: vt in Paulo aliquando paulatim nos ad illud prouocat. Augu. ergo loquitur secundũ consuetum modum iustificandi: non secundùm miraculosum qui fuit in Paulo: quauuis etiam Paulus non fuerit iustificatus nolens: sed volens: quia qui fecit te sine te scilicet faciente, & consentiente non saluabit te sine te consentiente: licet saluet te sine te saluante. Et F idem videtur de iustificatione adulti: quòd verum est de habituali, vel actuali consensu. de Paulo tamen. S. Thom. in secunda distinctio. decimooctauo articul. quarto. ad tertium tenet quòd ipse ad gratiam se præparauit sumpta occasione ex luce corporali: quæ illum deiecit, ac terruit. Et tamen hoc non obstante illa conuersio fuit miraculosa vt G patet. j. ij. quæstio. ciiij. articu. x. Et hoc quantum ad duo: vt ibi innuitur: scilicet quãtum ad ipsam exteriorem occasionem: & quantum ad subitam perfectionem magnam gratiæ: ad quàm Paulus statim ex statu peccati mortalis peruenit, quod est contra consuetum modum iustificandi. (Aquam viuam) ideſt gratiã Spiritussancti quæ abluit à peccatis: refrigerat à carnalibus desyderiis & fœcundat in productione bonarum H herbarum ideſt bonarum cogitationũ, & locutionum, & actionum. Dicitur autem aqua viua secundùm Augu. super Ioan. quæ continuatur, & coniungitur suo principio: vnde manat. Mortua vero omnis aqua collecta etiam si de fonte manasset: dummodo sit meatus interruptus. Gratia autem Spiritussancti cõiungit Deo: tanquàm omnium bonorũ fonti:

I fonti:cùm nunquàm sit in anima nisi deo eam specialiter inhabitante: ideo aqua viua est:sed fides,& alia dona sine gratia non coniungunt Deo:vnde mortua dicuntur.(Dicit ei mulier)quæ nõ dum intelligebat secundùm Aug.quòd de aqua spirituali,& non de corporali loquebatur.(Domine neq; in quo haurias habes,& puteus altus est)hæc mulier ex locutione christi paulatim ad
K altiora eleuatur.Nam primo:recognouit eum tanquàm Iudæum.Nunc autẽ exhibens ei reuerentiam dominum eũ vocat:& se ad eius doctrinam humiliat nec audet ei contradicere:sed ostendit quòd eit de puteo illo aquam dare non potest.& quærit quomodo eam dare possit dicens,(Vnde ergo habes aquam viuam)scilicet ista meliorem,quasi diceret,Libenter hanc haberem: sed non
L video quomodo possis tribuere.Augu. Pulsat,vt aperiat magister quod clausum est.Hæc ille(Nunquid tu maior es patre nostro Iacob)q fuit ista aqua contentus.&(qui dedit nobis puteum istum)Quasi di.Meliorem aquam Iacob vtique dedisset si eam habuisset.Et ne quis dicat quod Iacob retinuit meliorem pro se.Ideo secundùm Chryso. subiungit.(Et ipse ex eo bibit & filii
M eius,& pecora eius.)In quo secundùm Theo.& pretiositas,& abundantia notatur aquarum.Sed quare ista cùm esset gentilis Iacob dixit patrem suum? Ad hoc dicitur secundùm Chryso. Primo quòd Samaritæ se in nobilitatẽ Iudaicam impellebant ideſt faciebant se de domo Iudæorum & Abraam dicebant patrem suum:quia fuit Caldeus.& ipsi etiam de Chaldea fuerunt adducti in Iudæam per regem Assyriorum.Sed d Iacob etiam patrem vocabant quia Abraam nepotem.Secundò, secundùm S.Thom.& Bed.quia Deum Iudæorum colebant:& legem Moysi quantum ad ritus,& sacrificia seruabant:licet simul cum hoc idola colerent, & adorarent. Secundò, secundùm Sanctum Thomam quia continuè beneficia Iacob. experiebantur:quia bibebãt aquam.& inhabitabant terram,quæ fuerat Iacob.) Respondit Iesus,& dixit ei) volens iam eam ad spiritualem aquam eleuare(omnis qui biberit ex aqua hac) corporali(siti & iterum)scilicet,nisi mors interuenerit:quia ista non habet effectum perpetuum.(Qui autem biberit ex aqua,quam ego dabo ei) ideſt gestauerit gratiam Spiritussancti.(non sitiet in æternum)Quasi diceret,secundùm Chryso. Si mirabilis fuit Iacob qui hanc aquam dedit:si dabo tibi multò,ac potiorem quid dices? Non autem ab accusatione:sed ex superemincntia comparationem facit.Hæc ille.Et intendit quod Christus non vilificat aquam Iacob:sed ostendit suam esse meliorem . Quòd est contra illos qui cõparationes facere nesciunt nisi detrahendo,Sed contra ista videtur illud Ecclesiastici vigesimoquarto.Qui bibunt me.adhuc sitient.Ad hoc dico quòd itis spiritualis tripliciter accipitur.Vno modo, prout sitire sit idem quòd cum auiditate, siue fastidio bibere : & sic beati Deum sitiunt videre. Secundo, pro appetitu.melius,& perfectius habẽdi id quod inperfectè habetur : & sic qui bibunt Deum per gratiam : adhuc sitiunt illum per gloriam. Qui autem sunt

A sunt in gloria, non sitiunt isto modo: quia contenti sunt non solum de re habita:sed etiam de modo habendi: quasi totaliter conformes diuinæ voluntati. Et istis duobus modis loquitur Ecclesiasticus.Tertio modo dicitur sitis, appetitus alterius rei ab ea quæ iam est habita.Et sic qui biberit ex aqua gratiæ:stante illa non sitiet:quia non desyderabit rem finaliter,siue tãquàm vltimum finem,aliam ab ea quam per gra
B tiam bibit ideſt aliam à Deo:quia talium appetitus quiescunt in deo tanquàm in suo fine: quod est quiescere quietæ desyderii,& non quietæ motus in desyderatum(Sed aqua)id est Spiritussanctus secundùm Sanctus Thoma. (quam ego dabo ei)per gratiam gratum facientem(fiet in eo fons) Sicut
C enim ex fonte continuò emanant aquæ ita ex mente habente Spiritum sanctum continue profluunt bonæ cogitationes.Et sicut habens fontem in stomacho sitire non posset: ita secundùm Chrysostomum qui hanc habet aquam in corde,non potest aliud sitire(aquæ salientis)ideſt salire facientis (in vitam æternam.)Primò,per desyderium.
D Aqua enim tantum potest ascendere quantum descendit.Vnde quia gratia Spiritussancti de cœlo descendit: facit in cœlum conscendere. Secundò, per meritoria opera quibus æternam vitam meremur:vt sunt facta in gratia Spiritussancti . Tertiò , per gustum & quandam præmii participationem.Est enim tanquam pignus, & arra,& consequenter pars æternæ felicitatis.nihil enim aliud est gloria quã gratia consummata: & gratia est gloE ria inchoata.Et hæc dico sumendo gloriam vt pertinet ad essentiam animæ glorioſæ:quia sic est gratia . Vt verò pertinet gloria ad potentias animæ glorioſas:quasi habitus est essentialiter lumen gloriæ existens in intellectu : & quasi actus:est ipsa beata visio per illum habitum,& speciem increatam elicita:quia visio est tota merces secundùm Augustſcilicet essentialiter: licet
F consequatur gaudium magnum.Vt verò gloria pertinet ad corpus gloriosum:est claritas,& aliæ dotes eius.(Dicit ad eum mulier)necdum scilicet plenè luminata:sed carnaliter intelligens secundùm Augustea quæ dicebantur. Verumtamen secundùm Chrysostomum iam præponebat christum ipsi Iacob. quia hanc aquam superiorem sensibili credebat: attamen quid esset
G ignorabat.(Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam , neque veniam huc haurire) Vtrumque enim erat ei oneroſum scilicet sitire,& deferre aquã (Dixit ei Iesus:Vade voca virum tuũ) ideſt illum quo vt viro vteris : qui est tuus per vsum,non per matrimonium (& veni huc.)Quod secundùm Chrysostomum dixit christus vt etiam vir particeps esset huius doni:secundùm alios vero:quia ista mulier non plenè H capiebat verba christi:voluit eam eleuare per hoc quòd secreta & occulta scire se posse demonstraturus erat.Ista enim adulterum tenebat qui maritus putabatur:& hoc christus se scire volebat ostẽdere.Id quæ manifestissimè ex verbis euangelici textus nostri elicere possumus cuius verba superiùs retuli ideo nõ refero.Illa verò secũdũ Chrys.

auida

Iauida habendi illud donum: & volens occultare adulterium, quasi ad hominē loquitur dicens (Non habeo virum) in quo secundum Chry. mentitur. Cōtrà: quia statim sequitur. (Dicit ei Iesus. Bene dixisti: quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti) legitimos coniuges) & nunc quem habes nō est tuus vir) In quibus verbis Christus ostendit se scire secreta: & mulierem K vera dixisse: contra Chrys. Ad hoc dici potest quòd mulier nō habebat virum verè, sicut dicit Christus: sed tamen habebat illum secundum hominum opinionem: quod ipsa negare voluit credens, quòd Christum lateret tam hoc quàm illud. Chry. Mulier, autē à Christo reprehensa, non contristata est, neque dimittens fugit: sed admiratur magis, & immoratur. Vnde subditur (Dicit ei mulier. Domine video, quia propheta es tu) quasi diceret. In hoc quòd mihi occulta dicis ostenderis propheta esse. Hæc ille. ¶ In hac parte est documentum morale. quod Chry. tangit dicens: Christus in Samariam accedens: facilem, & delitiosam vitam abiiciens: doloroſam verò sequens non subiugalibus vtitur: sed ita difficulter incedit. vt ex itinere fatigetur: erudiens nos, ita M à superfluis alienos esse: vt multa necessaria abscindamus à nobis. Hæc ille. ¶ Quantum ad secundum punctum Euangelii tangitur dubii propositio: quia mulier agnito quòd Christus esset propheta: statim proposuit ei dubium spirituale de salute animæ. Scien dum est autem sicut testatur Aug. quòd contentio fuit inter Iudæos & Samaritas de loco adorationis. Sicut enim Iudæi in Hierusalem habebant templum Salomonis: ita & isti habebant tēplum similiter in monte Garizim. Causa verò huius templi in monte Garizim secundum aliquos fuit: quia Iudæi reuersi à captiuate Babylonica noluerunt Samaritanos socios habere in ædificatione templi. vt habetur. j. Esdr. iiij. ideo illi fecerunt sibi locum adorationis alium in dicto monte. Sed secundum Iosephum causa fuit: quia quidam Iudæus nomine Manasses duxit vxorem filiam principis Samaritanorum. Et quia apud Iudæos summum sacerdotium erat valde honorificum rogauit socerum ædificare tēplum in monte Garizim vbi sacerdotio fungeretur. vt habetur. xj. Antiqui Iudæi ergo N dicit Aug. in templo à Salomone fa adorandum Deum esse dicebant. Samaritani econtrà adorandum dicebant in monte vbi adorauerant patriarchæ. de quibus constabat quòd Deo placuerunt. Hæc ergo mulier agnito quòd Christus propheta esset statim hanc proposuit quæstionem. Vnde sequitur. (Patres nostri). i. Abraam secundum Chry. & alii patriarchæ (in monte hoc) qui dicebatur Dominus videbit secundum Chryso. in quo. s. Abraam obtulit Isaac. Vel secundum Magistrum Hist. loquitur de mōte Garizim in quo adorauerunt filii Iacob: vt habetur Deut. xj. Sciendum autem quòd mons in quo Abraam obtulit Isaac: secundum Magistrum Hist. fuit mons Moria: in quo post fabricatum est templum secūdum Hebreos: vnde non potuit fuisse in Samaria cùm esset intra muros Hierusalem Chry. autē non loquitur assertiue sed

A sed dicit quòd aiunt hoc. s. ipsi Samaritani. Ideo iste mons fuit Garizim. (adorauerunt) & consequēter videtur quòd locus sit adorationis. (Vos autem), scilicet Iudæi dicitis quia Hierosolymis est locus vbi oportet adorare.) Quasi diceret, Dissolue mihi hanc quæstionē. Erat autem ista veritas: quia si per adorationem intelligamus omnes actus latriæ etiam sacrificium sicut videbātur B isti intelligere sic Iudæi erant pro veritate: quia post ædificationem templi solùm in Hierusalē erat licitum sacrificare populo Dei, & eadem ratione vt videtur omnibus aduenis qui incolebant terram Dei: & subiecerant se legi Moysi vt Samaritæ. Nam Deut. xij. expresse hoc lex mandauit. Dato tamen quòd potuissent fortè licitè sacrificare C in Garizim Samaritani: cōuenientior tamen locus erat electus à Deo. i. templum in Hierusalem. Si vero per adorare intelligantur actus latrię circa sacrificium: vbique licebat adorare. Vnde Iudæi habentes vnicum tēplum habebāt multas synagogas. Sed Christus non dissoluit quæstionē vt alterum locum præferret: sed ostendit quid esset futurum, & etiam Iudæos præfert Samaritis. Vnde sequitur. (Dicitur ei Ie- D sus Mulier, crede mihi.) Fidem exegit secundum Fulgentium: quia quædam spiritualia erat ei dicturus (quia venit) i. in proximo est, vt veniat (hora). i. tēpus Euangelicæ doctrinæ secundū Raba. (quando, neque in monte hoc, nepue in Hierosolymis) plus quàm in aliis locis (adorabitis patrem.) Quasi diceret, Hucusque fuit quæstio de loco adorationis: sed modo in ianuis est tempus, vt vbique adoretur. Deus congruè: & E in toto mundo sacrificetur. Vel hoc dicit: quia in breui gentilium cultus erat destruendus, & templum in Hierusalem comburendum: vt ex vtroque populo fieret vnus, scilicet gētium, & Iudæorum. Dominus tamen neutrum locum prætulit, verumtamen reuerētiores Iudæos iudicauit secundum Chry. non à loco: sed à fide, & mente: cùm dicit, (Vos) scilicet Samaritani (adoratis F quod nescitis) quia vt dicit Chry. duplicem circa Deum habebant errorem: quia Deum corporeum credebant, & consequeuter in vno loco tantum adorandum. Et iterum Deos plures credebant: vnde etiam forte tunc idola simul cum Deo colebant. (Nos autem). s. Iudæi quibus Christus secundum Chrys. se connumerat: quasi vnus ex adorantibus, cùm sit adoratus propter mulieris opinionē (adoramus quod scimus) G quia tales errores non habemus, imò apud Iudæos est vera Dei cognitio (quia salus) totius mundi (ex Iudæis est.) Tripliciter autē est salus est ex Iudæis. Primò, quantum ad doctrinam veritatis: quia acceperunt legē: per quam idololatria, & omnis error circa Deum condemnantur. Secundo, quantum ad dona spiritualia: quia prophetia, & alia H dona Spiritussancti primò data sunt eis. i. apostolis, & fidelibus primis qui omnes, vel quasi omnes fuerunt Iudæi: & ex eis deriuata ad gentes. Tertiò, quantum ad ipsum autorem salutis qui ex eis secundum carnem processit. Veruntamen, quia etiam ille modus adorandi Iudæorum, & sacrificandi habebat cessare, subditur. (Sed venit hora)

id est, veniet tẽpus gratię: & ne æstimes quòd in longũ prophetá vt alii prophetæ secundũ Chry. Ideo addo ꝙ (& nũc est). i. in proximo secundũ Chry. vel in præsenti secundũ Aug. quia iam aliqui spiritualiter adorabãt perfectè credentes: vt apostoli, & Simeon, & Anna. Sed melior est expositio Chry. (vt patet cũ subditur. (Quando veri adoratores). i. Christiani, qui veri dicũtur, adoratores
K respectu Samaritanorũ quorum adoratio erat ex parte Diabolica. & respectu Iudæorũ secundum Chry. quorum adoratio erat vmbratica, & figuralis. cùm Deum quibusdã carnalibus sacrificiis colerẽt. Vel veri adoratores secũdum eundẽ Chry. sunt qui pro veris. i. æternis bonis adorãt, vt Christiani maximè (adorabunt) in futurũ: per adorationem etiam intelligendo sacrificium
L (in spiritu, & veritate). i. spiritualiter, & veraciter: & nõ carnaliter: neq; vmbraticè vt Iudæi. (Nam & pater). i. Deus (tales quærit: qui adorarẽt eum) scilicet spiritualiter, & verè. Nam sicut dicit Chry. S. Thomo & Rabbi Moyses Iudæus. Carnalia sacrificia veteris legis Deus nõ instituit quasi sibi essent grata: sed ne ille populus qui ad talia pronus erat offerret eam idolis iuxta
M consuetudinẽ totius mundi: iussit Dominus ea offerri sibi. assignat autẽ Dominus rationẽ quare Deus spiritualem diligat cultũ dicẽs (Spiritus est Deus) i. spiritualis substantia: omnis autẽ spiritualis substãtia non est in loco, vel nõ dependet à loco secũdum Boet. & communem sapientum conceptionẽ: & similiter est immaterialis secundum saniorem opinionẽ: & similiter immixta, & separata à phãtasmatibus, & cõcupiscentiis, Quia ergo Deus est Spiritus non circũscriptibilis loco, non debet in vno tãtum loco adorari. Et quia immaterialis: non debet carnaliter coli. Et quia immixtus, debet cum pũritate colitemplationis, & affectionis: sicut cõlunt Christiani. ideo subditur. (Et eos qui adorãt eum in spiritu). i. spiritualiter. ac per hoc excludũtur tria prędicta (& veritate oportet adorare) id est, veraciter: non vmbraticè. hac per hoc excluduntur specialiter carnalia Iudæorum sacrificia: quæ vmbra erant futurorum. Sed cõtra: quia videntur secundum ista malefacere Christiani: cõstituentes ecclesias ad orãdum etiam vocaliter, & cantibus. Ad hoc dico quòd aliquæ sunt orationes bonæ cõditionis essentiales: vt recta intẽtio, & iusta petitio: quædam accidẽtales: vt tempus, & locus, & voces. Dominus ergo non voluit dicere locũ esse abiiciendum quasi superfluum: sed non esse quærendum quasi necessarium: quia veri adoratores vbiq; habent Deum præsentem: & possunt vbiq; orare. aptior tamen locus est ecclesia. Et rationẽ huius vide supra, feria. vj. post caput ieiunii. Et adde illis rationibus quòd homo ab aliis ibi orãtibus prouocat & orationibus vniuersalis ecclesiæ sociatur. Impossibile est autem multorũ orationes non exaudiri secundum Hier. Possumus tamẽ & aliter dicere: quia etiam dato quòd solum in ecclesia fit orãdum: vel solum in ea tari celebrãdum: tamen ex hoc non est determinatus locus orationis, vel sacrificii: quia vbiq; potest ecclesia cõstrui, & fundari altare quãtum est ex vigore

A legis si loci natura requirat, vel patiatur. Sed quia ista mulier ad plenum Christi verba capere nequibat: vel etiam quia fortè sibi non placuerunt: quia voluisset eum dixisse, quòd in illo monte esset adorandum: ideo dicit se, & alios tempore Messiæ magis de hoc instruendos cum subditur. (Dicit ei mulier. Scio, quia Messias) Hebraicè. i. Christus Græcè secundum Aug. & la-
B tinè vnctus (venit). i. in proximo est vt veniat: vel iam venit, sed adhuc non est manifestatus. Sed vnde sciuit, cũ prophetas Samaritani non recipiant quòd veniret Christus? Ad hoc dicit Chryso. quòd ex lege scire potuerunt: quia Iacob Genẽ. xlix. Dederat signum aduentus eius ablationem principatus à Iuda. Et si idem Chryso. & Augu. dicant hoc eos ex prophetis sciuisse: per pro-
C phetas accipiunt Abraam Isaac & Iacob. Possumus etiam dicere quòd licet à principio Samaritani tantùm quinque libros Moysi recepissent & idola colerent: tamen processu temporis susceperunt prophetas: & fortè colebant Dominum tantum omnes, aut multi. Vnde sicut testatur Iosephus asserebant se Iudæos, quando Iudæi prosperabantur: & sicut etiam habetur Esdræ
D j. lib. cap. iiij. quando populus Dei rebertus est de captiuitate Babylonica: voluerunt habere partem in ædificio templi domini. Et quia ista mulier in verbis Christi intellexerat quòd cessare debebant sacrificia carnalia: & consequenter quòd alibi quàm in Hierusalem coleretur Deus: dixit (Cùm ergo venerit ille nobis annuntiabit omnia) scilicet, necessaria ad salutem. Vnde
E etiam Samaritani sperabãt saluari per Christum: (Dixit ei Ieſus) tunc postquàm eam in memoriã reduxerat Christi. non autem à principio: quia vilus fuisset ex vanitate loqui secundũ Chr. (Ego sum). s. Messias (qui loquor tecum.) Et ne fortè mulier ideo non crederet eum Christum esse quẽ solum videbat: sequitur. (Et continuo veneruet discipuli eius, & mirabantur quia cum
F muliere loquebatur. Non mirabantur secundum Aug. & Chry. propter suspitionem: sed propter clementiam, & humilitatem eius. Videbatur enim eis mirum quòd tantus doctor quẽ etiam magnates vsque in desertũ sequebantur vt audirent: loqueretur cum vna paupere muliere, & gentili. Non enim videbant vtilitatẽ quæ inde erat secutura. (Nemo tamen ipsorũ). s. discipulorũ (dixit)
G ad mulierẽ (Quid quæris) aut ad Christum (quid loqueris cũ ea) Licet enim vt ait Chry. Christũ plenè non cognoscerẽt: tamen habebãt eum pro magno viro: nec audebant facta eius scrutari. ¶ Contrà: quia multoties leguntur eum confidenter interrogasse: Respondet Chryso. quòd verum est de pertinentibus ad eos: non autẽ de aliis, cuiusmodi erant ista. ¶ In hac parte est morale
H documentum quòd multi sunt qui non curant de aqua spirituali gratię & gloriæ: nec curant conscientiam suam puram coram Deo seruare: quia nesciunt donum Dei. Qui enim est amicus Dei habet in isto mundo partem paradisi: & in futuro totum. Nam cùm gloria æternæ vitæ sumatur pro gratia consummata quæ est in essentia animæ: & pro habitus existentibus in potentiis,

I cuiusmodi sunt lumen glorię in intelle
ctu,& charitas patriæ in voluntate quæ
ā gratia fiunt:& pro operationibus quę
ab illis habitibus eliciuntur: quæ sunt
visio Dei, atque fruitio:serui Dei ha-
bent hic omnia prædicta inchoatiuè
idest gratiam inchoatā in anima,& fidē
in intellectu quæ est luminie illius scin
tilla.& charitatē ac spem in volūtate:
ac spem in volūtate:& cognitionem ac
K suauissimam diuini a moris consolatio
nem. Ideo Psal. Gustate,& vide quoniā
suauis est dominus id est seruitium Do
mini. Er saluator Mat. xj. Venite ad me
omnes q laberatis,& onerati estis.pec-
catis.s.& aduersitatibus seculi. Tolli-
te iugum meum super vos id est obser-
uantiā meæ legis:& discite à me, quia
mitis sum,& humilis corde. Et sequitur
& inuenietis requiē animabus vestris.
L Et ne credas q̄ loquatur de requie fu-
tura subditur. Iugum enim meū suaue
est,& onus meū leue.s.ad portandum.
¶ Quantum ad tertium tangitur illu-
minatio populi huius ciuitatis Sichar:
quæ tunc secundum Iosephum erat Sa
maritanorum metropolis cū dicitur
(Seliquit ergo hydriam suam) id est
aquarum vasculum:secundū Aug. Gre
cè enim hydor:latinè aqua dicitur. In-
M dria quasi aquaria (mulier) inebriata
suauitate verborum Christi:vt expedi-
tior ad ciuitatē curreret. (Et abiit in ci-
uitatem.& dicit illis hominibus. Ve-
nite & videte) non dicit credite: quia
sciebat si portarent de fonte vnde ipsa
pontauerat q̄ ipsi quoque inebriarētur
(hominem) non dicit autē prophetā,
vel messiam secundū Chry.& Alcui-
num, vt paulatim illos edocere sicut
paulatim fuerat edocta per Christum
(qui dixit mihi omnia quæcunq; fe-
ci) id est adulteria mea cū falso viro
& sic non erubescit propter gloriam
Christi sua peccata publicè fateri.
Chry. non verecundata est hec dicere.
Anima enim cum ignita fuerit igne di
uino, ad nihil eorum quæ in terra et
reliquo inspicit, neque ad gloriā, neque
ad verecundiam: sed ad vnam solem
quæ detinet eam flammam. Hæc ille. Q
Vel omnia quæcunque fecit id est tota
seriem vitæ meæ cū quinque viris. Et
sic dedit eis cuideus signū q̄ ipse esset
Messias. nec tamē se fatetur adulterā.
Et consequenter etiā vt eos magis cre-
dendum prouocet requirit de hoc eorū
sententiam dicens (Nunquid ipse est
Christus. Si enim apertè dixisset illum
Christum esse fortè viri fuissent indi-
gnati per mulierem doceri,& exire no-
luissent. (Et exierunt de ciuitate,& ve-
niebant ad eum.) Discipuli autē circa
magistrum succensi amore secundum
Chry. videntes eū itinere,& calore fati
gatum:& etiam secundum Ori. timētes
ne è ciuitate superuenientes ciues eius
refectionem impedirent. voluerunt eū
prandere. ideo sequitur (Interim scili-
cet dum mulier prædicarēt in ciuitate
in ciuitate magnalia Christi rogabant Q
eum) cum magna reuerentia (discipuli eius: dicentes. Rabbi) id est magi
ster (manduca) ille autē sciens secūdū
Theo. q̄ illa mulier totā ciuitatē ad se
retraheret (dixit eis. Ego cibum habeo
manducare) id est Samaritanos per
amorem,& fidē mihi incorporare (quē
vos nescitis) secundū Theo. vel quia
nescitis q̄ salutē hominū cibū appello.

A vel quia nescitis q̄ Samaritani sunt
credituri. Vel secundum alios:quia ne-
scitis quantum sit desyderium meū de
salutate populorum. Illud autem desy
derium pōt patere hic aliqualiter. Nā
labore itineris, & esto soli debilitatus
hora etiam comedendi transacta: non
curat de corporali cibo: sed desyderat
Samaritanorum salutē Chry. Sicut cō
cupiscibile est nobis comedere: sic &
B Christo saluare. Hæc ille. (Dicebant
ergo discipuli adinuicem) nou interro
gantes magistrum propter reuerētiam:
secundum Chryso. (Nunquid aliquis
attulit ei manducare) Aug. Quid mirū
si mulier Samaritana nō intelligebat
aquā. Ecce discipuli nōdum intelligūt
escam. Hæc ille. Ex hoc autem sicut di-
cit Chry. patet q̄ Christus oblatos sibi
C cibos ab aliis accipere solebat vt illi
merentur:& vt daret paupertatis exē-
plum:quo nō esset nobis graue ab aliis
enutriri. Hoc, inquit, propriū,& necessa
rium est doctortibus alienos habere pro
curatores ciborum, vt ipsi de nullo cu-
rantes: verbi ministrationem curēt sol-
licitē. Hęc ille. (Dixit eius apertè eos
docēs,& non per circuitum: vt mulierē
secundū Ang. (Dixit eis Iesus apertę
eos docens,& non perr circuitū: vt mu
D lierem secundum Ange.) Meus cibus
est, vt factam voluntatē eius qui misit
me) quæ voluntas est (vt perficiā opus
eius) quod mihi imposuit.s.illumina-
tionē infidelitū,& conuersionem pecca-
torum. Quod secundū Chry. expressius
declarat subdens exemplum de messe
materiali dicēs, Nōne vos dicitis q̄ ad-
huc quatuor mēses sunt) id est futuri
extant: erat enim tunc quādo Christus
ista dicebat hyems secundū Magistrū E
hist.& de mente decēbri, vel ianuario
vt videtur: quia in pascha offerebāt no-
uas fruges (& messis) corporalis id
est tempus congruum ad metēdū (ve-
nit. Ecce dico vobis) Adaptat similitu
dinem ad propositum. (Leuate oculos
vestros) id est mentis conyderationē,
& cogitationem secundū Ory.& Chry,
Et secundum eundē Chry. vltra oculos
mentales iubet leuare etiā corporales, F
vt videant multitudinē Samaritanorū
ad se venientem. (Et videte regiones)
id est multitudines animarum,& turba
rum secundum Chri. (quia albæ sunt
ad messem id est dispositæ & paratę ad
credendum: vt per fidem congregētur
in domum ecclesiæ: & tribulationibus
triturate purgentur grana: & tandem
cælesti horreo collocentur. Chry. Sicut
enim spicæ cum dealbatæ fuerint ad G
messem: sunt paratæ: ita & hi ad salutē
sunt parati. Hæc ille. ¶ Sed quare Chri
stus hic nō loquitur apertè sed per simi
litudinem. Ad hoc dicit Chryso. q̄ hoc
facit primò, vt melius intelligatur qa
ipsa similitudo est quasi scriptura in
qua legere possumus quod dicitur. Se-
cundò, quia & narrario est dulcior,&
melius retinetur ex cōsonātia similitu
num congruarum. Deinde inuitat apo H
stolos ad metēdum spiritualiter dicēs,
¶ Et qui metit) id est cōuertit animas
prædicando (mercedem accipit) in
præsenti tēpore.s.gratiā,& cōsolationē
cōscientiæ (& congregat) sibiipsi (fru
ctum id est gaudium de fruitione Dei
(in vitā æternā) terminādū & perficiē
dum. Vel (congregat) ad ecclesiam
(fructum) id est animas cōuersas (in

I vitam æternã) reponendas (vt & qui seminat) id est patriarchę & prophetæ secundũ Chryſ. quia seminauerunt diu ante fidẽ quã apoſtoli collegerunt (ſimul gaudeat & qui metit) id eſt apoſtoli congregantes ad eccleſiam infideles, & corũ ſequaces. Eſt enim hoc gaudiũ vtrorunque commune. Et in materiali quidem meſſe qui ſeminat triſtatur ſi alius metit: ſed nõ in ſpirituali. Tẽporalia enim bona ex participatione minuuntur: non autẽ ſpirituali: ſed augentur ſaltem accidentaliter: quia vnuſquiſque gaudet bono proximi. i. ideo qnanto plures ſunt beati tanto quilibet eorum magis gaudet extenſiuè: qa de pluribus gaudet: & fortè etiam intẽſiuè accidentaliter. Vide de hoc ii. ij. q. iiij. arg. v, ad quintũ. & iiij. diſt. xlix. q. j. ar. iiij. q. x. (In hoc enim) id eſt propter hoc (eſt verbum) veſtræ prædicationis (verum) id eſt magis apparẽs verũ, & credibile (quia alius eſt qui ſemiat) id eſt chorus prophetarũ. qui alii fuerunt ab apoſtolis: non fide: cũ eadem fuerit vtrorumque ſed conuerſatione: cum ſub legalibus cerimoniis conuerſarentur: (alius qui metit) id eſt apoſtolorum. ¶ Qanto enim plures atteſtantur id em illud apparet verius.

M Prophetæ autem ſeminando prædixerunt quæ apoſtoli metẽdo cõpleta eſſe dicebant. Vel aliter. Erat enim prouerbium apud Iudæos vt dicerẽt: alius ſeminat: alius metit: quando ex labore vnius alius reportabat fructũ. Dicitur ergo. (In hoc enim) id eſt in meſſe ſpirituali (eſt verbũ verũ) id eſt verificatur vſitatũ prouerbiũ qꝫ ſequitur, ſcilicet quia alius eſt qui ſeminat: alius qui metit.) Et hæc expoſitio magis cõſonat ſequẽtibus. ¶ Ad quorũ intellectũ ſciendũ eſt qꝫ meſsis iſta ſpiritualis tripliciter ſumi poteſt. Vno modo pro populo Iudeorum. Alio modo pro populo gentilium Samaritanorum. Et tertio modo pro aliis populis gentilibus. De prima & ſecũda non eſt dubiũ qꝫ patriarchæ & prophetæ eam ſeminauerunt ſaltem ſcripto exhortando: & ad ſuſcipiendum Chriſtum per fidem diſponendo. Sicut enim hoc ſpirituale metere eſt conuertere ad fidem Chriſti. Ita ſpirituale ſeminare iſtud eſt ad hanc fidem populos præparaſſe. Tertiam vero meſſem ſeminauerunt prophetæ: inquantum dicta eorum ad cõuerſionem gentilium conferebant. Facilius enim credebant videntes ea quę ſunt fide fuiſſe ante Chriſti paſsionẽ: vt habetur Matth. x. ſed non ad ſecũda & tertiam: quia dixit eis tunc: vt ibidẽ habetur. In viam gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis ſed miſit illos ad ſecundã & tertiã poſt reſurrectionem ſuã quãdo dixit eis. Act. j. Eritis mihi teſtis in Hieruſalem, & in omnia Iudea & Samarmaria, & vſque ad vltimũ terræ. & Mat. vlti. Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangeliũ omni creatu re ideſt omni homini indifferẽter. Sequitur ergo. (Ego miſi) de prætcrito quò ad meſſem Iudaicam: non autem quò ad reliquas: niſi ſecundum prædeſtinationem, & intentionem ſuam (mettere) id eſt ad fidem conuertere) quæ non ſeminaſtis) id eſt animalia rationabilia quæ ad fidem non diſpoſuiſtis. (Alii) id eſt patriarchæ & prophetæ

A phetæ (laborauerunt) vt mundus ad Chriſtum diſuoueretur [& vos in laBores eorum] id eſt in fructus laborũ introiſtis] quia iam præparatos ad cõuerſionem per prophetarum labores habetis conuertere. Videtur autem hîc innuere Dominus qꝫ grauiores fuerũt prophetarum quã apoſtolorum labores, & fortè verũ eſt quo ad populũ Iudaicum. Tum quia diutius circa illum occupantur. Tum quia ſine fructu laborant quod eſt graue. Tum quia non habebant gratiam, & charitatem abundanter quæ faciunt labores dulces. Tũ quia fructum quem ſperabant expectabant in lõginquum id eſt tẽpore Meſſiæ percipere. Nec tamen ſequitur qꝫ maiora eſſent eorum merita quã apoſtolorum: quia meritum non menſuratur eſſentialiter ſecundum laborem: ſed ſecundum charitatem: quã Apoſtoli habuerunt maiorem: vt patet per. ſ. Tho. j. ij. q. cvj. de veri. q. xij. Rom. viij. vel. v. Redit autem euangeliſta ad narrandum de muliere dicens [Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eũ Samaritanorum.] Ex quo patet quòd regio erat parata ad meſſem [propter verbum mulieris] cui Dominus efficaciam loquendi dedit teſtimonium [perhibentis: quia dixit mihi omnia quæcunque feci] Exiſtimabat enim ſecundum Chryſ. quòd nequaquã mulier gratanter audiuiſſet eum qui adulteram illam dixerat: niſi aliquid magnum fuiſſet in illo quo potuiſſet ſecreta cognoſcere. Vel fortè exiſtimabant Chriſtum magiſtrum eſt hoc quòd abſentis mulieris vitam cognouiſſet. In hoc autem Samaritani iudęis præferũtur In credendo proper duo. Primò, E ſiquidem ad eos non erat Chriſtus perſonaliter miſſus ſicut ad Iudæos. Secũdò. quia non viderant tot eius miracula vt Iudæi. [Cùm veniſſent ergo ad illum Samaritani: rogauerunt illum vt ibi maneret] reputantes ſe felices ſi eius præſentia potirentur: nec mirum: quia eius conuerſatio erat honeſta, doctrina fructuoſa, ſocietas iucunda, & nulli propter quæſtum onerosa. [Et manſit ibi duos dies] vt eis ex parte ſatiſfaceret, & non plus: ne Iudei murmurarent, & dicerent eum eſſe factum ciuem Sichar: & Samaritanum [& multò plures crediderunt propter ſermonem eius] quàm propter ſermonem mulieris. Sermo enim Chriſti erat efficacitur, & gratioſior, & ſapientior [& mulieri dicebant: quia iam non propter loquelam tuam credimus] quia habemus efficacius lumen [Ipſi enim audiuimus, & ſcimus] id eſt certi ſumus. Ambroſius. Fidei ſimplicitas argumentis omnibus antecellit [quia hic eſt ſaluator] ſpiritualis, & vniuerſalis [mundi] & non ſolum Iudæorum. Et ratio eſſe poteſt, Deus etenim vult omnes ſaluari. ¶ In hac parte eſt documentum mõrale contra quoſdam qui dicunt ſe non H ideo bene viuere quia miracula nulla viderunt. Mentiuntur enim. Ecce Iudæi viſi tot miraculis dominum perdiderunt: imo repulerunt, vt ita dicã. Samaritani vero cũ rãta facilitate crediderũt, & hoc, qa ſine inuidia, & ſuperbia erãt. Vnde Luc. xvj. Si Moyſen & prophetas nõ audiũt, neque ſi qs ex mortuis reſurrexit credant. Igitur non

Sabbato post do.iij.Quadr. Ioan. viij.

Ideo malè viuunt: quia signa non viderunt: sed quia volunt. Est & aliud in toto hoc euangelio notandum. Nam christus fecit mentionem de duplici aqua & vnam docet contemnere: reliquam appetere. Prima est quæ sitim excitat: de qua dicit. Qui biberit ex aqua hac sitiet iterum: & significat amorem mundi id est amorem diuitiarum, delitiarū & honorum. Ista aqua est turbida: iuxta illud Hiere.ij. Quid tibi in via Egypti vt bibas aquam turbidam: & consequenter non est apta ad speculandum, siue cognoscendum defectus suos quia turbida: nec ad bibendum: quia amara: si turbida, nec ad lauandum: quia immunda. Secunda vero est quę sitim extinguit illa, scilicet quam ipse dat. i. Spiritussanctus qui est dulcis ad bibendū, clara ad speculandum seipsum: & munda ad lauandum: quia Spiritussanctus in corde facit lixiuium, ex aqua lachrymarum, & cineribus peccatorum: & sic illud emundat. ¶ Est etiam & hic notandum quod allegoricè loquendo: hora sexta. i. ætas seculi sexta Christus venit ad putet profunditatem. i. ad terras. Et eo super illo quiescente. i. dormiente in cruce: venit ad eum mulier Samaritana. i. gentilitas: cui ipse offert aquam viuam. i. sacramentum baptismi, & alia sacramenta quæ de latere dormientis in aqua, & sanguine emanauerunt. & illa in ipsum credens à se hydriam. i. terrenorum cupiditatem repellens, Christum cupit prædicare, sed iubet vocare virum. i. adducere rationē, qua in omnibus suis operibus dirigat. In figuram etiam huiusmodi: de latere dormientis Adæ Eua formata est.

PErrexit Iesus in mōtem oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedēs docebat eos. Adducunt autem scribæ, & pharisei mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, & dixerunt, Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? hæc autem dicebant tentantes eum vt possent accusare eum. Iesus autem inclinās se deorsum, digito scribebat in terrā. Cùm autē perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterū se inclinās, scribebat in terram. Audientes autē hæc vnus post vnū exibāt incipientes à senioribus. Et remānsit Iesus solus, & mulier in medio stans. Erigens aūt se Iesus dixit ei, Mulier vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condēnauit? Quæ dixit, Nemo

mo domine. Dixit autem Iesus Nec ego te condēnabo. Vade & amplius noli peccare.

PERREXIT IESVS IN montem oliueti &c.) Ioan. viij. In presenti Euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt: Insidiatio, Confutatio, & Miseratio. ¶ Quantum ad primum tangitur insidiatio phariseorū aduersus Christum ¶ Est autē sciendum quod saluator noster post suum aduentum in Hierusalē vltimum: quādo scilicet ad passionem venit in die palmarum hoc obseruauit vt in die quidem predicaret in templo nocte vero exiret in Bethaniam. Die ergo dominico post doctrinam sero exiit extra ciuitatem Hierusalem, & iuit in Bethaniam: similiter fecit die lunæ & die martis. Die autem mercurii fuit in Bethania: vt iudei haberent locum consiliandi de morte sua: sicut volebāt facere, & fecerunt. In vna autem harum dierum contigit historia de qua in presenti agitur euangelio: & traditur fuisse die lunæ. Et licet. B. Ioannes narret eam ante vltimum aduentum prædictum: tamen hoc dici quidam dicit anticipatiuè. Vnde Mag. hist. ponit secundum ordinem historiæ hanc quæ hîc narratur facta post vltimum aduētum prædictam. Sciendum est tamen quod de hac historia adulteræ mulier Chrysostomus penitus facit mentionē: & causam assignat traductor eius, quia ipsa in antiquis voluminibus Græcis non habetur. nec in Græciæ ecclesiis recitatur. Vnde Græci eam dicunt apocryphā: & ita Ioanni addita: sicut Danielis fabulam draconis & Susannæ historiam. Sed quia sancti latini eam tanquā de Ioannis textu exponunt, & in ecclesiis latinorum recitatur dicendum est, Græcis quod potuit ipse Ioannes eam operi suo iam completo inseruisse: & propterea in quibusdam antiquis voluminibus non habetur. Quis enim esset tantæ temeritatis, vt ea fingere voluisset. Et si quis eam voluisset fingere, quæ causa potuit fuisse. Dicitur ergo (Perrexit Iesus in montem oliueti) id est in Bethaniam secundum Alanum, quæ vt ex euāgelistis patet est in monte oliueti sita in latere orientali distans ab Hierusalē quindecim stadiis: in qua hospitabatur in domo marthæ & mariæ sororum lazari. Sed quare non remansit Hierusalem vbi predicauerat, & in crastinum prædicaturus erat. Ad hoc dicit Chrys. quod nullus inuitauit eum: & fortè causa fuit quia nulli magnatum adulabatur, vel quia licet ibi haberet amicos: vt patet de eo qui fecit ei cænam in quinta feria sequenti: tamen ipsi timebant magnates. Vnde & ipse Nicodemus, qui erat vnus de principibus & credebant in eum non est ausus se ei iungere: sed venit occultè de nocte ad eum (& diluculo). i. diei luculo siue parua luce ante scilicet solis ortum (iterum venit in templum) scilicet ad prædicandum in quo eius sollicitudo in docendo patet. Sed ex hoc videtur quod malum sit post prandiū prædicare. Ad hoc dicitur secundum quosdam quod prædicatio ad duo ordinatur scilicet ad retrahendum homines à malo: & ad prouocandum ad bonum Ratione primi tunc magis congruit,

I quando homines sunt prouioreres ad vana.i.post prandium. Ratione vero secundi quando sunt magis sobrii. (Et omnis populus venit) qui erat in templo ad orādum: secundum aliquos. Vel secundum alios omnis populus ciuitatis id est maior pars & hoc est rationabile: quia euangeliste innuunt quod illis diebus prædicationes mirabiles faciebat. Vnde Luc.xxj.dicitur. Et omnis
K populus manicabat id est manè veniebat ad eum in templo. Et Ioan. xij. dixerūt inimici eius. Ecce totus mundus post eum abiit (ad eum) vt audiret sermonem eius. Nam die alia præcedenti fecerat sermonem ita mirabilē. quod milites, qui venerant comprehendere eum stupefacti in verbis eius nihil ei dixerunt: sed reuersi ad eos qui miserant illos, dixerunt. Nunquam sic locu
L tus est homo. Vnde populus memor libentius denuo veniebat. Vel causa fuit: quia in populo erat dissentio quibusdā dicentibus, quia bonus est, quibusdam negantibus ideoq; vt ex verbis eius deprehenderent qualis esset veniebant ad eum. (Et sedens) in cathedra, vel loco doctorum vel sedens id est assiduus existens (docebat eos) & non tenebatur: quia nondum pati dignabatur. Addu-
M cunt autem ei scribæ) famosi in sapientia: quia legis doctores (& pharisei) famosi in vita: quia plus quam cæteri religiosi erant apparenter & vtrique maximo zelo inuidiæ contra christum cōcitati (mulierem in adulterio deprehēsam.) Isti pessimi viri videbant secundum Augu. quod dominus mansuetudinem habebat: & laudabat, & prædicabat misericordiam, & ob hoc populo amabilis reddebatur. Ideo proposuerūt ei casum in quo videbatur eis quod necessario aut cōtra mansuetudinem aut contra legem diceret: & consequenter odiosus populo redderetur: qui & mansuetudinem, & legem amabat credebat tamen, vt ait, quod pro mansuetudine responderet vt populi sibi fauorem conciliaret: vnde sequitur. (Et statuerunt eam in medio) id est in publico: non vt seruarent formam iudicii: quia Chri-
stus secundum existimationem eorum non erat iudex sed quia putabant quā-
tionem insolubilem & Christum publicè confundere cogitabant. ¶ Sed quia re non adduxerunt simul, & adulterum cùm quo erat comprehensa. Ad hoc dicitur quod huius potuit esse multiplex ratio. Primò, quia forte volebant ponere in corde populi quod esset aliquis sci-
pulorum eius, vel secundo forte erat diues: & pecunia corrupit eos: vel tertiò, fortè aufugit. (Et dicūt ei, magister hæc mulier modo) cum sint dies festi (deprehensa est) ita quod res est certa (in adulterio) quod lex valde abhorret. Vnde sequit. (In lege autem Moyses.) dominus per Moysen (mandauit nobis huiusmodi peccatores fidem matrimonii violantes (lapidare) Leui.xx. Per lapidationem tamē potest intelligi omne genus mortis, & per mortem lapidationis. Vnde aliqñ lex dicit huiusmodi occidendos: aliqñ lapidandos. Sed quare in lege noua adulteri non lapidantur. Ad hoc dicitur q̄ lex vetus data est hominibus quasi imperfectis, & paruulis, & promissione temporaliū inducebat ad fui obseruantiā: iuxta illud Esa.j. Si volueritis, & audieritis me: bona terrā co-
medetis, & per comminationem temporalium malorum reducebat à peccatis. Lex vero euangelica data est hominibus quasi perfectis: & promittit spiritualia & spirituales siue æternas pœnas principaliter comminatur ideo in ea adulteri æternæ pœnæ reseruantur & non occiduntur temporali morte Sed quare magis lapidaī mulier adultera quàm vir adulter. Ad hoc dicit secundum Aug. in Enchiri. q̄ mulier habet plura se à malo retrahentia. s. custodiam viri, confusionem mundi: terrorē legum, & Dei timorē: vir aut habet vltimum tantū. Vel potest dici q̄ hoc sit: quia magis est contra certitudinē probatis si fornicetur mulier, quam si vir, & consequenter sequitur maius malū ipsi proli quæ nescit parentem suum à quo habeat nutrimentum & doctrinam. Vn-
de nunquā vna vxor habuit duos maritos sicut econtrario. (Tu ergo quid dicis) vtrum sit lapidanda, vel non (hoc autem dicebant tentantes eum) vtrū. s. propter habendā opinionē de mansuetudine consuleret contra legem vt appetebant, & credebant (vt possent accusare eum.) Pilato præsidi quasi transgressorem legis diuinæ: vel vt possent accusare eum populo, cuius timore eū capere non audebant. ¶ Moraliter est in hac parte documentum pro peccatoribus qui iniusta agunt cōfidentes quia se occultè operari putant. Deus enim permittit eos aliquando publicari vt ratione confusionis resipiscant. Et licet hoc homini sit bonū tamē melius esset vt cōseruares famam tuā, & sponte delicta corrigeres Greg.ij.mora. Qui sæpe volens cadit in culpā: quandoq; nolens capitur ad pœnā. Hæc ille. ¶ Quātum ad secundum tangitur confutatio istorum hypocritarum: quia Christus ita respondit q̄ iniustitiam seruauit: & misericordiam, & illi qui volebāt eum confundere penitus sunt confusi. Dicit ergo (Iesus autē inclinas se deorsum.) Non enim statim ostendit. Primo, vt ostenderet maturitatem seruandam in iudiciis. Sene. Optimum iudicē existimo qui cito intelligit, tardè iudicat. Secundo, vt daret eis spatium resipiscēdi à malitia. Tertio, vt ostenderet se, neq; ad hāc quæstionem libenter respondere: neq; quærere confusionem eorum (digito scribebat in terrā) in terrā scribebat scdm Augu. vt ostenderet q̄ oēs praui scribenī in terra, iuxta illud Hie. c.xvij. Recedentes à te in terra scribent sicut iustorū noīa scribi dicunt in cœlo. Et secundo secundū. S. Tho. vt oñderet se traditurū legē dulciorē, & molliorē siue mitiorē antiqua q̄ fuit in duro lapide scripta: qa irritā faciēs qs illā absq; miseratione occidebat: vt patet Heb.x. Scribebat autē digito secundū eundem vt ostendat se esse illū cuius digito lex dicit scripta: & q̄cōsequenī frustra tentāt accusare eū de lege cū sit legislator? Quid vero scriberet incertum est. Sed tñ diuersi diuersa dicūt probabiliter. nā scdm Amb. in quadā epistola ad studiosum scribebat. Terra absorbe hos viros abdicatos. i. digne cōdemnandos, & sumit Hie. xxij. Sed secundū eū in epistola ad Ireneū: scribebat. Terra terrā accusat. i. peccator peccatorem. Secundum Augu. verò scribebat quod postea protulit. Sed secundum glos. scribebat istorum crimina & faciebat aliquam

lucra

I literam,vel figuram,in qua vnusquisq; sua tantùm peccata,& suam dignã cõdẽnationem videbat:vt sic consequenter misericordiam peterent, & scirent aliis misereri.Sed quare nõ potius aperte dicebat.Ad hoc dicitur nolebat occulta publicare. Vel possumus dicere ꝙ secuta fuissent in astantibus infinita mala spiritualia,puta appetitus perpetrandi similia vt odia,inimicitias, &
K homicidia.Fortè enim ibi erant multi viri quorum vxores ab eis erant violatæ.Quid autem horum verius sit incertum est.Verum tamen secundùm Sanctũ Thom.dictum Augu.est probabilius primo Amb.sed vtraque illius glossæ dictum videtur mihi probabilius. Nam scripsit:terra absorbe,quare non sunt absorpti.aut etiã quare illud scripsit.Terra enim etiam cogitationi obe
L disset;christi.Si dicatur ꝙ scripsit propter eos vt viderant se digni absorberi Dico quòd hoc redit in opinionem illius glossæ quæ dicit quòd faciebat aliquam figuram in qua scelera viderent quia ista figura potuit esse scriptura, vel alia.Et similiter non scripsit terra terram accusat nisi in ista scriptura aliquid mirabiliter apparuisset quia facilius poterat ista verba dicere eis:similiter neque id quod postea protulit:quia superfluè, aut protulisset, aut scripsisset.christo autem scribente, & non respondente illi valde instabant vt respõderet:credentes eum esse perplexum, & nescire quid responderit.(Cùm aũt persenerarent continuè(interrogantes eam quid vellet respondere(erexit se) fortè iudicando digito ea quæ scripserat:& tacitè monendo vt legerent(& dixit eis.Qui sine peccato est vestrum primus in illã lapidẽt mittat.)O gloriosa responsio.Amb,Ille iudicet de alterius errore qui non habet in se quod condemnet,Hæc ille.Aug.Si diceret non lapidetur adultera,iniustus conuinceretur: si diceret,lapidetur:mansuetus non videretur. Dicat ergo quòd debet dicere mansuetus,& iustus. Qui sine peccato &c.Hæc vox iustitiæ est:puniatur peccatrix sed non à peccatoribus, impleatur lex:sed non à prævaricatoribus legis.Hæc ille.¶ Sed nunquid peccator potest alium peccatorem corrigere:Ad hoc dicendum est ex doctrina sancti Thó.ij.ij.q.liij.&.iiij.di.xix.cum distinctione.Aut enim loquimur de correctione fraterna:aut de iudiciaria quæ ad superiores pertinet.Nam de prima dicendum est quòd si peccator cũ hoc militate,& gemitu corrigit quasi horta do vt simul ambo corrigant sua delicta non peccat:quãuis se condemnet. cõdẽnabilẽ ostendat in sua conscientia vel fratris,secus si ex superbia,condẽdo sua peccata,vellet aliena reprehendere.Est enim triplici ratione peccator indignus corrigere.Primò,ratiõe prædentis peccati:maximè si sit maius peccato fratris.Hoc autem intelligo, quando peccator de suo peccato non dolet. & intelligo etiam si non sit maius sed æquale. Secundo,ratione scandali.Nõta si suum peccatum sit publicum. Nã enim præsumitur odisse peccatũ, quod intellige:nisi etiam publicè ostenderet se de suo dolere.Tertiò,ratione superbiæ,vt dictũ est.Hæc ex.ij.ij.Si verò loquamur de secunda sicut videt ipse loqui.in.iiij.Dicẽdũ est ꝙ existẽs in ve-

A niali peccato põt corrigere:qa nõ reddit hominẽ indignũ executione officii: nec ita est causa scandali vt mortale,vt cũ sine eo nullus vitam ducat.Si verò sit in mortali etiam occulto secus: quia reddit hominẽ inhabilẽ ad executionẽ officii cuiuslibet.Posset tñ corrigere,nõ vt minister ecclesiæ exequẽs,scilicet,officium sed vt priuata personã nisi ratione scandali.Loquitur aũt.S. Tho.de
B existenti in mortali actualiter : quia.s. nõ est contritus:& loquitur de ministris & ecclesiæ,seu prælatis quãtũ ad spiritualia.De iudicè vero laico dicẽdũ videtur ꝙ si existẽs actualiter in mortali corripit aliquẽ motu proprio peccat quia nõ moueẽ zelo Dei cõtra peccatũ
C quia illud in se corriperet:maximè si suũ sit æquale,vel maius sed videẽ moueri ex superbia.Si verò iudicat lege existẽtẽ,& ex mẽte legis non peccat:vt aliqui dicunt:nec condẽnabilẽ se ostendit in eo quòd fert sentẽtiã:sed in eo ꝙ facit id per quod sentẽtiã simile mereẽ. Et hæc determinatio videtur cõformis
D doctrinæ.S.Th.iij.q.lxiij.&.iiij.di.v. & di.xix.&.di.xxiij.& quod li.vij. qõ. iij.vbi tenet ꝙ exhibẽs se ministrũ ecclesiæ in aliquo spũali & existẽs in mortali peccat mortaliter: quia nõ se cõformat Domino cuius est minister. Ista aũt ratio non tenet in ministro laici.vnde ipse super Io.ex presse sic determinat vt hic determinatum est(Et itero se christus inclinauit secundũ gl.parcens eorũ verecũdiæ.ne,s.tantũ erubescerent,de aspectu eius. secũdũ Alchui num verò vt libere possent exire.secũ dũ Aug.vero vt ostenderet quòd erant indigni videre vultũ eius.& ab eo videri.vel hoc fuit vt ostẽderet primã sentẽ
E tiam esse immutabilem:quia Deus nõ mutatur.Sed quid scribebat secũda vice.Ad hoc dico ꝙ scribebat idem quod prius vt videtur.Et credo ꝙ sicut scribebat aliquid in quo diuinitus videbãt sua potestate:ita scribebat ordinate:ita ꝙ vnus post vnũ illa cognoscebãt.ideo sequitur(Audientes aũt)id quod dixerat,& supple videntes id quod scripse-
F rat:erubescẽtes de turpitudine suorum peccatorũ(vnus post vnum exibant)sicut vnus post vnũ scripturã fortè legebant,incipiẽtes à senioribus,vt qui primi fuerant in culpa,primi essent in pœna.& quorũ fortè peccata erãt grauior. Aug.Sic igitur illi voce iustitiæ tãquã trabali telo percussi se se inspicientes, & reos inuenientes,vnus post vnũ oẽs
G recesserunt.Hæc ille.¶ In hac parte est morale documentũ:quanta erit in die iudicii peccatorum erubescẽtia,cũ non solũ ipsi:sed totus mundus videbit eorum peccata si isti tantũ erubuerũt videntes ea ipsi solũ simul cum christo.Iusti autem tunc non erubescẽt:sed erit eis gloria:qa pœnituerunt sicut nec nõ erubescit Magdalena,ꝙ sua peccata publice prædicantur.Hic . Dicat vnusquisque
H quod velit,ego interim pro sensus mei prauitatem iudicaui melius esse cõfundi corã prætoribus super terram,quam coram angelis sanctis incœlo:vel vbicunque Dominus iudicium suum voluerit demonstrare.Hæc ille . Quantũ ad tertiũ tangitur miseratio,quã peccatrici christus exibuit:cũ dicitur(Et remansit Iesus solus)idest sine scribis,& phariseis:non aũt sine discipulis,& plẽ

be:

I be: quia dictio exclusiua, vt dicit. S. Th. hic non excludit nisi respectu extraneorum ideſt inimicorum. Oportet etiam dicere quòd ibi remanserint aliqui Iudæi, imo aliqui pharisei: quia sequi- immediatè post istam historiam quòd christus allocutus est Iudæos. & quòd aliqui pharisei contradixerunt ei: vt patet infra sabbato ante dominicam de passione Aug. Relicti sunt duo: misera K & misericordia. Hæc ille. (& mulier in medio stans) discipulorum, & plebis. vel in medio ideſt in ambiguo secundū Sanct. Tho. ignoras quid sibi futurum esset. vnde secundùm Aug. timuit se ab illo puniri, qui sine peccato erat (Erigens autē se Iesus.). s. ascribendo postquàm omnes aduersarij recesserant (dixit ei) temperando rigorē iustitiæ per misericordiā (Mulier vbi sunt qui te L accusabāt) Non quærit quasi ignorans sed vt consoletur. Ad hoc mulier stupefacta nō respondit timore mortis. ideo statim Dominus vt eam respirare faciat, & securè respondere subiungit. Nemo te cōdemnauit. Quæ dixit. (Nemo Domine. Dixit ei Iesus (Nec ego te cōdemnabo). Sed ne videretur fauere peccatis adiunxit secundùm Aug. (Vade & iam amplius noli peccare.) M Sanctus autem Tho. dicit christū istā absoluisse à culpa nulla imposita pœna quia cū absoluēdo exterius iustificaret interius, potuit eam tanta contritione immutare: vt ab omni pœna efficeretur immunis. Nullus tamen exemplo christi sine confessione, & pœnæ iniunctione quemquam debet absoluere: quia christus tantam in sacramentis habuit excellentiam potestatis: vt sine sacramento effectum sacramenti confe- N rre potuerit, quod nullus purus homo potest efficere Cum aūt in ista mulie- re duo essent scilicet natura, & culpa vtrūq; potuit christus condemnare. naturam quidem iubendo eam lapidari, & culpam eam non absoluēdo, & vtrūque absoluere: puta si licentiam peccādi tribuisset spondens se eam decætera non condemnaturum. Sed Deus odio habens culpam, & amans naturam: dixit alterum tantum, dicens, amplius noli peccare, vt sic appareat quàm rectus est Deus per veritatem, & quàm dulcis per mansuetudinem. Hæc ille virtualiter. ¶ Est autem sciendùm q̄ in die virgini dedicata conuenienter legitur hoc euangelium. Primò, quia oppo- sita iuxta se posita magis elucescunt. ideo magis commendabilis apparet innocentia virginis. Secundò, quia hoc commendatur misericordia christi q̄ existens virgo & filius virgini, & virginum sponsus adulteram non horruit pœnitentem. Ideo in die virginis hæc historia recitatur vt hoc cogitemus. Tertiò, quia ad propositum virginitatis sunt illa verba Iesus inclinans se &c. & hoc in sensu quasi allegorico. Nam vngo in scriptura appellatur terra propter suam stabilitatem, & fœcunditatem iuxta illud. Rorate cœli de super &c. Inclinatio vero christi est eius incarnatio: qui cū forma dei esset semetipsum exinaniuit. Iesus igitur se inclinando, humilitatem assumere disponens, digno ideſt virtute Spiritussancti scribebat in terram ideſt in beata virgine. Sed quid scripsit. Respondeo Aliqua quibus illa pulcherrima charta decoratur. Nam Deus pater in ea scripsit, & impressit suā potentiā: faciens eā potē tem nos adiuuare in vita iustis conseruando gratiam, & iniustis obtinendo misericordiam, & in morte nos defendendo à Diabolo: & post mortem nos suscipiendo in cœli palatio. Ideo dicitur Maria mater gratiæ mater misericordiæ: tu nos &c. Filius vero scripsit in eam suam sapientiam ad pro nobis scire aduocare: ideoque significata fuit per illam mulierem quæ apud regem Dauid aduocauit sapienter pro filio Absalō exulante. ij. Re. xiiij. Spiritussanctus suam bonitatem faciens eam clementem ad miserandum. Vnde ipsa de se dic. Eccles. xiiij. Quasi oliua speciosa in campis. Ex quo patet quòd sua misericordia est excellens, sicut oleum C emineat omni liquori. Et congruens: qa speciosa in tempore oportuno ideſt tribulationis Eccle. xxxv. Speciosa mi sericordia in tempore tribulationis. Et patens omnibus iustis, & iniustis: quia in cāpis. ¶ Est autem in hac parte mora le documentum quòd qui in præsenti habet punire debet attēdere solū, vel sal tē principaliter ne de cætero cōmittantur scelera. Pœnæ eñ præsentis vitæ D sunt medecinæ pſeruatiuæ. Iō secūdū Platonis sniam: nullus sapiēs punitur: qa peccatū est: sed ne peccetur. Amen.

A retur. Nam Deus pater in ea scripsit, & titudo magna &c. E

Dominica. iiij. in quadrage. Ioan. c. vi.



Biit Iesus trans mare Galileæ quod est Tyberiadis, & sequebatur eū mul-



Biit iesvs trans mare Galileæ &c. Ioan. vj. Vide dominica vltima post festum Trinitatis,

Feria. ij. post dominicam. iiij. in. xl. Ioan. c. ij.



Rope erat pascha Iudæorū, & ascēdit F Iesus Hierosolymā & inuenit in tēplo vēdētes oues, & boues, & colūbas & nūmularios sedentes. Et cū fecisset quasi flagellū de funiculis oēs eiecit de tēplo. Oues quoq;, & boues, & nūmulariorū effudit oēs mēsas subuertit, G Et his q̄ colūbas vēdebāt dixit Auferte ista hīc: & nolite facere domū patris mei: domū negotiatiōis. Recordati verò sunt discipuli ei⁹, qa scriptū est, zel⁹ dom⁹ tuæ comedit me. Rnderūt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signū ostēdis nobis, qā H hec facis? Rndit Iesus, Soluite tēplū hoc, & ī trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Dixerūt ergo Iudei Quadraginta & sex annis ædificatū est templum hoc: & tu in trib⁹ diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo

cor

I corporis sui. Cùm ergo resurrexisset ex mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, Et crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. Cum autem esset Hierosolymis in die festo: multi crediderunt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis: eo quòd ipse nosset omnes: & quia opus ei nō erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

L PROPE ERAT PASCA Iudæorum &c.) Ioan.ij. In præsenti Euangelio tāguntur tria puncta: quæ sunt Expulsio, Interrogatio, & Conuersio. ¶Quantum ad primum sciendum est quòd multa ad hoc Euangelium pertinentia habētur supra dominica.j.quadragesimæ.& feria.iij.sequenti. In primo igitur puncto tangitur quomodo Christus eiecit de templo vendentes,&
M ementes. Pro quo sciendum est: quòd ista eiectio de qua Euangelium loquitur facta fuit inter conuersionem aquę in vinum, & pascha: quia.s. fuit post prædictum miraculum, & ante pascha, In Euangelio autem Ioā.fit mentio in tribus locis de pascha.s.hic. &.vj.c.vbi recitatur miraculum de panibus.&.c, xiij.vbi dicitur dicitur ante diem festū paschæ. Secūdum hoc ergo à miraculo conuersionis quæ vsque ad mortem Christus duobus annis prædicauit: & tantum plus quantum ab illo vsque ad pascha fluxit. Nam præsens eiectio fuit facta prope pascha, vt hīc dicitur. Et sequenti anno eodem tempore fecit miraculum de panibus. & Ioā. fuit secollatus. vnde. Ioannes fuit decollatus prope pascha. quia vt dicitur Mat. xiiij. statim post decollationē Ioannis Christus secessit in desertum: & ibi fecit miraculum circa panes. quod fuit factum prope pascha vt patet Io. vj. Festum autem decollationis eius à die celebratur quo caput eius inuentū est. Et sequenti anno eodem tēpore fuit dominus crucifixus. Secundum eos ergo qui dicunt Christum fecisse miraculum cōuersionis aquæ, & ea qui hic narrātur eodem anno quo fuit baptizatus Christus. tantum duobus annis cum dimidio prædicauit. qui ab eius baptismo vsq; ad eius mortem fluxerūt. Sed communiter tenetur quòd prædictum miraculum cōuersionis nō sit factum in anno baptismi: sed post baptismum reuoluto anno eadem die: & hoc secundum Mag. Hist. &. S. Tho. tenet ecclesia. Nam, vt aiunt, secundum sententiam eius ea die qua Magi Christum adorauerant, eadē die reuolutis. xxx. annis, Christus est baptizatus, & eadē die reuoluto anno Christus aquā mutauit in vinum, & sequenti anno prope pascha decollatus est Io. & sequenti Christus crucifixus. Sic ergo inter Christi baptismum, & conuersionem aquæ fluxit vnū pascha de quo nullus Euangelista facit mētionem. Et sic secundum quòd ecclesia tenet Christus tribus annis, ac dimidio prædicauit.

A uit. Omnia supra dicta quasi de verbo ad verbum sunt. S. Tho. in sua postilla super Ioā. Et sententialiter idem dicit Magi. Hist. excepto quòd vbi dicit. S. Tho. renolutis. xxx. annis, ipse dicit reuolutis. xxx. vel. xxxj. annis. Dicitur ergo (Prope erat pascha.) Est autem pascha nomen Hebraicum, secundū Aug. & interpretatur transitus: tunc enim
B Angelus domini transiuit per AEgyptū percutiens AEgyptios, & saluans Hebreos. Et idem significat phase. Secundum Amb. vero est Græcum. & significat passionem (Iudęorum) quod nō dicitur quasi aliæ nationes pascha celebrarent: sed Iudæorum dicitur secundum. S. Tho. Vel quia non erat Domini sed hominum: quia non sanctè, & ad Dei gloriam: sed ad hominum volupta
C tem illud celebrabant. vel vt dicit ad differentiam nostri paschæ in quo non figuralis: sed verus agnus est immolatus (Et ascendit Iesus Hierosolymam) vt legem impleret quam ipse tulerat. Iubebat enim quòd ter in anno, i. in pascha, in penthecoste, & in scenophegia omne masculinum de genere Iudæorum appareret coram domino in Hierusalem. Cum remotioribus tamen dispensabitur, secundum aliquos: quo ad
D penthecostem, & scenophegiam. ¶Est autem sciendum, secūdum Alchuinum quòd bis legitur in Euāgeliis Christus post baptismum Hierosolymam ascendisse. s. semel ante incarnationem Ioannis, & semel ante passionem: & vtraque vice purgauit templum eiiciendo vendentes, & ementes de illo. Vnde sequitur (Et inuenit in templo). i. in atrio templi. Nam templum habebat triplex atrium. i. spatiū circa se: & eorū vnum E diuisum in duo, vnum immediate circa templum quod erat sacerdotum: aliud virorum mundorum: aliud mundarum mulierum: aliud immundorum, & gentilium. De hōc eiecit dominus vendentes. patent autē ista ex dictis suprà fer. iij. post. j. dominicam. xl. exceptis quæ sequuntur (quasi flagellum de funiculis) Quærunt hic aliqui. s. Nic. de Lyra, quomodo Christus in tēplo funiculos F inuenerit? Et soluunt dicētes quòd probabile est eū vsum fuisse funiculo pro zona: sed multo probabilius est quòd ibi essent funes quibus iumenta ibi vendenda ligabantur. Nam apostoli legun tur zonas habuisse Matt. x. & ex multo probabilius de Christo qui datus fuit in exemplum omnium: propter quod & sicut cæteri est conuersatus, & indutus, vt patet ex his quæ docet. S. Tho. G iij. par. q. xj. (Auferte ista hinc) Leuius autem corripuit venditores columbarum: quia non ita dehonestabant templum. ¶Notādum verò quòd Christus nunquam fuit ita seuerus in puniendo sicut hic: quia erat illud factum in iniuriam Dei patris, quam nullo modo ferebat: licet sufferret suam (Recordati verò sunt discipuli eius). s. post eius passionem. vel tunc secundum Chrys. H quando ista viderunt (quia scriptū est) in psal. lxviij. (zelus) vt in bonum sumitur. qui secundū Alchuinum, est feruor animi, quo mēs relicto humano timore pro defensione veritatis: accenditur. Hæc ille. (domus tuę). i. quem habui pro honore domus tue siue templi tui: ō pater (comedit me). i. vehementer accendit. vel comedit me, i. cōsumit per

I mortẽ. zelus eñ Christi pro Deo prouocauit magnates Iudæorũ. vt illũ occiderẽt. ¶ In hac parte est morale documentũ. quod Aug. tãgit di. Comedit zelo domus Dei qui oĩa, quæ vidit ibi peruersa cupit emẽdare: & si emendare non potest tolerat, & gemit. Si ergo in domo tua ne quid peruersum fiat satagit: in domo Dei vbi salus ꝓposita est debes pati quantũ in te est, si quid per-
K uersi videris. Amicus est, admoneat leniter: vxor est, seueriſsime frẽet: ancilla est, etiã verberibus cõpescat. Fac quicquid potes pro ꝑsona quãtum portas. Hæc ille. ¶ Quantũ ad secundũ tangitur interrogatio quã Iudæi Christo fecerũt: cũ dicitur. (Rñderunt Iudæi) facto, s. eius, nõ verbis: quia magis grauabãtur eius facto, quàm dicto. (quod signũ). i. quod miraculũ (ostẽdis nobis:
L quia hoc facis). i. quia habeas potestatẽ ista faciẽdi: seu autoritatẽ? In correctione enim secundũ, S. Tho. duo requirũtur. s. zelus, & autoritas. Et quia in facto Christi de primo nõ apparebat dubiũ: de secũdo quæsiuerũt ac si dicerẽt. Quo miraculo probas ꝙ habeas autoritatẽ immutãdi quę ordinauerũt sacerdotes, quasi principalis Dñs templi, vel quasi propheta missus à Deo. Et quia vt dicit
M S. Tho. insidiosè signũ quærebãt quasi desperãtes de exhibitione signi: vt calumniam inferrẽt nõ vt scirẽt: ideo dat eis signũ occultũ quo non illuminẽtur magis, sed magis excecãtur. Vnde sequitur (Rñdit Iesus, & dixit eis. Soluite templũ hoc: & in tribus diebus excitabo illud) Aug. in gl. sic videtur cõtinuare. Ego nõ do vobis signũ meę potestatis: sed expono vobis qd̃ significet hoc quod ego feci. Et tunc intelligit (Quod signũ ostendis nobis: quia hæc facis). i. vis significari, vel ītelligi in hoc facto (Et ille, Soluite &c.). i. sicut templũ hoc corporale vos inquinatis, & ego emundo: sic corpus meum vos dissoluetis, & ego resuscitabo (vel soluite &c.) i. hoc argumentũ & signũ do vobis meæ autoritatis (Soluite). i. vos soluetis, me permittẽte, & nõ soluẽte, neq; soluẽte natura. Non enim dixit soluã, vel soluẽ, sed soluite (templũ hoc). i. corpus meũ (& ego) mea virtute secũdum Titũ (in tribus diebus). i. post triduũ (excitabo illud) à somno mortis ad vitã. Hoc autẽ fuit infallibile signũ deitatis. Appellauit autẽ Christus corpus suũ templũ quia in eo habitauit plenitudo diuinitatis: nõ solùm per gratiã vt in aliis: sed corporaliter, vt dicit ad Colos. ij. ꝓpter vnionẽ in ꝑsona: qua & anima, & corpus deitati fuerũt vnita. Ex hoc autem credidit Apollinaris ꝙ sicut templũ est res inanimata: ita Christus corpus sine anima assumpserit: & ꝙ in eo diuinitas loco animæ fuerit. Sed si hoc esset verũ Christus nõ fuisset homo plus quàm sit homo. Secũdò etiã nõ habuisset humanã carnẽ: nec cõsequenter aliquid pertinẽs ad naturam humanã. Et autẽ deceptus in hoc ꝙ Christus corpus templũ dicit metaphoricè: & cõsequenter nõ oportet similitudinẽ quãtum ad oĩa intelligere: quod autẽ Christus animam habuerit patet: quia dicit, Potestatẽ habeo ponẽdi animã meã. Ioã. quod de diuinitate nõ potest intelligi: quia eam deponere nõ potest. (Dixerũt ergo Iudęi) hoc signũ nõ intelligẽtes, & propterea reprobare volẽtes (Quadraginta

A ginta & sex annis ædificatũ est templũ hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud?) quasi dicerẽt. Impossibile vis facere. Non autẽ intelligãtur ista secundum Chry. de templo Salomonis quod septẽ annis completũ est vt habetur. iij. Reg. vij. & Nabuchodonosor fuit destructũ: sed intelligũtur, vt dicit, de eo quod post captiuitatẽ Babylonicã filii
B Israel ædificauerũt: quod multis annis ædificauerũt: quia à finitimis impediebãtur: vt patet in lib. Esd. Idẽ cũ Chry. tenet Alchuinus, & omnes ferè expositores. Sed hic magna quæstio de qua nullus expositor facit mentionẽ. Si eñ ista nõ possunt intelligi de tẽplo Salomonis: quia destructũ erat eadẽ ratione: nec de secũdo templo ædificato post captiuitatẽ sub Zorobabel possunt in-
C telligi: quia vt dicit Iosephus. xv. antiqui. c. vlti. Herodes destruxit illud: & ædificauit aliud quod octo annis consummauit. Ad hoc dico primò, quòd ista verba esse vera nõ est necesse: quia nõ sunt verba Christi, vel Euangelistę: sed Iudæorum. Dico secundò, quòd habent veritatem de templo Salomonis:
D non quò ad ædificationem tãtum quæ septem annis cõsummatum est secundũm quòd loquuntur prædicti doctores: sed quãtum ad materiæ præparationem, & actualem ędificationẽ simul. Nam Dauid præparauerat materiã: & Salomon fabricauit, vt patet. iij. Reg. vij. Sicut autẽ dicit Orig. A tẽpore quo Nathan propheta consuluit Dauid, vt templum fabricaret, & Dauid cœpit sumptus præparare vsque ad tempus quo Salomon illud templum consummauit fluxerunt. xlv. anni. Nec tamen quia illud erat destructum: ideo de eo E
ista non possunt intelligi: quia ly hoc potest impropriè demonstrare: demonstrãdo aliquid in eadem specie cum eo quod tunc videbatur: sicut & cùm dicitur. Hæc herba crescit vbiq;. Dico tertiò, quòd etiam intelligi possunt de secundo templo: vt dictum est eadem ratione. & tantò amplius quanto in tẽplo quòd demonstrabãt, erat materia multa prioris. Non autem intelliguntur de F
tertio quod ædificauit Herodes. Primò, quia ipse minori tẽpore ædificauit. Secundò, quia propria illa nõ fuit totaliter noua fabrica: quia non præparauit totam materiam. Habuit enim lapides, & ligna templi quod deposuit: quamuis superaddiderit multa. Posset tamen dici quòd ipse octo annis substantiam fabricæ compleuit: sed tamen post per multos annos aliquid modicũ fuit sem- G
per fabricatum ad decẽtiam pertinens. Quamuis autẽ Iudæi prædicta referrẽt ad templũ materiale: tñ Aug. li. lxxx. q. dicit esse vera de tẽplo corporis Christi. Formatio enim, & conceptio, vt ait, humani corporis. xlv. diebus perficitur. Primis enim sex diebus habet similitudinẽ lactis, nouẽ aliis cõuertitur in sanguinẽ. xij. aliis solidatur in carnẽ, xviij. aliis perficitur organizatio quantũ ad H
omnia lineamẽta. Ista aũt addatur vnũ propter sacramentum vnitatis faciunt. xlvj. Vnde versus. Tres bis lacte dies: tres sunt in sanguine terni. Bisseni carnem tresseni mẽbra figurãt. Deinde autem est puer in vtero matris cõmuniter vsque ad cõplementum noni mensis, & initium decimi, dicente Vergil. in Buc. Matri longa decem tulerũt fa-

I stidia menses. Vnde illa verba. s. Mach. vij. matris ad filiū. s. Te nouē mēsibus in vtero portaui: videntur corrupta: qa libri correctiores habent decem, & nō nouem. sumendo. s. totum pro parte. Ista tamen sanè sunt intelligēda, Nam simul in christo fuerunt formatio corporis: creatio animæ: & vnio animæ ad carnem: vt vnio verbi ad carnē, & animam. Quamuis autem in ipso instanti
K vnionis corpus Christi fuerit perfectū quantum ad integritatem omniū membrorum: ad quantitatem tamen humano corpori debitā peruenit in prędicto numero dierum. Est enim sciendū ꝙ in ipsa conceptione est maioris quantitatis qui futurus est maior. Cum igitur Christus fuerit mediocris staturæ in ipsa conceptione debuisset etiam esse mediocris quātitatis. Sed istam quanti
L tatem tunc nō habuit: sed eam quam tunc habent illi qui. futuri sunt parui: & deinde xlvj. diebus peruenit ad illā mediocrem quam habuisset: tūc si fuisset naturaliter conceptus. Vide de hoc. Tho. iij. par. q. xxxiij. Ille autē dicebat de templo corporis sui id est de corpopore suo quod templum propter deitatis vnionem, seu iuhabitationē. & propter reconciliationem: quia sicut in tē-
M plo, ita & in Christo homines reconciliantur Deo, & propter fabricationem. xlv. diebus perfectam & propter sacramentorum iadministrationem. & propter excellentem sanctificationem (Cum ergo resurrexisset à mortuis IESVS Christus recordati sunt discipuli eius) id est intellexerunt quia secundum Alchuinum tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas Luc. vj. & clarius etiam ex resurrectione cognouerunt cum esse Deum qui in illo corpore habitabat, velut in tēplo (quia hoc dicebat de corpore suo) ꝙ viderunt tertia die excitatum. (Et crediderunt per euidentiam facti magis solidati in fide (scripturæ) prophetarum quæ multipliciter hoc ptædicat (& sermoni quē dicit Iesus) scilicet soluite &c. In hac parte est documentum morale: quia Christus in hac fide iustitia que eiecit de templo oues & boues dedit documentum prælatis. Nam seruauit seueritatem eijciens ea quæ templum fœdebāt vt oues, & boues: & lenitatem in hoc ꝙ non sic eiecit columbas, quæ sic non fœdabant sed vendentibus leuiter dixit, Auferte illa hinc. Et discretionem: quia nō est virgā gladio, aut baculo: sed flagello: iuuenens quod prælatus in corrigendo debet esse seuerus malis: mansuetus bonis, & discretus omnibus. Vnde in annis, & discretus omnibus. Vnde in anchа quæ prælatum significabat erat virga, & manua, & tabulæ in quibus sapientia Dei erat inscripta: vt patet ad Hebr. ix. Et eadem ratione in basilius templi quæ significabunt prelatos erā sculpti leones, & boues, & Cherubin. iiij. Reg. vij. ¶ Anagogicè autem iste templum significat cœlum siue cœlestē templum quod est Christus: vt placet Apoca. xxj. de quo eiiciuntur boues cornibus ventilantes id est superbi: & nummularii id est auari, & columbæ quæ sunt aues libidinosæ id est luxuriosi, & oues id est hypocritæ qui sunt in vestimentis ouium. Eiiciuntur, inquam, vt excommunicati iuxta illud Apoc. xxj. Foris canes &c. Vnde cum eis

A eis non participabant sancti in loquela, nec officio nec, saluatione id est salutis exoptatione. ¶ Allegoricè vero significat ecclesiam de qua eiiciūtur eadem genera peccatorum: sed alio modo. Est autem in hoc sensu allegorico documentum morale quod tangit Alcui. dicens, Quotidie Deus spirirualiter ecclesiam suam intrat & qualiter
B vnusquisque ibi conuersetur attendit. caueamus ergo ne in ecclesia Dei fabulis, vel risibus, vel odiis, vel cupiditatibus vacemus ne improuisus & veniens non flangellet: & de ecclesia sua eiiciat, Hæc ille. ¶ Quantum ad tertium tangium conuersis multorum: cum dicitur (Cum autem esset Hierosolymis in pasca in die festo (id est solēnitate quæ septem diebus durabat) inuiti cre
C diderunt in nomine eius.) Credētes. s. ꝙ esset Christus) videntes sina. (Sicut enim doctrina humana fit nota per resolutionem ad principē a prima: ita doctrina fidei per resolutionem ad signa quæ fiunt in testimonium eius. Cum enim miracula solus Deus facit: oportet dicere vel quòd talis doctrina sit vera. vel ꝙ Deus esset testis falsitatis: quod absurdum est. Sed si mi
D raculum ita cōuincit quare vidēdum. Idem miraculū alius credit: alius vero non credit. Ad hoc dico ꝙ ideo est: quia aliqui non credunt miraculum illud esse verè a Deo in testimnnium talis doctrinæ. Vnde demones quibus constat miracula esse verè miracula id est diuina virtute facta: eo ꝙ totā virtutē naturalē siue creatam comprehendūt: si miraculum aliquod flerint viderint credere compelluntur (quæ faciebant) Contra: qui nulla tunc legitur E fecisse signa. Ad hoc dicit Origē. quod no nomina facta saluatoris sunt scripta vt patet Io. xx. Non enim intendebant Euangelistæ scribere omnia gesta Christi: qui non sufficiebāt. sed ex multis voluerunt aliqua scribere, quibus probaretur vera diuinitas, & humanitas. Vel dicendū est secūdū eundē ꝙ mirabile signū visum est eis ipsa eiectio. vendentium: vt dictum est, vbi supra. F (Ipse autē Iesus non credebat semeipsum eis) id est non confidebant in eis secundum Chry. Sed si credebāt in eum quare ipse non credebat eis. Ad hoc dicit Chrys. ꝙ isti erat rudiores. Nam propter signa crediderat quod pertinet ad rudes: rationabiles autem per doctri nam, & prophetas trahebantur. Quia ergo erant rudes, & imperfectè credebant: non credebat se eis exhibendo fa- G miliarem: à secreta fidei reuelando, sicut apostolis faciebant. Vnde vt Euangelista insinuet eos imperfectè credidisse non dixit: crediderunt in eum: quia scilicet necdum credebāt eius deitatem, sed dixit: crediderunt in nomine eius id est crediderunt id quod de eo dicebatur nomine tenus id est cū esse iustum, & bonum. Vel secundum alios hoc est: quia illi erant imperfectè cre- H dentes, & cum hoc eis quidem fictè se immiscebant. Vel secundum Ange. ista sunt propter mysterium facta. Nam vt dicit, isti gerunt formam cathecuminorum in ecclesia eorum scilicet qui credunt, sed adhuc non sunt Baptizati: sed instruentur, vt Baptizentur. Et si isti enim credunt in nomine Christi: Iesus tamen non credit se eis: quia ec-

Ecclesia Christi: quod sicut nullus nisi sacerdos potest conficere: ita nullus nisi Baptizatus potest suscipere. Non ergo talibus exhibebat se familiarem (eo ꝙ ipse nosset omne) quod ad interiora. imo secundum Aug. plus nouerat de eis quã ipsemet: quia & ipse Petrus nõ nouit fragilitatem suam quando pro Chrysto non volebat: quã tamen sciuerat Christus: & quia opus ei non K erat) id est non erat necesse (vt quis testimonium perhiberet de homine) dicendo Christo qualis esset aliquis homo (Ipse enim sciebat quid esset in homine) Imo quid futurum esset: & quid accidere potuisset. ¶ In hac parte est morale documentum: de quo ait Bed. Qua propter mouemur, vt nunquam de nostra conscientia securi simus sed semper solliciti formidemus, quia L quod nõ latet æternũ arbitrium latere non valet. Hæc ille.

Feria.iij.post domi.iiij.in Quadra. Io.vij.

IAm die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabã M tur Iudei dicentes, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina, non est mea sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatẽ mea facere, cognoscet de doctrina mea: vtrum ex deo sit, an ego à me-

ipso loquar. Qui à semetipso loquitur: gloriã propriam quæritqui autẽ quæritgloriam eius qui misit illum: hic verax est & iniustitia in illo non est. nonne Moses dedit vobis legẽ & nemo ex vobis facit legem quid me quæritis interficere? Respõdit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere? respondit Iesus, & dixit eis. Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem. non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circũcidi tis hominem. Si circuncisionẽ accipit homo in sabbato vt nõ soluatur lex Moysi: mihi indignamini: quia totum hominẽ sanũ feci in sabbato? Nolite iudicare secundũ faciem: sed iudicium iudicate? Dicebant ergo quidam ex Hierosolyminis? Nonne hic est quem quærunt interficere. Ecce palã loquitur, & nihil ei dicunt. Nũquid verè cognouerũt principes, quia est hic Christus. Sed hunc scimus vnde sit: Christus verò cũ venerit nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus docẽs in

A in tẽplo, & dicens Et me scitis, & vnde sim scitis, & à meipso non veni: sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehẽdere: & nemo B misit in illum manus, quia nõdum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum.

IAM DIE FESTO mediante &c. Io.vij. In præsenti Euang. tanguntur tria puncta quę sunt, Admiratio Repre.ensio, & Dubitatio. ¶ Quantum ad primum tangitur admiratio qua, C Christo docente, Iudæi tenebãtur. Circa quã sciẽdũ est quod eã quæ in præsenti Euangelio narrantur cõtingerũt in festo Scenophegiæ: vt dicit Beatus Io. Erat autem Scenophegia festũ tabernaculorum: quo septem diebus comedebant in vmbraculis frondium in memoriam beneficiorũ, quæ à Deo receperunt: ambulando per desertum. Di citur antem à scenos, quia est vmbra- D culum: & phagin, quod est comedere. Ad hoc festum fuerat Christus cũ suis fratribus inuitatus: vt habetur infra feria.iij. post dominicam de passione: sed voluit ire ad festi principiũ: licet ascendit circa mediũ eius id est quarto die, Dicitur ergo (Iam die festo.) Sumitur autẽ hic dies festus secundũ Chry. & Au. pro toto tẽpore solẽnitatis quod vij. dies continebant (mediante) id est existente in medio: quia. f. vt ait Augu. H tot dies præterierant de festo: qu futuri erant (ascendit Iesus in templũ, & docebat) publicè & patenter: non obstante ꝙ vellẽt eum Iudæi occidere. ¶ Sed quare non incepit à principio festi docere. Ad hoc dicit Chryso. ideo sic eum fecisse: vt attẽtiores haberet auditores. Nam in principio festi fuit quæsitus: & quidam dicebant ꝙ bonus erat, quidam vero ꝙ non, sed seducit turbas. Re F perente autem eum præsente videntes vtrique magis ei intendebant dicenti. illi, vt aliquid lucrarentur, & isti, vt illum comprehenderent. Theo. autẽ dicit ꝙ in principio festi magis erant intent in his. quæ erant festi: ideo ita attenti nõ fuissent. Quid verò docere incertum est: sed tamen talia, & taliter dobat: vt qui dixerunt. seducit turbas: secundum Chry. mirarentur. Nam sequi G quitur (Et mirabantur Iudæi) Aug. Et vnde admiratio? Quia multi nouerat vnde natus: quemadmodum fuerat educatus, Nunquam eũ viderũt literas discentem, audiebant tamen de lege disputantem: legis testimonia proferentẽ: quæ nemo proferre posset, nisi legisset: nisi literas didicisset. Et ideo mirabãtur dicentes, (Quomodo hic literas scit cũ non didicerit) Hæc ille. Et est autem H sciendum secundũ. s. Cho. iiij. per. q. xij. ꝙ Christus licet habuerit sciẽtiã experimentalem, & acquisitã secundũ quam ꝓfecit: rñ nihil ab hoĩe didicit: qa fuit à Deo cõstitut° caput in gratia, & doctrina cõferẽda hoĩb° qa ideo venit, vt doceret veritatẽ. Nullũ aũt primũ motẽs mouet ea ſpecie mot° qua mouet ab aliqua eorũ q̃ mouet. Fuit aũt Christus

I secundum istam scientiam edoctus à Deo: quæ per creaturas sensibiles docet sicut alii magistri per verba. Sed contra: quia secundum istam scientiam non omnia ab initio: sciuit ergo si ab alio audiuisset sermonem de re quam nesciebat illam didicisset. Ad hoc dicit S.Tho. vbi supra quod cum in illa scientia sicut in ætate proficeret non accommodabat auditum scientiæ nisi vt con-
K gruebat ætati: & tũc iam didicerat quæcunque audiebat. Ista tamen quæ dicit S. Tho. intelligo quantum ad artes: & scientias & omnia quæ docentur suppositia vocum impositione. Ipsam autẽ impositionem vocum, & lectionem literarum: aut non didicit per experientiã: aut didicit audiendo alios loquentes, & legentes vt videtur non audiendo docentes. Sed contra hoc quia dicit Aug.
L quod Iudæi nunquam eum viderunt literas discentem. Ad hoc dico quod sic dicit Augu. quia non viderunt eum literam, scholas, & magistros frequentantem: cum quo stat quod aut per experiẽtiam istã non didicit, aut didicit audiendo loquentes, & legẽtes puta matrẽ, vel alium. Ipsa enim experimentalis scientia Christi fuit naturalis. Naturaliter autem nullus scire potest prædicta nisi
M prædicto modo. Nullus tũ, nec mater, nec alius ex intentione docuit eum ista quia cum aderat ætas conueniens, vt disceret à matre verba formare, iam propter eminentiã suę imaginationis, & ingenii cuius vsum semper habuit ista dicerat: loquente matre ad aliũ finem, quàm ad filiũ docendum. Sed eo casu mater non se habebat, vt magistra: sed vt res scibilis: sicut & Ieo visus ab eo, vel auditus. Ab angelis quoq;, vt habetur vbi supra, nihil didicit Christus. (Respondit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me). Quid. Non miremini: quia ista doctrina est mihi data à deo. Contra hoc arguit August. quia ista sententia implicat cõtradictionẽ. s. mea non mea. Soluit autem. Primò. secundum eundẽ sic. Quæ est inquit, doctrina patris, nisi verbũ patris? Ipse ergo christus est doctrina patris, si verbũ patris est. Sed quia verbum non potest esse nulli°, sed est alicuius: & suã doctrinã dixit seipsum, & non suã: quia patris est verbum. Quid enim est tuum quam tu: & quid tamen non tuũ quàm tu: si alicuius est quod es. Hæc ille. Ista autem solutio videtur obscura: sed est pulcherrima: & sub aliis verbis sic ponit à S.Th. Aliquid dicit esse tuũ dupliciter. Vno modo per identitatẽ: & sicut tu es, tuus. Alio modo, per causalitatem, vel originẽ: & sic tu non es tuus: quia non causasti teipsum: sed filius quem genuisti est tuus, qui tã non est tuus per idẽtitatem. Christus ergo qui est doctrina. cum sit verbum dicit Doctrina quæ est mea per identitatem. i. ipsum verbum non est mea per originem: quia à meipso non sum sed à patre. Mea ergo, & non mea diuersimodè non sunt opposita. Vnde Augu. prædicta concluſit di. Breuiter ergo hoc mihi dixisse videtur. Ego non sum à meipso Hęc ille. Chry. verò sic soluit quia doctrinam dixit sua, quia eam docebat & non suã quoniã patris erat doctrina, qui eam tradiderat filio. Sed contra quæ omnia quæ sunt patris: sunt etiam filii. Ad hoc dicit ipse quod cùm dicit filius non

A non est mea, idem est ac si dicat, non habeo aliquid diuisum à patre. Et intendit Chry. quod christus sic vult dicere Doctrina mea. i. quam ego prædicto: nõ est mea propria, sed est eadem cum scientia patris mei: & patri mihi quoq; communis. Absoluta enim in diuinis sunt communis. Ista autem non contra dicunt. Iterum autem Aug. in. j. de Trini. sic soluit. vt sit sensus. Doctrina quę
B est mea, inquantum sum Deus: non est mea inquantum sum homo. Sed contra omnes istas solutiones arguitur. Nam doctrina acquisita in Christo erat sua per causalitatem contra primam solutionem & per proprietatem, contra secundam & secundum humanitatem cõtra tertiã. Ad hoc dico tria. Primò quod christus cõiter docebat ea q̃ fidei sunt
C quę per scientiam experimentalem nõ cognoscuntur: & vero simile est tunc quando mirabãtur illum aliqua de spiritualibus docuisse. Dico secundo quod per scientiam experimentalem non potuit per seipsum præcise addiscere literas legere: quia per istam scientiam nõ possunt sciri ea quæ ab alicuius voluntate dependent cuiusmodi est significatio literarum nisi alio docente, vel lo-
D quente vt supra dictum est: si ergo ista ab homine docente, vel loquente non didicit. etiam ista experiendo non cognouit, sed per infusionem. Si autem ea didicit ab homine loquente non autem docente vt verum est habuit quidẽ istã scientiã à proprio, & in proprio ingenio humano, sed tamen fuit à deo, vt à prima causa & fuit dei vt efficientis: & si non dei vt per eam formaliter scientis. Aliquid enim est alicuius, vt subiecti: sicut albedo socratis est eius. Et ali E quid vt causæ, & principii actiui: sicut filius Socratis, dicit esse filius eius. Id ergo de quo Iudæi mirabantur nõ pertinebat ad experimentalẽ scientiã: vel si pertinebat ipsa scientia non erat propria christi: nisi vt subiecti non autẽ vt principii primi. Tertiò, dico quod oẽs prædictæ solutiones loquuntur de doctrina christi diuina qua docebat, quæcunq; docebat: quia omnia quæ nouerat scientia experimentali nouerat etiã F scientia diuina: non è conuerso. Si qua ergo eius doctrina erat experimentalis & diuina erat sua, & non sua tribus modis prædictis inquantum erat diuina non inquantum erat experimentalis. Probat autem christus suã doctrinã esse à deo: & non esse suã propriam quasi ipsam finxerit, ex hæc quod deponẽtes passiones contra christum clarè videG bant lumine fidei illam doctrinã esse à deo. Vnde dicit. (Si quis voluerit volũtatem eius). s. qui misit me (facere) deponendo, vt dixit Chry. omnem inuidiã & omne odium contra me: & credendo in me quod est voluntas dei secundum (Aug. cognoscet de doctrina) mea, scilicet (virum ex deo sit) tanquam conformis diuinæ voluntati. imò tanquã mihi cõicata à patre quo ad diuinitate, & H tanquã indita quo ad humanitatẽ. (an ego à meipso). i. ex proprio capite loquar. Et hoc dicit, quia licet verè in aliquo à patre discordare non posit, poterat secundum opinionẽ illorũ. Quod autem ex suo capite non loquat probat à signo dicens. Qui à semetipso loquit) .i. qui vult pripriã instruere doctrinam & relicta illa quam Deus reuelauit glo

riam propriam quærit.(Qui autē quę-
rit gloriam eius qui misit illum).i.Dei
(hic verax est) quia non fingit vanam
doctrinam(& iniustitia in illo nō est.)
Præsupponit autem christus in his ver
bis quod eis esset per signa notū quod
ipse prepriam gloriam non quærebat:
sed tantummodo Dei: & consequenter
quod non fingebat mendacia. ¶ In hac
parte est literale documentum de quo
K Aug.ait.Si quis autem parum intellexe
rit audiat consilium quod dominus dat
di.Si qs voluerit &c.Quid est? Si quis
voluerit volūtatem eius facere: hoc est
credere in eum. Ipse enim supra dixit.
Hoc est opus dei vt credatis in eū quē
ipse misit. Quis autem nesciat hoc esse
facere voluntatem Dei operari opus
eius? Cognoscere autem, hoc est intelli
gere.Ergo noli quærere intelligere, vt
L credas:sed crede,vt intelligas:quia nisi
crediderit is non intelligetis. Hæc ille.
Et videtur velle ꝙ qui aliquid credit in
tellige illud in patria videndo illud in
se:in via verò intelliget illud quantum
postquam semel crediderit illud appa
rebit ei credibilius quam prius.¶ Quā-
tum ad secundum tangit quædā repre-
hensio quā christus fecit Iudæis, & in
M ea vult se excusare. de vno de quo cri-
minabant eum.Sicut enim,dicit Chry.
duo christo obiiciebant Iudæi. Primo,
solueret sabbatum: & consequenter le-
gem. Secundo, ꝙ se æqualem faceret
deo.Hic ergo excusat se de primo ostē-
dens quod ipsi potius soluunt legem di
cens.(Nonne Moyses dedit vobis legē
& nō gentilibus:ita quod vos estis qui
tenemini illam adimplere (& nemo ex
vobis facit) id est implet (legem) quia
estis homicidæ. Ideo subditur. (Quid)
id est quare (me queritis interficere)
quasi diceret secundum Chry.Et si ego
dissolui legem hominem sanans,trans-
gressio fuit in salutem. Vos autem trā
gredimini in malum. ¶ Et nota quam
fuit Iudæorum stultitia. Existimabant
enim licitum hominem in sabbato la-
pidare: non autem sanare quod patet:
quia quando lutum fecit Christus ex
sputo:& infixit oculos cæci erat sabba-
tum:& tamen eadem ferè hora volue-
runt eum lapidare.vt patet Io.ix.& cer
tum est ꝙ est magis seruile opus homi
nem lapidare quàm illuminare oculos.
Et si dicant ꝙ bono fine faciebant: di-
cendum est: quòd multo melius potest
bono fine hominis salus quam hominis
mors procurari.(Respondit turba) tur
bata(& dixit demoniū habes) ideo tan-
quam amens loqueris.(Quis te quærit
interficere?quasi dicerēt.Nullus: puta
bant enim forte quod laterent sui cogi
tatus Christus autem non reddidit ma-
ledictum pro maledicto, neq; etiā cen
suit eos qui eum quærerent interfice
re sed tranquille respondit: & quæsie
dissoluere id quod ei de sabbati solutio
ne obiiciebant.Dicitur ergo (Respon-
dit Iesus,& dixit.Vnum opus).i.vnam
sanationem fecit in sabbato,quando.s.
sanauit languidum in probatica pisci-
na:vel forte alias sanando alium[& ōia
Miramini].i.turbamini, & tumultuatis
secundum Chryso. Arguit autem quod
licebat ei curare in sabbato,& intendit
tale argumentum. Si sanare hominem
in sabbato esset contra legem, etiam &
circuncidere hominem,esset contra le-
gem.imo multò fortius, quia est opus
mā-

A magis seruile. Nam sanatio fiebat solo
verbo interdum.Non autem est contra
legem secundum : eo quod ad gloriam
Dei fiat ergo neque primum. Et si di-
cas quod secundum. s. circuncisio erat
ad gloriam Dei: vel salutem circuncisi
spiritualiter.idem dicam de sanatione.
Et hoc est quod dicit. Propterea Moy-
ses dedit vobis].i.præcepit in lege[cir-
cuncisionem non quia ex Moyse est].i.
B non quia ipse eam accepit à deo primo
& immediate.[sed] supple, quia est [ex
patribus] ad Moysen deriuatum : quia
data fuit Abraæ Gene.xvij. [Et in sab-
bato circuncidit's hominem].s.& si sab
batum fuerit dies octauus nati infantis
vt dicit Aug. Lex enim sicut sabbatum
custodiri,ita & octaua die puerum cir-
cuncidi mandabat.[Si ergo circuncisio
nem] quæ non iustificat animam sicut
C neq; gratiam confert ex opere operato:vt dictum est in die circuncisionis:
sed solum est signaculum salutis,secun
dum Aug.]accepit homo in sabbato[.s.
sine solutione legis : vno] vt non solu
atur lex Moysi:mihi indignamini qui
totum hominem sanum feci in sabba-
to] totum , inquam id est , quantum ad
corpus & animam: secundum sanctum
Thom. Augusti. Sunt autem prohibita
D seruilia opera in sabbato. Nunquid ser
uile opus est hominem sanare sabbato?
Manducatis quidem etiam bibitis sab-
bato:quia pertinet ad salutē : per quod
ostenditis opera salutis nullo modo es-
se omittenda sabbato. Hæc ille. Licet
autem secundum Chrys. Christus non
dicat apertè scilicet mando se aliquid
maius fecisse circuncisione, qua erat
particularis sanitas tamen narrat fa-
ctum,deinde hortatur vt rectè iudicent E
dicens.[Nolite iudicare secundum fa-
ciem : sed iustum iudiciū iudicate]
quasi diceret secundum Chryso. Non
quia apud vos Moyses est maioris glo
riæ quam sim ego ex personarum di-
gnitate feratis sententiam : sed ex rerū
natura quod est iuste iudicare. Nullus
autem incusauit Moysen quod iusit
sabbatum solui propter mandatum cir
cuncisionis , quod non ex lege, licet a- F
liunde : erat. ¶ In hac parte est morale
documentum de Christi patientia in
iniuriis de quo Beda ait Christus no-
bis patientiæ reliquit exemplum : vt
quoties nobis ab aliquibus falsa obii-
ciuntur conuicia: patienter toleremus:
& vera quæ possumus non obiiciamus,
sed salutaria monita prædicemus.Hæc
ille.Sunt autem secundum Senec. qua
tuor remedia contra illatas iniurias. G
Primum est esse magnanimum & con-
sequentur se recepisse iniuriam non re
putare Senec.Quid faciet sapiens cola
phis percussus?Quod fecit,inquit, Ca-
to, qui percussus in ore negauit se in-
iuriam recepisse.Secundum , est dissi-
mulare se non audire , vel videre. Se-
nec.Non expedit omnia audire,aut vi-
dere. Non vis esse iracundus : non sis
curiosus . Tertium est in ludum , & so- H
latio iniurias conuertere. Senec. Circ
unscribenda est iniuria , vt in lu-
dum , iocunque vertatur. Sic secun-
dum eum Diogenes consputus à Len-
tulo , Affirmabo [inquit] ô Lentu-
le falli eos , qui negant te os habere.
Quantum est,obliuio.Senec. Iniuria-
rum remedium , obliuio est. ¶ Allego-
ricè tamen iste homo totus sanatus in

sab

I sabbato idest in requie mortis christi: est humanum genus, vel principiũ eius Adam in quo fuerunt quatuor infirmitates (Vna, scilicet causata lex nimia comestione scilicet pomi vetiti. quàm christus curauit ieiunio, xl. dierum. Et alia causata ex nimio frigore, seu carẽtia charitatis quam sanauit sudore ex immenso caloris amore prodeunte. Et quædam causata ex abundantia, &
K corruptione sanguinis idest copia terreno rum quam sanauit per minutionẽ qua totum sanguinem suum effudit. Et quę dam quæ causatur ex humorum idest viorum corruptione quam sanauit per amarę potionis idest fellis, & aceti sumptionem. ¶ Anagogicè verò significat idem: Sanabit autem totum hominem perfectè in resurrectione corporũ gloriosa. ¶ Quantum ad tertium tangitur
L dubitatio quæ fuit in populo. an christus esset christus: cùm dicitur (Dicebãt ergo quidam ex Hierosolyma) scilicet oriundi, vel qui Hierusalẽ inhabitabãt, & melius nouerant consilia principũ: secundùm Chry. hic magis erant christi signis potiti: & tamen erant misera biliores alii: quia videntes signa deitatis eius omnia peruertebãt iudicio corruptorum principum. (Nonne hic est
M quem quærunt Iudæi) idest principes Iudæorum (interficere: Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt) Aug. nouerãt enim qui sæuitia quærebatur. mirabãtur qua potentia non tenebatur. Igitur non plene intelligẽtes christi potentiã putauerunt esse principum sentẽtiam ꝙ ei pepercerunt. Hæc ille. Vnde subduut. (Nunquid verè cognouerũt principes: quia hic est christus?) Quasi, dicerent, Fortè pœnitent: quia cognoscunt
istum esse christum. Sed eis occurrebat argumentum ad contrarium: vnde dicunt. (Sed hunc scimus vnde sit) quia de Nazareth Galileæ (christus autem cùm venerit nemo scit) idest scient: vt sit) Quærit autem Aug Vnde isti habebant hanc credulitatem de christo, cũ scriptura pronuntiet quòd Nazareus vocabitur. & quòd in Betthleem Iudæ nasci deberet. Et dicit quòd scriptura de christo prædixit vnde esset quantum ad humanitatem, sed quantum ad diuinitatem dictum est per Esa. Generationẽ eius quis enarrabit: Et hinc processit hæc opinio. Christus autem secundùm Aug. declarauit quòd & scirent vnde esset, & nescirent vnde esset cùm subditur. (Clamabat ergo Iesus docens in templo vt omnes cum possent audire, qui de hac re mussitabant, & vt eos faciat verecundari secundùm Chry. (dicens. Et nescitis) idest secundùm humanitatem (&) eodem modo (vnde sim scitis) quia secundùm ꝙ dicit Aug. in hac re solus latebat virginis partus quo excepto totum nouerunt in Iesu quod ad hominem pertinet. scilicet patriam, & parentes, & effigiem quam gerebat. sed quantum ad diuinitatem subiungitur secundùm eum.
Q uinitatem Augusti. (& à me ipso non veni) quia scilicet à seipso non est secundùm sanctum Tho. (sed est verus qui misit me) quasi, dicat: Non sum de numero eorum qui sine causa venerunt nõ missi. scilicet à deo secundùm Chryso. Iste autem mittens est deus pater qui misit christum ratione noui effectus in creatura, & ratione originis diuinæ simul. Spiri

A Spiritus autem sanctus ratione primi tantũ. Imo & ipse, & seipsum misit. Vide. S. Tho. j. di. xv. Quia autem verus est pater, vere misit filium secundum Chry. idest in vera carne, & non phantastica: secundùm ꝙ dixerunt hæretici (quem vos nescitis) & consequenter vt dicit Hil. vj. de Trini nescitis vnde. i. à quo sim. Nesciebant autem isti Deum neque comprehensiuè, neque beatificè.
B Primo enim modo solus Deus nouit Deum, Secundo autem modo soli beati. Sciebant autem de Deo: quia est vel saltem scire poterant: sed de Deo patre, vt sic nihil penitus sciebant: quanuis per fidem scire potuissent quòd in diuinis erat pater, filius, & Spiritussanctus: quia de hoc scripturæ loquebantur: vt dicitur fortè in die Trinitatis,
C vel alias (Ego scio eum) ideo si vultis eum scire, à me quærite. Patrem enim nemo nouit, nisi filius (& si dixero, quia nescio eum: ero similis vobis mendax) Quanuis autem sit impossibile Christũ esse mendacem, si tamen diceret mẽdacium esset mendax Nihil enim prohibet veram esse conditionalem cuius omnes partes sunt falsæ, & impossibiles. Vnde Deus potest peccare si vult:
D quanuis velle non possit. Si enim vel let peccare, peccaret: & consequenter posset peccare. Sed scio eum) comprehensiuè beatificè. Primum patet per. s. Tho. j. q. xiiij. Secundum verò. iij. parte. q. xxxiij. fuit enim ab instanti suæ conceptionis semper comprehensor simul, & viator vsque ad mortem (quiã ab ipso sum). i. procedo per generationem diuinam ab eo in identitatem deitatis: secundùm Hil. & consequenter eã
dem habeo scientiam cùm eo. (& ipse E me misit) in hunc mundum secundum carnem, vt dicit Aug. Sed quare dicit: ab ipso sum in præsenti: & ille me misit in præterito? Ad hoc dico quòd filium esse à patre nihil aliud est quàm filium generari à patre: quæ generatio in æternitate fit, & non in tẽpore æternitatis autem est infinita duratio: ideo licet indiuisibilis sit: tamen coexistit omni tempori. Non est ergo intelligen- F dum quòd aliquando filium genauit fierer. nunc autẽ non generet: quia semper genauit, & semper generat: & semper generabit: sicut semper dicit verbũ suum. Si enim aliquando non generaret: non diceret tunc verbum, & consequenter non haberet conceptũ: & consequenter nihil intelligeret. Filium verò mittit à patre dicit duo scilicet filio originari à patre. & nouo modo esse in G creatura quorum secundum est in tempore. Ideo ita aliquando fuit Christus incarnatus in præterito quòd non incarnatur in præsenti: sed incarnatus est, (Quærebant ergo cum apprehendere.) Sed quare. Videbatur enim bũ de eo dubitare, an esset christus. Ad hoc dicit Chrysosto. ꝙ fuerunt irrirati in eo quòd dixerat: quem vos nescitis tanquã superbi. Vel fortè quia eos di- H xerat mendaces. Vel possumus dicere ꝙ alii fuerunt qui erant ad eum dispositi. & alii qui contra eum. (Et nemo misit in illum manus) quia ipse noluit (quia nondum venerat hora eius) in qua: scilicet vellet pati secundùm. Aug. non in qua fato vrgẽte cogeretur pati. (De turba autem multi crediderũt in eum) quia non ita odio: & inuidia præ

pe

pediebatur,vt principes.¶ In hac parte est documentum quòd multi sunt quibus vitia placent:& correctio, vel obiurgatio displicet.sicut isti fuerunt irrirati:quia christus eos notauit de mẽdacio.Berñ.Esse peccatores volumus: & nolums existimari.Hæc ille.

Feria.iiij.post dominicam.iiij. in Quadra. Ioan.ix.

PRæteriens Iesus vidit hominem cæcũ à natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli sui,Rabi quis peccauit:hic aut parentes eius,vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus,Neque hic peccauit,neque parentes eius sed vt manifestentur opera dei in illo.Me oportet operari opera eius qui misit me,donec dies est.Venit nox, quando nemo poterit operari. Quandiu in mundo sum: lux sum mundi.Hæc cum dixisset expuit in terram,&fecit lutum ex sputo,& liniuit lutum super oculos eius,& dixit ei, Vade, & laua in natatoria Siloë:quod interpretaturmissus.abiit ergo & lauit,& venit videns:Itaque vicini,& qui viderãt illũ prius quia mẽdicus erat,dicebãt,nõne hic est q sedebat,& mẽdicabat.Alii dicebãt,qa hic est,alii autẽ,nequaquã:sed similis est ei.Ille vero dicebat, quia ego sum.Dicebãt ergo ei, Quomõ ergo aperti sunt tibi oculi?Rñdit,Ille homo q dicitur Iesus lutũ fecit,& vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoria Silo,& laua,& abii,& laui, & video. Et dixerunt ei, Vbi est ille?Ait?Nescio.Adducunt eum ad pharisæos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.Iterũ ergo interrogabãt eũ pharisæi quõ vidisset:Ille aũt dicit eis, Lutũ posuit mihi super oculos,& laui,& video.Dicebãt ergo qdã ex pharisæis,nõ est hic homo à Deo q sabbatũ nõ custodit. Alii aũt dicebãt, Quõ põt hõ pctõr hæc signa facere?Et scisma erat inter eos.Dicũt ergo cæco iterũ, Tu qd dicis de eo q apuit oculos tuos:ille aũt dixit qa propheta est.Nõ crediderũt ergo Iudæi de illo:qa cæcꝰ fuisset,& vidisset,donec vocauerũt parẽtes eius q viderãt:& interrogauerũt eos,dicẽtes, Hic est filiꝰ videtur quẽ vos dicitis qa cæcus natus est, Quõ ergo nũc videt?Rñderũt eis parẽtes eius & dixerũt,Scimus quia hic est filius noster,& qa cæcus natus est:quõ aũt nũc videat nescimꝰ aut quis eiꝰ aperuit oculos,nos nescimus:Ipm interrogate ætatem habet,ipse de se loquatur. Hæc dixerũt parẽtes eius, qa timebãt Iudæos.Iam em̃ cõspirauerãt Iudæi,vt si qs eũ cõfiteretur esse christũ extra synagogã fieret.Propterea parẽtes eiꝰ dixerũt,qa ætatẽ habet,ipm interrogate. Vocauerũt ergo rursum hominẽ q cæcus fuerat, & dixerũt ei,Da gloriã deo. Nos scimus quia hic homo, peccator est. Dicit ergo eis ille,Si peccator est,nescio:vnũ scio, quia cæcus cũ essem,mõ video.dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi: quõ apuit tibi oculos? Rñdit eis, Dixi vobis iã, & audistis: Quid iterũ vultis audire? Nũqd & vos vultis discipuli eius fieri?Maledixerũt ei, & dixerũt, Tu discipulus eius sis:Nos aũt Moysi discipuli. Nos scimꝰ quia Moysi locutꝰ est deꝰ: hũc aũt nescimus vñ sit. Rñdit ille hõ,& dixit eis,In hoc em mirabile est:quia vos nescitis vnde sit,& aperuit oculos meos.Scimus aũt quia peccatores deus nõ audit.sed si quis dei cultor est,& volũtatẽ eius facit: hunc exaudit. A seculo nõ est auditũ quod aperuerit oculos quis cæci nati.Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquã.Respondẽrũt ei,In peccatis natus es totus,& tu doces nos: Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quia eiecerũt eum foras: & cũ inuenisset eũ, dixit ei, Tu credis in filiũ dei? Respondit ille,& dixit, Quis est dñe,vt credã in eũ? Et dixit ei Iesus,Et vidisti eũ, & qui loquitur tecũ ipse est. At ille ait, Credo dñe. Et procidens adorauit eum.

RAETERIENS IESVS vidit hominẽ cæcum &c.) Io.ix. In præsenti euangelio tangitur historia cæci nati, & illuminati. Et diuiditur in tria puncta quæ sunt Oculorum miraculosa restitutio,Phariſæorum rigorosa concertatio,& malignorum opprobriosa maledictio.¶ Quantum ad primum sciendum est qꝺ præsens historia à beato Ioanne narrãtur post absolutionẽ adultere quæ creditur facta in diebus passionis post dominicã palmarũ:sed qa illud fuit anticipatiuè dictũ:quo tpe hęc historia cõtigerit ignoratur. Sciendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Irursus est quòd die quadam Christus fuit in longa disputatione cum Iudæis in templo: vt dicit beatus Io.c.viij.quã disputationem Iudæi voluerunt lapidibus concludere: sed Christus abscondit se,& exiuit de tẽplo,& in ipso egressu contigit præsens historia quę in hoc Euangelio recitatur. Et hoc secundum Chry.& glo.duplici causa. Iudæi enim volentes lapidare Christum, & crudeK les erant,& increduli. Recessit ergo ab eis,vt mitigaret eorum furorem: & recedendo fecit inauditum miraculum vt expelleret eorum incredulitatẽ. Dicitur ergo (Et præteriens Iesus) in ipso suo egressu de templo secũdum Chrys. (vidit hominem) oculo corporis,& oculo misericordiæ, & pietatis: vel secundum Chrys. vidit.i.diligenter inspexit: quasi aliquid circa ipsum facturus: vt I discipulos ad inspiciendum induceret: & interrogandum de causa infirmitatis eius (cæcum à natiuitate). Iste vt dicitur in legenda beatæ Mariæ Magda. dictus est cedonius: & fuit tũc cum ea in naui, quando Massiliam venit. Tunc autem quando Christus eum sanauit sedebat pro eleemosyna ad ianuã templi. Discipuli vero Christi videntes quòd Christus ita eum aspexisset: M secundum Chry.& quia paralytico dixerat,iam noli peccare,crediderunt ex aliquo crimine ista cæco cõtigisse: ideo sequitur. (Et interrogauerunt eum discipuli eius) compatientes longæ cæcitati secundum Chry. (Rabbi) id est,magister (quis peccauit: hic aut parentes eius: vt cæcus nasceretur) Quasi dicerent, Omnino ex aliquo peccato hoc prouenit. Et iste fuit error amicorum Iob.qui crediderunt homini omnia incommoda propter aliquod peccatum actuale euenire. Vnde dixit Elipha. iiij.cap. Quis vnquàm innocens periit. Erat autem apostolis ambiguitas circa hoc: quia videbatur eis quòd ante nativitatem peccare non debuerit: nisi forte secundum errorem quem Origenes nuit dicens animas præextitisse corporibus: & secundum diuersitatem meritorũ diuersis corporibus alligari. Quamtamen errorem secundum Theo. apostoli non habuerunt, sed mouebantur ex verbis dictis paralytico: vt dictum est. Ipsum autem errorem destruit Aug. stolus dicẽs de Iacob, & Esau, cùm nondum nati essent, nec aliquid boni egissent. Videbatur etiam eis quòd peccato parentum iste puniri non deberet: quia filius non portabit iniquitatẽ patris Ezech xxviij. Est autem sciendum ex doctrina. S. Tho. j.ij.q.lxxxj.& ij. q.cviij.&.ij.dist.xxxiij. & super Ioan. nem quòd duplex est pœna. Vna. spiritualis qua homo, punitur quantum ad animam: quæ nunquàm infligitur nisi propter proprium peccatum. Sicut enim anima filii non est ex anima patris: sed à Deo per creationem. Ita nec propter patrem punitur filius ista pœna de qua & loquitur Ezech. vbi supra. Vnde ibi dicitur anima quæ peccauerit ipsa morietur. Alia est pœna corporalis qua etiam filius punitur propter patre: quia secundum corpus est aliquid patris. Vnde & cũ Sodomitis sunt cerum paruuli occisi. Genẽ. xix.& similiter cum Dathan,& Abiron. nume. xvj.& secundum leges humanas iustè exheredantur filii committentium crimẽ læsæ maie-

A maiestatis: licet non puniantur in persona. De omnibus autem prędictis dissusè agitur vbi suprà. (Respodit Iesus. Neq; hic peccauit, neq; parentes eius) vt scilicet cœcus nasceretur. Vbi secundum Aug. aduertendum est quòd Christus non negauit simpliciter istum habuisse peccatum ante natiuitatem: cùm fuerit in originali conceptus: sed negauit ipsum,& parentes eius habuisse pec B catum quod fuerit causa cœcitatis. Quod intelligendum est non quin originale fuerit huius causa sine qua non: sed quia non est ei à Deo illata hæc infirmitas ad puniendum illud peccatum (sed vt manifestentur opera).i.miracula (Dei in illo).i.vt inde glorificetur Deus. Et sicut dicit Chrys. quidam dicunt quòd ly vt non stat causaliter sed consecutiuè: sicut dicitur Roma.v. Lex C subintrauit vt abundaret delictum sed hunc non bene dicitur quia discipulis quærentibus causam cœcitatis: Christus secundum hoc nullam causam assignasset. ideo dicẽdum est quòd secundum prouidentiam diuinam principalis causa cœcitatis fuit vt Christus istũ illuminando sanaret: nec tamen Deus iniustè egit cum isto si pro sui gloria hanc ei calamitatẽ inflixit: quia vt dicit Chrys. nulla fuisset iniustitia etiam si illum non creasset. Fuit ergo ei beneficium quòd natum quãuis cœcum esse voluit: quia etiam cœcitas corporalis fuit causa ei visionis spiritualis. Est autem notãdum quod culpam Deus nunquam facit. sed tamen permittit: quod etiam non faceret secundum Aug. nisi inde posset elicere bonum: & nisi intentione alicuius boni secundum. S. Tho. sicut permisit sæuire tyrannos vt clarerent martyres. Pœnam autem Deus permittit & facit: sed semper propter aliquod bonum. Quinque autem causis Deus hominem flagellat secundum. S. Tho. de quibus habes. iiij.dist.xv.&.ij. dis.xxxvj. Vide dominica.xix.post trini. Iste autem Deus cuius gloria in cœco isto debuit manifestari secundum Chrys. est ipse Christus. vnde subditur (Me oportet operari opera eius qui misit me).i.miracula secundum Chrys. quæ diuina virtute fiebant ab eo: vt gloriam suam.i.deitatem & æqualitatem ad patrem monstraret (donec dies est).i.secundum Chrys. donec hominibus credere licet:& aspicere,seu conuerti ad solem iustitiæ: ex quo est dies spiritualis: sicut ex materiali sole materialis est dies. (Veniet nox quando nemo poterit operari).i.tempus futurę G vitæ post mortem,secundum Chry. Est autem duplex nox spiritualis vna quæ est per subtractionem actualem gratię & consequenter per veri solis amissionem. Alia per subtractionem gratiæ & possibilitatis conuertendi se ad gratiã. In prima est omnis existens in mortali nec talis potest operari meritoriè respectu æternæ vitæ. Valent tamen talia bona facta in mortali ad multa. Pri H mò, quia disponunt ad pœnitentiã de pœ.di. v. Falsas. Secundo ad tolerabilius iudicium futurum de pœ.dist. iiij. Si quis. Quod non est sic intelligẽdum quasi pœnã debitam minuant sed quia impediunt ne quis ea mereatur: quia.s. non omittit. Hæc patent per S. Th. iiij. dist.xv.art.ij. Tertiò, ad temporalẽ prosperitatem. de pœ.di.iij. Canendum, &

I ij.ij.q.ij. Si quælibet. Quartò, ad assuefaciendũ bonis moribus: sicut olim baptismus Ioannis de confe.dist.iiij. Non generabatur. Quintò, quia Diabolus non habet super eo tantam potestatem vt patet de Iudeo signato cruce Dialogo Greg. Sexto, quia si ibis ad vitã æternam semper gaudebis te talia fecisse. De his tamen fortè alias dicetur diffusius. In alia autem sunt damnati: quia
K nec mereri possunt in illo statu, neq; se ad gratiam prepărare: sed sunt in malo obstinati cum sint in termino (Quãdiu in mundo sum, lux sum mũdi) quasi diceret. Ego sum sol faciens diem quãdiu sum in mũdo. Est autem secundũ Aug. nobiscum vsq; ad consummationẽ seculi: vt ipse dicit Mat. vlt. ſ. per posibilitatem habẽdi gratiam, & vsq; tunc durat secundum euuẽ ista dies existẽti.
I bus in via seu in isto mũdo (Hæc cum dixisset expuit in terrã) vt faceret lutũ quo sanaret: & hoc secundũ Chry. vt se ostẽderet illum qui hominẽ de limo fecit. (Et lutũ fecit ex sputo) non ex aqua alia secundũ Chry. ne crederetur illuminatiua virtus in illa aqua fuisse quã in terra esse non cõstat (& liniuit super oculos eius) qui sunt nobilissima pars humani corporis, quibus etiã anima in
M scientiã perficit: potissimè inter omnes sensus in inuẽtione scientiarũ: sicut per auditum in addiscendo ab alio. Ideo in hoc, & animæ, & corporis voluit se declarare creatorem. Chry. videtur velle quòd iste careret organo visus quod ei per linitionẽ datũ est. (Et dixit ei, vade, & laua in natatoria Syloë: ꝙ interpretatur missus.) Sicut dicit Magist. Hist. Syloa est fons ad radices montis: sion qui non iugibus aquis: sed certis horis ebullit cuius aqua cùm exciperet quãdam stagnum non longe à fonte cõstitutum erat: quam collectionẽ modò piscinam modò natatoriã vocat scriptura. Hanc ille. Et nota secundũ aliquos: quòd ibi sunt natatoria Syloe: & probatica piscina, quod ex dictis verbis Magi. hist. liberi videt. Erat autẽ iuxta tẽplum. Sicut autẽ testatur. S. Tho. super Esa. triplex piscina fuit in Hierusalẽ. ſ. probatica, pro sacrificiis: & mũda, pro cõmunitate: & immũda, extra ad lauandum. Sed quare Dñs istum non curauit istum? Ad hoc dicit Chry. ꝙ fecit primo vt ostẽderet cœci patientiã, & fidẽ quã non cogitauit ꝙ lutũ solet excecare, & ꝙ multoties lauerat in Syloe: & nihil profecerat. Secundò, vt fieret miraculum clarius, & manifestius. Multi enim illi viderũt oculis linitis euntẽ, & redeuntẽ statim clarissimo visu conspiciendo. ¶ Sed hic est quæstio iuxta mentẽ Chry. quia si nõ debuit ex aliqua aqua facere sputũ: ne crederetur aqua cõtulisse visum: quare mittit ad natatoriã Syloe sum: quare mittit ad natatoriã Syloe ꝙ idem dicit? Ad hoc dicitur secũdum ꝙ idem dicit ꝙ timẽdum nõ erat de aqua Syloe ꝙ sibi hãc gloriã vsurparet: quia multi lauabãt oculos, & nõ potiebãtur tali beneficio: secus de aliqua aqua quę nũquam fuisset in vsu. Nec obstat ꝙ omnis infirmitas in Syloa seu natatoriis eius curabatur: quia hoc erat solùm certo tẽpore, & vnus tantũ sanabatur singulis Angeli motionibus (quod interpretat̃ misius) quod addit Euãgelista vt insinuet mysteriũ Christi. Per hoc eũ significabatur ꝙ Syloa. i. Christus missus à deo immũdum: cœcũ humanũ genus illu-

A minauit (Abiit ergo, & lauit, & venit videns) vt gratias ageret Christo. ¶ In hac parte est documentũ morale in sensu literali. de quo Apostolus Ga.vj. ait. Dũ tẽpus habemus operemur bonũ ad oẽs. Et Ecc.ix. Quodcunq; potest facere manus tua instãter operare. Chry. cũ viuis fac si quid facturus est: vltra enim neq; fides est, neq; labores, neq; pœnitentia. Hæc ille. ¶ Quantũ ad secundũ tãgitur
B rigorosa cõcertatio quã fecerũt pharisæi cũ dicit. Itaq; vicini, & qui viderãt eum prius: quia mẽdicus erat, dicebãt, (Nõne hic est qui sedebat ad ianuã tẽpli, & mẽdicabat)? Vnde secundũ Chr. Christ' sicut discipulos nõ insignes elegit, sed viles: ita bũficia sua maximè, & prẽcipuè pauperibus exhibuit. Venerat enim pro salute oĩm. Vnde quia diuitesC aliã habebat viã. ſ. abundãtiam diuitiarũ, pauperũ miserias per miracula sublcuabat. (Alii dicebãt. quia hic est) cõsyderantes diligẽter notã prius effigiem. (Alii autẽ nequaquàm: sed similis eius est) quia secundũ Aug. aperti oculi vultũ mutauerãt (Ille aũt dicebat: quia ego sum) non veritus Iudæorũ furorẽ. (Dicebãt ergo ei. Quomodo apti sunt tibi oculi) secũdum aliquos isti ex malo animo interrogãt vt quia factũ reD prehẽdere nõ poterãt: reprehẽdant modum. (Rãdit) nescíens modũ sed factũ (ille homo.) Ex quo patet quod nõ credebat perfectè: quia nõ credebat eius diuinitatẽ (qui dicitur Iesus) quẽ ex voce cognouit secũdum Chry. quãdo ante factũ cum discipulis cõferebat. Fortè enim (licet Chry. nõ dicat) multoties eũ audiuerat prædicantẽ in tẽplo (lutũ fecit) nõ dicit ex sputo: quia hoc nõ cognouerat visu sicut lutũ pceperat tactu E secundũ Chry. [& vnxit oculos meos] i. oculorum loca si carebat organis. vel oculorũ organa si habebat [& dixit mihi. Vade. ad natatoria Syloe, & laua. Et abii, & laui, & video] Aug. Cœcus: ille confitebat: & cor impiorũ stringebatur: quia nõ habebãt in corde quod iam ille habebat in facie. Hæc ille. [Et diixerũt ei. Vbi est ille?] Non exprimũt nomen eius secundũ Chry. quia sicut ad videF dum: ita & ad nominãdum erat eis grauis. Vnde ista dicũt secundũ eandẽ occasionẽ, meditãtes aduersus illum [ait, Nescio] Redditur per hoc insuspicabile testimonium cœci: quia nõ perhibet testimonium Christo quasi adulator. Christus etiã multitudinẽ sanctorũ secum nõ ducebat, vt gloriã inanẽ doceret declinare. Interdũ tamẽ aliquos ex speciali causa sequi se pmittebat. Quia G vero Christũ inuenire nequiuerunt secũdum Chry. [adducũt eum ad pharisæos qui cœcus fuerat]. i. ad quoldã religiosos famosissimos, & superbissimos vt, ſ. aerius eum interrogarẽt. Vnde subditur [Erat autẽ sabbatum quando lutũ fecit Iesus, & aperuit oculos eius] quod subdit Euãgelista secundũ Chry. vt demõstraret eorũ malã voluntatẽ, & causam propter quã eũ quærebãt vt. ſ. oc. H casionẽ cõtra eũ inuenirẽt: & detraherent miraculo per æstimatã, vel apparentẽ legis transfigurationẽ. Vel fortè adduxerũt eum ad eos vt territ' ab eis qui multa poterãt, nõ auderet fateri tale miraculũ fuisse à Christo perpetratum. [Iterũ autẽ] post interrogationẽ vicinorũ [interrogabãt eũ pharisęi, quo vidisset, vt calũniam inferrẽt modo. Nã

I quōd sabbatum esset iam cæteri erant (Ille autem) non timens excōmunicari extra synagogā (dixit eis. Lutū posuit mihi super oculos,& lauī,& video) Breuius ista respondet quā plebi. Primò quiam audiuerant Secundò, quia non interrogabant vt scirent veritatē. Tertiò, ne facilius caperetur in verbo (Dicebant ergo quidam ex Pharisæis) non omnes,sed quidā: quia aliqui iam

K intus iungebantur,secundum Chrysō. (Non est hic homo à Deo qui Sabbatū non custodit) Non dicunt qui Sabbato curat:sed qui Sabbatum non custodit: quia ex malitia quantum possunt parui faciūt opera Christi. secundū Chr. & erant isti stulti Zelatores legis saltē apparenter. Opera enim seruilia ad Dei magnificētiam ordinata cuiusmodi fuit ista linito oculorum non soluebant Sabbatum, sed sanctificabantur.

L Vnde Alii dicebant) qui rationabiliores erant sed tamē imperfectè dispositi secundū Chry. Vel quia amabant principatū, vel, quia nondum videbāt quod iste Deus qui posset soluere Sabbatū si voluisset, & consequenter non audebant clarè dicere mentem suam, sed dicebāt. (Quomodo potest homo peccator hæc signa facere) Timebant

M enim excommunicari à pharisæis aliis Sed contrà, quia miracula etiam mali faciunt: vt patet Mat. viij. Ad hoc dico ꝙ miracula Deus tripliciter facit scilicet, primò, in testimoniū veritatis sicut Moyses fecit signa corā filiis Israel in Aegypto ad probandū ꝙ Deus illum misisset Exo. iiij. Secundò, in testimoniū sanctitatis. sicut cadauer proiectū in sepulchrū Helisæi vt eius ossa tetigit reuixit: vt patet: iiij. reg. xiij. Tertiò, ad consolationem fidelium, sicut Deus populo suo aperuit mare in quo submersit Pharaonem cum Populo eius Exod. xiiij. Nunquā autē Deus inuenitur miracula facere per malos ad consolationem bonorum: neque in testimonium sanctitatis: quia testificari nō potest talem: sed solū in testimoninm veritatis. mali fecerunt miracula, vt fides prædicaretur. Christus autem quia prædicabat se Deum siue faceret miracula ad consolationem bonorum, siue in testimonium sanctitatis, siue veritatis sequebatur omnino ꝙ esset: quia frequebatur facjebat in testimoniū veritatis. quod esset Deus, & consequenter sanctus. vel potest dici quod hoc dictū non oportet esse verum: quia non est Christi negus Euangeliste sed Pharisæorum. (Et scilicet erat inter eos) scilicet Pharisæos secundū Chry. sicut prius fuerat in populo quibusdam dicentibus illum esse bonum. quibusdā vero negantibus (Dicunt ergo cœco iterū) illi. Quia erant pro Christo. secūdū Chry. Glosa verò dicit ꝙ fuerūt aduersarii Christi qui quærebāt aduersus istū calūniā vt eum extra synagogā pellerēt. Si prius videtur probabilius, vt patebit (Tu dicis de eo qui aperuit tibi oculos) Nō dicūt secūdū Theo. q̄d dicis de eo qui soluit Sabbatū sicut faciebāt alii. sed cōmemorāt miraculū quasi cōcitātes eū ad dicēdū pro Christo. (Ille autem dixit. quia prophēta est) nō quecūque sed antomonasice. i. ille de quo scripsit Moyses: & qui expectatur: vt mundum saluet. Et sic iste cæcus in fide proficit quia quem prius hominem dixerat nūc

A appellat prophetam. Chry. Quia vero Iudæi cœcum attonitum facere non valebant: sed videbant eū cū omni prosecutione quando factorē suū prædicātem: per parētes putabant annihilare christi miraculum, Hæc ille. Vnde sequitur (Non crediderunt ergo Iudæi illo quia cœcus fuisset? vidisset donec vocauerunt parētes eius qui viderat)

B post cæcitatem ꝙ fuit Deo ordinante: vt magis publicaretur, & certificaretur miraculum secundum Chry. Et interrogauerunt eos dicentes) cum magno furore secundū Chry. (Hic est filius vester quem vos dicitis) id est fingitis in fauorē Christi (quia cœcus natus est. Quomodo ergo nūc videt? Quasi dicerent secundum Chry. aut falsum est ꝙ nunc videat: aut ꝙ prima fuerit cœcus

C (Responderunt parentes eius, & dixerunt Scimus quia hic est filius noster: & quia cœcus natus est. Quomodo autem nūc videat ne scimus. aut quis eius aperuerit oculos nescimus (Et sic secūdum Chr. interrogati de tribus: ad duo prima tantum respondent. & tertiū se

D dicunt ignorare dispensante Deo: vt is qui fuerat curatus, & certissimè illud nouerat iterum de hoc interrogaretur: vt idē ait. Vnde dicunt. (Ipsi interroga te: ætatē habet ad testimonium ferēdū. Ipse de se loquatur, ex quo loqui pōt, & scit.) Hæc dixerunt parētes eius semiplenè confitentes veritatē quia timebant Iudeos. Iam enim conspirauerunt Iudæi id est simul spirauerant, vel proposuerant: vt si quis eū cōfiteretur esse Christum extra Synagogā fieret) id est esset excommunicatus à societate Iudæorum, & priuatus omni honore, & officium: quod valdæ opprobriosum E fuit Iudæis. Per hoc autem volebant extinguere nomē Christi Aug. Iam nō erat malum fieri extra Synagogā. Illi expellebant, Christus suscipiebat. Hæc ille, Ambr. Synagoga perfidię locus, impietatis domus, amentiæ receptaculū. Hæc ille. (Preptereà parentes eius) imbecilliores cœco, secundū Theo. qui intepidè veritatem fatebatur (dixerūt ætatem habet: eum interrogantes) timentes de synagoga expelli sicut etiā F dicitur Io. xij. quod multi ex principibus crediderūt in eū: sed propter Pharisæos non confitebantur illum, vt de synagoga non eiicerentur. (Vocauerunt ergo rursus hominem qui cœcus fuerat) nihil valentes ex parentibus extorquere. Non vt autē, vt ait Chry. dicunt ei apertè, nega Chrystū: sed sub prætextu religionis ad hoc eū volūt inducere. Vnde dicitur (& dixerunt Da gloriā Deo) id est secūdū Chry. curationē G tuam diuinę ascribe virtuti: quasi Christus ad hoc nihil sit operatus Vel Da gloriam Deo id est confitere veritatē. dicit enim Glo. Io. vij. ꝙ dare gloriam Deo est veritatē de aliquo Deo quasi præsenti dicere. Vnde videtur fuisse modus exigendi iuramentum, vel quasi iuramentum. Volebant ergo ꝙ confi- H teretur veritatē id est id quod ipsi volebant, & illud diceret esse veritatē: puta quod malè dixisset dicendo eum esse prophetā. vel ꝙ fuisset magicè curatꝰ, vel huiusmodi (Sic autē loquuntur sicut qui dicit potestati. Domine faciatis ius: sed detis mihi victoria. Et vt magis ad hoc alliciant dicūt (Nos) qui sumus bonæ cōscientiæ: vt puta religiosi:

I & qui ſcimus legẽ(ſcimus)certè & exploratiſsimè(quia hic homo)qui.ſ.ſabbatũ ſoluere videbatur ſecũdũ Chryſ. (Peccator eſt)Chry.Quare nõ arguiſtis eum dicẽtẽ,quis me arguet de peccato.Hæc ille,(Dixit ergo ille) quaſi attediatus,& fatigatus verbis eorũ,(Si peccator eſt neſcio.)Sed contra : quia dixerat:ꝙ propheta eſt:nunquid eſt factus timidus.Abſit ſecundũ Chry.Se-
K quentia eñ nõ indicãt eum timuiſſe: ſed vt idem dicit voluit ipſo facto declarare quòd erat iuſtus,& ſanctus:non aũt ſuo teſtimonio.Vnde ſubdit (Vnũ ſcio:quia cæcus cũ eſſem,nõ video)quã ſi diceret.Iſtud eſt ſignũ ꝙ nõ eſt pector,ſicut dicitis.Vel ideo ſic dixit vt imponeret finem quæſtionibus eorũ quibus erat tædio plenus.Si enim apertè
L dixiſſet ꝙ iuſtus eſſet Chriſtus, viſus fuiſſet eis velle contradicere.& nouum bellum verborum fuiſſet exortum.Vel ſic dixit eos irridendo:quia enim dicebãt ſe ſcire ꝙ Chriſtus homo peccator eſſet:ipſe negat hoc ſe ſcire,& latenter & irriſoriè dicit ſe ſcire oppoſitum :cũ dicit ſe ſcire ꝙ poſt cæcitatẽ per eum receperat viſum. Quia ergo miraculũ infringere non poterant,rurſus conuertuntur ad modum curationis(Dixerũt
M ergo illi.Quomodo aperuit tibi oculos) nunquid aliquo præſtigio: inuocando Beelzebuh. aut alium dæmonem.Sed vt ait Chryſoſtomus quandiu res egebat inquiſitionem ,cœcus remiſſe loquebatur : quia vero iam vicerat audaciter de reliquo eis loquitur.Vnde ſequitur(Reſpondit eis. Dixi vobis iam:& audiſtis:quid iterũ vultis audire).q.d.ſecundùm Chryſo. Vltra non reſpondeo vobis inaniter interrogantibus,& non volentibus addiſcere: ſed calũniari quæ dicuntur.Hæc ille. (Nunquid & vos) Nam,vt ait Augu. Iam ipſe implicite ſe diſcipulum Chriſti aſſerit) vultis diſcipnli eius fieri) Augu.Hæc loquebatur iam ſtomachatus aduerſus duritiam Iudæorum ? & ex cæco videns non ferens cœcos.Hæc ille.¶ In hac parte literale eſt documentum :quòd homo pro ſe habens veritatem eſt conſtans ,& animoſus Chryſoſtomus.Ita fortè quid eſt veritas ita imbecille mendacium.Nam veritas quidem:& ſi deſpectos aſſumpſerit:claros eos facit & oſtendit.Mendacium autem & ſi cũ fortibus fuerit,imbecilles eos mõſtrat. Hæc ille.¶ Quantum autem ad primũ tangitur opprobrioſa maledictio ſecundum mentem maledicentium , reuera autem fuit glorioſa.Dicitur ergo (Maledixerunt ergo ei) id eſt maledixerunt ei
nem legis imprecati ſunt ſuper eum tanquam ſuper blaſphemum.Vel maledixerunt id eſt imprecati ſunt ei malum ſecundum ſuam opinionem. Et quid ſit illud malum ſtatim ſubiungitur.(Et dixerunt.Tu diſcipulus eius ſis) O grande malum.Vtinam omnes ſis) O grande malum.Vtinam omnes totus ſub tua ſit diſciplina Ieſu Chriſte ſaluator.Auguſti.Maledictum eſt ille cor diſcutias :non ſi verba perpendas. Tale maledictum ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Hæc ille. (Nos autem Moyſi diſcipuli ſumus) Voluerũt per hoc oſtendere Chriſtum contrarium Moyſi quaſi non poſsit quis eſſe vtriuſque diſcipulus.Quod contradicit dominus Ioan.v.Si crederetis Moyſi,crederetis & mihi.Ex quo patet ſecundum Chry.

A Chry,ꝙ nec Chriſti nec Moyſi erant diſcipuli. (Nos ſcimus ꝙ Moyſi locutus eſt Deus:in hoc verum dicentes:vt patet Exo.xxx.& nu.xij. (hunc autem neſcimns vnde ſit) Chry.Ea quæ per viſum cognoſcitis : auditu, , minora exiſtimatis.Illa enim quę noſſe vos dicitis à progenitoribus audiſtis.Sed nõ
B ſe fide dignior eſt quę certificauit ꝙ à Deo venit per miracula : quæ non ſolum audiſtis:ſed vidiſtis.Hæc ille.Sed contra : quia Ioan.vij.dixerunt .hunc ſcimus vnde ſit.Ad hoc poteſt dici primò , quòd mentiuntur,Secundò ,quòd dicũt ſe neſcire vnde ſit id eſt vnde habeat autoritatẽ,vel ſi ſit à Deo miſſus. Tertiò,quòd deſpectiuè loquuntur ſecundum ꝙ tunc erat loquendi modus (Reſpondit ille homo,& dixit eis) cũ
C quadam indignatione , & impatientia ſuper eorum ſtoliditate. (In hoc enim mirabile eſt ꝙ vos neſcitis vnde ſit : & aperuit oculos meos) Chryſo.Vbique ſignũ inducit quia hoc de prauare nõ poterant,ſed ab eo cõuincebantur.Hęc ille.Et quia aliqui eorũ dixerant.Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere ſecundum Chry.de cætero aſſumit ſententiam eorum & dicit. (Scimus autem quia Deus peccatores nõ
D exaudit) quaſi dicerent ſecundũ Chryſoſto.Opinio hæc,& mea,& veſtra cõmunis eſt.Sed contra : quia ſecundum quod dicit Augu.publicanus peccator rogauit veniam , & obtinuit iuſtificationem à Deo.Ad hoc dicit Augu. ꝙ adhuc non erat plenè illuminatus:quia Deus peccatores exauduit:vt de publicano patet.Fortè autẽ poſſet aliquis ad probationem Augu.dicere ꝙ publicanus erat contritus : & petebat non re-
E miſsionem culpæ ſed pœnæ : ratione cuius dicebat ſe peccatorem id eſt obligatum ad pœnam pro peccatis præteritis.¶ Sed contra : quia dicit ſaluator ꝙ deſcendit iuſtificatus ſcilicet ex humilitate & oratione : iuſtificatio autem non opponitur pœnæ ſed culpæ : quia & iuſti aliquando puniti dicuntur à Sanctis.Ad idem dicit Theo.
F quòd intendit dicere quòd Deus peccatoribus facere miracula non concedit. Cum vero veniam implorant de commiſsis iam non peccatores : ſed pœnitentes ſunt , vt ſcilicet Deus exaudiat pœnitentes : ſed non in peccatis perſiſtens , vt dicit ſanctus Thomas . Sed contra Theo.arguitur quia etiam mali leguntur feciſſe miracula : vt patet
G Matth. ix . de eo qui eiiciebat dæmones , & non ſequebatur Chriſtũ.Act. xix.iuxta notata per Magi. Hiſto.aliquid Magi inuocato Chriſto dæmones expellebant.Ad hoc dico vt patet ex dictis quòd Deus pecatoribus facere miracula non concedit propria eorum autoritate : vt Chriſtus faciebat: ſed vel ad conſolationem bonorum : vel in teſtimonium ſanctitatis ſuæ ſicut Chriſtus faciebat ſecundum Tho-
H mam,Cum enim Deus nõ poſsit eſſe teſtis falſitatis :cùm ſit miraculum in teſtimonium perſonæ neceſſe eſt quòd ſit bona ſicut cùm ſit in teſtimonium doctrinæ neceſſe eſt quòd ſit vera.Hęc ille. Nec etiam hoc eis concedit ad petitionem ipſorum quaſi eos exaudiendo. Miracula enim quæ fiunt per malos fiunt ad confirmandum veritatem propter ipſam veritatem præ-

I dicatam:non propter orationem peccatorum.Ad idem dicit ſecundum.S.Th. quod dupliciter exaudit peccator. Primò,vt dicit.ij.ij.q.lij. qñ orat ex bono deſyderio naturæ. Licet enim ipſe non mereatur exaudiri,tñ auditur interdum quia impetratio, vel exauditio non fit ex iuſtitia deprecantis:ſed ex mĩa Dei. Si tamen vt ibi dicit oraret ex deſyderio peccati. ſ. petendo aliquid conferẽs
K ad pctm:nunquã exaudit:niſi ad vindictam,& punitionem, vt amplius labat. Secundo exaudit vt dicit.iij. di.xv. & iij.per.q.lxxxij. propter deuotionẽ eorum pro quibus fit vel ex quorum perſona fit : vt cùm malus orat in perſona eccleſiæ.Iſte autẽ qui cæcus fuerat omnino adhuc non bene videbat ſecundũ glo. Licet autem peccatores impetrent interdum: nunquã tñ orãdo merentur.
L Iuſti autẽ merent ſemper, & interdum impetrant.(Sed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatẽ eius facit : hunc exaudit) ſemper obſeruato ꝙ pie,& ad ſalutem, & perſeueranter,& pro ſe petat, vt habes.iiij.di.xv.q.iiij.ar.vij.q.iij. Si autẽ hæc omnia non obſeruantur : exaudit quidem Deus aliquando ſed non ſemper.(A ſeculo).i.ab initio mundi (non
M eſt auditum ꝙ apparuerit quis oculos cæci nati)quaſi diceret. Sicut res noua eſt & mirabilis:ſic noua & mirabili virtute eſt facta(Niſi eſſet hic homo à deo non poterat facere quicquam) tale ad conſolationem ſeruorum Dei,vel in teſtimonium perſonæ & propriæ bonitatis.Et quia erant obſtinati non receperunt perſuaſionẽ. vnde ad peiora ſunt prouocati,& ad opprobria conuertunt. Ideo ſequit(Reſponderunt, & dixerũt ei,In peccatis natus es totus)In hoc autem exprobrant ei cæcitatẽ, quod de
eſt peccatum mortale. ſ. dicere opprobrium.Nam ſecundum Aug.ideo dicit totus:quia oculis clauſis natus eſt ſecũdum Chry.verò dicunt totus,aſi dicãt à prima ætate habuiſti inſignia peccati ideſt cæcitatẽ(Et tu doces nos?quaſi diicerent. Superbus, & temerarius es qui talis talia præſumis Beda.Solet maiorum conſuetudo à minoribus aliquid
O diſcere dedignari.Hęc ille.(Et eiecerũt eum foras)extra ſynagogam: & excõicauerũt:quia non dixerat quòd voluiſſent.quãuis interrogatus ab eis ſit profeſſus veritatẽ.(Audiuit Ieſus)aliis referentibus quamuis omnia ſciret(quia eiecerunt eum foras:& cum inueniſſet eum)Et quo ſecundum Chryſ. patet ꝙ
P chriſtus iuit eum quærere. Nam quaſitum inuenio:reperio ꝙ ſors parat vltro (dixit ei.Tu credis in filium dei).ſ. qui tibi aperuit oculos. Non autẽ interrogat ſecundum Chry.quaſi ignorans ſed vt ſe ei notum faciat(Rñdit ille) paratus iamdiu ad credẽdum in eum (& dixit,quis eſt Dñe vt credam in eum,) Si
Q cut enim dixit Chry.adhuc perſonaliter non cognoſcebat chriſtũ: quia poſtquam fuit illuminatus ita fuit à iudeis detentus ꝙ chriſtum videre non potuit (Et dixit ei Ieſus.Et vidiſti eum)ſecundum Theo. reducens ei ad memoriam quod ab illo acceperat videndi poteſtatem(& qui loquitur tecum ipſe eſt) Auguſti. Modo lauat Chriſtus faciem cordis eius. Denique facie cordis lota:&
mundana conſcientia agnoſcit illum non filium hominis tantum, quod antea crediderat ſed iam filium Dei ſecundũ car

A carnem ſuſceperat.Vnde ſequitur.(At ille ait Credo domine).Parum eſt autẽ credo.Vis videre qualẽ credat(Et procidẽs adorauit eum.)Hæc ille. ¶ In hac parte eſt morale documentum de quo Chryſo. ait, Qui propter veritatem, &
B Chriſti confeſsionem iniuria opprimũtur ibi maximè honorandi: quod in eo factum eſt. Eiecerunt enim eum de templo Iudæi,& inuẽnit eum dominus templi : & eum ſuſcepit ſicut Agonothena athletam multum laborantẽ, & coronauit.Hæc ille.¶ Allegoricè hic cę
C cus natus ſignificat humanum genus in ſuo principio.i.patrẽ cæcatum ſed per ſaluam,& lutum.i.deitatem, & humanitatem quando adinuicem coniuncta ſunt poſita tali mixtione in oculis. i. in cordibus, ſeu intellectiuus fidelium , &
D facta lotione in piſcina Syloe. i. miſſi Ieſu Chriſti quæ piſcina eſt fons ſacri baptiſmatis. ¶ Anagogicè vere ſignificat idem vt illuminatum eſt : non iam ad fidem & gratiã vt prius ſed ad viſionem & gloriam virtute eiuſdẽ mixtionis,ſed locum in piſcina mortis per expoſitionem carnis : vel in piſcina deitatis miſſi per abiectionem luti exiſtentis in oculis. i. credulitatis incarnationis. Cum enim quis deum viderit ſatim elabitur fides viſioq; ſuccedit.¶ Mo
E raliter verò ſignificat peccatorem qui cæcatur à tribus. Primò à ſtercore hirundinum , vt Thobias eiuſdẽ ſecundo ideſt à puluere terrenarum cupiditatũ. Secũdum ex igne carnalis concupiſcẽtię eo modo quo vrſus cæcatur ad aſpectum pellis candentis.Tertio, ex tumore ſuperbiæ dicente.Greg.Tumor mẽtis obſtaculum eſt veritatis. iſta eſt cæcitas nobiſcum nata. vnde in paradiſo cæleſti ſtatim ſuperbiuit.Lucifer: & in terreſtri,Adam:& in hoc mundo Cain.
F Prima cæcitas debet curari per collyrium dulciſsimum. i. Ieſum cõſyderatum in regno eo modo quo gũſtu mellis ſunt oculi Ionathæ illuminati.i. Regum.xiiij.quia ſecundum Aug. oẽs diuitiæ deberent cõtemni vt ſaltem vna hora diei facies poſſet videri. Secunda vero per collyriũ amariſsimũ eo modo quo Thobias per fel piſcis eſt illuminatus.Tho.xj.& ſignificat Chriſtum in cruce : tanquam piſcẽ aſſatum. Tertia vero per collyriũ mixtũ ex ſaliua dulci,& terra amara. i. chriſtũ cõſyderatũ in iudicio vbi dulcis bonis,& malis erit amarus. Signũ autẽ reſtitutæ lucis eſt
G ire per viã rectam.i.virtutũ : & videre in ſe maculas etiam paruiſsimas peccatorum.Et ſic cognoſcit,ſeu diſcernit ea quæ ſibi obiiciuntur vtrum ſint bona, vel mala.

Feria.v.poſt do.iiij.in.xl.

Luc. vij.



Bat Ieſus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim & ibant cũ illo diſcipuli eius & turba copioſa.Cum aũt appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ &c.



EBAT IESVS IN CIuitatem quæ vocatur Naim. &c. Vide dominica.xvj.poſt feſtum Trinitatis.

I *Feria.vj.post do.iiij.in Quadrage.Io.xj.*

ERat quidã languens Lazarus, à bethania de castello Marię: & Marthæ sororũ eius Maria autẽ erat quæ vnxit dominum vnguento, & extersit K pedes eius capillis suis cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserũt ergo sorores eius ad eum, dicentes, dñe, ecce quem amas infirmatur. Audiẽs aũt Iesus dixit eis, Infirmitas hæc non est ad mortẽ: sed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei p eam L Diligebat autem Iesus Marthã & sororẽ eius Mariã, & Lazarum. Vt ergo audiuit qa infirmabatur, tunc quidẽ mansit in eodem loco duobus diebꝰ, deinde post hæc dicit discipulis suis, Eamus in Iudeã iterũ. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc M quærebãt te iudæi lapidare: Et iterum vadis illuc. Rñdit Iesus, Nõne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem mundi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit quia lux non est in eo. Hæc ait & post hęc dicit eis lazarus amicꝰ noster dormit sed vado vt à somno excitẽ eũ. Dixerũt ergo discipuli eius dñe si dormit saluus erit. Dixerat aũt Iesus de morte eius. Illi autẽ putauerũt quia de dormitione somni diceret: Tũc ergo dixit ei Iesus manifestè, Lazarus mortuus est, & gaudeo prõ pter vos: vt credatis qm̃ non eram ibi: Sed eamus ad eũ: Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad cõdiscipulos, Eamus & nos, & moriamur cũ illo. Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento hñtem. Erat autẽ bethania iuxta Hierosolymã quasi stadiis quindecim multi autem ex Iudæis venerãt ad Martham & Mariã, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit occurrit illi. maria aũt domi sedebat. C Dicit ergo Martha ad Iesum, dñe, si fuisses hic frater meꝰ nõ fuisset mortuꝰ. Sed & nũc scio quia quæcũq; poposceris à deo dabit tibi Deus dicit illi Iesus Resurget frater tuus. Dicit ei martha, Scio qa resurget in resurrectione in nouissimo die.

A Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me ẽt si mortuꝰ fuerit viuet & oĩs qui viuit & credit in me, nõ morietur in æternũ, Credis hoc? Ait illi, Vtique dñe ego credidi, qa tu es xp̃s filius dei viui, qui in hũc mundũ venisti. Et cũ hæc B dixisset abiit & vocauit Mariã sororẽ suã silentio dicẽs magister adest & vocat te. Illa vt audiuit surrexit citò, & venit ad eũ. Nondũ em̃ venerat Iesus in castellum sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudæi igitur q erãt cũ ea in do- C mo & cõsolabãtur eã cũ vidissent mariam q̃ cito surrexit, & exiit secuti sunt eã dicẽtes qa vadit ad monumẽtũ vt ploret ibi. Maria ergo cũ venisset vbi erat Iesus vidẽs cũ cecidit ad pedes eius, & dixit ei dñe si fuisses hic frater meus nõ esset mortuꝰ. Ie D sus ergo vt vidit eã plorantẽ, & iudeos q̃ venerãt cũ ea plorãtes infremuit spũ & turbauit seipsum & dixit. Vbi posuistis eũ? Dicunt dñe veni & vide. Et lachrymatꝰ est Iesus. Dixerũt ergo iudæi, Ecce qũo amabat eũ. Quidam autẽ ex ipsis dixerũt. Nunquid non poterat hic qui E aperuit oculos cœci nati facere, & vt hic non moreretur. Iesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum? Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius, qui mor- F tuus fuerat Domine iam fœtat quatriduanus enim est. Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi: quoniam si credideris, videbis gloriam Dei. Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit, Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. G Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populum qui circunstat, dixit, vt credant quia tu me misisti. Hęc cum dixisset, voce magna clamauit, Lazare veni foras: Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus in H stitis, & facies illius sudario erat ligata: Dicit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham & viderant quæ fecit Iesus crediderunt in eum.

Erat

I ERAT QVIDAM &c.) Io.xj. In præsenti euã. tanguntur tria pũcta qnç sunt. Inuitatio Profectio & Susci tatio. ¶ Quantum ad primum tangitur inuitatio qua sorores Lazari infirmantis ad eũ visitandũ, & sanandum christum inuitarunt. Est autem notandum quòd historia de qua in euangelio agitur facta fuit per dies quindecim ante
K christi passionem idest tali die qualis est hodierna. Nam secũdùm Mag. hist. eadé die hoc fastum creditur qua in ecclesia recitatur. Est etiã sciẽdũ ꝙ iste Lazarus,& sorores eius fuerunt nobilissimi:& vt tradunt historiæ de stirpe regia descenderunt. Fuerunt etiã diuites: quia habebant duo castella. s. Bethaniã quæ secundo miliario à Hierusalem,&
L Magdaliũ quod est secundo miliario à Nazareth & magnam partem ciuitatis Hierusalé Fuerunt etiam oẽs christo valde dilecti: vt patebit. Ipse enim erat pauper:& isti de suis diuitiis prouidebant ei. Cùm ergo vt tradit beatus Ioannes christus in festo dedicationis tẽpli esset in Hierusalem in templo in porticu Salomonis Iudæi circunstete-
M runt eũ rogantes vt diceret eis veritatẽ si erat Christus. Quibus ille respondit taliter vt viderent quòd se dicebat deũ & statim voluerunt eũ lapidare: sed ille fugit trãs Iordaneum dimissa Iudea & cũ esset extra Iudæam Lazarus in Iudæa infirmabatur. Dicitur ergo (Erat quidam languens) Languor propriè est infirmitas grauis:& vt dicunt quidã incurabilis per naturã (Lazarus à Bethania). s. oriundus additur autem (de castello Mariæ & Mariheſororum eius secũdũ aliquos vt intelligamus ꝙ non fuit a Bethania qui est circa Iordanem sed de ea quę est prope Hierusalẽ. Et quia istæ eius sorores erãt notiores in euangelio,& familiores christo: per eas notificatur frater earum minus notus etiã dato ꝙ castrũ esset cõe. Vel pòt dici ꝙ additur de castello ad denotandũ ꝙ erat nobilis, quasi dicatur ꝙ nõ erat natus in villa illa: sed in castello. i. in arce, In quibusdam enim locis nobiles dicuntur de castro ad differentiã subditorũ sicut,& de terra ad differentiã forensiũ:& hoc qñ sunt domini habentes. s. homagiũ. sicut Marchiones cœnæ dicuntur de cœna & de castro. Additur aũt sororũ eius: ratione prædicta. Et quia plures fuerunt Marie ne erremus in nomine: vt dicit Alchui. ista describitur ex notissima actione. (Maria aũt erat quæ vnxit Dominum vnguento:& extersit pedes eius capillis suis cuius frater Lazarus infirmabatur) Ad horum autem euidentiam sciendum est quòd Chry.& Hie.& Ori. dicũt ꝙ hec Maria sor or Lazari non est illa quæ Luc. vij. appellatur peccatrix: quia ista, vt dicit fuit nobilis,& honesta dominica. Et illa quidem peccatrix vnxit christũ bis s. in domo pharisæi: vt habetur Lu. vij. & in domo Simonis leprosi, vt habetur Mat. xxvj. Hæc aũt soror Lazari vnxit eũ in domo sua: vt habetur Io. xij. licet ipse dicat hoc idẽ. c. xj. Maria aũt erat etiã quia vt dicuot anticipatiuè loquitur. Et sic secundũ istos duæ fuerũt quę vnxerũt Dominum:& vna earũ vnxit eũ bis. Sed Ori. dicit ꝙ sicut ter christus vnctus fuit in vita: ita tres fuerũt mulieres vngẽtes: scilicet peccatrix in domo

A mo pharisæi.& soror Lazari in domo sua, ante sex dies paschæ vt dicit Ioannes.& alia in domo Simonis leprosi. & per biduum tm̃ ante pascha. vt dicitur. Matt. xxvj. Iste aũt duæ vltimæ fuerũt, vt dicit, q̃ vnxerũt illũ post mortẽ Aug. aũt de consen. euan.& Gre. tenent quòd nõ fuit nisi vna de qua oẽs euangelistæ narrãt:& illa vnxit eũ tãtũ bis
B s. qñ conuersa est:& peccatrix dicta à pharisæo. Lu. vij.& alia vice instante passione in domo simonis leprosi: de qua referũt Mar. Mat.& Io. Nec fuit vnctus tertia vicem domo Lazari:& sororũ: qa licet hoc Ioãnes videaꝫ tũ nõ dicit. Vnde illa vnctio fuit eadem cum
C ea quæ fuit in domo Simonis leprosi: quod patet ex hoc: quia de vtraque subditur ꝙ discipuli murmurauerunt de perditione vnguẽti. Sumit aũt Aug. argumẽtũ: quia antequã Maria dominũ instante passione perungeret euãgelista dicit. Maria autem erat quæ vnxit dominũ vnguẽto. Ista ergo est veritas,
D & vna fuit: quæ vnxit in vita christũ:& tantũ bis vnxit:& ista fuit peccatrix,& soror Lazari vt ecclesia cantat dic. Maria soror Laxari quæ tot cõmisit crimina. Motiua aũt aliorũ ad oppositũ non sunt efficaciam habẽtis. Nã ad id quod obiicitur de dissonantia tpis: dicit Augu. ꝙ reuera ante sex dies paschæ facta est vnctio, vt dicit Io. Matthæus autem & Marc. per recapitulationẽ loquuntur ita quòd nõ intendũt dicere ꝙ per biduũ solum ante pascha sit facta vnctio sed ante biduum christus prædixit suã proditionem sui, annectunt vnctionem ex qua sumpsit exordium. Quod vero obiicitur de domo Simonis leprosi qui erat anunculus Lazari. Dicendũ quod E
fortè erat vna domus eius & Lazari:& sororum eius tanquàm communis,& ipse Simon erat pater familias: vt dicit san. Tho. vel erat vna cõtiguitate:& ab vna in aliam erat transitus immediate. quod verò de vnctione capitis,& pedũ solet obiici: quia. s. vna pedes:& alia caput innuxit: dixit Aug.& eadem mulier vtrunque vnxit. Nec obstat quod dicit
F Mar. quod fracto alabastro effudit super caput eius: quia non fuit ita fractũ quin aliquid pro pedibus potuerit remansisse, Vel fortè vt dicit. S. Thom. prius vnxerat pedes. Posset tamen breuius dici ad omnia ꝙ fuit eadé persona sed non eadem vnctio Augu. de verbo, dñi. Inuaserat Lazarum pernicies inimica languoris miserandi hominis cor pus quotidie edax febris scendiũ assumebat. Auderat autem duæ sorores lan
G guenti:& casum dolentes iuuenis ægro tantis lectulo ĩgiter inhærebant. Hæc ille. Vnde subditur (Miserunt ergo)& non fuerũt personaliter sicut Regulus, & Centurio secundũ Chry. quia ex familiaritate ad Christũ multã habebant in eo confidentiã. Secundò, secundũ eũ dem quia erant in luctu,& infirmi seruitio. Vel secundum The. quia non decet mulieres extra domum faciliter va
H gari: vel quia timebant quod eueniret. scilicet mortem fratris sine sua prẽsentia aduenire (Sorores eius) id est Lazari volentes se à dolore:& frater langore liberare (ad eum) id est Iesum existentem vltra Iordanẽ. de quo, & & si hoc Euangeliũ non sit facta mentio: facta tamen erat ante, dicentes (Domine ecce quem amas infirmitatur)

quasi

I quasi dicerent secundùm Aug. super Ioan. Sufficit vt noueris. Hũc enim amas, & desertis. Amãti tantummodo fuerat nuntiandum. Hæc ille. Vnde nihil peti uerunt confidentes in amore christi. Per hoc autem sicut dicit Chrys. volũt christum ad misericordiam flectere, (Audiens autem Iesus dixit eis. s. fororibus Lazari per inter nuntios (Infirmitas hæc nõ est ad mortem) vt, s. detinea
K tur à morte (sed pro gloria Dei. i. christi secundùm Theo.) Ordinabatur aũt hæc mors ad resurrectionem per christum fiendam ex qua christus fuit glorificatus: ideoque subditur (vt glorificetur filius Dei per eam) resuscitãdo mortuum. Vbi aduertendum secũdũ Chry. quòd cum ly vt aliquãdo causaliter & aliquando cõsecutiue teneatur: hic stat secundo modo. Nã illa infirmitas eue-
L nit aliunde: sed eã christus est vsus in gloriam Dei. Hæc aũt verba Chrysost. sunt vt dicit. S. Tho. vera in ordine ad causas naturales quæ illã infirmitatem in gloriam Dei per resurrectionem nõ ordinabant: non autẽ in ordine ad prouidentiam diuinam: quæ illam infirmitatem ad gloriã christi ordinauit. Dicit enim. S. Tho. ꝙ Deus omnia mala pene ordinat in aliquos fines bonos. Ad-
M miranda est autem secũdùm Chry. ista rum mulierũ fides: quia cùm fratrẽ exverbis Christi intellexerunt non moriturum: cùm postea viderũt illum mori non sunt scandalizatæ: nec crediderũt illum fuisse mentitum: sed vel paraboliceè locutum: vel sperabant illum ab eo resuscitandum. (Diligebat autem) spirituali, & speciali affectu (Iesus Martham, & sororem eius Mariam & Lazarum.) O beatæ sorores, atque felices quæ gaudium mundi christum etiam in exilo familiariter possederunt. Hæc autem secundùm Chrys. interponũtur ne miremur si amici Dei aliquando tribulantur. Aug. Ille languens, ille tristis omnes dilecti. Habebant ego spem, quoniam diligebantur ab eo qui est dolentium consolatio, languentium sanator. Hæc ille. ¶ In hac parte est documentum quod etiam iusti viri flagellantur. Vnde de Greg. ix. moral. Ab electis suis Deus iniquitatum maculas studet temporali afflictione detergere: quas in eis in peruetuum nõ vult videre Hæc ille. ¶ Moraliter autem hic significatur quod sunt tres viæ veniendi ad cælum christo dilectæ scilicet via contemplatiua significata pro Mariam, & actiua, significata per Martham: & via pœnitentiæ quis per peccatum mortale perdiderit aliquam illatum significata per Lazarum. ¶ Quantum ad secundum tangit profectio Christi ad Iudæam: eo quod exaudierit supplicantes cùm dicitur. (Vt autem audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco) scilicet Iordanem (duobus diebus) vt scilicet. enim inueniret quadriduanum in monumento Quidam autem dicunt vt. S. Theo. quòd Lazarus ea die mortuus est qua venerunt ad Christum nũtii: & post christus quieuit duobus diebus: & quarto die inuenit eum in monumento. Non autem christus ad eum iuit statim, secundùm Augu. vt cum ueniret mortuum, & resuscitaret. Nam vt dicit. S. Tho. non haberet locũ meritoria vbi esset vita prẽsens. ¶ Secundũ Chrysoso, veronę miraculũ aliquã calũniã pate-

A retetur. Si enim statim mortuus fuisset resuscitatus dixissent fortè pharisæi illum verè mortuum non fuisse: sed aliquo accidẽte factũ insensibilem (Deinde post hæc dicit discipulis suis. Eamus in Iudæ an iterum) vnde. s. discessserat: vt ait Aug. pene ladidatus. Dicit autem Chry. nunquã christũ dixisse discipulis quò vellet ire nisi modo: quia pluries fuerant in Iudea cum christo
B quasi lapidati ideo formidabãt: & christus non voluit propter hoc eos improuisos illud ducere ne nimis timeret (Dicunt ei discipuli (pro eo, & pro seipsis formidantes: vt ait Chry. Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare: & iterum vadis illuc. Sic autem loquuntur quasi soli magistro timerent: sed reuera timebant etiam sibi. secundũ Chry. (Respõdit Iesus. Nonne duodecim horæ) inæquales (sunt dici) artificialis. De hoc
C dictũ est dominica in. lxx. Sicut enim dicit. s. Tho. horæ inæquales sumuntur secundùm ascensum zodiaci: ita ꝙ hora est ascẽsus signi dimidii. Sunt autem omni tẽpore. xij. diei artificialis: & . xij. noctis: quia semper ascendũt sex signa
D in die: & sed in nocte. Horæ autẽ æquales quæ secundũ equinoctialis ascensum mensurantur nõ sunt semper. xij. dici. & xij. noctis: sed solùm in æquinoctio. Causa verò ꝙ illæ inæquales: istæ vero æquales sint: est quia partes zodiaci supra orizõtẽ difformiter equinoctialis aũt ptes vniformiter ascẽdũt. Hęc ille virtualiter. Exponit aũt hoc tripliciter. Primo, qa dicũt qdã ꝙ erat tũc sicut, & mõ prouerbiũ ꝙ volẽs dicere homines esse mutabiles dicebat, Nõne. xij horę sunt dici. Sensus est ergo. Licet nu-
E perrimè vellent me lapidare Iudæi: tã sunt mutabiles ideo sequimini me securè. Huic aũt expositiõi etiã Chry. cõsentit: Secũdo. exponit Chryso. sic Nonne xij. sunt horæ diei in qbus. s. securè bomines incedũt. Fortè eũ apostoli suadebãt irenoctu. Tertiò. exponit Au. Nõne xij. sunt horę diei. i. xij. apostoli christi
F Se eũ appellat diẽ cũ sit lux. Nã dies sumitur pro motũ cœli: quia est elatio solis. & pro tempore mensurante illum quia est pars anni. & pro ꝓsentia lucis qa qũ sol est sup terrã dies est apostolos aũt dixit horas. Est ergo sensus secũdũ Aug. Dies cõtinet horas: sed nõ e'cõuerso: sic & vos debetis me seq: nõ ecõtra. [Si qs ambulauerit in die nõ offendit: qa lucẽ huius mũdi videt: si qs aũt ambulauerit in nocte offendit: quia lux
G nõ est in eo.] Secundũ primã expositionem est sensus quod Iudæi poterant esse aliter disposiri pro maiori parte. & è conuerso nullum erat periculum ambulare in Iudæam per diem: sed solum per noctem: vel non quieuerant omniũ furores, vel alia causa. Secundũ secũdã verò est idem sensus, & vlterius est sensus quòd qui ambulat in die. ideſt in serenitate, & luce cõscientiæ sine qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter
H Chry. Qui sibi nihil conscius est nequi tiæ: nihil patitur versutiæ. Itaque non oportet formi dare. Nihil enim dignuz morte gessimus. Hęc ille. Secũdũ Chryso. verò qui secũdo mõ exponit est etiã prędictus sensus. Et vlterius aliꝰ talis. vidẽs lucẽ huius mũdi est secutus: multomagis qui mecũ est: nisi amouerit se à me. Et idem sensus est secundũ tertiã expositionẽ. Theo. tamẽ etiã quartã ex-

posi

I expositionem tangit vt per diem metaphoricè Christus signauerit præsentiã sui in terra vsque ad passionem: in quo tempore apostoli habuerũt timere. Vide in passione, dixit, Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Per noctem vero tẽpus, sequens passionem. Et secundum hanc est idem sensus qui & tertiæ ad quem reducitur: vel illa ad istam. (Hęc ait: & post hæc dixit, Lazarus amicus
K noster dormit.) Et in hoc secundũ Chr. alio modo confortat discipulos: ex hoc s. quòd non habebant ascẽdere in Hierusalem sed in Bethaniam. Mortem autem dixit somnum, & dormitionẽ. Primò, propter futuram resurrectionem. & Secundò, propter facilitatem resuscitandi secũdum Aug. & Tertiò, propter meliorationem post resurrectionem. Mortui enim boni resurgunt melius se
L habentes. (Sed vado, vt à somno excitẽ eum) non autem vt disputem cum Iudæis. (Dixerunt ergo discipuli eius) volentes eum retrahere ab instituto suo: secundum Chry. vel quia solet somnus in ægrotantibus signum esse salutis secundum Aug. vel fortè reuera propter vtrunq; (Domine, si dormit sanus erit) quasi dicerent. Sine tua præsentia liberabitur. Dixerat autem Iesus de morte
M eius: illi vero putauerunt quòd de dormitione somni diceret. Sed quomodo erant ita rudes vt crederent Christum tantum iter velle perficere vt à corporali somno languidũ excitaret? Ad hoc dicit Chry. quòd existimauerunt eum parabolicè locuturum. Sed hæc respõsio patitur difficultatem: quia dicit textus quod putauerunt quòd de dormitione somni diceret. Ideo alii dicunt quòd erant in tanto timore quòd non bene capiebant quæ dicebãtur. Alii verò: & quasi redit in idem, dicunt quòd consyderãdum id quod dictum est dormit: sed non illud vado, vt à somno excitem eum (Tunc ergo dixit eis Iesus manifestè. Lazarus mortuus est.) Sed quare non est apertè locutus in principio. Ad hoc dicitur quòd non fecit hoc ne videretur iactanter, & superbè loqui de sua potentia resuscitandi: sed postquam discipuli erant tardi ad intelligendum: manifestat eis mortem, & resurrectionem. (Et gaudeo propter vos) de hoc quòd vobis possum absentia patefacere, secundum Aug. vel secundum
N alios gaudeo: quia nõ eram ibi: & sic fecuta est mors. & ego eum resuscitabo vt firmius credatis (propter vos) inquã i. propter vestrum profectum in fide, vt credatis) in me firmius, & robustius
O quàm priùs secundum Aug. (quia non erant ibi) & tamen mortem vidi quod est argumentum meæ deitatis. Vel secundum aliquos ly, quia, reddit causam gaudii, vt dictũ est.) Sed eamus ad eum vt suscitẽ eum) & consequenter habeP tis aliud deitatis argumentum. (Dixit ergo Thomas) Thomas est Hebraicè & interpretatur geminus sed Græcè interpretatur didymus: quòd latinè sonat
Q dubius. Sed quare Euangelista post nomen eius subiunxit (qui dicitur Didymus). i. geminus vel dubius quod idem videtur: quia. s. dubius ad vtrãque partem contradictionis habet argumentũ. Ad hoc dici potest. Primò, quia Græcè dicebatur Didymus, & proprium eius nomẽ Hebraicum nouerat vulgarum: vt scirẽtur de quo Euangelista loquereR tur.

A retur. idcoque expresit nomen quo in Græco nũcupabatur: dicens qui dicitur apud Græcos passim Didymus. Secũdo dicitur secundum mẽtem Chry. ꝙ hoc fit: quia cęteris erat infirmior in fide: & magis timebat. Nam ꝙ sequitur (Eamus & nos, & moriamur cũ illo) secundum Chry. ex timore dictũ est ab eo. Et
B videtur velle Chry. ꝙ ironicè loquitur, quasi diceret. Nunquid si magister vult mori, debemus eũ sequi? Sed secũdum Aug. est ista vox magnæ constantiæ & hortãtis alios: & non retrahẽtis. Idem cũ Aug. sentit Beda: & gl. quæ dicit. Ecce verus amãtium affectus: vel cum eo
C viuere: vel cum eo mori. Hæc ille. (Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumẽto habẽtem) cõpletos, vel incompletos (Erat autẽ Bethania iuxta Hierosolymã). i. iuxta Hieru
D salẽ: quasi stadiis quindecim, id est, fere duobus miliaribus. Nam octo stadia cõplent miliare vnũ. De hoc vide dãicam
E aduentus. Hoc autẽ dicit Euangelista secundum Chry. vt intelligatur ꝙ conueniſſe illuc cùm essent nobiles. Vnde subditur (Multi autẽ ex Iudæis venerãt
F à Hierusalẽ ad Mariam, & Marthã: vt consolarẽtur (eas de fratre suo) Cõtra: quia erãt inimici Christi: & statuerant vt extra synagogã fieret qui eum confitebatur Christũ.) Quomodo ergo cõsolabãtur istas de quibus notũ erat eas esse Christo dilectas? Ad hoc dicit Chr. quòd fuit: vel propter magnã earũ cadamitatẽ cui cõpassi sunt: vel quia eas vt nobiles reuerebãtur: vel quia isti Iudæi non erãt mali. multi enim ex ipsis
G credebãt. Martha autem vt audiuit: per nuntios præcedẽtes: quia Iesus venit. i. quia esset in veniendo, occurrit illi: antequàm ingrederet castellũ. Erat enim magis circa exteriora domus occupata: ideo citius quàm Maria percepit rumores de aduẽtu Christi secundum. S. Tho. Non autẽ assumpsit secum sororẽ secũdum Chry. quia voluit Christo secretè nuntiare factum. Vnde posi quàm verbis Christi cõcepit spem de resurH rectione fratris vocauit eam. Vel secũdum Theo. hoc fecit: quia si eam vocasset Iudæi eam fuissent cõcomitati: & cognouissent aduentum Christi: quod Martha nolebat. Maria autẽ domi sedebat. Dicit autem Martha ad Iesum, lachrymis profusa: quamuis non eiularet more stultarum, (Dãe si fuisses hic: frater meus nõ fuisset mortuus) Sicut autem dicit Chry. Ista nõdum credebat, vt debebat. Nam, vt dicit Theo. diffide
I bat quòd Christus existẽs trans Iordanem potuisset mortẽ fratris impedire distãtis. Et iam secũdum Chry. nõdum credebat, ꝙ Christus propria virtute posset. Vnde subditur. (Sed & nũc scio: quia quæcunq; popoſceris à Deo dabit tibi Deus) sic. s. loquẽs de Christo sicut de aliquo homine sancto. Non autẽ est causa secundũ Aug. fratris petere resurrectionẽ: quia ignorabat an ei foret vtile: vnde Christo causam commisit. Et ideo. Dicit ei Iesus (Resurget frater tuus.) Non autẽ dixit secundum Chry. petam vt resurgat. Neq; etiã dixit mea virtute resuscitabo: quia fuisset hoc grae mulieri: sed mediũ tenuit. Verumtamen secundũ Aug. quia nõ dixit: resurget modò: & ambigua fuit sentẽtia. sequit. Dicit ei Martha: (Scio). i. secura

I sum, secundum Aug.q.edocta erat per Christū,vel prophetas, secundū Chry. quia resurget in resurrectione generali omniū in nouissimo die:sed supple nescio dulcis magister & Dñe an de tali resurrectione loquaris. Sed Christus sumpta occasione paulatim instruit eā de sua deitate.Vnde sequitur. (Dicit ei Iesus.Ego sum resurrectio,& vita).s.effectiuè: quia.s.sine alterius adiutorio
K possum iuxta placitū meum viuificare secundū Chry.& Alchui.quasi diceret, Tu quidē scis resurrectionē: sed nescis me esse resurrectionis causam.Quæ vero sequuntur sic exponuntur, secūdum Aug.(Qui credit in me)perfectè & fide formata (etiā si mortuus fuerit)in carne(viuet)in anima donec resurgat caro nunquā postea moritura. (Et omnis qui viuit)in carne(& credit in me)etiā
L si moriatur ad tēpus propter mortē carnis(non morietur in æternū).s.propter vitā gratiæ & immortalitatē resurrectionis secundum mentē eiusdē Aug.& sentētiam Alchui. (Credis hoc?)Verba sunt Christi interrogātis:non ex ignorātia:sed vt mulier cōfiteatur quod credebat secundum Aug.(Ait illi).s.Martha.(Vtique Dñe).s.credo prædicta omnia. ¶ Et nota q̄ secundum Chry.nō
M intellexit verba Christi. Et si enim intellexit aliquid magnū:non tamē intellexit qd esset:ideo interrogata de vno: respōdet de alio di. (Ego credidi quia tu es Christ⁹ filius Dei viui qui in hūc mundū venisti)secūdū Aug.vero optimè intellexit.& assignās causam quare vera credebat esse verba Christi dixit: ego credidi &c. (Et cùm hæc dixisset) exhilarata sermone Christi: & soluto luctu secundū Chry. (abiit,& vocauit Mariam sororē suam silētiò).i.sileter. Aug. Suppressam vocē silētium nūcupauit. Nā quo modo siluit cùm subdit (dicēs:magister adest) Ideo autē secundum Chry.sileter vocauit:ne Iudei propter odiū ad Christū recederēt:& cōsequēter miraculi testes nō essent(Et vocat te) Hoc autē addidit Martha, quāuis sufficeret dixisse magister adest vt Mariæ tristitiā subleuaret: quæ nō solùm adesse dilecti magistri præsentia: sed etiā se,ab illo quasi amico dulciss. mo euocari ꝓcepisset. Euāgelista tā nō dixit q̄ Christus vocauerit eam secundum Aug.sed causa brcuitatis in verbis Marthę voluit illud intelligi. Vel secūdum Theo.ipsam Christi præsentiam Martha vocationē appellauit:quasi diceret. Inexcusabile est vt eo præsente nō exeas obuiā Chry. Oībus autē aliis
B [Maria ergo, cùm venisset vbi erat Iesus vidēs eū cecidit ad pedes eius] Chr. seruētior hæc sorore erat. Non em̄ turbam verecūdata est: nec suspitionē timuit quā de Christo Iudæi habebāt cū aliqui inimicorū ibi interessent:sed omnia cōtempsit humana præsente magistro,& sole se dabat ei q̄ ad magistrū honori. Hæc ille. Tamē secundū Theo. etiā ista imperfectè credidit. Ideo sequitur [dicens, Dñe si fuisses hic,frater meus nō fuisset mortuus.] Ex hoc autē q̄ vtraq; soror similia dixit elicitur q̄ hunc sermonē super morientē frequētabāt Christi præsentiā exoptātes. Nō autē dixit Maria oīa quæ dixerat Martha secundū Bedam.eo q̄ lachrymis,& gemitu fuerat præpedita. ¶ Est autē in hac parte documentū in sensu anagogico q̄ amici Christi in hac vita tribulantur:sed cōfugiendo ad auxiliū Christi & eo interius per illustrationem, & amoris excitationē adueniente: & spe futuræ resurrectionis cōsolantur consolandi: multò fortius in ipsa resurrectione Lazari.i.corporis in terra iacētis. Vnde ait Greg. Si cōsyderamus quę nobis promittūtur in cœlis: vilescunt animo omnia quæ habentur in terris. Hæc ille. ¶ Quantū ad tertium tāgitur

A morte occupatam.& ideo ex reuerentia nobilitatis eius,& ex cōpassione(secuti sunt eā dicētes)quia vadit ad monumētum:quod sic secundū Isidor.dicit:quia moneat mētē,s.vt simus memores mortis, & fundere p̄ces pro defuncto,& imitari virtutes eius(vt ploret ibi) Ista aūt secundū Aug.interponit Euāgelista, vt intelligamus quæ fuerit occasio q̄ multitudo Iudæorū interfuerit miraculo. fus vidēs eū cecidit ad pedes eius] Chr. seruētior hæc sorore erat. Non em̄ turbam verecūdata est: nec suspitionē timuit quā de Christo Iudæi habebāt cū aliqui inimicorū ibi interessent:sed omnia cōtempsit humana præsente magistro,& sole se dabat ei q̄ ad magistrū honori. Hæc ille. Tamē secundū Theo. etiā ista imperfectè credidit. Ideo sequitur [dicens, Dñe si fuisses hic,frater meus nō fuisset mortuus.] Ex hoc autē q̄ vtraq; soror similia dixit elicitur q̄ hunc sermonē super morientē frequētabāt Christi præsentiā exoptātes. Nō autē dixit Maria oīa quæ dixerat Martha secundū Bedam.eo q̄ lachrymis,& gemitu fuerat præpedita. ¶ Est autē in hac parte documentū in sensu anagogico q̄ amici Christi in hac vita tribulantur:sed cōfugiendo ad auxiliū Christi & eo interius per illustrationem, & amoris excitationē adueniente: & spe futuræ resurrectionis cōsolantur consolandi: multò fortius in ipsa resurrectione Lazari.i.corporis in terra iacētis. Vnde ait Greg. Si cōsyderamus quę nobis promittūtur in cœlis: vilescunt animo omnia quæ habentur in terris. Hæc ille. ¶ Quantū ad tertium tāgitur miraculi ꝓpetratio seu resuscitatio Lazari cū dicitur [Iesus ergo vt vidit eam plorātem] quam diligebat [& Iudæos qui venerāt cum ea plorātes] nihil dixit tale quale dixerat Marthæ. quia secundum Chry.non erat tēpus. Si enim aliqua sublimia dixisset recessissent Iudæi,& miraculum nō vidissent [infremuit] Fremitus, est effectus, & signum iræ.& videtur esse vox cōfusa,quā iratus tacitè secum loquēs emittit. Est autem sciendū quòd passiones animæ in Christo fuerūt:sed nūquā prævenie- E
bant rationis iudicium:sed sequebātur. quòd est laudabile nisi ratio malè imperaret. Nam sicut dicitur.iiij.eth.ita à fortitudine impetrata actū fortitudinis adiuuat. Et sic intelligit illud Esa.xxij. Non erit tristis, neq; turbulentus.s.secundum q̄ istæ passiones prævenium iudiciū,rationis. Infremuit ergo Iesus G
sed[spiritu].i.volūtate,& ratione. Spiritus enim dicitur mens. Hic fremitus fuit cōtra Diabolum qui mortē induxit:quē cito erat debellaturus.& turbauit.i.cōmouit secundum affectum sensitiuum, [semetipsum] ex iudicio rationis secūdum Aug.vt veram ostenderet humanitatē secundum Theo.vel secūdò,vt doceret modu seruandu in aduersis dum tristatur & tā se cohibet. Dicit H
enim hic.S.Tho.q̄ Stoici dixerūt nunquā sapientē tristari:sed est,inqt,inhumanū non esse tristē in morte alicuius. Quidā verò in tristitiis excedunt. Dñs autē tristari voluit cōtra primos,& modū seruiūt cōtra secūdos secundū illud The.iiij.Nō cōtristemini sicut cęteri q̄ spem nō habēt.i.incōsolabiliter secundum gl.vel tertio scdm eundē vt docere

I ret nos corporaliter tristari pro mortuis. Vt quarto secundum alios,& cohiberet lachrymas,donec compleret inrrogationem de qua sequitur. (Et dixi: Vbi posuistis eum) Non interrogat ex ignorantia.sed secundū Augu.vult astātiū fidē approbare id est cōfirmare dum.s.Lazarus asseritur mortuus,& sepultus. Vel melius approbare fidē quā de resurrectione habuerūt tumulatores
K cadaueris.vel secundū Chry.ne videatur se ad miraculū ingerere: sed rogetur ab astantibus.(Dicunt ei).s.Iudęi, & astantes (Domine veni,& vide:) Inuitant autem eū secundū Chry.vt ploret,non vt resuscitet (Et lachrymatus est Iesus) ex pietate,& compassione secundum Ang.qnia erat fons pietatis secundum.s.Tho.Petrus Chrysologus,O
L vis o potentia lachrymarum quæ cœli & terræ dominum ad lachrimandi humilitatem deposuerunt. Hæc ille.Sed qnare fleuit quem statim volebat viuificare?Ad hoc dicitur ꝙ fleuit secundū glo.vt ostenderet quantū homo debeat pro se flere:qui mortem meruit. Secūdò,fleuit secundū Hiero.quia eū ad erūnas seculi reuocabat. Tertio potest dici ꝙ flebat peccatū vnde homo contraxerat mortē.Quartò,quoque fleuit mor
M ex pietate sororū nec patrē nec matrē nec fratrē habentiū:& dilectæ mariæ lachrymis. Dixerunt ergo Iudæi) credentes eum secundum Bedam more humano super charo lugere. (Ecce quomodo amabat eum) pro quo.s.luget:& cuius vult videre sepulchrum. Per hoc etiam secundum Tho. mystice datur intelligi quod Deus etiam hominē existentem in peccatis amat secūdū illud Hie.xxxj. In hac chartate perpetua dilexi te:ideo attraxi te miserans. Aliter enim non dixisset. Non veni vocare iustos &c. (Quidam autem ex ipsis dixerunt) volentes,s.ostendere quòd non vere eum amabat. Vel vt alii dicūt volentes ostēdere ꝙ si potuisset tenuisset ipsam viuum.& consequenter per hoc volentes annihilare miraculū de eo nato. Erant enim secundū Chry. iuxta de numero inimicorū Christi.(Nōne
B Tho.sunt verba desperantis fratris resurrectionē. Licet enim inquit .s. Tho. Christus alios suscitasset tamen suscitari credebat impossibile propter diuturnitatem. ¶ Sed contrà quia non videtur rationabile:cum sit professa Dei filiū esse Christū ꝙ sit oblita fidei suæ tam citò,& consequenter ꝙ miraretur, vel desperaret suscitationem fratris.
C Ideo fortè dici posset ꝙ credebat Christum velle videre cadauer:& timuit ne ex fetore grauaretur:sed non credebat ꝙ Chrystus vellet eum suscitare:credens tamē ꝙ potuisset,si voluisset.& sic aliquo modo desperabat:quia non sperabat. Et ista videtur esse mens Chry. qui dicit ꝙ erat oblita eorū quę sibi dixerat Christus. Sed cōtra :quia non est verisi mile ꝙ tale promissum quale est
D ta. Ad hoc dicitur ꝙ Christus sibi expresse hoc non promiserat.s.ꝙ frater resurgeret tunc:sed occultè,& erat oblita verborū eius.& sic sentit Chry. Sed san,Tho.vt dictum est, dicit ꝙ illam suscitationem credidit impossibilem Christo nec obstat ꝙ eum sit professio filium Dei:quia credidit eū Dei filium per excellentiam gratiæ:& non per naturam. Et huic cōsonat quod subditur

A ipsi Iudæi anferrent lapidem, & viderent cadauer: ne miraculo aliquam possent inferre calumniam:quod fortè fecisseni si absens suscitasset,aut lapi lapide non sublato [Dicit ei Martha soror eius qui fuerat mortuus. Domine iam fœtet:quatriduanus enim est secū dum Bedā ista sunt verba admirātis. secundū Tho.vero, & is.Tho.sunt verba admirantis secundū Tho.vero,& is.
B Tho.sunt verba desperantis fratris resurrectionē. Licet enim inquit .s. Tho. Christus alios suscitasset tamen suscitari credebat impossibile propter diuturnitatem. ¶ Sed contrà quia non videtur rationabile:cum sit professa Dei filiū esse Christū ꝙ sit oblita fidei suæ tam citò,& consequenter ꝙ miraretur, vel desperaret suscitationem fratris.
C Ideo fortè dici posset ꝙ credebat Christum velle videre cadauer:& timuit ne ex fetore grauaretur:sed non credebat ꝙ Chrystus vellet eum suscitare:credens tamē ꝙ potuisset,si voluisset.& sic aliquo modo desperabat:quia non sperabat. Et ista videtur esse mens Chry. qui dicit ꝙ erat oblita eorū quę sibi dixerat Christus. Sed cōtra :quia non est verisi mile ꝙ tale promissum quale est
D ta. Ad hoc dicitur ꝙ Christus sibi expresse hoc non promiserat.s.ꝙ frater resurgeret tunc:sed occultè,& erat oblita verborū eius.& sic sentit Chry. Sed san,Tho.vt dictum est, dicit ꝙ illam suscitationem credidit impossibilem Christo nec obstat ꝙ eum sit professio filium Dei:quia credidit eū Dei filium per excellentiam gratiæ:& non per naturam. Et huic cōsonat quod subditur [Dixit ei Iesus,Nonne dixit tibi:quia si credideris videbis gloriam Dei?] quasi dicat,Quare non credis,vt videre mereris. Sed non dixit gloriā meā. ne Iudęi ægrè ferrent:cum tamē suprà dixerit:vt glorificetur filius dei vel per gloriam Dei intelligitur operatio gloriosa. Sed contrā:quia Christus non legitur dixisse. Ad hoc dicitur duplic iter
E Primò, quia Christus ista suprà dixerat:sed Euangelista illa non suprà posuit.quia ea hic habebat replicare. Vel secundò,dicitur ꝙ ista Christus nō dixit explicitè,sed implicitè [Tulerunt ergo lapidē] ad præceptum Christi. Iesus autem eleuatis sursum oculis,vt daret nobis formā orandi, eleuata ad Deum mente [dixit:Pater gratias ago tibi quoniā audisti me]Ex hoc arguūt
G Arriani ꝙ sit filius patre minor: quia orando impetrauit vt posset mortuum suscitare. Quibus dicimus ꝙ licet inquantum homo orare,& impetrare potuerit: tamen inquantū Deus poterat concedere quod prostulabat:& propria authoritate poterat omnia facere sine impetratione. Quod ex duobus patet. duobus patet. Primò,ex modo quo sæpe fecit miracula.s.impetrando nulla
H oratione præmissa. vnde Ioan.v. Surge tolle grabatū tuum,& ambula. Et Luc. vij,Adulescens tibi dico surge. Secundò,idē patet:quia apostoli sine oratione inuocato nomine Christi miracula faciebant Act.iij.in nomine Iesu Christi nazareni surge & ambula. Ergo etiā multominus ipse Christus oratione indigebat. Orauit ergo non propter se: sed propter astantes. Quod patet cum subditur [Ego autē sciebam quia sem-

I per me audis [secundum & inquantum homo oro. & inquantum ſum Deus ſecundum Chryſo. quia vt dicit. ſ. Tho. is auditur cuius voluntas impletur. Filius ergo ergo etiã inquantum Deus dicit ſemper audiri à patre. Quaſi dicat ſecundum Chry. Oratione non egeo: quia vna eſt mea, & tua voluntas. Ideo adhuc ſubditur. (Sed propter populũ, qui circunſtat, dixi.) Orauit ergo vt
K oſtendere ſe Deo non eſſe cõtrarium: ſecundum ſan. Tho. Auguſt. & Chryſo. ideo ſequitur. (vt credant quia tu me miſiſti) Eſt autẽ ſciendũ ꝙ in miraculis magnis Chriſtus non conſueuit orare, vt dicit ſan. Tho. iij, q. xliij. vt Deũ ſe probaret orauit tamen tunc ex ſpeciali cauſa: quia aliqui aſtantium non credebãt eum, nec Deum, nec Dei amicum Dei orauit: vt autem ſe probaret
L Deum Lazaro imperauit. Vnde ſicut dicit Chry. iſta fuit ſapiẽtia Chriſti in verbis humilitatẽ oſtẽdere & in operibus poteſtatẽ: Sequitur enim (Hęc cũ dixiſſet voce magna clamauit) vt oẽs qui aderant poſſent audire. & intelligere ꝙ ſolo imperio ſuſcitararet (Laxere) Nomen dicit ſecundũ Aug. ne omnes cogantur exire (Veni foras) extra infernum, quò ad animã, & extra ſepul
M crhum quo ad animã & corpus: per infernũ tamen intelligendo omnẽ locũ animarum ſubterraneũ. (Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus ꝙ a ſermo Chriſti erat poteſtate plenus. Quid veo mirum ſi verbũ verbo ſignificabat, quod de nihilo cuncta crearat? (Ligatus manus, & pedes inſtitis) id eſt lineis falciis. Vnde ibi duplex fuit miraculũ ſecũdũ Chr. ſ. quia mortuꝰ vixit. & quialigatus prodiit (Dicit eis Ieſus: Soluite eum) vt. ſ. appropinquando, & attracto videant, quia Lazarus eſt, & nõ phãtaſma ſecundũ Chry, (& ſinite abire.) In quo ſecundũ Chry. apparet Humilitas Chriſti. Si enim ſuperbus fuiſſet, ſedum illud ad oſtentationẽ duxiſſet. (Multi ergo ex Iudæis qui venerãt ad Mariã, & Marthã, viderant quæ, fecerat credideruũt in eũ. ¶ In hac parte eſt me rale documentũ. de quo ait Aug. ſuper Ioã. Intelligimus tres mortuos quos in corporibus dominus ſuſcitauit aliquid ſignificare de reſurrectionibus animarum. Hæc ille. Et Greg. iiij. mora, Puellam enim in domo, puerum extra portam: in ſepulcro aũt Lazarũ ſuſcitauit. Adhuc quippe homo mortuꝰ iacet, qui iacet in peccato. Iam quaſi extra portã ducitur, cuius iniqnitas vſque ad inuerecundiã poblicæ perpetrationis opera tur. Sepulturæ vero agere præmitur qui in perpetratione nequitiæ etiã vicõſuetudinis preſſus grauatur. Sed hos plerunque diuina gratia reſpectus ſui lumine illuſtrat. Hæc ille. Et intendit Grego. illum facere præcisẽ in peccato, qui adhuc illud opere non cõpleuit,

Sabbato poſt dominicam. iiij. in Quadra. Ioã. vij.

DIcebat Ieſus turbis Iudæorũ, Ego ſum lux mũdi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lucem vitæ. Dixerũt ergo Phariſæi, Tu de teipſo teſtimoniũ perhibes: teſtimonium tuum nõ eſt verum: Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio vnde venio, aut quò vado. Vos autem neſcitis vnde venio, aut quò vado. Vos ſecundũ carnẽ
B iudicantis: ego nõ iudico quẽquã. Et ſi iudico ego, iudicium meum verũ eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me, pater. Et in lege veſtra ſcriptũ eſt: quia duorum hominũ teſtimonium verum eſt. Ego teſti
C monium perhibeo de meipſo: & teſtimoniũ perhibet de me qui miſit me, pater. Dicebant ergo ei, Vbi eſt pater tuus. Reſpõdit Ieſus, Neque me ſcitis, neque patrem meum. Si me ſciretis, forſitan, & patrem meum ſciretis. Hæc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio, docens
D in templo & nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius.

DIcebat Ieſus Turbis Iudæorum. Ego ſum lux mundi &c. Io. vij. In præſenti Euan. agitur de quadã Chriſti diſputatione ad Iudæos habita: in qua tanguntur tria puncta, ſilicet Contradictio, Confuratio, Interrogatio. ¶ Quunto ad primum tangitur quomodo contradixerunt Chriſto Iudæi. Eſt autem ſciendũ ꝙ illa quæ hic narrantur contigerunt ſtatim poſt abſolutionem adulteræ mulieris dicitur ergo (Dicebat Ieſus turbis ludæorum) Iſta verba non formaliter in textu Euangelii: quãuis ſit ibi iſta ſententia. Mutauit autẽ eccleſia verba, vt melius introduceretur Euangelium præſens. Verus autem textus poſtquã dixerat Ieſus. Noli peccare hic eſt (Iterum ergo locutus eſt eis) ſcilicet Iudæis qui remanſerat: abeuntibus phariſæis cotuſis ex ſcriptura qnã viderat (Ieſus dicens.) Quia enim poterant aſtantes mirari quàm ei peccata ſine ſatiſfactione dimiſiſſet: & dicere, vnde iſte talem habet poteſtatẽ. Ideo Dominus voluit ſuam excellentiam declarare: & ſuam deitatem: & ſecundum Alchuinũ oſtendens ſe eſſe Deum id eſt lucem expellentem omnes tenebras. Sunt autem ſecundum ſanc. Tho. triplices tenebræ ſcilicet ignorantie. Pſalmus. Neſcierunt, nec intellexerunt: in tenebris ambulant. Et culpæ. Ephe. v. Eratis aliquando tenebræ. Et pœnæ Mat. xv. Inutile ſeruum proiicite in tenebras exteriores. (Ego ſum lux mũdi, inquit: quia per Chriſtum fugantur peccatorum, & errorũ, & tormẽtorũ tenebræ, & feræ. i. Demones recluduntur in cauerna abyſsi expulſi de hoc mundo, & omnibus oſtẽditur via veritatis, & iuſtitiæ diffuſis vbique terrarũ radiis doctrinę. Non autem dixit lux galileæ, vel paleſtinæ ſecundum Chryſoſt. ſed mundi. Eſt autem ſciendum quòd ſicut dicit

E

F

G

H

I Aug.Manichæi delirantes ſicut Deum crediderunt eſſe quandam lucem corpoream infinitam:,ita Chriſtum crediderunt eſſe ſolem iſtum quē oculis carnis aſpicimus.Sed iſti non intelligunt, quod Chriſtus ſit ſpiritualis lux. (Qui ſequit me(credendo,& immittendo(nō ambulat in tenebris)errorum vel peccatorum, vel pœnarum infernalium.

K Nam Chriſtus cū ſit prima veritas nō poteſt mentiri,& cùm ſit prima voluntas non poteſt peccare vt patet per. S. Tho.j.par.q.xxv.&.j.di. xlij. & cùm ſit ipſe qui eſt caput in gloria mēbra eius non poſſunt eſſe in miſeria. Vel aliter ſecundum S.Tho.Qui ſequitur me nō ambulat intenebris ignorantiæ: quia ſum veritas.Nec culpæ, quia ſum via: nec damnationis æternæ:quia ſum vita(ſed habebit lumen)fidei, & gratiæ.

L Quorum primam dirigit intellectum: ſecundo vero per charitatem dirigit affectum.i.voluntatem.vtrunq; vero dicitur lumen(vitæ).i.quod eſt à vita infuſum.i.à Deo,& ad vitam æternā perducens.Vel ideo vitæ,quia principaliter eſt operationis vitalis, quæ dicitur vita.i.intellectionis ſecundum.S.Tho. (Dixerunt ergo Phariſei).i. quidem religioſi magnæ opinionis apud Iudæos

M Sed quare magis iſti,quàm alii volunt contradicere? Quia chriſtus dicens ſe lucem dixit ſe Deum, vel aliquid magnum vt putabāt vltra alios homines ipſi autem erant qui volebant videri magni,& ſancti:ideoq; tanquam inuidi contradicunt.Sed quomodo ibi fuerūt Phariſæi? Nam de eis dictum eſt ante immediatè quod adduxerunt adulterā cum ſcribis, & quod vnus poſt vnum exierunt:& quod Ieſus remanſit ſolus, & mulier in medio ſtans? Dico ꝙ quidam mulierem adduxerunt, & quidam ante ibi erant audientes Chriſtum & iſti etiam remanſerunt: illis abeuntibus,& iſti ſunt qui nunc chriſto contradicunt dicentes(Tu de teipſo teſtimonium perhibes). Poteſt autem hoc legi interrogatiuè:& ſonat indignationem & remiſsiuè:& ſonat irriſionem: quasi dicant,Malos habes vicinos qui te laudibus efferre non curant (Teſtimonium tuum non eſt verum.)Quia enim natura humana prona eſt ad laudes,propriū teſtimonium ſuſpectum eſt: ideo dicit non eſſe verum.i.firmum & ſtabile vel autenticum.¶Eſt autem in hac parte literale documentū, quod quilibet debet conari ſequi Chriſtum: quia ſine errore conducit ad requiem.j.Pet.ij. Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.¶Quantum ad ſecundum tangitur confutatio Phariſæorum: cum dicitur. (Reſpondit Ieſus & dixit eis: Etſi ego teſtimoniū perhibeo de me ipſo verum eſt teſtimonium meum.(Quaſi dicat. Multi alii à me teſtimonium perhibent de me, vt Ioannes & omnes prophetæ. Dato tamen quod ita ſit ꝙ ego ſolus mihi perhibeam teſtimoniū: adhuc verum dico(quia ſcio vnde venio) quia Deus ſum à patre miſſus per vrginem,& incarnationem & conſequenter teſtimonium meum idoneum eſt, quod Deum nemo,niſi Deus poteſt ſufficienter cōmendare(& quo vado)quia homo ſum tendēs ad mortē, vt per crucem acquiram mihi omnē poteſtatem in cœlo,& in terra ſup homines & angelos, & omnem creaturam: ideo ſum dignus fide. Vel ſecundum Chryſ. ſenſus eſt. Ex eo ſum:& Deus & Dei filius Redit autem in idem eum prioribus (Vos autem neſcitis vnde venio, aut quò vado(quia ſcilicet hominem videbant:Deum non credebant:vt dicit Augu. ideo neſciebant à quo proceſſerat æternaliter,vel miſſus fuerat, temporaliter.Vos ſecundum carnem iudicatis) id eſt iniuſtè ſecundum Chryſ. ſicut & ſecundum carnem viuere, eſt iniuſtè viuere. Vel ſecundum apparentem, & viſam humanitatem ſecundum Theo. & Aug.dicentem. Quia enim deum nō intelligitis, & hominem videtis: ideo vobis arrogans videor: quia de me teſtimonium perhibeo. Omnis enim homo quando de ſe vult perhibere teſtimonium laudabile ſuperbus & arrogās videtur.Homines enim infirmi ſumus: verum dicere,& mentiri poſſumus: lux mentiri non poteſt.Hæc ille.(Ego non iudico quēquam)quod ſecundum Aug. dupliciter intelligitur. Vno modo ſubaudiendo nunc,vel modo,quia non venit in primo aduentu iudicare: ſed libere. Alio modo ſubaudiendo ſecundū carnē,quia non iudicabit ſecundū carnem, ſicut ab hominibus iudicabatur.

D Et vī velle.Aug. ꝙ chriſtus quia nō iudicabat ſcdm carnem. i.ſcdm extrinſecus apparentia iudicabat ſecundum veritatē.(Et ſi iudico ego). i.poſito quod iudicarē ſecundū Aug. vel qū iudicabo ſecundū alios (iudiciū meū verum eſt) id eſt eſſet vel erit (quia non ſum ſolus Si in deo eſſet tantū vna perſona eſſet ſolus dato ꝙ millia angelorū aſsiſterēt ei:quia ſolitudo non toliit per cōſortiū differentis naturæ. Vnde & hō ſolus dicitur inorto etiā ſi ſibi ſint mille herbę. Quia ergo in diuinis eſt pluralitas perſonarū ſn eſſentię identitate ideo nulla diuina perſona dicit ſola vt patet per.ſ. Th.j.di.xxj.&.j.q.xxj.(Sed ego, & qui miſit me pater.)imo & Spirituſſanctus. Et deinde arguit ad propoſitum ſuum dicens.(Et in lege veſtra).i.vobis data & malè ſeruata.(ſcriptū eſt)Deut.xix. (quia duorum hoīm) & multofortius duarum perſonarum diuinarum(teſtimonium verum eſt). i.pro vero in iudicio habendum eſt: vt vī velle S.Th.& Aug.qūauis falſum eſſe poſsit.Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo.) Ecce vnum teſtē (& teſtimoniū perhibet de me qui miſit me patet.)Ecce aliū Sed contra arguit Chry.quia nō eſt ꝙs idoneus teſtis in propria cauſa:nec pro priè tunc duo teſtant ſed vnus. Non ergo Chriſtus efficaciter arguit. Ad hoc ergo rñdet idem Chry.ꝙ chriſtus piſta nihil aliud facere voluit quā ſeipſum. aſſerere patri æqualē in perhibendo teſtimonium per miracula. Sed iſta non videntur conſonare literæ, in qua ſaluator videtur velle arguere modo dico, Ideo alii dicunt quod Chriſtus inquantum perſona diuina reddebat teſtimonium ſibi inquantum homo erat, & ſic duæ perſonæ ibi teſtificabātur. Sed hoc nihil eſt:quia non conſtabat Iudæis in diuinis eſſe duas perſonas, ſed hoc negabant: ideo argumentum erat inefficax.Et præterea illud cui teſtimonium perhibebatur per ly me: quod pro perſona tenetur cum ſit pronomen. & non pro natura.Ergo eadem erat perſona teſtificans, & cui teſtimonium reddeba-

I tur,ergo idem quod prius. Ideo dicendum est sicut dicit Alchui. quod Christus intendit arguere à minori affirmatiuè sic. Si duobus hominibus creditur, qui mentiri possunt:qua ratione refelli debet meum, & patris mei testimonium quod irrefragabile est. Dato eñ (licet hoc non dicat Alchuinus) quod filius taceret plus valet testimonium:
K Dei patris per se solum dum per miracula christo fert testimonium quã mille hominũ. Vel possumus dicere quod testimonium eius qui in propria causa testatur est suspectum: quia Deus non asserit talem vera testificari. Vbi verò Deus redderet testimonium de veritate testis:tũc in nullo testimonium eius est suspectũ: & sic est in proposito. Sed quare Christus non sumpsit argumentum à Ioanne. Statim enim eos conuicisset. Ad hoc dico quod fecit sic. Primò:quia volebat de sua deitate disputare. Secundo quia potuisset eius testi-
L monium Ioannis,quem hominem credebat esse suspectũ nisi allegasset quod Deus ei testimonium perhibebat. ¶ In hac parte est documentum morale, & nunc multi sunt pharisei. i. peccatores à Deo diuisi: quos dominus nõ iudicat per iustitiam vt saluet per misericor-
M diam:sed continuè efficiuntur peiores. Eccle.viij.Quia non cito profertur cõtra malos sententia absq; vllo timore filii hominum perpetrant mala. ¶ Quã tum ad tertium sequitur interrogatio quam Iudæi fecerunt christo cum dicitur (Dicebant ergo ei)carnaliter.s.christi partẽ accipientes vt dicit Aug.(Vbi est pater tuus?Hoc aũt secundum Aug. dicunt quasi vellent dicere. Non videmus patrem tuum de te testificari,vt dicis.Vbi enim est.Sed secundum Theo. hoc dicunt improperantes ei quod patrem tanquam spurius non cognoscat. vel tanquã ignobilis ignobiliẽ habeat. sed vt ait,quia id non sciendi, sed tentandi animo dixerunt.Ad præmissam, quæstionẽ christus non rãdet. Vnde sequitur.(Rãdit Iesus.Neq; me scitis) neq; secundum originẽ diuinam, licet secundum humanitatẽ verum sit illud Io.vj. & me scitis:& vnde sim scitis neq; patrem meum)q.d.secundum Aug.Quia scatis scire patrẽ meum quasi me cognoscatis:quia effigiem vultus videtis, sed me nescitis: & consequenter patrẽ meũ vobis ostendere nolo.Prius enim est vt me noueritis:& tunc patrẽ meum scietis quia(si me sciretis)qui.s.per omnia sum similis patri : imò qui sum vnum cum patre(forsitan,& patrẽ meum sciretis(Causa enim vt ait Chry.nesciendi patrem est ignorantia filii.Sed dicit forsitan secundum Aug.non dubitatio-
N nis causa: sed eo modo qui indignatus certa dubitando profert : sicut si dominus iratus seruo dicat. Contemnis me, consydera : forsitan dñs tuus sum. Sic etiam dominus dubitando increpat infideles. ¶ Est autẽ sciendum quod licet
O Iudæi crederent vnum Deum, nec tamen iusti,& maiores, vt Symeon communiter mysterium Trinitatis ignorabant,quia nondum erat plenè reuelatũ Quidam igit vt dicit Origenes, ex his occasionem sumentes erroris,dixerunt patrem Christi non esse Deum veteris testamenti,quem Iudæi cognouerunt, secundum illud Psal. Notus in Iudea Deus. Sed dicendum est primo Iudeo

A Deum patrem Christi ignorasse: quia ad modum ignorantium se habuerunt inquantum mandata eius non seruauerunt.Secundo,quia ei spiritualiter per amorem non adhæserunt sicut cognoscens adhæret bono cognito. Tertiò, quia licet cognoscerentur eum per fidẽ non tamen habebãt de eo plenam sciẽtiam secundum illud Io.j.Deum nemo
B vidit vnquam vnigenitus &c. Quartò, quia in veteri testamento innotuit pater sub ratione Dei omnipotentis: non tamen sub ratione patris habentis filiũ consubstantialem.Hę quatuor rationes
C sunt S.Th.in apostilla:sed quartã intelige de Iudæis minoribus,vel malis qa mysterium Trinitatis super maioribus fuit cognitum nisi essent mali nescientes,quæ scire tenebantur vt patet. ij. ij. q.ij.ar.viij.(Hæc verba locutus est Iesus in gazophilacio). i.in loco vbi erat gazophilacium. i. arca. secundum Matgist.hist.in qua offerebanẽ,& seruabantur munera pro templi reparatione : à gaze persicè Latinè diuitiæ & phylace quod est seruare.Habebat autẽ vt idem
D dicit foramen desuper. per quod dum clausa erat pecunia inferebatur.Corbona vero vel corba erat arca in qua munera reponebantur votiua,sicut in mulach regia vel dicrum solennium.Quelibet tamẽ harum generali nomine gazophylacium dicebaẽ. Hoc autẽ introducit euangelista,vt sciamus quod christus publicè loquebatur(docens in templo).i.in atrio templi vbi consueuerũt isti docere,& ob hoc magis indignabantur.(Et nemo apprehendit eum)quamuis haberent apprehendendi voluntatem (quia nondum venerat hora eius) id est in qua pati vellet secundum Augu.non autem eius.i.in qua fato vrgente pati cogeretur. ¶ Et in hac parte est literale documentum quantum teneamur Christo quia sponte se pro nobis obtulit Hier.ad Oceanũ Christus pro salute nostra dorsum verberibus sputaminibus faciem,maxillas palmis, nõ confunditur præparare, & nos pro eo etiam leuem confundimur audire conuitium.Hæc ille. ¶ Est autem notãdum F
quod hoc euangelium legitur in die virginis consecrata: quia in sensu quasi allegorico ei conueniunt illa verba, ego sum lux mundi &c.Et per hoc etiã apparet differentia maior inter ipsam, & cæteras mulieres quæ non sunt castæ: vt ea de qua sabbato præcedenti dictũ est.Quomodo autem sit lux mundi dicitur
G di Salomon Cant. vj. dicens. Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens,pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis &c. Nam peccatoribus est aurora fugans peccatorum tenebras,& adducens gratiæ splendorem. Vnde dicitur mater misericordiæ.Trinitatis autem est quasi luna, quæ dominatur super mari id est amaritatis: & lucem nocte id est,tribulationem : & est pulchra id est plenè lucens scilicet tota nocte in
H principio tribulationis dando constantiam , in medio perseuerantiam : & in fine coronam. Et tantò melius compatitur quantò , & ipsa est passa. Sicut enim secundum Augustt. luna obscuratur tripliciter,scilicet qa est vacua:aut nube tecta aut eclypsata. Sic beata vergo triplicè habuit tribulationẽ singularem scilicet quando fugiens in egyptũ fuit vacua omni cõsolatione & qũ perditio

dito filio fuit nube doloris occupata, & quãdo Christo pẽdẽte fuit sanguinolẽta. Vnde etiã respectu horũ dicitur mater misericordię. Iustis aũt est velut sol emittẽs radios gratiarũ, & cõsolationũ: vnde & mater gratiæ dicitur. Lucet aũt per exẽplum suarũ virtutũ: & beneficiũ suarũ gratiarũ: de quib⁹ Eccles. xxiiij. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. Tẽtatio aũt est sicut acies armata. Nã eius nominatio est baculus in dorso. Diaboli. Num. xxiiij. Cõsurget virga dei Israel &c. Eius aũt salutatio est tonitruus rotans diabolum. Psalmus. Vox tonitrui tui in rota. Eius laudatio est pugio truncans caput Holofernis: Iudith. xv. Et ideo ad eam dicimus. Tu nos ab hoste protege.

Dominica de passione. Io. viij.

DIcebat Iesus turbis Iudæorum, & principibus sacerdotũ Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico quare vos non creditis mihi? Qui est ex Deo, verba Dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi: & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia. Samaritanus es tu, & Dæmoniũ habes? Respõdit Iesus, Ego Dæmonium nõ habeo: sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autẽ non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit mortem nõ videbit in æternũ. Dixerũt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est & prophetæ: & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Nunquid maior est patre nostro Abraham, qui mortuus est, & prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quẽ vos dicitis quia Deus noster est: & non cognouistis eum. Ego autem noui eũ, Et si dixero quia non scio eum ego ero similis vobis mendax, Sed scio eũ: & sermonẽ eius seruo. Abraham pater vester exultauit, vt videret diẽ meũ: vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eũ, Quinquaginta annos nõ dũ habes & Abrahã vidisti? Dixit eis Iesus, Amen, amẽ dico vobis: antequã abrahã fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides Iudæi vt iacerent in eum. Iesus autem abscõdit se, & exiuit de templo.

DIcebat Iesus turbis Iudæorũ, & principibus sacerdotum. (Quis ex vobis &c. Io. viij. In prẽsenti Euã. narratur quædam saluatoris cõtra Iudæos disputatio: quæ in tria puncta dividitur, qui sunt. Increpatio) Exprobatio, & Cõmẽdatio. ¶ Quãtum ad primũ Christus acriter increpauit Iudæos super eo, ꝙ eius doctrinæ nõ credebãt, cũ dicit, (Quis ex vobis) ô principes plebæi (arguet me de peccato). i. cõuincet, vel verè dicere potest tale quid malè egisti. Orig. Habet autẽ hoc verbũ christi magnã fiduciã: cùm nullus hominũ fiducialiter hoc dicere potuerit nisi solus Deus noster, qui peccatũ non fecit. Hæc ille. Hęc autẽ ideo Christus dixit, ne Iudæi possint tergiuersando dicere, Ideo tibi non credimus: quia aliter doces, atq; aliter viuis. Greg. Pensate mansuetudinem Dei. Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem nõ esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Hæc ille. Et intendit Greg. ꝙ Christus tantum erat humilis quòd si quid ei voluissent opponere nõ renuisset subire iudicium. & rationabiliter se purgare, (Si veritatem) ideſt veram doctrinam dico vobis: (quare non creditis mihi.) Quasi diceret. Ex quo ego iustus appareo: & doctrina mea sancta est, & rationabilis vera: non est ex parte mea causa, ꝙ non suscipiatis eã: sed causa est: qa (qui ex Deo est) id est qui ex parte Dei tãquã amicus eius per fidẽ, & gratuitũ amorẽ. qui est charitas (verba Dei audit) delectabiliter, & obediẽter. Primò, qa propriũ est amicorũ mutuis colloquiis delectari, secundum Philosophũ in lib. Ethi. Secundò, quia vt dicit san. Tho. Omne animal diligit sibi simile. Eccle. xiij. Sed omnis qui est ex Deo inquãtum huiusmodi habet similitudinẽ eorũ qui sunt Dei, & eis inhæret: & cõsequenter verba Dei audit: præcipuè ab his qui ex Deo sunt. (Propterea vos nõ auditis: quia ex Deo non estis) quò ad vitis: & si quo ad naturam: vt ait Aug. ¶ In hac parte autẽ est literale documentum de quo Greg. ait. Interroget se vnusquisque si verba Dei, ore cordis percipit, & intelligit vnde sit. Nã sunt nõnulli, qui præcepta Dei nec ore corporis percipere dignãtur. Et sunt nõnulli qui hic quidẽ corporis aure percipiũt: sed nullo ea mẽtis desyderio cõplectuntur. Et sunt nõnulli qui libenter verba Dei suscipiunt: ita etiã vt in fletibus cõpungantur: sed post lacrimarum tẽpus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei nõ audiũt: quia hic exercere in opere cõtẽnunt. Hæc ille Qui secundũ san. Tho. tãgit tres differentias malè dispositorũ. ¶ Moraliter autẽ hic significatur: ꝙ inimicis Dei veritas est odiosa. Veritas enim est sicut lux, quæ est odiosa oculis lippis. i. superbis, qui se bene nõ vidẽt, seu cognoscũt. Et sicut odor ꝙ homines recreat: & serpentẽ fugat. i. luxuriosum, qui cõsueuit stare in fœtore. Et sicut sapor panis qui pœna est in sano palato. i. auaro. Prædictis enim est odiosa veritas: de humilitate, puritate, & paupertate. ¶ Quantum

tum ad secundū tangitur opprobrium, & contumelia, quam Iudæi intulerunt Christo. Chrys. Cum aliquid altū Dominus diceret hoc apud Iudęos qui val de insensibiles erāt, insania videbatur, vt ex eorū respōsione colligitur. Nam sequitur. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt. (Nōne bene dicim⁹ nos quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes.) Samaritani fuerunt gentiles qui decem tribus captiuatis missi sunt à Nabuchodonosor colere terram eorū: & simul cum Deo etiam idola aliquo tempore coluerunt. Isti quāuis libros Moysi recepissent: tamen non receperant prophetas: nec recti erant in fide Iudæorum: & apud eos fuerunt semper viles reputati, & odiosi. Quāuis autem certum sit, quòd Iudæi per ista verba Christo inferre voluerint cōtumeliam tamē causa quare eum Samaritanū dixerūt diuersimodè assignatur. Nam secūdùm Orig. hoc est: quia aliter docet Christus, quā ipsi sentirent: sicut & Samaritani futuram vitam, & animæ rationalis immortalitatem negātes. Vel est secundùm eundē: quia credunt eum sentire cum Samaritanis in prædictis erroribus: licet ad complacentiā Iudęorum futuram vitam, & animæ rationalis immortalitatem prædicaret. Vel secundùm Tho. est: quia aliquando seruabat legem, aliquādo soluebat, vt eis videbatur sicut & Samaritani pfectè Iudaizabant. vel fortè hoc est: qa eos acriter increpabat: & Hierusalem, ac templi ruinam minabatur: ideoque Samaritanū. i. Iudæorū, & populi Dei inimi cū appellabant. Dæmoniū verò illum habere dicebāt secundū Orig. vel quia sermones eius capacitatē eorū trāscendebant. Vel secundū eundē: quia ex eo qꝺ soluebat legē credebāt eū Deo contrarium: & miracula facere Diabolica virtute. Vel secundum Theo. quia eius cogitationes eorū dicebat. Est tamē aduertendū, qꝺ sicut dicit Chry. nō legitur superius qꝺ eū Samaritanū dixerint, cū tū hic dicāt se hoc dixisse. Ex quo colligitur qꝺ nō omnia Christi improperia scripta sunt. Vel ideo dicūt nōne bene dicimus nos &c. quia de hoc inter se tunc musitabant. Gre. in hom. Ecce iniuriā suscipiens Deus: nō cōtumeliosa verba respōdet. Sequitur enim: (Respondit Iesus, & dixit ego Dæmonium non habeo.) Ex qua re quid nobis innuitur nisi vt eo tēpore quo à proximis, & falsitate contumelias accipimus eorū: etiā verba mala taceamus: ne ministerii iustitiæ correctionis vertatur, in arma furoris. Hæc ille. Cùm verò duo falsa fuerint ei obiecta tamē vnum negauit. f. se habere Demonium: nō autē se esse Samaritanum. Et hoc primo: quia manifestum erat illū esse Iudæum. Secūdo vt ostenderet qꝺ Samaritanos nō despiciebat sicut Iudæi. Tertiò secūdū Aug. ne videretur negare se de omnibus habere custodiā, & prouidentiā. Samaritanus enim interpretatur custos. Quarto secundū Chry. vt doceret nos, tacendum esse, qū obiicitur nobis aliquid quod famæ nō derogat: puta paupertas, & qꝺ possumus: negare impositas nobis culpas, quæ famam nostram obnubilant. (Sed honorifico patrem meū (quod scilicet non facerem si dominū haberem. Honorificauit autem patrem secūdùm Theo. in eo quòd non toleraūit, qꝺ homicidè,

micidè, & mendaces se filios Dei appellaret: sed eos dixit Diaboli esse filios, & nō Dei: quia Deus tales filios nō habet. Vel in eo qꝺ in omnibus suis operibus gloriam eius quæsiuit. Greg. in homil. Sed quia quisquis Dei zelo vtitur, à prauis hominibus dehonestatur. In semetipso dominus patiētiæ præbuit exēplum, qui ait (& vos inhonorastis me.) Hæc ille. Augu. Quasi dicat, Ego facio quod debeo: vos non facitis quod debetis. Hæc ille. ¶ Sed quia posset aliquis dicere: quare non sumebat de eis vltionē: subditur (Ego non quæro gloriam meam). i. meā exaltationē nunc. Nam Christus ante passionem abiectionem quæsiuit. Amatores glorię tēporalis iniurias ferre nō possunt Hiero Qui non quærit gloriam. non sentit contumeliam. Hæc ille. ¶ Est autem notandum quòd Christus: inquantum Deus in omnibus suam gloriam quærebat: sicut & suam bonitatem. propter quā communicandam omnia operatur. Nō autem inquantum homo quærebat gloriam suam quam homines querere cōsueuerūt, in vestibus scilicet in honoribus, & huiusmodi. ¶ Est etiam notādum qꝺ solus Deus potest quærere gloriam suā: & in seipso sine vitio gloriari: quia ex se & in se habet omnia bona: imo est summū bonū. Creatura autem ex se nō habet nisi defectum: & omne bonum nostrum sicut dicit Aug, aut Deus: aut ex Deo est. Et ideo tota gloria creaturæ debet esse in Deo: & non in se: nisi relatiue ad Deum: secundùm illud. j. Corinth. ix. Qui gloriam &c. Licet aūt ego gloriam meam non quæro: tamen (est qui quærat.) scilicet Deus, (& iudicet) inhonorantes me. ¶ Sed contrà quia, vt dicitur Io. v. Pater non iudicat quēquā. Respondet san. Tho. quòd non iudicat seorsum à filio: sed ambo simul. Vel non iudicat condemnando: quia solus filius in iudicio apparebit in forma visibili (Vel hic sumitur iudicium pro discretione: secūdùm illud psalmus. Iudica me Deus, & discerne &c. q. d. Est pater qui gloriam meā à vestra discernat: quia vestra est secularis, & mea secundùm Deum. Hæc ille virtualiter. ¶ In hac parte est documentum morale. Iudæi enim tria opera optima Diabolo ascribebant scilicet, parce viuere: quia habetur Luc. vij. ex hoc dicebant Dæmonium habere Ioannē: Dæmonia eiicere: vt Mat. xij. In Beelzebuh eiicit Dæmonia. Rectè docere, vt hic. Sic quidam peruersi laici modo detrahunt religiosis circa obseruationes: circa confessiones, & circa prædicationes. Est & aliud documentū: quia Christus in prædictis, & sequētibus ostēdit nobis quinque remedia contra iniurias alienas, quæ ipse erga Iudæos seruauit. Primū fuit patientia: quia impatientiam non ostendit signo, verbo, vel facto. Secundum fuit silentium: quia cùm dixissent: Samaritanus es tu: non respondit: non sum: ne daret eis materiam litigandi: quia dixissent: imò es: quia iuisti Samariam, & cum eis manducas, & bibis, & moraris. Tertium fuit responsio pacifica, & mollis: vt cùm pacificè dixit, ego Dæmonium nō habeo. Quartum fuit se absentare: sicut absentē ab igne vas ne superfluat. Quintum fuit eis reddere bona pro malis; quia acceptis iniuriis respondebat

sanctæ

I sancta documenta. Ro.xij. Si esurierit inimicus tuus &c. ¶ Quantū ad tertium tangitur cōmendatio, quā Christus de sua doctrina fecit cum subditur. Amē, amen.i.verè,& geminatur causa maioris certitudinis (dico vobis si quis sermonem meum seruauerit)in corde per fidē,in ore per cōfessionem,& in opere per sanctam cōuersationem[mortem] s.peccati mortalis[nō videbit].i.nō in-
K curret[in æternum]nisi deficiat obseruantia sermonis mei, vel mortē damnationis [nō videbit].i.nō experietur secundū Aug quia visus ratione suę perfectionis solet pro omni sensu poni.j.q.lxvij.iij.contra.c.v.iij. di.xxiiij. Alii textus habent [non gustabit]& est ferè eadem sententia:Damnati enim experiuntur,& gustāt illā:quia semper actu illam sentiunt.& nūquām deglutitur.i.
L finitur[in æternum].i.quæ est æterna. Dicit autē hic.S.Tho.quòd vita æterna est beata visio Dei secundum illud Io.xvij.Hæc est vita &c.cuius visionis. verbum Christi est seminarium quoddam.& principium in nobis secundum illud Mat.xiij.Semem est verbum. Sicut ergo qui plantæ semē ne corrumpatur obseruat, ad fructus perfectionē
M uenit.ad vitam æternā:secundum illud Leuiti.xviij. Quæ faciens homo venit in eis.[Dixerunt ergo ei Iudæi intelligentes quòd de morte corporis loqueretur secundū Orig.[Nunc]ex his tuis verbis [cognouimus] Certè sicut antè credebamus [quia Demonium habes] stolida, & insana loqueris. Quis enim viuit, & non videbit mortē. Glossa.Sicut accepta contumelia bonus melior fit : ita mali de beneficio peioris. Hæ
ille.[Abraham mortuus est, & prophetæ:& tu dicis:si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit] Dicit autem hic.S.Tho.quòd cùm dominus dixisset:nō videbit : isti retulerunt non gustabit:quæ idem sunt quātum ad illorum intentionem : sed non quantum ad verum intellectum.Nam mortē videre,est perfectè eam experiri:sed eam gustare, est aliquam eius participationem habere.Sunt autem aliqui eam nō videntes mortaliter peccādo : sed tamē eam gustantes per aliquam leuem terrenorum affectionē[in æternum]quasi dicerent , Isti seruauerunt sermonem Dei:quo nullus est maior:& tamē mortui sunt.Nunquid maior est Deo cuius sermonē seruantes moriuntur : imò nō es maior omni homine. [Nunquid tu maior es patre nostro Abrahā qui mortuus est]quasi dicerent,Non pro certo. Et consequenter si es minor Abraham, mortalis es : & nō potes immortalitatē largiri [Et prophetæ mortui sunt.] Sicut autem dicit Chry.ex verbis Domini poterāt sic arguere, Nunquid maior es Deo, vel seruantes sermonem tuum sunt maiores Abrahā,& prophetis : sed noluerunt : volentes inferre quòd nec etiam maior erat quām Abrahā [Quē teipsum facis].i.fingis.Quasi dicāt,Videtur quòd prę feras te omni homini.& inaniter velis gloriari:[Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est] Hoc autē exponitur primo,de Christo inquantum Deus. vt sit sensus. Omnia à parte meo habeo, à meipso autem nihil. Vnde si volo glorificare me per gloriam meam quam a me habeā:ipsa nihil est:quia sicut deitatem:ita & gloriā deitatis accepi à patre.Secundò,de eodē inquantum homo sic. Si glorifico meipsum : ita quòd istā gloriam non referā ad gloriam, & honorem Dei:sed ad me finaliter, & vltimatè (gloria mea nihil est) corā Deo: quia vana est,& falsa. Nulla enim creatura debet in se gloriari:sed in Deo sicut nihil boni habet à se, sed tantum à
B Deo.Tertiò de eodem inquantū homo sit(Si ego)singulariter, & solus(glorifico meipsum).i.glorioſum dico (gloria mea nihil est)secundum existimationē vestrā:quia me purum hominem putatis.Sic enim secundū Chry.etiam ante dixerat:si testimoniū perhibeo de meipso,testimonium meum nō est verū,s. secundū vestrā ô Iudæi existimationē.
C (Est pater meus qui glorificat me)ideo non solus me glorifico.Glorificauit autem pater filium secūdum Alchui.per suam vocem in baptismo:& in trāsfigu ratione,qñ dixit,Hic est filius meus &c. & tempore passionis cū venit ad eum Ioan.xij.& post passionem suscitando eum,& collocādo in dextera sua.Possumus autem addere quòd glorificauit eum.i.glorioſum produxit, inquantum
D & omnipotētiam suam, qua tot mirabilia fecit, & inquātum est homo in conceptione conferendo tantam gratiam, sapientiam,& gloriam.Arguunt autem Arriani quòd pater sit maior filio:quia glorificat filium quibus dicimus quòd si sua ratio bona est etiā filius esset maior patre : quia clarificauit patrē super terrā.Io.xvij.Idem enim est secundum Augu. glorificare,& clarificare. Vnde gloria importat quandam claritatē : & E dicitur quasi claria.& est secundū Ambro.clara notitia, cum laude. Dicimus ergo quòd glorificās alium est eo maior : si non conferat ei eandem gloriam quam habet. Vbi autē glorificās totam suam gloriam communicant glorificato, & non aliam vt est in proposito ibi nō est maioritas:sed æqualitas. Quantum tamen ad humanitatē pater filio gloriam aliam dedit à sua:& sic maior F est (quem vos dicitis,quia Deus noster est, & nō cognouistis eum) Sed contra: quia ex lege habebāt eius notitiam. Nā dicitur Deut.vj. Audi Israel dominus Deus tuus, Deus vnus est. Ad hoc dicitur tripliciter, Primò,secundum Theo. quòd non cognoscebant Deum sub ratione patris : quia mysterium Trinitatis ignorabāt. Et licet à maioribus semper fuerit mysteriū Trinitatis creditū G explicitè in lege Moysi:tamē hoc verū est quando erāt iusti nō ignorātes quæ scire tenebātur. Secundò,secundū eundem:quia nō cognoscebant eum factis: sed negabant : quia erant homicidæ,& contemptores Dei. Tertiò,secundū Alchui.dicitur quòd nō cognoscebāt eum eo modo, quo cognoscendus erat : sed quodāmodo eum carnaliter.i.tanquām carnalē Dominum:& cui pro tēporali- H bus deseruirēt. (Ego autem noui eum) omnibus modis prædictis. Ego,inquā, singulariter, & nullus alius intellectus creatus illum cōprehendit vt patet per S.Tho.j.q.xiiij. (& si dixero quia nescio eū,ero similis vobis,mēdax) Quasi dicat..Ista dico nō ad iactātiam : sed vt veritatē loquar.Sed scio eum naturaliter cum mea sciētia sit ab illo mihi na-

I turaliter per gñationem cõmunicata in ea perfectione in qua illã ipse habet, & hoc inquantũ Deus.inquantũ vero homo,scio eũ notitia beatifica: sed nõ cõprehensione:quia anima mea finitæ est capacitatis.& deus est infinitũ obiectũ. Vide.S.Tho.iij.parte.q.ix.&.x.&.xj.& xij.(& sermonẽ eius seruo) ita ꝙ facto nõ nego illũ: nec sum in doctrina mea mẽdax.quod verò dixerãt, nunquid tu
K maiores &c.ideo subdit secundũ Chry. (Abrahã pater vester exultauit).i.cùm læta fiducia optauit (vt videret diem meũ)ideo minor me est:à quo suã perfectionem expectat(& vidit,& gauisus est) propter beneficiũ.s.quod à me vt à maiore habet:sicut dicit Chry.Iste autem dies multipliciter à multis sumit, & assignatur.Quidã dicũt,primò,ꝙ est dies æternitatis, qui secũdum Aug.ne-
I scit occasum, quẽ vidit Abrahã per fidem.Sed hoc nõ videt bene dictũ:quia quãdo exultauit: hoc est optauit vt videret iam istũ diem.isto modo videbar cùm;iam haberet fidẽ de Christo:cuius diẽ optabat.Potest autẽ dici ꝙ hunc diẽ vidit,qã Deum vidit corporali visione cum ipsa æternitas.& cõsequenter dies æternitatis sit ipse Deus. Vnde dicit Greg.in homil.Tunc Abrahã diem dãi
M vidit,cùm in figura summę Trinitatis, tres angelos hospitio suscepit.Hęc ille. Sic vt autẽ vult Aug.li.de Trini.(tunc vidit tres personas diuinas, in quas ducebant angeli ibidẽ apparẽtes in persona earũ.) Secundo dicit Aug.ꝙ est dies incarnationis: quã futura fide cognouit, Deo dicente. Ex te nascetur in quo omnes gẽtes benedicentur. Hunc diem credo Abrahã vidisse dũ esset in lymbo,vel Dei reuelatione, vel Ioannis testimonio. Tertiò, dicit Chrys.quod est dies passionis quẽ(vt idẽ dicit)Abrahã nõ viderat adhuc in se sed in sua figura:quã voluit immolare Isaac:& de quo die gauisus est cùm à sanguine passionis agui salus mundi pẽderet.Possumus etiã dicere ꝙ dies Christi est ipsa vita qua videtur Christus, sicut dicit Luc. xvij. Venient dies qñ desyderetis vnũ diẽ filii hoĩs,i.videre eũ, & habere vitã die.Vidit ergo talẽ diẽ Abrahã si videt Christũ.quod potuit esse multis modis. Sicut enim Moyses illũ vidit in trãsfiguratione, potuit alias & ipse Abrahã illũ vidisse,& ante incarnationẽ,& post (Dixerũt ergo Iudęi ad eũ)consyderantes secundũ Greg.in eo ætatẽ corporis & nõ æternitatẽ deitatis(Quinquaginta annos nõdum habes:& Abrahã vidisti?) quasi dicerent,Insanis.Sed quare non dicũt Abrahã vidit te:sicut videbatur exigere sermo Christi. Dicitur ꝙ hoc faciũt vt ostendãt Abrahã Christo maiorẽ.Sed cum dãs esset.xxxiij.annorum,vel circa: quare non dixerũt quadraginta annos sicut quinquaginta.vt intenderent dominũ ostendere modici esse tẽporis respectu dierũ Abrahæ.Ad hoc dicitur secũdum The. Primò,ꝙ ſe dixerũt, quia sic occurrit eis. Secundò secũdum alios vt idem recitat propter reuerentiam anni iubilei qui est quinquagesimus. Tertiò,secũdum Chry.dicitur quòd dãs Iesus propter delicatã naturæ complexionẽ: propter laborem multitudinẽ, propter illius terræ caliditatẽ, propter multã paupertatẽ consumptus,& attenuatus videbat maioris ætatis quàm esset.(Dixit illis Iesus, Amen,

A Amen,amen dico vobis:antequã Abraham fieret ego sum) secũdum Greg.nõ dicit fui : quia æternitas nõ habet præteritum,neq; futurum:sed indiuisibilis est, & tota simul duratio:& coexistit omnibus tẽporibus,vt patet per.S.Tho. j.q.v.Sed quare nõ dixit eram:quod significat præteritũ,& præsens simul.Ex quo enim æternitas coexistit oĩbus tẽ-
B ra tẽpora videtur magis cõuenire ętern.ad hoc dico quòd totũ quod dicit ly ante,cũ ly sum, quia ly ante,præteritũ, & ly sum, præsens indicat. Sed contra quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. ¶ Ad hoc dico ꝙ verum est si æquè bene fiat: quod non est hic: quia dicẽdo ante ego sum ostendit sicut dicit se esse illũ qui dixit ego sum,
C qui sum:quod nõ æquè bene feciſſet dicendo:ego eram. Per hoc autẽ quòd dicit sum cõuincitur Arrius qui filiũ negauit coæternũ patri, tanquàm puram creaturã quæ initium essendi habuerit: & Ebion, ac Cherintus qui dicũt eum ex virgine habuisse principiũ essendi: Et Nestorius qui dicit,aliam esse personã filii Dei, & filii virginis. Nam filius virginis est qui ista dicit,& huic nõ
b competit ante Abraham esse inquãtum natus de virgine:sed inquantum Deus est.Tulerunt ergo lapides Iudæi vt iacerent in eum tanquàm in hominẽ blasphemum qui se Deo ęquaret. Iesus autem nolens exercere potẽtiam, sed patientiam demonstrare:secundum Aug. & nolens tali tẽpore,vel morte occumbere:secundum.S.Tho. & volẽs fidelibus exẽplum præbere persecutores declinandi quandoq;. secundum eundem (abscondit se).i.inuisibilem,secundum E
S.Tho.diuinitus se eis reddidit. (& exiuit de templo) & in ipso exitu illuminauit cœcum à natiuitate: vt aliâs dictum est. ¶ In hac autem parte est morale documentum : de quo Gregor.ait. Imitatione Dei gloriosus est, iniuriam patiendo fugere quàm respõdendo superare. Hæc ille.Est,& aliud.Nam hodie sunt multi quatuor modis Christum occidere tentantes:sicut olim Iu- F
dæi. Nam qui nouiter conuersos ad Christum scandalizant:Christum paruuluum in eorum cordibus cum Herode quærunt occidere. Sed hæretici negantes eius deitatem,ipsum voluit precipitare cum Nazarenis:& ei frangere caput : quia Caput Christi Deus.j.Corinth.xj.Qui vero malis cogitationibus occupãtur eum lapidare quærunt cum Iudæis : hoc Bed. Quot malas cogita- G
tiones quasi assumit quasi tot lapides in Christum mittit.Quum vero ad vomitum redeunt : quantum in se est illum crucifigunt. Hebræos. vj. Rursus crucifigentes &c.

Feria secunda post Dominicam de passione.

Ioan. vij. H

MIserunt principes, & Pharisæi ministros,vt apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus,adhuc modicũ tẽpus vobiscũ sum, & vado ad eum qui me misit. Quæretis

I me,& nō inuenietis:& vbi ſum ego vos nō poteſtis venire dixe
rūt ergo Iudæi ad ſemetipſos, Quo hic iturus eſt,quia nō in-
ueniemus eum? Nunquid in di
ſperſionem Gentiū iturus eſt,
& docturus gētes? Quis eſt hic
ſermo quem dixit Quæretis
K me, & non inuenietis : & vbi
ſum ego,vos non poteſtis veni
re? In nouiſsimo autem die ma
gno feſtiuitatis ſtabat Ieſus &
clamabat dicēs,Si quis ſitit ve-
niat ad me,& bibat. Qui credit
in me ſicut dicit ſcriptura : flu-
mina de ventre eius fluent a
L quæ viuæ.Hoc autē dixit de
ſpiritu ,quem accepturi erant
credētes in eum.

MISERVNT PRIN-cipes & Phariſæi miniſtros &c,Io.vij.In præſenti Euā. tanguntur tria puncta quæ ſunt Miſsio,Stupefactio,& exhortatio. ¶ Quantū ad primū tangitur quomo-
M do miſerunt principes, vt comprehenderetur dominus.Eſt autem ſciendum ſecundū Magi.hiſt.q̄ ea quæ in præſenti Euangelio narrantur cōtigerunt inter dominicam palmarū,& diē paſſionis Chriſti, vt patet ex ordine narrationis eius.¶ Contrà, quia iſta fuerunt facta in feſto Scenophegię id eſt, tabernaculorum,vt videtur dicere Ioannes.Ad hoc dicitur q̄ nō omnia quæ narrantur in.c.vij.a beato Ioan.con-
gerunt, ſecundum aliquos in die Sce-
nophegiæ de quo in principio eius fit
mentio.Nam videtur etiam innuere q̄
in ſero illius feſti perrexit in montem
oliueti & diluculo iterum venerit in
templum craſtina die: & tunc abſol-
uerit adulteram : de qua dicunt aliqui
q̄ in diebus paſſionis fuit abſoluta.
Vnde beatus Ioan.ſecundum eos di-
cit aliqua anticipatiuè.Sed quicquid
de hoc : certum eſt quòd aliquando
(Miſerunt principes) id eſt iudices
ordinarii , de quibus habet feria. iiij.
poſt .iij. dominicam Quadrageſ. Vel
principes ſacerdotum , id eſt, vigint
quatuor ſummi ſacerdotes. Vnde infra
iſtimet vocantur Pontifices : vbi dici-
tur.Veneruntergo miniſtri ad Pontifi-
ces, & Phariſæos. Vel principes id eſt
eſt magnates , ſeu optimates ciuita-
tis.Vel principes id eſt omnes prædi-
cti ſimul.Igitur miſerunt dicti princi-
pes (& Phariſæi) id eſt quidam reli-
gioſi valde boni apparenter? & valde
mali latenter (miniſtras) quia ſecun-
dum Chryſo. ipſi propter periculum
accedere non audebant (vt apprehen-
derent Ieſum) cauſam vero miſsionis
aſsignat beatus Ioannes paulo antè:
quia ſcilicet de turba multi crediderat.
in eum & dicebant,Chriſtus cū venerit
nunquid plura ſigna faciat quam hic
facit. Audierunt ergo Phariſæi tur-
bam murmurantem de illo hæc , &
miſerunt ipſi , & principes miniſtros
prædictos . Quia vero non poterant
apprehendere nolentem miſsi ſunt au-
dire dicentē.Hæc ille.Sequitur enim.
Dixit ergo Ieſus.Adhuc modicum tem

A pus vobiſcum ſum (Chryſo.ac ſi dice-
ret quid feſtinatis me interficere: par-
uum expectate tempus.Hæc ille.Aug.
Quod ergo modo vultis facere factu-
ri eſtis : ſed non modo : Impleri enim
debeo diſpenſationem meam:& ſic præ
uenire ad paſsionem.Hæc ille.Eſt autē
notandum q̄ cum Iudæi voluerunt ap
prehendere Chriſtum in perſona ſua,
B vt hic,oſtendit magnam potentiam.Et
quando in ſermone ſuo vt Matth.xxij.
oſtendit magnam ſapientiam,di.Red-
dite quæ ſunt Cæſaris &c.Et quando
tu opere ſuo Mar.iij.oſtendit, magnam
eorum cæcitatem,diſt.(Licet Sabbato
benefacere,an non.) Et ſanauit ſtatim
infirmum.Et quando in iudicio ſuo:vt
Io.viij.præſentata adultera oſtendit ſi-
mul miſericordiam & iuſtitiam dicēs,
C Qui primus &c.Et deinde:nec te con-
demnabo.vade,& amplius noli pecca-
re.Oſtendit autem hic magnam poten
tiam:quia ſolo ſuo ſermone ita efficaci
ter tetigit armatos ſe capere volentes,
vt omnino immutaret.vnde regreſsi ad
mittentes dixerunt,Nunquam ſic locu
tus eſt homo. Voluit autem Chriſtus
iuxta ſan.Tho.exiguo,& breui tempo-
re prædicare. Primo, ad oſtenſionem
ſuæ virtutis.qua breui tempore totum
D mundum innouauit.Secundò,vt audi-
tores ſui diſcipulos faceret:quaſi bre-
ui tempore ſecum corporaliter illum
eſſent habituri : Tertiò, ad eorundem
ſpiritualem profectū.Quia enim Chri
ſti humanitas eſt via tendendi in
Deum,ne diſcipulorum corda ad Chri
ſtum carnaliter affecta,in eo vt in hoſie
ſicut quieſcerēt:ſed tēderent in Deū in
terminū: ideo humanitatē cito ſubtra-
xit.Sedquia nō coactè ſed ſpōtaneè mo E
riebatur : ſequitur. (Et vado ad eū qui
miſit me) mediante morte quam ni-
hil feretis per hæc autem autem verba
ſicut dicit Chry.in amicos ſuos auidio
res facit ad audiendum tanquam exi-
guo tempore eſſent audituri quem aui
dē audiebant:& inimicos etiam ,vt idē
dicit terruit:quia vt dicit Then.vide-
batur eis minari quēd Deo ad quem
ibat de eis quærelam faceret, & vltra F
hoc ſecundum Chry.prædixit eis q̄ eo
adhuc indigerent di. (Quæretis me,
& non inuenietis.) Chryſoſto.Sed vbi
quæſierunt eum Iudæi .Dicit Luc.quo
niam plangebant mulieres ſuper eum.
Probabile autem eſt, & multos alios.
hoc poſitos eſſe, & præcipuè cum ciui-
tas caperetur eos meminiſſe Chriſti,
& miraculorū eius,& præſentiam eius
quærere. Hæc ille .à paſsione enim G
Chriſt. vſque ad deſtructionem illius
populi per Veſpaſianum ,& Titum nō
fuerunt niſi.xliij.anni vnde ſupererāt
multi habentes de Chriſto memorā,
& cogitantes propter mortem Ieſu de-
ſolatam ciuitatem Hieruſalem.& ſic
quæſierunt eius præſentiam corpora-
lem id eſt deſiderauerunt : vel ſaltem
eius adiutorium, & non inuenerunt.
Aug.autem dicit q̄ quæſierunt eū poſt H
reſurrectionem compuncti vnde dice-
bant.Quid faciemus, Viderunt enim
Chriſtum ſuo ſcelere morientem, &
crediderunt in Chriſtum ſuis ſceleri-
bus ignoſcentem : quouſque biberunt
ſanguinem,quem fuderunt de ſua ſalu-
te deſperauerunt. Hæc ille. Et tunc
oportet dicere quòd inuenerunt quidē
eum per gratiam ſed non per corpora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I lem præsentiam quã quærebant,id est desiderabant.sicut dicit Magister hist. (Et vbi ego sum,vos non potestis venire.) Sed quare non dixit quo vado nõ potestis venire,quod videbatur conuenientius dici.ad hoc dicit Ang.ꝙ Christui sic ad nos venit missus per incarnationem,& humanitatem, quod tamen patrem non reliquit,secundum deitatem.Similiter etiam sic ibat ad patrẽ
K etiam secundũ humanitatẽ ꝙ apud eũ erat per deitatẽ.Ibi ergo erat quo ibat: licet diuersimodè.ideo dixit vbi sum. vel secundum Chry.sic dicit:quia ipse ibat vltimatè per mortẽ ad vitam etiã corporalem gloriosiorem.Iam ergo habebat illud ad quod per mortem ibat: licet non ita perfectè.Dicit autem secũ
L dum Aug.non poteritis:vt intelligatur quòd tales quales erant in præsenti:ad Deum ire nequibãt:cum essent iniusti Vel secundum mẽtem Chry.quia licet possent mori non tamen resurgere.Vnde ait.Si Christus in porta maneret: possent ad illum ire.Illud enim omnes ibimus.Hæc ille.¶ In hac parte est morale documentum vt qui tempus habet non perdat illud expectãdo aliud: quia interdum quæritur dominus,& non inuenitur:quia.s.ipse non quæritur perfe
M ctè:vt maxime accidit serò pœnitentibus Deo permittente.Multi enim quærunt Christum.sed non inueniũt :quia nõ debito modo,& tpe quærũt aliq eũ q̃rũt eũ vbi non est:de quibus põt intelligi illud Iob.xxxviij.Nõ inuenitur in terra suauiter viuentium: quo ad deliciosos:abyssus dicit,non est in me : quò ad auaros:& malè loquitur:non est me cum quo ac tumidos,& superbos.aliqui autem inuenerunt.de quibus Luc.v.Inuenietis infantem, quo ad humiles pãnis inuolutum quo ad pauperes positũ in præsepio:qui ad durè corpus suum macerantes.Et in istis quærere debemus illum dum possumus iuxta illud Esa.lx.Quærite dominum dum inueniri potest.¶ Quantum ad secundũ tangitur admiratio,seu stupefactio Iudæorum.in his enim verbis Christi,& in sequentibus tantum fuerũt omnes stupefacti ꝙ ministri sine eo reuersi sunt.Et vt dicit bea.Io.quærentibus pontificibus & Pharisæis cur eum nõ duxissent, dixerũt,Nunquã sic locutus est homo, sicut hic loquitur.Dicitur ergo.(Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos) sermonem.s.Dei admirantes,& non intelligentes : & tamen credentes illum esse verũ Chry.Iam enim iram submiserant,& his quæ dicta credebant.Nequaquam enim nisi credidissent quæsissent ad seipsos : quis est hic sermo.Hæc ille. (Quò hic iturus est,quia non inueniemus eum ?) Et in ira se arguebant ꝙ vellet Iudeam deserere,& ire prædicatum Gentilibus:vnde subditur. (Numquid in dispersionem Gentium) id est ad gentiles dispersos per orbem iturus est,& docturus Gentes.Sicut autem dicat Chryso.Iudæi in vnum collecti ex
O gnum opprobriose Gentiles dispersos dicebant,sed opprobrium postmodum ipsi substinuerunt eis vbique dispersis, & omnibus filijs Dei ex Gentibus collectis ad ecclesiæ & fidei vnitatẽ.(Quis est) id est quid significat (hic sermo quem dixit:quæretis me, non inuenietis,& vbi sum ego : vos non potestis venire) quasi dicerent.Hoc nullo modo possumus intelligere.Licet enim illa verba quæretis me & non inuenietis illum sensum prætenderent,vt Gentiles Christus adiret::amen hunc intellectum excludebãt que sequuntur,& vbi ego sum &c.¶ In hac parte documẽtũ literale ꝙ Deo valde sumus obligati: quia nos ex prædicto opprobrio liberauit vocando ab idolatria.Quod Dauid
B præuidens in spiritu ait.Laudate id est laudabitis dominum omnes gentes:laudate eum omnes populi.Quoniam cõfirmata est super nos misericordia &c. Prophetæ enim sæpissime de futuris loquuntur per modum præsentis propter certitudinem prophetiæ.¶ Qnãtũ ad tertium tãgitur inuitatio.quã Christus fecit ad sequendũ se : cum dicitur (In nouissimo autem die magno festi-
C uitatis). Vbi aduertendum est ꝙ qui dicunt ista contigisse in diebus passionis qui dicta sunt : habent dicere ꝙ hic non loquitur euangelista de solẽnitate Scænophegiæ : sed de alia:quã fingere non est facile.Et ideo melius est vt dicatur ꝙ prædicta non fuerunt anticipatiuè dicta quicquid sit de Historia adulteræ mulieris Loquitur ergo Ioannes de festiuitate Scenophegiæ id est taber
D naculorum : quæ.vij.diebus agebatur: sed prima,& vltima erant celeberrimæ:& in die octaua erat festum cœtus vel collectæ quod erat solẽnissimum. ¶ In nouissimo ergo die,,id est,septimo,vel octauo (magno) id est celebri (stabat Iesus) id est,super pedes,vt ab omnibus videretur.Dicit autem.s.Th. ꝙ Chrystus discipulos suos docuit sedẽs.Mat.v.sed turbas docuit stans: vt hic,Et ideo,inquit,inoleuit consuetudo vt turbis stando prædicetur:& clero sedẽdo.quia prædicatio ad turbas est per modum exhortationis ad eas conuertẽdrs:sed ad clerum est,vt ad iam existẽs in domo domini per modum commemorationis. (Et clamabat) quia multa astabat turba secũdũ Chry.The. Clamabat simul vt audibilis fieret atque, vt confidentiam largiretur :& quia neminẽ formidabat.Hæc ille.¶ Sed quare ista nõ clamauit ante finẽ solẽnitatis
F Respondet Chry.quia in fine erat dispositiores ad verbum dei suscipiendũ. medios enim dies magis ad voluptatẽ consumebãt : & de conceptu verbũ per vanitates sequentiũ dierũ de cordibus aboleretur vt dicit.s.Tho. (di.Si quis sitit) spiritualiter secũdũ Chry.id est si quis desiderat salutem ,& doctrinam salubrem' (veniat ad me , & bibat) qa
G vtrũque exhibeo credentibus in me, & si solũ ad sufficiẽtiã,sed etiã ad redũdãtiam ad alios?Vnde sequitur (Qui credit in me sicut dicit scriptura).i.eo mõdo quo scriptura docet,vt in me credaĩ.si tãquã in Christũ & naturalẽ filiũ Dei. Est aũt hic pũctuãdũ secũdũ Chr.qa si volum' pũctuare ibi.q credit ĩ me erit falsum.Nusquã enim inuenies in scriptura id ꝙ sequit (flumina de vẽtre ei' fluẽt)ad alios.s.p redũdãtiã : qa credẽs
H in Christũ.& lumine fidei illuminat ꝓximũ quo ad ĩtellectũ docẽdo:& ardore charitatis ĩ flamat quo ad effectũ exhortãdo(aq̃ viuę).i.sapiẽtię,piuiuæ,& diuini amoris.Vtrũq; cũ horũ dr̃ aquę.qa mitigat ardorẽ vanitatũ,& dr̃ viua : qa cõiũgit suo principio,i.Deo:licet diuersimodè.Dicit cũ ęque viua q̃ cõtinuat cùm suo fonte,& principio à quo fluit.

I Gre. Cum à mente fidelium ſanctæ prę dicationes defluunt: quaſi de ventre credentium aquæ viuæ flumina decurrũt. Hæc ille. Secundum Hiero. autem prolo. ſuper Gen. poſſumus punctuare aliter, & dicere quod iſtud ſumptũ eſt de prouerbiis. v. c. vbi dicitur. Deriuentur fontes tui foras. Exponit autem euangeliſta ſecundum Aug. ad quem potum inuitauerit Chriſtus, cum ſubdit. (Hoc
K autem dicit de ſpiritu). ſ. ſancto) quem recepturi erant credentes in eum) in tanta, ſcilicet copia vt inde deriuare ad alios poſsit non per modum riuuli vel vnius tantum fluminis, ſed multorum. Licet enim ante fuerit ſpiritusſanctus datus multis: non tamen eo modo quo datus eſt Apoſtolis poſt chriſti aſcenſionem, vt Aug. dicit. Nam tunc, & copioſior, & viſibiliter datus eſt. Vide de
L hoc S. Tho. j. di. xv. & xvj. Dicit autem idem hic ſic. Qui aquam corporalem bibit, nec fluuium habet in ſe, nec fontem vnde flumina procedunt: quia particulam aquæ guſtat. Sed qui bibit credendo in chriſtum hauriet fontẽ aquæ & in ventre. i. conſcientia eius fit fons ſecundum illud Jo. iiij. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo &c. Hic autẽ fons eſt ſpiritusſanctus. de quo in pſal. Apud
M te eſt fons vitæ. Si quis ergo ſic biberit vt ſibi ſoli ſufficiat: de ventre eius flumina. i. dona ſpiritusſancti non fluunt: ſed fluunt de vẽtre eius qui feſtinãt recepta dona cõicare proximis. Vnde. j. Pe. c. iiij. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam in alterutrũ &c. Dicunt. autẽ hæc dona flumina. Primo propter abundantiã Spiritusſancti promiſſam fidelibus. pſal. Flumen dei repletũ eſt aquis: & ſecundo propter eorum impetum. Eſa. xxvj. Qui egredient impetu à Iacob. & Tertiò diuiſionem. j. Cor. xij. Alii gratia linguarũ &c. Hæc ille. ¶ In hac parte eſt documẽtum morale ꝙ qui bibit aquã ſpiritusſancti: cõtinuè aliquid boni operant & otioſitas eſt ſiccitatis indicium. Chry. Viuentẽ aquam chriſtus dicit agentẽ ſemper. Spiritus enim gratia cum in mentem intrauerit, & firmata fuerit, & omni fonte magis manat, & nec deficit, nec euacuat. neq; ſtat. Vide quis vtiq; hoc ad ſapientiã. Stephani: ad Petri linguã: ad Pauli fluxum inſpiciens. Nihil enim eos detinebat ſed ſicut flumina multo impetu delata, ꝙa ſecum trahentes abibant. Hæc ille. Eſt etiam aliud vt. ſ. quiſque audiat vocem chriſti inuitantis ad potum gratiæ ſuæ vt colligitur ex ſcripturis: ille potus, & ꝙ guſtus eſt tantæ virtutis ꝙ extinguit omnem ſitim mundanã. Nam extinxit in Magdalena ſitim luxurię: in Matthęo auaritiæ: in Paulo ſuperbiæ, & iracundiæ: in Ioanne & Iacobo amorẽ terreum & domeſticum. & proprium: quia reliquerunt rhetia, & patrem & ſeipſos ſequendo. ſ. chriſtum & non ſuas voluntates. Eſt etiam tantæ ſuauitatis quod omnia tormenta vertit in dulcedinem. Nam propter hoc lapides fuerunt dulces Stephano: crux Andreæ: ignis Laurentio: apoſtolis verbera, & contumelię Act. iiij. ibant &c. Eſt etiam tantæ dulcedinis ꝙ animum à terrenis ad cœleſtia trahit. In cuius ſignum Petrus in monte tabor guſtata vna gutta: ſtatim quaſi ebrius neſciẽs quid diceret volunt in æternum eſſe in illo monte dicens. Domine bonum eſt &c.. Fer

A *Feria. iij. poſt do. de paſsione.*

Ioan. vij.

AMbulabat Ieſus in Galilæam, nõ enim volebat in Iudeam ambulare, quia quæ
B rebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum Scenophegia. Dixerunt autẽ ad eum fratres eius, Tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videãt opera tua q̃ facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit, &
C quærit ipſe in palã eſſe. Si hæc facis: manifeſta teipſum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo eis Ieſus Tempus meum nondum aduenit tps autẽ veſtrum ſemper eſt paratũ. Non poteſt mũdus odiſſe vos, Me autem odit,
D quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo, qa opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autẽ non aſcendã ad diẽ feſtum iſtũ, quia tps meum nondum impletũ eſt. Hęc cum dixiſſet ipſe manſit in Galilea. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum non manifeſtè ſed quaſi in occulto. Iudæi ergo E quærebant eum in die feſto, & dicebant, Vbi eſt ille? Et murmur multus erat de eo in turba Quidam enim dicebant, quia bonus eſt. Alii autẽ dicebant, Non ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palã loquebatur de illo propter metum Iudeorum. F

AMBVLABAT IESVS IN Galilæam &c.) Io. vij. In prę ſenti euangelio tanguntur tria puncta quæ ſunt Inuitatio, Excuſatio, & Occultatio. ¶ Quantum ad primum tangitur quomodo fratres Chriſti illum inuitauerunt ad feſtum, Dicitur ergo. (Ambulabat Ieſus in Ga
G lilæam). i. per Galiliam quam prędicãdo peragrabat. (Non enim volebat in Iudæam ambulare.) Eſt autem Iudea vt dicit. Beda regio Paleſtinæ ſicut & Galilæa: dicta à tribu Iuda: quãuis etiã terram includeret Beniamin. Galilæa verò ſecundum eundem dicta eſt: quia lacteum. i. candidum populum gignat. Gala enim græcè latinè lac dicit. Vnde & galatia dicitur circulus lacteus in
H cœlo qui vulgo dicitur via ſancti Iacobi (quia quærebant eum Iudæi interficere) quia ſoluebat ſabbatum: & patrẽ ſuum dicebat Deum vt patet Ioan. v. Sed quare fugit perſecutores ſuos cum ſecurus potuiſſet eſſe inter eos ſi voluiſſet? Ad hoc dicitur quod id fecit. Primò ſecundum Auguſt. (ne ſanctis qui tempore perſecutionum ſe abſconſuri erãt pro culpa obiiceretur latibulum. Se-

I cundò,secundum Chrysost.vt se hominem ostenderet latitando, & Deum securè se præsentando. Si autem continuè inter persecutores maneret illęsus sic fuisset diuinitas credita quod humanitas decredita fuisset. Et ideo fugiens vt homo affirmat suam humanitatẽ.Et ideo Chrys. habet aliam literã.s.(Non enim habebat potestatem si vellet in Iudæam ambulare) quod : secundum
K modum humanum dicitur sicut si dicatur quod aliquis non potest aliquò ire si vellet propter insidias.Tertiò secundum Theo.quia nondum tempus passionis erat:& vanum putabat permanẽdo inter inimicos eos magis inflammare.(Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenophegia). i.festum tabernaculorum.Est autem Scenophegia Græcum secundum Sanct.Tho. à Sce-
L nos quod est vmbraculum, & phagin, quod est comedere:quia septem diebus comedebatur in vmbraculis in memoria beneficiorum quæ dominus Israëli contulit in deserto (Dixerũt autem ad eum fratres eius. (Isti non fuerunt filii Marię vel Ioseph ex alia vxore: vt habes feria.iiij.post.iij.dominicamaduentus:neq; etiam fuerunt cognati sui con sanguinei christi ad apostolatum voca-
M ti:quia apostoli credebant in eum. isti vero non,vt hic dicitur Chry.tamen dicit inter istos fuisse Iacobum,& Iudam sed S.Tho.& alii sancti exponunt de remotis cognatis qui discipuli non erant Christi. Erant ergo de eius cognatione & tamen non erant discipuli. Consueuit autem scriptura cognatos , fratres appellare (transi hinc ,& vade in Iudæam) id est Hierusalem metropolim Iudeæ. Hortantur autem eum ad hoc. N Primò,secundum Bedam ex inani gloria:quia volebant eum & seipsos per eã in vrbe regia magnificari.Secundo secundum Chry.ex crudelitate: & vtraq; causa innuitur in textu cùm subditur. (Vt & discipuli tui) non ipsi duodecim sed alii quorum multi erant in Iudæa secundum Bedam (videant opera tua) id est miracula quæ facis vt si fuerunt O vera approbentur : & inde gloriam consequaris(Nemo quippe in occulto aliquid facit : & quærit ipse in palam) id est in publico(esse). Et in hoc secundũ Chryso.notant ipsum Christum inanẽ gloriam ex miraculis quærere, & tamẽ timidum esse:& etiam secundum Aug. notant:se eandem appetere: si hæc facis)verè(manifesta seipsum mundo).i. fac ea coram principibus, & principali- P bus populi in Hierusalem vbi possint discuti: & non facias in angulis. Et in hoc notatur eorum incredulitas. Vnde subditur:(neq; enim fratres eius credebant in eum)Aug.Iesum enim consanguineum potuerunt habere: credere autem in eum ipsa propinquitate fastidierunt.Hæc ille.¶ In hac parte est literale documentum quod euangelistæ plerunt Chry. Dignum est autem mi- Q rari euangelistarum morem veritatis amicum qualiter non verecundantur dicere ea quæ magistro videntur ferre iniuriam:sed hæc maximè studuerunt enuntiare. Non paruam habet detractionem quòd fratres ei non credebant. Et videtur quidem initium verborum quasi amicorum esse: multæ autem amaritudinis erant quæ dicebant. quia

A quia & de formidine:& de amore gloriæ eum notant. Hæc ille. ¶ Allegoricè autem : quia Galilæa interpretatur transmigratio siue volubilis: significat præsentem vitam in qua Christus multo tempore cum discipulis ambulauit: nolens in Iudeam id est in terram confitentium,siue laudes exoluentium domino ambulare.id est ad patriam:deinde vero ascendit in Iudæam interueniente morte, & in baculo crucis transiuit Iordanem. Et deinde apparuit di-
B scipulis in Galilęa id est in hoc mundo sed præcedẽs eos id est immortalis existens cum omni potestate in cœlo & in terra. ¶ Quantum ad secundum tangitur excusatio quam fecit Christus,cum dicitur.(Dicit ergo Iesus) Chrys. Chri stus mansuete eis respondit docens nos
C non indignè ferre si aliquid etiam viles nobis concilientur.Hæc ille.(Tempus meum nondum aduenit) id est, tempus meæ exaltationis , & gloriæ secundum Bedam,& Augustũ.(tempus autem vestrum)qui gloriam mundanam quæritis (semper est paratum) quia Iudæi magis vacabant conuiuiis, & vanæ lætitiæ circa principium quàm circa finẽ secundum Theo. vel aliter secundum
D Chryso. Quia enim isti fortè volebant eum tradere Iudæis, dixit tempus meũ ideſt tempus crucis & mortis nondum aduenit:tempus autem vestrum semper est paratum,vt possitis ascendere:quia Iudæi non occidẽt vos. Vel aliter dici potest.Tempus meum. i. tẽpus pro me opportunum vt ascendam ad festũ:nõdum aduenit quia in principio festi Iudæi obseruabant si ascenderet non autẽ post quã viderunt eum non ascendisse, Et ideo melius potuit occultus incedere. Vtriq; autem vltimarũ expositionũ E consonant sequentia.Nam sequit.(Nõ potest mundus).i.homines mundani puta Iudæi(odisse vos)quia estis eiusdem voluntatis cum eo:ideo potestis ascendere quando vultis.Dicit autẽ S.Tho. quòd vnus mũdanus in particulariodisse potest alium mundanum inquãtum impedit eum in his quæ vellet habere. Sed nullus inquantum mundanus odi- F tur à mundo(Me autem odit) quia non sabbatum soluo vt dicit Chry.sed(quia ego testimonium perhibeo) publicè de illo,quia opera eius mala sunt)Vnde & secundum Theo. hoc se purgat de formidine.Quãdo enim formidolosus auderet rectores totius Iudaicæ gẽtis tam patenter,& tam acriter,& cum tanta au toritate reprehendere. Purgat etiam se de gloriæ vanæ cupiditate cum illos G sine se mittit ad festum,di. (Vos ascendite ad diẽ festum hunc) quasi diceret. Si me gloria inanis vexaret vos mecũ pro meo honore retinerẽ. Sed ego hac passione non moueor. vos autem quia hac laboratis ascendite ad diem festum hunc in quo extendere vultis carnalia gaudia. (Ego autem non ascendam ad diem festum hunc) Contra : quia post- H eà ascendit. Ad hoc dicit Chrysostom. quod dixit se nolle ascendere , scilicet cum eis. Vel non ascendam moriturus : secundum Chrysostomum. Vel non ascendam eo modo quo vultis id est,gloriam mundanam quæsiturus secundum Augu. Vel dicitur quod dixit se non iturum ad diem primum festi quod septem diebus durauit, & ad illum etiam non ascendit : sed posteà

circa

circa medium festi, quãdo incepit tempus habile esse doctrinæ secundũ sanc. Tho. Vnde sequitur (quia tẽpus meũ) i. mihi congruum, propter doctrinam. Vel tempus mortis, secundũ Chrys. vel tempus gloriæ meæ secundũ Augu. nõdum aduenit. ¶ In hac parte est documẽtũ literale, ꝙ mali homines odio habent corrigentes se. Vnde dicitur Prouer. ix. Qui arguit impiũ sibi maculam K generat: quia, scilicet detrahit corrigenti. Est & aliud: quia cũ Christus habuerit tria tempora oĩa tribui t Deo. Nam tempus præteritum natiuitatis fuit ad gloriam Dei, & pacẽ mundi, i. hominũ bonæ voluntatis qui erant in mundo. Præsens aũt. i. suæ vitæ fuit totũ ad nostram vtilitatem, sed futurum. i. tẽpus mortis fuit ad nostram salutem impensum. Multi autẽ sunt qui dederũt Dia- L bolo præteritum & dãt præsens per vanitates, & Deo spondent futurum. Sed sicut dicitur Augu. Qui promisit veniã pœnitenti: non spopondit diem crastinam differenti. ¶ Quantum ad tertiũ tangitur occultatio Christi in suo ascẽsu ad diem festum. cùm dixit (Hæc cũ dixisset ipse mansit in Galilæa) donec fratres eius ascenderent (vt autẽ ascenderunt fratres eius tunc & ipse ascẽdit M ad diem festum) Augu. ascendit autem non gloriari temporaliter (sed aliquid docere salubriter. i. de festo æterno admonere. Hæc ille. Non manifeste licet quasi in occulto. Et hoc primò, secundum Theo. vt vitaret iram feruentium Iudæorum. Secũdo secundũ Chrys. vt eius humanitatis certior fieret: & vt eruditet nos qui persecutores tenere, aut terrere non possumus: quid in persecutionibus facere debeamus. Vnde nõ dicitur ascendisse in occulto: sed quasi vt ostẽdatur hoc dispensatiuè propter nos esse factũ. Tertiò, secũdũ Alchui. vt humanum fauorẽ declinaret: dum solus sine stipantibus turbis ascendit. Quarto secundũ Augu. vt dum latet in festo tabernaculorũ: se ostẽdat latere in vmbraculis. i. figuris veteris legis: Iudæi ergo quærebant eum in die festo quidam vt audirẽt illum: quidã verò vt occide- O rent, & dicebant. Vbi est ille: secundùm autẽ ꝙ dicit Chrys. ex multo odio quidam nolunt eũ nominare: sed dicũt, vbi est ille? Alij vero nõ nominabat eũ: quia erat famosus: nõ autẽ ex odio mori. Et murmur multus in genere masculino: vt posuit Hiero. teste. s. Tho. quia sic habebat antiqua grãmatica, vel vt ostendat diuinã scripturã non subesse regulis Prisciani: vt idem dicit secundũ modernos tamẽ neutri generis est: erat de illo in populo propter cõtrarietatẽ opinionum. Quidam enim dicebant, quia bonus est. Alij aũt non, sed seducit turbas. Sumitur autẽ hîc murmur, pro manifestatione. vt sit idem de aliquo esse murmur: quod de multa priuatè dici à inal- P tis. Videautẽ de murmure quædam dominica. iij. post festum Trinita. Nemo tamẽ palam loquebatur de illo: in lau- Q dem eius secũdùm Augu. (Propter metum Iudæorum) id est eorum qui erant de tribu Iuda: qui principabãtur in populo secundum Chry. Qui vero dicebant quòd seducebat turbas clarè reprobabant secundùm August. Et isti vt dicit san. Tho. erant in principes. Hoc enim, inqt, datur intelligi in hoc quòd dicunt seducere illum turbas. Est autẽ in hac

A in hac parte morale documentum de quo ait Augu. Quicũque emicuerit in aliqua gratia, alij dicunt bonus est, alij non: sed seducit turbas: Quod autem dictum est de Deo valet ad consolationẽ de quocunque hoc dictum fuerit Chri- S stiano. Et quidem si seducere decipere est: nec Christus seductor, nec quisquã seductor debet esse christianus. Si autem seducere est aliunde aliquem ad T aliud persuadendo ducere quærendum est vnde, & quo. Si à bono ad malum: malus seductor est. Si à malo ad bonũ: bonus. Et vt sic omnes seductores, & vocemur, & simus. Hæc ille. Est & aliud. V Nam colligitur ꝙ est quoddam festum nõ celebrandum scilicet mundanorum qui tempus exponunt in peccatis quod facere non debemus. Primò, quia tota hæc vita est vigilia respectu futuri festi. Vnde hic facientes festũ faciunt vigiliam in futuro. Secundò: quia ista vita est tempus exilij, & tempus laboris. Gal. vj. Dum tempus habemus &c. Et est secundum festum celebrandum occultè: quo scilicet est gaudendũ de statu animæ habentis gratiam Dei corpore: sed nõ est faciendum publicè: sed cũ maxima cautela propter periculum cadi, & incertitudinẽ prædestinationis, & admixtionẽ multiplicis doloris. Est & tertium celebrandum. s. quo congaudemus animabus iam securis quod semel in anno rationabiliter celebratur. Primò, vt ex hoc sanctos imitemur. Et secundò, vt scimus participes meritorum, & precum eorum: sed tamẽ etiam istud non debet celebrari pompaticè: sed in cordis deuotiõe. Illud vero quod erit in patria post resurrectionem erit iugem, & continuum: & cum maximo amore, & tripudio.

Feria. iiij. post dominicam de passione. Ioan. x.

EActa sunt Encænia in Hierosolymis: & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tẽ- F plo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eũ Iudæi, & dicebant ei, Quousque animã nostrã tollis. Si tu es Christus: dic nobis palam. Respondit eis Iesus, loquor vobis, & nõ credi tis: Opera que ego facio in nomine patris mei: hæc testimo- G niũ perhibẽt de me. Sed vos nõ creditis: qa non estis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternã do eis: & nõ peribũt in æternũ: & nõ rapiet eas ꝙsquã de manu mea. Pater meus ꝙ H dedit mihi, maius omnibus est: & nemo põt rapere de manu Patris mei. Ego, & Pater vnũ sumus. Sustulerunt lapides Iudæi: vt lapidarent eũ. Respõdit eis Iesus, Multa bona opera ostẽdi vobis ex Patre meo, propter quod eorũ opus me lapidatis?

I datis? Responderunt ei Iudæi, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum deum. Respondit eis Iesus, Nõ ne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei
K factus est, & non potest solui scriptura: quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas? quia dixit filius dei sum. Si non facio opera Patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operi-
L bus credite: vt cognoscatis, & credatis quia in me est Pater, & ego in patre.

HACTA SVNT ENCE-nia in Hierosolymis &c.) Io.x. In præsenti euãgelio tãguntur tria puncta, quæ sunt. Interrogatio, Responsio, Maligna tio. ¶ Quãtum ad primũ tangitur inter
M rogatio quã Christo, Iudæi malitiosè fecerũt. Est aũt sciendũ ꝙ Encænia idẽ est quod innouationes, & initiationes: ab en, quod est in: & cænos, vel cænon nouũ, secundum Aug. est innouatio, vel initiatio quãdo res nouitur suo vsui applicatur. Vnde induens nouam vestem nouiter dicitur encæniare vestem. Ista ergo Encænia de quibus est sermo erat festum dedicationis tẽpli: quia templũ quãdo dedicatur suo vsui applicatur. Dicitur ergo (Facta sunt) circa mẽsem decembris (Encænia). i. festum dedicationis templi. quod tamẽ dicitur plura liter Encęnia, quia pluribus diebus illa solẽnitas agebatur (in Hierosolymis). i. in Hierusalẽ: & hyems erat) Additur autem hoc de tẽpore huius solẽnitatis. Primò, secũdũ Greg. vt in esse malitie frigus Iudæorũ cordibus indicaretur. Secundò, secundum Theo. ad ostendendũ ꝙ Christus esset passioni propinquus: quia vt ait in vere sequenti passus est. Tertio secundũ Alchui. & Bed. vt intelligatur ista esse dedicatio tẽpli quã Iudas Machabæus fecit, triplex enim fuit in Hierusalẽ templi dedicatio: vt isti dicunt: & Mag. hist. &. s. Tho. & omnes. Prima facta est sub Salomone x. decẽbris de qua habetur. iij. Re. viij. & vsque ad subuersionẽ templi singulis annis eadẽ die festa duo celebrabantur: Dedicationis. s. expiationis. de qua habetur. Leui. xxiij. Secundo vero sub Zorobabel: Iudæis à captiuitate Babyloniæ reuersis: & reędificato templo de qua habetur. Esd. vj: Et hæc facta est in vere. xij. die martij. Tertia aut sub Iuda Machabeo à Salomone seu Malachię filio. Antiochus enim Epiphanes polluit templum sordibus idolorũ, & vtensilia eius prophanauit: sed Iudas mundauit templũ & vtensilia restituit in locis suis. Et hęc fuit quidẽ templi dedicatio facta. xxv. die mensis decembris de qua habetur. j. Mach. iiij. Est tamẽ sciendum quòd secundum Chry. ista dedicatio nõ est tertia, sed secunda. Et tunc oportet dicere, quòd erat hyems eo modo quo media potest dici extremum. Erat enim tempus

A pus medium inter hyemem, & ver. circa, scilicet finem vnius, & principiũ alterius: ideoque poterat dici tempus veris, & tempus hyemis. Quamuis etiã dici posit quòd hyems, dicitur omne tẽpus frigidum. & humidũ etiam si sit in vere, vel autũno. (Et ambulabat Iesus in templo). i. in atrio templi secũdum Alchui. & Mag. hist. & intellige in atrio
B secundo in qui Iudaicus populus mundus orabat: non autem in primo ꝙ etiã Gẽtilibus patebat. De quibus atriis habes dominica scilicet, in quadra. (in porticu Salomonis). i. in qua completo tẽplo erexit columnã æream supra quã dominũ in die dedicationis eius flexis genibus adorauit secundum Alchui. & Mag. hist. cũ tamẽ Iudæi soleant orare stantes, & in qua etiam post semper cõ-
C fueuerat orare. Et licet illud templũ tum fuerit destructum vt habetur in fine iij. Reg. & in fine Hiere. tamẽ aliud simile fuit reparatum. ideoque & atriũ, & porticus idem nomẽ retinuit. (Circũdederunt ergo eum Iudæi) quasi comprimentes eum, & terrere volentes (& dixerunt ei) volentes non addiscere sed
D capere. & decipere secundũ Aug. (quousque animã nostram tollis). i. suspensos detines: & in ambiguo sed Alchui. non declarãdo nobis: apertè quis sis. Et hoc secundũ, scilicet Tho. adulatoriè dicũt ostendentes se desyderare, quòd ab eo audiant veritatem. Mentiuntur tamen secundum Chrys. quia ipse semper palam loquebatur: & in locis, & in tempo
E ribus solennibus Chy. Et aduerte peruersitatem illorum. Nam cum per sermonẽ erudit dicunt ei, quod signum facis: cũ aũt per opera demonstrat. dicũt ei, si tu es Christus dic nobis palã quasi semper ad cõtrariũ stantes. Hæc, ille. Secundò, autẽ ꝙ debet Aug. Christũ purũ hominẽ credebãt: diuinitatẽ eius in prophetis intelligere non valentes: & ideo vt dicit Alchui. & etiam Aug. si se Christum professus fuisset statim quasi contra Cæsarẽ sibi Iudæorum regnũ vsurpare vellet: præsidi eum occidendũ præsentassent. ¶ In hac parte est morale do
F cumentũ. de quo Theo. ait, Satagas tu quoque dum hyems imminet. idest vita præsens turbinibus iniquitatis concussa spirituales Encænias tui templi celebrare, semper renouando teipsum, & ascensiones in corde tuo disponens. Tunc Iesus erit præstò tibi in porticu. Salomonis pacificum statum tibi tribuens sub regimine proprio. In regno autem futuro nemo renouationis solẽnia perficere poterit. Hæc ille. ¶ Quan-
G tum ad secundum tangitur christi responsio de qua dicit Alchui. Dominus autem ita temperauit responsionem, vt & calumniatorum ora concluderet: & quia christus est fidelibus panderet: & de homine quærentibus diuinitatis mysteria narrat. hæc ille. Vnde sequitur. (Respondit eis Iesus.) Loquor vobis, & non creditis quasi dic. Quare petiH tis, vt dicam vobis si sum christus? Nõ enim crederitis mihi si dicerem vobis veritatem: sicũt neque creditis, mihi in aliis quæ doceo. Si enim non creditis mihi testantibus operibus. vt dicit Chrysostomus quomodo solis verbis credetis? Nã opera ideſt miracula (quæ ego facio in nomine Patris mei) ideſt ad gloriam patris mei secundũ. S. Tho. vel in nomine ideſt virtute patris mei

ideſt

I rd est, Dei, vel Dei patris. nã Christus vt homo operabatur in virtute Dei, vt Deus vero in virtute Dei patris. i. quã Deus pater ei cõicauit illa testimoniũ perhibẽt de me: quantũ ad veritatẽ doctrinæ & sanctitatẽ vitæ. Licet eñ mali possint miracula facere in testimonium veritatis: tamẽ si falsa prędicarẽt nũquàm possent miracula facere: quia
K s. Deus à quo principaliter sunt mira cula nõ potest reddere testimoniũ falsum. Christus autem faciebat miracula ergo prædicabat veritatẽ. Et quia sine peccato, & Deũ se dicebat: sequitur ꝙ ita esset etiã si nõ fecisset miracula imperãdo, sed orãdo (Sed) non obstãtibus tot, & talibus miraculis vos nõ creditis: quia nõ estis ex ouibus meis. i. quia nõ
L estis de numero prædestinatorũ secundum Aug. Sed cõtra primò. Nã si propterea credimus: quia sumus prædestinati. i. à Deo æternaliter dilecti, & electi ad credendũ, & ad fœlicitatẽ: nullus credere potest nisi Deus hoc dederit: & cõsequenter infidelitas, nõ erit peccatum. Ad hoc. S. Tho. sic dicit. Infidelitas est peccatũ: quia in infidelibus est causa, quare nõ datur eis credere. i. peccatum originale, vel actuale. Exẽplum. Videre nõ possum nisi me sol illumina
M uerit: si tñ oculos clauderẽ, non viderẽ nõ ex parte solis: sed ex parte mea qui causam huic præbeo, oculos claudẽs. Et quia hæc causa in oĩbus est quicunque deserũtur iusto Dei iudicio deserũtur: & quicunq; eliguntur Dei miseratione eligũtur. Hæc ille. Quomodo tũ infidelitas sit peccatũ contrariæ: & nõ puræ negatiuæ vt in his qui de Christo nihil audierũt. vide. ij. ij. q. x. art. j. vbi tenet ꝙ infideles negatiuè nõ damnantur propter infidelitatẽ: sed propter alia peccata quæ sine fide nõ remittuntur. Secundò, quia videretur eos inducere ad desperationẽ. Ad hoc dicit dupliciter. Primò, ꝙ cum Christus videret eos nõ esse prędestinatos: & in prẽsenti malos: propter vtrunq; dixit prædicta: sed alterum tantum voluit ab eis intelligi. i. quod erãt mali, nõ autẽ quòd erãt prę-
O sciti: à nobis autẽ voluit intelligi vtrũ que. Alio modo dicitur secundũ. S. Tho. quòd dñs loquebat multitudini in qua erãt aliqui cõuertendi: aliqui in sua pfidia relinquẽdi. Et his ergo verbis oẽs timere debuerũt: nullus vero desperare. Et etiã dato quòd singulari persona fuisset locutus, dicens, tu es præscitus: adhuc nõ debuisset desperare: quia talia verba cõditionatè debuissent intelligi, s. si nõ pœniteret. Hæc autẽ patent p
ex. S. Tho. j. di. xlviij. Primæ autẽ expositioni videtur congruere quod sequitur (Oues meæ vocẽ meam audiũt). i. prę-
P ceptis meis ex animo, siue lætãter obediunt: secundũ Alchui. Aug. Non recusat labor si aderit amor: quia qui amat nõ laborat. Omnis labor nõ amãtibus grauis est? Hæc ille. Ex hoc autẽ patet quòd oues de quibus Christus Iudæos volebat intelligere nõ sunt solũ prædestinati: quia tales aliquando sunt in
Q mortali peccato: neq; audiunt vocẽ domini: vt Paulus quãdo ecclesiã Dei insequebatur: nisi dicatur audiunt secũdum prædestinationẽ. i. audient (& ego cognosco eas) nõ solùm notitia simplici-
R ter quasi etiã lupos cognosco: sed noticiter quasi etiã lupos cognosco: sed notitia approbationis, & electionis ad vitam æternã (& sequuntur me.) Alchui.

A Oues Christi Christum sequuntur hic, mansuetudinis & innocentiæ viam incedendo: & post ad gaudia vitæ æternę intrando. vnde sequitur (Et ego vitam æternam do eis) Est autem notandum quod sicut dicit. S. Tho. j. par. q. xviij. & est sententia sumpta ab Arist. in lib. de anima, vita dupliciter sumit. Vno mo-
B do pro ipsa essentia, vel natura, seu substantia rei viuentis sicut humanitas dicitur vita. Alio modo pro operatione rei viuentis: sicut sentire, & intelligere. Primo ergo modo tam beati, quàm damnati, siue homines, siue angeli habituri sunt æternã vitam: quia vtriq; erunt incorruptibiles. Secũdo verò modo damnati homines non habebunt fortè vitam æternam: quia nullam fortè habebunt operationem perpetuam. Angeli
C etiam habebũt æternam vitam aliquo modo: quia habent aliquam operationẽ perpetuam: semper enim se intelligunt secundum Theo. Sed tamen propriè illa operatio non dicit vita æterna: quia vita sonat in bonum: cognitio autẽ eorum est eis ad malum, & pœnam (& nõ peribunt inæternum) & subaudiendũ est secundum Aug. vos autem peribitis in æternum qui nõ estis ex ouibus quę me sequuntur. ¶ Sed contra quia Iudas
D periit. Ad hoc dicit Tho. quod dominus loquitur de perseuerãtibus, & volentibus pastorem sequi. Nihil enim potest eas auertere à pastore nisi eis volentibus. Augu. verò videtur velle quòd dominus loquatur de prædestinatis. vnde ait. De illis ouibus de quibus dicitur: nouit dominus qui sui sunt: nec lupus rapit, nec fur tollit, nec pastro interficit. securus. est de numero earum qui pro
E eis nouit quid dedit. Hæc ille. Sed contra Augu. arguitur. quia prædestinati aliquando mortaliter peccant: vt Petrus negando Christum. ergo & rapiuntur: contra illud quod subditur (& non rapiet eas quisquàm de manu mea) Ad hoc dico quòd nõ rapiuntur nisi ad tẽpus. Vel dico quòd neq; vi, neq; astutia rapi possunt: nisi ipsis volentibus, & Christo permittente: sicut neq; etiam
F non prædestinati. Licet autẽ non perire inęternum sit prędestinatis proprium: tamen non rapi est omnibus commune: quia Christus vult omnes saluari si velint qui omnipotẽs est. Quod probat consequenter di. (Pater quod dedit mihi maius omnibus est). i. fortius Diabolo & omni creatura. Dedit enim secundum Aug. pater filio deitatem: & cõsequenter suam potentiam, & suam scien
G tiam, & nõ omnem suam perfectionem vnde est Patri ęqualis. Est inquam maius omnibus. vt dicit. S. Tho. Primo natura. Ioã. v. Sicut pater habet vitam in semetipso &c. secundo. potestate. Io. vj. Potestatẽ dedit ei iudicium facere &c. Tertio reuerẽtia. & honore. Phil. ij. Dedit illi nomẽ &c. Maius est ergo omnibus quod dedit mihi pater: vt. s. sim verbum eius vnigenitus eius splendor lu-
H cis eius. Hæc ille. Ex hoc autem vult Christus probare quòd nemo. potest oues suas rapere. Probat autẽ idem ãdhuc alia ratione sic. (Et nemo potest rapere de manu patris mei.) Manus autẽ Dei secundum Augu. tribus modis sumitur. Vno modo pro Dei potestate: sicut potest poni exemplum de eo quod dicitur de AEgypto suum populum in manu valida eduxisse. Alio modo pro

I Dei verbo: quo Deus operat sicut artifex per artē suam. Solent enim, vt ait, homines dicere manus suas etiā alios homines per quos faciunt quod volūt. Tertiò, ipsum Dei opus sicut dicit (vt ait) quis cognoscere manū suam: cū scripturā suam cognoscit. Hic autē vt dicit primo modo sumitur. Et ex hoc vult filius inferre ꝙ etiam de manu sua nullus rapere potest: cum sit eadē vtriusq; K manu, vel potētia. Vnde subditur (Ego, & pater vnū sumus). s. in virtute, & potentia: quia de hoc est sermō secundùm Chry. ¶ Est autē sciendum ꝙ Arrius dixit filium esse patre minorē: & ab eo in essentia diuersum, & in persona. Sabellius vero tenuit aliud extremū dicens: quod neq; in natura, vel essentia, neq; in persona distinguūtur. Veritas eū in medio: quia sunt vnū in essentia: & di- L stinguūtur in personis. Vnde vtrunq; errorē Christus in his verbis destruxit. Nam sicut dicit. S. Tho. j. di. ix. &. iij. li. vj. neutrū genus ad naturā: masculinū verò ad personā pertinet. Cū ergo dicit saluator: vnū in genere neutro significat vnitatē naturæ: cùm verò dicit: sumus in masculino, & in plurali significat vnitatem personarū Aug. Verumq; audi: & vnū, & sumus: & à Caribdi, & à M Scylla liberaberis. Quod dixit: vnū liberat te ab Arrio. Quod dixit sumus: liberat te à Sabellio. Si vnum: nō ergo diuersum. si sumus ergo pater, & filius. Hæc ille. Sicut autē dicit Hilar. viij. de Trinita. ad hoc dicūt sectatores Arrii. quod pater, & filius sunt vnū voluntate: quia scilicet idem volunt: nō autem natura deitatis quasi vterq; sit Deus. Vnde Deus & creatura etiam aliquo modo vnum dicuntur. ¶ Sed cōtra hoc arguit: quia Christus nō probasset eundum hoc ꝙ nemo de manu sua pa- teſt oues rapere amplius quàm pote quis rapere de manu Moysi, vel Abrahę rius. Et prætereà. S. Tho. ad idē argu- sic, Quæcunq; sunt vnū simpliciter. si ne additione sunt vnū secundū substā tiam: quia eū vnū dicatur sicut & ens sicut nihil dicitur ens simpliciter nisi secūdùm, substātiam, vel naturā: ita no- que dicitur simpliciter vnū. Sed hic pa ter, & filius dicūtur vnum simpliciter: igitur sunt vnū secundum substātiam. Vnde nūquàm inuenitur quòd Deus & creatura. s. pura dicūtur vnum nisi cum additione secūdum illud. j. Corin. vi. Qui adhæret Deo vnus spiritus est. Et ideo Iudæi melius Christi doctrinā intelligētes in hac parte quàm miseri Ariani: intellexerunt ꝙ se Deum faceba- tur: quia hoc ipsa Christi verba sona- bant. Hoc enim Iudæorū lapides testatur. qui ideo voluerūt cū lapidare. quia intellexerūt in his verbis ꝙ se Deum astruebat. ¶ In hac parte est documentum literale: ꝙ non oportet Diaboli ri- mere: quia talē habemus adiutorem ꝙ capi non possumus, nisi volētes. Greg. debilis est hostis qui nō potest vincere, nisi volentē. Hæc ille. ¶ Est & aliud. Nā vt ex verbis Christi patet aliquæ sunt oues, nō suę: sed Diaboli quę. s. sunt lupi sub veste ouina. Cognoscitur autem secundū Chry. lupus sic cōtestus. Primò, si mordet dētibus. i. detrahit. Secundò, si nō clamat versus terrā: sed volat versus cœlū vt hypocritæ se extollētes, & viros cœlestes per infamiā deprimē- tes. Tertiò, si nō pascūtur herbis cœle- stium

A stium cōsolationum: sed carnibus voluptatum. Sunt autem & quædam oues Christi: quæ cognoscuntur. Primò, ex operibus bonis. Iuxta illud. Opera quę ego &c. Secundò, si vocem pastoris audiunt: quę est quadruplex: vt colligitur ex scripturis: scilicet, Exterior exhortatio, Interior inspiratio, Beneficiorum elargitio, & Corporalis flagellatio. Ter- tiò, si cognoscuntur à Christo pastore B quòd facit per imaginem suam, quam eis impressit, & per arma virtutū quibus eas ornauit: & per doctrinam charitatis qua eas instruxit. Si autem istis careant non cognoscuntur ab eo. Et quarto si pastorem sequūtur per viam virtutum. Hæc quatuor signa ouium Christi ponuntur in hoc Euangelio, vt pater intuenti. ¶ Quantum ad tertium C tangitur Iudæorum malignatio. Pro qua aduertendum est quòd Leui. xxiiij. mandatur vt blasphemus lapidetur. Est autē blasphemia si quod est Dei, creaturæ attribuatur, vel è conuerso. Quia ergo intellexerunt quòd Christus se Deum dicebat: tanquàm blasphemum voluerunt eum occidere: ideo dicitur. (Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum.) Sed quæ malignitas erat ista, si credebant se obedire Deo? D Dico quòd erat maxima malignitas: quia ista sua ignorantia quòd, scilicet, nescirent Christum esse Deum: erat quodam modo affectata: vt dicit. S. Tho. iij. quæstione. xlvij. & ex inuidia, & odio procedebat. Miracula enim sua eum clamabant Deum: sed isti viri fla- gitiosi passionem sectantes: eis nole- bant attendere. (Respondit eis Iesus) non timens lapides: sed volens eorum furorem rationabiliter mitigare. Per E hæc tamen quæ sequuntur, vt dicit Chrysost. non vult verba sua sua quasi maledicta excusare, aut reuocare: sed affirmare, & ostendere quòd malè de eo sentiebant (Multa bona opera ostendi vobis) secundum Alchui. sanando. i. firmos: & docendo indoctos (ex patre meo) Potest autem ly ex, dicere habitudinem causæ finalis: & est sensus, secun- F dum Alchui. quòd in omnibus suis operibus gloriam Dei quæsiuit, & propter ipsam opera bona fecit sicut si dicamus ex diuina bonitate procedere omnia bona. i. propter Dei bonitatē sicut propter causam finalem. Vel habitudinē causę, seu principii efficientis: & est sensus, quòd à patre accepit virtutem suam qua miracula facit, & docet. (Propter quod eorum opus me lapidatis:) quasi diceret. Opera mea meritentur quòd à G vobis debeam amari: non lapidari: & si aliquid feci reprehensione dignum dicatis quid est illud opus propter quod me vultis lapidare (Responderunt ei Iudæi) Credo nisi Christus eos inuisibiliter cohibuisset: quòd non verbis, sed lapidibus ei respondissent propter nimiam inuidiæ, & furoris rabiem: maximè quia existimabāt se iustam causam habere mortis eius, quam tantùm appe- H tebant (de bono opere non lapidamus te) secundum enim quod dicit Alchui. Christi beneficia negare non poterant: vnde ea quamuis inuiti confitentur (sed de blasphemia &) pro. i. (quia tu homo cùm sis: facis teipsum Deum). s. dicendo vnum sumus. Aug. Ecce Iudæi intellexerunt quòd Arriani non intelligunt. Hæc ille. Dicunt autē secundū. S.

I Tho.contradictoria.s.bona illum opera facere & vsurpare sibi diuinos honores. Non enim posset miracula facere,si Deum Blasphemaret falsa prædicãdo, quia Deus non approbat falsitatẽ.(Respondit ei Iesus. Nonne scriptum est lege vestra id est in Psalmis qui debent esse vobis leges. Sicut enim dicit Chryso.&.s.Tho.scriptura veteris testamenti aliquãdo in legẽ:& prophetas, & psalmos,diuiditur. Inxta illud K Luc.vltimo.Oportet impleri quæ scripta sunt in lege, & prophetis,& Psalmis,de me:sed aliquando diuiditur in legẽ,& prophetas includuntur.secundũ illud Matt.xij.In his duobus mandatis vniuersa lex pcdet,& propheræ. Aliquãdo omnes illæ partes,seu tota scriptura veteris testamẽti nominis legis significatur: vt hic.(Ego dixi Dii estis). Di- L citur autẽ Deus tripliciter. s.p naturã & sic caret plurali Deus eñ est vnus: vt habetur Deu.vij.Per nuncupationem, & sic idola dicuntur dii.Et per participationem & sic dicuntur Dii q a Deo habet sanctitatẽ, vel autoritatẽ, vel aliud diuinum donum.Et sic dicitur Exo.xxij.Diis non detrahes.Et sic etiã in psalmo de iudicibus, & prophetis dicitur.Ego dixi Dii estis.Ex his ar- M guit Christus.secundum Chry.Potest autẽ ratio Christi dupliciter formari. Vno modo vt velit se tanquã naturaliter Deum præfere Diis particlpatiuè dictis sic illud à quo aliqua participatiuè talia dicuntur,est per essentiã tale id est ipsa sua essentia est talis, vel ex ipsa sua essentia,& habet q sit talẽ, & ab aliquo extrinseco. Sic enim videm⁹ q omnia lucida,propter solẽ:& omnia calida.calore,igneo sunt calida,propter ignem.Sed prophetæ dicti sunt tales id est Dii participatione diuini verbi.Ergo diuinum verbum essentialiter Dei, & consequeuter si se Deum facit non blasphemat:& tunc sic legitur.(Si illos dicit) scriptura.s,seu lex (deos ad quos sermo) seu verbũ (Dei factus est) id est reuelatus (& non potest solui scriptura)id est nõ potest falsitatis arguiri vel blasphemiæ (quẽ pater sanctificauit) id est sanctũ genuit æternaliter:secundũ Aug. Vel factum fecit,secundũ humanitatem:secundũ Theo.& hoc ex non,sancto negatiuè:& non contrariè vel priuatiuè.Christus enim nunquam fuit peccator:neque etiã aliquãdo fuit potens habere gratiam Dei,& non habens inquantũ homo:quia primo initiã ti suæ conceptionis fuit sanctus,& beatus. Vide de hoc.s.Tho.iij.par.q.xxx. iiij. (& misit in mundum) tanquã saluatorem secundũ Theo. (vos dicitis quia blasphemas) tu.s.quem pater sanctificauit,: (quia dixi filius Dei sum) quasi dicerent.Ista est magna stoliditas.Sed q̃a potuissent dicere:quomodo probas esse Dei filium.ideo probat hoc consequenter per ea quæ subduntur.& postea exponentur.Alio modo potest formari ratio taliter.vt in ea Christus non se asserat Deũ per naturã: sed per participationem,sed tamen excellẽter inter omnes Prophetas.facta vero ratione probat se Deũ per naturã,Formatur ergo sic.Si absque peccato blasphemię prophetæ potuerũt dici Dii secundũ scripturã:multomagis ille quẽ Pater.i. Deos⁹ sanctificauit spiritualiter,& excellenter,tanquã.s.Christũ,quẽ saluatorem misit in mundũ : potest sic dici. Constabat antem Iudæis & ipsi credebant q dominus Iesus erat Christus:licet purum hominum crederent.vt multipliciter ex Euangeliis patere potest. Sed contrà, quia secundum hoc videbitur q Christus posit dici Dei filius per adoptionem si se dicit Deum partici- B patiuè quod repugnat.s.Tho.iij,parte.q.xxiij.Ad hoc autẽ dico q Christus dicere potuit se Deum participatiuè: secundum opinionẽ Iudæorum qui eũ Christum esse credebant. Vel dico q cum formatur ratio secundo modo:nõ sic est intelligẽdum quasi Christus voluerit se dicere deũ participatiuè.Sed se habere id vnde aliqui dicti sunt dum participatiuè id est, gratia dei.Modo stat quod haberet illud tale:& tamẽ ab C eo non debet denominari talis : sed ab excellentiori forma id est deitate.Quã quia Iudæi in eo non negabant : nõ tamen propter hoc habebant sufficientẽ causam currendi ad lapides.quia poterant credere q se Deum diceret participatiuè per gratiam Dei:quod non est lapidatione dignũ ? quamuis se taliter Deum non diceret:sed intendebat dice- D re q vel sic poterat dici Deus si nõ excellentiori modo,vt illi credebant.Sed vnde habuerunt Iudæi q Christus filius dei esset.Respondet.s.Tho.q dominus hoc dicit virtualiter:licet nõ expresse quia dicit,ego,& pater vnum sumus.& quod dedit mihi pater &c. Accipere enim naturã ab aliquo,& esse vnũ in natura cum eo: rationem filiationis habet.Hæc ille.¶ Sed contra:quia secũdum hoc Spiritussanctus esset filiº. Dico quod loquitur de acceptione per generationẽ.quomodo solũ Iudæi credebant alicuius naturã alteri cõmunicari:cũ nihil scirent per modũ amoris in identitate naturæ procedere : quod est Spiritussancti,¶ Sed iterũ contra:quia secundum hoc.ignis genitus esset filiº. Dico q.s.Tho.loquitur de acceptione naturæ à viuente: cuiusmodi est Deus pater.Igitur non primo sed secũdo modo videtur formanda ratio secundum Chryso.dicentem.Interim quidem, vt fusciperetur sermo:humilis locutus est Postea autẽ ad maius eos reduxit,ostẽdens q in nullo minor est patre : cum subditur.(Si nõ facio opera Patris mei nolite credere.¶ Hæc ille.Opera autem Patris Christi appellat ea, quæ nullus facere potest nisi pater, vel aliquis patri æqualis. (Si autẽ facio)propria autoritate alia quæ sunt soliº Dei (si mihi) id est propter me,seu propter verba mea (non vultis credere) me esse Deum (operibus credite)quę apertè meam diuinitatem loquuntur : quia nullum est euidentius indicium,de rei natura quã propria eius operatio:secũdum san.Tho.(vt cognoscatis) (&) pro id est (credatis quia pater in me est,& ego in Patre) Hila.Hoc est Dei filius sum, hoc est,ego ,& pater vnum sumus.¶ Est autẽ sciendũ q filius est in H Patre ratione suæ essentię:quia.s.essentia quæ est filius,est in patre cum sit ea dem similiter ratione relationis : quia vnum relatiuè oppositorũ est in alio secundum intellectũ.Et similiter secũdũ originẽ:quia illa origo est manens in dicente.Econuerso pater est in filio,ratione essentiæ,& relationis eadẽ rationem:& ratione etiam originis :quia in E F G

I verbo quod dicitur est omne, q̃ verbo dicitur. Eadem autem est rẽtio de Spiritusancto. Vide de his. ſ. Tho. j. part. q. xliij. Et concordat. ſ. Tho. cũ Hilario. & Aug. & Ambr. qui tenent Patrẽ esse in filio, & ecõuerso eo quod vnusquisque horum essentia. & eadẽ est vtriusque, & in vtroque. Est ergo Pater in filio per essentie identitatẽ: & per æqualitatem ex consequenti. homo vero in Deo per K gratiæ similitudinẽ, & cõsequenter aliter, & aliter. Et de hoc est documentũ morale: de quo ait Aug. Non enim sic ſi ius dicit in me est Pater, & ego in illo: quomodo possunt dicere homines. Si enim bene cogitamus, & ne viuamus, in Deo ſumus: & deus, in nobis est, qua ſi participantes eius gratiam, & illuminati ab ipso. V nigenitus autem filius in Patre est: ſt pater in illo tanquã æqualis. Hæc ille. L

Feria. v. poſt dominicam de paſsione.
Luc. vij.

M ROgabat Ieſum quidam Phariſæus, vt mãducaret cum illo. & ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit. Et ecce, mulier, q̃ erat in ciuitate peccatrix vt cognouit quod accubuiſſet in domo Phariſæi, at tulit alabaſtrum vnguenti. & ſtans retro ſecus pedes eius. lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Phariſæus qui vocauerat eũ, ait intra ſe, dicens. Hic ſi eſſet propheta ſciret vtique q̃, & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et reſpondens Ieſus, dixit ad illum, O Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magiſter, dic duo debitores erat cuiuſdam fœneratori. Vnus debebat denarios quingentos: & alios quinquaginta. Non habentibus illis vude redderent, donauit vtriſque. P Quis ergo eũ plus diligit. Reſpondens Simon dixit, Exiſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Rectẽ iudicaſti. Et conuerſus ad mulierẽ dixit Simoni, Vides hãc mulierem. Intrauit in domum tuã. aquã pedibus meis non dediſti. hæc autem lachrymis rigauit pedes Q meos, & capillis ſui terſit. Oſculum mihi non dediſti: hæc aũt ex quo intraui nõ ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur

A tuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multùm. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe. Quis est hic qui etiam peccata dimittit. Dixit aũt ad mulierẽ. Fides tua te ſaluã fecit. Vade in pace.

ROGABAT IESVM quidam Phariſæus &c. Luc. vij. Circa conuerſionem Magdalenę quæ in præſenti Euangelio recitatur, tanguntur tria puncta, quæ ſunt Compunctio. Excuſatio, & Abſolutio. C Quantum ad primũ ſciendũ est q̃ ſicut dicit Magiſter Hyſ. ea quæ hic narrãtur ſecundũ aliquos contigerant in Nazareth: ſecũdũ alios vero in Bethania: ſed tamẽ vt idem dicit, & locus & tẽpus horũ ignorabatur. Verumtamẽ exiſtimo q̃ quia dicitur ibi, Ei ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix: cum nulla ciuitas exprimatur hoc de Hieruſalem ciuitate regali debere intelligi. Si tamen iſta contigerũt in Bethania poſſunt dici contigiſſe in Hieruſalẽ. quia cum Bethania D minus, quã per duo milliaria diſtaret a Hieruſalẽ erant quaſi ſubnrbium eius. Quia ergo Chriſtus conſueuerat prædicare in Hieruſalem: & hoſpitari in Bethania: credo Magdaleuã cõuerſam in Hieruſalem ad ſermonẽ Chriſti. ſed poſtmodũ in Bethania in domo auũculi ſui Simonis Phariſæi, & olim leproſi attuliſſe cor ſuũ: & alabaſtrũ vnguenti: E uiſi fortè Simon tanquã potẽs dominꝰ palatiũ dicatur habuiſſe in Hieruſalem. Dicit ergo (rogabat Ieſum quidã Phariſæus) .i. religioſus dictꝰ a Phares q̃ est diuiſio: eo q̃ habitu, & cõuerſatione tales ab aliis diſtinguebant (vt mãducaret cũ illo) Vtrum autẽ bono. vel malo ſiue iſta inuitauerit Chriſtum nõ est certũ. Chriſtus aũt mãducauit cum Phariſæis, vt eorũ ſuperbiam reprimeret: vt patet hic. & cũ Publicanis vt eos F ad pœnitentiã prouocaret Matth. ix. & Luc. v. & cum amicis familiaribus ſan. Maria. Mar. & Lazaro vt eorũ amorem nutriret. & augeret. Io. xij. & cũ ſuis cognatis pauperibus: vt eorũ amorẽ nutriret, & augeret. Io. xij. & cũ ſuis cognatis pauperibus, vt eorem inopiã ſuppleret aquã mutando in viuũ vt Io. ij. Sed cũ G magis ſit iuſtorũ appetẽda ſocietãs, quã iniquorũ: quare dominus Zacheũ ſpontè adiit. nõ autẽ Phariſæũ apparẽter iuſtũ niſi inuitatus: ad hoc dicit Gorrã Chriſtum hoc feciſſe Primo, vt oſtendat q̃ uon egent: qui ſani ſunt medicõ, & Sedõ: q̃ dominus plus diligit humilẽ peccatorẽ, ſcilicet olim quã iuſtũ ſuperbũ Vel poſſet dici q̃ hoc fuit Zacheus nõ audebãt rogare vt iſte Phariſæus (Et ingreſſus domũ Phariſæi) Erat enim Chri H ſtus pauper. ideo inuitationẽ acceptauit (diſcubuit) quia enim antiqui in lectis comedebãt, ſeu iacentes, vt dicit Alchui. ideo ſedentes ad menſam dicũtur accumbere, vel recumberet, vel diſcũbere (Et ecce, mulier quæ erant in ciuitate) hec mulier fuit Maria Magdalena ſoror Lazari, & Marthæ vt babes. ſ. ſo. vj. poſt. ſiij. domini. xl. Sed hæc non

I nominatur? quia ſecundum hominum opinionem adhuc erat peccatrix: vt dicit Gorram. Ex hac ratione ſecundum eandem opinionem ſubiungitur (peccatrix) ſecũdum hominum.i.opinionem ſed iam coram deo iuſtificata merito contritionis. ¶ Eſt autem ſciẽdum quod Aug. ſuper illud. j. Cor. xv. inueniuntur multi falſi teſtes: ſic dicit, Perhorrendũ eſt ne aliquid falſi de Deo dicatur licet K ad eius laudem pertinere videatur quia non minori, ſed maiori fortaſsis ſcelere in Deo laudatur falſitas quàm vituperetur veritas. Hæc ille. Et idem dico de ſanctis. Quidam ergo ex quadã ſtulta pietate dicunt Magdalenam nõ corpore: ſed mente tantùm fuiſſe peccatricem: ex quo magna inconuenientia ſequuntur. Primo: quia peruertitur ſanus euangelii, & ſanctorum intellectus. Nã L Luc. vij. dicitur Maria quæ vocat Magdalene. de qua. vij. Demonia exierant, ideſt vitia vniuerſa quibus plena fuerat, vt dicit glo. Idem dicitur in textu, & in gl. Mar. vlti. & gl. Hiero. dicit eam fuiſſe meretricem. Et in euan. hode. dicitur peccatrix: quod ſcriptura dicere non conſueuit niſi de publicis peccatoribus. Secundum, quia tollitur peccato ribus magna ſpes veniæ: cum iſta ſit data in exẽplum pœnitentiæ ſicut Maria virgo in exẽplum innocentiæ. Sed quare fuit ita peccatrix? Nam ſicut dicit beatus Vincentius. xij. annis fuit in voluptatibus. Ad hoc dico quod tria habuit, quæ conſuerunt mulieribus eſſe cauſa ruinæ. Primo & principaliter, habuit libertatẽ poſt parentum mortem. Secũdò, habuit diuitias, & delitias. Tertiæ, dicit habuiſſe pulchritudinẽ. Marſha autẽ licet etiam iſta habuerit: ſemper tamen fuit virgo ſecundum beatũ Vincen. quia fuit infirma. Nam ſecundum Ambro. fuit illa quæ. xij. annis fluxum ſanguinis paſſa eſt quamuis fortè quidem fuerit Martha: ſed non iſta. Et etiam quia ſuum caſtrum fuit tanquã hoſpitale pauperũ. Deus enim & naturalem pietatem, & merita, ac ſupplicationes pauperum ſuorum libenter aſpicit. Fuit etiam religioſa. i. Phariſæa ſecundum aliquos (vt cognouit ꝙ Ieſus accubuiſſet in domo Phariſæi) compuncta: & vt creditur ad prædicationẽ chriſti (attulit alabaſtrum vnguenti). i. vnguentũ contentum in vno vaſe de alabaſtro. Eſt autem ſicut dicit Bede. Alabaſtrum genus marmoris varii coloris quod optimè ſeruat vnguenta. Conſueuerunt autem viri regionis illius variis P vnguentis vti pro corporum recreatione, & ſolatio. Iſta ergo mulier corde cõpuncta poſt ſermonem ſtatim venit ad Chriſtum refouendum vnguentis quò ad corpus, & conſolandum lachrymis quò ad animam quæ peccatorum ſitiebat ſalutem. Gre. in homil. Quia enim hæc mulier turpitudinis ſuæ maculas aſpexit, lauanda ad fontem miſericordiæ occurrit. Non iuſſa venit conuiuãtes non erubuit. Nam quia ſemetipſam Q grauiter erubeſcebat intus: nihil eſſe credidit quod verecundaretur foris. Diſcite quo dolore ardet: quæ fiere etiam inter epulas non erubeſcit. Hæc ille. Greg. nazan. In ſe indignitatem ſuam oſtendẽs ſtabat poſt tergũ deiectis humĩbus, effuſa coma pedes amplectẽs lachrymisq; eos perfundens, rebus triſtem animum oſtendebat veniam implo

A plorans. Hæc ille. Vnde ſequitur (& ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis) Hæc beata peccatrix fuit valde lachrymoſa. Nam habuit lachrymas compaſſionis in morte fratris quæ Chriſtum induxerunt ad fletum, & ſuſcitationem Lazari. Et lachrymas doloris in morte Chriſti: cùm fuerit inter mulieres quæ illum flendo ſequabantur ad crucem de quibus Luc. xxiij. quæ induxerunt chriB ſtum ad compaſsionem vt diceret filiæ Hieruſalem nolite flere &c. Habuit & lachrymas amoris poſt Chriſti mortẽ: vt patet Io. xx. quæ meruerunt angelicam viſionem: & Chriſti primam apparitionem. Habuit & lachrymas compunctionis de quibus dicitur hic, quæ meruerunt abſolutionem à tot ſceleribus. Sequitur (cepit rigare pedes eius) fatiC gatos ex itinere, & deturpatos ex pulvere vtrum vero Chriſtus diſcalciatus incederet: dic quod non vt habes dominica. iiij. aduentus. Et ſi dicatur quod iſta mulier pedes chriſti nudos attractauit. Dico quod eos potuit ipſa nudaſſe ſiue habuerit perfecta calciamenta ſiue ſandalia quæ ſunt calciamenta pauperum in illa regione, vt dicit S. Thom. ſuper Matt. (& capillis capitis ſui tergebat.)
D Inter omnes eius capillos iſti ſoli qui Chriſtum tetigerunt manent incorrupti (& vnguento vngebat) ſed contra. Nam cum eſſet facta, & deuota Chriſtus dicit ei noli me tãgere. Io. xx. Quare ergo nunc ſe tangi permittit ab ea? Ad hoc dicit Gorram quod tunc Chriſtus voluit oſtendere ſe eſſe altioris ſtatus quam credebat & maiori reuerẽtia dignum eſſet glorificatus. Et nota ſecundum Bedã quod ſemel vnxit Ma- E riam pedes Chriſti in domo Phariſæi: & ſemel caput in domo propria. Io. xij. imo vt ibi patet etiam tunc vnxit pedes eius. Iſta mulier ſemper Chriſti pedes eius. Iſta affecta. nec mirum quia iſtis pedibus fuit affecta omnia ſubiecta ſunt ſecũdum illud pſal. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Secundo, quia ipſi mare quaſi terram calcauerunt, vt patet Matthæ. xiiij. Tertiò, quia ad tactũ eorum fuit abſoluta à pœna, & culpa, & ſanctificata: vt hic patet. Quartò, quia pro noſtra eruditione ſunt diſcurrendum fatigati ſecundum illud Ioan. iiij. Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Quinto, quia pro noſtra redẽptione fuerunt vulnerati: ſecundum illud pſal. Foderunt ma. me. & pe. meos &c. Greg. Oculis enim terrena concupierat ſed hoc iam per pœnitẽtiam conterens flebat. Capillos ad compoſitionẽ G vultus exhibuerat: ſed iam capillis lachrymas tergebat. Vnde ſequitur (& capillis capitis ſui tergebat) ore ſuperba dixerat, ſed pedes Domini oſculas hoc in redemptoris ſui veſtigia figebat. Vnde ſequitur (& oſculabatur pedes eius) Vnguentum ſibi pro odore ſuæ carnis adhibuit. Quod ergo ſibi turpiter exhibuerat: hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Vnde ſequitur. (Et vnguento vnH gebat.) Quot ergo in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum ſeruiret deo in pœnitentia: quicquid ex ſe Deũ contempſerat in culpa. Hæc ille. Chry. Et hæc quidem quæ dicta ſunt ageban tur exterius quæ verò reuoluebat eius intentio multò ferueutiora his erant.

I quæ ſolus Deus inſpiciebat. Hæc ille. ¶ In hac parte eſt morale documentū pro peccatoribus: vt de venia non deſperent dummodo imitari velint Magdalenam ſicut in culpa: ita & in pœnitentia. De hoc Ber. ſuper Can. ſermo. iij. Fleuit amarè: & de intimis viſceribus longa ſuſpiria trahens ſalutaribus intra ſe concuſſa ſingultibus fellos humores euomuit. Huius igitur beatū pœ
K nitētis exemplo proſternere & tuo miſerar , vt deſinas eſſe miſera. Proſternere & tu in terra , amplectere pedes placa oſculis. riga lachrymis, quibus tamē non illū laues, ſed te: & fias vna de grege tonſarum quæ aſcendunt de lauacro, Hæc ille. ¶ Quantum ad ſecundum tangitur excuſatio quam Chriſtus pro ſe, & Magdalena facit Phariſęo de vtro
L que malè ſentienti: cum dicitur. (Vidēs autem phariſæus qui vocauerat eum) quod ſcilicet permitteret ſuos pedes attrectari à meretrice (ait intra ſe dicens Hic ſi eſſet propheta) vt dicitur (ſciret vtiq; quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum: quia peccatrix eſt.) Ex hoc autem patet falſum eſſe quod dicitur Magdalenam ſola mēte peccaſſe: quia iſte hoc neſciuiſſet. Iſte autem Phariſæus
M diſpiciebat Magdalenam tanquam peccatricem: & dominum tanquam non eſſet propheta, & circa vtrunq; decipiebatur. Circa Magdalenam quidem: quia neſciebat eam eſſe iuſtificatam: & eis fuiſſe multa peccata dimiſſa: quod tamen cogitare debuiſſet ſingultibus eius & lachrymis. Circa chriſtū verò: quia chriſtus non ſolum ſciebat eam fuiſſe peccatricē, ſed etiam eſſe pœnitentē. & dato ꝙ illam non agnouiſſet: adhuc potuit fuiſſe propheta: quia prophetę non N
ſciunt omnia. Vnde & Hæliſæus ignorabat propter quid ſunamitis mulier teneret pedes eius. iiij. Reg. iiij. & dixit. Anima eius in amaritudine eſt, & dominus celauit à me. Chriſtus ergo ſimul vtrūq; excuſat cum ſubditur (& rādens) cogitationi ſecundum gl. quia intra ſe phariſæus loquebat (Ieſus dixit ad illū Symon habeo tibi aliquid dicere. At ille ſecundum glo. factus attentus ex verba dāi (ait Magiſter dic) Subiunxit aūt O
dominus parabolā vt conuenientius cōtra phariſæū ex eius rōſione concludat di. (Duo debitores erant cuidā fœneratori.) Eſt aūt ſciendū ſecundum Chry. quod in parabolicis nō oportet oīa ſcrutari, & cuiuſlibet verbi ſumere ſenſum ſed ſufficit attendere quid chriſtus intendat. Per hanc ergo parabolā non in P
tendit niſi ꝙ ſicut homo aliqā relaxat maius & minus debitum pecuniarū. Si tamē hæc parabola per oīa debet exponi dicamus, ꝙ duo debitores ſunt duo peccatores. fœnerator autē dupliciter accipit. Vno modo pro vſurario. Alio modo pro viro miſericordiæ qui gratis mutuat. Nam etiā fœnus non ſolum ſignificat vſurā: ſed aliqā ſtat pro mutuo Q
iuxta illud Deut. xv. Fœneraberis gentibus multis, & ipſe à nullo accipies fœnus. Iſte ergo fœnerator eſt Deus vtroque modo quia mutuauit nobis oīa bona naturalia, & gratuita & acquiſita, & fortuita quaſi nō reddimus ei recognoſcendo nos ab ipſo iſta poſſidere & regratiādo ei: ſumus pœnę debitores. Exigit etiam à nobis rationē non ſolum de recognitione doni mutuati: ſed etiam de vſu eius. Vnde ſi donis eius non vtimur

A mur ad gloriā eius: ꝙ eſt vſum eorū ſoluere: contrahimus debitū pœnæ. Et tā nihilominus dī fœnerator etiā ſecūdo mō: qa ad vtilitatē ſuā nihil exigit pro tali vſu: ſed ſolū ad vtilitatē noſtrā: vel ꝙ bono iuſtitiæ. (vn⁹ debebat denarios quingentos: alius). i. qui minus peccauerat (quinquaginta) Titus. q.d. Neque tuo Simon abſq; debito es. quid igitur
B ſi in paucioribus teneris. Nō ſuperbias quia tu quoq; venia eges. Hæc ille (non habentibus illis vnde redderēt) gl. Nullus enim pōt per ſeipſum à debito peccati liberari: niſi diuina gratia veniam cōſequit. Hæc ille. Hoc etiā eſt propter duo vt patet per S. Th. iiij. di. xv. Primò quia opera noſtra ſine charitate nō ſunt
C ſatisfactoria ſicut neque accepta deo. Charitatē etiā à nobis habere non poſſumus ſiue diuino auxilio. & dato quod eam habeamus adhuc ſecundū aliquos non poſſumus ſatisfacere deo per ęqualitatem ſimpliciter ſuæ quantitatis ſed ſolum per æqualitatē proportionis ex acceptatione diuinæ miſericordiæ (donauit vtriſq;) Dicitur Deus nobis donare debitū pœnę ꝑ pctīs multipliciter.
D Primò qū ad primū contritionis genitū pœnā æternā infernalē cōmutat in tpa lem purgatorii. Secūdò qū pœnā purgatoriā cōmutat in mundanā: quam. ſ. hic poſſumus explere. Tertiò, qū aliqd ſatisfactoriū opus facimus, & Deus illud ex ſua mīa acceptat licet illud non ſufficiſſet ad æqualitatem iuſtā faciendā. Quartò, qū rogamus eū vt nobis illud dimittat. Tūc em̄ ſempaut totū aut partem remittit vel per viā impetrationis, vel per viā meriti. Vtroq; enim modo contra reatum oratio operatur ſed primus eſt ei per prius ſecundus vero eſt E
cōis ei, & omnibus operib⁹ bonis factis in gratia ſaltē rōne pœnæ adiūctæ. (qs ergo eum plus diligit). i. quis habet plus cauſam diligēdi. (Rādens etiā Simon) apertū credens ꝙ dicebatur ei &. & neſciens quod cōtra ſe dicturus eſſet (dicit. exiſtimo quia is cui plus donauit. (Gre. in homo. Quia notādū. eſt, qa dū ſua ſententia Phariſæus cōuincit quaſi freneticus funē portat ex quo ligat. Hic F
ille. (At ille dicit. rectè iudicaſti.) Sed contra. Nam Au. vī dicere vt ei imponit Gorrā. ꝙ multò ardentius diligere debes eum qui flagitioſis ad ſe conuerſis quęcunq; dimiſit ſi in ea te caderē t nō permiſit. Et rādet idem ꝙ peccator plus tenet ex dimiſſo: & innocens plus ex omiſſo & cæteris paribus maior ratio dilectionis eſt in omiſſo quām in dimiſſo, ſicut melior eſt ſtatus innocentis G
quā peccātis cæteris paribus. Quod ergo dicit cui minus dimittit min⁹ diligit intelligit cæteris paribus alioqui vero minus oībus hoībus diligeret deus. ¶ Ad intellectū vero ſequētiū ſciendū eſt: ꝙ in petō duo ſunt fcm̄ culpa & reatus ſi ue obligatio pœnæ & quo ad vtrunque deus remittit petm̄ ſed nō ſemper. Nā quo ad culpā ſtatim remittit in primo contritionis gemitu. poſt quē ſtat aliqā H
obligatio ad pœnā multo tpe donec ſatisfactio cōpleatur. Dilectio ergo qua peccator deum diligit eſt cauſa remiſſionis peccati quò ad pœnā vt de ſe planum eſt. Vtrum vero ſit etiā cauſa quo ad remiſſionē culpæ diſtinguendū eſt. Si em̄ dilectio tempore ſequiz remiſsio culpæ non eſt cauſa eius ſed è cōtrario dū homo cogitas ſibi eſſe multa peccata

dimiſ

dimissa accenditur in dei amorē. Si vero fit simul cū ea: puta in instanti iustificationis, & remissionis culpæ. sic duplex est ibi dilectio scilicet habitualis: quæ est principium diligendi, siue sit charitas, siue aliud: & Actualis quæ est actus à voluntate elicitus: quo voluntas detestatur peccatum, & Deū amat. Sic ergo remissio peccati est causa materialis habitualis dilectionis: sed econtrario dilectio ista est causa remissionis formalis, & aliquo modo efficiens, finalis. Actualis autem dilectio est causa materialis habitualis dilectionis & econtrario illa est huius causa formalis & effectiua: & finalis. Dispositio enim se tenet ex parte causæ materialis respectu formæ ad quam disponit. Est autem remissio culpæ dispositio ad gratiam, & charitatem. In eodem ergo instanti iustificationis sunt ista ordinata: secundùm ordinem naturæ scilicet motus liberi arbitrii in peccatū quod detestatur & motus liberi arbitrii in Deum qui licet sit actus fidei: tamen habet annexam actualem voluntatis dilectionē. & tertiò est ibi remissio culpæ quarto infusio generæ Primum est causa materialis secundi secundùm tertii, tertium quarti, quartum verò est causa formalis, & effeciens, & finalis tertii. & tertium secundi, & secundum primi. Quia enim efficiens, & finalis cum forma coincidunt in idem numero, vel specie: quod præcedit formaliter præcedit etiam effectiuè inquantum est similitudo formæ agentis. & finaliter in quantum principaliter intendit. Vide de his omnibus. S. Tho. iiij. dist. xvij. Christus ergo ex prædicta perabola vult duo inferre. Primū ꝙ maria multum dilexit christum dilectione cōsequēter tempore remissionē culpæ: quia se multa debita debuisse cognoscebat: secundū ꝙ ei multa peccata ipse qui ad pœnā diserat propter prædictā eius dilectionē. Primū aūt horū christus declarat p signa dilectionis: cū dicitur (& cōuersus ad mulierē) vt eam cōsolaretur suo dulci aspectu qui tā diu plorabat (dixit simoni) vt cognosceret quā parua dilectionis signa ipsa domino exhibuisset (videns hāc mulierē). q. d. Vides quidē quo ad corpus: sed non quò ad animā Tu enim existimas eam magnā peccatricem. & ego tibi dico ꝙ quāto fuit maior in peccato: tantò nūc est maior in amore: quia videt saltē per spē sibi dimissa esse multa quæ debebat. Et vt noueris ꝙ valde deligat & plus te qui pauciora cōmisisti: saltē: secundū iudicium tuū audi. (Intrauī in domū tuā, aquam pedibus meis nō dedisti) quod tamē facere debueras: & rōne laudabilis consuetudinis: & ratione necessitatis. Quādo Abraham Geñ. xviij. dicebat angelis quos homines credebat: vel saltē ad quos sicut ad homines hospites se habebat, Afferam pauxillū aquę & lauentur pedes vestri. Et. j. Ti. v. Si sanctorū pedes lauit (hæc aūt lachrymis rigauit pedes meos: & capillis suis terſit) quod est signū magni ad me amoris. Titus, Facilis est vsus aquarū, non est facilis lachrymarū effusio. Hæc ille. (Osculū mihi non dedisti) quod tamē facere debuisti secundū laudabilē cōsuetudinē, & in signū amoris. Iuxta illud Ro. vj. Salutate inuicē in osculo sancto. (Hæc aūt ex quo intrauit, nō cessat osculari pedes

meos) in quo magnū feruorē ostē dit: quia osculabatur diu. quia lex quo intrauit. & continuè: quia non cessat, & humiliter: quia pedes. (Oleo caput meū non vnxisti) quòd tamē facere debueras ratione consuetudinis, & necessitatis: & in signū hilaritatis quæ debet esse in hospitalitate (hęc aūt vnguento) quod melius est oleo (vnxit pedes meos) qui sunt capite minus digni. Ecce ergo quòd ipsa multū diligit. Greg. Probatio dilectionis est exhibitio operis. ¶ Est autem in hac parte documentū morale ꝙ sicut dicit Grego. Vera iustitia compassionē habet: falsa vero dedignationem. Grego. Ecce Pharisæus veraciter apud se superbus, & fallaciter iustus ægrum reprehendit de ægritudine: medicum de subuentione. Hæc profecto mulier si ad pedes Pharisæi venisset: calcibus repulsa discederet. Inquinari enim se alieno peccato crederet: quia hunc verè sua iustitia non replebat. Sic & quidam sacerdotali officio prædicti si quid fortasse iustè exterius, vel tenuiter egerint: protinus subiectos despiciūt: & peccatores quosq; in plebe positos dedignantur. Necesse est autem vt cū peccatores quosq; cōspicimus, nosmetipsos prius in illorum calamitate desleamus: ne fortasse in similibus aut lapsi sumus aut labi possumus. Et infra. Districtionem debemus vitiis, compassionē naturæ Si enim ferendus est peccator, nutriendus est proximus. Hæc ille. ¶ Moraliter etiā per pedes saluatoris significantur pauperes: qui sunt inferior pars corporis mystici per deiectionem: & cruci affixi per afflictionem. Magdalena verò significat diuitem volētem cōsequi veniā, & gratiam, ac gratiam. ac gloriam. Debet ergo diues stare secus istos pedes per amicitiā, & familiaritatem: vt ad eum possint securè, & facilè accedere Lu. xvj. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et rigare lachrymis, per compassionem Ioā. ix. Flebāt quondam super eo qui afflictus erat & compatiebatur anima mea pauperi. Quomodo contrà de aliquibus dicitur. Iaco. v. Nōne diuites opprimunt vos per potentiā. Et capillis tergere, per tēporalium cōicationem. Iob. xxxj. Si comedi bucellam solus. Et dare osculum, per blandā allocutionem. Prouerb. xvj. Congregationi pauperum affabilem te facito. Et (vngere vnguēto per misericordiā hilaritatem. Eccle. xviij. In omni dato hilarem fac vultum tuum. ¶ Quātū ad tertium tangitur absolutio quam christus peccatrici exhibuit non quidē absoluendo à culpa à qua iam per præcedentem pœnitentiam erat absoluta: sed à pœnæ reatu. Ideo sequitur) Propter quod dico tibi) o Simon (remittuntur ei peccata multa) quò ad pœnam (quoniam dilexit multum) considerans magnitudinem peccatorum, sibi dimissorum quo ad culpam Chry. Nam qui vehementer se ingesserunt malis rursus & bonis vehementer insistent consilii ad quot debita se obligauerint. Hęc ille. Greg. in homil. Tāto ergo amplius peccati rubigo consumitur quanto pec catoris cor magno charitatis igne concrematur. Hæc ille. (Cui autem minus dimittitur) quo ad culpam: (minus dilegit) sicut tu: ideo etiam minus dimittitur tibi quo ad pœnam. (Dixit autem ad illam quæ iam alacrior verbis eius

erat

erat affecta.(Dimittuntur(ideſt ſcito tibi eſſe dimiſſa prius:ſed nunc dimittuntur ideſt dimiſſa eſſe nuntiantur(peccata tua.)Contra ſi peccata:ſunt enim dimiſſa:adhuc illa habuit.Ad hoc dico ꝙ peccata dicũtur dimitti quò ad pœnã ad ſimilitudinẽ debiti materialis.Quãto enim quis liberatur ab exburſatiõe pecuniæ dicitur ei debitum remitti: cũ non remaneat in eo debitum:ſed pecunia qua ſoluendũ erat debitũ:& ſicetiã pœna remittitur:non quia ſit in eo cui remittitur:ſed quia eam ſoluere nõ cogitur:vel qa in eo remanet illud quod per pœnam dediſſet:aut quo ſe priuaſſet puta aurum in burſa:& quies in ſenſibus,ac membris corporeis. Similiter remittitur culpa:non quia perſeueret in eo in quo erat ſed quia pro ea nõ dabit quis pœnas æternas damni & ſenſus.(Et cœperunt qui ſimul accumbebant)& non intelligebant ꝙ deus erat qui loquebatur(dicere intra ſe. Quis eſt hic qui etiam pèccata dimittit)quod ſolius dei eſt:in quem peccata commituntur.Chryſtus verò ad iſtos non reſpexit: ſed ſcandalizabantur propter ſuas paſsiones: quibus tenebantur ne deum illum agnoſcerent Greg. in homil.Cæleſtis medicus ęgros non reſpicit:quos etiam de medicamento fieri deteriores videt,eam autem quam ſanauerat per pietatis ſuæ ſententiam confirmat.Hæc ille.Vnde ſequitur. Dixit autem ad mulierem,fides tua te ſaluã fecit)diſpoſitiue,& ex congruo:ſicut & ego perfectiue & efficienter (Vade in pacem)ideſt in iuſtitia,ſeu cum iuſtitia.Theo.Iuſtitia eſt pax hominibus ad deum ſicut peccatum eſt inimicitia inter deum,& hominem. Hæc ille. ¶ In hac parte eſt documentum: de quo aut Chryſo.Opus eſt nobis feruenti anima quia nihil impedit hominem fieri magnum:nullus ergo conſtitutus in peccatis deſperet:nemo virtuoſus dormit, & neque confidat. Sepe enim meretrix præcedet eum.Nec ille diffidat.Poſsibile namque eſt eum etiem primos ſuperare.Hæc ille.Eſt & aliud.Nam lachrymæ præſente in maria habuerunt multiplicem effectũ.Primo ſecundùm Greg.lotionem conſcientiæ vt dictum eſt ſecundo quia animum eius fecerunt ſerenum & tranquillum Chryſoſto. Sicut vbi vehemens imber prorumpit ſit ſerenitas:ſic lachrymis effuſis apparet tranquillitas:& petit caligo reatuum. Hæc ille.Tertiò,quia ſubmerſerunt omnia peccata eius. Pſalmo Contribulaſti capita &c.Quartò,quia abinde pacem habuit chriſto remittente in pace. Pacem,inquam,inquam,in conſcientia quæ decætero eam in tanta conſolatio ne conſtituit,vt ſemper voluiſſet eſſe ſola:ne ab illa interiori conſolatione diſtraheretur.prouerb.v. Secura mens quaſi iuge conuiuium. Multa alia pertinentia ad iſtam ſanctam habes infra poſt paſcha ſuper illo euãgelio. Maria ſtabat &c.

Feria.vj.poſt dominicam de paſsione. Ioan.xj.

Collegerunt Pontifices & Phariſęi cõcilium: & dicebãt. Quid facim?? quia hic homo multa ſigna facit, ſi mittimus eũ ſic omnes credent in eum. Et venient Romani: & tollent noſtrum locum,& gentem. Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine:cũ eſſet pontifex anni illius dixit illis. Vos neſcitis quicquã nec cogitatis quia expedit vobis,vt vnus moriatur homo pro populo: & non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo nõ dicit:ſed cũ eſſet pontifex anni illius prophetauit:quia Ieſus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente,ſed vt filios dei qui erant diſperſi:congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent cum. Ieſus ergo nõ in palã ambulabat apud Iudæos:ſed abiit in regionem iuxta deſertum in ciuitatẽ quę dicitur Effrem:& ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

Collegerunt principes & Phariſæi cõci.&c.) Io.xj.In prẽſenti euang.in quo agitur de concilio habito ſuper morte chriſti tria puncta tagũtur.quæ ſunt Conſultatio, Determinatio,& Occultatio. ¶ Quantùm verò ad primum ſciendum eſt, quod vt habeẽ ex textu Euangeliſtarũ & expreſsè ex Magi.hiſto.bis fuit factũ cõciliũ ſuper morte chriſti.Primo poſt Lazari reſuſcitationẽ ſtatim .i. die ſequenti ſiue ſabbato ante dominicã de paſsiõe, vel in ipſa dominica ſecũdũ aliquos.Vnde ex tũc incipimus memoriã de paſsione Secũdò,feria.iiij.ante paſsionẽ eius in atrio Caiphæ.Quia enim chriſtus prædicauerat non me videbitis amodo &c. cogitauerunt vt recedere vellet:ideoq: fecerũt cõſiliũ:in quo interfuit iudas. De primo aũt agitur in præſenti euangelio.¶ Circa quod etiã notãdũ eſt, ꝙ vt dicit beatus Ioãnes,quidã ex Iudeis qui interfuerũt ſuſcitationi Lazari abierũt ad phariſeos ad nuntiandum eis miraculũ:bono fine ſecundũ aliquos vt conuerterentur:vel ſecũdũ alios malo fine,vt illud miraculũ ſimul cũ chriſto extingueretur.Dicitur ergo.(Collegerunt(.ſ.ſtatim audita morte ac ſuſcitatione Lazari(pontifices).i.ſummi ſacerdotes:qui vigintiquatuor erant maioris authoritatis,quàm alii ſimplices ſacerdotes:inter quos tamen erat ſemper vnus principalis(& Phariſæi)qui apud populum erant maioris ſanctitatis quã alii religioſi(concilium).i.omnes principales populi vel ciuitatis Hieruſalem (aduerſus Ieſum) vt ſcilicet eum interficerent quia miraculum factum in Lazaro multum diuulgabatur,Chryſoſtomus. Vnde oporteret ſtupere,& admirari audito miraculo cogitant interficere eum,qui mortuum ſuſcitauit Hæc ille.reddebãt malumpro bonum. ¶ Sciendũ eſt aũt ꝙ phariſæi de tribu Symeon pro maiori parte fuerunt: quia ex illa tribu initium habuit illa ſexta vt dicit Sanctus Tho. ſacerdotes verò de tribu Leui: vt dicit. Hiero.

ſuper

I super Esa. ideo in eis, secũdum. S. Tho. impleta est illa prophetia. Geñ. penult. Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia: in concilium eorum non veniat anima mea. ¶ Sciendum tamen est quod secundum aliquos prædicta prophetia loquitur de Leui solum quo ad Aaron. & successores eius: qui sacerdotes fuerunt. Leuitæ enim, qui non fuerunt sacerdotes, fuerũt immunes à peccato vituli cõflatilis, quem fecerat Aaron. Exo. xxxij. & Deu. xxxv. Et secundum Hebræos fuerunt immunes ab omni idololatria: vt tradit rabbi Moyses in suo Deut. & etiam similiter à crimine mortis Christi. vt habeĩ in glo. Deu. vbi. s. (Et dicebant. Quid facimus). i. quid pigritamur (quia hic homo multa signa facit) Ex quo apparet secundum Orig. Iudęorũ stultitia: quia & credunt Christum multa miracula facere: & tamen credebant se aduersus eum posse proficere. (Si dimittimus eum sic). s. viuentem: & prædicantem (omnes). i. fere totus populus (credent in eum) & tracti miraculis, & doctrina. Et consequenter vt dicit. S. Tho. timebant perdere potestatem spiritualem: quasi credentes in Christum, istis obedire recusarent. (Et venient Romani) qui tunc erãt domini Iudæorum (& tollẽt locum nostrum). i. ciuitatem & templum (& gentem. i. populum quem occidẽt vel captiuabunt. In his autẽ verbum secundũ Magi. hist. voluerunt sic dicere. Venerabilis est, & sanctus in gẽtibus locus iste: quia Alexãder, & Pomeius, & alii venerati sunt ipsum: & reges Persarũ & AEgypti. Ille autẽ homo docet sacra nostra esse vana, & abolendà. Vnde Romani scientes opes templi tollẽt eas audientes impunè tollendas. Sed ista aliquibus nõ videntur bene dicta: quia, si propter opes templi ista fuissent dicta nõ fieret mentio de gente, sed de loco, vel loci ornatu secundũ Chry. verò dicere voluerũt quòd Romani ex Christi sequela cõciperent quòd Iudæi Christum regẽ nouum facere & rebellare cogitarẽt & cõsequenter contra eos arma mouerent. Sic autẽ secundum eundem dicebant: vt populum cõtra Christum prouocarent. Et sub pallio tyrannidis abscõdebãt passiones suas: quæ in mortẽ Christi eos impellebant potius quàm timor de prædictis. Secundum Augu. verò timuerunt ne si omnes in Christum crederent: nemo remaneret qui aduersus Romanos ciuitatẽ Dei templúmq; defenderet: quoniam contra ipsum templum, & paternas suas leges Christi doctrinam sentiebant. sed. S. Tho. præfert dictũ. Chry. quia Iudæi adhuc seruiebant Romanis: ne rebellare cogitauerant. Sed notandum est hic Iudæorum iniquitas. Nam prius dicebãt Christo: vt patet Ioã. vj Quod signum ostendis nobis vt credamus tibi: nunc verò dicunt eum multa signa facere: & tamen non solum in eum credere nolunt: sed volunt occidere: honorum ac diuitiarũ cupiditate superati. Sunt autẽ etiam modo multi similes Iudæis. ¶ Ideo in hac parte est documentum morale: de quo ait Augu. Temporalia perdere timuerunt: & vitã æternam non cogitauerunt,: & sic vtrunq; amiserunt. Nam Romani post domini passionẽ, & glorificationẽ tulerunt eis, & locum, & gẽtem. Hæc ille. ¶ Quantum ad secũdum tang

A tangitur determinatio quam fecerunt. Circa quam sciendum est quòd in isto concilio fuisse creduntur multi amici Christi: inter quos fuit Ioseph ab Arimathia nobilis Decurio: de quo dicit beatus Luc. xxiij. quòd nõ consensit cõsiliis Iudæorum. Iste sicut dicit beatus Vinc. creditur fuisse locutus in fauorẽ Christi: ita quòd multi vacillabãt propter verba eius. Vnde Caiphas stomachatus cum vehemẽtia aduersus Christum locutus est, incipiens à reprehensione eorum qui vel hesitabant, vel dissentiebant. Vnde dicitur (Vnus autẽ ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius) Sed quomodo erat pontifex illius anni cum videret esse consuetudo illius populi quòd per totam suam vitam duraret summus sacerdos. Nam & Deus præceperat quòd in mortẽ eius redire possent fugitiui. Ad hoc dicit Aug. quòd crescente sacerdotum ambitione, & contentione statutum est vt plures essent: & per annos singulos singuli ministrarent: & forte etiam vt ait: vnum annũ plures administrabant. Iosephus verò dicit quòd à tẽpore Herodis Ascalonię fuerat summum sacerdotium venale. Vnde ad maius lucrum pluries vendebatur. Et idem Iosephus de isto Caipha testatur sicut recitat Aluchi. quòd sibi pecunia vnius anni sacerdotium redemerat. Sed vtrunq; dictum Iosephi. s. & Aug. potuit fuisse verum (dixit) Secundum aliquos iste fuit primus in loquendo: quia erat etiã primus in dignitate: sed secundũ alios fuit vltimus, quia videtur quòd eius sentẽtiæ acquieuerint, & steterint omnes tandem cõclusioni. Item quia reprehẽdit aliquorum dictum, vt patebit: & consequẽter post eos est locutus. Ego autem credo vtrunq; verum: quia primò dixit sentẽtiam suam quòd Christus deberet occidi: sed quia postmodũ aliqui mussitabant: ideo ipse inuerecunde & cũ credulitate clamauit, vt dicit Chry. Quæ autem clamãdo dixit dupliciter exponũtur. Primò secundũ. S. Tho. sic (Vos) ô ciues (nescitis quicquàm). i. nescitis legem in hoc casu: quæ Deu. xxx. mãdat prophetam & somniatorẽ auertentem populum à cultu Dei interficiendum (nec cogitatis quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo). i. iste Iesus qui à cultu Dei populum auertit (pro populo, nec tota gens pereat). i. ne totus populus seducatur. Secũdò verò secũdum alios sic (Vos) qui timetis istum occidere (nescitis quicquàm) de his quę expediunt regimini ciuitatis (nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo) etiã si sit innocens (& non tota gens pereat) Iudęorum. Bonum enim cõmune præponendum est priuato. Et sic propter istã rationem, & autoritatem Caiphæ summi pontificis prævaluit ista sentẽtia in cõcilio, & conclusum est, vt occideretur. Sed tamen ista sua ratio patet quãtum sit stolida, nam in nullo casu licitũ est pro salute patriæ occidere iustum, quia hoc non est procurare bonum commune, sed perdere. Vnde & iusto Dei iudicio id quod timebant, eis per Titum, & Vespasianum euenit. ¶ Est autẽ sciendũ vt dicit. S. Tho. quòd Caiphas interpretatur. Primò, inuestigans, & secundo, sagax, & tertiò, ore vomens. Primum cõuenit & attestatur sua prę sumptio, cum

I dixit,adiuro te per Deum viuum,vt dicas nobis si tu es Christus. Secundū verò, eius astutiæ qua nisus est mortem Christi procurare. Tertium autem eius stultitiæ prouerb.x. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum &c. Hęc ille. ¶ Ad intellectum verò sequētium sciendum est: quòd sicut dicit. S. Tho. iiij. di. ix. In litera in prædictis verbis Caiphæ fuerunt quatuor. Primò, inspiratio immissa, per quam vtilitas passionis Christi cordi eius inspirata fuit à Spiritusancto. Secūdò, intellectus, quem ipse ex illa inspiratione cōcepit. Tertiò, intētio exprimendi intellectū suum, & ad effectum producendi. Quartò, verba ipsa prolata. Primum fuit quædam participatio prophetiæ. Secundum fuit falsus intellectus à seipso. Tertiū fuit iniqua intētio. Quartū fuit vera locutio: quāuis non secundum intellectum eius. Et ideo primum si sit à Spiritusancto, non tamen secundū, neq; tertium, sed quartū aliqualiter fuit à Spiritusancto regulante verba illius: vt cōsonarent inspirationi à Deo factæ. Hęc ille. Intendit autē. S. Tho. quòd Caiphas motus à superiore virtute cōcepit quòd bonum erat Christum mori, pro bono iudaicæ gentis, sed huius rei causam ignorabat, & à seipso cōcepit, quòd hoc esset bonū pro salute tēporali, & errauit. Sic enim aliquādo nobis accidit, quòd mouemur à Deo vel ab angelo malo, vt videatur nobis quòd aliquid sit agendū, & nescimus quare & tunc cōsueuimus dicere. Cor dicit mihi sic. Sed arguitur contra dictū. S. Tho. Nam sentētia Caiphę falsa fuit quia nō expediebat eis vt Christus moueretur. Ergo nō fuit motus ad eam à spiritu veritatis. Respōdendo. S. Tho. hic sic dicit. Quādo homo loquitur ex propria ratione, loquit̄ à semetipso, quia per rationē est illud quod est. Non autē quando loquitur superiori & exteriori instinctu. i. diuino spiritu vel etiā maligno: sicut arreptitii loquūtur, qui & cōsequenter prophetare aliquādo, vt patet Hier. xxix. Arripitur autem quis solū quando vsus rationis amittit, nec manet liber, vt qū virtutes sensitiuę superabūdant ex superiori impressione, & ratio ligatur. Et quia diabolus sic in phantasiam potest imprimere, vt ratio ligetur, licet nō cogatur ad cōsensum, adeo tunc homo à maligno spiritu dicitur arreptus. Caiphas autē si motus à spiritu maligno fuisset Euāgelista nō addidisset quæ addidit, vt patebit. ¶ Ad argumentū dicitur dupliciter. Primò, q mors Christi de se fuit omnibus expediens, & Caiphas verū dixit. Secūdò, vt dicatur expedit vobis. i. populo. Vnde vbi Caiphas dixit vobis Euāgelista dixit pro gente. Hæc ille. Sed intellige q Christū mori omnibus erat cōueniens, non autē Christum occidere. Dicit ergo Euāg. (Hoc autē à semetipso, nō dixit) hoc. s. q expedit, vt vnus moriatur pro populo, nec tota gens pereat. Quod vero in mente sua addidit: ne tota gens pereat: tēporaliter per manus Romanorū: dixit à se ipso apud seipsum, & si nō forte apud alios (sed cū esset pōtifex anni illius prophetauit) ac si dicat. Ratione officii, & consecrationis spiritusanctus eo instrumētaliter vsus est: quāuis esset malus. Licet autē prophetauerit: non tū fuit propheta secūdum aliquos, sed ideo pphetauit: quia prophetiam

A tiā protulit: sicut & qui recitat scripturam quā non intelligit. Ad prophetiam enim sicut dicit. S. Tho. in multis locis: requirit̄ q propheta intelligat quæ videt, & dicit. Nā intelligētia opus est in visione. Dañ. x. Vnde Pharao vidēs spicas, & vaccas. Geñ. lxj. nō fuit propheta: qa nō intellexit significatū. Sic etiā iste secundū Orig. nō fuit pphęta, quia B sua verba nō intellexit secūdū sensum ad quē ea ordinabat spiritussanctus. S. Tho. autē hic dicit sic. Quandoq; alicui cōceditur actus rei alicuius: & tamē rei cōditio nō concedit̄: sicut nō est iustus, quicunq; facit aliquod iustū. Ad pphetandū autē concurrūt duo actus. s. videre: vnde propheta olim dicebat̄ videns: & annūtiate. Vnde. j. Cor. xiiij. dicitur Propheta oībus loquitur ad ædificationem: cōtingit autē q aliqs vtrunq; habeat, & nō sit propheta. Pharao eñ habuit propheticā visionē: & similiter Nabuchodonosor, Dañ. ij. & Caiphas habuit, nō quidē visionē sed denūtiationē rei pphericæ: inquantū denūtiauit vtilitatē mortis Christi. & modū quo populi salus cōpleretur: quia spiritussanctus q̄que monet ad totū quod ptinet ad prophetiā: quādoq; ad aliquid tantū, D Non dicit autē Caiphas propheta plus quā Afina Balaā. i. inquātū habuit propheticū actū in denūtiatione: quia nec rationē, nec imaginationē eius spiritus sanctus illuminauit: sed vtrunq; māsit ad malū intentū, & sola lingua à spiritusancto mota est. Hæc ille virtualiter. Non tñ est incōueniens si dicat̄ malus prophetare: qa pphetia est donū, quod stat sine gratia gratū faciēte secūdū. S. Tho. & alios Theo. (q Iesus moriturus erat p gēte). s. Iudaica (& nō tantū pro E gēte) prædicta subintellige moriturus erat (sed vt filios Dei). i. gētiles (q erāt dispersi) p varias mūdi partes, & p varios rit' & errores (cōgregaret in vnū) catholicū populū q vnus est rōne vnitatis Dei: & capitis, & legis & sacramētorū & vicarii Christi capitis nri. Erāt autē tūc gētiles Dei filii: scdm Aug, secūdū diuinā prędestinationē: nō aūt secūdū prēsentē iustitiā: nisi pauci: vt Cē p turio: & si qui erāt similes (ab illo ergo die cogitauerūt). i. firmiter deliberauerūt (vt occideret eū) quā citius possent, licet eū ante hoc cogitassent. ¶ In hac parte est morale documētū: de quo ait Chry. Vide quāta spūsancti virtus est. A mēte enim mala valuit verba pferre pphetiæ. Vide etiā quāta est pōtificalis virtus ptātis. Pōtifex eñ effectus: & si indignus exist̄s: pphetauit nesciēs q̄d G diceret. Ore eñ solū vsa est gratia: cōtaminatū autē cor nō retigit. Hæc ille. ¶ Quātū ad tertiū tangit̄ Christi occultatio: cū dicit̄ (Iesus aūt sciēs) oīa cōcilia eorū ex se, & p amicos scire potēs (tiā nō in palā ambulabat apud Iudæos.) Sed quare se occultauit q securus poterat inter tela cōuersari. Ad hoc dicitur Christū ideo sic fecisse. Primò, secundū Chry. vt se verū hoīem probaret. Secū- H do, scdm Aug. vt cùm veniret in Hierusalē perciperēt q sua sponte veniebat. Tertiò, scdm Glo. vt doceret psecutionibus quandoq; & furori esse cedendū (sed abiit in regione iuxta desertum) quod vtrū sit illud quod est inter Hierusalē, & Hiericho, vel aliud nō est mihi certū. (in ciuitate quæ dicitur Effrē) quæ. s. parua erat, & parum populata.

I In hac degẽs recepit epistoiam à regẽ Abagaro,qui regnabat in Edissa vrbe Mæsopotamiæ. in hæc verba Albagarus Euchariæ filius Iesu saluatori bono:quia apparuit in locis Hierosolymorum salutem.Auditum mihi est de te,& de sanitatibus,quas facis,ꝙ sine medicamentis aut herbis fiant ista per teꝙ verbo cœcos facis videre,claudos ambulare, læprosos mundari, & K mortuos reuiuiscere.Quibus omnibus auditis de testator in animo meo vnũ esse ex duobus:aut quòd tu es deus,& descenderis de cœlo,vt hæc facias:aut ꝙ filius dei sis,qui hæc facis. Propterea ego scribens rogauerim te,vt digneris fatigari vsque ad me, & egritudinẽ meam qua diu laboro curare.Nam & illud comperiri: ꝙ Iudæi murmurant aduersum te,& volunt insidiari tibi,ve L ni igitur ad me:quia est mihi parua ciuitas,sed honesta:quæ vtrisque sufficiet.Dominus verò in hæc verba respondis et Beatus es quia credidisti in me cum ipse non videris me.Scriptũ est enim de me:quia hi qui me non vident,credent.Et hi,qui vident,nõ credent.De eo autem quod scripsisti ad me,vt veniã ad te.oportet me hic omnia cõplere,propter quæ missus sum, M & postea recipi me ab eo, quo missus sum.Cũ ergo assumptus fuero, aliquẽ de discipulis meis mittam ad te:vt curet,& viuificet te.Hæc omnia legũtur in ecclesiastica Historia. Missus fuit autem ad istum regem, Iudas qui & Taddeus (& ibi morabatur cum discipulis suis) donec veniret tempus suæ passionis.Fuit enim ibi à dominica de passione,vsque ad Sabbatum ante dominicam palmarum: in quo Sabbato N exiens de illo deserto venit in Bethaniam,vt dicitur Io.xij.& in crastinum iuit in hierusalem,cum solennitate de qua dictũ est dominica.j. de aduentu. ¶ In hac patre est morale documentum ꝙ veri amici in tribulatione non deserunt. Chry. Discipuli Christi quãdo omnes lætabantur & festũ celebrãbãt tunc occultantur,& in periculis sunt: sed tamen permanebãt cũ eo: secundũ O illud. Vos estis qui permansistis mecũ in tentationibus meis,Hæc ille.

Sabbato post dominicam de passione. Io.xvij.

SVbleuatis Iesus oculis in cœlum,dixit: pater venit hora,clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te,Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis:vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam,Hæc est autẽ vita æterna vt cognoscant te solum verè deum, & quem misisti Iesum Christum. Q Ego te clarificaui super terrã: opus consummaui,quod dedisti mihi,vt faciam.Et nunc clarifica me tu pater,apud temetipsum claritate,quã habui priusquam muudus esset apud te Manifestaui nomen tuam hominibus,

A minibus,quos dedisti mihi de mundo.Tui erant,& mihi eos dedisti:& sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt:quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis. B Et ipsi acceperunt,& cognouerunt verè, quia a te exiui: & crediderunt quia tu me misisti Ego pro eis rogo:non pro mũdo rogo:sed pro his quos dedisti mihi:quia tui sunt. Et mea omni tua sunt: & tua mea sunt,& clarificatus sum in eis. C Et iam non sum in mundo:& hi in mundo sunt, & ego ad te venio.

SVBLEVATIS IEsus oculis in cœlum &c. Ioan.xvij.In præsenti Euãgelio in quo agitur de quadam allocutione Christi ad patrẽ,tanguntur tria puncta,quæ sunt. Optati D tẽporis appropinquatio.Iniuncti operis consummatio,& Commissi gregis conseruatio. ¶ Quantum ad primum tangitur tempus passionis, & resurrectionis Christi.Est autem sciendum. ꝙ ista quæ in hoc Euangelio tanguntur Christus dixit in die cœnę post cœnã antequã egrederetur tans torrẽtem Cedrõn. Dicitur ergo (Subleuatis oculis in cœlũ Iesus) Interior mẽtis dispositio maximè in oculis appa- E ret.Illos ergo Christus oraturus in cœlum legauit, secundũ Chry.vt doceret nos quod orando mentem debemus attollere ad Deum Oratio enim illa secundũ.s.Tho.fuit magis ad instructionem,quã Christi necessitatem: qui licet inquantum homo oraret,tamen inquantum homo oraret,tamen inquantum Deus exaudiebat.(dixit. Pater venit hora (scilicet passionis & mortis, F secundum Hilariũ & Augu.quæ venit non fato vrgente sed deo ordinante secundum Augusti.Absit inquit vt syderа mori cogerent syderum conditorẽ (clarifica filium tuum) quo ad humanitatem: quia quantum ad diuinitatẽ erai,equè clarus,vt pater.Clarissca.inquam.s.in passione mea,ostendẽdo miracula.Hylarius.Iam conspuendus,flagellandus,crucifigendus erat,clarificas inquit pater filium.So.de cursu operis G deficit,& interitum suum cum eo reliqua mundi elementa senserunt.¶Ad onus dei in cruce pendentis terra contremuit:cum qui moriturus erat intra se contestata non capere. Proclamat Centurio:Verè filius dei erat iste:prędicationi consentit effectus.Hæc ille. Sed quare Christus petit ista fieri in H sua passione? Dico ꝙ hoc facit primò ad incredulorum conuersionem.Secũdo ad suæ matris,& amicorum consolationem.Tertiò,fortè ista etiam vt homo petit ad solatium suum in tantis opprobriis, eo modo quo etiam dicebat si possibile est,vt transeat à me calix iste.Tripliciter autem per passionem Christus est clarificatus. Primò per miraculum in obscuratione Solis,scissione veli Tẽpli,apertione mo-

I numentorum,& scisione petrarum ad eo vt Centurio clamauerit verè filius Dei erat ille. Secuddò,inquantum per ipsam venit ad corporis gloriã in resurrectione. Aug.lib.confes. Si passione clarificatur dicitur, quanto magis resurrectione. Hæc ille. Tertiò, quia per hoc venit in totius mundi notitiã gentibus ad eum conuersis.secundum illud Phil.iiij. Propter quod & Deus exaltauit. Sed contrà. Si filius clarificationem expectat à patre, videbitur eo minor. Ad hoc dicit Hyl.iij.de Tri. ꝙ non plus inconuenit filium esse minorem patre: quã patrẽ esse maiorem filio.quod secundũ humanã naturã verum est. (vt filius tuus clarificet te) apud omnem carnem sine omnẽ hominem. ¶ Quærit autem Aug.quomodo potuerit pater clarificari cum sempiterna eius claritas,nec diminuta fuerit in humana natura,nec augeri potuerit in diuina. Et respondet ꝙ claritas patris nõ est aucta in se,sed in hominibus:quibus per filium pater innotuit. cũ per Euangeliũ Christi vbique fides est diffusa Trinitatis Clarifica,inquã, eũ (sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis) siue super omnẽ carnẽ id est hominem apertè totũ appellando: secundũ Aug. Sicut enim dicit.s.Th.omne agẽs quod agit ab aliud intendit effectũre ducere ad manifestationem causę,quia in executione principii,ꝙ est de principio,manifestat ipsum principium. Sed filius dei,quicquid habet,à patre habet & ideo per ea quæ facit patrẽ manifestat. Vnde dicit: vt filius clarificet te, sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis. Hæc ille. Est aũt aliqualiter simile de instrumẽto artificis,puta calamo scriptoris:quod suo opere artificẽ,à quo habet ꝙ agat,manifestat: & tantũ manifestat quantũ accipit ab eo de motu,& virtute causandi. Dedisse aũt pater filio hãc potestatẽ,secũdũ Aug.sane intelligẽdũ est. Intelligit autẽ dupliciter, Vno modo,quia ipse Christus inquãtũ homo accepit à patre ꝙ virtute diuinitatis posset mortuos viuificare, tanquã instrumẽtũ deitatis. Et hoc ꝑculdubio verũ est. Sicut eũ docet.s.Tho.iij.par. q.xiiij.anima. Christi vt deitatis instrumẽtũ põt omne miraculũ ordinatũ ad incarnationis finẽ:qui finis est instaurare omnia:quæ sunt in cœlo,& q̃ in terra:tamẽ annihilare nõ põt:quia hoc est propriũ dei,sicut & creare ꝙ creaturæ nõ est cõmunicabile à Deo, vt patet ꝑ s.Tho.ij.dis.j. Alio modo intelligitur: quia Christus in quãtũ Deus à patre accepit potestatẽ:nec tamẽ est eo minor:quia totã patris potestatẽ accepit. Dicit aũt secũdũ Chr.omnis carnis,vt ostẽdatur ꝙ prædicatio Christi nõ ad Iudæos solũ:sed ad omnẽ carnẽ extẽderet. Et quãtũ fuit ex parte Christi vt dicit:omnes crediderunt (vt omne) scilicet ens,vel suppositũ rationale (quod dedisti ei) in hæreditate tanquã.s.ad filiũ cõuertẽdũ: sic enim oẽs gẽtes datæ Q sunt filio (det eis vitã æternã) .i.sicut dedisti mihi potestatẽ super omnẽ carnẽ,ita clarifica me,vt omnib⁹,quos dedisti docẽdos,& cõuertẽdos, dẽ æternã vitã. Sumit aũt vita secũdum philosophos duobus modis.s.Primò.pro essentia rei viuẽtis. Et secũdo,pro operatione eiusdẽ. Hominẽ autẽ viuere primo modo est esse hominẽ siue habere animam

A mam vitã corpori humano:sed secundo modo est vegetari,sentire,vel intelligere. Vtróque aũt modo in patria erit vita æterna:quia & anima inseparabiliter erit vnita corpori: & ipsa intellectio seu visio Dei, & fruitio perpetua erit, vel aliter. Sicut dedisti ei potestatem oís carnis.i.fecisti eũ omniũ hominum caput,vt omne ꝙ dedisti ei.s.filio B det eis.s.hominibus vitã ęternã.i.sit obiectũ in æterna vita:deitas quidẽ essentialiter,& humanitatis accidentaliter. Vtrũque eũ datũ est filio à patre. Deitas quidẽ immediatè, humanitas verò mediãte deitate,qua eã assumpsit:& vtrunque dat nobis vita æterna obiectiuè:quia deitas erit obiectũ intellectus beati,humanitas aũt & intellectus, & sensuum. ¶ Ad intellectũ verò sequentiũ,sciẽdũ est,ꝙ æternã vitã seu felicitatẽ humanã oportet cõuenire homini inquantũ homo est,siue vt à bestiis distinguitur:alioqui nõ esset propria hominis,sed ei & brutis cõmunis. Secũdũ mentẽ ergo cõuenit homini . Et idẽ quidam existimãtes voluntatẽ esse intellectu nobiliorẽ,dicũt eã cõsistere in operatione volũtatis quæ est fruitio. Quidam verò dicunt ꝙ consistit in operatione intellectus: quia nobiliorẽ illũ D volũtate creduntur, Omnes enim fideles:imò & Peripatetici rectè sentientes in hoc cõueniũt,ꝙ est nobilissima operatio nobilissimæ potẽtiæ respectu nobilissimi obiecti. Opinio ergo.s. Tho. :st ꝙ in operatione intellectus consistat,qua Deũ nobilissimo modo id est, per essentiam cognoscit. Hæc autẽ via rationibus insolubilibus concludit ab eo esse vera.j.ij.q.ij. cõtra Gentiles.c. xxvj. Hanc ergo sequimur. Tripliciter E ergo quantũ attinet propositio nostro modo potest humana beatitudo sumi. Vno modo.s.obiectiuè.& est Deus quãtum ad essentialẽ beatitudinem:& humanitas Christi quantũ ad accidentalem. Alio modo subiectiuè vel essentialiter: & intellectualis visio Dei. Vnde secũdũ Aug. cõtemplatio promittitur nobis actionũ omnium finis. Et rursus F idẽ dicit ꝙ visio est tota merces. Tertio,pro eo per quod ad hanc visionem venitur,& sic fides Iesu Christi dicitur felicitas. Verba ergo Christi quibus dicit (hæc est autẽ vita æterna,vt cognoscant te solũ verũ Deũ: & quẽ misisti Iesum Christũ) triplicẽ possunt habere sensum. Si enim sumatur beatitudo primo modo,sensus est,ꝙ humana felicitas obiectiuè sit Deus cognitus: & G Christus eius. Si secũdo modo sensus est:ꝙ sit ipsa cognitio Dei,& Christi:q̃ subiectiuè in nobis est. Tertio aũt modo:ꝙ sit cognitio.i.fides qua credimus in Deũ & in Christũ eius quę põt vocari beatitudo dispositiuè: quia est via ad illã,& participatiuè:quia est quædã participatio illi⁹ clarę cognitiõis quã expectamus in patria. Quilibet autem horũ triũ sensuũ diuiditur in duos sensus. Nã illa dictio,& potest copulare in H ter Deũ patrẽ,& Christum missum,inquantũ est homo: & nõ inquantum est Deus:& tunc omnes sensus intelligẽdi sunt de beatitudine, vt includit essentialem,& accidẽtalẽ simul. Põt etiã copulare inter Deũ patrẽ & Christũ. inquãtũ persona diuina:& tunc duos primos sensus oportet de essentiali beatitudine intelligere. Tertius verò est

falsus nisi accipiatur christus, vt missus
ita quod fides de incarnatione includa
tur. Non enim sufficit credere mys-
terium Trinitatis: sed oportet etiam cre-
dere mysteria christi: per quæ ducimur
in salutem vt docet S. Tho. ij. ij. q. Sed
sumendo christum pro persona, diuina
remanet in prędictis verbis magna quę
stio propter illam dictionem exclusiuã
solũ. Si enim solus pater est verus deus
filius non erit deus: neq; spiritussanctus
erit deus, vt ex hoc loco deducunt Ar-
riani. teste Hyla. iiij. li. de Trini. Dicũt
enim filium esse à patre essentialiter di
uersum, & nobilissimam eius creaturã.
Sed cõtra eos arguit idem in. v. de Tri.
sic. Quicquid habet & virtutẽ auri: ve-
rè est aurum. Sed filius verè habet natu
rãm, & virtutẽ dei: quod patet quia ha-
bet operationem Dei: quia quæcunque
operatur pater operatur & filius vt pa-
tet Io. v. Propria autem operatione co-
gnoscitur virtus & natura rei. Hæc aũt
ratio Hyla. valde contra Arrium susci-
pientem euangelium: & etiam contra
Iudæos valuisset quando constabat eis
quod propria autoritate suscitaret mor
tuos hoc enim erat habere operationẽ
dei. Ad qõnẽ ergo tripliciter dicit. Pri-
mò, secundum Hyla. ix. de Trini. & Au
gu. super Ioan. ꝙ ly solum determinat
ly. verum deum non autem ly te: & est
sensus: vt cognoscant te esse Deum qui
solus es verus Deus. Vnde tunc non ex
cluditur filius vel spiritussanctus: sed
excluditur omnis creatura, & omne
idolum. Vnde statim subditur: & quem
misisti Iesum christum. s. cognoscãt so-
lum verum deum esse, & idem intelligẽ
dum est de spiritussancto: qui est chari
tas cõsubstantialis amborum. Vnde di-
cit hic. S. Thom. ꝙ fit mentio solum de
patre & filio, quia vbicunq; isti ponunt
præcipuè in pertinentibus ad maiestatẽ
diuinitatis, intelligit spiritussanctus,
qui est amborum nexus ordo ergo ver
borum est vt dicit Augu. vt te & quem
misisti Iesum christum cognoscant so-
lum verum deum. Secundo dicitur se-
cundum. vj. de Trini. quod hoc dictum
est ad excludendum errorẽ eorum qui
dixerunt quod nulla diuina persona so
la sit deus: & ꝙ tota Trinitas est deus:
& nihil aliud. Contra quod dicit Chri-
stus ꝙ pater solus est verus Deus. In-
tendit autẽ Aug. ꝙ ly solum potest de-
terminare ly te: & stare cathegoremati
cè: ita & solitudinem ponat circa patrẽ
& est sensus. Pater solitariè sumptus no
intellecta alia persona diuina: vere est
deus. Sed contra quia istum sensum ne
gat S. Tho. j. dis. xiij. Ad hoc dico quod
S. Tho, loquit de solitudine reali, quæ
in deo non est. Aug. verò de solitudine
secundũ rationẽ quæ põt esse in intel-
lectu nostro prædicante aliquid de vna
persona: & nõ de alia. Tertiò dicitur se
cundum. S. Tho. primo vbi supra quod
ly solum potest determinare ly te, & te
neri syncathegorematicè, & excludere
neutraliter, & participationem Adicati
vt sit sensus. Nihil aliud à patre est
deus: quod verum est: quia sola creatu-
ra est aliud à patre: non autem masculi
nè, vt sit sensus. Nihil aliud à patre est
Deus: quia filius est alius à patre: licet
non aliud & est Deus. Potest etiam vt
ibi dicit excludere masculinè à partici
patione subiecti: vt sit sensus. Vt cogno
scant te, qui solus est pater esse verum
Deum

Deum, ¶ Sciendum est autem quod o-
mnes diuinæ personæ conueniunt in
vna essentia: ideo quando dictio exclu-
siua additur vni earum respectu alicu-
ius, essentialiter non excluditur alia.
Non enim cum dicit: patrem nemo no
uit nisi filius: excluditur pater à notitia
sui: quia notitia est terminus essentialis
& omnibus communis. ¶ In hac parte
est documentũ morale: de quo ait Chry
so. Quod enim dixerat dominus. In mũ
do pressuram habebitis: post admonitio
nem subleuatis oculis in cœlum ad ora
tionẽ conuertitur: erudiens nos in tri-
bulationibus omnia dimittentes ad deũ
refugere. Hæc ille. Vnde. S. Tho. dicit
quod christus pro discipulis oraturus
conuenienter interponit tribulationes
in passione sibi imminentes, quia in tri
bulationibus maxime deus exaudit se-
cundum illud psal. Ad dñm cum tribu-
larer clamaui, & exaudiuit me. ¶ Quan
tum ad secundum tangit impositi ope-
ris consummatio quæ erat ratio, quare
debebat exaudiri. Licet enim qui à deo
vult exaudiri: debeat potius peccata cõ
fiteri, quam merita: iuxta exemplũ Pha
risæi & Publicani. Lu. xviij. tamen ad
se excitandum in maiorem feruorẽ in-
terdum expedit etiam merita corã deo
recitare, sicut Ezechias Esa. xxxviij. di-
xit obsecro domine memẽto &c. Igitur
dicitur (Ego te clarificaui) docẽdo igno
rantes de te secundum Hyla. (super ter
ram) quia in cœlo deus notus erat: vt
idem dicit Contra quia supra dixit vt
filius tuus clarificet te. Ad hoc dico ꝙ
filius clarificauerat patrem personali-
ter, & clarificaturus erat apostolos per
orbem mittendo. Vel secundum Aug.
loquitur per modum præteriti. (Opus
consummaui) quod dedisti mihi vt face
rem pro redemptione & illuminatione
mundi. Sed contra: quia adhuc restabat
passio. Ad hoc dicitur quod saluator di
cit se passionem consummasse. Primò,
secundum Aug. quia se eam cõsumma-
turum certissimè nouerat. Secundò, se-
cundum Chry. quia ex parte sua omnia
fecerat & intendit Chry. quod Christus
iam non habebat facere, sed pati. Ter-
tiò, secundum eundẽ ꝙ maior pars ope
ris erat facta dicit totum factum. Quar
tò, secundum eundem quia iam aderat
passio, & incipiebat: principium aũt di-
citur dimidium totius. iiij. Pol. (Et nũc
clarifica me tu pater) secundum huma-
nitatem: illam glorificãdo apud temet-
ipsum). i. in patria siue *in* gloria Chri-
stus enim erat adhuc aliquo modo via-
tor. Vel dicitur apud temetipsum: quia
corporis sui gloria, quam postulabat,
huic mundo non est patens (claritate,
quam habui prius quam mundus fieret
apud te). i. per virtutem diuinitatis se-
cundum Hyla. à qua humanitas glori-
ficata est: & quam filius æternaliter ha
buit apud patrem. Vel secundum Aug.
per claritatem creata: quam filius ab
æterno secundum humanam naturam
habuit apud patrem per diuinã prædes-
tinationẽ. Optat ergo sibi dari, gloriã
corporis in resurrectione sibi ex præde
stinatione debitam. Quidam autem in
his vel intellexerunt quod humanitas
à verbo suscepta, quandoq; cõuertatur
in verbum, & cõmutetur in deum. Sed
contra hos arguit. S. Tho. quia ipsa hu-
manitas secundum hoc annihilaretur.
Nam omne quod in aliquid cõuertitur

vel ipsum annihilatur, vel illud quod conuertitur augetur: verbum autem diuinum augeri non potest. Hæc ille. Sed contrà, quia secundum eum in. iij. par. & in. iiij. panis cõuertit in corpus Christi, & tamen neq; illud corpus augetur: neq; panis, secũdum eum, annihilatur. Dico quod hic loquitur de annihilatione largè: vt dicatur annihilari omne cuius nihil manet, quanuis maneat id in quod conuertitur. Propriè autem annihilatur cuius nihil manet: & quod in nihil cõuertitur: & sic loquitur in. iij. parte. & iiij. non autem hic, quia sufficiebat ei sumere annihilationẽ largè. Quidam tamen dicunt post illam super Io. non esse eius totam vt etiam patet in fine eius, quia fuit collecta per fratrem Raynaldum discipulum S. Th. sub eodem sancto Th. legente. Manifestat autem consequenter ꝙ opus consummauerit dicens. (Manifestaui nomẽ tuum) prædicando, & cõuersando (hominibus quos dedisti mihi). i. apostolis: quibus specialius secreta dei reuelauit, quam aliis (de mundo). i. de mundana cõuersatione ex qua sunt vocati. Volens aũt pro ipsis Christus orare adducit multas rationes, quod deberet pro eis orare Prima est, quia erat eorum magister, cuius erat ꝓ discipulis. Dicit ergo (Tui erant) secundum diuinitatẽ vt dicit Augu. & intellige quo ad prædestinationẽ (& mihi eos dedisti) secundum humanitatem, vt idem dicit: non autẽ secundũ diuinitatẽ quia nihil habuit pater quod nõ habuerit filius semper licet à patre. Sunt dati Christo homini per conuersionem ad fidem eius, & vocationẽ ad apostolatum: cũ prius fuissent Dei per homo est. Secundam rationẽ tangit cũ subditur. (Et sermonem tuum seruauerunt). i. meipsum secundum Bedam: qui sum verbum tuum: quod memoriæ cõmendarunt. Vel sermonem tuum. i. præcepta tua secundum eundem Bedã quę seruauerunt credendo in me. Vnde subditur (Nunc cognouerunt.) Vt dicit Beda. quidam dicunt ꝙ iste sit textus: nũc cognoui: sed hoc non habet rationem. Quomodo enim, inquit, poterat ignorare filius, quæ sunt patris. (Quia omnia quæ dedisti mihi) tam natura, quam doctrina secundum Bedã (abs te sunt) scilicet procedentia. Accepit enim omnia filius à patre inquãtum homo & inquãtum deus. (Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis) docendo eos (& ipsi acceperunt). i. intellexerunt atq; tenuerunt: secundum Aug. Tunc enim vt ait, verbũ accipitur cùm mente percipit. (Et cognouerunt verè) per fidẽ (quia à te exiui) per incarnationẽ (& crediderũt) subaudi verè secundũ Aug. i. firmiter quasi iam non ad propria redituri. Loquitur enim de eis secundũ id ꝙ futuri erant, secundũ eundem (quia tu me misisti) ꝙ idem est secundũ Aug. quod à te exiui. Sed contra: nam secundũ Hyla. exire pertinet ad æternam gñationẽ: mittere ro ad incarnationẽ: ergo nõ sunt idem. Soluit aũt S. Tho. quia si loquimur de xpo quantũ ad diuinitatẽ, quantũ ad filium dei aliud est exire, aliud mitti: sed secundum humanitatẽ quantũ ad filiũ hoĩs idẽ sunt vt dicit Aug. Hęc ille. ¶ In hac parte est morale documentũ quod qui propter deũ se humiliant, & explẽt opera quæ deus eis iniunxit perducun-

tur ad clarificationẽ. i. glorificationem quæ apud deum est. De hoc ait Apostolus Ro. viij. Non sunt condignæ passiones huius tpis ad futurã gloriã quæ revelabitur in nobis. ¶ Quantũ ad tertiũ positis rationibus orandi: ponit ipsa discipulorũ confirmatio, quã xps eis petiuit cum dicit (Ego pro eis rogo) Non expримit aũt qd pro eis petat. Et quia vt dicit S. Th. iij. parte. q. xxxj. oĩs oro xpi quę ratiõe deliberata fuit, exaudita est. Dicendũ vr ꝙ petiuit ea quæ apostolis dedit deus, puta ꝙ post passionẽ nõ remanerẽt infidelitate, & huiusmodi. (Nõ pro mundo). i. hominibus carnaliter viuentibus secundũ Aug. qui non sunt in ea forte gratia, vt ab illo eligant ex mũdo. Vr autẽ Aug. velle, vt per mundum intelligant præscripti, qui eligendi nõ erant pro talibus enim nõ est orandum cui constat tales esse pscitos. Sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt) secundum æternã prædestinationẽ. Vel aliter. Rogo pro eis vt. s. in sua voluntate prosperent quæ bona est nõ pro mũdo: quia eorũ voluntas est malã: & mihi aduersa. Ne verò quis existimet Christum nouũ habere principiũ, & nouiter istos à deo accepisse inquãtũ deus erat subiungit. (Et mea oĩa tua sunt, & tua mea sunt) ꝙ secundum Aug. dicitur qa & ipse filius deus est patri æqualis. Vel scdm alios ideo dicit quia pp vnionem in persona fit idiomatũ cõicatio: ita ꝙ ea q̃ sunt diuinitatis attribuũtur hoĩ: & quæ hoĩs deo. Dicimus eñ ꝙ hõ creauit stellas & ꝙ deus est crucifixus. Vide de hoc. S. Th. iij. par. q. xv. (Et clarificatus sum in eis). i. apostolis inquantũ. s. credebãt in xpm scdm Chrys. eius gloriã partim cognoscentes. (Et iam non sunt in mũdo). i. in pximo sum vt à mũdo recedã. Vñ subditur (& hi in mundo sunt & ego ad te venio) ꝙ est quodãmõ non esse in mundo à quo recedo: quasi diceret. Cùm essem cũ eis ego seruabã eos in noĩe tuo nũc aũt tibi eos cõmendo. Et in hoc est morale documẽtũ quã tum curã xps de salute fideliũ habebat: & cõsequenter quantã nos habere debeamus. Vñ amorẽ suũ materno cõparat, & præfert. Esa. lxix. Nunquid põt obliuisci mulier infantẽ suũ, vt non misereatur filio vteri sui. Et si oblita fuerit ego nunquã obliui scar tui. Est autẽ sciendũ ꝙ hoc euãgeliũ legit in die virginis: quia ei illa verba Christi conueniunt omnia mea tua sunt vr si vox dei ad virginem. Deus enim ei cõmisit oĩa officia sua. Nam pater fecit eam thesauram suã cõmittendo ei thesaurum suę potentiæ. Nam aliquis est potens in curia alicui° vel rõne parẽte vel rõne gratiæ quam habet apud dñm vel rõne obsequii exhibiti dño Beata aũt virgo est mater regis: sicut Bersabeæ Salomonis cui ipse dixit pete mater mi. iij. Reg. secundo & inuenit gratiam apud Deũ, septem opera misericordiæ exhibuit regi. vt supra dictum est: Ideo est potentissima. Filius quoque fecit eam cameram suam: quia venter eius purgatus sancto spiritu, & pictus donis cœlestibus fuit camera filii Dei, quem habendo in vtero habebat ignem inextinguibilem: lucem inaccessibilem: & dulcedinem ineffabilem. Et Spiritussanctus fecit eam eleemosynariam suam. Pater enim & filius dant nobis sua dona per amorem: & consequenter

ter per ſpiritū ſanctū, qui eſt amor, & primū donū: ſed ipſe ſpiritus ſanctus dat nobis ſua dona per virginē. Vnde ipſa in corpore miſtico cōparatur collo: per quod caput influit aliis mēbris: Vnde ſecundū Bern. nulla gratia de cælo deſcendit ad terrā niſi trāſeat per manus Mariæ. Quod intelligitur inquantum ea quæ facit Chriſtus dicitur facere virgo, quæ dedit chriſto eſſe hominē, ſiue humanitatē: per quā Chriſtus eſt mortuus, & vos deo reconciliauit, & nobis meruit. K

Dominica in ramis palmarum.

SCitis quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur: tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & ſeniores populi &c. L

SCITIS QVIA POST &c. In hac dominica legitur paſſio ſed illam & omnes alias quæ leguntur in ferialibus diebus vide infra in fer. vj. Legitur etiā illud euāg. cum appropinquaret: ſed vide illud ſupra dominica. j. in aduentu.

M *Feria. ij. poſt dominicam palmarum. Ioan. xij.*

ANte ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethaniam: vbi fuerat Lazarus mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerūt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat. Lazarus verò vnus erat ex diſcunbentibus cū eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici pretioſi & vnxit pedes Ieſu, & extерſit capillis ſuis pedes eius, & domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dicit ergo vnus ex diſcipulis ſuis Iudas ſcariothis, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datum eſt egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eū ſed quia fur erat: & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat, Dixit ergo Ieſus. Sine illā, vt in die ſepulturæ meę ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habebitis vobiſcum: me autem nō ſemper habebitis vobiſcum. Cognouit ergo turba multa ex Iudeis, quia illic eſſet: & venerunt nō propter Ieſum tātum, ſed vt lazarum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis. Cogitauerunt autem principes ſacerdotum, vt lazarum interficerent: quia multi propter illū abibant ex Iudæis, & credebāt in Ieſum. In craſtinum autem turba

A turba multa quæ conuenerat ad diem feſtum cum audiſſet, quia venit Ieſus Hieroſolimā, & acceperūt tamos palmarū: & proceſſerūt obuiā ei, & clamabant: Oſanna benedictus qui venit in nomine dñi rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellū, & ſedit B ſuper eū, ſicut ſcriptū eſt. Noli timere filia Sion. Ecce rex tuus venit ſedēs ſuper pullū aſinæ. Hoc nō cognouerunt diſcipuli eius primū: ſed quādo glotificatus eſt Ieſus: tūc recordati ſunt quia hæc erāt ſcripta de eo: & hæc fecerūt ei. Teſtimoniū ergo perhibebat turba, quæ erat C cum eo, quādo lazarū vocauit de monumēto, & ſuſcitauit eū à mortuis. Propterea & obuiā venit ei turba. quia audierūt eū feciſſe hoc ſignū. Phariſæ ergo dixerūt ad ſemetipſos: Videtis D quia nihil proficimus. Ecce mūdus totus poſt eū abiit. Erāt autem gētiles quidam ex his, qui aſcēderāt, vt adorarēt in die feſto. Hi ergo acceſſerūt ad Philippū: qui erat à Bethſaida Galilææ: & rogabant eū dicentes. Domine volumus Ieſum videre. Venit Philipp⁹, & dicit Andræ. Andræas rurſum, & Philippus dixerunt Ieſu. Ieſus autem reſpondit eis dicēs: Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amē amē dico vobis, niſi granū frumēti cadens in terra mortuū fuerit, ipſum ſolū manet. Si autē mortuū fuerit, multum fructuū affert. Qui amat F animā ſuā. perdet eā. Et q odit animā ſuā in hoc mūdo, in vitā æternā cuſtodit eā. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Et vbi ſum ego illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eum pater meus. Nūc anima mea turbata G eſt, & quid dicā. Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horā hāc. Pater clarifica nomē tuū. Venit ergo vox de cœlo dicēs. Et clarificaui, & iterū clarificabo. Turba ergo quæ ſtabat, & audierat, dicebat tonitruū factū eſſe. Alii dicebant: H Angelus ei locutus eſt. Reſpondit Ieſus, & dixit. Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Nūc iudicium eſt mundi. Nūc principes huius mūdi eiicietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad

meipſum.

meipsum. Hoc antẽ dicebant significãs qua morte esset moriturus? Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternũ. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filiũ hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus Adhuc modicũ lumẽ in vobis est. Ambulate dũ lucẽ habetis: vt nõ tenebræ vos cõprehẽdãt. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadit. Dũ lucẽ habetis, credite in lucẽ, vt filii lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.

ANTE SEX DIES PAschæ &c. Ioã. xij. In præsenti euan. in quo narratur quo modo christus sabbato ante dominicã palmarũ exiẽs de deserto in quo latuerat, venit Bethaniã: & sequenti die in Hierusalẽ: & ibi prædicauit: tãguntur tria pũcta: quæ sunt Murmuratio associatio: & Prædicatio. ¶ Quantũ ad primũ in quo tãgitur murmuratio Iudæ pro effusione vnguenti: oportet solũ aliqua declarare verba: (Ante sex dies Paschæ). i. sexto die ante Pascha. i. sabbato ante dominicam palmarum. Dicit autem Theo. quòd tunc incipiebant continuare, & solenizare: quia in crastinum. i. in die palmarum erit. x. dies mensis in qua agnus immolandus segregabatur à grege (venit Bethaniã vbi erat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerũt autẽ ei cœnam in domo Simonis leprosi: vt dicitur. Mat. xxvj. Nec obstat quòd Martha ministrabat, vel Lazarus recumbebat. quia vtrunq; potuit in domo auunculi vicina fuisse (& Martha ministrabat: Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti) Ecce magnificentiã. Mariæ (nardi pistici pretiosi) Dicit autem pistici secundò Ang. à loco vnde erat vnguentum. Vel pistici. i. fidelis secũdùm Alchuinũ. Pistis enim grecè, latinè dicitur fides. Non enim erat adulteratum aliis speciebus, seu sophisticatũ (& vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius: & domus impleta est ex odore vnguenti. Dicit ergo vnus ex discipulis suis Iudas schariothis) sic dict⁹ est à Scharioth vico. inde enim dicitur. hic & hęc & hoc schariotis, & hoc schariothe (qui erat eũ traditurus. Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis.) Sed contra quia alii dicunt discipulos, & non solum Iudam murmurasse. ad hoc dicit Ange. de consen. Euã. quod alii ponunt pluralem numerum pro singulari: vel, vt dicit Io. de solo Iuda meminit qa latro erat: alii verò propter pauperum curam murmur conceperunt, aut & verba expresserunt (Dixit autem hoc: non quia de egenis pertineret ad eum) scilicet quantum ad effectum, pertinebat autem quantum ad officium, quia erat dispensator (sed quia fur erat, & loculos habens) i. custos existens loculorum, siuæ bursæ domini aç condiscipulorum. Et secundum Ange. dominus admisit, & tolerauit

nit furẽ, vt discamus malos tollerare. Et ei loculos dominus cõmisit, secundũ Chry. ne aliquã heberet occasionẽ, & diceret, pecuniarum desyderio dominum prodidi. Vel secũdum Theo. quia minimus erat. Minor enim est pecuniæ dispensatio, quã doctrinæ. Habuit autem loculos dominus. secundũ Au. vt sciret ecclesia quãdo loculos habere potest, & secundũ. S. Tho. in signũ quòd hoc nõ derogat summæ perfectioni, & secundum eundẽ in signũ quòd illud Matt. vj. Nolite soliciti esse: non significat q̃ nihil in crastinũ reseruetur (ea quç mittebãtur christo) pauperi, & collegio suo (portabat) & cõsequenter cupiebat habere semper bursam plenam, vt melius inde subtraheret (Dixit ergo Iesus) volens rationabiliter excusare Mariam. Dicit enim Chry. &. S. Tho. quòd multa bona sunt, de quibus si consilium peteretur antequam fierent, ea non consuleremus: quia possent fieri meliora: sed tamẽ suã cœperint fieri non sunt prohibenda, dum modo sint bona. Et sic dicunt quòd dominus antequã Maria effudisset vnguentũ: forte illud dari pauperibus maluisset: sed tamẽ postquã iã res agebatur, dixit (Sinite illã.) Ex hoc patet quod plures erant murmurantes. (Vt in diẽ sepulturę meę seruet illud) non idem numero, sed specie, vel genere: secundum. S. Thom. Beatus autem Mat, dicit. Pręuenit vngere corpus meũ in sepulturam. i. morte sepulturæ. Exponitur autem iste passus tam varie, vt melius iudicem proprium tantum expositionem ponere. Sciendum est ergo quòd dubium est an Maria præsciuerit mortem christi. Quidam enim ideo dicunt quod non: quia ex scriptura non habetur. Et sic sensit. S. Tho. dicens, hoc illam fecisse: ex quodam instinctu naturæ, sicut frequenter aliqui ad aliquid faciendum mouentur: cuius rationem nõ intelligunt. vt Caiphas, Io. xj. Verũ nõ inconuenit quòd sciuerit eam, quia fuit familiarissima christo: & verbum eius audiebat libentissimè. Si ergo christus duodecim discipulis prædixit passionẽ quam & mater filiorum Zebedæi intellexit, non est irrationabile quòd etiam huic cui primo voluit post resurrectionem apparere eam prædixerit. Tum quia etiam potuit, quia à beata virgine quæ ibi procul dubio aderat, sicut & post aderat cruci in die passionis, de his edoceri. Dato tamen quod illam nõ sciuerit, tamẽ cũ esset nobilissima non potuit eam latere consilium Iudęorum de morte christi. Timuit autem ne christo occiso illũ inungere non permitteretur, nec tamen erat sine spe vngendi cadauer. Et ideo & præuenit inungere corpus, & tamẽ seruauit etiam aliquid de vngento ad vngendum si posset in sepulchro. Vnum ergo fecit, quia vnxit. & de hoc dicit. Matt. præuenit vngere corpus &c. aliud facere cogitabat. & de hoc dixit Ioannes. Vt in diem &c. Discipuli autem reprehendebant eam, de eo quod fecerat: & residuum vnguenti forte vendi volebant: & christus eos de vtroque conmpescuit. De primo quidem vt dixit Matth. de secundo vt dicit. Ioan. (Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem semper non habebitis.) scilicet quantum ad præsentiam corporalem. Quãtum enim ad diuinitatẽ:

et

I & quantum ad præsentiam eius in sacramento Eucharistiæ : & quantum ad præsentiam, per gratiam,& amorem in cordibus se amantium : & quantum ad specialem prouidẽtiam,quam habet de bonis dicitur Matth.vlti.ecce ego vobiscum sum &c. (Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset:& venerunt non propter Iesum tantum,sed vt Lazarum viderent, quem suscitauerat à mortuis) Desyderabant enim videre suscitatorem quatriduani mortui, & ipsum suscitatum de futura vita aliquid intelligere ab eo, qui inde redierat.i.Lazaro.quia huiusmodi desyderiũ innatũ est homini:vt dicit.S.Tho.Cogitauerũt autem principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent. quoniam multi propter illum abibant ex Iudeis (à Hierusalem in Bethaniam) vel à synagôga ad fidẽ(& credebant in Iesum) Ostultitiam.Sed quare non ita actum est circa alios resuscitatos, & sanatos à domino. Respondit Chry.&.S.Tho.q propter quatuor. Primò,quia hoc miraculum fuit patens coram multis,& magnum. Secundò,quia Lazarus erat persona insignis.Tertiò,quia tunc erat festum in quo totus populus erat prope Bethaniam.Quartò,quia non poterant calumniari hoc factum fuisse cõtra legem,quasi in sabbato perpetratũ : sicut fecerant de cœco nato. Istis enim concurrentibus totus quidem mundus conuerti debuisset : sed corda quæ fuerant vitiorum inuidiæq;,vel maxime armis occupata cõtra Deum armantur ad pugnam.¶ Quantum ad secundum tangitur quomodo Christus solenniter fuit associatus in Hierusalem in die palmarum ibi(In crastinum autẽ turba multa quæ venerat ad diem festũ cum audisset,quia Iesus venit Hierosolymam: acceperunt ramos palmarum,& proceserunt obuiam ei,& clamabãt:O sanna benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Et inuenit Iesus asellũ,& sedit super eum:sicut scriptum est.Noli timere filia Syon,ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Hoc nõ cognouerunt discipuli eius primũ).i.ante passionẽ secundum.S.Tho.(sed quando glorificatus est Iesus).i.quando gloriosus resurrexit,secundum Aug. (tunc recordati sunt.i.intellexerunt nouiter. sicut qui recordatur)intelligit de nouo actualiter quod prius nouerat habitualiter, (quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei,quæ scilicet erant scripta (testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumẽto. & suscitauit eũ à mortuis) Vbi patet tot interfuisse suscitationi Lazari,quot poterãt dici turba.quod sonat multitudinem magnam. (Propterea & obuiã venit ei turba quæ audierant eum fecisse hoc signum.Pharisæi ergo dixerũt ad semetipsos,Videtis quia nihil proficimus(Ecce mundus totus post eum abiit).i.quasi totus populus.Est enim hyperbole. ¶ Quantum ad tertium tangitur prædicatio quã ille die fecit Hierusalem:ibi. Erant autẽ gentiles quidam ex his qui ascenderãt, vt adorarent in die festo.Licet enim essent gentiles : tamẽ idola non colebant sed verum Deum. (Hi ergo accesserũt ad Philippum)quem.s.mitem videbant (qui erat à Bethsaida Galilææ:& rogabant eum dicentes. Domine volumus Iesum videre.) Sicut autẽ dicit.S.Tho. Christus Iudeis tãtum prędicauit personaliter:quod intelligitur regulariter, & principaliter:gentibus autẽ per Apostolos:secundum illud Esa.vlt.Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, & annuntiabunt gloriam meam gẽtibus. Hoc autẽ iam præfigurabatur inquantum gentiles Christo deuoti non adierunt illum immediatè,sed vnum discipulorũ eius. Sed sicut gentes conuersæ per apostolos vident Christũ in gloria: ita isti,vt credo,tunc Christũ viderunt, & allocuti sunt.(Venit Philippus,& dixit Andreæ) Quia enim Andreas erat eo prior, cum esset primus Christi discipulus:& etiã quia per ipsum Philippus fuerat cõuersus:vt habetur ex primo ca.Io.ideo eius concilio dirigi voluit:maximè,secundum Chry.quia audierãt in viam gentiũ ne abieritis.(Andreæas rursum, & Philippus dixerũt Ieſu.Iesus autẽ respondit eis dicẽs:Venit hora, vt clarificetur filius hominis) ex conuersione gẽtilium.vt dicit Aug.quã annuntiat occasione horũ qui eum videre volebant. Sed tamen vt idem ait: quia gloriã exaltationis debuit præcedere humilitas passionis : ideo dixit se granum mortificãdum infidelitate Iudæorũ:& multiplicãdum gentilium fidelitate,dicens (Amen, amẽ dico vobis nisi granum fruméti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solũ manet. Si autem mortuum fuerit,multũ fructum affert.)Sicut enim granum seminatum non fructificat:nisi prius in terra marcescat:& vehemẽter alteretur & corrũpatur:nõ quidem perdendo virtutẽ seminatiuã : sed vt dicit.S.Tho.speciem mutando.s.per suam conuersionem in herbã:sic nec Christus qui grano comparatur reddidit fructum conuersionis gentium nisi à Iudæis occisus. Deinde Christus hortatur ad imitationem passionis suæ dicens. (Qui amat animam suam perdet eam.) Secundum autem mentẽ Aug.hoc dupliciter exponitur: siue per animã accipimus hominis formam,siue hominis vitã.Primò sic.(Qui amat animã suam)verè volẽdo ei bona spiritualia (perdet eam) moriendo pro Christo, si fuerit opportunũ. In morte enim quodã modo perditur anima quo ad mundũ istum. (Et qui odit animam suam in hoc mũdo) eam.s.mortificãdo vel morti exhibẽdo pro Christo (in vitam æternã).i.ad vitam æternã(custodit eam).Aug. Si cupis vitã tenere,cũ Christo, noli mortẽ timere pro Christo:Hæc ille.Alio modo sic. (Qui amat animam suam) non verè sed apparenter : volendo ei sensibilia bona (perdet eam)in futuro : quia.s.æterna vita priuabitur. (Qui autẽ odit animam suam in hoc mundo) odit,in quam,apparẽter priuando eam sensibilibus bonis(in vitam æternã custodit eam)& ad hũc sensum dicit idem. Noli amare animã in hac vita, ne perdas eam in æterna vita. Hæc ille. Est autẽ secunda expositio,vt ait,melior:quia cum dicitur prius perdet eam:subaudiendũ est in futuro.Sed pro his sciendũ est, vt dicit.S.Th.quòd amare aliquid est velle ei bonũ:& amare animam simpliciter est ei velle bonum simpliciter.i.bonũ quo anima fit bona.i.summũ bonum quod est Deus: vel bonum spirituale.Amare autẽ eam secũdum quid:est velle ei bona, secundum

I dum illud Psal. Qui diligit iniquitatẽ, odit animã suam. Hęc ille, (Si quis mihi ministrat), i. qui quærit quæ mea & non quæ sua sunt: vt dicit. S. Tho. (me sequatur). s. subeundo mortẽ, vt afferat fructum multum: si oportuerit, (& vbi sum ego, illic & minister meus erit). s. in gloria, in qua tũc erat Christus, quo ad animam, & si nõ quo ad corpus: ideo non dixit vbi ero: sed vbi sum. Et ideo K subditur (si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus) Aug. Ministrat autem Ieſu: qui nõ sua q̃rit: sed quæ Ieſu Christi. Hæc ille. Videtur ergo propriè dici minister Christi: qui relictis suis saluti vacat animarũ, licet etiã minister eius dicatur prælatus inquantũ ministrat sacramẽta. secundum illud. j. Cor. iiij. Sic nos estimet &c. & quilibet fidelis seruans mãdata Christi, secundũ illud. j. Cor. vj. In omnibus L exhibeamus &c. Est autẽ sciendũ quòd Christus ab instãti suę cõceptionis fuit glorioſus in anima: non autẽ in corpore, neq; in corporeis sensibus, vt posset mysteriũ redemptionis operari: vt dicit. S. Tho. iij. q. xxxiiij. &. q. lxvj. Relinquebat autẽ Christus in passione viribus sensitiuis agere quod suũ erat: dolendo, & fugiendo, & abhorrẽdo dolorosa, vt idẽ dicit. q. lxvj. vbi. ꝫ. Quia ergo M Christus fuerat hortatus ad se per mortẽ sequendum: & aliquis potuisset dicere, tu secure potes mortem subire (quia nihil mali times) voluit oppositũ ostendere: cum subditur: (Nunc anima mea turbata est) horrore mortis. Quæ turbatio nõ erat contra rationẽ sed secundum rationẽ excitata: ad ostensionẽ veræ humanitatis: & ad instruendũ ne recusemus mortẽ etiam cũ turbamur. N Turbatur autẽ propriè, quod commouetur excedens modũ suę tranquillitatis: sicut mare commotũ turbatum dicimus: secundũ. S. Tho. turbatur igitur sensitiua pars animæ: qũ aliquibus motibus mouet̃: vt spe vel timore: vel huiusmodi passionibus. Sed hæc turbatio quandoq; sistit sub ratione: & quãdoq; limites eius excedit cũ. s. ipsa ratio perO turbatur quod in nullo sapiente fit. Vnde secũdum Stoicos sapiens nõ turbatur. s. quantum ad rationem, & maxime Christus qui est sapiẽtia Dei. In eo ergo nõ fuit turbatio supra, vel cõtra. sed secũdum rationẽ: quia in eo nulla fuit passio, nisi quam ipse cõcitauit: quia in eo vires inferiores ita rationi subdebãtur: ꝙ nihil agere vel pati poterãt: nisi quod ratio ordinabat. Vnde dicitur Jo. P xj. ꝙ turbauit semetipsum. Hæc omnia i. (& quid dicã?) quasi diceret secũdum affectũ sensualitatis dicã (pater saluifica me ex hac hora) sed rã secundum rationẽ dico (sed propter hoc) vt moriar (veni spõte) in hanc horã. Pater clarifica nomẽ tuum) per mortẽ meam sciẽdo tuam voluntatẽ: & nõ meum appetitũ sensitiuũ. Sed cõtra. Nam, vt dicit Apostolus ad Heb. v. Christus exaQ ditus est pro sua reuerentia. s. in oĩbus. Ergo si petiuit saluari. & liberari à passione, nõ fuisset passus: quod est falsum. Ad hoc dicit. S. Tho. ꝙ istam petitionẽ ratio non proposuit proprio motu, sed quasi aduocata, & ex persona naturalis effectus recusantis mori. Est autẽ exaditus in his quæ rario ex sua parte petebat: & vt exaudiẽda. Et ideo Chry. segit interrogatiuè. Quid dicã? Nunquid hoc?

A hoc? Pater saluifica me ex hac hora. q. d. nõ sed propterea veni in hanc horã. q. d. Non est iustum, vt liberet à passione qui veni pati. Petitionẽ autẽ suam proponit ratio (pater clarifica nomen tuũ) i. filium tuũ secundũ. S. Tho. quia cum nomẽ dicatur à notitia quasi notamen B est, quo manifestatur res: & filio manifestatur pater. Vel nomẽ tuum secundũ eundẽ. i. potẽtiam, & gloriam tuã. Et in hoc petit filiũ pati, per cuius passionẽ nomẽ Dei erat clarificandũ. (Venit ergo vox) formata per angelũ immediatè secundũ Greg. (dicẽs. Et clarificaũi) secundũ Aug. ante mundũ: & in natiuitate ex virgine: & in baptismo: & in miraculis (& iterũ clarificabo) in resurrectione, & ascẽsione: & mundi cõuersione. Ista autem vox secũdum Chry. fuit C adeo velox quòd rudes & desidiosi eam non perceperũt. ideò variè de ea sentiebant. Fuit autẽ à tota Trinitate per angelum formata: sed tamẽ vox patris dicitur, quia ad eam repræsentandã formata est. Et venit propter turbá: quia dicebant Pharisæi, quòd à Deo isto homo non est. Dicitur ergo (Turba ergo quę stabat, & audierat, dicebat tonitruũ b factũ esse) Alii dicebant: angelus ei locutus est (Respõdit Iesus, & dixit. Non propter me vox hæc venit: sed propter vos) vt credatis quia à Deo sum. Ego enim ista voce instrui nõ indigeo: quia nihil mihi attulit quod nescirẽ. Ostenditur autem secundum Chry. cõsequenter & modus istius gloriæ: cum dicitur: (Nunc iudicium est mundi) Est autem secundum Aug. Dei duplex iudicium: cõdemnationis. s. & prę̃miationis: & generale in fine mũdi: & speciale in mor- E te cuiusq;. Aliud est iudiciũ discretionis, fidelium ab infidelibus: & de isto, vt ait, hic est sermo. (Nunc). i. statim post hoc (princeps huius mũdi). i. hominum mundanorum, secundum Aug. non autem huius mundi. i. cœli, vel terræ. i. diabolus (eiicietur foras) à cordibus infidelium, & peccatorum, quibus dominatur: dum ad me cõuertentur. Vel aliF ter: nunc iudicium est mundi. i. pro mũdo: non contra mundum: vt scilicet liberetur à diabolica potestate: & nullus ei subdatur in culpa, vel pœna nisi volens: quia diabolus per passionem ejectus est. i. perdidit solitam potestatem. Sed arguitur contra prædicta. Nam si diabolus ejectus est foras, iam non tentaret sicut prius: quod est falsum. Respondet. S. Tho. quòd diabolus, quando homo est in peccato: regnat in eo, & G tentat illum ab interiori. Vbi verò homo desinit esse de mundo: solum ab exteriori regnat, & tentat. Sic ergo ejectus est foras: quia effectus peccati in homine non est ab interiori: sed ab exteriori. Hæc ille. Qui obscurè videtur loqui, sed vt colligitur. tertia quæstione. xlix. articulo secundo. ad secundum intendit sic dicere. Diabolus superato homine per peccatum habebat potes- H tatem impediendi hominem à sua salute quantum ad tertium. Primò, inquantum poterat ex iustitia Dei hominem in peccato tenere, siue in statu peccati: non quia homo non posset pœnitere: sed quia non poterat se educere de statu peccati. Et secundo, inquantũ poterat hominẽ non liberatũ à statu peccati deducere ad alia peccata: quæ oĩa,

I existens in tali statu, cauere nō potest diu: & si singula. Vnde quodam modo ab interiori præcipitabat hominem in mortale peccatū nō quia moueret voluntatē: sed quia ad talē statum suadēdo deduceret, in quo quis nō potest nō peccare. Tertiò, inqu. nūq poterat detinere in limbo etiā iustos. Per passionē ergo Christi eiect⁹ est quo ad duo prima, etiā antequā ipso fuisset expleta,
K quia virtute eius homo surgebat à statu peccati, & cōsequēter cauebat à peccatis cōsequētibus alia peccata. Quo ad tertium verò est eiectus, quādo ipsa fuit cōsummata. Secūdo arguitur, nā si princeps huius mundi eiicitur foras nunc, nō ergo ante passionem Christi: & cōsequenter tunc iusti non fuerunt liberati à peccatō? Respōdet. s. Tho. q⁹ ante passionē fuit eiectus à singularib⁹
L personis, sed nō à toto mūdo sicut post quia quod tunc factū est in paucis: post factum est in multis, Vel vt dicit: ante passionē fuerunt iusti liberati à peccato, sed non totaliter: quia non inducebantur in regnū sicut post sublato flāmeo gladio: quod dictū est: hodie mecū eris in paradiso, (Et ego si exaltat⁹ fuero) id est cū fuero exaltatus, secundū Aug. non enim dubitat se exaltandum:
M vt ait in cruce per passionem (omnia trahā ad me ipsum) omnia, inquā secūdum Augu, vel spiritū, & animā & corpus. vel. secundū eundē omnia: omnes homines prædestinatos vel secundum eundē: omnia genera hominū. Credo autē tunc fuisse prouerbiū, q⁹ qui suspēbatur, exaltari à terra dicebatur, ideo turba intellexit quām Christus de sua morte loqueretur. Vel secundū Chry. hoc intellexerunt quod facere cogitabant: non ex infusa sapientia: sed stimulante cōscientia. Hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, i. ex scriptura: quia Christ⁹ manet in æternū in multis enim locis scripturæ fit mentio de Christi æternitate, vt Dan. vj. Et potestas eius, potestas æterna (& quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hominis.?) Non dixerat nunc statim Christus. oportet exaltari filium hominis, vt dicit Sanctus Augustinus sed quia suprà se fecerat filium hominis dixerat, cum dixit. venit hora vt clarificetur filius hominis: ideo illud retinentes sic dicunt (Et quis est iste filius hominis) quasi dicerent. si tu es ille, non est Christus, qui æternū manet: si est alius, dic q⁹ est ille
N Christ⁹ autē cōmendauit eos de hoc q⁹ nouerant Christū æternū dicens (Adhuc modicum lumen in vobis est) per hoc. s. vt dicit Augusti. quia intelligitis Christū esse æternum. Sed ista cognitio est imperfecta: quia nō percipitis quod mors eius stat cū æternitate eius, post resurrectionem, (Ideo ambulat (id est) proficite in cognitione (dum lucē habetis) id est, dum ego sum præsens, & docens: vel secundum Chrysost. dum de-
O ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis: credite in lucem, vt filij lucis sitis) id est filij Dei per gratiam. qui Deus est lux. (Hæc locutus est Iesus, & abijt, & abscondit se ab eis) ostendens q⁹ in tene-

A tenebris infidelitatis remanerent.

In Cœna domini.

Ioan. xiij.

ANte diem festum Paschę sciens Iesus quia venit eius hora, vt transeat
B ex hoc mūdo ad Patrē cū dilexisset suos, qui erant in mundo: in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus: & quia à Deo exiuit, &
C ad Deum vadit: surgit à Cœna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset lintheū, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere lintheo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Symonem Petrū.
D Et dixit ei Petrus. Domine: tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio tu nescis modo: scies autem posteà. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: E Domine, non tantum pedes meos: sed & manꝰ, & caput. Dixit ei Iesus. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset: qui traderet eum, propterea dixit: non
F estis mundi omnes. Postquàm ergo lauit pedes eorū, accepit vestimenta sua, & cum recubuisset iterum, dixit eis. Scitis quid fecerim vobis vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis: Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister: & vos debetis
G alter alterius lauare pedes, Exēplum enim dedi vobis, vt quēadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

ANTE DIEM FEstum Paschæ &c. Io. xiij. In præsenti Euang. tanguntur tria puncta, quæ sunt. Præ- H paratio, Ablutio, & Admonitio. Quantum ad primum tangitur quo Christus præparauit se ad abluendum discipulorum pedes. Dicitur ergo (Ante diem festum paschæ) id est. xiiij. luna: siue fe. v. in qua incipiebat solēnitas paschalis ad vesperū. quia à vespera ad vesperā celebrantur festa, vt patet Exod. xiiij. Sicut ergo factum in vigilia Natalis

Universidad de Deusto Biblioteca

I domini poteſt dici factum in natali domini: ita vt dicit. ſ. Tho. alii Euangeliſtæ dixerunt cœnā factam primo die azymorum quia factū fuit die præcedē ti ad veſperam: quia iam pertinebat ad ad diem Azymorum. Io. autē dicit ante diem Paſchæ. i. ante Fe. vj. quæ erat pro priè prima dies celeberrima. Eſt autē paſcha nomen irregulariter declinatū, quia eſt neutri generis: & tamen eſt pri K mæ declinationis: item quia eſt primæ declinationis, & tamen facit in tis, quia declinaī paſcha, paſcatis vel paſcha, pa chæ: ſecundū antiquos codices. Et ſecū dum Amb. grecum nomen eſt, & paſsio nē ſignificat Hebraicè vero dicit Pha ſe. id eſt tranſitus: quia trāſiuit domin⁹ per AEgyptum percutiens AEpyptios, & ſaluans, vel conſeruans Hæbreos. Augu. vcro dicit: ꝙ paſcha Hæbraicum L eſt, & ſonat trāſitum. quia tamē vt ait, Grecè paſchin paſsio dicitur ideo pa ſcha paſsio putata eſt. Videtur aūt vel le Aug. ꝙ paſcha deſcendat à phaſe ſe cundum aliquorum exiſtimationē per corruptionē vocabuli, vt dicaī paſcha quaſi phaſea, ſeu phaſe addita e & ſub lata h litera: quā multi latinorum etiā modo ſub trahunt de phaſe: quos tamē condēnat oīa antiqua exēplaria. Et idē M videtur ſentire Hie. dicēs: ꝙ paſcha he braice dicīt phaſæ. S. Tho. aūt ſic dicit hoc feſtū quidā putāt vocari paſcha a paſsione dñi: q̄ tunc celebrāt: & concor dāt cū græco: q̄a paſcha græce: idē eſt ꝙ pati: ſed prima origo vocabuli habetur eh hebreo q̄a paſcha dicitur quaſi pha ſe. i. tranſitus. vt dicitur Exo. xij. Inter pretatur autem hoc Euangeliſta pro pter duplicē tranſitū. ſ. Angeli percu tientis primogenita Egypti, & filiorum Iſraēl tranſeuntium mare rubrum. Et ideo hoc feſtum vocant paſcha: vt pa ſcha noſtrum habeat vtriuſque linguę ſignificationem Hebraicæ. ſ. & græcæ: quia in ipſa paſsione domini tranſitus fuit ipſius ex hoc mundo, ad patrem: & omnium noſtrum ſequentium Chriſtū. Hæc ille. Paſcha tamē cū ſumatur pro agno paſchali, & pro panibus azymis & pro ſeptem diebus azymorū: & die prima quæ erat celebris: hic ſumitur vl timo modo ſecundū. S. Tho. Dies ergo ante diē paſchæ fuit feria. v. & nō feria iiij. vt volūt Græci, & cōſequēter Chri ſtus nō cōſecrauit in fermentato: vt die cūt (ſciens q̄a venit hora eius, vt trā eat ex hoc mundo ad patrē) & cōſequē ter faciat paſcha id eſt tranſitum (cum dilexiſſet ſuos) familiares præcipuè. Di cit enim. S. Tho. ꝙ aliqui ſunt ſui per creationem. Io. j. Sui eum non recepe runt Aliqui per redemptionē id eſt da ti ei per fidem Io. xvij. Tui erat, & mihi eos dediſti. Aliqui ſpeciali deuotione. j. Paral. xij. Tui ſumus ô Dauid. Primos diligit conſeruando eis bona naturæ. & ſecundos conſeruando eis bona gra tiæ alios verò ſpiritualiter conſolando Hæc ille (qui erant in mūdo) ad diffe rentiam mortuorū, qui etiā erant ſui, in quātum ſperauerunt liberari per eum: qui nō tātum indigent dilectione eius vt exiſtentes inmundo ſecūdum ſanc. Tho. (in finem) id eſt circa finem vi tæ ſuæ dilexit eos, maiora. ſ. dilectio nis ſigna oſtendens, ꝙ prius ſecundum Chry. vt præparet eos ad triſtia ſuper uentura. Vel ſecundum Augu. in finem id eſt in ſe, vel in æternā vitam: quæ

& eſt finis id eſt cauſa finalis quaſi dice ret. Ad hoc dilexit, vt ſaluaret. Vel ſe cundum eūdē: in finem, id eſt vſque ad hoc, vt pro eis mortem ſuſtineret quæ eſt fidis id eſt terminus, (Et cœna) in qua edebant agnum paſchalem (facta) id eſt præparata ſecundū Augu. non au tem conſumpta, & tranſacta. Adhuc enim, vt ait, cœnabantur quando pedes I diſcipulorum lauit permanētia enim vt puta homo dicuntur facta etiam ſi ſint præſentia: non autem ſucceſsiua: vt motus. quę fieri eſt tranſire: & facta eſſe tranſiuiſſe (cum Diabolus iam mi ſiſſet in cor.) Eſt autem notandū quòd omnia inferiora corpora obediunt ſpi ritibus Angelicis: etiam malis ad nu tum: ſicut humanum corpus animæ vt docet. ſ. Tho. j. q cv. ij. di. vij. iij. contra Gen. c. cliij. Q C ergo fieri poſſunt mo tu locali horum corpora ſubſunt eo rū poteſtati. Nullam tamē poteſt Dia bolus imprimere formam ſine motu lo cali. Si ergo per cor intelligamus in tellectum: non poteſt Diabolus in illud imprimere aliquam formam immediatè: ſed tamen poteſt moue re ſpiritus corporeos in quibus ſunt phantaſmata, & ſic reducere imagina D tionem in actum imaginandi: & conſe quenter imprimi per illam intellectui poſsibili ſpeciē intelligibilem: vel ad actū reducit iam impreſſam: qua actu cōſideret rem imaginatam. Nec obſtat ꝙ ad iſtam impreſsionem non ſufficit phantaſia: ſed requiritur intellectus agens: quia iſte intellectus neceſſario agit prętente phantaſmate. Ideo niſi vo luntas auertat imaginatiuam: neceſ ſario intellectus poſsibilis conſidera bit de re imaginata. Nec tamen ex hoc E ſequitur quòd Diabolus ſciat particulariter quid cogitē: licet ſciat de quo cogitē: quia eadem ſpecie intelligibili: poteſt intellectus poſsibilis vti ad diuerſos conceptus formandos: ſecundum qund placet voluntati. vt dicit. ſ. Tho. in multis locis. Sicut autem actum voluntatis ſcire non poteſt: ita neque hunc, vel illum vſum ſpeciei: licet nouerit vſum ſpeciei in communi. F Stante enim phātaſmate mulieris ſcit ꝙ de illa cogito: ſed non ſcit quid: vtrum ſcilicet abhorrendo peccatum: & imperfectionem muliebrem: vel cōplacendo in corporalibus illecebris. Si autē per cor intelligatur voluntas du pliciter poteſt aliquid mitti in cor. Vno modo mouendo ipſam voluntatē ab intra, vt illud velit: & ſic ſolū à ſe & à Deo mouetur: vt docens. Tho. j. q. G cv. ij. q. vj. Mat. iij. ar. iiij. cōtra Gen. iij. c. lxxxviij. Alio modo ſuggerendo vo luntati: quod fit dum aliquid oſtendi tur ei, vt bonum: & ſic immittit homo in cor per ſenſus corporeos ſuadendo. Diabolus autē & per ſenſus corporeos, & vlterius mouendo imaginatiuam & intellectum modo prædicto. Quia tamen voluntas poteſt aduertere imaginatiuam ab imaginando: intelle H ctum à conſiderando aliquid: & quia ſtante conſideratione de aliquo po teſt mouere intellectum ad bene, vel malè de illo cogitandum ideo volun tas libera eſt: nec cogitur tali ſug geſtione (vt traderet eum Iudas Si monis) ſcilicet filius proditor ne quiſsimus, atque homicida ſui ip ſius (Scariothis) Deſcribitur autem

I hoc tempus vt magis appareat inde ne
quitia ſecundū Chry. qui inter tot cha
ritatis,& humilitatis ſigna tam nefan
da cogitabat. Et etiā ad oſtendendā xp̄i
ad inimicos charitatē ſecundum S. Th
(ſciens quia oīa).i. prodito rē & inſe
cutores ſecundum Aug.& Gre. Vel oīa
ideſt opera & potētiā patris ſcdm Ori.
Vel omnia.i. ſaluté oīm ſecundū Chry
ſo.& Theo.(dedit ei p̄ in manus) quia
K inquantū homo & inquantū deus acce
pit à patre quicquid habuit licet inquā
tum homo acceperit à patre & à ſe,& à
ſpirituſſancto, inquantum autē deus à
patre ſolū (& quia à deo exiit) per æter
nam gn̄ationē,& mirabilem corpis ſui
formationem & mirabiliorē imo ſum
mæ mirabilē carnis aſſumptionem (ad
deum vadit) per immenſam dilectionē
L qua gloriā corpis meruit & per doloro
ſam paſsionē. quia redemit omne ſup
poſitum humani gn̄is,& per glorioſam
reſurrectionē in qua viuet inæternum
(ſurgit à cœna) vt.ſ. lauaret diſcipulo
rum pedes. Sed quare præmittit, ſciēs
quia oīa &c. Dico ꝙ hoc factū eſt pri
mò vt cōmēdabilis: appareret actus hu
militatis ſtatim exercendus. Secundò,
ne quis crederet ꝙ eius glorię aliquid
deperiret ex actu vili. Ecce ergo præpa
M rationē lotionis. ¶ In hac parte eſt mo
rale documentū, vt quilibet habeat cu
ſtodiam ſuæ mentis: quia diabolus pōt
immittere multa mala, vt dictum eſt
Prouer. iiij. Omni cuſtodia ſerua cor
tuum.i. mentem qm̄ ex ipſo vita proce
dit: imo & mors. ¶ Quantum ad ſecun
dum tangitur ipſa ablutio. cum dicitur
(Et ponit). i. deponit (veſtimenta ſua)
ſuperiora.i. pallium vt expeditior eſſet
(Et cū accepiſſet lintheum præcinxit N
ſe) vt inde lotos pedes detergeret. (De
inde miſit aquā in peluim) manibus pro
priis (& cœpit lauare pedes diſcipulo
rum: & extergere lintheo quo erat præ
cinctus) Chry. vide qualiter humilita
tem dās oſtendit non ſolum in lauando
pedes ſed etiā aliter. Nō enim antequā
recumberet licet poſtquam receſſerūt
omnes nunc ſurrexit. Deinde non ſolū O
lauit ſed veſtimenta deponit lintheum
præcingit & peluim implet,& non alii
implere iuſsit, ſed omnia operatur oſtē
dens ꝙ cum omni ſtudio oportet talia
facere. Hæc ille. (Venit ergo ad Simo
nem petrum: & dicit ei Petrus. Dñe, tu
mihi lauas pedes. ¶ Eſt autē hic qō: qa
videtur ꝙ iā alii fuerint loti aute Pe
trum quia p̄miſſum eſt cœpit lauare
&c. quare ergo alii non contradixerunt P
chriſto? Ad hoc dico ꝙ circa hoc eſt tri
plex opinio. Orige. enim dicit ꝙ ſicut
medicus plurimorū infirmantium cu
ræ intentus incipit curā à magis iodi
gētibus, ita chriſtus cœpit lauare pedes
ſordidos à ſordidis magis: ita ꝙ vltimo
venit ad Petrum qui. ſ. ratione magni
feruoris pedes ſpirituales habuit mun
diores. Et hoc videnē ſonare verba euā
gelii dicentis cœpit lauare pedes diſci- O
pulorū. & deinde ſequit̄. venit ergo &c.
Chryſ. autē dicit ꝙ lauare cœpit à pri
mis ſed proditor tanquam ſtultus, & ſa
perbus ad pedum lotionē p̄ueniē pe
trum qui magiſtrum reuerebatur. Ali
quis enim p̄ueniet Petrū: quia cœpit
quit lauare pedes diſcipulorū & nullus
hoc p̄ſumpſiſſet niſi Iudas Aug. verò
dicit quod pri° venit ad petrū. ita quod
euangeliſta more ſuo proponit totum fa

A factum di. Cæpit lauare pedes diſcipu
lorum: & poſtmodum ponit modum di
cens. Venit ergo &c. ¶ Ad quæſtionem
igitur dicūt Theo. & Chryſ. quod ſolus
Iudas ſtultus ante petrū lauit, quod col
ligitur, quia aliquis ante Petrum fuit
lotus, vt innuit textus. & null° niſi ſtul
tus proditor hoc p̄ſumpſiſſet. Orige.
autem dicit ꝙ omnes alii cogitauerunt
B quod tantus doctor ſine cauſa id non
faceret: & timore quodam verebantur.
Petrus autem ſemper feruidus ad inſi
nuanda quæ ſibi meliora videbantur,&
nihil aliud cogitans niſi reuerētiam ad
magiſtrum & ex amore magno fiduciā
aſſumens contradixit. Augu. verò dicit
quod petrus tanquam primus lotus eſt
prior. Quādo ergo pedes lauare cœpit
venit ad eum à quo cæpit. videlicet Pe
trum qui expauit ſicut & quilibet alio- P
C rum expauiſſet (Rñdit Ieſus,& dixit ei.
Quod ego facio). i. propter quod hoc
facio (tu neſcis modo: ſcies autem poſt
ea.) Faciebat enim illud non propter
ablutionem pedū, ſed in exemplum hu
militatis quod ſciuit Petrus poſteà chri
ſto docente: & in myſterium internæ
ablutionis quæ ſolum fit per chriſtum
inſtituentē ſacramēta nouæ legis quod
D etiam poſteà Petrus ſciuit repletus ſpi
rituſſancto. Aug. Nec tamen ille domi
nici facti altitudinem exterius permit
tit fieri quod cur fieret ignorabat, ſed
vſq; ad ſuos pedes humilem Chriſtum
videre non poteſt ſubſiſtere. Hæc ille.
Nam ſequitur. Dicit ei Petrus, non la
uabis mihi pedes in æternum) hoc eſt:
nunquam hoc patiar ſecundum Augu.
Hoc quippe, inquit, in æternum non fit
quod nunquam fit. Ex hoc autem ſecū- E
dum Originem patet quod aliquis ſe
cundum purum propoſitū propter igno
rantiā poteſt velle quod non expedit:
& nolle quod expedit. (Rñdit ei Ieſus.
Si non lauero te) id eſt pedes tuos totū
ſumendo pro parte (non habebis partē
mecum) ideſt in cœlo. Et hoc planum
eſt de lotione ſignata. i. interrori, quia
in paradiſum nihil inquinatum ingre
ditur. Et etiam de lotione ſignificante, F
& exercitata. i. de iſta corporali, quia li
cet ſecundum ſe non eſſet neceſſaria ad
ſalutem tamē ex præcepto chriſti quod
virtualiter in eius verbis continebatur
erat neceſſaria. Dicit enim S. Th. quod
ſicut quædā ſunt prohibita, quia mala:
quædam vero mala, quia prohibita: ita
quædam ſunt p̄cepta, quia neceſſaria
& quædam neceſſaria: quia p̄cepta vt
iſta ablutio. Et vt dicit Chry. Chriſtus
non dixit cuius gratia id faceret ſed im G
poſuit minas: quia aliter non fuiſſet pe
trus ſuaſus (Rñdit ei Petrus.) Qui inter
omnia maximè timebat à Chriſto ſepa
rari ſecundum Chry. (Domine non tm̄
pe.m. ſed & manus & caput.) Dicit au
tem Th. quod ſicut in homine ſunt tria
ſcilicet ſupremum, medium, & infimū
ideſt caput, manus, & pedes: ita in homi
ne interiori ſimiliter ſunt tria: id eſt, ra
tio ſuperior qua anima inhæret deo: & H
inferior quæ vacat operibus vitæ acti
uæ & ſenſualitas. Sciebat autem domi
nus diſcipulos eſſe mundos quò ad ca
put quia erant deo coniuncti per fidem
& charitatem: & quantū ad manus quia
eorum opera erant ſancta, ſed non quò
ad pedes. i. aliquos effectus terrenorū.
Et ideo ſubditur. Dixit ei Ieſus. Qui
lotus eſt). ſ. per baptiſmum ſecundum

I Augu.(non indiget) si non superueniat mortale (nisi vt pedes lauet). i. humanos affectus secundū Augu. siue quibus post baptismum præsens vita non ducitur. ideo alia membra non est necesse lauare. (Et vos mūdi estis). s. per baptismum. Sicut enim Dicit Aug. & S. Tho. ex hoc loco intelligimus illos fuisse baptizatos baptismo Ioannis secundum aliquos vel baptismo christi ꝙ rationa
K bilius est, vt dicunt. Sed cōtra quia christus non baptizabat: sed discipuli eius Io. iij. ad hoc dicit S. Tho. ꝙ non baptizabat turbas, baptizauit tamen discipulos tanquam familiares. Hæc ille. Pōt etiā dici ꝙ se inuicē baptizaret: sed primum est verius. Vnde dicit Augu. Nec christus tenuit, inquit, baptizandi mysteriū, vt baptizatos haberet seruos per quos alios baptizaret qui nō defuit humi
L litatis ministerio qū eis pedes lauit (sed non oēs) quia munditiæ baptismali Iudas superaddidit mortalē peccatū à quo solo dicitur homo immundus sicut à veniale dicit immundos habere pedes. (Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum propterea dixit non estis mundi oēs. ¶ In hac parte est moraledo cumentum vt frequenter pedes abluamus per confessionē etiam si sine mor-
M tali viuamus, quia non pōt cum pedum munditia terra calcari. i. pñs vita duci, Orig. Impossibile puto nō contaminari extrema animæ & infima eius quanquam quo ad homines perfectus quis esse putetur. Plurimi autem etiam post baptismum replentur puluere scelerū vsq; ad virticem. Qui verò legitimè discipuli christi sunt erga solos pedes indigent lotione. Hæc ille. ¶ Quantū ad tertium tangitur admonitio quam christus de facto suo fecit, cum dicitur (Postquam ergo lauit pedes eorū accepit vestimenta sua) vt decētius doceret. Alias enim habitus decet ministrantē qui debet esse expeditus. & alius docentē, qui debet esse grauis. (Et cum recubuisset iterum dicit eis) volens Petro exponere quod nesciebat secundum Aug. (Scitis quid fecerim vobis.) Ori. Quod vel interrogatiuè proferatur vt ostendat factī magnitudinē, vel imperatiuè vt eorum erigat intellectū. Hęc ille. (Vos vocatis me) hoc noīe quod est (magister & dñe & bene). i. verè (dicitis. Sum etenim) quia ipse illuminat oēm hominē. Ioā. j. & cōsequenter est principalis magister & omnia non solū sunt sua: sed sunt ab illo facta. Nec tñ in hoc christus est arrogans secundū Aug. quia qui super oīa & non potest superbire, & vt idē dicit: nullus deū nosset si non se indicet tpe quæ nouit. Ideo nō propter se sed propter eos seipsum laudat. Et intendit ꝙ seipsum cōmēdare est cōmendabile qū non adest periculū superbiendi & hoc ipsum vtile est aliis sicut & apostolus se cōmendauit. ij. Cor. xj. & idē dicit. S. Th. (Si ergo ego laui pedes vestros dñs & magister, & vos) à fortiori, vt dicit Chryso. (debetis) debito necessitatis in
O mo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habēs alabastrum vnguenti ptiosi: & effudit sup caput ipsius recūbentis. Viden tes aūt discipuli indignati sunt dicētes. Vt qd pditio hæc? Potuit enim vnguentum istud venundari multò & dari pauperi

A autem in hac parte documētum literale humilitatis, & pietatis ad proximos: de quo dās, ait, (Exemplum enim dedi vobis) non vt illud solum memoriæ cōmendetis aut prædicetis. (sed vt quemadmodum ego feci: ita & vos facietis.

In die parascæues.

Passio domi. nostri Iesu Christi secundum Matt. cap. xxvj.

SCitis quia post biduum pascha fiet & Filius hominis tradeturvtcrucifigatur
C Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas: & cōcilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autē. Non in die festo ne fortè tumultus fieret in populo. Cū aūt esset Iesus in Bethania ī do

B Sciens autem Iesus ait illis Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me: nā semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis, mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit: Amen dico vobis vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius. Tunc abiit vnus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotum: & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum
G tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat oportunitatem vt eum traderet. Prima autem die Azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, vbi vis paremus tibi, comedere Pascha. At Iesus dixit, Ite in
H ciuitatem, ad quendam: & dicite ei, Magister dicit, tempus meum prope est: apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & paraverunt Pascha. Vespere autem

E tem facto discumbebat cũ duo decim discipulis suis. Et edenti bus illis dixit, Amẽ dico vobis quia vnus vestrũ me traditurus est. Et contristati valde cœperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine? At ipse respõ dens, ait. Qui intingit mecum K manũ in parapside, hic me tradet. Filius quidẽ hominis vadit sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi per quẽ filiꝰ hominis tradetur, Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autẽ Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid L ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti. Cœnãtibus autem eis: accepit Iesus panẽ, & benedixit, ac fregit: deditque discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite: Hoc est corpus meũ. Et accipiens calicẽ, gratias egit: & dedit illis dicens, Bibite ex hoc M omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorũ. Dico autẽ vobis, Non bibã à modo de hoc genimine vitis vsq; in diem illum, cũ illud bibã vobiscũ nouũ in regno patris mei. Et hym no dicto ierũt in mõtẽ oliueti N Tunc dixit illis Iesus, Omnes vos scãdalũ patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est enim percutiã pastorẽ, & dispergentur oues gregis. Postquã autem resurrexero præcedã vos in Galileã. Respondens autẽ Petrus, O ait illi, Et si omnes scãdalizati fuerint in te: ego nunquã scãdalizabor. Ait illi Iesus, Amen dico tibi quia in hac nocte antequã gallus cãtet, ter me negabis. Ait illi Petrus, etiã si oportuerit me mori tecũ, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt, Tũc venit Iesus P cum illis in villam que dicitur Genthsemani: & dixit discipulis suis, Sedete hic, donec vadã illuc, & orẽ. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedei, cœpit contristari, & mestus esse. Tũc Q ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortẽ: Sustinete hic, & vigilate mecũ. Et progressus pusillũ, procidit in faciẽ suam, orãs, & dicẽs pater si possibile est, transeat à me calix iste. Verũtamẽ nõ sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes & dixit

A & dixit petro, Sic nõ potuistis vna hora vigilare mecũ: Vigilate, & orate vt non intretis intẽtationẽ. Spiritus quidẽ promptus est: caro autẽ infirma. Iterũ secũdò abiit, & orauit dicẽs Pater mi si nõ potest hic calix trãsire nisi bibã illũ: fiat voluntas tua. Et venit iterũ, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorũ granati. Et relictis illis, iterũ abiit, & orauit tertiò, eundẽ sermonẽ dicẽs: Tũc venit ad discipulos suos, Et dicit illis, Dormite iam, & requiescite: Ecce appropinquabit hora C & filiꝰ hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite, eamus: ecce, appropinquabit qui me tradet. Adhuc illo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cũ eo turba multa cũ gladiis, & fustibus, missi à principibus sacerdotũ, & senioribus D populi. Qui autẽ tradiditeũ, dedit eis signũ, dicẽs. Quẽcũque osculatus fuero, ipse est tenete eũ, & confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi: & osculatus est eũ: dixitque illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tũc accesserũt, & manus iniecerũt in Iesum & tenuerunt eũ, Et ecce E vnus ex his qui erãt cũ Iesu: extendẽs manũ exemit gladium suũ, & percutiẽs seruũ principis sacerdotũ: amputauit auriculã eius. Tunc ait illi Iesus. Conuerte gladiũ tuũ in locũ suum. Omnes enim q acceperint gladiũ gladio peribunt, An putas F quia nõ possum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi modò plus quã duodecim legiones angelorũ? quomodo ergo implebuntur scripturę, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquã ad latronẽ existis cũ gladiis, & fustibus cõprehendere me: quotidie apud G vos sedebã in tẽplo docens: & nõ me tenuistis. Hoc autẽ totũ factũ est vt adiplerẽtur scripturæ prophetarũ. Tũc discipuli omnes, relicto eo fugerunt. At illi tenẽtes Iesum, duxerunt ad Caiphã principẽ sacerdotũ, vbi H scribæ & seniores cõuenerant. Petrus autẽ sequebatur eũ à lõge, vsque in atriũ principis sacerdotũ. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, vt videret finẽ. Principes autẽ sacerdotũ, omne cõcilium quærebãt falsum

I sum testimoniũ cõtra Iesum, vt eũ morti traderẽt: & nõ inuenerũt cũ multi falsi testes accessissent: Nouissimè aũt venerũt duo falsi testes. & dixerũt, Hic dixit, Possum destruere tẽplũ dei: & post triduum reedificare illud. Et surgẽs princeps sacerdotũ, ait illi, Nihil respõdes ad
K ea quæ isti aduersum te testificãtur? Iesus aũt tacebat. Et princeps sacerdotũ, ait illi, Adiuro te per deũ viuũ, vt dicas nobis si tu es christus filius dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. Verũtamẽ dico vobis, à modo videbitis fi
L liũ hoĩs sedentẽ, à dextris virtutis dei, & veniẽtẽ in nubib⁹ cœli tũc princeps sacerdotũ scidit vestimẽta sua dicẽs, Blasphemauit: qd adhuc egemus testibus? Ecce nũc audistis blasphemiã? qd vobis videtur? At illi rñdentes, dixerunt, Reus est mortis.
M Tũc expuerũt in faciẽ ei⁹, & colaphis eũ ceciderunt. Alii palmas in faciẽ eius dederũt, dicentes, prophetiza nobis christe, qs est q te percussit? petrus verò sedebat foris in atrio. Et accessit ad eũ vna ancilla dicẽs, Et tu cũ Iesu Galileo eras. At ille ne
N gauit corã omnib⁹ dicẽs, Nescio qd dicis. Exeunte aũt illo ianuã: vidit eũ alia ancilla: & ait his q erãt ibi, & hic erat cũ Iesu Nazareno. Et iterũ negauit cũ iuramẽto: qa nõ noui hominẽ. Et post pusillũ accesseruut q astabãt, & dixerũt Petro. Ve
O rè & tu ex illis es, nã & loquela tua manifestũ te facit. Tũc cœpit detestari, & iurare, qa nõ nouisset hominẽ. Et cõtinuò gall⁹ cãtauit. Et recordat⁹ est Petrus verbi Iesu ꝙ dixerat, priusquã gallus cãtet: ter me negabis. Et egressus foras fleuit amarè. Ma
P nè autẽ facto cõcilium inserunt omnes principes sacerdotũ, & seniores populi aduers⁹ Iesum vt eũ morti traderẽt. Et vinctũ adducerunt eũ, & tradiderunt Põtio Pilato præsidi. Tunc vidẽs Iudas q eũ tradidit ꝙ dãnatus esset pœnitẽtia duct⁹ retulit
Q triginta argẽteos principib⁹ sacerdotũ, & senioribꝰ dicẽs, Peccaui tradẽs sanguinẽ iustũ. At illi dixerũt. Quid ad nos? tu videris: & ꝓiectis argẽteis in templo recessit: & abiens laq̃o se suspẽdit. Principes autẽ sacerdotũ acceptis argẽteis dixerunt,

Non

A Nõ licet mittere eos in corbonã: qa p̃tiũ sanguinis est: Cõcilio autẽ inito emerũt ex illis agrũ figuli, in sepulturã pegrinorũ. Propter hoc vocat⁹ est ager ille Haceldama, hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernũ diẽ Tũc impletũ est, qđ dictũ est ꝑ
B Hieremiã prophetã, dicẽtẽ. Et acceperũt triginta argẽteos pretiũ appretiati quẽ appretiauerũt à filiis Israẽl: & dederũt eos in agrũ figuli, sicut cõstituit mihi Dñs. Iesus autẽ stetit añ pręsidẽ: & interrogauit eũ dicens, tu es rex Iudæorũ? Dicit ei Ie-
C sus, Tu dicis. Et cũ accusaretur à principib⁹ sacerdotũ, & senioribus, nihil rñdit. Tũc dicit illi Pilat⁹, nõ rudis quãta aduersũ te dicnt testimonia? & nõ rñdit ad illũ verbũ: ita vt miraretur præses vehemẽter: per diem aũt
D solẽnẽ cõsueuerat præses dimittere populo vnũ vinctũ quẽ voluissent. Habebat aũt tunc vnũ vinctũ insignẽ q dicebatur Barabas. Cõgregatis ergo illis Pilatus dixit, Quẽ vultis dimittã vobis Barrabã, an Iesum qui dicitur christus: Sciebat enim ꝙ ꝑ inuidiã tradidissent eũ. Se-
E dente autem illo pro tribunali: misit ad eum vxor eius dicens, nihil tibi, & iusto illi: multa enim passa sum hodie: ꝑ visum propter eũ. Principes ãt sacerdotũ, & seniores persuaserunt populis vt peterent Barrabam: Iesum verò perderẽt, rursus ãt
F præses ait illis, Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? at illi dixerũt: Barrabã. Dixit illis pilatus. Quid igitur faciã de Iesu q̃ dicitur christ⁹. Dicũt omnes, crucifigatur. Ait illis præses, quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt dicentes. Crucifi-
G gatur. Vidẽs autẽ pilatus quia nihil proficeret sed magis tumultus fieret accepta aqua lauit manus coram populo, dicẽs Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens vniuersus popul⁹ dixit, Sãguis eius super nos, & su
H per filios nostros: Tũc dimisit illis Barrabam: Iesum autẽ flagellatum, tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio congregauerũt ad eum vniuersam cohortẽ. Exeũtes eũ chalmidẽ coccineã circũdederũt ei.

Et

I Et plectentes coronã de ſpinis
poſuerunt ſuper caput eius: &
arundinem in dextera eius. Et
genu flexo ante eum illudebãt
ei, dicentes, Aue rex Iudæorũ.
Et expuẽtes in eum acceperũt
arundinẽ: & percutiebãt in ca-
put eius. Et poſtquàm illuſe-
K runt ei exuerunt eum chlamy-
de: & iuduerunt eum veſtimẽ-
tis eius, & deduxerunt eum vt
crucifigerẽt: Exeuntes autem
inuenerũt hominẽ Cyreneum
nomine Simonem: hunc anga
riauerũt vt tolleret crucẽ eius,
& venerunt in locũ qui dicitur
L Golgotha, quod eſt Caluariæ
locus. Et dederunt ei bibere vi-
num cum felle mixtũ, & cum
guſtaſſet noluit bibere. Poſt-
quàm autẽ crucifixerunt eum,
diuiſerunt veſtimẽta eius, ſortẽ
mittentes: vt impleretur quod
dictum eſt per prophetã dicẽ-
M tem, diuiſerunt ſibi veſtimẽta
mea: & ſuper veſtẽ meam miſe
runt ſortẽ. Et ſedẽtes ſeruabãt
eum. & impoſuerunt ſuper ca-
put eius cauſam ipſius ſcriptã,
Hic eſt Ieſus Rex Iudæorum.
Tunc crucifixi ſunt cũ eo duo
latrones: vn9 à dextris, & vnus
à ſeneſtris. Prætereuntes autẽ N
blaſphemabãt eum: mouentes
capita ſua, & dicẽtes, Vah qui
deſtruis tẽplum Dei: & in tri-
duo illud reædificas. Salua te-
metipſum. Si filius Dei es, de-
ſcende de cruce. Similiter &
principes ſacerdotũ illudentes
cum Scribis, & ſenioribus, di- O
cebãt, Alios ſaluos fecit: ſeipm
non poteſt ſaluũ facere. Si Rex
Iſrael eſt deſcẽdat nunc de cru-
ce, & credimus ei. Confidit in
Deo: liberet eum nunc ſi vult.
Dixit enim, quia filius Dei ſum.
Idipſum autẽ & latrones qui
crucifixi erant cũ eo, improp- P
rabant ei. A ſexta autẽ hora te-
nebræ factę ſunt ſuper vniuer-
ſam terrã: vſque ad horã nonã.
Et circa horã nonam clamauit
Ieſus voce magna dicens, Heli
heli lamazabathani, Hoc eſt,
Deus meus, Deus meus, vt quid
dereliquiſti me. Quidã autẽ il-
lic ſtãtes, & audientes, dicebãt,
Heliã vocat iſte: & cõtinuo cur
rens vnus ex eis acceptã ſpon-
giam impleuit aceto, & impo-
ſuit arũdini, & dabat ei bibere.
Cæteri verò dicebant, Sine vi-
deamus an veniat Helias libe-

A rans eum. Ieſus autem iterum
clamans voce magna emiſit ſpi
ritum. Et ecce velũ templi ſciſ-
ſum eſt in duas partes, à ſum-
mo vſq; deorſum: & terra mo-
ta eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: &
monumẽta aperta ſunt: & mul
ta corpora ſanctorum qui dor-
B mierũt ſurrexerunt. Et exeun-
tes de monumentis poſt reſur-
rectionẽ eius venerunt in San-
ctam ciuitatem: & apparuerũt
multis. Centurio autem, & qui
cum eo erant cuſtodientes Ie-
ſum: viſo terræ motu & his que
fiebant: timuerunt valde dicen
C tes, Vere filius Dei erat iſte.
Erant autem ibi mulieres mul-
tæ à longè: quæ ſecutæ erãt Ie-
ſum à Galilæa: miniſtrantes ei.
Inter quas erat Maria Magda-
lenę: & Maria Iacobi & Ioſeph
mater: & mater filiorum Zebe-
D dæi. Cum autẽ ſero factum eſ-
ſet, venit quidã homo dines ab
Arimathæa, nomine Ioſeph,
qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu.
Hic acceſsit ad Pilatum, & pe-
tiit corpus Ieſu. Tunc Pilatus
iuſsit reddi corpus. Et accepto
corpore, Ioſeph inuoluit illud
in ſyndone munda. & poſuit il-
lud in monumẽto ſuo nouo E
quod exciderat in petra. Et ad-
uoluit ſaxũ magnũ ad oſtium
monumẽti, & abiit. Erãt autem
ibi Maria Magdalene & altera
Maria ſedẽtes cõtra ſepulchrũ.

SCITIS QVIA POST biduũ Paſcha fiet &c.) Mat. xxvj. Circa paſsionem do- F
mini noſtri Ieſu Chriſti ab Euangeliſtis tanguntur tria puncta. ſ. Quomodo Chriſtus fuit ꝓditus, Quomodo captus, Et quomodo ſentẽtiatus. ¶ Quãtum ad primum ſciendum eſt ꝙ principium huius proditionis fuit vnguentũ effuſum. Sicut enim narrat. b. Io. Euãgeliſta. Chriſtus Lazarũ quatriduanũ reſuſcitauit, & hoc ſecundũ Ma. hi. fuit factũ fer. vj. ante dñicam de paſ- G
ſione: quia tali die creditur factũ quali die legitur. Iſtud miraculũ fuit magnũ & patens ita ꝙ negãri nõ potuit: cũ fue rit preſens multitudo Iudæorũ notabilis. Vnde totus mundus poſt Chriſtum abiit vt dicitur Io. xij. i. tota gẽs Iudaica. Et eſt hyperbole. quia. ſ. maior pars illius populi admirabãt Chriſtũ. Ideo Iudæorũ principes ſtatim in dñica ſequenti quæ dicitur de paſsione: vel ſe- H
cundũ aliquos in ſabbato prędicti cõgregati ſunt ad cõciliandum de morte Chriſti, dicẽtes, Quid facimus: quia hic homo multa ſigna facit &c. vt dictũ eſt fer. vj. præcedẽti. Chriſtus ergo abiit in regionẽ iuxta deſertũ &c. vt ibi habes. Sed ſicut idẽ Io. narrat. ante ſex dies Paſchæ. i. ſabbato ante dñicam oliuarum Chriſt' exiit de deſerto & venit in Be-

I thaniã vt habes fer.ij.post diem olivarum. Et in crastinũ.i.die oliuarũ intrauit Hierusalẽ cum magna gloria, & sero rediit in Bethaniã. Et idem fecit die lunæ,& die martis in die autẽ mercurii quæ fuit in Hierusalẽ.In die ergo martis seu fer.iij.dixit discipulis suis(Scitis quia post biduũ).i.die iouis, seu fer.v. (Pascha fiet)secundũ Amb.Pascha est nomẽ Græcũ & significat passionẽ se-
K cundũ Aug.vero & Hie.est Hebraicũ & significat transitũ eo.s.vt dicit Hier.ꝙ angelus percutiẽs AEgyptios vidẽs domos filiorum Israel signatas sanguine agni trãsibat eas nõ lædẽs. vel quia vt dicit. Ipse dãs præbens auxiliũ populo suo desuper ambulauit. Vel fortè:quia populus Dei transiuit mare rubrũ:& à seruitute in libertatẽ. de hoc dictũ est.
L ꝛ.fer.v.Est autem sicut ibi dictũ est pascha nomẽ equiuocũ in diuersis linguis diuersa significans. Imo in eadẽ lingua hebraica est equiuocũ,vel analogũ.Nã sicut dicit Ma.Hist.&.S.Tho.iij.q.xlvj.& colligit ex diuersis locis scripturæ pascha significat quatuor.s.agnũ paschalem:& panes azymos & primã diẽ azymorũ,& omnes dies azymorũ sequẽtes. Hic autẽ sumit Pascha pro agno vt dicat (Pascha fiet).i.immolabit agnus ꝙ
M vt dicit Theo.in die palmarũ.i.decima die mẽsis segregabatur à grege &.xiiij. i.die iouis ad vesperã immolabat. Et si quæratur: vnde ortũ habet ista festiuitas. Dicit Gorrã:ꝙ eam Deus instituit ꝓpter tria. Primò, propter mũdi illo tẽpore creationẽ:& eiusdẽ animã renouationẽ. Et secũdò, propter populi Israelitici de AEgyptiaca seruitute liberationẽ. Et tertiò, propter filii futurã tẽpore illo incarnationẽ. Et quartò, propter mũdi liberationẽ: ꝙ a secundũ Gl. Luc.ij.xxv.martii cõceptus est dñs, & eadẽ die crucifixus. ¶ Sed hic est quæstio : quare dicit Scitis quia post biduũ Pascha fiet:deinde subdit post pauca de cõuiuio facto in Bethania : de quo dicit Io.ꝙ fuit ante sex dies paschę.Aug.autem de cõsen.Euã.soluit.quia Io.de illo cõuiuio locutus est secũdum ordinẽ hi,Mat.autẽ & Lu.recapitulãdo tantũ,s. vt ostẽdant occasionẽ proditionis(& fi-
O lius hois).i.ipse Christus:ꝙ sic se appellat causa humilitatis : cùm se posset dicere filiũ Dei(tradẽt) Christus sicut dicit Orĩ.fuit traditus primo à Deo Patre passioni propter misericordiã. Sicut enim dicit.S.Tho.iij.q.xlvij. Deus Christũ tradidit passioni inquãtum eũ præordinauit pati:& inquantũ ei dedit
P charitatẽ qua voluit pati : & inquantũ ei auxiliũ in passione nõ attulit liberãdo eum à morte.Secũdò,à Iuda Iudæis gẽtibus:Pilato.s.& eius ministris propter auaritiã.Tertiò à Iudæis gẽtibus:Pilato.s.& eius ministris propter inuidiã. Quartò à Diabolo mortẽ:propter timorẽ ne prędicãdo totũ genꝰ humanũ de manibus eius liberaret:nõ advertẽte ꝙ hoc magis per mortẽ quàm p
Q doctrinã faceret:possumus etiã addere ꝙ ipse seipsum tradidit ex charitate & ꝙ Pilatus eũ tradidit ministris vt crucifigeret timẽs perdere officiũ suũ (Vt crucifigat) Ly vt, respectu oĩm prædictorũ videt importare finẽ propter quẽ tradebat;nisi respectu Iudæi : qui non tradebat eũ vt morereꝛ ille : sed vt ipse lucraret:quãuis cõsecutiuè traderet eũ, vt morereꝛ.(Tũc).s.ante Pascha secũdum Remig.i.fer.iiij.secundũ Mag.hi.

A (cõgregati sunt)illi.s.de qbus dicit.& hoc quia dicit Ma.hi.audierãt Christũ dicẽtẽ.Nõ me videbitis amodo &c.Vnde timuerũt ne vellet aufugere. In hac die autẽ vt dictũ est voluit Christus esse in Hierusalẽ:vt haberẽt cõsiliãdi tẽpus(Principes sacerdotũ).i.xxiiij.summi sacerdotes:de qbus frequẽter dictũ
a est(& seniores populi).i.iudices ordinarii : de qbus dictũ est fer.iiij.post tertiã dominicã quadrage.)in atriũ principis sacerdotũ) qui aliter erat princeps quã prædicit,quia erat simpliciter summus sacerdos sup omnes qui dicebãt Caiphas)ꝙ vt dicit Iosephus:emerat summum sacerdotiũ:(& cõcilium fecerũt) nõ vt occiderẽt Christũ:quia iã in alio cõcilio erat cõclusum:sed de modo occidẽdi eum sine euasione.Vnde dicit(vt
B Iesum dolo)& in hoc innuit innocẽtia Christi(tenerẽt).i.caperẽt(& occiderẽt) nõ dolosè:sed patẽter:dicebãt autẽ:Nõ in die festo).s.teneret eum debemus(ne forte tumultus fieret in populo) propter diuersas populi volũtates. vt dicit Orig.Quidã enim eum valde amabãt: & quidã valde odiebãt.Vel forte nõ timebant seditionẽ popularium inter se sed totius populi cõtra principes:quia
b maior pars populi fauebat Christo : licet postmodũ fuerit suasi ad oppositũ. Leo Papa in sermone Paschali. Prouidẽtibus igitur principibus ne in sancto die tumultus oriretur : non festiuitati sed facinori studebãt. Seditiones enim fieri turbarum in præcipua solennitate metuebant:non vt populus non peccaret sed ne Christus euaderet. Hæc ille. Sicut autem dicit Chry.mutati sunt ab isto cõcilio. Nam inuento eo qui eum traderet illis in ipsa solẽnitate Christũ, B & tenuerunt, & occiderunt. Solennitas paschalis incipiebat feria quinta ad vesperam : & septẽ diebus durabat. Sicut autẽ dicit Mag.Hist.traditorẽ sic inuenerunt : quia Iudas audiens eos cõgregatos:iuit ad eos actualiter existẽtes in concilio.Et quia audiuerat Christũ moriturum existimauit quòd nõ resurgeret : ideo interim voluit aliqd pro eius morte lucrari,& eum vẽdidit illis.(Cũ F autẽ esset Iesus in Bethania) Ista quæ hic narratur fuerũt facta sabbato ante dominicã oliuarũ, vt patet Io.xij. Sed tamẽ beatus Matt.recapitulat ea : quia vult dicere occasionẽ proditionis Christi quæ fuit vnguentũ vt dictũ est. Frequentabat autẽ dominus Bethaniã, vt dicit Rab.instante passione. Primo vt resurrectio Lazari altius omniũ memo
G riæ traderet. Secũdò, vt Marie deuotio approbaretur. Tertiò, vt Iudæorũ obstinatio inexcusabilior redderet (In domo Simonis leprosi) qui fuit auũculus Lazari,& sororũ eius. Et vt dicit Hier. & Mag.hi.iam nõ erat Leprosus nisi nomine. Fuerat eñ curatus à dño. Quomodo autem in illa domo facta fuerit Christo cœna in sabbato prædicto habes.ꝛ.fer.ij.post diem palmarũ. (Accessit ad eũ mulier) quæ fuit Maria soror H Lazari: vt patet Ioã.xij.& habes etiã.ꝛ. fer.vj.ante dñicam de passione (habẽs alabastrũ).i.vas de alabastro. Est autẽ alabastrũ secundũ Rab.genus marmoris cãdidi varii coloris:quod optimè cõseruat vnguẽta (vnguenti).i.vnguento plenum (pretiosi) Dicit beatus Ioannes quòd erat nardi pistici.i.fidelis nõ adulterati. s.ex mixtione alterius na-

turæ. Pistis enim græcè: latinè, dicitur fides. Vel pisici secundū Ce. i. mitti ex spicis, & foliis: quod prætiositatem arguit. Vel secundum alios, & secundum Aug. dicitur spicis à loco. Marcus vero dicit nardi spicati, quia. s. pigmentarii spicas, & folia huius herbæ plus cōmendant quā alias partes. Et addidit prętiosi: quia vt dicit Magi. Hist. fuit ista nardus Indica seu de India. Fuit ergo prætiosum: quia fuit nardo. & quia de India: & quia de spicis eius, vel de spicis & foliis. (Et effudit:) Ecce magnificentiam Mariæ (super caput ipsius recumbentis) Vnxit etiā pedes, vt alias dictū est: & habetur Io. xii. Quare autem ista mulier hoc fecerit? & quomodo intelligantur verba quæ hic dicit Christus: vide. s. . feria. ij. post palmas. Sed quare non tardauit vsque post cœnā; Ad hoc dicit Aug. de verbis domini ꝙ cum in illa cœna esset Lazarus qui fuerat mortem expertus: vt de ipsa vel eius dolore ab astantibus interrogaretur: Christus sciens se moriturum in breui tam violenta morte alteratus est in mensa. Quod Maria perpendens ad confortandum eū acceleuerauit vnctionem. (Videntes autem discipuli: indignati sunt dicentes) Sed quare indignabātur alii a Iuda qui non erant latrones cum viderent Christum patienter ferre? Ad hoc dicit Aug. ꝙ Euāgelista posuit plurale pro singulari per synecdochē: quia videtur solus Iudas fuisse locutus contra hoc. vt patet Ioā. xij. Vel sicut dicit Rabanus alii indignati sunt Iuda suggerente: non propter lucrum vt Iudas, sed propter pauperes in veritate (Vt quid perditio hec potuit enim vnguentum istud venūdari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus discipulorum quærelas (Ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me) quia Christus erat pauper, & lassus, & delicatus: & tristis ex memoria futuræ mortis. Et ideo illa eleemosyna fuit bene, & oportunè facta: quia alia debent exhiberi nobili, pauperi: & alia rustico, & tanto magis quanto Christus erat in vitæ extremis. Vnde subditur (Nam semper habebitis pauperes vobiscum: me autem non semper habebitis) scilicet præsentem corporaliter: secus in sacramēto altaris & per gratiā: iuxta illud, Ecce vobiscum sum vsque ad cōsummationem seculi. Mat. vlt. (Mittens enim hæc vnguentū hoc in corpus meum ad sepeliendū me fecit) id est, prævenit vngere corpus meum, more sepeliendorum, quod facere non poterit quando sepeliat ratione festi. & accelerationis resurrectionis meæ. Quod quidem fecit, vel scienter, vel instinctu Dei. (Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc) id est fides mea (in toto mundo dicetur & ꝙ hæc fecit) id est narrabitur ista vnctio (in memoriam eius) id est ad laudem, & gloriam ipsius Marię. Et hoc dixit ne ipsa Dei discipulorum reprehensione erubesceret, vel doleret (Tunc abiit vnus de duodecim) hoc ꝙ dicit tūc secūdū Aug. nō est referendū ad id quod, & recapitulationem interposuit Euāgelista de ista vnctione. Non enim statim post illā iactionē abiit: sed referī ad id ꝙ. s. dictū est das abiit: sed referī ad id ꝙ. s. dictū est cōgregati sunt principes. Tūc enim ad eos abiit Iudas (qui dicebatur Iudas Scarioth) ad differentiā. s. alterius Iudę fratris Iacobi minoris. Erat autē Scarioth villa vnde iste proditor ortus est secundum Rem. (Ad principes sacerdotum) quos audiuerat esse in cōcilio supradicto. (Et ait illis, Quid vultis mihi dare: & ego vobis eū tradā)? s. sine strepitu (At illi) mutantes cōcilium secundū Chry. (constituerunt) id est, promiserunt (ei triginta argenteos) Glo. hic dicit ꝙ eodem pretio venditus est Ioseph. quod secundū aliquos verū est iuxta. lxx. interpretes: tamen secūdū hebraicam veritatē Ioseph est vēdit°. xx. argenteis: vt patet Gen. xxxvij. Hoc tamen non obstante fuit figura venditionis Christi: quia in similibus non oportet esse omnia similia Argenteus autem valet x. nūmos vsuales: & cōsequenter xxx. argenti valebāt trecētos: & sic in morte Christi recuperauit Iudas valorē vnguenti. (Et exinde) id est ab illo tunc (quærebat oportunitatē) s. temporis, & loci (vt illū traderet) sine strepitu, & turbis (Prima autē die Azimorum) id est in die iouis quę erat xiiij. mensis secundū Hie. in qua ad vesperam immolabatur Pascha. sen agn°. & tunc tenebātur Iudæi vesci panibus azymis vsque ad xij. diem eiusdem mēsis, vt habetur Exod. xij. ¶ Sed contra. quia Ioannes dicit hoc faciunt ante diē festum paschæ. Ad hoc ꝙ Ioannes per Pascha capit feria. v. quæ erat solēnis inter dies Azymorum. eo ꝙ in eius vespera immolabatur agnus: secūdum. s. Tho. iij. pari. Alii autē Euangelistæ prima die Aximorum dicunt illam in qua agnus immolabatur, vt patet per san. Tho. super Io. xiij. &. iij. q. lxvj. arti. ix. ad primum circa fi. ¶ Sed aduerte vt ab eodem elicitur super Io. vbi. s. quòd prima dies Azimorum dicebabatur feria sexta quæ erat Pasca. & feria. v. q̄ erat vigilia eius. sed feria sexta primo & per se dicebatur prima dies Azimorum: feria autem quinta solum gratia partis id est siue vespere quæ ad sequentem diem pertinebant. Hanc distinctionem græci non cōsiderantes dicunt ꝙ Christus vna die anticipauit comedere agnū: quē comedit xiij. luna: & cōsequēter ꝙa adhuc Iudęi nō vescebantur Azimis cōsecrauit, vt dicūt, infermentato. Vide autem de his omnibus iij. par. q. xlvj. art. ix. (Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Pascha) id est, ad comedendum agnum pascalē. (Et Iesus dixit. Itē in ciuitatē) scilicet Hierusalem (ad quendam) cuius Christus non expressit nomen: sed tamen vt dicit beatus Mar. dedit discipulis signum quomodo illum cognoscerent, dicēs, ꝙ dum introirent ciuitatem occurreret eis homo baiulans amphoram aquę ad domum illam, in qua volebat agnū comedere. Secundum tamen quod dicit Augu. ly ad quendam: non sunt verba Christi, sed Euangelistæ: Christus autē dixerat quod irent ad patrēfamilias domus, ad quā ferretur aqua (& dicite ei Magister dicit: Tēpus meū prope est) scilicet moriendi (apud te facio) id est facere volo (pascha cū discipulis meis) q. d. Para locū, & necessaria. Iste creditur fuisse discipulus Christi: sed occultus. (& fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus & parauerūt pascha. Vespere autem facto, qua hora debebāt agnus

agnus manducari) discubebat cum xij.discipulis suis.) Ex quo patet quòd proditorem quantũ in se erat reuocabat à scelere:quia non repellebat à cõuiuio.& in hoc ipso ꝙ etiam ostendit se eius proditionem non ignorare: dum dicit (& edentibus illis dixit,Amen dico vobis:quia vnus vestrum me traditurus est.Est contristati valde cœperũt singuli dicere.Nunquid ego sum domine?Apostoli:quidẽ de præsenti sciebãt se non habere conscientiam de tali crimine:sed timebant ne in futurum labe rentur in illud,& de hoc interrogabant Quidam tamen dicunt eos tantum verbis Christi credidisse ꝙ timebãt ne illũ traderent de præsenti directè,vel indirectè:licet hoc in suam conscientia non viderent(At ipse) volens magis in particulari exprimere proditorem:nec tamen volens eum determinare (respondens ait.Qui intingit mecum manũ in parapside) Beatus Marc.dicit : in catino.Sicut autẽ dicit Raba.Parapsis est vas escaruim quadratũ à paribus apsibus id est æquis lateribus dictum.Catinum vero est vas fictile aptum ad cõtinendum liquorem.Et sicut dicit san. Tho.forte idem vas fictile ,& æqualiũ laterum erat,& in eo erat succus lactucarum agrestium secundũ Mag.hist.in quem succũ intingebant bucellas.Secũdum tamen prædictum Mag:istrũ,non dicitur Parapsis:quia quadrangulũ vas esset sed quia parium erat laterum ita quia videtur velle ꝙ latera plura quã quatuor haberet : licet omnia essent æqualia.Et hoc videtur verum quia de illa scutella quæ modo monstratur Ianuæ,& creditur esse istud vas cõstat ꝙ non est quadrilatera,modo,qui eam viderunt dicunt ꝙ videtur figuræ rotundę quasi plures habeat angulos quã quatuor,Quod autẽ sit illud vas signũ est:quia est lapis prætiosissimus tantæ magnitudinis , vt in natura reperi nequeat eiusdem naturæ.Vnde creditur christus vas fictile,aut alteri⁹ materię in hunc lapidem cõmutasse in lapidẽ.s, Smaragdum : vt dicitur (Hic me tradet.¶ Et sic secũdum Mag.illud dictũ Vnus vestrum &c.quod poterat intelligi de duodecim , & aliis per hæc verba restringitur ad duodecim soli cũ Christo intingebant.Et tũc,vt dicit Ioãnes, ipse Ioannes innuẽte Petro quæsiuit a domino : quis esset Qui dixit esse illũ cui daret panẽ intinctum.Sed hoc alii discipuli non aduerterunt:quia silenter dictum est secundũ Mag.Hil.ipse vero Ioannes, aut obdormiuit.aut reuelare aliis non est ausus.Et si queratur quare Petrus per seipsum non interrogauit. Dicitur ideo esse quia prius fuerat in lotione pedum increpatus, timuitque iterum increpari.Sed ꝙ neque ex hoc Iudas à scelere reuocatur:ideo subditur pœna (Filius quidẽ hominis vadit sicut scriptũ est de illo.Vę autem homini illi per quẽ filius hominis tradetur. Bonum ei erat si natus nõ fuisset homo ille) ¶ Sed contra:qui dicit Aug.lib.de libero arbitrio,Consydera quantũ bonum est esse:quod beati , & miseri volunt.Maius est enim esse & miserũ esse quã omnino nõ esse. Hæc ille,Ad hoc etiam est ratio talis.Malũ enim est negatio boni debiti in esse sicut cæcitas ideo quanto plura bona per aliquam negationem remouentur tantò ipsa est maius malũ.Vnde peius est mors quã cæcitas,Ipsum autem nõ esse remouet omne bonum.Ergo est in summũ malum.Nã si quid esset peius illud remoueret plura aut maiora bona : quod est impossibile ? Ad hoc dicitur ꝙ duplex est natiuitas,scilicet ex vtero,cũ homo prodit in lucẽ ex ventre materno.Alia est in vtero,cum homo prodit in lucẽ ex ventre materno,Alia est in vtero cũ anima rationanalis infunditur corpori.De vtroque natiuitatum genere vide Aristotelẽ & Plinum.Et de paima quidem non est dubium ꝙ melius est non fuisse natum quã esse damnatum. Qui enim moritur ente primã natiuitatem,& post secnndã moritur cũ solo originali peccato:& consequentur nullam pænã sensus experitur : sed tantũmodo pœnã dãni.Sed loquendo de secunda:adhuc non est dubium ꝙ melius est sic nõ esse natum id est esse omnino nihil quã esse dãnatum:si in dãnatione intelligimus.& cõsyderamus æternam pœnam & æternã culpã.Potius enim quilibet deberet eligere nihil esse quã committere vnum peccatum mortale:imo etiam veniale.quia quilibet debet plus Deũ quã se & se in Deo quã se diligire cum illũ sit bonum suũ magis.Si vero in dãnatione consyderetur sola pœna:sic est dubiũ Hic.enim tenet ꝙ melius est omnino non esse:quã male esse.Idem videtur tenere.s. Tho,in.iij. di.l.q.ij.vbi videt velle ꝙ dãnati recta ratione appetunt non esse.Sed tamen dis.xlvj.q.ij.ar.ij.q.j.dicit ꝙ Deus punit citra condignũ originale nõ annihilando naturam:allegans illud The.iij. Misericordiæ domini quia non sumus consumpti:& idẽ videt de actuali mortali à fortiori.Quibusdã videt ꝙ esse dãnatũ sit aliquod bonũ omnino autẽ non esse sit nullũ.& consequẽter simpliciter illud est melius.vt dicit Aug.vbi supra vbi dicit ꝙ si Diabolo daretur optio poti⁹ deberet eligere semper miserum esse quã omnino non esse.Vnde ad Hier.põt dici ꝙ loquitur de dãnatione vt includit principalem miseriam id est culpam Ad.s.Tho.in.iiij.di.l.dici posset licet ibi quærat.vtrũ dãnati recta ratione possint appetere non esse tamen in responsione dicit quidẽ :ꝙ hoc possunt ratione deliberata:sed nihil decit de recta uisi intelligetur de recta per accidẽs q̃ est secũdũ qd inquãtũ ꝑ non esse priuantur aliqua pœna naturę vel loquatur de miseria gratia pœnæ & culpæ simul.Quod aũt per.se est tale simpliciter est tale:& cõseq uẽter ipm nõ esse simpliciter peius Vnde concludit Leonti⁹ in suo ꝙlibet ꝙ dãnati appetunt nõ esse ratione deliberata : sed tñ errãte,& non recta.ꝙ verũ fortè est nõ cõsyderata culpa.Quia tñ q̃ dicunt. pro hoc aliquo modo nõ cõcludũt.Ad dictũ Aug.dicit.s.Tho.ꝙ intelligit de ipso nõ esse ꝑ se:sic em nullo mõ habet rõnẽ boni.aut appetibilis.ipm aũt esse miserũ habet aliquã rõnẽ appetibilis.s. ipsum esse.Sed tñ vt dicit ipm nõ esse ꝑ accidẽs.i.inquantũ est priuatiuũ mali.i.pœnæ sic est quoddã bonũ & appetibile.Vnde & dãnati sic appetũt illud. Secundũ aliquos tamẽ Aug.loquit de miseria eorũ qui solũ pro originali puniũtur:sed hunc sensum ea quæ Diabolo dicit euerterunt. ¶ Ad rationem dici potest quòd concludit quòd ipsum non

I non esse per se,& secundum se est pessimum,& nullo modo appetibile:sed secus per accidēs:sicut è conuerso ipsum esse per accidens.i.ratione mali annexa est malum,& odibile.Illa igitur verba bonum erat &c.multipliciter exponuntur.Primò,secundum Rabanū, & Hie. quia melius est omnino non esse quam miserum esse,& bonū ei fuisse non esse natum ex vtero,vel in vtero.Secundò, K iuxta alios exponitur de natiuitate ex vtero.Si enim fuisset ei bonū. i. minus malum, quia solum pro originali puniretur.Et similiter de natiuitate in vtero : quia melius ei fuisset omnino non esse quā esse miserum perfecte. in quò ad pœnam & culpā licet nunquā esset miserumquò ad pœnā tantū.Tertio exponitur de natiuitate spirituali bona per vocationē apostolatū. quia melius L ideſt minus malum fuisset ei non esse vocatum quia ille non commisisset illud scelus:vel mitius fuisset.Et quartò de spirituali mala qua. s. natus est diabolo.'(Rādit autē & Iudas qui tradidit eum dicēs)ne.s. suo silētio seipsum perderet(Nunquid ego sum rabbi)Chrys. Quanuis dās poterat dixisse argentum es paratus accipere & adhuc audes interrogare,nihil eorumdixit mitissimus M Iesus nobis regulas & terminos præfigens. Sequitur enim.(Et ait illi.Tu dixisti.Hæc ille. Et secundum Raba. ipsi Iudæ significauit se hoc scire, sed non aliis qui nō aduerterūt quid dictū esset Postquā verò dās typicū Pascha manducauit voluit instituere sacramētum Eucharistiæ.Item vt dicit S.Tho.iij.q. lxxx.&.iiij.di.xj.christus sumpsit corpus suū & sanguinē secundū Hie.& gl. Ruth.iij.non solum sacramētaliter sed N etiam spiritualiter:quia licet nō fuerit in eo augmentata gratia,tū habuit spiritualem dulcedinē in institutione huius.Vñ dixit.Desyderio desyderaui hoc pascha manducare vobiscum antequā patiar.Et similiter illud dedit Iudæ secundum Diony.in ecclesiastica Hierarchia.& Aug.super Io.licet Hyla. super Mat.dicat appositum. Ipse enim nobis O fuit exemplum iustitiæ:ideo nō debuit peccatorem occultum repellere. Sub bucella tamē Iudas simpliciter panem post quā cōmunicauerat accepit:secundum Aug. & post bucellā augmentatū est peccatum eius vel quia exasperatus est vidēs se deprehensum: vel quia præsumpserat manum cū magistro ad scutellam porrigere vt bonā conscientiam mentiretur. Hæc ex illo. Dicitur ergo (cœnantibus autē eis accepit Iesus pā- P nem)ex quomodo apparet secundū Augu.ad Ianuariū ꝙ non cōicauerunt ieiuni.Et hoc vt dicit saluator fecit vt illud sacramentum maximè eorum imprimeret memoriæ ꝙ non ita fuisset sactum si à principio ista fecisset.Vltimorum enim magis consueuimus reminisci.Placuit tū spiritussancto vt dixit,ꝙ nos ieiuni cōicemus. Secundum Gorra Q aūt post esum agni christus dedit suum corpus discipulis.Primò vt ostenderet finiri legalia sacrificia,& instituī nouū. Secundò vt veritas immediatè succederet figuræ & vmbræ.Tertiò,vt ostenderet hunc cibum esse animæ non corporis: per hoc ꝙ corpore iam saturato datus est. (Et benedixit) quæ benedictio secundum quod innuit S.Th.non fuit consecratio vt patebit(ac fregit,de

A dit;discipulis suis & ait. Accipite, & comedite.Hoc est corpus meum)Contra:quia secundū hoc videt quod prius dederit panē ad manducādum quod cō secrasset,vel ꝙ nō consecrasset his verbis quoq; neutrum conuenit.Ad hoc dicit.S.Tho.in.iiij.dist.viij.sic.Quidā vt etiam Inno.quanuis recitando opinionem aliorū: dicunt ꝙ christus per potestatem excellentiæ sine forma cōsecra B uit:deinde protulit formā qua nos consecraremus.Sed contra quia dicit euangelista quod benedixit ꝙ vtiq; aliquibus verbis factum est.Alii dicunt quod consecrauit sub aliquibus verbis, sed ignotis nobis:nō sub his hoc est corpus meum.Sed contrà,quia sacerdos conse crando ista verba profert, vt tūc à christo prolata.ergo sicut neq; tūc ita neq; nunc efficiunt conuersionem. Alii di- C cunt ꝙ confecit sub prædictis verbis occulte: & postmodum ea protulit secundo publicè.Sed contra quia sacerdos cōsecrās profert ea in persona christi,vt publicè dicta. Ideo alii melius dicunt ꝙ per dicta verba consecrauit, & semel tantum ea protulit. s.tanquā corpus suū exhiberet discipulis,sed tū euā D gelistæ non semper narrant res eo ordine qui gestæ sunt.Hæc ex illo (Et accipiens calicē gratias egit,& dedit illis dicens.Bibite'ex hoc omnes:Hic est enim sanguis meus.)¶ Sciēdum est ꝙ ista nō est preciosa forma sanguinis.Euangelistæ enim non intendebāt tradere sacramentorum formam quæ secundū Dionȳ.&.S. Tho. in primitiua ecclesia debuerunt esse occulta (noui testamenti) subaudi confirmator. Dicitur autē hoc testamentum.i.ordinatio& pactum seu lex Dei nouum quia nouiter ordinatū: E & quia à nouo rege factum; & quia noua habet sacramenta & quia hominem innouat & quia continet nouum mandatum dilectionis vel antiquum nouo modo & noua præmia exponit & spondet : vel antiqua nouo modo (quæ pro multis effundetur in remissionem peccatorum)non dicit pro paucis neq; pro omnibus sed pro multis,quia non venerat vt dicit Remi.vnā gentē tantū sal- F uare sed multos de omnibus gentibus Et quidem quantum ad sufficientiam, & quantum est ex parte christi ille sanguis pro omnibus fusus est : sed quo ad efficaciam solum pro multis)Dico autem vobis non bibam à modo(. i. post hanc cœnam(de hoc genimine vitis).i. de vino quod gignitur à vite. Dicitur enim genimen à gino : sicut germen à G germino(vsq; in diem illum).i.post resurrectionem(cum illud bibam,vobiscum nouum).i.in nouo modo secundū Chry.(in regno patris mei) post resurrectionem.Tunc enim vt idem Chrys. ait, christus bibit vinum nouo modo: quia non indigebat cibis,vt ante nec cibum,vel potum sibi incorporabat.Tūc autem christus bibit in regno Dei quia iam apertum erat : cœlum & ipse erat in anima & incorpore gloriosus.Vel in H regno intelligitur.i.in ecclesia militanti quæ formata est in Christi passione quantum ad istum statum,quem modo habet : licet eadem fuerit à principio mundi cum per passionem acquisiuerit sibi regnum (Et hymno dicto:)scilicet pro gratiarum actione(exierunt in mōtem oliueti.)Beatus Marcus dicit quod venerunt ad prædium, quod dicitur

I gethſemani.Beatus autem Ioannes dicit:quòd egreſſus Ieſus ibat trans torrentem cedron.Et omnia ſunt vera:qa in radice montis olueti erat illud prædium:ad quod ex ciuitate non patebat acceſſus : niſi tranſito torrẽte prædicto Sic ergo patet primũ. ſ.quomodo chriſtus fuit proditus à Iuda. ¶ Quantũ ad ſecundum. ſ. quo chriſtus fuit captus. Sciendum eſt, q̃ Iudas poſt bucellam K ſumptam de manu chriſti vt dicit b.Io. exiuit foras ad accipiendum milites vt caperet chriſtum quem credebat iturũ illuc quò frequenter ibat.ſ.in montem oliuarum(tunc dicit illis Ieſus.Omnes vos ſcãdalum).i.ruinam (patiemini in me).i.occaſione mei(in iſta nocte)quia ego capiar,& vos fugietis. (Scriptũ eſt enim)Zacha.xiij. (Percutiam paſtorẽ) ideſt chriſtum,(& diſpergent oues gre L gis).i.diſcipuli.Eſt tñ ſciendũ : vt dicit Mag.hiſto. q̃ in zacharia non ſunt iſta verba,ſed iſta ſententia.Nam ibi ponitur oratio prophetæ ad dñm dicentis, Percute paſtorẽ & diſpergent oues gregis.Hic autem ponitur vt ait reſponſio domini.exaudientis orationẽ prophetę & dicentis, Percutiam &c. (Poſtquàm autem reſurrexero præcedam vos in Galileam) cum iſta dicat ad conſolan- M dum deſtitutos ſpecialiter de Galilea facit mentionem, vt intelligerẽt quod eum viderent in loco,in quo non timerent Iudeos vt ait Chryſ. Reſpondens autem Petrus)tanquam feruens,& qui ſe fortem putabat (ait illi , Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nũquam ſcandalizabor.) id eſt non te deſeram. Et in hoc non mentiebatur: quia credebat ſe dicere verum ſed tamẽ præſumptuoſè loquebatur : non conſiderans N ſuam fragilitatem. Vnde propter hoc grauius permiſſus eſt cadere,quam alii & iterũ propter hoc quia futurus erat paſtor eccleſiæ:vt ſuo caſu aliis compati ſciret(Ait illi Ieſus. Amen)id eſt verè(dico tibi quia in hac nocte antequã Gallus cantet ter me negabis.)Solet autem hic quæri quare Chriſtus permiſerit cadere Petrum. Et reſpondetur O quod hoc permiſit: primò,vt oſtenderet quod poſt habitam gratiam poteſt quis peccare mortaliter.Secundò vt homo plus Chriſto quàm ſibi credat.Tertiò,vt nemo de ſe præſumat. Quartò, vt diſcant prælati ſubditis eſſe compatiendum. ¶ Eſt autem ſciendum quod Matt.Luc.& Io.quo ad hoc eodem modo dicunt. ſ. quod Petrus erat negaturus ter ante primum cantum Galli.Sed P rus ter ante ſecundum Galli cantum: beatus Marcus dicit quod erat negaturus ter ante ſecundum Galli cantum: ita quod ſecunda , & tertia negatio debebat eſſe poſt primam vocem galli: & ante ſecundam.& ſic videtur diſſonantia eſſe,hic & ibi.Soluit autem Aug. de conſen.euange.& Mag. hiſt. Nam ipſa trina negatio Petri:eſt vnum quoddam totum ex tribus partibus integratum: quod eſt negatio Petri. Quæ Petri ne- Q gatio ante primum galli cantum eſt in choata,& ante ſecũdum finita:ita quod duæ eius partes:id eſt duæ negationes partiales fuerunt inter primam,& ſecũdam vocem galli:& vna ante primam. Matthæus ergo Luc.& Io. conſyderantes trinæ negationis principium quod primã vocem galli precesſit: dixerunt, Non cantabit gallus donec ter negesme id eſt donec incipiat trina negatio. Mar

A Marcus verò quia conſyderauit eiuſdem finem dixit. antequam gallus bis vocem dederit:ter me negabis. Per iſta autem quæ dicit Aug.declaratur optime quomodo res geſta ſit. ¶ Sed remanet quæſtio de verbis Chriſti. Vtrum ſcilicet dixerit:antequam gallus cantet vel antequam gallus bis vocem dederit.Et dicendum eſt quod ſucceſsiuè dixit vtrunq;.Nam vt dicit Marcus , Pe- B trus audita ſua negatione amplius loquebatur:quod ſi etiam ſecum oporteret illum mori:non negaret Chriſtum: & tunc Chriſtus iterum replicauit de negatione ſub aliis verbis.Poſſumus tamen totam iſtam difficultatem aliter ſoluere:diſtinguentes inter cantum galli,& vocem galli. Nam cantus multas voces includit. Cum enim dicimus gal C lum multis vicibus cantare in die: putabis. ſ. ſemel in media die,& ſemel in aurora:vel huiuſmodi : non eſt ſenſus, quod tantum vnam vocem in aurora emittat.Dixit ergo chriſtus: antequam gallus cantet.i.compleat cantum emittendo omnes ſuas voces , ter me negabit. Sed quia Petrus hoc audito amplius loquebatur:Ideo Chriſtus volens aliquid plus dicere:ſubiunxit quod ter D erat negaturus ante ſecundam vocem galli cum tamẽ in vno galli cantu plures voces quam duæ contineri ſoleant. Beatus ergo Mar.retulit hoc ſecundum alii verò primum.(Ait illi Petrus. Etiã ſi oportuerit me mori tecum:non te negabo.) Quid ad hoc Chriſtus dixerit, Matth. non exprimit : ſed credo quod replicauerit illud quod dixit Marcus ſcilicet antequam gallus bis &c. (Similiter)ſicut Petrus(& omnes diſcipuli dixerunt)credentes ſe dicere verum: I quia parati erant mori(Tunc venit Ieſus cum illis in villam , quæ dicitur Gethſemani) quæ erat quoddam prædium in radice montis olueti: &(dixit diſcipulis ſuis)qui ſcilicet eum indiuiſibiliter ſequebantur.(Sedete)id eſt expectate(hic:donec vadam illuc,& orẽ) in ſecreto. Innuebat autẽ in hoc quod in tribulationibus oratio debet eſſe refugium noſtrum. (Et aſſumpto Petro, P & duobus filiis Zebedæi.) Iſti tres fuerunt Chriſto familiariores cæteris ,& magis ad ſecreta admittebantur. Petrus quidem propter fidei feruorem: Ioannes propter puritatem. Iacobus verò quia inter apoſtolos primus erat Martyrio coronandus (cœpit triſtari, & meſtus eſſe)ad oſtenſionem veræ humanitatis . Triſtabatur autem Chriſtus quò ad voluntatem, vt natura', id G eſt non deliberatam ſecundum rationem,ſiue abſolutè ſumptã. Licet enim ex iudicio rationis deliberatè vellet mortem : imò & de ea gauderet:tamen abſolutè ſumendo mortem in ſe enim diſplicebat : quia placebat vita. Triſtabatur ergo ſecundum voluntatem propter proditoris nequitiam propter Apoſtolorum fugam : propter matris ſuæ triſtitiam : & propter Hieruſalem H ruinam, & propter ſuam mortem quæ omnia apprehendebat.Secundũ appetitum autẽ ſenſitiuum triſtabat valde ex redundãtia prædicti doloris.(Tunc ait illis:Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem & hoc dupliciter.Vno mõ extenſiuè:quia.ſ.vſq; ad mortẽ erat illa triſtitia duratura : vt dicatur. Triſtis eſt id eſt triſtis erit. Alio modo intenſiuè:

vt

I vt sit modus loquẽdi qeo dolorẽ maxi
mum exprimere cõsueuimus. Erat aũt
tũc christus in maxima animi anxieta-
te: quia apprehendebet futurũ malum
maximũ, & videbat impossibilitatẽ eua
dendi illud propter diuinã præordina-
tionẽ. (Sustinete hic (.i. expectate.) & vi
gilate) in oratione (mecũ) tanquã amici
quorũ est assistere. & cõpati amicis tẽ
pore anxietatũ. (Et progressus pusillũ.)
K Oratio enim est eleuatio mẽtis in deũ
ꝙ melius fit dũ ꝙs est ab aliis seque-
stratus quã cũ quis est in societate. vo-
luit autẽ orare in secreto, Primò, vt o-
stenderet suæ orationis distantiam ad
nostram: quia orat: & oratur vnde sepa
rauit se. Secũdò, vt ostẽderet quòd non
solùm pro apostolis, sed pro omnibus
est sua oratio. Tertiò, ne videretur fa-
cere cõtra doctrinã suã. Mat. vj. Clauso
L ostio ora &c, Quartò, vt doceret nos ad
orandũ secretũ inquirere. quod nõ di-
co quasi ecclesia sit fugiẽda, imò est am
plectẽda: sed quia & in ipsa ecclesia de
bet quis secretũ appetere (procedit in
faciẽ suã) humiliãdo se (orans, & dicẽs.)
Ad intellectũ tamen sequentis oratio-
nis sciendũ est ex doctrina. S. Tho. iij.
di. xvij. quòd christo, inquantum homo
erat, orare cõpetebat. Primò, vt ostende
M ret, se hominẽ, secundum quod est patre
minor. Secundò, vt orare doceret. Ter-
tiò, vt ostenderet se à Deo esse. Nec ta-
men eleuabat mẽtem ad aliquid cõtem
plandum nouiter: quia eadẽ semper no
uit: sed ad implorandum superiorẽ. Cõ
petebat etiã ei pro se orare: nõ pro ali-
quo defectu suo in bonis spiritualibus:
quia nullũ talẽ habuit: sed in corporali
bus: quia fuit in corpore passibilis. Et
licet nihil in se haberet quod nõ vellet N
in esset: tamẽ aliquid habebat quod post
mortẽ volebat abesse. s. possibilitatem
Vnde 'dicendo resuscita me, vt dicit
Psal. orabat pro se. Oratio autẽ qua in
præsenti passu orasse dicitur: non fuit
sensualitatis vt orantis: sed vt eius pro
quo orabat. Cum enim tam sensuali-
tas quàm voluntas, vt natura abhorre-
ret mortẽ: ipsa ratio seu volũtas vt ra-
tio. i. vt cõsequens deliberationẽ ratio O
nis concludẽtis mortẽ illã esse bonam
pro salute mundi effecta est aduocata
sensualitatis, & volũtatis naturalis. Et
pro vtrisque orauit: nõ ꝙ vellet fieri id
quod petebat: sed quia volebat ostende
re affectũ sensualitatis, & naturalẽ in-
clinationẽ voluntatis: & quòd in omni
angustia ad eũ est recurrendũ: & tamen
omnis voluntas etus volũtati est subie-
cienda. Vnde quæratur, vtrũ omnis ora
tio christi fuerit exaudita. Respõdetur
quòd sic loquẽdo de illa quam christus
ita facit vt eã absolutè voluerit exaudi
ri: & ea sola exaudita est. Talis autẽ no
fuit nisi de eo quòd ipse absolutè, & de
liberata ratiõe volebat (Mi pater si pos
sibile est trãseat à me calix iste). i. pas-
sio quã dicit calicem. i. medicinã amarã
& sanatiuã. Consuenit enim medicina
dari in calice. Et quia ista sunt dicta ex Q
parte sensualitatis, & naturalis inclina
tionis: ideo statim secundũ iudiciũ ra-
tionis, & voluntatẽ deliberatã subiũgit
(verũtamẽ nõ sicut ego volo) volũtate.
s. naturali, aut sensuali: sed sicut tu (sup
plevis fiat.) Et venit ad discipulos suos
quia tanquã homo cõsolabatur ex lo-
cutione cũ amicis (& inuenit eos dor-
mientes) duplici ex causa secundum

A Chry. Primò. s. quia nox erat. Secundò, B
quia ex tristitia erãt grauati. (Et dicit
Petro) qui feruentiorẽ cæteris se mon-
strabat (sic.) Hic punctuandũ est: & legẽ
dum est, interrogatiue quasi dicat
Reprehensibilis es. (nõ potuisti vna ho
ra vigilare mecũ?) q. d. Hoc multo mi-
nus est quã mori pro me (vigilate. & o-
rate vt nõ intre. in tẽ.) i. ne à tentatione
superuẽtura superemini. secundũ Hier.
B Nõ enim idẽ est tẽtari, & intrare in ten
tationẽ. (Spiritus quidẽ) velter (prõptus
est ad deliberandũ) caro autẽ. i. affectus
& omnis potẽtia corporalis (infirma) ad
exequendũ, tentationẽ futurã. Aliud est
enim dicere quòd volebãt pro christo
mori, aliud facere. Hic. Hoc autẽ est ad
uersus temerarios: qui quod crediderũt
putãt se posse cõsequi. Itaque quãtum
de ardore mẽtis cõfidimus tãtũ de fra-
C gilitatæ carnis timeamus. Hæc ille. (Ite
rũ secundò, abiit, & orauit) vt ostende-
ret. quòd oratio debet esse continue. &
vt verius probaret veritatẽ humanita-
tis (dicẽs) Pater mi si nõ põt hic calix
transire, nisi bibã illũ: fiat volũtas tua.
Et venit iterũ, & inuenit eos domiẽtes.
(Erãt enim oculi eorũ grauati). s. ratio-
ne tristitiæ maximæ. & etiã ex cibi di-
D gestione. & ex hora dormiendi. Et chri-
stus ista secũda vice nihil dormiẽtibus
dixit: fortè cõpassus eorũ fragilitati. Et
sicut dicit magister historiarũ: angelus
de quo Lucas dicit quòd apparuit ei cõ
fortans eũ apparuit ei dum secũdò, ora-
ret. (Et relictis illis, iterũ abiit, & orauit
tertiò eundem sermonẽ, dicens (Et hoc
primò, secundũ Rabba. vt doceret nos
orare cõtra prẽterita, & prẽsentia, & fu
tura mala. Secũdò, vt doceret orationes
ad patrẽ, & filiũ, & spiritũsanctum diri E
gendas, secundũ aliquis. Tertiò, vt ostẽ
deret quòd nulla oratio nostra sine per
seuerantia decet esse, sed debet habere
principiũ medium, & finẽ. (Tunc venit
ad discipulos suos, & dixit illis. Dormi
te iã, & requiescite.) Sicut enim dicit
Mag. histo. & innuitur. Mar. xiiij. chri-
stus voluit discipulos aliquantulũ dor
mire: & post paululũ dixit vt dicit ibi
Mar. sufficit. & tũc excitauit eos, di. (Ec F
ce appropinquabit hora: & filius homi-
nis tradetur in manꝰ peccatorũ) Chry.
autẽ dicit quòd tũc cum dixit dormite
&c. erat maximè vigilãdũ, sed christus
dicit domite vt dicit. Primò, ostenderet
quòd neque visum possent sufferre fu-
turorum malorũ. Secundò, quòd nõ in-
diget eorũ auxilio. Tertiò, quòd omni-
no oportebat eũ tradi. (Surgite, eamus,
obuiã proditori.) ecce appropinquabit G
qui me tradet. Adhuc eo loquente ecce
Iudas vnus de duodecim venit: & cũ eo
turba multa). Habuit enim secũ cohor
tem militum: quam dedit ei præses ad
requisitionem principium: & multos
ministros quos dederãt principes sacer
dotũ vt habetur à beato Io. (cũ gladiis)
i. ensibus. Consueuit enim in scriptura
vocari gladius quo pugnatur (& fusti-
bus). i. lignis vt dicit Mar. seu bãculis. H
Milites quidẽ habuerunt arma. serui au
tem, seu famuli sacerdotũ, & seniorum
habuerunt fustes (missi à principibus
sacerdotum, & senioribus populi. Qui
autem tradidit eum dedit eis signũ di.
Quencunque osculatus fuero, ipse est
tenete eum) Hoc autem facit ne loco
christi caperent Ia. minorem qui domi
no similimus erat. Vnde & propter hoc

et

I & propter alia frater Domini dicebatur.(Et confestim accedés ad Iesum dicit,Aue rabbi)Modus erat salutandi,sicut & nunc dicimus: bonum vesper. (Et osculatus est eum)quia fortè discipuli christi sic eum salutare consueuerunt. In hoc tamen apparet maxima Christi mãsuetudo,qui proditoris osculum non repulit.(Dixitq; illi Iesus. Amice)Amicũ vocat proditorem: quia tãtopere diligebat naturam vt eum ad K amicitiam recipere paratus erat si pœnituisset.Et quia etiã christus prætendebat se illi esse amicum.Vel fortè saluator ironice loquitur:(ad quid venisti)quasi dicat secundùm aug.Bene noui quare veneris.Osculáris, & insidiaris amicum te fingi,cum proditor sis. Vnde & secundùm Lu. dicit dominus, Iuda osculo filiũ hominis tradis. (Tũc L accesserunt,& manus iniecerunt in Iesum).s.illi qui erant cũ Iuda. Prius tamen quã eũ caperent fuerũt prostrati ab eo vt dicit.Io. ipso dicente Quem quæritis &c.Ego sum.Et similiter dixit vt discipulos sinerent abire (& tenuerunt eũ:& ecce vnus ex his qui erãt cũ Iesu)idest Petrus (extendens manum eximit gladium suum) De isto gladio dicunt communiter expositores M quòd fuit gladius mẽsalis magnum. In cœna enim fuerunt duo tales quibus agnus fuerat decisus.Sed mihi videtur quòd fuerit ensis.Nam sicut narrat Lucas christus in cœna dixit.Qui non habet vendat tunicã suam,& emat gladiũ Apostoli autem tunc sicut dicit. Theo. & Chry.assumpserunt animum defendendi magistrum:ideo dixerunt. Ecce. duo gladii hic.& hos gladios in auxiliũ tulerunt secundũ chry.ad pugnandum. Vnde & quando milites voluerũt christum capere: apostoli voluerunt eum defendere.Vnde vt dicit Lu.dicerunt. Domine si percutimus in gladio idest nunquid debemus istos aggredi cũ gladiis.Ex quibus rationabiliter apparet ꝙ erãt gladii apti ad pugnam:non ergo mensales:quia melius fuissent habere fustes:de quibus in villa,& in orto O est verisimile potuisse inueniri copiã. ¶ Sed quare Petrus arripuit gladium: cum Deus dixisset non esse resistendũ malo? Mat.v.respondet.S. Tho. super Io.ꝙ Dominus prohibuerat defensionẽ sui nõ autem Domini.vel ꝙ apostoli adhuc erant impfecti.Hæc ille.¶ Sed quare christus permisit discipulos suos arma portare? Dico quod hoc potuit P feciſſe:vt Petrus percuteret seruũ;quẽ ille sanaret ac per hoc euidenter appareret ꝙ non defendi,sed mori volebat. Sed vnde enses habere potuerunt? Dico ꝙ in domo vbi cœnauerãt(& percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius) Petrus eũ voluit scindere caput eius, vt dicit.s. Th.super Ioan.sed ille declinauit.Et licet ante petiuisset licentiam à Christo Q pugnandi tamen petrus non expectauit Christi responsum.(Tunc ait illis Iesus,Conuerte gladium tuum in locũ suum:omnes enim qui acceperint gladiũ quod acceperint,secũdũ Magistrũ hist. Intel ligẽdũ tñ est secũdũ eũdẽ,& secũdũ Augu.ille solus accipere dicitur gladiũ q accipit illũ sua authoritate: secus qui vtitur gladio iubente,seu ꝓmittẽte iterge,vel iubente Deo.Vel possumus dicere ꝙ

N A re ꝙ saluator intendit dicere sic. Ego nolo armis defendi.Et si quis ex vobis voluerit nũc cũ istis gladio pugnare: peribit gladio istorum militũ (An putas quia non possum rogare patrẽ meũ & exhibebit mihi modo plus quã.xij. legiones angelorũ)Legio continet sex milia sexcentos sexaginta sex.Si autẽ vnus angelus in vna nocte potuit occidere in exercitu Sennacherib. clxxxv. P milia virorũ,vt patet.iiij.Reg.xix. qd potuissent duodecim legiones? Nec tñ christus ista dicit quasi indigeret angelorum suffragio:sed ad ostendũ ꝙ euadere potuisset si voluisset. Sanauit aũt eũ secundũ Lu.j.ad conuersionem astãtiũ:Secundò,ad confirmationem discipulorum dubitantiũ:Tertio,ad instructionem nostrã: vt discamus bãfacere inimicis & quartò, ad ostendendã voC luntariã pasionẽ. Nec tamẽ propter hoc cessauerunt impii secũdũ Chryso. quia cùm esset nox,fortè nõ viderunt: vel propter odiũ:vel potius:quia tanquã milites,& serui potius obedire voluerũt hominibus quã Deo. (Quomodo ergo implebuntur scripturæ? quia sic oportet fieri In illa hora dixit Iesus turbis.Tanquã ad latronẽ existis cum D gladiis, & fustibus cõprehendere me. (Quotidie apud vos sedebã docens in templo)sine armis,& militibus(& non me tenuistis.Hoc aũt totũ factum est vt implerentur scripturæ prophetarũ. Tũc discipuli omnes relicto eo fugerũt At illi tenentes Iesum duxerũt ad Caiphã principẽ sacerdotũ,vbi scribæ,& seniores cõuenerãt.)Sicut autem dicit beatus Io.isti duxerũt Iesum primò,ad domum Annæ.sed tamen hoc bea. Mat thæus tacet:quia Annas non erat sum- E mus sacerdos illo anno:sed erat socer summi sacerdotis.i.Caiphe.ideoq; propter quandã reuerentiã cũ trãsire habe rent prope domum eius præsentauerũt ei christum.Et etiam secundũ.S. Tho. super Io.hoc fecerunt de mãdato.Caiphæ:qui hoc iusit vt se excusabiliorẽ redderet cõdẽnando condẽnatũ. ¶ Est aũt sciendum ad intellectum seq.ꝙ secundùm Mat.Mar.& Lu.trina negatio F Petri videtur facta in domo summi sacerdotis.i.Caiphę:quia de Anna quidã non faciũt mentionẽ.secundũ Io.verò facta est in domo Annæ.Et quidã Hie. super Mat.& Beda super Luc. videtur velle ꝙ Petrus in domo Caiphæ negauerit.Aug.verò de consen.euã. vult ꝙ negatio tota factũ sit in domo Annæ.& G ꝙ euãgelistæ videntur dicere ꝙ sit facta in domo Caiphæ loquuntur per recapitulationẽ.Quidã alii dicũt ꝙ vna negatio fuit in domo Annæ.aliæ duæ in domo Caiphæ. Ioãnes autem dicit eas factas in domo Annæ:quia ipsa propter rationes quæ dicentur replicabatur domus Caiphæ.Mihi videtur quòd sententia Aug.sit vera:sed tamẽ est dubium vnũ secundùm istã sentẽtiã. Nã qñ euangelistæ recapitulãt istud:nullã faciunt mẽtionẽ de domo Annæ:sed tã H tũ de domo summi sacerdotis:quod videtur incõueniẽs:maximè apud Matt. qui iam ante dixerat christum esse ductum ad Annã.¶ Ad hoc dico ꝙ vt patet ex Ioanne tam Annas, quàm Caiphas dicebatur pontifex:& sicut dicit Augusti.& Sanct.Tho. quãdo christus ductus est ad Annã:dictus est duci ad Caidhã:quia erat Caiphæ voluntas Et

hoc

I hoc innuit Io.qui dicit ideo eum fuisse ductum ad Annã: quia erat socer Caiphæ. Et potest addi quòd dum ducebatur ad Annam: ducebatur vltimatè ad Caiphã: quia illa erat via sua: nõ inconuenit autem idem simul ire, vel moueri ad medium, & vltimũ: quia ergo vterq; erat põtifex & summus sacerdos: licet diuersimodè: & erãt vnius volũtatis: ita quòd vnus deferebat alteri: & domus K vnius in via ad domum alterius: ideo Mar. & Luc. qnæ facta fuerunt in domo vtriusq;, dicunt facta in domo sacerdotis: nõ expresso vtrum esset Annas, vel Caiphas. Similiter Mat. ipsam domum Annæ videtur dicere atrium Caiphę: & quando ductus est ad Annã dixit ductum ad Caiphã ratione dicta. & quæ sunt facta in vtraq; domo videtur dicere facta in domo Caiphę. Dicitur ergo. (Petrus autem) & cũ eo alius vt dicit Ioannes qui creditur fuisse ille (sequebatur) propter amorem (à longe) propter timorem (vsq; in atrium principis sacerdotũ) primò, vsq; in atrium Annæ: vt dicit Ioannes. Deinde vsq; in atrium Caiphæ: vt creditur. Quomodo autem Petrus potuerit intrare in domũ Annæ declarat ipse Ioannes di. quòd alius discipulus sequebatur cum Petro: M & ille erat notus põtifici & impetrauit ab ancilla ostiaria ingressum Petro. In hac autem prima domo. s. Annæ Christus est interrogatus de doctrina, & discipũlis suis. Ad quod cùm responderet suscepit alapam vt dicit Io. ab vno seruo: & Petrus ter negauit. Deinde Christus fuit missus ligatus ad domum Caiphæ: in qua omnes alias contumelias, & sententiam mortis accepit: ideo dicitur. (Et ingressus intro, sedebat) Ad N ignem (cum ministris: vt videret finem. Princeps autem sacerdotũ). i. Caiphas, & nõ Annas (& omne cõcilium). i. multitudo principum sacerdotum, & seniorum, & scribarum (quærebãt falsum testimonium cõtra Iesum) quia veros testes se posse inuenire desperabant. (vt eum morti traderent: & nõ inuenerunt cùm multi falsi testes accessissent.) Nõ O enim quærebant falsos testes simpliciter: quia multi tales accesserunt: sed falsos apparenter veros, & iustificabiles quos non erat facilè inuenire. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt, Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.) Sed quomodo isti testes fuerunt falsi: quia dixerũt id quod ipse Dominus dixerat Io. ij. soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. P Ad hoc dicit Hier. quòd falsi testes fuerunt: quia nõ eo sensu acceperunt verba quo dicta fuerunt. s. de templo corporis Christi; vnde & quędam mutauerunt vt possent inferre calumniam. Nã pro soluite posuerunt, possum destruere, & pro excitabo posuerunt, reædificabo. Vnde & Marc. dicit quòd non erat conueniens testimonium illorum. (Et Q surgens) de tribunali ex impatientia (princeps sacerdotum) videns quod ex nihilo poterãt eum condemnare (ait illi, Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat) quia ea quæ opponebantur non erant responsione digna. Et vt impleret illud Esa. liij. Quasi agnus coram tondente se obmutescet (Et princeps sacerdotum, ait illi, Adiuro te per Deum vi. vt di.

A vt di. no. si tu es Christus nõ Dei. ¶ Est sciendum sicut dicit. S. Tho. ij. ij. q. xc. quòd adiurare est ordinare aliquid ad aliquid per diuina. Est autem duplex modus adiurandi. s. coactiuus, & deprecatiuus. Adiurare autem subditos per Deum cogendo, & deprecando est licitum: sed superiores deprecando solùm, & non cogendo. Demones tamen licet B adiurare cõpellendo, ne nobis noceant: non autem deprecando. Et eodem modo. s. compellendo: licet adiurare creaturas irrationales ne per eas Diabolus nobis noceat: & similiter deprecando: vt per eas Deus nobis auxilietur. Adiurare autem eas secũdum seipsas non vt motæ sunt à Deo, vel Diabolo est vanum, & illicitum. Iste autẽ summus pontifex adiurauit Christum coactiuè, & peccauit. Hæc omnia ex. S. Tho. Sed contra: quia licet Christus non esset C subditus summo sacerdoti: tamen hoc non constabat ei: ideo licitè videtur potuisse cogere Christum. Ad hoc dico secundum. S. Tho. quòd summis sacerdotibus cõstabat Iesum esse Christum: & etiam si non constabat eis quòd esset filius Dei: eorum ignorantia erat affectata, & crassa: quia signa, & doctrina, & interior motio eius euidenter hoc ostẽdebant. (Dicit illis Iesus) ne. s. videretur cõtemnere nomẽ domini: per quod D fuerat adiuratus. (Tu dixisti) supple veritatem. Iste enim erat modus loquendi affirmatiuus. Vnde & beatus Marc. dixit quòd dominus respondit, dicens, Ego sum (Verũtamen dico vobis amodo). i. post hoc (videbitis filium hominis) qui modo à vobis non magnipenditur (sedentem à dextris virtutis Dei: & venientem in nubibus cœli) quod fiet in die iudicii. ¶ Sed quare dicitur amodo? Videtur enim significare quòd statim post passionẽ hoc visuri essent. E Ad hoc dico secundum Orig. quòd totum tempus à passione Christi vsq; ad diem iudicii quasi pro momento sumitur respectu æternitatis. ¶ Sciẽdum est autem quòd vt elicitur ex Luc. simul cum Mar. Iudei in isto concilio cùm Christus nihil rñderet testibus prius interrogauerũt illum si esset Christus, vt dicit Luc. Et ad hoc vt idem dicit: ipse respõdit. Si dixero vobis, non creditis mihi: si autem interrogauero: non F respondebitis mihi timentes. s. conuinci. neq; dimittetis. s. me abire. & posteà subiunxit id quod dictũ est. s. (Verumtamen &c.) Et tunc in illis verbis quia dixisse sessurum à dextris Dei intellexerunt quòd se filium Dei faceret: ideò secundò, vt dicit Luc. interrogauerunt eum omnes simul, dicentes, Tu ergo es filius Dei: siue hoc dixerunt non interrogando: sed cõcludendo ex dictis eius. Et tunc princeps sacerdotum adiura- G uit eum, dicẽs, Adiuro te &c. vt dictum est. Et Christus respõdit secundũ Matt. Tu dixisti. Vel secundum Luc. Vos dicitis. Omnes enim concluserant quòd erat filius Dei. Sed Matt. solùm nominat Pontificem: quia erat principalis: & quia post communem omnium conclusionem ipse solus adiurauit. Ex his ergo patet quòd beatus Matth. non recitat primam interrogationem, sed secũdam, & tamen recitat verba quæ Christus dixerat ad primam. s. Verumta- H men &c. (Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua) ad significãdum quòd Christus blasphemasset Deum: attribuendo homini. i. sibi id quod est Dei. s. esse Deum. Consueuerant enim Iudei in signũ doloris scindere vestes: sicut nunc aliqui proiiciunt biretũ ad terrã (dicens, Blasphemauit: quid adhuc

I egemus testibus? Ecce, nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur. At illi respõdentes, dixerũt, Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: & colaphis eum ceciderunt.) Est autẽ colaphus propriè percussio colli: sicut alapa genatũ: vnde & colaphizare est collum percutere. quod tunc opprobriosum erat apud Iudæos: sicut & modo apud Mauros: vt fertur. (Alii autẽ palmas in faciem eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit.) Hoc derisoriè dicebant quasi dicerent, Si es propheta, vt dicebatur, diuina nobis quis percussit te. Habebat enim faciem velatã, vt dicit Lu. (Petrus verò sedebat foris) nõ extra domum: sed extra locũ in quo illudebatur Christus. Stabat enim (in atrio).i.domo. Et enim atriũ domus spatiosa: cui solebãt addi extrinsecus aliquæ porticus. Videtur autẽ quòd esset Petrus in claustro, seu spatio quod solet esse sine tecto in domib' magnis: quia ignis erat in medio omnium accensus, secundum Luc. Et erat in atrio deorsum, secũdum Marc. Vel erat in atrio.i.in aliquo loco ignis. Nam secundũ aliquos dicitur atriũ.s.à caligne. Sciendũ tamen est & istę negationes Petri de quibus dicetur fuerũt factæ in domo Annæ. & ea quæ immediatè antè dicta sunt in domo Caiphæ. Vnde Matth. non tenet ordinẽ historiæ: sed recapitulat secundũ Aug. (Et accessit ad eum vna ancilla dicẽs. Et tu cũ Iesu Galilęo eras) Ista fuit ancilla hostiaria: vt dicit Io. ad cuius vocẽ Petrus primam negationẽ fecit: non in ipso ingressu domus: sed post ingressum cùm staret ad ignẽ: vt dicit Marc. seu ad lumẽ: vt dicit Lu. & idẽ est. Vnde subditur (At ille negauit corã omnibus, dicẽs, nescio quid dicis) Nõ enim fortè illũ ad ianuã cognouit: cùm esset nox: sed cùm eum fuisset intuita ad lumẽ, vt dicit Luc. Sed quare nõ sic interrogauit de Ioanne. Fortè hoc fuit: quia Ioãnes erat familiaris in domo: ideo deferebat ei: nec tamẽ deferebat socio: quia fortè nesciebat quòd ille esset pro quo rogauerat Ioãnes. Vel fortè non cõstabat et quòd Ioannes esset Christi discipulus. Deprehendit autẽ hoc de Petro: fortè quia tristis stabat, aut flebat. Quantum ad istã primam negationẽ conueniunt omnes euãgelistę: quantũ ad alias duas differunt: quia vnus dicit eas factas ad vocẽ vnius personæ: alius ad vocẽ alterius: sed tamẽ reuera omnes dicunt verum: quia multę personæ cõcurrebant, & vnus exprimit vnã, alius aliam. Post istam autẽ primam negationẽ: vt dicit beat. Marc. Petrus exiit.i.exibat foras ante atriũ, & gallus cãtauit vt dicit idẽ. Marc. sed creditur quòd Petrus nõ audierit: quia erat suspẽsus animo. Nam timebat. Et dũ exiret: alia ancilla etiã incusauit eũ, & rediit ad ignẽ vt se purgaret: ideo sequitur (Exeunte autẽ illo ianuã).i.dum exiret: non autẽ postquã exierat: Timuit enim Petrus: ideo exire voluit: Exeunte autẽ illo.i.cũ se ad exeundũ præpararet. dicit Aug. erat tamen adhuc prope ignẽ: vt dicit Io. (vidit eum alia ancilla: & ait his qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterũ negauit cum iuramẽto: quia non nouit hominẽ) Matt. & Mar. videtur dicere: quod ad vocẽ huius ancillæ negauerit secũdo: sed Io. dicit quòd ad vocẽ astãtium. Luc. quod ad vocẽ cuiusdam: sed reuera fuit ad vocẽ astantium: qui tamen fuerãt excitati ad vocẽ ancillæ: ideo omnes verũ dicunt (& post pusillum).i.post spatiũ horæ vnius: vt dicit Luc. Iã enim Petrus stabat securus (accessẽrũt qui astabant: & dixerũt Petro. Verè, & tu ex illis es: nã & loquela tua manifestũ te facit.) Matt. videtur dicere quòd ista tertia negatio fuerit facta ad vocẽ astantium, & similiter Mar. Lu. verò ad vocem cuiusdã. Io. autem & ad vocẽ cognati eius cuius abscisa fuerat auricula, qui dicebat se eum vidisse in orto cũ Iesu. Et omnia ista vera sunt: & simul concurrreunt: vt de se potest esse manifestũ. (Tunc cœpit detestari, & iurare quia nõ nouisset hominẽ).i.cœpit iurare iuramẽto execratorio: quod est grauissimũ: vt pote dicendo, nunquam benefaciat mihi Deus, si ita est. Secũda autẽ negatio fuit cum iuramẽto assertorio simpliciter: puta dicẽdo: per Deũ ita est. In hoc autẽ iuramẽto inducitur Deus solùm vt testis: sed in execratorio inducit vt testis, & iudex. Vel fortè vtroq; iuramento in tertia negatione vsus est vt innuit textus dicens: & cœpit non solùm detestari.i.execrari: sed etiã iurare. (Et cõtinuò gallus cãtauit) secũda.s.vice: vt dicit Mar. & istã secundam vocẽ Petrus creditur audiuisse vnde subditur (recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat: prius quàm gallus cantet: ter me negabis.) Dicit hic beat. Luc. quod Christus Petrũ respexit: & tunc Petrus cõpunctus est. Istum tamen respectũ Aug. dicit fuisse spiritualem: quia.s.eius misertus est. Nam corporaliter videtur fuisse impossibile quòd eum aspexerit: quia Petrus erat foris, & deorsum: vt ex dictis patet. (Et egressus foras) extra domum. Iuit enim vt dicit Magi. Hist. ad cauernã quæ modo dicitur galli cantus: & in ea (Fleuit amarè) & extunc consueuit semper ad primum gallorum cantum surgere ad orationem vsq; ad horam matutinam: vt habetur in itinerario Clemẽtis pro

ista negatione. Non tamen videtur quòd ad speluncam illam iuerit subitò: vel si iuit, in ea parum stetit quia Marcus videtur velle quòd fuerit in domo Annæ. ¶ Quantum autem ad tertium, id est, quomodo Christus fuit sententiatus dicitur (Manè autem facto) Nam tota nocte illuserãt ei postquam se Dei filium dixerat. (Concilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum vt eũ morti traderent.) Hoc concilium hic à beato Matth. ponitur per recapitulationem. Fuit enim factum antequam Iesus se fateretur filium Dei: vt innuit Magi. Histo. Et hoc est rationabile. Ex quo enim iam cum ad mortem condemnauerant tanquam reum mortis: ad quid fecissent concilium vt eum morti traderent. Fecerunt ergo hoc cõcilium quando voluerunt inuenire testes ad conuincendũ eum. Quamuis etiam rationabile sit vt cõcilium fecerint quomodo præsidi reum mortis probarent. (Et vinctum adduxerũt: & tradiderunt Pontio Pilato.) Hiero. Habebant enim hunc morem vt si quem adiudicassent morti ligatũ iudici traderent. Hæc ille (præsidi).i.potestati. De nomine autem Pilati diximus sabbato post.iij.domin. Aduentus. (Tunc videns Iudas qui tradidit eum quòd damnatus esset: pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum: & senioribus, dicens. Peccaui tradens sanguinem iustum.) Sicut autem dicit Augustinus, non est certa dies in qua Iudas argenteos retulerit. Vnde quidam dicunt: quòd hoc fecit audita resurrectione quam futuram non credebat. Quidam quòd visis prodigiis in hora mortis Christi. Quidã autem & quàm primũ vidit Iesum datũ in manus pfi-

I dis. Tunc enim erat iam morte damnatus quo ad Iudæos: & credidit ꝙ etiam à Pilato dãnaretur ad complacentiam principum. Istud autem magis videtur consonum euangelio. Qualitercunque tamen fuerit ipsa eius pœnitẽtia inutilis fuit: quia caruit spe veniæ, vt patet in textu (At illi dixerũt. Quid ad nos) scilicet pertinet (Tu videris) id est, videbis si bene, vel malè feceris (& proiectis argenteis in tẽplo abiens laqueo
K se suspẽdit) & crepuit vt dicit beatus Petrus act. ij. Sicut enim dicit Magi. Hist. creditur rupto laqueo cecidisse, & sic crepuisse. (Princeps autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere) id est remittere secũdum Mag. histo. (in corbonam vnde. s. eos tulerant vt idẽ dicit. Est aũt corbo
L na vas in quo vota, & oblationes populi reponebantur quia corbã hebraicè, idem est quod munus votiuum latinè dicit Magister Hist. (quia prætiũ sanguinis est.) Isti stulti reputabant mortem Christi iustissimam: & tamẽ pretium eius reputabant prophanum, vnde conuerterunt illũ in vsum pro mortuis. Concilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli) .i. cuiusdã viri qui sic dicebatur: eo ꝙ figulus esset secũdũ
M Mag. Histo. vel ly figuli, vt idẽ dicit est proprium nomen: vel secundum alios ager figuli dicebatur: quia ibi quilibet figulus inuenire poterat terram aptã vsui suo (in sepulturã peregrinorum. Propter ꝙ vocatus est ager ille haceldamach, hoc est, ager sanguinis: vsque in hodiernum diem. Tunc impletũ est quod dictum est per Hieremiã prophetam dicentem.) ¶ Contrà: quia in lib. Hie. ista nõ inueniũtur. Ad hoc dicitur Primò, secundũ Hier. ꝙ ly Hieremiam non est de textu: nec in antiquis libris N inuenitur. Et tũc qnod dicitur prophetam: debemus intelligere Zachariam. quia Zachariæ x. habetur ista sententia: quãuis nõ ista verba. Apostoli eã pleruntque allegauerunt sentẽtiam cõtemptis verbis Secundo, dato quòd ly Hieremiã, sit de textu dicitur, ꝙ licet ista autoritas nõ reperiatur in li. Hieroni. quem habemus: tamen reperitur in alio qui non est de canone Bibliæ. Vnde Hie. refert se in quodã libello qui Hieremie ascribebatur ista legisse de verbo, ad verbum. Tertiò, dicitur quod secundũ Hiero. in libr. de optimo genere interpretandi: ista autoritas sentẽtialiter sumpta est partim Zach. xj. partim Hie. xxxiij. sed tamẽ Mat. totam attribuit Hie. sicut frequenter faciunt autores intelligitur autem sic (Et acceperũt) Christi sacerdotes O (triginta argenteos) qui sunt (pretium appretiati). i. Christi (quẽ) Christum (appretiauerunt) ipsi. s. sacerdotes (à filiis Israël) id est à Iuda, ponẽtes (à filiis Israël) id est à Iuda, ponẽdo pro singulis maximè: quia ipse tenebat personam olim Iudæorum quibus placebat ista ꝓditio. Vel à filiis Israël, id est Iuda, & complicibus, seu consentientibus. Credendum est enim ꝙ alios socios habuerit ad malum. Vel ly Q à filiis Isaël nõ refertur ad ly appretiauerunt: sed ad ly acceperunt: quia tale pretiũ fuit primo acceptum à plurale
P qui illud offerebat pro votis domino. (Et dederunt eos in agrũ figuli) id est dominus) id est constitutum reuelauit Istud autem vltimum non habetur in Zacharia: habetur autem in lib. Hiere. quem non habetur Hiere. quẽ nõ habemus. & etiam sententialiter habetur Hiere. xxxij. vbi dicitur ꝙ de mandato domini emptus est ager quidam, per quam

A quam emptionẽ intellexit Matthæus istam figurari Augu. tamen de consen. euan. qui ad tertiam declinat: dicit ꝙ hoc vltimum est intelligendum dictũ esse ab Euangelista. s. sicut cõstituit mihi dominus, qui voluit dicere sibi à domino inspiratum ꝙ hæc prophetia ad Christi venditionem pertineret. (Iesus autẽ stetit ante prẽsidem.) Tacet hic Mattheus qd dixerint isti quãdo Chri
B sti præsentauerunt Pilato. Dicit tamẽ Ioan. ꝙ Pilat⁹ dixit eis, Quã accusatio nem affertis aduersus hominẽ istũ. At ille sicut dicit Lu. accusauerunt eũ in tribus. s. quia cõmouebat gentẽ: & quia prohibebat tributum dari Cæsari. & quia se fecerat regem Iudæorũ. quasi vellet sibi regnum vsurpare. Sed Pilatus de duobus primis non curauit. Nõ quidẽ de primo: quia cũ esset gentilis
C non curauit si Christus cõmouebat populum prædicando opiniones noua in fide Iudaica. Neque de secũdo: quia ex publica fama nouerat, vt rationabiliter credit ꝙ ipse dixerat Matt. xxij. Reddite quæ sunt Cęsaris cęsari. Ideo solum interogauit de tertia. Et hoc est quod dixit Matt. (Et interrogauit de tertia. Et hoc est quod dixit Matth. (Ei interrogauit eum præses, di. tu es rex
D Iudæorũ?) Et Christus dixit. (Tu dicis). i. verũ est. & vt dicit Be. Ioã. dixit ei. ꝙ erat quidã rex sed suũ regnũ nõ erat de hoc mundo. Vnde Pilatus intelexit ꝙ non erat contrarius imperatori. Sicut aũt dicit Ioã. Pilatus exiit de prætorio vbi in secreto examinauerat Iesum: & dixit Iudæis. Ego nullam inuenio causam in eo quæ dign⁹ sit morte. Et tunc: vt dicit Luc. replicuerunt primam accusationem, dicentes, Commouit populũ per omnẽ Iudæam incipiens à Galilæa vsque huc. Et tũc vt idem Lu. dicit. Pilatus audiens ꝙ Gali
E læus esset, misit eũ ad Herodẽ, qui erat dominus Galileæ: & tunc erat in Hierusalẽ. Herodes aũt eum libẽter vidit, sperans se aliquod signum ab eo videre: sed reputauit fatuum: quia nihil respondebat. Ioã. remisit eum ad Pilatũ: illusum prius in veste alba. Et tunc vt idẽ Lu. dicit pilatus dixit populo. Ecce ego nihil in eo inueni, sed neque Hero
F des. Ideo castigabo eum: sed tamen nõ occidã: sed dimittam illum. Et illi omnino petebant, vt crucifigeretur. Ideo dicit Mat. s. post regressum Christi ab Herode.) Et cũ accusaretur à principibus sacerdotum, & seaioribus) qui replicabaui, & aggrauabãt priores accusationes quãtũ poterant, (nihil respõdit. Tunc dixit illi Pilatus, Non audis quãta aduersum te dicũt testimonia &
G nõ respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autẽ solẽnẽ). i. in die Paschæ (cõsueuerat præses dimittere populo vnũ vinctũ quẽ voluissent) Erat enim à Romanis cõcessum Iudæis vt in Die Paschæ: in quo recolebantur beneficiũ regressionis de Aegypto posset vnus de carcere liberari in memoriã dictæ liberationis. Pilatus ergo sciẽs eos ad ser
H uandũ istã consuetudinẽ inclinatos, & ex alia parte credẽs ꝙ nunquã peteret Barrabbã: quia homicida erat, & seditiosus, & pessimus, vt habetur Lu. xxiij. proposuit eis quẽ vellẽt dimitti de his duobus. s. Christũ an Barrabã, credens se hac via Christũ liberare. Dicit ergo. Habebat autem tũc vnũ vinctũ insignẽ. i. famosum in malo. (qui dicebatur Barrabas. Cõgregatis verò illis, dixit Pilatus, Quẽ vultis dimittã vobis Barrabbam, an Iesum, qui dicitur Christus sciebat enim ꝙ per inuidiã

I tradidissent eũ. Sedente autem eo pro tribunali).i.in tribunali. Est aũt. vt dicit Raba. tribunal iudicũ, soliũ regum, & cathedra magistrorũ, seu doctorum. (Misit ad eũ vxor eius, di. Nihil tibi, & iusto illi).i. nihil habes cum eo facere, nec debes te deo intromittere: quia iustus est. (Multa enim passa sum hodie per visum propter eũ.) Ad cuius euidentiã sciendũ est secundũ Magist.

K hist. & alios sanctos ꝙ Diabolus vidés ordinẽ passionis Christi, & patiẽtiam eius. & fortè etiam sanctos in limbo exultantes timuit per mortẽ Christi perdere principatum. Ideo sicut antè procurauit eius mortẽ, ne per eius prædicationẽ cõuerteret animo ita postmodum procurauit eius liberationem per vxorem Pilati quæ adhuc dormie

L bat. Apparuit eĩ, vt cõmuniter tenet, in somnis opere Diabolo, quod terribile, ꝙ sibi, & marito, immineret ex morte huius sancti viri. (Principes aũt sacerdotũ, & seniores persuaserũt populis, vt peterent Barrabam. Iesum verò perderent. Respondens aut præses, ait illis, Quẽ vultis vobis de duob⁹ dimitti: At illi dixerunt, Barrabã. Dixit illis Pilatus. Quid igitur faciã de Iesu qui dicit Christ⁹. i. vnctus. Loco huĩ⁹ dicit

M Mar. quid igitur faciam regi Iudæorum? Et hoc ideo quia soli reges Iudęorum iniungebantur. Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis præses. Quid eĩ mali fecit? At illi magis clamabãt, dicentes, Crucifigatur. Videtur aũt Pilatus quia nihil proficeret accepta aqua lauit manus coram populo, dicẽs, Per hoc tamen non excusatur, quia cũ iudex esset iustitiã obseruare tenebatur: & tamẽ propter fauorẽ populi, & timorem Cæsaris damnauit eũ sine testibus. & cofessione, & processu defensionib⁹ iuridicis. (Innocẽs ego sum ã sanguine iusti huius vos videritis. Et respodit vniuersus populus dicẽs, Sãguis eius,) idest vindicta, & pœna quæ infligenda est pro sanguine, seu morte eius (super nos, & super filios nostros). s. sit, & ita factum est: quia vsque hodie propter hoc peccatũ sunt dispersi Matt. autem Marcus, & Luc. hĩc multa omittunt: & ponunt conclusionẽ quã vltimatè fecit O Pilatus ꝙ crucifigeretur: sed Ioã. supplet. Sciẽdũ ergo est ꝙ Pilatus voluit liberare Christũ multiplici causa. Primò, quia videbat eũ iustum, & Iudæos odio, & inuidia moueri. Secundò, quia vxor sua hoc petierat. Voluit aũt liberare primo, dicẽdo, ꝙ erat iustus, & non habebat causam mortis, Secundò, proponendo, quẽ dimitti vellent. Tertio, reprehendendo Iudæos qã petebãt P Barrabã, di. Quid enim mali fecit &c. Vnde tunc voluit eos multis verbis auertere. Quartò, flagellando, & confundendo Christum vt sic satiati parcerent ei mortẽ. Et hoc tangit Io. di. ꝙ pilat⁹ flagelauit Christũ, & coronauit spinis, & induit purpura, & dedit ei arundinẽ pro scepto regro, & sub ista forma duxit eum ad populũ dicens, Ecce homo. Et tunc illi multomagis Q clamauerunt, vt crucifigeretur: quia se cũdũ legẽ mori deberet. Et addiderũt quartam accusationẽ: quia filium dei se fecit. Quod cũ audiuisset Pilat⁹ valde timuit viri sanctitatẽ. & iterũ intro duxit eum intus in prætorium: & interrogauit, Vnde es tu? &c. Et statuit Pilatus omnino liberare eum: sed Iudæi clamauerunt. Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Quod cũ audisset Pilatus dominum suum Cæsarem timẽs offendere dedit sententiã, ꝙ Christus crucifigeretur. Omnia prædicta diffuse

A fusè nãrrat Io. sed alii omittunt tangẽtes breuiter ꝙ Pilatus eũ flagellauit, & illusit, & cõdẽnauit. Dicit ergo, Matth. (Tunc dimisit illis Barrabã. Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites prẽsidis suscipiẽtes Iesum) Ista nõ sunt facta post sententiam de morte eius. sed ante, vt dicit Io. sed tamen Matth. hic ea recapitulat (in prætorio) id est domo in qua

B prætor iudicium facit) congregauerũt ad eum vniuersam cohortem. Et exeũtes eũ Chlamydẽ coccineã circũdederunt illi. i. vestẽ rubeã in similitudinẽ purpuræ qua reges vtunt. Vnde Marcus dicit eũ indutũ purpura, vel fortè in ea aliquid purpuræ fuit. (Et plectẽs coronam de spinis) idest iunctis manibus. vt dicit Mag. Histo. ꝙ iuncti pũgũt vt spinæ. (posuerũt super caput eius, & arundinem inde dextra eius. Et genu

C flexo ante eũ illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorũ) quasi diceret, Voluisti quidem sed nequiuisti regnare. Ista faciebant Gentiles: sed tamẽ vt dicit Magi. Hist. quia Iudæis autoribus ista fiebant ideo in parascęue ad orationẽ pro Iudæis genua non flectimus quãuis vt idẽ dicit fortè etiam aliqui Iudęi cũ Gentilibus idem fecerunt (Et

D expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebãt caput eius. Et postquã illuserunt) ei corã populo. Sicut enim dicit Ioã. & alligatũ est. duxerũt eum in conspectu populi indutũ purpura, & rationabile est ꝙ dixerũt etiã, Aue rex Iudęorũ videti populo ꝙ quo quietando, ista fiebãt exuerunt clamidem coccineam. & induerunt eũ vestimentis eius (in quibus ductus est ad mortem, vt cognoscereturab omnib⁹ (Et duxerunt eum vt crucifigerent, ipse tamen portabat crucem suam, vt dicit Io. (Exeuntes autem) de prætorio 1 Christ⁹, & duo latrones, & milites: post quos secutæ sunt nobiles mulieres: vt dicit huc. (iuuenerunt hominẽ Cyreneum (ã cyrene ciuitate nomine (Simonem hunc angariauerunt) id est, iniustè coẽgerũt ad personale onus vt si. vt personaliter seruiret in portando crucem Christi. Et enim Angaria on⁹ personale tantũ perangaria verò onus personale, & reale. vt cũ quis aliquid F suis expensis facit (vt toleret crucem eius) sed quia dicit Io. ꝙ Christus portauit crucem suam oportet dicere ꝙ Christus eam per aliquã viæ partem portauit: sed quia fessus erat imposuerunt, eam alii. Vel oportet dicere ꝙ si non adiuuerit Christum: ita ꝙ ambo portabant. & hoc innuit Luc. dicens Et imposuerunt ei crucẽ portare post Ie-

G sum. (Et venerunt in locũ qui dicitur Golgotha: quod est caluariæ locus:) Secundum Magi. Hist. ille locus dicebant caluariæ vel caluariarum locus: quia ibi decollabantur rei, & erant ibi multa ossa capitum humanorum. Caluaria eĩ proprie est os capitis humani. Sanctus autẽ Amb. super epistolam ad Ro. diem ibi sepultum esse Adam, & ab eius caluaria sic appellatum esse

H locum Sed vt idẽ dicit Magi. Hist. ista creduntur à falsariis fuisse inserta dictis Amb. Licet eĩ Adã habitauerit i Hierusalẽ vt dicit Mer. Ad Marcelliã i epistola q̃ incipit mẽ surã charitas. in qua ẽt dicit ꝙ fuit sepultus i loco caluariæ: & ex aliorũ opinioe loquẽs vt credo: tamen idẽ super Matt. dicit. ꝙ Adam fuit sepultus in Ebro: vt patet Iosue. xiiij. Vnde Ebro antiquitus dicebatur Cariatharbe id est, ciuitas quatuor. quia quatuor magni Patriarchæ sunt ibi sepulti cum vxoribus suis

scilicet. Adam & Eua. Abraam & Sara. Isaac & Rebecca: Iacob & Lya. Et licet Ebron non sit Hierusalem est tamen: ei vicina. Vnde in eadem terra passus est dominus & habitauit ac sepultus est Adam. Et paradisus etiam terrestris videtur sub eadē regione esse versus oriē tem quia illa regio est temperatissima vt dicitur ab Alberto de natura locorū qui dicit quod optima habitatio est sub paralello transeunte per Rhodū insulam. Dicit autem S. Tho. iiij. q. xlvj. ar. x. ad. iij. quòd conuenientius est christū esse crucifixum in loco damnatorum quam iuxta sepulchrum Ade, in signū quod non solum pro originali peccato sed etiam pro actualibus moriebatur. Est autem notandum quod non esset contra fidem neq; cōtra scripturam ex presse tenere quòd Adam sepultus fuerit in Hierusalem, licet sit falsum. Sed contra primo quia Ebron dicebatur antiquitus Cariatharbe. i. ciuitas quatuor S. Patriarchatum Dico quod secundū aliquos dicebatur Cariatharbe. i. ciuitas Arbe patris s. Enoch. vel ciuitas quatuor gigan tum ibi sepultorū S. Achimansir. Et Scai: Thalmai: & patris eorum. Sed contra iterum secundo: quia Iosue. xiij. dicitur quod ibi s. in Ebron Adā maximus sepultus est. Dico quod Adam secundum aliquos est nomē appellatiuum, licet approprietur primo homini vnde idē est dicere: Adam maximus quod homo maximus Et sic secū dum aliquos ibi Adam stat pro homine primo secundū aliquos pro quodā gigante secundū alios pro Abraam. Et cōfirmatur quia dicit Adam maximus ad differentiam minoris: quem non est facile fingere quis fuerit nisi sumatur Adam pro hominis. Confirmatur etiā quia Amb. etiā in. xix. epistola ad Orū cianum tenet Adam sepultum fuisse in monte Caluariæ. (Et dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum) Io. dicit quod erat acetum Mar. vero quod erat vinum myrrhatum. Dicit autem Aug. de consen euan. ℘ Mat. posuit fel pro Amaritudine. Vinum enim myrrhatū est amarissimum. Quod aūt dicit Ioan. quod fuit acetum dicit dupliciter. Vno modo quia illud vinum erat acetosum. Ad cuius euidentiā sciendum est ℘ in quodam libro hebreorū qui intitulatur Iudicū ordinariorum scribitur: ℘ quia Salomon dixerat Prouerb. xxxj. Date siceram. i. potū inebriatiuum merentibus, & vinū his qui amaro sunt animo vt bibant, & obliuiscantur egestatis suę & doloris sui non recordent amplius. Ideo seniores Iudeorum occasione dicti Salomonis statuerunt vt morte dānatis daretur vinū aromaticum vt possent facilius mortem tolerare. In Hierusalem aūt erāt mulieres deuotæ, quę ex pietate, & deuotione hoc vinum dabat Iudæi ergo cupiditate, & crudelitate ducti tale vinū pro se acceperunt, iuxta illud Amos. ij. Vinum damnatorū bibebant. Loco autem eius posuerūt vinum acetosum cum felle. i. mirrha permixtum. Possumus etiā dicere secundo quod illud vas de quo dicit Ioā. ℘ erat aceto plenum non continebat vinū aut potionē quæ dabat damnatis ad exhilarandum, sed erat ibi pro fetore cadauerum vel alia causa puta quia forte vt dicit Mag. histo. milites tulerant secum vile vinum ad bibendum: quod ex solis calore versum fuerat in acetum. Vnde Mat. qui dicit illud vinum non fuisse felle mixtum postmodum in sequentibus facit etiam mentionem de aceto. Vnde illud secundum videt verum. Primum de isto aceto Io. dicit ℘ illud accepit: quod de vino myrrhato vel fel leo negatur. Primum vinū quod damnatis dabatur à principo passionis dabatur vt videt: istud autē acetum fuit Christo in fine passionis oblatum. Vnde eo accepto dixit: consummatum est secundum Io. (Et cum gustasset noluit bibere) Marcus dicit ℘ non accepit. s. ad bibendum: accepit tamen ad gustandum (postquam aūt crucifixerunt eum) in medio duorū latronū & dicentē pater ignosce illis (Diuiserunt vestimenta eius). s. in quatuor partes secundum quatuor milites qui eum crucifixerunt vt dicit Io. (mittentes sortem) super tunica inconsutili: vt dicit Io. quia eam diuidere noluerūt (vt impleretur quod dictum est per prophetā) s. Dauid. quāuis secundum Hier. hoc nō sit detextu Mat. sed Io. (dicentē. Diuiserūt sibi vestimenta mea) alia. s. à tunica inconsutili (& super vestē meā). i. tunicā prædiam (miserūt sortem) nolētes eam per diuisionem destruere (& sedentes seruabant eum) ne ante mortē de cruce raperetur. (Et imposuerūt super caput eius causam ipsius). i. cām mortis suæ (scriptam) Consueuerāt enim sic iudæi facere morte damnatis. Hæc aūt fuit causa. (Hic est Iesus Nazarenus vt addit Io.) rex Iudeorū). i. qui ideo damnatus est: quia contra Cæsaris voluntatē voluit sibi vsurpare regnū Iudeorū. Scripsit aūt hæc Pilatus secundum aliquos derisorię: quia nō credebat ita esse. Vel ad informandū aspicientes de malitia Iudeorū qui suū regē crucifixerūt. Vnde ad eorū instantiā noluit titulū mutare. Fuit autē iste titulus scriptus hebraice, græcè & latinè secundū Lucā & Io. vt oēs legere possent. Fuit autē controuersia inter Pilatū & Iudæos pro eo quod illi nolebant ℘ scriberet rex Iudeorum sed quia se dixit regem iudæorum, sed Pilatus non acquieuit eis: vt dicit Io. Sicut aūt dicit Mag. hist. in cruce dāi quatuor ligna dicuntur fuisse. s. truncus, lignum transuersum & tabula cum clauilla infixa super caput Iesu & lignum defossum in terra cui infixa erat crux. Et forte vt dicit, omnia illa ligna erant diuersa quia lignum crucis inuenitur esse Palmæ & Cypressi & vt quidā tradunt Oliuæ & cedri. Dum autem crucifigeretur dās sicut dicit Luc. orabat pro crucifixoribus) tunc crucifixi sunt cū eo duo latrones vnus à dextris & vnus à sinistris) vt videret & ipse tanquam latro vel vitiosus iustè damnatus. (Prætereuntes aūt blasphemabant eum). s. vulgares (mouentes capita sua & dicentes, vah) interiectio est subsannantis vel irridētis (qui destruis templū dei, & in triduo reædificas. Salua temetipsum si filius dei es, descende de cruce.) Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis, & senioribus dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel, est descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo liberet eū nunc si vult. Dixit enim quia filius dei sum. Idipsum aūt & latrones qui crucifixi erant cum eo improperabāt ei) Cōtra quia Lu. dicit ℘ vnus alium increpabat. Ad hoc dicit dupliciter. Primo, secundum Aug. ℘ Mat. dicit latrones id fecisse quia vnus eorū fecit eo modo quo societas dicit facere ℘ aliquis de societate facit. Secundo secundū Hierony. quod à principio ambo id faciebant sed postmodum a ter mirabilibus quę fiebant & cōfessus est regnū Christi & statim & dominus paradisum promisit (A sexta aūt hora) hac enim hora secundū Mat. & Luc. & Io. videtur dās

I crucifixus,sed Mar.dicit ꝙ hora tertia. ¶ Pro horum aũt intellectu sciendũ est quod dies artificialis duodecim habet horas inæquales & hora sexta compleť meridie,sed tñ hæ horæ ita computanť vt duæ vel tres simul pro vna ponãtur sicut dicimus prima tertia,sexta,nona. Secundo ergo Aug.hora tertia fuit crucifixus linguis Iudeorũ quia. s.supplicauerunt vt moreretur ex qua supplicatione secuta est mors tandẽ multis adK iunctis. Hora vero sexta manibus militum,sed secundũ rei veritatem fuit tps medium inter tertiã & sextã horã ideo ab vtroq; extremo põt denominari. Vnde Ioã.dicit ꝙ erat hora quasi sexta. s. quia iam transierat tertia, & currebat medũ inter tertiã & sextam. Et reuera credo dñm crucifixũ paulò ante. vj. & ī vj. Incœpisse tenebras vt dicit Mat. cùm subiũgit(tenebræ factæ super vniuersam terrã).s.iudęę secundũ aliquos L (vsq; ad horã nonã) Hier.dicit Has tenebras fuisse : quia sol retraxit lumen suũ sed loquitur impropriè vt dicať sol lumen retraxisse quia omnibus non lucebat impeditus. Ori. autem dicit huius cãm fuisse densissimas nubes sed Dio. ad Policar. dicit huius cãm fuisse lunã quã ipse vidit vt dicit eclypsantẽ vtraque causa fuisse in Iudea: vt. s. simul essent nubes,& eclipsis. Fuerunt aũtẽ circa istam eclypsim multa miracula quę M elicit.s.Tho.ex verbis Diony.iij.q.xliiij.) Primum quia facta est in oppositione luminariũ cum nunquã naturaliter fiat nisi in coniunctione. Secundum quia de sero luna fuit visa in loco suo in oriente oppositа soli diametraliter: ita quòd miraculo remota est ad occidentem vt solẽ eclipsaret & post mirabiliter restitutũ est ei deperditum,ac si nõ retrocessisset. Tertiũ,quia incœpit obscurare solem à parte orientali cum naturaliter fiat ecõtrario. Quartũ quia illa pars solis quæ vltimò fuit obscurata primo cœpit lucere cùm naturaliter econtrario fiat. Quintum addit Chrys, quia tribus durauit. s. à vj. vsq; ix. Et si quæratur quare de hoc astrologi non fecerunt mentionem. Dicitur quod tũc non aduerterunt quia non consyderabant de eclypsi sed ex alia causa talem passionem crediderunt accidisse. Sed Dion. Existẽs in Egypto vbi raro sunt O nubes vidit illam. Quamuis etiã quidẽ historicus de hoc videtur facere mentionem. Hæc omnia ex illo. Post prædicta autem vt colligitur ex Ioã. & aliis euangelistis Christus Ioanni commendauit virginem. Deinde dixit, Sitio vt videť (& circa horam. ix. clamauit Iesus voce magna di. Helyhely, lamalazabacthani. Hoc est. Deus meꝰ deus meus vt quid dereliquisti me) Sicut aũtẽ dicit Gl. non dereliquit deus christũ quasi diuinitas fuerit ab humanitate separata sed quia cùm non defendit ab aduersariis videbať quodam modo eum dereliquisse. Et tamen notandũ ꝙ sicut orauit. Transeat ad mecalix iste ad exprimendum sensualitatis motum : ita eodem modo hic expresit hanc vocem s. ad ostendendum suum magnum dolorem in sensu & consequenter veram humanitatẽ. (Quidã aũt illic stantes & audientes dicebãt Heliã vocat iste) isti C fuerũt Romani vt dicit ma. hist. & Hiero. qui non intelligentes habraicũ cùm dñs dixit hely : crediderunt ꝙ vocaret heliam. (Et continuo currens vnus ex eis acceptã spongiam impleuit aceto, & imposuit arũdini,& dabat ei bibere.) Sed quare hoc fecit. Dico quod hoc fuit: quia vt dicit Ioannes Christus dixerat. Sitio. Sed si iste erat vnus ex Romanis quomodo intellexit hoc? Ad hoc A dico quod ibi ante crucem erat mater Christi & multi quia vt dicit Io. immediatè ante prædictũ verbum Christus matrem Ioanni commendauerat. Ideo isti ex posuerunt ei. (Cæteri vero dicebant. Sine videamus, an veniat Helias liberans eum) Isti derisoriè loquebanť. Vel fortè iam incipiebant interius tangi ex inspectione tenebrarum & ex ma B gno clamore quem existẽs in extremis emittebat quæ erat insolitus (Iesus autem iterum clamans voce magna,emisit spiritũ) & in hoc clamore videtur dixisse secundum lucam. In manus tuas domine &c. secundum Io. Consummatum est,& vtrunq; sine dubio dixit: sed prius vt credo consummatum est. Deinde vltimate cum traditurus esset spiritum commendauit illum patri di. In manus tuas &c. Ex his patet dominus P in cruce septies est locutus. Primo ad C patrem pro crucifixoribus orans. Secundo ad latronem promittendo paradisum. Tertiò iterum ad patrem, clamans se derelictum. Quartò, ad matrẽ, & discipulũ. Quintò dicens, Sitio. Sexto dicens. Consummatũ est. Septimo dicens. In manus tuas &c. (& ecce velum templi) quod erat duplex vt patet Exo. xxvj. vnum s. quod pendebat ante D facię templi. Aliud quod pendebat ante sanctа sanctorum siue intelligať de hoc siue de illo (scissum est in duas partes à summo vsque deorsum) & scisio eius significauit ꝙ per mysterium christi completæ, & consummatę erant figuræ & consequenter quæ in veteri tegumento latebant sub velo figurarum erant publicanda. (Et terra mota est,& petræ scissæ sunt: & monumentа aperta sunt & multa corpora sanctorũ qui dormierant surrexerunt) Et si quidam surrexerunt tunc quando monumenta E sunt aperta. i. ante resurrectionẽ Christi iterum mortui sunt : quia Christus est primo genitus mortuorum. Vide de hoc in die Paschæ (& exeuntes de monumẽtis) hic fiat punctus si surrexerũt ante christũ & consequenter iterũ sunt mortui quod rationabilius vī (post resurrectionẽ eius venerunt in sanctã ciuitatem). i. Hierusalem (& apparuerũt multis. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum viso terrẽmo F tu & his quæ fiebant timuerunt valde, dicentes. Verè filius dei erat iste. ¶ Sed nota ꝙ centurio maximè motus est ex clamore christi in morte quia impossibile est hominem ita fortem vt clamare possit. & statim expirare per vulnus prius illatum. Et hoc innuit Mar. di. Videns quod sic clamans expirasset dixit verè &c. Vide de hoc. s. Th. si vis in principio primi quodlibeti.) Erant autem ibi mulieres multæ à longe.) Con G tra quia dicit Io. ꝙ stabant iuxta crucẽ. Ad hoc dicitur dupliciter. Primò ꝙ stabant à longe respectu militum, sed tamen ita prope erant, vt audirent loquẽtem vt dicit Io. Secundo, ꝙ à principio qũ fuit tumultus stabãt à longe & post eà stabant prope q̃ secutæ erãt Iesus à Galilæa, ministrãtes ei. Inter quas erãt Maria magd.'& maria Iacobi & Ioseph mater & mater filiorũ zebedęi. Cũ sero aũt factũ esset venit quidã homo diues H abarimathia). i. de Arimathia ciuitate quæ olim dicebať Ramata (nomine Ioseph qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic cum esset nobilis,& decurio) vt dicit Marc. primo habens sub se. x. milites, vel decurio id est de curia, siue curialis (accesit ad Pilatũ) audacter vt dicit Mar. ꝙa morte christi erat factus animosior (& petiit corpus Iesu. Tũc Pilatus iussit

I iussit reddi corpus.] Tũc quia Ioseph erat nobilis. Tum quia sciebat Christũ ininste crucifixum [& accepto corpore Ioseph inuoluit illud in syndone munda] ideſt in panno lineo. Vnde & statutum est ꝙ solum in tali pãno consecratio fiat eucharistię: & non in serico, vel alio: eo quod in tali fuit Christi corpus inolutũ in sepulcro (& posuit illud in monumento suo) & cõsequenter magnifico (nouo) propter reuerentiã domini: & ne dicerent Iudæi si fuisset ibi prius aliquis sepultus: quòd iste surrexisset, & nõ Christus (quod exciderat in petra.) Erat aũtvt dicit Beda factũ tanquã quædã parua canirula: & intus erat locus ad reponendũ corpus (& aduoluit sax um magnũ ãd ostium monumenti, & abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedẽtes cõtra sepulchrum) de istis dicetur in sabbato sancto. (Altera autem die quę est post parascenẽ) Est autẽ pascęue feria. vj. quæ dicebatur parascene. i. præparatio: quia scilicet in ea preparabantur cibaria pro sabbato. Cõuenerũt principes sacerdotũ, & Pharisæi ad Pilatũ dicẽtes. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, ꝙ post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrũ vsq; in diẽ tertium: nefortè veniãt discipuli eius: & furentur eũ, & dicã, plebi. surrexit à mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. ait illis Pilatus, Habentis custodiẽ (. i. habeatis siue accipiatis milites meos qui custodiãt, & (custodite sicut scitis,) quia non eritis Deo cautiores (Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum) militibus armatis (signãtes vt viderent si aliquo modo moueretur) cum custodibus non quidẽ signatis: sed ad signum deputatis: Hæc autẽ quo ad historiam, & literalem sensum dicta sunt breuiter: quia si diffundere voluissem de Hoc solo oportuisset librum conficere.

Passio domini nostri Iesu Christi secundum Mat.

ERat autem Pascha, & azyma post biduum: & quærebãt summi sacerdotes, & Scribe quomodo Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne fortè tumultus &c.

ERAT autẽ Pascha, & azyma post biduum) &c. (Adulescens autem quidam &c.) Iste secundum aliquos fuit Iacobus frater domini. secundum alios Ioannes euangelista: secundum alios autem aduleſcens de domo in qua comederant agnum (Abba pater) Abba idem est quod pater, & secundum alios est hebraicum: secundum alios chaldaicum (Anathematizare) id est, jurare per execrationem (decurio) .i. vnus de curialibus. Decuriones enim dicuntur qui sunt decuria. vel decurio dicitur qui sub se. x. milites habet: sicut centurio qui habet centum (& auctaſter &c.) Prius enim erat discipulus Christi: sed occultus. Verum exemplo mortis Christi factus est animosior. Cætera patent de dictis in passione secundum. Mat.

Passio domini nostri Iesu Christi secundum Lucam.

APpropinquabat dies festus azymorũ qui dicitur Pascha: & querebant principes sacerdotum, & Scribæ: quo Iesum interficerent &c.

APPROPINQVABAT dies festꝰ azymorũ ꝙ dicit Pascha) &c. (Intrauit Satha nas in Iudam.) scilicet per effectum suggerendo: quia induxit eũ ad malũ (meã cõmemorationem.) Nam eucharistię cõsecratione est quędã passionis Christi commemoratio. vt patet j. Co. xj. (cõtentio). i. inquisitio superba (maior). i. aptior ad regimen (benefici) à beneficiendo (vocantur) à subditis adolantibus secundum Cyril. (Non ita erit inter vos). i. non ambietis primatum: nec ex hoc vos maiores reputabitis quòd aliis prælati eritis (expetiuit) ideſt aggressus est suis tentationibus (Ego rogatum pro te petre: vt nõ deficiat fid. tu). s. finaliter. Licet enim negauerit tamen pœnituit. Vel per peccatum intelligitur non persona: sed officium: vt Petrus sit idem secundùm aliquos quod pontifex Romanus, cuius sides nunquàm deficit. Sed ista expositio patitur infinitas qnæstiones (confirmã) ideſt confirmabis memor propriæ fragilitatis (qui habet saeculum) Vide de his dominica. iij. aduẽtus: quòd scriptum est scilicet Esa. liij. (oportet impleri de me. Et cum iniquis deputatus est. Ecce duo gladii hic) Obliti peræ de gladiis loquuntur: quia magistrum defensare volebat. (Scitis &c.) Vnus enim ensis euaginatus quem iussit reponi sufficienter ostendit quòd christus voluntariè patiebatur. Alius non euaginatus ostendit quod apostoli nõ sunt permissi facere, quòd licuisset: & consequenter quòd melior patientia quàm defensio, etiam licita (confortãs eum) eo modo quo confortatur homo ad præsentiam amicorum. non autem quasi doceret eum aliquid quod nesciret (in agonia) dicit autem agonia ab agone. non quia sensualitas pugnaret cũ ratione: sed quia pugnabat cum morte quam horrebat. Sicut enim docet. S. Tho. in. iij. sen. & iij. par. sensualitas in christo mouebatur sicut ratio volebat. Vel dicitur angonia per in, ab angogis, quod est præmere, & contristare: sed primum est verius (sicut guttæ sanguinis &c.) secundùm aliquos ex magna agonia exiuit aliquid de sanguine post sudores: secundùm alios fuit hoc supernaturale ad significandum: vt dicit Augu. de corpore suo manatura martyria. ¶ Notandum vero est quòd sanguinem fudit christus. Primo, in circuncisione, vi discas resecare carnalia. Secundò, in oratione vt ores feruenter. Tertiò in flagellatione. Io. xx. vt sustineas aduersa. Quarto in crucifixione ante mortẽ. Mat. xxvij. in remedium peccatorum nostrorum. Quinto, in lanceatione. Io. xix. insignum sacramentorum. Sexto, in impositione coronæ. Io. xix. vt scias coronã regni non te posse delitijs comprehendere (præ tristitia) Tristitia est de malo præsenti quod repelli non potest. Ergo est cum aggrauatione animi depressi sub pondere mali. & consequẽter cum impedimento motus spiritum ad organa sensuum: quibus spiritibus exercentur opera vitæ Ideo intristitia cessant ista opera. Sicutetiam fit in somno causato ex euaporatione ciborum ad cerebrum. Humores enim ingrossati à cerebro ratione frigiditatis descẽdunt

I dunt ad organa sensuum:& obstruunt meatus spirituum,& sequitur somnus. (Sinite vsque huc) idest permittendi sunt vsque ad hoc vt me comprehẽdãt vt dicit Aug.(Principes sacerdotum). Ex quo patet ꝙ licet maior pars principum expectarent in ciuitate:tamen ibi fuerunt aliqui eorum vt diligẽtius res ageretur.(velauerunt)idest posuerunt velũ præ oculis(signum aliquod) idest
K miraculum(At ipse nihil respõdebat.) Tum quia ille erat indignus videre miracula:quia curiositate mouebatur.Tũ quia liberasset christum si fecisset miracula:aut fuisset locutus quæ ei placuissent(indutum veste alba)Sic enim tũc illudebatur fatuus(Nam antea inimici erant adinuicem)Causa autem erãt: quia vt dicit Cyrillus. quidam Iudas
L Galilæus de quo habetur Act. v.suasit multis ne Cæsari tributa præstarent:& quadam die eo sacrificante cum sociis (licet non habeatur vbi)Pilatus eos occidit. Sed Magi.hi.dicit quòd quidam magus dicens se Dei filium multos Galileos seduxit.Et dum sacrificarent in monte Garizim:vnde dixerat se ascensurum in cœlum : Pilatus eos occidit. Et fuit indignatus Herodes quod subditis suis Pilatus inferret mortem (ve-
M nient dies)idest destructionis Hierusalem(Beatæ steriles)Nam quædam mater tunc filium suum comedit.vt testatur Iosephus(Cadite)idest vtinam caderent super nos montes,& occiderẽt: ne tantis malis afficeremur.(Quia si in viridi ligno)idest ĩ christo apto ad fructificandum(hęc faciunt)Iudæi:qui. s. me occidunt in arido.i.in populo Iudaico arido,& incisiõe digno(quid fiet) id est quæ vindicta erit super eum,qua si di.magna(nequam).i.iniqui, & mali (quia nesciunt qd faciũt). s.simplices, & illiterati dicepti à maioribus.qui be N ne sciebant se occidere christum quem cognouerunt Hæredem (in paradiso) idest in visione Dei.Statim enim mortuo christo omnes sufficienter purgati viderunt deum.Vnde si latroni sunt in cruce peccata dimissa quò ad culpam, & pœnam,vt innuit verba christi: statim post mortem fuit beatus:licet non fuerit in paradiso. i.in loco paradisi, O seu in cœlo(& sabbatum, illucescebat) i.incipiebat.quia.s. solennitas sabbati incipiebat in vesperis præcedẽtis diei.

Passio Domini nostri secundùm Ioannem.

EGRESSVS IESVS)&c. (Sciebat autẽ & Iudas qui tradebat eum locum.) Sed quomodo hoc præsciuit ei ante cœnam completa exiuerit.Respõdet S.Tho.& Chry. quòd christus in magnis festiuitatibus consueuerat discipulos ducere seorsum:& die festo docere aliqua sublimia quæ fas non erat alios audire. Ideo Iudas existimauit quod tunc illud faceret in monte: & in horto.Hæc ille.Quibus addere possumus:quia secundùm Luc. consueuerat christus post cœnam illuc ire:& quod habebat exploratores Iudas post christum sicut habebat armatos(Cum accepisset cohortem &c.)Dixit sanc.Th. quòd Iudas tenuit omnem modum ne effugeret.Nam & contra turbas armâ, & contra tenebrarum latebras lumina habuit:& contra potentes habuit cohortem ne scilicet quis impediret operantem per potestatem publicam: & contra zelantes pro lege habuit ministros Pharisæorum & pontificum.ne scilicet quis ęgrè ferret quòd eum caperet per Romanos.(Ego sum)In hoc secundùm Sanc

A Sanct. Tho. ostenditur quòd etiam à Iuda non cognocebatur etiam ad vocem.quia etiam secunda vice idem repetiuit scilicet ego sum(ceciderunt in terram)prostrati verbo christi.Ex quo euidenter patuit quòd fugere nolebat Sed quare non fuerunt conuersi viso tali miraculo?Ad hoc dico quòd erant duræ ceruicis.Nonne multa alia fecerat maiora quàm fecit in suo transitu:
B & tamen non sunt conuerunt ? (vt impleretur sermo quem dixit)scilicet ipse Dominus ante passionem(Nõ permisi mori corpore,vel spiritu finaliter) didit ex eis quenquam idest non perHoc enim dixerat etiam de salute corporali discipulorum.Inde tamen ipse excepit Iudam qui spiritualiter,& corporaliter periit. (Et alius discipulus)
C idest Ioannes erat(notus põtifici) quia scilicet portabat ibi pisces. vt dicit S. Tho.missus à patre.) Ego palam locutus sum.)¶ Sed contrà,quia multa proposuit discipulis seorsum in parabolis vt patet Matth.xvj.Respondet S.Tho. quod dicta duodecim apostolis non reputabantur dici in occulto.Secundo,
D quod non proponebat ea discipulis in tentione occultandi.Tertiò,quod Dominus hic loquitur de doctrina quam populo tradidit quam illi non propofuit in conuenticulis (Interroga eos qui audierunt:)qui in hac re tibi sunt credibiliores(si malè locutus sum &c.) Sed contrà,quia videtur christus facere contra doctrinam suam.Matt.v.vbi dicit.Si quis te percusserit in vna maxilla præbe ei & aliam Ad hoc dicit Aug.quòd illud preceptum & similia non intelliguntur data absolutè:sed solùm secundùm præparationem animi vbi expediret ad honorem dei, & vtilitatem ecclesiæ vbi verò expedit respõdere respondendũ est.vt hic fecit chri- E
stus(A Caipha in prætorium aliqui textus habent ad Caipham.sed sunt in correcti vt patet in græco teste.S.Tho. Dato tamẽ hoc dicit.S.Tho.posse dici quòd Anna præuenerat eos qui ducebant christum ad Pilatum, vt cum informaret.Vel quòd prætorium præsidis erat in domo Annæ:in quasi tãquã in spatiosas ædes præses hospitabatur.
Sed vt dicit in græco habetur à Cai- F
pha in prætorium.Sed contra:quia adhuc euangelista non dixerat christum fuisse ductum ad Caipham & consequẽter non debuit dici à Caipha. Dico, ꝙ hoc dixerat implicitè cùm dixerat ꝙ duxerunt eum ad Annam primũ. Erat enim socer Caiphæ.In hoc enim quòd dicitur primum . subintelligitur quod secundo ductus sit ad Caipham . Item
contrà:quia dicit Io.quã ipsi,s. sacerdo G
tes non introierunt prætorium , ergo Caiphas non præcesit : quasi Pilatum informaturus.Dico,ꝙ verum est:sed tamen si illud dicatur dici potest quod erat prope prętorium & ibi præsidẽ informabat(manducarent Pascha).i. panes azimos quod secundũ.S.Th. licitè solũ mũdi edebant(nobis nõ licet interficere quẽquã)quia.s.secũdũ.S.Th.Romani eis abstulerãt ptãtem sanguinis. H
Vel hoc dicunt ratione solẽnitatis.sed primũ est melius: quia vtiq; poterant eum conseruare vt post Pascha produceretur ad mortem.¶ Sed quomodo occiderunt Stephanũ Act.vij.Respondet Chrys.ꝙ Romani concesserant vt Iudæi legitimis suis vterentur.Erat autẽ mors lapidationis inflicta per legem,& consequenter eis concessa.non autem mors crucis quæ erat execrabilior : & quã tanquã turpissima intendebãt(nũ quid ergo Iudæus sum,quasi. d.ex me

ista

I ista non concepit(Regnum meum non est in hoc mundo).i.tēporale quasi di. Sum quidem rex, sed non talis, qualis Cesar. (Omnis qui est ex veritate).i. qui ex parte est veritatis:quia.s.eā diligit,& sequitur. (Quid est veritas. Ad hoc non respondit Christus:quia Pilatus coactus est exire ad clamores Iudæorum (Ecce homo).q.d.Et si in aliquo malè egit satis:& vltra punitus est (Iesus autem responsum non dedit ei)

K Primò, quia erat idololatria, & consequenter secūdum aliquos indispositus ad audiendam generationem verbi. Secundo,ne impediretur sua passio (Nisi tibi datum esset desuper).i.nisi Deus permitteret:nā de iure nihil potes contra me cùm sim innocens. (Propterea qui tradidit me tibi). i. populus iste (maius peccatum habet).s.quantū qui solo respectu humano duceris (litostratos) vel meliùs perit(lithostratos).i.lapidum seratura à lithos lapis,& stratos

L pauimentum: & est nomen Græcum. (Erat autem tunica inconsutilis) Hoc dupliciter exponitur. Primò, secūdum Chrys.mentem sic. Erat inconsutilis.i. paucas habens suturas. In palestina enim:vt ait,pauperes accipiebant duos panos,& eos conserendo faciebant vestem(desuper contexta alio panno ad maiorem fortitudinē. Tales enim erāt pauperum vestes. Et sic notatur vilitas

M vestium Christi. Alio modo secundum Mag.hist.sic. Erat incōsutilis.i.sine sutura. Erat enim reticulato opere facta: desuper contexta per totum.i.in superiori parte super humeros habens pannum ex transuerso admodum corrigiæ in pelliceis. De hac tunica fertur, quòd eam puero Iesu fecerit mater, & quòd cùm crescēte creuerit. Hoc autem non est incredibile quo ad hoc quòd mater sic fecerit si consideremus quantum di- N lexerit talem filium: neq; qui ad hoc quòd sic creuit:si tales quid legimus factum circa filios Israel in deserto vt patet Dent.viij.(Maria Cleophe &c.) Ex hoc loco patet quòd cùm legitur:Cleophe inter mulieres quæ inducūtur circa Christi mortem, & resurrectionem: semper subaudiendum est,ly Maria (in suam).s.curam,& diligentiam vel in suam matrem. Aliqui autem legunt in O sua neutraliter:sed malè:quia Ioannes nihil habuit vbi virginem exciperet (hysopo circum)Quidā vt dicit Theo. per hysopum intelligunt arundinem in qua secundum alios Euangelistas obtulerunt Christo spongiam:quia habet folia similia arundini. Magt.autē Hist. dicit quòd spōgia fuit in arundine per hysopum circumligata. Forte autem P arundini erat vinctus baculus ex hac herba.vt altius spongia eleuaret. Crux enim Domini fuit eminens:quia vt dicit Mag.Histo.opinio est quòd consurgeret in altum pedibus quindecim.erat enim magnus dies ille sabbati) quia.s. & erat sabbatum:& erat solennitas paschalis (Exiuit sanguis, & aqua) Dixit autem Mag.Histo.quòd iste miles cum casu de sanguine oculos tetigisset qui iam ferè caligauerāt clarè vidit (Et qui vidit).i.ego ipse: qui interfui (vt scriptura impleretur).s.Exod.xij.quæ loquitur de agno paschali qui fuit expressa figura Christi dicens, quòd eius ossa frangi non deberent (& iterum alia) Zach.xij.(Videbūt).s.Iudæi in die iudicii cicatrices Christi (in quem transfixerunt)lanceam mediante milite.Licet tamen Hiero.habet. Aspicient ad me quem confixerunt:sed est eadē sententia: quia propheta loquitur in persona Christi: ideo loquitur in prima perso

A persona: sed Euangelista refert hoc ad Christum loquens in tertia persona. Vnde idem diuersis verbis expressērunt De hora autem cœnæ Domini:& Passionis eius. Pau. bur. facit longum sermonem in suis additionibus ad Nico.de Lyra. Aliter tamen soluunt doctores quàm ipse. Vide de hoc S.Tho. iij.q.lxvj.articu.ix.vbi videtur omnia enucleare.

B

Sabbato sancto Paschæ.

VEspere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati venit Maria Magdalena,& altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus au- C tem Domini descendit de cœlo:& accedens reuoluit lapidē, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimēta eius sicut nix:præ timore autē eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respōdens autem an- D gelus:dixit mulieribus, Nolite timere vos. Scio enim quòd Iesum,qui crucifixus est, quæritis Non est hic: surrexit enim sicut dicit, Venite,& videte locum vbi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit. Et ecce præcedet vos in Galilæam ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis. E

VESPERE AVTEM SABbati quæ lucescit in prima sabbati &c. Matt.xxviij. In præsenti Euangelio incipit narrari Christi resurrectio,quæ tamen in sequenti nocte facta fuit. & hoc fortè: quia sicut dixit.b.Tho.super Ioā.in nocte resurrect. fideles solennizant. & in.iiij.dist.xiij.dicit quòd in primitiua F eccleſia in illa nocte missa cantabatur: & ex hoc arguit: quia in missa hodierna in oratione dicitur. Dominus qui hanc sanctissimam noctem &c. Ex his autem verbis.S.Tho.patet quòd nunc dicitur missa in die: quæ tunc dicebatur in nocte. ideo præsens Euāgelium institutum est primò recitari in nocte illa:& nunc recitatur in die:habito tamen respectu ad noctem in qua institutum est legi. Tanguntur ergo in ea G tria puncta,qui sunt. Visitatio, Apparitio,& annuntiatio. ¶ Quantum ad primum tāguntur quomodo mulieres sanctæ voluerunt visitare Christi sepulturam. Sciendum est autem quòd principium Euangelii huius est aliqualiter obscurum,& tam variæ sunt super eo expositiones quòd si omnes adduceren tur omnino confunderetur ingenium. Sciendum est ergo primo:quòd hesperus stella est quæ sero apparet post so- H lis occasum:& manè etiam ante solis ortum:sed diuersis tēporibus. est enim idem quod Venus quæ ratione magnitudinis sui epicicli nunc est sole orientalior,nunc occidentalior:& cōsequenter nunc apparet post solis occasum. nunc ante ortū quāuis ipsa eius sphera similiter vt sphera solis moueatur motu proprio:vt alibi dictum est:& linea

I medii motus eius sit eadē in linea medii motus solis. Quidam tamen dicunt ipsam apparentiam esse in eodem anni tempore non ratione epicicli: sed ratione altitudinis Veneris quę est supra solem. Altiora enim siue remotiora citius ascendere videmus, & tardius occumbere. Sed ista falluntur: quia Venus est sub sole immediatè: vt alibi scripsimus. Sed & si esset altior: ideo nō sequeretur si esset simul cum sole in eadem linea: quia propter paruitatē terræ respectu cœli videmus semper medietatem cœli, acsi essemus in centro terræ, vbi si essemus cōstat quòd simul vtrunq; videremus in casu illo: quia linea egrediens ab oculo nostro trāsiret per vtrunq;. Ab hespero autem mutata h, in v, consonātem, dicitur vespera vesperæ: & vesperus vesperi, id est tēpus, quod est inter diem & noctem: vel secundum aliquos inter noctem, & diem in quo scilicet illa stella solē sequitur aut præcedit. i. mane. & serò. Vnde licet omne extermū noctis, & quodlibet extermum diei secūdum aliquos dicatur vespera: propriè tamen dicitur prima pars noctis: & vltima diei: quia hesperus vt præcedit solem in manè propriè non dicitur hesperus: sed lucifer: quia s. lucem solarem antecedēs illam quodammodo mortalibus afferat. Dicitur etiam hoc vespere: vel hoc vesperis, & significat horam qua sol incipit declinare ad occasum sub Orizonte: & vsq; ad crepusculum durat. i. vsq; ad manè sequens: ita quòd nox ipsa, dicitur vesper. Sciendum est secundò, quòd sabbatum dicitur secūdum aliquos à sabbe Hebraicè: vel à sabba Syriacè, quod Latinè est septem: & interpretatur requies. Est eñ dies septima in qua etiā Deus à creandis nouis rebus dicit quieniſſe. Significat autē tertiam. s. septimanam, & diem vltimā eius: & quamlibet eius diē addito aliquo termino numerali. vt si prima sabbati dicatur dies dáica. & secūda sabbati dies lunæ. & sic de aliis. ¶ Sciendū est etiam ꝙ feria dicitur secundū aliquos à ferio, rias. quod est cessare ab operibus seruilibus: sed secundū alios à feriendis victimis. Et vtroq; modo propriè significat diē festum: licet ad omnē diem extēdatur: secundū alios autē dicitur à fando: quia s. in singulis feriis Deus creādo aliquid fabatur: vel quia in die habemus tempus fandi. Et sic omnis dies est feria. ¶ Sciendū est quartò, ꝙ secundum Hebræos dies septimanæ sic nominantur Sabbatū: prima sabbati. i. prima dies à sabbato, vel post sabbatū secunda, tertia, quarta, quinta, & sexta, sabbati. Secundū Christianos vero sic, Dies dáica i. in qua Christus dñs resurrexit: siue prima feria, secūda, tertia, quarta, quinta, sexta, & septima fer. Secundū gentiles autē idola colentes septē dies denominātur, à. vij. planetis, & singuli ab illo qui in prima eius hora dominat. Dicitur ergo dies solis, dies lunę, dies martis, dies mercurii, dies iouis, dies veneris, dies saturni. ¶ Nec tamen credendū est ꝙ secundum istum ordinē sint positi cœli istorū planetarum: quia iste est eorū ordo in cœlo incipiendo ab inferioribus, & ascēdendo. Terra quæ est in medio mundi: aqua, aer, ignis, luna, mercurius, venus, sol, mars, iupiter, saturnus, octaua sphera, seu stellarū fixarum primum mobile, seu primus motus vel cœlum cristallinū: & cœlum empyreū. Quidam tamē inter octauā spheram: & cœlum empyreū ponunt duos, sed licet fortè non sit necesse, vt alias dictū est: tamen probabile, & probabilius. Et hoc tenet

A tenet sanctus Thom̄. in. ij. sent. & communiter astrologi. Hæc autem patent in subiecta figura.



¶ Sciendum est etiam quintò, quòd iste mulieres licet Ioannes tātum de Maria Magdalena facit mentionē, fuerunt secundum Matt. duæ. s. Maria Magdalena, & altera Maria. i. mater Iacobi minoris secūdum. S. Tho. quæ erat soror matris Christi. secundū Mar. verò fuerunt duæ prædictæ: & cum eis tertia. s. Salome. Est autē Salome nomen viri. Aliquando etiā vt hic est nomē mulieris. sed subintelligitur Maria. Vnde ꝙ Marcus dicit: & Salome. Mag. Hist. dicit: & Maria Salome. Vel secūdū Chry. mater filiorū Zebedæi quę fuit filia Salome vocata est Maria & Salome quasi binomia. Et hoc videtur in idē redire quia dicebatur Salome à patre subintellecto tamē proprio nomine filiæ. De hoc vide feria quarta post primā dominicam quadragesimæ. Dicit autē Magister prædictus quòd quidā dicunt eas fuisse duas tātum. & ly Salome est expositio alterius Mariæ tacitæ. Sed vt dicit contra hoc est vsus ecclesiæ: quæ tres repræsentat. & etiam beatus Lucas qui dicit, Erant autem Maria Magdalena, & Ioanna: & Maria Iacobi: & cæteræ quæ cū eis erant. Vnde erant plus quàm quatuor: sed fuerunt tres Mariæ s. Maria Magdalenæ: & Maria Iacobi: & Maria Salome. Ioanna autē: vt idem Magister dicit tradit fuisse vxor Churæ procuratoris Herodis. Sicut autem dicit beatus Lucas quædam istarū mulierum: vt ait Mar. i. Maria Magdalena: & Maria Ioseph seu Iacobi minoris: quando sepeliebatur Christus considerabant vbi sepeliretur: vt possent illum more Iudaico aromatibus condire. Et vt dicit beatus Luc. feria sexta aromata, & vnguenta parauerunt quod intelligendum est ipsa sexta feria factum quousq; eis licuit operari. Nam subiungit quòd sabbato siluerunt secundum mandatum, id est, nihil operatæ sunt propter festū peracto vero sabbato in sero quando iam festum cessauerat, parauerunt se vt ad sepulchrum accederent. ¶ His visis veniamus ad textum. Dicitur ergo. Vespere sabbati.) Reuera iste mulieres ad monumētum venerunt in diluculo diei dominicæ. Quod ergo dicitur, Vespere sabbati exponitur. i. nocte, siue quia vesper dicit nox, siue quia vespera dicit prima pars noctis: à parte denominādo totum. igitur Vespere sabbati). i. septimanæ. Et quia in septimana sunt multæ vesperæ: & eadem vespera habet duas partes scilicet sero & manè: vt hæc ab aliis distinguatur subiungitur (quæ). s. vespera luceſcit in prima sabbati, id est, in prima die septimanæ, scilicet in die dominico de manè. Luceſcit inquam gratia suæ partis extremæ seu vltimæ: vt per hoc quòd dicitur prima sabbati. excludantur vesperæ aliorum dierum à dominica. per hoc vero quòd dicit, luceſcit: excludatur sero ipsius domi-

nicæ. Lucescere enim est incipere lucere: ꝙ non conuenit ei horæ quæ à luce tendit ad tenebras. sed ei quę e contrario. Vnde manè luceſcit, ſero autē tenebreſcit. Sciendum est amē ꝙ ſumitur hic ſecundū aliquos veſperè, aduerbialiter. & ſequēs relatio fit ad nomen in aduerbio intellectū. Vel ponitur genitiuus huius uominis veſpera pro ablatiuo. vel ponitur ablatiuus huius nomi
K nis veſper. (Venit Maria Magdalena) id est, ſoror Lazari dicta Magdalena, vel Magdalene à Magdalo caſtro ſuo: vel quia ibi orta eſt, vel quia ibi dominabatur. A magdalo enim dicitur Magdalenus a.um. & hęc Magdalene, nes. (& altera Maria) ſcilicet Iacobi minoris ſeu Cleophe (Videre ſepulchrum) fuit autē ſepulchrum domini vt fertur tale. Sumpto enim
L vno latere per intellectū ſic ſtatuaꝝ, vt latera lōgiora reſpiciāt meridiē & ſeptentrionē breuiora autē oriētē etiā occidētem: & diuidatur in tres partes, quarum maxima ſit ad orientem: minor in medio; & minima ad occidentē ſecundum iſtam figuram.

M 

¶ Sic tria ſpatia fuerunt in monumēto domini: quorū maximi erat ſine tecto: ſed claudebatur muro cubiti, ac ſemis, vel circa, & lapideo ſedili: alia verò duo erant camerulæ excauatæ in petra ad quas erat introitus per portulas exciſas à parte orientis & ante portulam prima fuit in ſpatio magno columna cubiti vnius, ac ſemis circiter, ſupra, quā reclinabatur lapis claudens portulā, in ſpatio autem minimo à dextris. ſiue ad aquilonem fuit menſa exciſa eleuata duobus cubitis circiter à pauimento: & ſuper ea poſitū fuit corpus ſaluatoris. Bed. dicit ꝙ eleuabatur tribus pſalmis. Porta aūt qua intrabat ad ſpatiū minimū eſt in angulo meridionali. ſed à qua intrabatur ad ſpatium medium nō eſt in angulo ſed in medio parietis ſine muri ſpatia diuidētis. Non eſt aūt intelligēdū ꝙ venerūt ſolū videre ſepulchrū, ſed vt vngerent Ieſum, vt dicit Mart. Et hoc ſecundum Theo. vt corpus eius odoriferū maneret: & nō ſcaturiret humiditatē quam aromata deſiccant, & abſorbent. vnde corpus incorruptū conſeruant. Vnde venerunt ergo videre quomodo illud corpus à Nicodemo erat cōditum qui iuxta Ioā. illud condierat myrrha, & aloe. Et vt ſupplerēt ſi quid deficiebat vel etiā ſuperadderent. ¶ Eſt autē hic triplex quæſtio. Prima, quia hic dicitur ꝙ veſpere venerunt ad monumentum. & Ioan. xx. dicitur quòd manè. & Luc. xxiiij. ꝙ diluculo. Ad hoc ſic vt dicit Hier. ꝙ diuerſa tēpora iſtarū mulierum in euangeliſtis de ſcribuntur non mendacii ſignum eſt vt impii obiiciunt: ſed ſedulæ viſitationis officia dum crebro abeunt, & recedunt, & nō patiuntur à ſepulchro domini diu abeſſe, vel longius. Hæc ille. Et intendit ſecundum. ſ. Tho. ꝙ venerunt veſpere &

A & manè, Sed contra: ſi enim quæ in hoc euangelio narrāt veſpere non manè contingerūt: quomodo potuit angelus dicere: ſurrexit dominꝰ: Ad hoc dico ꝙ per veſpere Hie. nō intēdit ſero, ſed nocte. Venerūt enim nocte cùm ad huc tenebræ eſſent: & etiā mane orto iam ſole. Et ſic per veſpere intelligit nocte: vel ſero: & ſequitur: & viderunt reuolutū lapidē intelligit in manè quā
B do denuo venerunt. Non eſt enim extra rationē ꝙ etiā ſabbato tranſeunte venerunt de ſero ad ſepulchrū viſitandum. Sed quomodo poteſt Hier. dicere quæ luceſcit: cū ſero tenebreſcat? Ad hoc dicit. ſ. Tho. quòd ſecūdū Iudæos dies incipit à veſpera: quia obſeruabāt dies ſecundū lunā: quæ ſero incipit lucere Beda autē ſoluit: quia in veſpere ſabbati dicuntur veniſſe: quia
C ſeparauerant ad veniendū: & in mane de facto venerunt Ang. autem de con ſen. euan. ſoluit: quia venerunt veſpere ſabbati. i. nocte denominando totā nocte à prima eius parte. Poteſt etiam ſoluit ſecundum aliquos ꝙ per veſpere intelligit mane iuxta vnum modū exponendi textum. Secunda dubitatio eſt quare non eędem mulieres ab om-
D nibus euangeliſtis ad ſepulchrū fuiſſe dicuntur? Ad hoc dico ꝙ Ioan. de ſola Magdalena mentionem facit: quia cæter. s erat feruentior. Matth. verò addidit Mariā Iacobi. quia illa ſimul cùm Magdalena ſedebatur vt dicit contra ſepulchrū in paraſceue. vt viderent. ſ. vbi eum ponerent: ſicut etiam. b. Marcus teſtatur. Marcus autem addit Salome duabus prædictis: quia erat ſoror Mariæ Iacobi & amica Chriſti: & cū domino aſcenderat de Galilæa. Luc. vero addidit Ioānē, & multas alias: ꝙa retulit factum nominando principales. Tertia dubitatio eſt: quare beata
J virgo non fuit cum eis? Ad hoc dicitur cōiter ꝙ iſte aliæ: non permiſerūt eā: quia erat ſemiuiua ex dolore paſſiōis filii. Vel fortè ipſa melius ſibi iudicabat contēplari in cubiculo myſteria Chriſti: quā ad ſepulchrum pergere: ſicut & quædā aliæ qui ex quadā pietate mouebantur. Vel tertiò, quia ipſa ſciebat iam Chriſtum ſurrexiſſe: quia
F ei primo, apparuit vt dicetur. Vel quartò, quia non potuiſſet ſine doloris gladio ſepulchrū videre. ¶ In hac parte eſt documentum morale. ¶ Maria eīm quæ animā pœnitentē ſignificat ſepulchrum domini ab Euangeliſtis dicitur veniſſe ad vidēdum vt hic. & ad vngēdum, vt Mat. xvj. & ad plorandum. vt Ioan. xx. Sic igitur anima debet circa Chriſti paſſionem, & ſepulturā videre
G per meditationem: vngere per deuotionem, & flere per compaſſionē. ¶ Quantum ad ſecundum tangitur viſio angelica quā habuerunt, cū dicitur. (Et ecce terræ motus factus eſt magnus) Terræ motus aliquando fit a natura. & ſic cauſa à vento impellente alium vētum intra viſcera terræ, & cogentē locum exire. vnde non poteſt eſſe ſimul in tota terra. ſed p. cc. miliaria ad
H plus. Eua portat aūt talis vētꝰ ſole ſub tilante. Ante talem terre motū qui eſcunt venti: & poſt illum fiunt: quia exeunt de terra. Vnde & animalia quæ portant caput iuxta terram, tunc inficiuntur: quia continuè exiit vapor de terra venenoſus Sicut autē dicit Sene & talis terremotus diuiſit Siciliam à Calabria: & Hiſpaniam ad Aphricā. Omnia p̄dicta teſtatur. ſ. Tho. ſuper pſal. xvij. Aliquando autē fit à voluntate: & ſic fit à Deo. Pōt etiā fieri naturaliter ab Angelo bono, & malo: ꝙa inferiora

I feriora corpora obediunt eis ad mutū quo ad motum localem, vt dicit sanct. Tho. in multis locis. nō tamen possent totam terram mouere: vt idem dicit in q. de ma. q. xvj. In terræ motu autem nō mouetur tota terra: nec mutatur de loco ad locum: sed mutatur in se: vt dicit supra psal. vbi. s. ideo videtur temere. Præsens autē terræ motus vt videt angelo factus est, Vnde euāgelista quasi eius causam assignans, ait. (Angelus autē nomini descendit de cælo) Quomodo autem moueatur angelus vide feria. vj. post. j. domini. quadr. Sed quare iste terræ motus est factus? Ad hoc dicitur ꝙ est factus primo, secundum Chry. quia cum ista nocte fierent: probabile est ꝙ aliqui istarum mulierum obdormissent. ideo Angelus voluit eas excitare: & intellige ꝙ probabile est probabile est aliquos obdormisse idest esse somnolentas, Secundò, vt sicut sepultura humanitatē Christi. ita terræ motus diuinitatem probaret. Tertio, secundū Seuerinū ad significandum qualis erit ille terremotꝰ, quādo Christus ad iudicium descendet ad iudicādum: si talis fuit iste quando descendit angelus christo resurgente ad iustificandum. Quartò, cū his esiā dici posset ꝙ voluit Angelus terræ custodes, ne contra sanctas mulieres aliquid molirentnr: & à sepulchro prohiberant (& accedens reuoluit lapidē) Sed quare. Namdominus, iam surrexerat secūdū Bedam. Sicut enim dicit Magis. Histo. dominus surrexerat in terremotu. vnde & angelus dixit mulieribus eū surrexisse. Ad hoc dicitur ꝙ angelus reuoluit lapidem. Primò, secundū prædictū Magistrum Hist. & Bedā vt mulieribꝰ indicaret iam dominū surexisse. Secūdò, secundū Remigium vt significaret ꝙ sacramenta Christi in lege abscondita reuelarentnr. Significatur enim per lapidē lex in lapide scripta (& sedebat super eum) Sed quare sedebat cū non esset fessus. Ad hoc dicunt doctores ꝙ sedebat propter mysterium. Sedebat enim Primò, secundū Seuerinum, vt ostenderet se doctorem & magistrum resurrectionis Christi. Secūdo secūdū Bedam vt ostenderet Christum superato Diabolo regnū obtinuisse. Sicut enim dicit. s. Tho. sedere est docentiū, & dominantium, & quiescentium. ¶ Est aūt hic vna quæstio: quia Mat. dicit vnum angelū super lapidem reuolutum ledisse Mat. autē dicit ꝙ mulieres introeuntes in monumētum viderūt iuuenem sedentē in dextris. Ad istā quæstionem dicit Ange. de consensu euangelistarū quod aut istæ mulieres deos viderunt angelos: à quibus successiuè audierunt eademverba. Sed Mar. tacet de eo qui. super lapidem sedebat. Aut reuera idē angelus fuit qui super lapidem, & qui in dextris sedisse dicitur, & ille erat intra monumētū .i. intra spatium clausum: in quo, erat petra in qua sus erat locus sepulchri. Dextra autem pars secundum Bedā est australis, siue meridiana. Corpꝰ eū, vt ait, supinū iacens. i. verso vultu ad sydera caput habebat ad occasum cōsequēter dextera ad meridiē. Sed insurgit alia qō: qa dicit beatꝰ Lu. ꝙ postquā intrauerūt monumētum duo viri steterūt iuxta illas iu veste fulgēti: & cōsequēti angeli fuerūt dos intꝰ. Ad istā qonē dupliciter possumꝰ dicere secūdū Aug. Primò, ꝙ ibi apparuerūt tres angeli: vnus sedēs super lapidē: & duo intra monumētū. Alio modo vt ibi apparuerunt duo tantum intra mouumentum: & vnus eorum sedebat super lapidem in parte

dextra sepulchri. Et licet Ang. non dicat tamē hic solus aliquando nominatur, quia ipse mulieribꝰ locutus est ex persona sua & socii. ¶ Est autē & alia quæstio quia Luc. dicit eos stetitisse, & non sedisse. Soluit autē Chry. quia primo, sedebant: sed assurrexeruut mulieribus: & steterunt iuxta illas. Erat autē aspectus eius sicut fulgur.) Est fulgur à fulgendo dictū. sicut & fulgor: ꝙ est splendor. Est aūt fulgur species fulminis, & est propriè splendor. Est autem fulgur species fulminis, & est propriè splendor inflammans. Nam fulminis, sunt tres species. s. fulgur afflās, & tangens: sed nō comburēs fulgur ꝙ vrit: & fulmen ꝙ scindit. Interdū tamen dicit fulguriaculū existēs in caligine. Apparuit ergo Angelus in aspectu id est, in facie sicut fulgur vel ignis: quia sicut dicit. s. Tho. fulgur de cælo est, & claritatem, & timorem incutit: & sic angelꝰ est naturę cœlestis. & habet claritatem cognitionis: & apparēs terrorē ingeri. quem tamē postmodū expellit, si bonꝰ est Apparuit. vero in veste candida secundū Hie. vt significaret gloriā christi resurgentis, & secundum alios vt mulieres ferrent eius aspectū. Vel secū dum Grego. in vultu seueritatem Dei contra peccatores, in candore vestium benignitatem eiusdem ad iustos voluit exprimere. (Præ timore autem eius exterriti sunt custodes & facti sunt velut mortui.) Raba. Timoris anxietate sunt exterriti ꝙ amoris fiduciā nō habebāt. & facti velut mortui qni resurrectionis veritatem credere soluerunt. Hæc ille. ¶ In hac parte est morale documentū ꝙ ꝙ vult ad resurrectionem peruenire gloriosam debuit indui albis Lact. Nihil aliud ab hoīe regrit sancta & singularis illa maiestas pter solā cordis innocētiā quā si quis obtulerit deo satis pie satisque religiose litarit. Hæc ille. ¶ Quantū ad tertium tāgitur annullatio qua fecit angelꝰ. cū dicitur (Rūdēs auem angelus). j. loquēs Licet enim respōsio proprie sit ad interrogantem tamen vocabulum extensum est ad omnem locūtionem (dixit mulieribus) nihil dicens ad impios custodes. (Nollite timere vos) Hiero. q. d. Illi timeant in quibus permanet increedulitas. ceterū vos quia Iesum quæritis crucifixum audite: quia surrexit: & promissa perfecerit. Hæc ille. Vnde sequitur. (Scio enim ꝙ Iesum qui crucifixus est quæritis. Non est hic. s. per per præsentiam carnis secundū Rab. quāuis vbique sit per diuinitatē (Surrexit enim sicut dixit) Ghry. quasi diceret. Et si mihi non creditis illius metōte verborū. Cōsequēter aliā addu cit ꝓbationē dic. (Venite & videte locū vbi posit' erat dñs) quasi diceret. Locus vacuꝰ est: iō scitote quia surrexit. (Et cito eūtes discipulis eius) Beatus mar. dicit ꝙ addidit (& petro. Hie. Dicit aūt spāliter petro ꝙa se indignū iudicabat discipulatu: dū ter negauit magistrū. Sed peccata præterita nō nocēt qū nō placēt. Hęc ille. (ꝙa surrexit) Est aūt sciēdū ex doctrina. s. Tho. iij. p. qō. lv. ꝙ supposito ꝙ xpi resurrectio manifestari nō debuerit nō debuit manifestari seu reuelari. Sicut em dicit. b. dionỹ, li. de cele. Hiera. diule reuelatiōes p superiores ad inferiores deriuātur. Et intellige superiores amore: nō aūt ordine nisi ceteris ptibꝰ: & publice. Mittunt aūt mulieres quibꝰ primo reuelata est testificari iliā. nō ad populū ꝙa eis nō licet publice loq: sed admonesti cos: vt sicut mulier primū nūtiū detulit mortis ad virū: deferret ēt vite xpi

I resurgentis in gloria: ac per hoc pateret nō ex sexu, sed ex meritis in gloria futuram esse differentiam. Non autem fuit conueniēs vtilium aliqui viderint resurgentem quia illa resurrectio transcendit communem hominum notitiā quantum ad terminum à quo & ad quē quia à statu mortis ad immortalitatem fuit, ideo debuit primo per angelos notificari. Resuscitatio autem lazari cognoscibilis fuit à nobis quo ad termi-
K num ad quem quia fuit ad vitā mortalem & ascensio christi quo ad terminū à quo ideo vtrunq; horum fuit videntibus discipulis. (Et precedet vos in Galileam. (Sed quare dicit in galileā cum primo non in galilea: sed in Hierusalē sit visus. Ad hoc dicit. S. Tho. ꝙ hoc fit primo ad ostendendū ꝙ ille erat qui cō sueuit cum eis conuersari in galilea secundo vt liberarentur à timore: quia in galilea securius conuersabant quàm
L in iudea. Tertio potest dici ꝙ in hierusalem visus est ab aliquibus discipulis sed non ab omnibus simul, sed in galilea vt dicet (eras ibi eum videbitis) oēs simul. (Ecce prædixi vobis) quasi diceret. Explete & vos nuntium vestrū sicut ego feci. ¶ In hac parte est morale documentum ꝙ christum gloriosum videre desiderantes debent in galileā profi
M cisci quæ interpretatur transmigratio. Oportet enim à vitiis ad virtutes trāsire & à presenti vita ad futuram.

In die sancto paschę.
Mar. xv.

MAria Magdalene & Maria Iacobi & salome emerunt aromata vt veniētes vn
N gerent Iesum. Et valde mane vna sabbatorum veniūt ad mo
numentum orto iam sole & d
cebant adinuicē. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio mo
numenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde & introeuntes in monumentū viderūt
O iuuenem sedentem in dextris coopertum stolla candida: & obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere: Iesū quæritis nazarenum crucifixū Surrexit nō est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulus eius & petro ꝙ pra
P cedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut dixit vobis.

MARIA MAGDALENI & maria Iacobi &c. Marc. xvj. Totum prēsens euangelium ex dictis in præcedenti patet excepto eo quod dicitur valde mane orto iam sole. Non enim vr quod esset ortus sol. Primo quia Mat. dicit ꝙ erat valde manè. Secundo quia Lu. dicit ꝙ valde diluculo. i. in aurora. Diluculum enim dicitur quasi die luculum id est die parua lux. Io. autem dicit. cū adhuc tenebrę essent. Soluit autē Aug. de consen. euan. ꝙ venerunt in aurora, quæ aliquid de luce & aliquid de tenebris retinet. Et tūc vt ait ortus iam erat sol in suis radiis & non in sua substantia. Vel secundum alios manè à domo sua recesserunt, sed orto sole venerunt id est peruenerunt ad monumentum.

A Omisso autem euangelio, circa christi resurrectionem de qua in eo agitur videnda sunt tria. s. resurrectionem præcedentia committantia & sequentia. ¶ Quātum ad primum dico quod christus post mortem & ante resurrectionē descendit ad inferos. ¶ Est autem sciendum circa hoc ꝙ secundum quod probat tam naturali philosophus quam
B astrologus totus mundus est sphericus & integratur ex. xiiij. spheria vel. xv. secundum aliquos vt in precedenti euangelio tactum est. Et in medio omnium
C est terra quę non perfecte circundatur ab aqua maris vt patet quia vbi nos sumus non est cooperta. Quidam autem dicunt ꝙ in omnibus aliis suis partibus est operta. Sed dominus albertus super lib. metheo. tenet ꝙ sicut est hic discooperta, ita & à parte oppositā: & mare duo facit littora vnū hic & aliud ibi, & ipsum remanet sicut zona transiens per polos mundi. & per orientem & occidentem. Sicut autem dicit San. Th. iiij. di. xliiij. q. iij. non est certū vbi sit infernus vt dicit Aug. & magister recitat vnde & Gre. in li. iiij. dial. non audet vbi sit diffinire. Quidā ergo vt ibidem Gre. dicit illū esse asserunt in quadam parte terræ quidam vero dicunt
D quod est sub orbe trisi. i. in parte opposita nobis ꝙ Isido. vr sentire cum dicit. Sol & luna in ordine quo creati sunt stabunt ne impiis in tormētis positi eorum luce fruant. Hæc autē ratio nulla esset si damnati essent sub terra infra terram. Pythagoras verò locum penarum dixit in sphera ignis esse alii dicūt quod sub terra est in medio vel circa mediū ipsius terræ ꝙ Gre. probabilius inter ora prædicta probat. Tum quod dicit infernus eo ꝙ subtus taceat. Tum quia apo. ij. ad significandam triplicem rationalium creaturarū mansionem di E citur neq; in cœlo neq; in terra neque sub terra. Idem ostendit Augu. x. super Gen. multipliciter. Sunt aūt plures inferni: sicut docet S. Th. vbi supra. Sunt enim quatuor. s. infernus damnatorum in quo sunt tria. s. tenebræ priuationis gloriæ & pœna sensus. Infernus puerorum in quo sunt duo prima. s. priuatio gratiæ & gloriæ non aūt pœna sensus. Infernus purgandorū in quo est secun F dum & tertiū non autē primum. i. priuatio gratiæ. 'Et infernus patrū in quo est secundū tm̄ s. priuatio gloriæ. Quidam aūt ista inferna quatuor. loca distincta in medio terræ esse existimant sicut sunt distinctę camerulę in medio pomi. Quidā vero existimant ꝙ vna & eandem sit domus in qua predicta pœnarū varietas inuenit & hoc vt dicit probabilius est. Christus ergo vt patet ex dictis s. Th. iij. parti. q. lij. ad infernum G descendere fuit conueniens. Primo vt sicut nostrā mortē sua morte fugauit ita fugaret suo descensu nostrū descensum. Secundo vt dicto diabolo inde captiuos educeret. Tertia vt suā potestatem in inferno monstraret visitando & illuminando, sicut fecerat in mundo viuendo & moriendo. Licet aūt vt idē dicit. iij. di. xij. in passione soluerit pretiū & amouerit impedimentū visionis diuinæ vnde & sancti statim viderunt: deū tamen cōueniens fuit ipsum descende- H re vt assumeret oēs defectus nostros & cōsequenter ipsum descēsum nō enim sonat in malum descendere ad infernū spoliandū. Non autē descendit ad infernum damnatorum per essentia: sed solum ad limbū patrū quia solum illos visitauit loco quos visitabat gratia. Et intellige dictum s. Th. de gratia cōsummata. i. gloria qua patres tantū visita-

I uit. In vno tamen inferno existens, per essentia per effectum erat in omnibus. Vnde damnatos increpauit de crudelitate & malitia : & purgãdis dedit spem gloriæ statim peracta purgatione iustis autem dedit lumẽ gloriæ. Quid autem pueris dederit à S. Tho. non habetur: nisi ꝙ aliquando dicit ꝙ omnibus infernalibus suam deitatem patefecit. Contraxit autem ibi aliquam morã sic
K vt simul anima de inferno & corpus exiret de sepulchro. Et hoc primo vt in hoc fratribus assimilaret. Secundo vt in resurrectione nouam vitã inchoaret quantum ad animarum liberationẽ & corporum resurrectionem in sua resurrectione inchoatam. Istos tñ subitõ liberauit illuminando per gloriã & confringendo vectes. i. reatus à quibus impediebant: non autẽ educendo. de inferno. Vnde latro fuit cum eo in paradiso id est visione diuina non aũt in paradi
L so terrestri, neq; in cœlo vt importat locum in quo deus videt ex congruo. Liberauit aũt inde sanctos patres quia eis dedit aditũ ad gloriã soluẽdo à reatu pene peccati Adæ, qui erat mors corporis & priuatio gloriæ. Nam peccati mortem deus fuerat comminatus: & eũ de paradiso eiecerat. A reatu aũt actualium & personalium peccatorum : per fidẽ christi fuerant liberati. Non autẽ
M inde liberauit damnatos quia eis passio sua non fuit applicabilis per charitatẽ: sine qua non est remissio peccatorum. Ille autem descensus non erat liberatorius nisi virtute suæ passionis. Neque etiam pueros cum originali descendentes quia carebat gratia & fide propria: & fidei sacramento adhibito per fidem alienã ideo non erãt ab originali peccato mundati. Neq; etiã liberauit animas à purgatorio, nisi si quas inuenit tales quales sunt illæ quæ non liberantur: quæ N scilicet essent plene purgatę. Sua enim passio non habuit tunc maiorem virtutem quam modo. Sed contra quia tales liberauit à reatu originalis peccati: ergo ab omni alio. Debuit enim perfecte illos liberare sicut & in hac vita perfecte sanabat. Ad hoc di. S. Tho. quod nõ est simile: quia ea à quibus in hac vita liberauit erat personalia pertinentia. ſ. ad liberatos tantũ. Purgatorii aũt animas non liberauit ab aliquo reatu per- O sonali: sed à reatu naturę & cõmuni omnibus qualis erat reat⁹ originalis peccati. Ista tamen sunt intelligenda vt dicit bea. Vin. secundũ rigorẽ iustitiæ secus autem secundum misericordiam & specialem gratiam. Et hoc idem innuit S. Tho. iij. di. xxij. q. ij. ar. ij. q. vlti. Oĩa prædicta sunt S. Tho. in iij. par. vel in iij. sententiarum. ¶ Si quis autẽ quærat P quomodo anima separata localiter moueatur. Dico quod moueꝛ eo modo quo angelus applicando suam virtutẽ loco tangendo locum vel eo ꝙ à loco tangatur. Vtrunq; enim sufficit ad talẽ motum localem siue naturaliter hoc fiat siue diuinitus: quod magis verum videtur quibusdã. Non autẽ mouetur mouendo aliquod corpus quia anima separata non põt nisi diuina virtute corpora mouere localiter vt dicit S. Tho. i. par. q. xvij. ¶ Sed pro his sciendum est: Q quod si motus localis anime separate fit per contactum corporis quo anima mouendo tangit corpus non potest moueri nisi diuinitus si vero sit per contactum quo tangatur à corpore illã deitate nente vel circunscribente hoc põt quodam fieri naturaliter virtute angeli sed non virtute animæ vel corporis: quia corpus non potest naturaliter agere animam vel econtrario sed angelus se-

A cundum aliquos saltem diuinitus cum possit angelum alligare etiam poterit animam alligare corpori. Ex quo vlterius vr̃ quod corpus agere possit in animam vt instrumentum angelicũ illã circunscribendo & detinendo. De motu aũt prædicto angeli habes supra feria. vj. post. j. dñicam quadrag. Et de motu animę christi dicit Capreolus. iij. di. xxij. potest ergo dici: ꝙ anima Christi toto aliquo tempore est in corpore li- B cet in eo nõ quiescat sed ad exitum disponatur puta triginta tribus annis & in vltimo instãti illius temporis extra corpus est. Et in illo instãti potest esse in inferno vel in cœlo vel in alio loco vbi deo placuerit. Cum enim absoluit à corpore quantum in se est remanet nusquam quia à nullo loco dependet, ideo applicabilis est ad omnem locum indifferenter, quia ab omnibus æque distat cum à nullo distet. ¶ Est autẽ no- C tandum ꝙ si quod toto aliquo tempore quiescat alicubi : necessario etiam est ibi in vltimo instanti illius temporis: vt probat S. Th. j. q. liij. ar. iij. sed si ibi non quiescebat sed disponebatur ad esse alibi, secus est quia in vltimo eius instanti potest esse alibi siue sub alia dispositione sicut toto aliquo tempore lignum est sub forma ligni à qua mouet per ignẽ calefacientẽ & in vltimo eius instanti ignis. Sciendũ est etiam quod D nõ dico animam à corpore ad infernũ moueri in instanti sed mouetur in toto tempore qua disponebat admortẽ & in vltimo eius instanti sicut ignis generat in toto tempore quo lignũ disponebat ad combustionẽ & in vltimo eius instãti. Vel mouet in tpe discreto cõposito ex instãtibus quorũ quodlibet põt coexistere multo tpi physico. Vnde in vno instãti fuit in corpore quod coextitit. xxxiij. annis in alio autẽ fuit in limbo. E Et istud secundum simul incepit. cum vitio instanti prædictorũ annorũ. Nullum aũt istorũ duorũ instantiũ est tps sed vtraq; simul sunt vnum tps. Et sic etiã applicatio animæ ad suum corpus vel ad ignẽ inferni non est motus : sed pars motus. Vtraq; autẽ simul vel successio vtriusq; est motus in talibus eĩ pars motus non est motus & pars tpis non est tps. Nec tñ dico ꝙ anima in in- F stantia separationis necessario sit in inferno vel purgatorio vel cœlo, sed dico ꝙ potest esse quamuis etiam posset esse alibi & in magno tpe ad dicta loca moueꝛit: si iustitia diuina requirat. Sciẽdum est etiam ꝙ anima christi ad infernum cũ luce corporali descendit vt haberi in euangelio. Nicodemi. & affirmat. S. Tho. iij. di. xxv. vbi dicit ꝙ fuit conueniens vt sicut interiores tenebras expulit ostensione suę deitatis: ita & exteriores expelleret propter p̃sentia suę G humanitatis. ¶ Quantum ad scdm tria sunt cõsiderãda. ſ. resurrectionis necessitas resurrectionis oportunitas : & resurrectionis qualitas. Quãtũ ad primũ sciẽdũ est ex doctrina. s. Th. iij. p. q. liij. quod cõueniẽs fuit Christũ resurgere. Primò pp iustitiã dei ad quã pertinet ex altare se pp deũ humiliãtes. Secũdo ad cõfirmationem fidei nostre vt xp̃m deum credamus. Tertio vt nos mẽbra sperem⁹ resurgere ex quo caput surre- H xit. Quarto vt discamus in nouitate vitæ ambulare. Quinto vt sicut per suam humiliationem nos liberauit à malis sic promoueret ad bonum per suam glorificationem. Debuit autem resurgere tertia die: quia debuit resurgere cito ne decrederetur eius diuinitas: & tamen debuit contrahere moram in morte: vt vera mors appareret

& ve

I & vera humanitas. Hæc autem mora fuit trium dierum: quia non contingit eum quia non contingit eum qui videtur mortuus & est viuus infra hoc tempus non ostendere signa vitæ. Item ad commendationem ternarii numeri: qui est numerus omnis rei: vt patet lib. de cœlo & mundo. Item vt nos à duplici morte liberaret. s. aīæ & corporis: quia sunt tenebrosæ propter culpam. Vna K sua quæ est lux propter iustitiam. vnde fuit in morte vna die integra & duabus noctib' & propter multa alia. Quo modo autem tribus diebus & tribus noctibus fuit in corde terræ vide fe. iiij. post. j. dominicam. xl. ¶ Et nota quod christus primus inter omnes homines perfecte resurrexit: quia ipse primus resurrexit a morte & necessitate & posL sibilitate moriendi omnes autem qui ante christi aduentum vel præsente christo resurrexerunt denuo sunt mortui. De his autem qui in eius passione surrexerunt, dubium est secundùm Hier. in sermone assumptionis virginis. Et si non sunt denuo mortui post christi resurrectionem surrexerunt: vt idem dicit super Mat. ang. autem ad euo. tenet assertiuè quòd denno sunt mortui cuius rationes sunt efficaciores. Causa autem principalis resurrectionis christi M fuit diuina virtus instrumentalis vero fuit anima & caro eius: inquantum erant diuinitati vnita. corpus enim animā & anima corpus reassumpsit. Hæc oīa sunt. S. Th. vbi. s. ¶ Quātū ad secūdū de oportunitate siue de hora resurrectionis sunt varię opiniones. Hier. enim in lib. xij. q. sic dicit: Vespere sabbatorum Matt. Mar. vero & valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum Huius qōnis duplex est solutio. Aut eā nō recipimus hoc Marci oībus grecis libris pene hoc capitulū in fine habentibus. Aut vterq; verū dixit. Mat. quū dīs surrexit id est vespere sabbati. Mar. quū vidit eū maria magdalena id est mane. Hęc ille. ¶ Et nota q̄ per vespere Hier. accipit sero. i. nocte. Idem cū Hier. videtur sentire. Amb. qui super Luc. ait. Non vesperascente die: sed noctis vespere dominus surrexit. Deniq; grecus sermo pro vespere habet sero. Sic ergo O dūs nō vespertino tempore diei: sed sero. i. profunda nocte surrexit. Hæc ille. Motiua aūt Ambro. sunt. quia sic mulieres potuerūt adire monumētū quiescētibus custodibus: & quia principes sacerdotum dixerunt. quòd discipuli nocte tulerunt illud: & quia quædā mulieres christi surrexisse sciuerunt quæ. nocte vigilarūt. quædā nō: vt illa Maria de qua Ioan. narrat. quæ secundùm Amb. non est eadem cū ea de qua loquitur Mat. & de qua infra. Item quia Sanson in typum resurrectionis media nocte tulit portas gaza. Item quia vt dixit mag. hi. apostoli tradiderāt ea nocte non dimitti populū ab ecclesia vsq; ad profundā noctē Aug. autem in. iiij. detri. tenet q̄ surrexit in diluculo. & idē tenet. s. Tho. Et huic attestatur vt dicit magister hist. & assentire videtur eccle- Q sia: quæ matutinas laudes pro dominicā resurrectione celebrat. Credo tamen q̄ oīm istorum fuit vna sentētia quòd dūs surrexerit in diluculo: ita quòd in ipso instanti eruptionis auroræ christus verus lucifer erupit de sepulchro: sicut & eadē hora veniet ad iudiciū secundū. S. Th. in. iiij. Et sic christus quadraginta horis fuit mortuus. s. quatuor vespertini parasceues: & triginta sex duarū noctiū & vnus dici. sicut etiam quadraginta diebus fuit in terris post resurrectionē. Tūc aūt pōt dici & profunda

A funda nox quæ vsque ad illum pūctū durat: & dies qui in illo puncto incipit medīū eq̄ pōt ab extremis de nominari vtriusq; vt patet. v. phisico. Motiua aūt vtriusque partis nihil aliud quàm hoc probant. Tūc eā potuerunt custodes quiescere & tunc venientes nocte venerūt. Quāuis dici posit q̄ principes sacerdotū mētiebantur & siue eadē B fuerit materia siue alia: nihil interest: quia rem oīno sciuit post factum: & nō ante neq; tūc. Nullus ergo nocte sciuit christū surrexisse: quāuis oēs sciuerint eū surrexisse nocte. i. diluculo. Ad factū aūt Sanson dicitur primo q̄ nō oportet figurā & figuratū in omnibus conuenire cū sint similia & nō idē. Oīa. n. similia sunt dissimilia in aliquo. Dicit secundo q̄ media nox non solū dicitur C instās mediæ noctis: sed totū tēpus ei ex vtraq; parte coniunctū quod est inter vltimū & primū instās luminis diei preteritæ & sequentis. & in hoc tempore. i. termino huius temporis christus surrexit. Ad alia etiam patet faciliter. ¶ Quātū aūt ad tertium de qualitate resurrectionis seu resurgentis sciendū est ex doctrina. S. Th. iij. per. q. liij. q̄ D christus surrexit cū corpore vero: quia de ratione resurrectionis est vt idem numero resurgat quod per mortē cecidit. Quia tū corpus gloriosum est spūa le. i. spūi subiectū: in ptāte beati est videri vel non videri. Et sub hac vel illa effigie poterat christus videri à videntibus. Et virtute diei potuit simul cū alio corpore esse: & cū exiuit clauso sepulchro: & cū intrauit ad discipulos clausis ianuis. Et resurrexit cū corpore glorioso. Primo quia illa resurrectio fuit exēplar nostræ quæ erit gloriosa. Secundo quia humilitas passionis hoc meruit. Tertio quia si ante resurrectionē non fuit gloriosum: hoc est factū dispēsati E ue ad pagēdū mysteriū redēptionis vt pati posset. Peracto ergo illo anima & suā gloriā cōicauit. Sed tamē in ptāte beati est vtrū sua claritas videatur vel non, Sed contra quia illud corpus erat palpapabile: ergo & corruptibile. Ad hoc dicitur q̄ corpus dicitur palpabile non quia tactui resistat: vt cœlum quia nihil prohibet per naturā esse incorruptibile sed quia: & resistit & afficitur: tā gibilibus qualitatibus: vt corpus chriF sti. Et tale est quidē per naturā corruptibile, sed incorruptibile per gloriam. Et cā corpore integro. i. habēte oīa quę sunt de veritate & integritate humani corporis. Nō eā perfecte surrexisset si aliquid per mortē cecidisset quod non surrexisset. De carne enim ablata ab eo in circuncisione dicit Iaco. de vo. q̄ dicitur angelus eā attulisse carolo magno qui eam primo Aquisgrani: deinde G Caroli collocauit. nūc aūt dicitur esse rome in ecclesia quæ dicitur sancta sanctorū, vnde ibi extant tales versus. Circuncisa caro christi sandalia clara. A cūbilici viget hic pręcisio chara. Vnde & ea die ibi fit statio. Sed subiūgit q̄ quia caro est de veritate humanæ naturæ credimus quòd christus resurgēte ad locū suū rediit glorificata. Hæc ille. Et id H quod ipse credit est verū aliquo mō: vt patebit in quæstionibus. De sanguine etiā christi vtrū aliquid esse posit interris: infrà in quæstionibus patebit. Et surrexit cū cicatricibus: Primo in signū victoriæ. Secūdo ad confirmandū discipulorum fidē. Tertio vt patri supplicās ostendat quale genus mortis sustinuit. Quarto vt sciamus quā misericorditer sumus adiuti. Quinto vt in iudicio videāt iniusti quā iuste dānentur. Et in apturis vulnerū spālis splēdor apparet

parebit. Et licet ibi sit discontinuitas corporis tamen hoc per gloriam ibi apparentem recompensatur. Hæc omnia S. Tho. exceptis his quæ de circuncisione dicta sunt. Sed in verbis eius latent profunda quæ vereor. Nam quòd dixit christum ostendere patri cicatrices: nõ sic intelligitur quasi paterignoret quid filius pertulerit: sed quia ipse filius in quãtum homo ad cicatrices aspiciens excitatur ad feruorem supplicandi pro nobis sicut & nos coram deo recitamus nostras necessitates non vtilium docea mus, sed vt nos excitemus. Sed contra. quia beati non crescũt neq; decrescũt in bona voluntate vel affectione. Solutio. verum est in affectione siue fruitione beatifica quæ semper eadẽ & æque intensa est: sicut & beatifica visio: quia toto conatu & toto posse beati feruntur in illam charitatẽ & bonitatem diuinam. sed tamẽ habent aliquas volitiones non beatificas sicut & aliquas intellectiones: quæ abeunt & aduenium & intenduntur & remittuntur: non propter augmẽtum luminis gloriæ vel charitas aut gratiæ: sed maiorem vel minorem conatum potentiarum ad agendũ. Quomodo etiam sint in corpore christi vulnerum aperturæ vtrum. s. sic vt fuerunt in sepulcro: vel quia loca vulnerum sunt depressiora reliqua cute: non est facile dicere: licet possit vtrunque teneri. ¶ Quãtũ ad tertiũ principale videnda sunt ea quæ resurrectionẽ sunt consecuta: quæ sunt manifestatio eius & approbatio. Et quidem quantũ ad primũ sciẽdũ est: ꝙ licet discipuli non debuerant christum videre resurgentem vt dictũ est: tamen debuit eis apparere. Apparuit autem vt ex diuersis locis euangelii colligitur septies diuersis personis specialiter & semel omnibus simul. Primo enim apparuit Mariæ magdalenæ remanenti extra sepulcrũ aliis recedentibus vt habetur Io. xx. & mar. xvj. Secundo eidẽ mariæ magdalenæ cum aliis mulieribus a sepulcro reuertentibus: quia postquam viderant christum secuta est alias: & inuenit eas in itinere. Et cum diceret eis se vidisse dominũ tũc christus eis apparuit dicens. Auete. vt habetur Mat. xxviij. Tertio petro: secundùm quòd habetur Mat. xxviij. Tertio petro: secundum quòd habetur Luc. vj. Vbi aũt apperuerit ei: expresse non habetur sed tamen quia vt habetur Lu. vlt. postquã cucurrerat ad monumentũ abiit secũ mirans: probabile est quòd ei existenti in tali admiratione apparuerit. Nõ autem est probabile quod dicũt quidam ꝙ apparuerit in cauerna in qua post negationem fleuit: quia ĩ de illa erat egressus: & ad monumentũ cucurrerat antequam viderit dominum. Quare to apparuit duobus euntibus in emaus vt dicitur Luc. vlti. Quinto decem apostolis absente Thoma vt habetur Io. xij. Iste aũt quinque apparitiones fuerunt oẽs in die paschæ: vt patet intuentibus euangelia hoc representãtibus sacerdos in missa quinque vicibus se vertendo ad populum sed in tertia vertitur se cum silentio. quia apparitio facta petro nascitur quãdo vel vbi fuerit. Sexto apparuit in octaua resurrectionis vndecim apostolis existentibus vbi Thoma. Ioa. xx. Septimo petro & sociis ad mare tiberiadis. Io. vlti. Octauo in galilea. s. in monte thabor vt patet Mat. vlt. Vbi enim incõplete & paucis gloriam resurrectionis fuc in transfiguratione ostenderat ibidẽ illã ostẽdit omnibus discipulis. Et de ista credimur loqui Pau. di. j. Corũ. xv. Deinde visus est plus quã quingentis fratribus simul Sed quo tũc potuit apparuisse quingẽtis fratribus cũ christiani essent fere centũ viginti tempore ascensionis. vt dicit Luc. in actibus apostolorũ. Solutio erant fere cẽtũ viginti in hierusalẽ sed quãdo isti fuerũt in galilea ibi erãt multo plures. Iterũ aũt his apparuit in die ascensionis: semel in hierusalem discipulis cõuescẽs & semel in monte oliueti in hora ascensionis: vt habetur Act. j. & Heb. vl. & Mar. vlt. primo tamẽ & ante oẽs apparuit beatæ virgini: vt dicit Amb. in lib. de virginibus Maria inquit virgo vidit christiani resurgẽtẽ & prima vidit. Quia tamẽ ista apparitio fuit secreta: nec virgo eam publicauit ideo tacent euangelistæ. Nec est simile de ea quæ facta est petro. quia ipse erat electus testis Christi & baiulus doctrinæ eius non autem virgo mater. ¶ Est tamẽ sciendũ circa prædicta ꝙ secundũ amb. super Luc. non est eadem magdalena de qua dicit Matt. & de qua Io. Conatur aũt hoc probare: quia de ista de qua Matth. narrat: dicitur quòd tenuit pedes christi & alii dictum est: noli me tangere. Hæc vidit angelũ cũ primo venit illa neminẽ vidit Ista discipulis dominũ surrexisse nuntiat: illa raptum esse. Hæc gaudet: illa raptum esse. Hæc gaudet: illa plorat. Sed tamẽ cõmuniter tenetur ꝙ sit eadẽ, ad motiua autem am, dicitur ꝙ eadem maria sicut det. mag. hist post vidit Christum informa ortulani: dum tret hoc alijs nuntiare facta est digna. vt cum alijs tangeret dominum. Et licet beatus Ioan. non dicat vt videit angelum: quando primo venit ad monumentum: tamen etiam non negat eam angelum vidisse. sed dicit ꝙ vidit lapidem reuolutũ: cum quo stat ꝙ etiam angelũ super sedẽtẽ vidit: licet taceat euangelista. Et eadẽ plorabat antequam dominum vidisset: postea vero gauisa est Maxima vero difficultate soluitur illud ꝙ vna nũtiat Christũ surrexisse: alia fuisse raptum Sed forte dici posset ꝙ ipsa magdalena primo nũtiauit illũ sublatũ: sed deinde veniẽs ad monumẽtũ secũdo cũ Ioanne: & petro: & ibi remanẽs christo viso in forma ortulani eũ nũtiauit surrexisse. Sed cõtra quia cũ primo venit ad monumẽtũ. audiuit ab angelo ꝙ resurrexit. ad hoc potest dici. quod ipsa quã primũ vidit sublatũ lapidẽ relictis alijs mulieribus non vltra processit, sed stati fuit apostolis nũtiare. vnde Io. dct ꝙ currit: ideo angelũ loquẽtẽ nõ audiuit: vel eius verba non accepit. verba angeli. postqua vero illa nũtiauerat superuenerũt aliæ referẽtes verba angeli. Vnde quia angelum non cognouit angelũ esse postquã secũda vice cũ ioanne & petro venit ad monumẽtũ et ibi flebat ad angelos querẽtes quid ploraret sicut ad homines loquebatur: quia etiã aliis referentibus angelica verba ipsa tamẽ nõ credidit verba esse angelica: sed dominũ demonumẽto credidit sublatum. Vnde res ita acta est. Ipsa enim venit cum aliis dominabus ad monumentum quod patet: quia cũ nũciabat apostolus dũm sublatum loquebatur in plurali dicens & nescimus vbi posuerunt eũ. Sed tamẽ ipsa prior aliis retrocesit quia vbi monumẽtũ vidit aptũ & angelũ in forma hominis sup lapidẽ sedentẽ: statim cucurrit apostolis nũtiare: nec cognouit angelũ esse: licet forte verborũ eius principium audiuerit. Post eã vero venerũt aliæ dicẽtes se angelorũ vidisse visionẽ quia. s. viderunt eo mõ quo in sabbato sancto dictum est. Et sic Petrus & Io.

curr

I currentes & mulieres post ipsos festinantes: iterum venerunt & viderũt sepulcrum vacuũ & lintheamina. Et deinde ceteris abeuntibus Maria remãsit sola: & vidit duos angelos & Christum: & statim insecuta alias dominas in via deprehendit ea: & tunc Christus secundo apparuit eis. Et licet Matt. videatur dicere istam apparitionem factã quando mulieres à monumento prima vice regrediebantur viso angelo: tamẽ vti-
K tur tali modo loquendi. Vel quia ista apparitio facta est in regressu & si non in primo. Vel quia primus regressus nõ fuit completus: sed obuiauerũt illis Petrus & Io. cum quibus regressi sunt ad sepulcrum & inde cum regrederentur nuntiare aliis apostolis quæ viderant: dominum viderũt in via. Si autem dicatur vt dicit Ambr. quòd fuit alia Maria nulla est difficultas: sed primũ tenetur verius. ¶ Quantum ad tertium
L sciendum est vt dicit. S. Tho. iij. par. q. lv. quòd Christus resurrectionẽ suam debuit per argumenta declarare. non quidem vt argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem: nam talis ratio si fuisset ex notis discipulis non excederent rationem humanã: ac per hoc non sufficienter probarent resurrectionem quæ humanam rationẽ excedit. Oportet enim principia ex eodẽ genere assumi: vt dicitur. j. Posteriorum. Si autẽ
M fuisset ex ignotis: nihil notificasset. Ista ergo argumenta fuerunt (vt dicit) sensualia signa quæ etiam Arist. vocat argumenta. Per quæ resurrectio astruenda erat vt dicit. Primo quia non erant discipuli dispositi ad facilè illam credere. Secundo vt efficacius esset illorum testimonium. Nec tamen propter hoc debuit cum eis post resurrectionẽ continue cõuersari vt idem dicit: quia credere potuissent eum adhuc secũ esse N
& ad priorem vitam illum surrexisse sed ad resurrectionis gloriam astruendam sufficiebat frequenter apparere maxime à principio quando in eis habebat resurrectionis fidẽ fundare. Et autem incertum vbi illis. xl. diebus fuerit: vt dicit. S. Tho. Et idem dicit Magi. Hist. de patribus quos eduxit de limbo. Dicit tamẽ. S. Tho. iij. di. xxij. quòd illis. xl. diebus fuit in paradiso terrestri O
cum animabus sanctorum patrum. Argumẽta autem illa omnia sufficienter ostendebant veritatem resurrectionis. Ostendit enim vt idem dicit. S. Tho. P
verum corpus. i. non phantasticum vel rarum habuisse: quia palpabile & humanum: quia hoc videbãt: & idem numero per cicatrices & vulnera: & animam per opera vitæ nutritiuæ: quia verè comedit: & vitæ sensibilis: quia ostendebat se audire: videre & intelle- Q
ctualis: differendo de scripturis: & diuinitatem in miraculo piscium & ascensione: & se esse gloriosum: intrando ianuis clausis & euanescendo. Non autẽ eis apparuit in sua claritate: quia illam ferre nequiuissent: & forte cum aliam credidissent quãuis hoc fecerit in transfiguratione ante passionis humilitatem ne illam despicerent. Contra: quia si spiritus assumpsisset corpus potuisset R
D tes & principes nostri in dãnationem mortis & crucifixerũt eum. Nos autem sperebamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie quo hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos eos in istis decipere. Ad hoc dicit. Sanc. Tho. in. iij. quod non est verum: quia ars non potest æquari naturæ: ideo operatio vitæ non potest spiritus in corpore ita bene exercere sicut anima ideoque ex longa conuersatione illum cognouissent. Hæc omnia ex sancto Tho.

Feria. ij. infra octauas Paschæ.

Luc. xxiiij. Duo

DVo ex Discipulis Iesu ibãt ipsa die in castellum quod erat spatio stadiorũ sexaginta ab Hierusalem nomine Emaus. Et ipsi loquebantur ad inuicẽ de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum fabularentur & secum quærerent & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebãtur ne eum agnoscerẽt. Et ait ad illos. qui sunt hi sermones quos conferitis adinuicem: ambulantes & estis tristes? Et respõdens vnus cui nomen Cleophas dixit ei. C Tu solus peregrinus es in Hierusalem & nõ cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt de Iesu Nazareno qui fuit vir propheta potẽs in opere & sermone coram Deo & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdo- D
tes & principes nostri in dãnationem mortis & crucifixerũt eum. Nos autem sperebamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie quo hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos quæ ante lucem fuerũt ad monumentũ: & non inuento corpore eius: venerunt dicentes se etiam visiones angelorum vidisse quæ dicũt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentũ & ita inueuerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerũt. Et ipse dixit ad eos. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nõ ne hæc oportet Christum pati ita intrare in gloriam suam? Et incipiẽs à Moyse & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quò ibant & ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum domine quoniã aduesperascit & inclinata est iã dies. Et intrauit cum illis: Et factũ est dum recumberet cum illis accepit panem & benedixit ac fregit & porrigebat illis. & aperti sunt oculi eorum & cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum. & dixerũt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via & aperiret nobis scripturas: & surgentes eadem

I hora regressi sunt in Hierusalem & inuenerunt cōgregatos vndecim & eos qui cum ipsis erant dicētes quòd surrexit dominus verè & apparuit Simoni:& ipsi narrabant quæ gesta erāt in via:& quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

K DVO EX DISCIPVLIS Iesu &c.) Lu.xxiiij. In præsenti Euā. in quo vna Christi apparitio post resurrectionem suam narratur:tanguntur tria puncta quibus se vere surrexisse probauit:quæ sunt Ambulatio Locutio & Manducatio. ¶ Quantum ad primum sciēdum est quòd ordinata progressio est signum vitæ in corpore humano. Vnde Io.xij.dominus dans signū vitæ.

L Lazari dixit soluite & sinite abire.& petrus dum cum Simone mago pugnaret:& visus esset propter Simonis incantationes caput agitare defunctus quidam ait.Si viuit surgat & ambulet: alioqui sciatis phātasma esse.Ratio est: quia tria sunt agentia subordinata.s. Deus natura & ars. Vnde sicut natura Deo æquari nō potest:ita neq; ars nature,Ideoq; nullus spiritus potest quocunq; ingenio ita bene corpus humanum mouere sicut anima:quæ naturaliter est eius forma. Et ideo ambulatio ordinata est resurrectionis signum:& pillā Christus se surrexisse, probauit. Dicit ergo (Duo ex discipulis Iesu)nō ex duodecim; sed ex.lxx. De vno autē horum non est dubium quod ipse esset Cleophas: Alium autē vt dicit Theo. & Magi.Hist.aliqui vt Greg.in prolo. super mor.tradunt esse Lucā qui more scriptorum qui scripturas.s.historiales ediderunt nomen suum tacet. Sed tamen. s. Ambro. dicit quòd vocabatur Amaon (Ibant ipsa die) resurrectionis.s.Christi (in castellum)quod vt dicit Aug secūdum Marcum appellatur villa.(quod erat in spatio stadiorū.lx. ab Hierusalem.)Secundum autē quod dicit Mag.Historiarū:Greci scriptores tradunt herculem gigantē vno anhelitu.cxxv.passus cucurrisse & deinde stetisse:& à stādo spatium huiusmodi vocatum stadium. Cum autē octo stadia faciant miliare:in summa.lx.faciūt septem milia passuum & quingentos: id est septē milliaria & quatuor stadia.i. leucas tres & tres partes quartæ. Hæc ille.Et idem innuit Bed.(noīe Emaus) Sicut autem dixit Bed. Emaus ipsa est nichopolis ciuitas insignis palestinæ quæ post vastationē iudææ sub marco aurelio instaurata. mutauit nomē.Sed si erat ciuitas vt dicit Beda quomodo potuit appellari villa:vt dicit Aug.Ad hoc dicitur quòd absolute nō fuit villa:sed comparatiue ad Hierusalem:ratione nobilitatis Hierusalem & vicinitatis Emaus ad illam.(Et ipsi loquebātur adinuicem)nō quasi credentes secundum Tho.sedquasi stupētes (de his omnibus quæ acciderant).i.de Christi vita & morte.Beda. Loquentes autē de se dominus appropinquans comitatur & vt fidē resurrectionis mentibus eorū incendat:& vt quod se facturum promiserat impleat.s.vbi duo sunt vel tres congregati in nomine meo ipse sum in medio eorum.Hæc ille. (Et factum est dum fabularentur)Fabula propriæ est res quæ nec vera nec verisimilis est:& à fando dicitur:eo quòd in solo fato consistat.Fabulari autē proprie est fabulas vel falsa recitare: sed extēso vocabulo omnes simul fantes & colloquentes fabulari dicūtur:& ita sumitur hic. Non enim fabulas. sed Christi facta recitabant(& secum).i.adinuicē(quęrerent.) Nullus enim eorū tenebat locum magistri vel discipuli:sed vterq; vicissim interrogabat & respōdebat.(Et ipse Iesus appropinquās ibat cum illis)quasi peregrinus.Theo.Obtēto iam spirituali corpore non obstabat loci distantia: quin adesset quibus volebat: nec vlterius naturalibus legibus corpus suum regebat: sed spiritualibus & supra naturam.Hæc ille. Quomodo autē possit gloriosum corpus per maximū spatiū ad libitū quasi imperceptibiliter moueri:vide.S.Tho.iiij.dist.xliij. (Oculi autem eorū tenebantur ne enim agnoscerent.¶ Est autē sciendū:quòd secundum.S.Tho.in.iij.sen.dis.xxj.Christus istis ostēdit suam naturalem formam. ¶ Sed contra quia ipse in.iij.parte.imo & beatus Marcus dicit: quòd apparuit in alia effigie. Ad hoc dico quòd effigies fuit aliena quo ad habitū:quia videbatur peregrinus non autē quo ad lineamenta & colorē vultus: vt ipsemet innuit. Sed quare nō cognouerunt eū. Ad hoc dicitur secundū eundem quòd hoc potuit esse quia eum mortuū credebant.Non enim quis facile cognosceret illum quē mortuum crederet si in alieno habitu videret. Secundo potuit esse vt idē dicit per acrisiam vel secundum alios per aurisiā:vel melius aorasiam de qua habetur in gl.Geñ.xix.Est enim acrisia vt dicit Mag.Hist.cecitas quæ facit nō videre nō omnia:sed quæ non est opus.secundū quam.vt ait forte aliquādo accidit quòd quærimus id quod manu tenemus.Hac autē percussi sunt à Deo sodomitæ.Geñ.xix.& volētes cōprehendere helisēum.iiij.Reg. vj.Aliquādo etiam est à diabolo vel à magis. Et sic accidit istis.Vnde notandum est verbū quòd oculi eorū tenebātur: & hoc vel à Deo efficiente: vel à diabolo Deo permittēte:vt dicit Aug. de cōsensu Euang.Sed pro his notandū est quòd prædicta cecitas apud diuersos diuersimode nominat:siue scriptorum insciția: siue alia qualibet causa. Solum autē hi duo modi scribēdi vidētur initi veritati.s.dicēdo cū Aug.aorasia:quia cecitas grece aorasia dicit:vel dicēdo cum.S.Tho.acrisia: ab à quod est sine & crisis iudicium. Sed Aug.sic scribit cōsulens verborū lepori.S.Tho. autem seruauit proprietatē vocabuli: quia ista passio nō est cecitas per defectum visus siue potētiæ:quæ grēce dicitur aorasia:sed per ligationē sensus vel impedimētum iudicii. Vel tertio potest dici quòd in ipso transitu ad immortalitatem aliquo modo fuit alteratū corpus Christi:vt dicit Magi.Hist.sicut & puero accidit cū sit vir.Quomodo autē possit videri corpus glorioſum ab oculo nō glorioso dicūt aliqui quòd potest illud videre quo ad suū colorē:sed non quo ad lucē gloriosam:sed oppositū tenet.S.Tho.in.iiij.di.xliij.quia illa claritas non differt à naturali nisi quo ad causam. Vnde cū beatus se ostēdat plus vel minus lucidū: vt sibi placet potest ab omni oculo videri si vult. Sed quare Christus nō voluit ab eis agnosci? Dicitur quòd secundū Theo. fuit propter multa. Primo vt totā suam dubiam intentionē reuelent:& vulnus detegentes recipiant medicinā. Hæc ille. Secundo vt cognoscerēt quòd quamuis corpus ipsum quod passum fuerat surrexerit non tñ erat amplius tale vt esset oībus visibile:sed tantum his à quibus vellet videri.Hæc idē. Tertio vt nō dubitent

I quare de cetero non conuersatus intra plebē quia scilicet post resurrectionē cōuersatio eius erat digna hominibus: sed diuina magis. Hæc ille. Quarto secundū. s. Cho. & Greg. fuit quia diuina nobis manifestantur secundū ꝙ sum⁹ dispositi Gregu. Conuenienter etiā eis specie quā nō agnoscerēt ostendit: hoc agens foris in oculis corporis: ꝙ apud ipsos intus agebatur in oculis cordis.

K Ipsi namque apud semetipsos & amabant & dubitabant. De se ergo loquentibus præsentiā exhibuit. sed de se dubitantibus cognitionis suæ specie abscondit. Hæc ille. ¶ In hac parte est documentum morale ꝙ semper bona nobis loquenda sunt vt nobiscum sit Christus. ¶ Moraliter autē Hierusalē quæ dicitur visio pacis: significat patriam in qua videbitur rex in decore q

L est pax nostra: Emaus vero ꝙ interpretatur mater festinans significat ecclesiam militantē quę fideles generat prę dicando. balneat baptizando & nutrix exhortando, & consolatur promittēdo. j. Cor. ij. Tāquam parvulis in Christo lac vobis dedi nō escam. Festinat autē in patriā ingredi. Isti ergo perditā fide formata Iesu cum Iam essent in hieru salem per spem qua erant quasi securi

M reuertuntur ab ea ad emaus. sed vbi illum recognoscunt cognitione spirāte amorem: reuertuntur in hierusalē vbi etiam vident Christū. ¶ Quantum ad secundum sciendum est ꝙ resurrectionis vere signū est loqui bene. Et huius est eadem ratio sicut & in ambulatione. Vnde & Diabolus incusatus ꝙ per arrepitium incongrue loqueretur dixit quòd iste rusticus ita grossam habēret linguam ꝙ suo modo non poterat illam mouere. Et de adulescente suscitato Lu. vij. dicitur ꝙ cepit loqui in signū. s. verę resurrectionis. Dicitur ergo (& ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulā tes estis tristes? Greg. conferebant quidem intta se quasi nō amplius expectā tes Christū videre: sed dolorosi quasi per empto saluatore. Hæc ille. ¶ Interrogat autem nō ex ignorātia: sed vt responsione eorū incredulitas cōuenien tius arguatur (Et respondens vnus cui nomen cleophas: dixit ei) credēs quod esset peregrinus qui ad pascha venisset in hierusalē (tu solus peregrinus es in hierusalē & non cognouisti que facta sunt illa his diebus.) Vbi aduertēdum ꝙ ly solus non excludit alios peregrinos ab isto cū multi fuerint in pascha ex quasi innumerabiles: sed excludit istum à cognitione mortis Christi cū aliis peregrinis: vt sit ordo. Tu es peregrinus est solus id est inter peregrinos non cognouisti in hierusalē: quæ facta sunt in ea. q. d. Mirum est ꝙ solus nescias quod omnes sciunt (quibus ille dixit. Quæ? Et dixerunt ei. de Iesu nazareno qui fuit vir propheta) Beda. Prophetā fatentur filiū dei tacent vel nondum perfectè credentes vel solliciti ne inciderent in manus iudæorum prosequentium quia nesciebant quis esset quod verū credebāt cel ātes. Hæc ille (Potens in opere) miraculorum (& sermone) prędicationis (coram deo). i. in veritate (& omni populo) id est etiā apparenter (& quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes) id est principes sacerdotum: qui erant. xxiiij. (& principes populi) id est nobiles. Vel summi sacerd tes ipsi sunt principes & ly & istat pro id est. Isti enim tradiderunt Iesum (in damnationem mortis & crucifixerunt cum) quia persuaserunt populo vt à pilato petereul barr abam &.

A et Iesus crucifigeretur. Greg. Subditur autem desperationis vox cū subditur. (Nos autē sperabamus ꝙ ipse esset redempturus israël) Sperabamus inquit non speramus: ac si mors domini similis esset mortibus aliorum. Hæc ille. Theo. Expectabant enim Christū saluaturum & redemptorum populum israēl ab ingruentibus malis & à seruitute romanorum. Ipsum quoque credebant terrenum regem fieri qui puta

B bant nec promulgatam in se morris sententiam cauere potuisse. Hæc ille. Beda. Meritò ergo tristes incedebant: quia & seipsos quodā modo arguebāt. ꝙ in illo redemptionem sperauerunt quem iam mortuum viderant: nec resurrecturum eredebāt: & maxime dole bant eum siue culpa occisum quē noverant innocentem. Hæc ille. Theo. vi

C dentur tamen hi viri non omnino incredvli esse per hoc quod subditur. (Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie ꝙ hæc facta sunt) in quo videntur habere memoriā eius quod eis dominus dixerat se die tertia resurrecturum. Hæc ille. Vnde & relatā à mulieribus resurrectionis famam cōmemorant: cū subditur: sed & mulieres quædam ex nostris terrueruut nos narran-

D tes factum tam insolitum. Vel terruerūt non de resurrectione quā nuntiabant, sed de ablatione corporis quam apostoli timebant. Vel per terrorem secundū Gre. intelligitur stupor. Apostoli enim nō existimatū firmū quod referebant illæ, & tamē stupebant quę ante lucē fuerunt ad monumentum & non inuenerunt corpus eius dicentes se etiam visionem angelorum) id est, angelos visibiles in assumptionib⁹ corporibus apparētes (vidisset: quæ dicūt cum viuere) scilicet tamē apostoli plene non credebāt: timētes ne tāquā mu- E lieres fuissent delusæ) & abierunt quidam ex nostris (. i. Petrus & Ioannes & forte alii (ad monumentum, & ita inuenerunt) sepulchrū vacuū (sicut mulieres dixerunt ipsum vero nō inuenerunt) Alicubi circa sepulchrum & sic patet ꝙ isti non erant ex toto incredvli vel disperati: sed erant fluctuantes. & plus forte ad incredulitatē & desperationem quā ad oppositam partē de- F clinabant. Ideo ipse incipit eos redarguere cū subditur (Et ipse dixit ad eos stvlti) propter mētis cecitatē. Nec hoc dixit quasi inferens contumeliam: sed ostendēs magnam eorū ignorantiam. Nec ad iniuriandum sed ad corrigēdū & ad eorum vtilitatē. (& tardi corde) id est duri voluntate. (ad credendum in omnibus quę locuti sunt prophetę) de Christo. quasi diceret. Ista quæ cre G dere non vultis omnia sunt prædicta a prophetis. Et quia deus mentiri non potest: necessariū fuit ex suppositō q&ꝫ ita fieret licet non absolute. Vnde subditur: (Nonne hæc) quæ dixistis (oportuit pati Christi (scilicet si deus sic p̄dixit: & ad redēptionē generis humani (& ita per humilitatē passionis (intra re in gloriā suā). i. in locū in quo videtur gloria sua. s. cælestæ vel in gloriā H suam. i. in locum in quo videtur gloria sua. s. ecclesiæ, vel in gloriā sua id est ibi in suo corpore debitā. Surrexit enim glorioius in corpore: cū ante solū esset glorioius in anima. Isido. Sed sic oportebat Christū pati: tamē qui eum crucifixerūt rei sunt. Nō em satagebāt perficere ꝙ Deus disponebat. Vnde & eorum executio fuit imperia. dei vero dispēsatio prudētissima qui nequitiā eorum in beneficia gās humani conuertit quasi vtens vespere is carnibus

ad antidoti saluriferi confectionem Hæc ille. Ex his patet quãtũ fatui sunt qui per tribulationes nolũt intrare in gloriam alienã: sicut si quis nollet intrare ciuitatem per regiam portam. Oportuit aũt Christũ pati ꝓpter multa. Primo propter patris prędordinationem. Mat. xxvj. Calicẽ quem dedit mihi pater no vis vt bibam illũ? Secũdo propter scripturarum impletionem. K Vnde ibi dicitur. Quomodo ergo implebuntur scripturæ? Tertio propter suam exaltationẽ vt hîc dicit. Quarto ꝓpter nostrã ĩformationẽ. ſ. vt discam' illud ac. xiiij. ꝙ multas tribulatiões oportet reos ĩgredi ĩ regnũ dei. Quinto propter nostram redemptionem. j. Pe. j. non corruptilibus auro & argẽto redempti estis. Sexto propter nostram reconciliationem. Roma. v. Cum inimici essemus recõciliati sum' deo per L mortem filii eius. Septimo propter inferũt spoliationem. Zacha. ix. Tu vero in sanguine testamẽti eduxisti vinctos tuos de lacu. Octauo propter cęli apertionem & repletionem præsens. Ascẽdens in aliam captiuam duxit captiuitatem. Vt autẽ ostẽderet ꝙ ita scriptũ erat sequitur (Et incipiẽs à Moyse) .i. a quinque libris moysi (& omnib' prophetis interpretabatur (.i. declarabat M illis (in omnibus scripturis) .i. in omnibus libris scriptnræ (quæ de ipso erant) non omnia: puta tam breue spatium non sufficeret. ſed ea quæ erãt ad suum propositum pro discipulorũ instructione oportuna. In hac parte est morale documentũ de quo ait Bed. Si autem Moyses & prophetæ de Christo locuti sunt. & eum per passionẽ intraturum prædixerunt quomodo gloriaẽ se esse christianũ q nequequaliter scripturæ ad Christũ ꝑtineãt inuestigetur neque ad gloria quã cũ Christo habere cupit ꝙ passionẽ attingere desyderat? Hæc ille. Quãtũ ad tertiũ sciẽdũ est ꝙ manducatio est signum resurrectionis. Vnde & Luc. viij. puellæ suscitatę iussit dominus vt darent manducare in signum resurrectionis. Dicitur ergo (Et appropinquauerunt castello quò ibant.) & supple rogabant vt cum eis maneret (& ipse ostendens se ibi nolle esse finxit (non verbis mentiendo: O sed corpus componendo (se longius ire) ad ostendendum secundũ Greg. & Augu. ꝙ à cordibus eorũ distabat nec sic fingere. ſ. ad significandum est peccatum: vt isti dicunt sed ad decipiẽdũ. Sicut enim vt dicit Aug. licitũ est fingere verbis: vt cã dicitur parabola ita & factis quando fit ad aliquã veritatẽ exprimendam Gre. sed quãdo esse extranei à charitate non poterant hi cum P quibus charitas gradiebatur: eum ad hospitium quasi peregrinum vocant. Vnde sequitur. (Et coegerunt illum) Ex quo exemplo colligitur ꝙ peregrini non solum ad hospitium inuitandi sunt: sed etiam trahendi. Hæc ille. (Dicentes: Mane) id est, volumus ꝙ maneas (nobiscum quoniam aduesperascit: & inclinata est iam dies) scilicet ad occasum. Et per diem intelligitur cau. Q sa diei. ſ. sol. (Et intrauit cum illis.) Grego. Mensam ponunt: cibos offerũt: & deum quẽ in scripturæ sacræ expositione non cognouerant: in panis fractione cognoscũt. Hæc ille. Et videtur velle Grego. quòd aliquãdo maius lumen nobis confert eleemosyna: quàm lectio scripturarum (& factum est dũ recumberet cum illis.) Quia enim antiqui in lectis comedebant: edẽtes ad mensãm dicuntur accumbere vel recumbere. (Accepit panẽ &) sicut ante pas

A passionem consuerat (bene dixit.) Benedicendus est autem cibus propter tria. Primo ne in eo sit diabolus & eũ diglutiamus: sicut de quadam moniali narrat. Gre. in dia. ꝙ cũ diglutiuerit cũ lactuca quam sine benedictione auide momordit. Secundo ne ibi sit venenũ aut aliud corporaliter nocẽs sicut erãt in potu qui beato benedicto oblat' est vt idem dicit in eodem. Tertio vt virtus cibi diuina inuocatione fortificata B magis nobis conferat vt expedit. Sumpto ver ò cibo sunt deo gratiæ referendæ: sicut & Christus post cœnam dixit hymmum: vt dicitur Mat. xxvj. vt iterato nos reddamus diuino beneficio dignos (ac fregit) sic sine gladio sicut alii incidunt gladio vt videtur attesta ri. ſ. Tho. in. iij. qui dicit hoc (& porrigebat illis & aperti sunt oculi eorum) C mentales secundum Chry. quia corporales non habebant clausos. Sed quia ista cognitio fuit sensibilis: melius est vt de oculis corporis accipiamus hoc sicut Augu. videtur accipere de cõsensa euan. qui dicit ꝙ licet oculos clausos non haberent: tamẽ inerat aliquid non signans eos cognoscere quod viderbant. Possumus ergo eorum oculos tunc apertos fuisse dicere: vel quia remota est acrisia: vel quia per fract: oné D panis reducti sunt in cognitionem incogniti (& cognouerunt eum esse magistrum suum (& ipse euanuit ex oculis eorum) Hoc enim facere potuit cũ haberet glorioſum corpus. Et debuit propter multa secundum Theo. Primo quia non erat in tali statu vt diutius cum eo commorari deberent. Secũdo vt eorum affectum augeret ex subtractione sui. Vnde sequitur (Et dixerũt adinuicem. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis de Iesu dum loqueretur in via & apperiret nobis scripturas) Iste autem ardor dupliciter causatur. Vno modo ab ipsis verbis vt dicit Or' & Theo. quibus isti illuminabatur vt crederent magistrum suum esse verũ redemptorem & cõtequenter insurgebat amor. Cognitio enim proprii boni est amoris causa Alio modo poterat causari à domino intrinsecus inflammante (Et surgentes eadem hora) sine E ecœna: contẽnentes noctis tenebras & odia Iudæorum (regressi sunt in hierusalem) vt nũtiarẽt ista inclusis propter metum iudeorũ discipulis Et inuenerunt congregatos vndecim (quia erat adhuc ibi Thomas (& eos qui cũ ipsis erãt dicentes: quia surrexit dominus vere & apparuit simoni) cui fidem plus quã mulieribus adhibebant. Sicut autẽ dicit Bed. ex modo loquendi euãgelistarum & Pauli apostoli, dominus G intelligit Petro primo inter oẽs viros apparuisse. Sicut eũ dicit Chry. primo apparebat digniori: & cũ ille visa referebat alius min' dignus disponebatur ad visionẽ & ei apparebat postmodum: & sic de aliis (Et ipsi narrabat q̃ gesta erant in via & quo cognouerunt eũ in fractione panis. ¶ In hac parte est morale documẽtũ libẽter audiẽdi verbũ dei. De quo ait Gre. Ex audito sermone inardescit animus: cordis frigus recedit fit mens in superno desyderio anxia: audire libet præcepta cœlestia. & quot mandatis instruitur quasi tot facibus inflammantur. Hæc ille. H

Feria. iij. infra octa. Paschæ.

Luc. xxiiij.

STetit Iesus ĩmediodiscipulorum suorũ. & dixit eis. Pax vobis:

I ego sum nolite timere. Contur
bativero & conterriti existima
bant se spiritum videre. Et di-
xit eis. Quid turbati estis? &
cogitationes ascendunt in cor-
da vestra? Videte manus meas
& pedes meos, quia ego ipse
sum palpate & videte quia spi-
K ritus carnem & ossa non habet
sicut me videtis habere. Et cū
hoc dixisset. Ostendit eis ma-
nus & pedes: Adhuc autem ii-
lis non credentibus & miranti
bus prægaudio dixit. Habetis
hic aliquid quod manducetur?
At illi obtulerunt ei partem pi
scis assi & fauum mellis. Et cū
L manducasset corā eis: sumens
reliquias dedit eis. Et dixit ad
eos. Hæc sunt verba quæ locu-
tus sum ad vos cū adhuc essem
vobiscum quoniam necesse est
impleri omnia quę scripta sunt
in lege moysi & prophetis &
Psalmis de me. Tunc aperuit
illis sensum, vt intelligerent
M scripturas. Et dixit eis. Quo-
niam scriptum est: & sic opor/
tebat Christum pati & resur-
gere à mortuis die tertia: &
prædicari in nomine eius peni
tentiam & remissionem
peccatorum in om-
nes gentes.

STETIT IESVS IN MI
dio discipulorum &c.) Luc.
xxiiij. In presenti euange-
lio tanguntur tria puncta:
quæ sunt Apparitio. Conturbatio. Illu
minatio. ¶ Quantum ad primum scien
dum est quod ea quæ in præsenti euan
gelio narrantur contigerūt statim post
illa quæ dicta sunt in præcedenti euan
gelio. Sicut enim habetur à beato Lu-
ca dum illi duo qui iuerant in emaus
quæ eis contigerant enarrarent & alii: O
discipuli dicerēt similiter quod Petrus
viderat dominum statim Iesus affuit.
Et hoc est quod hic dicitur (Stetit Je-
sus in medio discipulorum suorum). I.
subito apparuit sine apparenti ambula
tione vel motu. Sed est hic duplex qō.
Quomodo enim potuit ibi apparere
subito quia vt dicitur Io. xx. fores erāt
clausæ. Ad hoc dicunt sancti quod diui
nā virtute possunt simul esse duo cor-
pora & qualiter fiat vide in sequenti
euangelio. ¶ Alia quæstio est quia secū
dum Lucam isti discipuli erant vnde-
cim. Dicit enim ꝙ illi qui regressi sunt
de emaus inuenerunt congregatos vn-
decim. secundum Io. vero non erāt nisi
decem. Nam dicit ꝙ Th. non erat cum
eis & clarum est quod iudas crepuerat
suspensus. Ad hoc autem soluit Augu.
de consen. euan. dupliciter. Primo quia
Tho. exiuit foras antequā christus ap- Q
pareret qui tamē Th. interfuit relatio-
ni cleophæ & socii eius qui iuerant in
emaus sed eis non credidit: imò nec
a'iis decem credidit dicentibus vidi-
mus dām. Secundo quia cum dicit Lu.
quod inuenerunt cōgregatos vndecim
non loquitur de apostolis sed generali
ter de discipulis qui ibi vndecim erant
sine Tho. Sed istum mundum soluendi
ipsemet reprobat ibidem per hoc quod
dicit

A dicit Luc. & eos qui cū ipsis erant quia
quia patet quod plus quam vndecim
erant. Possumus autem tertio soluere
quod nomine vndecim intelligit ipsum
collegiū. xj. apostolorū etiā si ibi vnus
aut duo defuissent dummodo ibi esset
maior pars eorum. ¶ Alia qō est quia
vt testatur Matt. & Mar. dās dixerat se
videndum à discipulis in galilea, & hic
dicitur quod in Hierusalē eis apparuit
congregatis. Ad hoc soluit Amb. dupli
B citer. Primo dicens ꝙ dās quidē dixe-
rat se forte in galilea videndum sed di
scipuli territi sēs concluserunt propter
metum iudeorū ideo eis christus ad eos
confortandos apparuit & post in gali-
leam eos duxit. Et dicit Grecus hoc nō
est transgressio promissi, sed festina ex
benignitate impletio. Secundo dicens,
quia dās paucis apparuit in Hierusalē
sed multis in galilea in monte. (Et di-
xit eis) volens timidos confortare. (Pax
C vobis) supple ad sit. ¶ Est autem scien-
dum ꝙ sicut dicit S. Th. super Io. & iij.
q. xlix. & iij. dist. xxvij. pax est tranqui-
litas ordinis. Tunc enim aliqua dicunt
pacem habere qū eorum ordo inturba-
tus manet in homine autem est triplex
ordo vt ibi. s. super Io. dicit. s. ad deum
ad se & ad proximum. Et sic triplex est
hominis pax. Vna qua pacificat deo to
taliter eius ordinationi subiectus. Alia
D quæ pacificatur sibiipsi per consonan-
tiam virium. i. intellectus & voluntatis
& appetitus sensitiui. Aliqua pacificat
proximo per hoc quod non habet con-
trariam voluntatē. Nullus tū dicit sim-
pliciter habere pacem nisi oēs tres ha-
beat quia vt idem dicit. ij. ij. q. xxix.
pax supra concordiā ꝙ dicit vnionem
appetitus cum proximo: addit vnionē
habentis pacem ad seipsum qui autem
habet pacem ad seipsum habet etiam
illam cum deo: cum viuat secundū ra-
tionem. Vnde Ang. lib. de verbis domi
ni. diffiniens pacem sanctorū dicit. Pax
est serenitas mentis vt. s. ratio sit libe-
ra & nulla affectione religata, tranqui-
litas animi vt. s. affectus sensitiuus sit à
molestia passionum liber. simplicitas
cordis vt. s. voluntas in deum obiectū
suum totaliter feratur amoris vinculū
vt. s. diligat proximus consortium cha-
ritatis vt diligatur deus Christus ergo
omnibus discipulis suis pacem optat,
& imprecatur quia quilibet prædicta-
rum erat eis necessaria. Nam facti erāt
inimici dei per infidelitatem aut nega
tionem & habebant in intellectu dubie
tatem in voluntate frigiditatem: & in
sensu timiditatem & iterum eos iudei
insequebantur. Discipuli autem quia
prius timebāt iudeos viso domino etiā
timebāt adesse spiritum quem sub for-
ma domini viderent. ideo istum secun-
dum timorem voluit remouere di. (ego
sum). s. magister vester in veritate: &
non res phantastica: ideo (nolite time-
re.) Quod dupliciter intelligitur. Vno
modo quasi velit dominus à discipulis
excludere metum quem antequam lo-
queretur incurrerant. Alio modo quasi
velit eos præseruare à metu, qui ratio-
nabiliter debebāt accidere eis. ¶ In hac
autem parte est morale documentum
quod pacem diligamus quam dominus
moriens commēdauit & resurgens im- H
precatus est. D ehoc grecus Pudeat nos
pacis munus deserere. Quā nobis chri-
stus hinc discedens reliquit. Pax est res
& nomen dulce commendatum ab o-
mnibus obseruatum à paucis. Qnæ
autem est causa fortasis ambitio do-
mini aut liuor aut odium: aut contem-
ptus aut aliquid huiusmodi ex his quæ
dei ignaros videmus incurrere. Dei

I quippe precipuè pax est quæ confederat omnia cuius nihil est adeo propriũ sicut vnitas naturæ & pacificus status. Transſumitur verò ab angelis & diuinis potestatibus quæ ad deum & adinuicem pacifice se habent. Diffunditur vero per totam creaturam cuius est decor tranquillitas. In nobis autem manet secundum animam quidem per inuestigationẽ virtutum & communicationem secundum corpus vero in membrorum & elementorum commensuratione quorum alterum pulchritudo alterum sanitas appellatur. Hæc ille.

¶ Quantum ad secundum tangit discipulorum conturbatio cum dicit. (Conturbati vero & conterriti.) Sicut enim dicit Theo. per verbum pacis non est sedatus turba discipulorum qui nõ credebant veram carnem potuisse de sepulchro resurgere. Et ideo non fuerunt à primo metu liberati vel saltem non fuerunt à futuro præseruati. Causa vero timoris subditur. (Existimabant se spiritum videre). s. quẽ christus in passione emisit. secundum Th. Vel per spiritum possumus intelligere non spiritũ christi sed generaliter omnem immaterialem substantiam præcipue angelum bonum vel malum. ¶ Sciendum est autem quod sicut dicit. S. Tho. super Iob. natura inferior semper timet ad præsentiam superioris quod intelligẽdum est si superior apprehẽdat. Actus enim appetitus cuiusmodi est timor non elicitur nisi præuia cognitione. Triplicitер autem apprehenditur natura superior. Vno modo in generali dũ fit imaginatio alicuius potentis nocere & nescit quid sit. vt cum quis in nocte vel solus timet nihil videndo vel spiritualiter cogitando sed solum concussus silentio tenebroso à solitudine. Alio modo in spirituali dum apprehenditur: diabolus aut alius spiritus adesse licet non videatur. Tertio modo qñ apprehenditur in spirituali sub aliquo corporali signo repẽtino & insolito: vt cum quis sub aliqua vmbra spiritum videt & tunc maxime causat timor. Anima autem rationalis dum separat à corpore transit quodam modo instatum angelicũ vnde & eodem modo intelligit vt angelus ideo est superior aliquo modo conjuncta & ab ea timet. Vnde quia cadauer facit nobis separatæ animæ apprehensionem timemus in locis cadauerum. Similiter quia loca sancta inhabitant angeli timemus in eis. Sed hic est quomodo potuit petrus cõturbari qui sciebat dominum surrexisse. Ad hoc dupliciter soluit Ambr. Vno modo vt dicant discipuli conturbari. i. maior pars eorum. Alio modo vt dicat cõturbatus petrus de hoc ꝙ clausis ianuis christus intrauit. (Et dixit eis) volens. s. de filii

A valde gauderent. Vnde & lucas infra dicit. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus prę gau. &c. Deinde christus vult eis facere fidem quod verè resurrexit in vera carne & non in apparenti tantum. Et hoc fecit primo offerẽdo visui accidentia corporis sui: putacatrices. Secundo se exhibendo palpabilem. Tertio exercendo opera vitæ puta comedendo. Opus enim vitæ dicitur omne opus animæ quæ principiũ vitæ in materialibus viuentibus. Primum arguebat identitatem suppositi probando. s. quod ille qui videbat erat ille idem numero qui patiebatur. Sicut enim dicit S. Tho. in iij. identitas suppositi cognoscitur ex collectione accidentium eius quæ in alio non reperiũt. Quam collectionẽ siue vniuersitatem accidentium optime visus percipit qui annuntiat & percipit plura quam faciant alii sensus vt patet. j. Metaph. hoc tamen vt ibidem dicit facit visus supposita carnalis veritate quæ non per visionem corporalẽ sed per alia argumenta monstrabitur. Per secundum autem. i. palpationem monstrabat veritas carnis. Nam vt idem dicit ibidem per hoc excludebatur falsa cognitio quæ est vmbratica visio aut secundum immutationem visus ab imaginatione. Aliquando enim ex vehementi imagi-

D tione res imaginata vt dicit videbitur esse præsens etiam si homo vigilet, & corpora obiecta visui videbuntur hominum & animalium effigies. Excluditur etiam per hoc vt dicit visio spirituum in corpore sensibili apparẽtium Corpora enim quæ assumunt consueuerunt esse ex ære condensato: in quo non sentiuntur ossa. Sed cõtra præmissa arguitur multipliciter. Primo quia dominus incongrue videtur probando incessisse. De prioribus enim prior debet esse speculatio vt dicitur. j. Phy. Primus autem est hoc quod dicebatur esse veram carnem quam esse carnem crucifixi cum sit communius. Ergo etiam prius hoc debuit probari. Ad hoc dico quod non inconuenit quod probando aliquid prius secundum ordinẽ cognoscendi præsupponatur tanquam verũ & postea probandum quod tamen non esset verum probationem non valeret vt patet ex. vij. Phy. vbi Aristo. in prin. lib. probat conclusionem suam: & post in processu probat quæ supposuerat ex quibus conclusionis veritas dependet. Sic etiam fecit Christus & hoc rationabiliter vt non statim licet paulatim rudes discipulos ad resurrectionis adduceret veritate. Secundo quia ista probatio non videtur fuisse efficax: quia si spiritus assumptisset corpus solidum eos decepisset. Ad hoc dicit Sanctus Thomas vbi supra quod in corpore sic assumpto nõ potuissent opera vitæ ita perfectè apparere: sicut in corpore vere viuente: quia opus artis, id est, quod fit per intellectum voluntatem non potest adequare opus naturæ cuiusmodi est comestio, & visio & locutio. Ideo & si non statim: tamen vt ait per longam in conuersationem fuisset fictio deprehensa. Tertio, quia visus perfectissimus est inter omnes sensus: ex primo Metaphisi. ergo inconuenienter post probationem sumptam ex visu: introducitur probatio ex tactu. Ad hoc dico dupliciter. Primo, quod probatio per visum & factum simul efficacior est quam per visum tantum: ideo vna est supra addita alteri & dictum est palpate & videte Secũdo dico ꝙ licet propria obiecta visus perfectus quam tactus percipiat.

ta

I tamen visus facilius decipitur circa ali
qua obiecta per accidens: eo ꝙ per me-
dium extrinsecum immutet. Vt verbi
gratia si sit aer ingrossatus & figuratus
& coloratus secundùm humanum colo
rem vere & realiter: talē colorem per
fectius percipit visus quā tactus humi
ditatem. sed tamen tangendo perfectus
deprehenditur quòd cedit & non habet
ossa quā per visum. quāuis etiam in ta
K ctu quo ad hoc possit esse deceptio vt
dictum est & vt de septē in demōe in-
cubo: qui in coitu ita femina deludit vt
videatur esse vir sicut & succubus vi-
rum Ita & viro videatur esse mulier
de hoc. s. Tho. j. q. xlix. ar. iij. &. ij. dist.
viij. de po. q. vlt. & Iob. xj. Et ideo domi
nus addidit tertiam probationem per
opus vitæ. i. comestionē quæ non fuit
necessitatis vt dicit. S. Tho. in. iij. sed
L potestatis inquātū per illam ostende-
bat se vere naturam humanā & poten-
tiam comedendi & habere naturalem.
ad quod ostendendū nō comedunt an-
geli. Fuit tamē vera & non ficta come-
stio: vt dicit idem. iij. quolibe. q. iij. Ve-
ra inquā veritate signi: quia significat
in christo naturam humanā esse & ve-
ritate naturalis speciei: quia fuit actio
à principiis speciei naturalis comestio
M nis. Sicut enim vox est vera vox etiam
si non audiatur quod est vocis effectus
ita & comestio vera est etiam si non se
quatur conuersio cibi in comedentem
quod est comestionis effectus. Non au
tem fuit vera veritate incorporationis
sibi quia christus erat extra generatio-
nis statum. Ideo vt ait ibi. s. in tertio ci-
bum illum conuertebat christus in spi-
ritualem. i. aeream materiam siue in va
porem sicut aqua a sole. Ex his autem
patet textus qui subditur. Videte ma-
nus meas & pedes meos, in quibus vt
ait Bed. clauorū vestigia clarebāt qui N
ego ipse sum: idem numero qui prius
fui suspensus in cruce. Vt autem ostēn
dat veritatem carnis subditur (Palpa-
te) per tactum: & videte per oculos
Vel ponitur videre pro sentire cogno-
scere(quia spiritus) apparens in aereo
vel alio inanimato corpore(carnem &
ossa non habet sicut me videtis habe-
re). i. videre seu rationabiliter cogno-
scere potestis. Visus enim ratione suæ O
perfectionis pro omni sensu accipi cō
sueuit. Sicut cum dicimus: vide quàm
suauiter redolet hæc rosa(habere) Est
autem sciendum ꝙ sicut dicit. S. Tho.
iiij. di. lxiiij. ad esse palpabile duo re-
quiruntur. s. habere qualitates tangibi-
les quæ sunt calidum frigidum: & hu-
iusmodi & non cedere tangenti ideo
terra est tangibilis sed non palpabilis.
ignis vero tangibilis sed non palpabi-
lis. Cælū aūt neque tangibile neque
palpabile. Omne ergo corpus palpabi- P
le: vt idem dicit in. iij. di. xx. (est per na
turam corruptibile: licet per gloriam
possit in corruptibile esse vt corpus
christi. Ex quo patet vt dicitur Gre. in
iij. mora quòd christi corpus quod pal
pabile fuit non erat subtile ad instar
venti aut aeris sicut dixit Euricius. Di-
citur tamen corpus glorioſum subtile Q
quia perfecte subiicitur animæ. De
hoc vide. iiij. dist. xliij. (Et cum hoc di
xisset ostendit). i. adpalpandū exhibuit
sicut prius exhibuerat ad videndū cum
dixit videte &c. (manus & pedes) imo
& latus secundùm Io. Videtur autem
ꝙ discipuli cum tetigerant: quia Beda
sic dicit ad insinuandam: ergo resurre-
ctionis suæ veritatem: non solum tan-
gi à discipulis: sed etiam conuenisci cū
illis dignatur ne arbitrarentur non so
lide sed imaginabiliter sibi apparere.

A Hæc ille. Sed verum est quòd ipse qui
dem dignatus est tangit: sed tamen for-
te ipsi non ausi sunt tangere. Aduerten
dum est autem quod gaudium(cū perti
neat ad potentiam appetitiuam cuius
obiectum est bonum apprehensum) es-
se non potest nisi id quod apprehendi-
tur apprehendatur vt bonum discipu-
li ergo qui cum spiritum se videre cre
B debant turbati sunt non potuerunt gau
dere nisi deposita tali fide dominum es
se crederent illum qui videbatur. Sed
tamen tantum bonum existimabat prę
sentiam magistri: & tantum de illa gau
debant quòd habentes securitatis cau-
sam non erant securi. ideo dicitur. (Ad
huc autem illis nō credentibus). i. sine
omni hesitatione(& mirantibus ex tan
to & tam insolito bono(prę gaudio(. i.
C propter magnum gaudium quod erat
eis causa timendi ne forte ille dominus
nō esset(dixit ipsis). s. dominus qui eos
volebat per efficacissimum signum cō
fortare. i. per opus vitale (Habetis hic
aliquid quod manducetur) Sicut enim
dicit Mag. histo. illi quos magi suscitāt
potitis quibusdam herbis sub ascellis
neque comedere neque bibere possunt
quòd tamen est intelligendum ꝙ. s. fa-
D cere nequeunt virtute demonis: ita be-
ne vt fiunt virtute animæ: aliter ista es
sent falsa cum ad nutum inferiora cor
pora obediant diabolo quo ad motum
localem duntaxat. (At illi obtulerunt
ei partē piscis assi & fauum mellis) For
te enim adhuc seruabant consuetudinē
vetus christi: de quo non legitur ꝙ car
nes manducauerit nisi ex mandato le-
gis propter mysterium in esu agni pa-
schalis: & ideo in tanta solennitate ca-
rentes carnibus offerunt piscem. ¶ In
hac parte est documentum in sensu al
legorico ꝙ post christi resurrectionem
tēpore gratiæ cibus animæ. i. bona ope- E
ra: & bona conuersatio dulcissima est:
quæ tempore legis annexam amaritu-
dinem habebat: & hoc propter duo. Pri
mo: quia in operando tunc nō erat tan
ta copia gratiæ quæ animam consola-
tur. Secundo quia post laborē non sta-
tim ibant ad requiem æternæ consola-
tionis sed ad limbum. Vnde Grecus. Et
iussu quidem legis pascha cum amari- F
cantibus edebatur quia adhuc amaritu
do manebat. Post resurrectionem vero
cibus fauo mellis dulcoratur. Hæc ille.
¶ Quantū ad tertium tangitur illumi-
natio qua christus discipulos suos edo-
cuit per scripturas vt in omnibus certi
essent: cū dicitur. (Et cum manducasset
coram eis) ad docendam veram huma-
nam naturam. nō ad ostendendū quòd
in resurrectione necessarius sit vsus ci- G
borum) sumens reliquias dedit eis: &
dixit ad illos. Hæc) quæ. s. in me videtis
expleta (sunt verba) ideſt significa-
ta verborum. Vel hæc verba quæ di-
cam sunt verba (quæ locutus sum
ad vos cum adhuc essem vobiscum)
ideſt cum adhuc essem in carne morta
li: in qua estis vos: vt ait Beda (Quo-
niam necesse est) non absolute sed ex
suppositione ꝙ Deus ita statuerit vel
prouiderit. Absolute necessarium dico H
id cuius oppositum deus facere nō po-
test eo quod cōtradictionem includat
vt duo & tria esse quinque. Ex suppo-
sitione vero necessariū est cuius oppo-
situm facere inquit suppositio quodam
quo non suppositio posset vt socratem
saluari si est prædestinatus. Suppositio
enim ꝙ socrates prædestinatus: Deus
eum damnare non potest: quia sequ-
retur ꝙ Deus eum damnare ideo pōt:
quia sequeretur quòd deus eum vellet
peruenire ad vitam æternam: & non

per

I peruenire ad illum: secundùm ad miseriam æternam. Absolute tamen deus potest socratem dãnare quia nihil vult necessario nisi seipsum (Impleri omnia que scripta sunt deo reuelante in lege moysi: & prophetis & psalmis de me.) Quõ autẽ in has tres partes diuidatur scriptura verus: vide supra feria quarta post dominicam de passione. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerẽt scri
K pturas. Hoc aũt põt intelligi tripliciter fuisse factum. Vno modo quia eis habitualem notitiam tradidit scripturarum quæ ad christum pertinebant: ac si illas memoriter didicissent: alio modo quia ita illuminauit eorum sensum. i. intellectum vt scripturas prius auditas vel in posterum audiendas fun ditus penetrarent: & forte aliqua tunc allegauit. Vel tertio fuit vtroque mo-
L do Est autem sciendũ ꝙ christus sex multum clausa aperuit. Primo virginis vterum saluo signaculo virginitatis. Esa. xlv. Aperiatur terra & germinet saluatorem. Secũdo latus proprium. s. permissiue. Ioã. xix. Tertio infernum. Esa. xlv. Aperiam corã eo ianuas. Quarto cœlũ. Act. vij. Ecce video cœlos apertos: & Iesum stantem. Quinto intellectum legis & prophetarum Apoc. v. Di
M gnus est domine deus aperire librum. Sexto cor humanũ ad credendum & intelligendum vt hic. (Et dixit eis quoniã sic scriptũ est: vt. s., consummatum est. (& sic opportebat) ex suppositione (christum pati) sicut. s. passus est: (& resurgere à mortuis die tertia: & prędicari in nomine eius). i. per nomẽ sen significatũ nominis eius (penitentiã). i. virtutem: & sacramentum pœnitentiæ (& missionẽ peccatorum) quam vtraque præsentia virtute christi operatur (in omnes gentes). i. per vniuersum mũdũ. Fuerunt autem hæc omnia ex suppositione & non absolute necessaria. Quõ autem semel sit euãgeliũ prædicatum: & iterum prædicabitur: vide do. x. post festũ tri. ¶ In hac parte est documentũ vt spirituali diuinorum intelligentiam queramus à deo: ita tamen ꝙ id quod nostrum est non negligamus: quia esset tentare deũ. Deus enim & scientiam infundit & illuminat intellectum vel per se vel per angelum suũ. Iaco. j. Qui indiget sapientiam postulet a deo.

Feria. iiij. infra octa. Paschæ.

Ioan. xx.

MAnifestauit se iterũ Iesus discipulis suis ad mare tyberiadis. manifestauit aũt sic. ꝙ simul Simon petrus & thomas qui dicitur dydimus & nathanael qui erat a chana galileæ & filii zebedei & alii ex discipulis eius duo. Dicit eis simon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus & nos tecum: Et eiecerunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto stetit Iesus in littore: non tamẽ cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri nunquid pulmentarium habetis? Respõderunt ei: non. dixit eis. Mitte in dexterã nauigii rhete & inuenietis. Miserunt ergo & iam non valebãt illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus petro. Dominus est. Simon ergo petrus cum audisset quia dominus est: tunica succinxit se: erat enim nudus: & misit se in mare. Alii autem discipuli nauigio venerunt: non enim longè erant a terra sed quasi cubitis ducentis: trahẽtes rhete piscium. Et ergo descenderunt in terra viderunt prunas positas & piscem superpositum & panem. Dicit eis Iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.
O Ascendit simon petrus & traxit rhete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus: Et cum tãti essent non est scissum rhete. Dicit eis Iesus. Venite prendete Et nemo audebat discumbentium in
P terrogare eum: tu quis es scientes quia dominus est. Et venit Iesus & accepit panem & dabat eis & piscem similiter. Hoc iam tertiõ manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis.

MANIFESTAVIT SE ITE rum Iesus &c.) Io. xx. In hoc prẽsenti euã. tagũtur tria pũcta quæ sunt. Allocutio: recognitio: & cõsolatio: ga tamẽ ferè oĩa pa

rẽt ex dictis solũ aliqua pauca exponẽ E
da sunt. (Vado piscari. Sed hic mouet quæstionem Greg. quia videtur Petrus post missam manum ad aratrũ per discipulatũ domini retro aspexisse per reditum ad officium piscationis. Sed ad hoc idem Greg. ꝙ ad officium occupatiuũ mẽtis & à spiritualibus retrahens: post conuersionẽ nõ est redeũdũ: sicut est vectigal ad quod matthęũ rediisse non legimus. Secus autem de eo quod sine peccato & mentis implicatione ex F
erceri potest. vt piscatio. Sed cõtra: ga cũ ad hoc nõ redierit petrus christo viuente videtur quod omnino aliquã mutationẽ circa mentẽ passus sit. Ad hoc aũt dicit Augu. &. S. Tho. ꝙ rediisset ad illud ante christi resurrectionem & vulnerũ inspectionem videre ex desperatione fecisse. Sed nũc post christum sibi de sepulcro reditum viuum post inspecta vulnerũ loca: post acceptũ eius G
in suffiatione spiritũsanctũ facti suut apostoli sicut antea piscium piscatores. Et hoc in signum ꝙ predicator sui apostolatus integritate seruata: potest necessarium victum arte iusta querere: si aliunde non habeat exemplo Pauli qui ne alios grauaret artem quam non nouerat didicit secundùm. S. Tho. super Ioan. Sed contra: quia victum semper H
aliunde habet dicente domino. Hæc omnia scilicet temporalia adiicientur vobis. Ad hoc vero dicitur quod seruo dei omnia adiiciuntur eo cooperante: in cuius signum petrus quidem hic dicitur laxasse rhete: sed dominus fuit qui illud piscibus adimpleuit. (Dicunt ei Venimus & nos tecum) in signum scilicet quòd omnes prẽlati & prędicatores summo pontifici cooperari debent. (Et exierunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendi-

der

derunt) in signum quòd sine luce diuinæ inspirationis rhete prędicātium est inanè. (Nunquid pulmentarium habetis). i. cibum alium à pane: puta pisces. Vnde. S. Tho. dicit quòd credebant illum esse piscium mercatorem. Secundum aliquos autem dicitur à puls pultis: & proprie: est cibus liquidus. Alloquitur autē eos vt paulatim ad sui notitiam producat. ¶ Quantum ad secundum tangitur quomodo Christum discipuli agnouerunt: cum dicitur. (Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus. Dominus est) Io. secundum Bed. cognouit dominum ex consueta voce vel ex miraculo. Et secundum Chrys. quia erat perspicacior. s. intellectu & sensibus quàm petrus citius illum recognouit (Succinxit se). i. vestiuit propter reuerentiam magistri (erat enim nudus) ratione caloris & expeditionis operis. (Et misit se in mare) vt citius veniret ad Christum secundum. S. Tho. Dicit autem Beda. quòd petrus ad dominum aut natando aut peditando venit. Alii autem dicunt quòd memor quomodo ante iussu domini super aquas ambulauit: tūc idem fecit spiritu feruens. Nō enim cum tātum distaret & esset in tali fundo tam distāte à terra: in quo nauis onusta posset incidere est rationabile quòd peditauerit: & multominus quòd natauerit: quia non citius sed tardius venisset quàm nauigio. Sed etiā est verisimile quòd si sic fuisset tantum prodigiū quòd vno verbo potuisset exprimi euangelista non tacuisset: ideo qui vult sentire cū Bed. dicat quòd potuit peditare: quia multoties longe littore aqua non est profunda: nec ibi natauit nauis onusta quia adhuc rhete erat in aqua vt innuitur hic. Potuit etiam natare: & tamē citius venire quàm nauigium: quod trahendo rheti & piscibus insistebat. (Alii autē discipuli nauigio venerunt: nō enim longe erant à terra sed quasi cubitis ducētis trahentes rhete piscium) Secundum Bed. hic causa redditur quare petrus natault aut peditauit: secundum alios vero quare alii non venerūt super aquas sed nauigio. ¶ Est autem hic morale documētum: vt qui vult agnoscere Christū & ad illum eruenire: audiat vocē eius qua loquitur: interius inspirando recessum à malo: & progressum ad bonū: & inspiciat miracula eius quæ sunt in nostrū beneficium: & non immergatur totus in aquas delitiarū & vanitatum. ¶ Quantum ad tertiū tangitur quomodo Christus consolatus est discipulos in anima per suam gratiam præsentiā & in corpore per corporalē refectionem. (Accepit inquit panē) quem. s. ipse cum pisce & prunis parauerat: vt dicit. S. Tho. Hoc autē quod dicitur in tertio &c. secundum aliquos. i. secūdum Aug. libi. non referī ad apparitiones factas: quia iam fuerunt quatuor: sed referī ad dies quibus factę sunt qui sunt dies paschę & eius octaua & dies hæc. Secundum alios vero refertur ad apparitiones factas discipulis quæ fuerunt tres quibus addit quarta qua apparuit magdalenæ.

Feria. v. infra octa. Paschæ.

Ioan. xx.

MAria stabat ad monumentū foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se & prospexit in monumētum: & vidit duos angelos in albis sedentes: vnū ad caput & vnum ad pedes: vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi. Mulier qd ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum: & nescio vbi posuerūt eum. Hæc cum dixisset: conuersa est retrorsum & vidit Iesum stātem: & nesciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quia ortulanus esset dicit ei: Domine si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus. Maria. Conuersa illa, dicit: ei Rabboni Quod dicitur magister Dicit ei Iesus: Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum: Vade autem ad fratres meos & dic eis. Ascendo ad patrem meum & patrē vestrum: Deum meū. & Deum vestrum. Venit Maria Magdalenæ annūtians Discipulis: quia vidi dominum & hæc dixit mihi.

MARIA STABAT AD monumentum &c.) Ioā. xx. Quia fere totum hoc Euangelium ex dictis est patens solum aliqua verba exponenda sunt (Maria stabat ad monumentum foris) Extra illum saxei sepulchri locum: sed tamen erat intra illud spatium in quo cum aliis mulieribus fuerat ingressa circa quod erat clausura quædam: imo vt videtur ingressa erat primam cellulam: stans ante portam secundæ: & sic quodam modo erat intus & foris (plorans.) Cum enim vt dicit S. Tho. sint duo genera lachrymarum s. Compunctionis pro peccatis: & deuotionis pro cœlestibus consequendis: sicut Maria abundauit primo genere in sua conuersione ita & secundo in dominica passione abundauit. (Dum ergo fleret inclinauit se) vt per portulam humilem intus monumentum aspiceret. (Tulerunt dominum meum). i. corpus domini mei denominans a toto partem. Sic enim secundum. S. Tho. etiam filium Dei sepultū dicimus: cum sola eius caro sepulta fuerit: quia diuinitas carnem non deseruit. Existimabat autem angelos homines esse: vt dicit. S. Thom. (Et nescio vbi posuerunt eum. Hęc cum dixisset conuersa est retrorsum.) Et hoc secundum. S. Tho. angeli exhibuerunt reuerentiam Christo apparenti post tergum Mariæ & aspexerunt quasi ibi aliquid viderent & tunc illa conuersa est. vt videret quid illi viderent. ¶ Et propter hoc etiam nō expectauit angelorum responsum (existimans quia ortulanus esset) quia sciebat custodes aufugisse: & consequenter arguebat nullum ibi esse debere nisi ortulanus secundum. S. Tho. Vel forte in effigie ortulani dominus apparebat. (Dicit ei. Domine) Dominum eum vocat vt caperet beneuolentiam (si tu sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eum vt ego eum tollam.) Ex magno amore credidit quòd omnes cogitarent de domino suo vt ipsa: ideo illi non nominat quis sit dominus suus quem quærebat. Hæc. S. Tho. Vel forte ideo fuit: quia sciuit ortulanum interfuisse sepulturæ: aut credidit (Dicit ei Iesus.

I Maria conuersa illa) Contra:quia iam ad illam loquebatur:ergo erat ad illum conuersa. Ad hoc dicit Aug.quòd conuersa est secundum mentem: cognoscendo quem non cognoscebat. Vel vt dicit.S.Tho.quia eum ortulanum credebat sollicita de eo quod gerebat in corde non respiciebat eum continue: sed potius respiciebat hinc inde: si aliquod signum videret sepulcri: sed vocata proprio nomine statim illum recognouit. Dicit ei Rabboni:quod dicitur magister: & statim prostrata voluit osculari pedes eius: sed Christus tunc extendit manum dextram:vt patebit & tetigit eam in fronte inter capillos:& supercilium sinistrum: (& dixit ei Iesus.Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum.) ¶ Sed dubitatur quare ante resurrectionem & post permisit se tangi à discipulis & etiam à mulieribus quæ tenuerunt pedes eius inter quas erat istamet:nō autem modo ab ista sibi dilectissima. Ad hoc dicitur tripliciter. Primo secūdum Aug.quòd non voluit se osculari in signum quòd ecclesia gentium quam significabat hæc mulier non coniungeretur Christo per fidem nisi post eius ascensionem. Secundo secundum eundem:quia ista Magdalena nōdum credebat Christum ascēdisse ad patrem.i. esse ei æqualem quia de eo vt dicit.S. M Tho.sicut de sancto viro sed non vt de Deo sentiebat. Tertio secūdum Chry. vt' induceret eam ad sui reuerentiam maiorem quàm ante passionē. Credebat enim eum ad priorem vitam surrexisse quam habuit ante passionē. Ideo dicit Christus. Nondum ascendi ad patrē:vt coniungatur mihi ecclesia per fidem:quo ad primū.Vel nondū ascendi:supple in corde tuo:quo ad secundū. Vel nondum ascēdi: ideo appareo sine N qualitate gloriosa: & talis qualis ante passionem quamuis sim gloriosior quo ad tertiū. (Vade autē ad fratres meos.) Ecce regis nostri mansuetudinem: qui discipulos à se creatos fratres suos appellauit (& dic eis. Ascendo ad meum patrem vestrum) meum quidem naturalem:vestrum autē adoptiuum(Deum meum & Deum vestrū) quem ego inquantū homo adoro & ei supplico(Venit Maria Magdalenæ annūtians discipulis:quia vidi dominum. & hæc dixit mihi)Est autē notandum secundum.S. Tho.quòd ista beata Magdalena bis vidit angelos ad sepulcrhū. Primo vnum sedētem super lapidē cum aliis mulieribus sicut dicit Mar.& Matt.Et secundo duos in regressu quādo Petro & Ioanne abeuntibus remansit plorans: vt dicit Ioan. Similiter bis vidit Christū. Primo in forma ortulani. Et secundo in via qnando currebat nuntiare discipulis cum aliis mulieribus: quando secundum Mar.& Matth.tenuerunt pedes eius. Occasione vero dictorum in hoc Euangelio de hac mirabili sancta quædam volo narrare quæ nec in eius legenda: nec in chronicis vulgatis habentur. Cum anno domini. M.cccxcvij.deuotionis gratia antrum vbi pœnituit:& sacras eius reliquias apud sanctum maximianum visitassem: ostensum est mihi pluries sacrum & venerabile caput eius grande valde. & totum vndique ad os vsque denudatum:excepta ea parte frontis quam saluatorem omnium diximus tetigisse. Ibi enim pellis ad instar quasi ethiopissæ seu cādaueris iandiu occisi clare apparet & in pelle duæ fossæ duarum extremitatum digitorum: quarum altera multo est reliqua euidentior atque profundior. Et sub pelle caro ad albedinem declinans. Ostensi sunt & in vitrea ampullo eius capilli non omnes sed qui pedes Christi rersere necnō & ampulla vitrea plena terra habente colorem medium inter rubeum ac nigrum. quā in parasceue. b.Magdalena sub cruce collegit que vt omnes mihi sine hesitatione affirmabant:singulis annis in die parasceues perlecta passione euidenter & clare ebullit: acsi ibi videatur sanguis ebulire. De qua quid sentiendum sit alias. Vidi & brachium eius magnum & cerei coloris. Ossa vero eius in capsa argentea recluſa videre non potui. Alabastrum quoq; vnguenti nardi spicati pistici pretiosi monstratum est mihi marsiliæ in ecclesia sancti victoris. Cum ergo diligentius de omnibus prædictis veritatem scrutari voluissem chronicam huius sententiæ reperit Carolus rex Siciliæ secundus: & comes prouinciæ circa annum domini millesimum ducentesimum septuagesimumnonum bello nauali cum rege Arragonum congressus: victus & captiuatus est. & apud barchinonam moriturus viro carceri mancipatus. Cumque omni humana spe destitutus indubitatam mortē expectaret in brevi à magistro Gulielmo de tonnais ordinis predicatorum confessore suo monitus est vt Magdalenam quæ in terris sibi subiectis prædicauerat pœnituerat & obierat:in auxilium aduocaret. Qui statim firma spe de meritis eius concepta:ieiunio & confessione & lachrymis eis se commendauit. Ecce autem in ipsa vigilia festiuitatis beatæ Magdalenæ nocte astitit ei matrona pulcherrima: Carolum voce sonora & proprio nomine vocans: preces eius exauditas commemorans & vt se velocius sequeretur indicans. Cumque pro captiua familia sua ille precaretur: sequere inquit me: & sequentur tui omnes. Sic autem factum est. Post paululum vero cum aliquātisper processissent illa firmato gradu & se inuocata Magdalenam esse commemorans: scis ait vbi sis modo. At ille. Intra muros adhuc sumus barchinone: si non fallor. Falleris inquit sed iam es infra terminos tui principatus & prope Narbonam ad vnam leucam. idcirco ne expaueſcas:tutus etenim es. Sunt autem inter Narbonam & Barchinonam tres magnæ dietæ,id est,triginta leuce supérque. Tunc ille perfusus lachrymis. Quid inquit ô domina gratum rependere pro tanto beneficio possum? Dicam inquit. Cum instante bello quoddam corpus meum de meo sepulchro sublatum: & loco eius aliud suppositum fuisset: vt fallerentur inimici si meum corpus asportare voluissent ita factum est. Vnde adhuc apud talem locum iacent reliquiæ meæ aliis loco earum sublatis. Illuc perge & has talibus signis inuenies. Nam in tali loco vitis est: quam sequens de ore meo prodisse videbis: & ibi est caput meum totum nudum excepta ea carne quam saluator mundi in orto tetigit cum eius volui tenere vestigia. Capilli omnes interierunt exceptis his qui Iesu Christi pedes tetigere. Iuxta caput est ampulla plena terra madefacta sanguine Christi:quam sub cruce collegi.& sem per quo ad vixi in memoriam domini mei seruaui.Cum hæc inueneris honore digno eleuabis. Et locum meæ mortis & meæ pœnitentiæ fratribus meis, id est,prædicatoribus trades. Ego enim peccatrix & apostola fui: conuentui

loci in quo decessi redditur pro centū fratribus assignabis: vt semper ibi vigeat studium generale. Et his dictis disparuit. Ille verò facto iam narbonam cernens: in eo loco in quo magdalena disparuit: crucem figi iussit quę vsque in prę̄sens crux de leuca dicitur. Et sanctum maximinum adiens omnia per ordinem reperit & iussa perfecit. Nā cum in illis duobus locis monachi habitarent: eis contributionē fecit; & loca illa fratribus predicatoribus tradidit assignans redditus super gabellis ciuitatis nicensis & aliis: iuxta præcepta magdalenæ. Templum verò reliquiis eius regium incepit: sed nō plene perfecit. Profectus vero ad regnū: monasteria duodecim plura ordinis eiusdem prædicatorum fabricauit atque dotauit, in quibus de magdalena vsque hodie memoria quotidie agitur ac tandem moriēs cor suū ordini eidē legauit ꝙ vsque hodie in conuētu sancti dominici de neapoli ineburnea pyxide reseruatur. illudque anno millesimo quadringētesimo nonagesimo qnto propriis luminibus inspexi. Igitur mirabilis Deus in sanctis suis. ¶ Alibi tamen vt mihi digni fide retulerūt legitur (imo forte in eadē chronica quā quia semel & cursim perlegi forte ad plenum retinere memoriter nequiui: precipue quia de his scribendis nō cogitabam) megdalenā dicto regi ea nocte ter apparuisse & primo. Dixisse. Si te hinc liberauero facies quod iubebo? Quo spondēte disparuit. At ille semetipsum reprehendēs: ait Heu nec quid velit inquisiui. Qua secundo apparente & repetente eadem: quid inquit ipse nubes o domina (At illa. Locū inquit meæ mortis & meæ pœnitentiæ meis fratribus tradas. Quo id se facturum spondēte: disparuit. At ille semetipsum reprehendens. Heu inquit nec qui sint isti eius fratres inquisiui. Sed beata magdalena tertio ei modo supradicto apparuit. & narbonam vsque in suo festo populo in honorē magdalenæ solēnizante deportauit. Nam in ea ciuitate & in tota regione summæ venerationi habetur. Ex his autem perpiscū credo: quantū prædicatorum ordinem Magdalena diligat & magnipendat: quā s. predicatores suos fratres appellauit: & eis thesaurum suum id est sua loca suasque reliquias commendare curauit: quin & magistros generale iusdem ordinis tunc apparuisse dicitur dū Carolum e carceribus exemit dicens. Vos legi thesauri mei custodes atque cultores. Propter quod etiam ipse Carolus tantum ordinem dilexit vt suæ. s. libertatis reliquiis & spelunca dum consolatus mercator discessum meditaretur fratres pœnes quos gratiam forte inuenerat: cum Beati patris Heliæ: sermone amplius consolari voluerunt. Eumque manibus fratrum beatus pater Helias delatus fuisset: nam totus contractus nil ferè præter linguam habuit vitam participans: visos peregrinos dulciter salutauit. ac fratri se deferentia ait. Ad locum meum me deferas: quia secreta dei volo referare quę tacui. Locū vero suum dixit eum in quo ad orationem: in spelunca super petra in qua nocte magdalena qebit? stare consueuerat. Pro hoc vero sciendum est montem esse in provincia ab oriente Niciam: ab occidente vero marciliam & a meridie mare & à septētrionem habentem Auinionem Hic ad altitudinem trium milium passuum assurgit. Et deinde inbam seu Cristam gerit lapideā ab occidente in orientem decem milibus passuum & eo amplius extenditur, vt murum vastissimum dixeris. Nam ad instar fere duarum præ celsarum turrium eleuatur. In rupis huius radice spelunca est eleuata quā tum magnus imo maximus tractus est lapidis: ore prospiciens occidentem: & clibani formam præ se ferens. Ante os speluncæ in breue spatiosum: intus

rat multa quæ subinferam reuelasse & post paululum vitā finiuisse testatur Huius opusculum ad me per venerabiles patres ordinis nostri fratrē Petrum Veronensem prioremque brixiensem: & fratrem Ioannem fabrianensem diuini verbi præconem: à fratre honofrio florentino: à quo illud se habuisse asseuerant deuenit. Igitur vi

B

satis reliquiis & spelunca dum consolatus mercator discessum meditaretur fratres pœnes quos gratiam forte inuenerat: cum Beati patris Heliæ: sermone amplius consolari voluerunt. Eumque manibus fratrum beatus pater Helias delatus fuisset: nam totus contractus nil ferè præter linguam habuit vitam participans: visos peregrinos dulciter salutauit. ac fratri se

C

deferentia ait. Ad locum meum me deferas: quia secreta dei volo referare quę tacui. Locū vero suum dixit eum in quo ad orationem: in spelunca super petra in qua nocte magdalena qebit? stare consueuerat. Pro hoc vero sciendum est montem esse in provincia ab oriente Niciam: ab occidente vero marciliam & a meridie mare & à septētrionem habentem Auinionem Hic ad altitudinem trium

D

milium passuum assurgit. Et deinde inbam seu Cristam gerit lapideā ab occidente in orientem decem milibus passuum & eo amplius extenditur, vt murum vastissimum dixeris. Nam ad instar fere duarum præ celsarum turrium eleuatur. In rupis huius radice spelunca est eleuata quā tum magnus imo maximus tractus est lapidis: ore prospiciens occidentem: & clibani formam præ se ferens. Ante os speluncæ in breue spatiosum: intus vero ad leuam intrantis & ad speluncæ medium lapis à solo surgens in cumulum eleuatur: & pablatim ac sensim versus interiora speluncæ euanescit inter quem & extrema & speluncæ fons pulcherrimus patet frigidissimus tactu & gustu dulcissimus: nū quam deficiēs & nūquam patenter ad extra prosiliens. Super eo lapide magdalena & contemplatione & quieti nocte vacabat vt communis fama: & imago ibi quasi magdalene apertis oculis quiescentis beato maximino autore reposita testatur. vnde cum tota spelunca interdū guttulis ac generati humoris humectetur lapis ille solus (vt dicitur) omni tempore immunis ab iniuria stillicidū conseruetur. Huc igitur dum pater Helias fuisset delatus sequentibus peregrinis: & ad lachrymas scitatis eius aspectu concitatis ait. Fratres) dies venit & hora mihi diu expectatæ mortis. Igitur qui ad beatæ magdalenæ gloriā & vestræ salutis augmentum enarro: percipite. Cum, beatæ magdalenæ seruiturus desertū istud: & rupem horridā petiuissem. exacto hinc mēse solitudinē fastidiens pœnitui: & discessum tacitus cogitaui. Quadam igitur nocte cogitatibus agonizans subito instar crucis montem hūc lapideū in partes quatuor diuisum inspexi atque mihi quatuor mūdi partes oriēs occidens merides & septentrio patuere & cœlū sursum abyssusque deorsum. Igitur timore per territus in terram excors cecidi. Cumque verbis quibusdā dulcib⁹ eleuatus spiritū collegissem: toto corde magdalenā in auxiliū aduocaui. Hæc statim affuit tā sereno & radianti vultu: vt in eā intendere non possem operta oculis & nuda brachia ac

I pedes floribus redimita dicens. Incon
stans ac rudis te propter apertus est
mons & te propter ego assum: & per
me modo velis tua anima in æternam
vitam dirigetur. Tu hic a meo seruitio discedere cogitasti sed audi quę dicam: & demum age quodlibet. Vt nostri inquit e hierusalem marsiliã multi deo volente & naui subuehẽte deuenimus. At vbi marsilia & pars non par
K ua regionis Iesu Christi fidem suscepit: tantum circa nos humanus fauor & inquietudo creuerunt vt hominum consortis fugere cõgitarunt: Rapta vero diminutus sub huius auri sui ore deposita. Cũ hinc inde per locum mihi à deo paratum lumina direxissem draco
nem quem mea soror martha occidit:
repente lucem iter & tenebras aspexi:
cuius horrorem sufficienter exprime-
L ret nemo erat bubalo maior. Vidit &
omnis generis viperas. De hoc mõstro
de quo sic loquitur Magdalena Vincẽ.
dicit in spe. Histo. ꝙ draco monstruosus extiterit: anterior enim pars feralis
erat: posterior piscea & viperea cauda
fuit magno boue maior & plixo equo
prolixior: caput leoninum habuit: iubas equinas pedes senos & vngues vr-
sinos. Fortitudine & ferocitate. xij. cre-
M ditur superasse leones. Fuit ex leuiathã
serpente maritio & bonacho animali
generatus in ponte galatiæ asię in quę
sunt eiusmodi monstra Per mare aũt
venit ad rodannum fluuium: per quẽ
ad ea loca conscendit in quibus fuit
occisus. Hæc omnia ille. Non est vero
mirum, si in spelunca versabatur magdalene. quia in medio est deserti vastissimi quãuis tamen Diabolica fortassis inuidia id actum sit. Subito inquit igitur Magdalena me apparente
in spelunca: & diaco & viperea multi- N
tudo excitantur me in oculis ac sibili
sunum furorem pre se ferentes. Nam vi-
perę quidem innixę caudis pectoribus
assurgebat sed draco omnibus immanior ita me conterruit: vt timeré eius
aspectũ: imo nec ferre possem: qui mor
tem non timebam. heu me tũc inquio
Iesu mi nisi mihi statim affueris aut O
deuorabor: aut pauore spiritũ efflabo
contraxit tunc subito draco caput qua
si me non curaret. sed denue statim ex-
tenso ac dilato vastissimo gutture &
concussis alis me deuorandum in-
uasit. Cumque iam deglutiendum in
sua ora traxisset: quia lingua non po-
teram sic fum profundo & securo cor-
de locuta: dulcis amor Iesu tristem ne
ac solam in deserto post innumera tua P
dona me draconis escam effecisti: tunc
subito Angelus de ore draconis eductã
me allocutus est dicens. Beata quæ fi-
dem tenes. Ac draconem calce percu-
tiens egredere inquit hic draco & om-
nes vipere tecũ ad repẽte se dedit dra-
co & reliqua turba pręcipité & volans
ac peditans desertũ adiuit in quo illũ
mea soror martha superauit. Igitur
Angelus michael spiritum efflauit odo
riferum: qui in flammam conuersus Q
totam baumam lambens immundas ac
fetidas viperarum feces assumpsit, &
locum omnem mundum ac redolen-
tem effecit. Deinde vero in me con-
uersus. Deus inquit quem tantum o
magdalena concupiscis & semper ha-
bes: te vult hunc locum lachrymis irri-
gare profusis: vt futuris seculis exem-
plum pœnitentiæ perpetuo fias. Re-
manси eo disparente perterrita: & lo-
co lustrato hominibus inuium ascen-
sum descensumque rupe vetante co-

A gnoui. Tunc amoris dulcedine ad la-
chrymas resoluta me ad terrã prostra-
ui: adorans ac dicens. Gratias tibi
Christe ago ꝙ me omnia mea affectio
ne replesti. Sed oro fontem in rupe ac
exhibeas deprecanti. Crepuit statim
sub meis oculis immane hoc saxum &
quas cernis Helia aquæ e duro silice
scaturiere. Gumque ante ipsum limpi-
B dissimum fontem genu flexo Christo
gratias agerẽ: ecce plus quã mille spi-
ritus vidi in speluncæ dextera stetis-
se verba suauissimi amoris hebraica
lingua decantãtes. Cã igitur postremo
subintulissent: non expedite animę tã
assiduam orationum frequentiam ele-
uatis oculis plenum aërem foras spe-
luncam ex similibus inspexit Igitur
cum eos demones suspicata Iesum ni-
mium territa ac clamassem: repetente
C cum suis militiis angelus michael af-
fuit dicens. Assum magdalena ne ti-
meas. Denique malignis spiritibus cõ-
gressus: eos omnes in fugam compulit
eclamantes. Non eris tamen ideo bea
ta tu quæ orationibus vacas in antro.
Crucem igitur in ore speluncæ Ange-
lus erexit s dicens. caue ne extimescas
in posterum: quia custos tui altissimus
Igitur ante crucem eo disparente tunc
D iani: sed oratione timore nimio ex sic
catis viscеribus instare attenta non
prævalens: collectas duas radices in
ipso ore speluncæ & lotas comedens
aquam de fonte bibi: postquam huma
num aliquid non gustaui crucem de-
inde rursus complexa ea die ac nocte
sequenti orans horto solo visum ad
crucem ipsam leuaui coloris vt vt-
debatur cristallini & radiis fulgẽtibus
coruscam. Cumque in me vehemẽtis-
simi amoris Flammã peremissem: ec-
ce tam læta & iubilãs angelorum tur- E
ba affuit vt æternam vitam in hoc an
tro credidisses. Repente igitur ab his
ad infernalia loca delata: pœnarumq e
nera & punitorũ turmas inspexi. Cum
que ad loca purgatorii & ventũ esset:
tanta dulcedine me spiritus deuoti cir
cunsterunt: vt mihi viderer esse in pa-
tria: & tum magna teneritudine dixe-
ruut. Ora pro nobis magdalena nostra F
Quibus ergo vtinam inquio vestra vo
luntas per me impleatur. Animaduer-
to quantum vobis auxilii sit oportuũ.
Deinde vero ad crucem iterum re-
positæ mihi Angelus ait. Quanto
rempore tuus ac noster amor Iesus
in terris te propter euixit: tanto tu
quoque hac spelunca moraberis. Ste-
ti igitur eo disparente ad crucem
orans & Christus salutem meam con-
templabat: Omni igitur euoluto die G
Angelorum affuere militiæ: & me
tam sublimen in aëra sustulerunt: vt
cœlestes audiuerim resonare melo-
dias quod ab inde citra septies sem-
per intra diem & noctem effecerunt.
Frigus ac gelu igne succensa iam non
curabam. Cumque meæ vestes paula-
latim vetustate deciderent. paula-
tim quoque diuina pietate mei cre- H
uere capilli: ac demum cum semicin-
ctia è rupe deiecissem se foadeo dif-
funderunt vt à me lapidibus succi-
dendi gressum præpedirent. In ipsa
vero cruce mysteria Christi cun-
cta videbantur. Ibi Anne ac Ioachim
Historias ibi Mariam Iesum meum
mihi parientem ibi crucifixi tetrũ li-
uorem: ibi pium cruorem ibi dura vul
nera: ibi crucem ac mortẽ eiusdabatur
intueri: & eundem regredientem ab
inferis: & cœli sydera pœnetrau-

I tem. Cum his cibata ferculis nocte dieque flerem cum lauandi vultus gratia fontem petiuissem obuium mihi huma na forma Iesum me his verbis alloquẽ tem vidi te propter maria loca ista cõstitui. Circunsteterant celestes militiæ regem suum florum serta gestantes. & oliuarum palmarumq; ramos tenentes in manimus. Et ecce resplenduit subito assumpta humanitas: & seipsum ad
K instar sui cum esset in monte thabor saluator transfigurauit adeo vt me ocu los inflectere tanta maiestas impulerit. Me quidem ad vultũ dilectum ocu los attollere dulcis amor inflãmabat: sed minime valui. Cumq; mecũ multa contulisset illapsus est cœlo: & quo ad vixi centies ac decies me in spelunca sua pietate visitauit. Itaq; Helia tibi consulo teq; rogo: vt in hac rupe christi laudes exoluas quò te ad vitæ portũ
L tandem adducam. Sterilem locum sola ac nuda ego adiui: tu vero fratrẽ habes solatia & victui vestituiq; abundanter oportuna. Igitur de perseuerantia cogita. His dictis ab oculis meis inquit Helia magdalena euanuit, & ego in hãc vsq; horam omnibus hominibus prædicta celaui. His dictis post horulã beatus ille pater expirauit, statimq; ipsæ causa panulæ in ea rupe suspensæ nullo hominum mouẽte iubilarunt. Omnia hæc ex dicto libello fideliter assum
M psit. Mirabitur autem fortasis vir animalis diuinam pietatem peccatricem animam tam præclaris donis extulisse. Sed si viderit quæ eiusmodi est prædicantem christum & forte lasciuientem in sermone. Mariam subito diuini sermonis iaculo pcussam: sui pectoris arcana lachrymis & singultibus reserare. Si viderit repente agitatam doloribus & amore liquefactam torques armillas dextralia margaritasq; depone re: & effusis comis lugubres assumere vestes. Si inquam viderit hãc Iesu christi tenuisse vestigia & hæc lachrymarũ flumine lota excitare capillis & cordia libus osculis ac miserandis vocibus mi sericordiam suis sceleribus implorare. Si à maculis absolutam in pace christi pietate remissam. Si prędicantem vbique christum & Mariam comitantem, haurientem quidem christi doctrinam
O sed substantiam effundentem. Si hunc viderit pauperem ac itinere fatigatum saluatorem mundi excipere domo, fouere vnguentis dapibus recreare & discipulorum eius turbam suis facultatibus substentantem. Si propinquis imò & discipulis fugientibus carnifices inter intrepidã cruci astitisse cruentam sanguine lachrymis infusam aeream eiulatibus adimplentem. Si contempla
P ri sepulchrum & vnguenta parare. Si mulierem fragilem sexu noctis tenebras & arma custodum non extimuisse (O vim amoris immensam) quæ dilectum extinctum quæ serit in sepulcro, Si postremo hanc viderit vacuo sepulchro colligatam & nulla iam preter lachrymas habere solatia, videbit pariter diuinam pietatem hanc ab extremo in extremum non nisi per oportuna media deduxisse. Quæ enim crimina possent tot gemitibus: tot lachrymis tanto
Q ardore nõ esse abolita? Si animas scelestissimas baptismalis vnda sanguinis christi operante virtute pulcherrimas, & in oculis dei optimi maximi splendentes restituit quid in Maria sanguis christi è cruce stilans effecit? Mirari igitur magis oportet ignauiam hominum atque secordiã qui in Maria christi pietate perfecta subitò quamuis atroces, quamuis scelestes & flagitiosi non

A non atteruntur vt vbi superabundauit delictum superabundet & gratia. Vnde & Franciscus petrarcha visa Mariæ spelunca & lapides cubili huius beatæ peccatricis consyderans plenitudinem compunctus ait.

Dulcis amica Dei lachrymis inflectere nostris:
Atq; humiles attende preces nostræq; saluti.
B Consule: namq; potes nec enim tibi tã gere frustra.
Permissum gemituq; pedes perfundere sacros.
Et mundis siccare comis: fere oscula plantis.
Inq; caput domini pretiosos spargere odores.
Nec tibi congressus primos à morte re surgens.
C Et voces audire suas, & membra videre.
Immortale deum lumenq; habitura per æuum.
Ne quicquam dedit ætherei rex christus olympi.
Videret illa cruci hęrentem nec dirapauentem.
Indaicę tormenta manus turbæq; furentis.
Iurgia, & insultus æquãtes verbera linguas.
D Sed mœstam intrepidamq; simul, digitisq; cruentos.
Tractantem clauos, replentem vulnera flectu.
Pectora tondentem violentis candida pugnis.
Vellentem flauos manibus sine more capillos.
Viderat hæc inquam dum pectora fida suorum.
Diffugerent pellente metu: memor ergo reuisit. E
Te primam ante alios: tibi se prius ob tulit vni.
Tu quoque digressus terris: te ad astra reuersus.
Bis tria lustra: cibi nunquam mortalis egentem.
Rupe sub hac aluit, tam longo in tempore solis.
Diuinis contentam epulis & rore salubri. F
Hæc domus antra tibi stillantibus humida saxis.
Horrifico tenebrosa situ tecta aurea regum.
Delitiasq; omnes: ac ditia vicerat arua.
Hic incluśa libens longis vestita capillis.
Veste carens alia terdenum passa decembres.
Diceris: hic non fracta gelu nec vita G pauore.
Namq; famen: frigus durum quoque saxa cubile.
Dulcia fecit amor: spesq; alto pectore fixa.
Hic hominum non viso oculis stipata cateruis.
Angelicis septemq; die subiecta' per horas.
Cœlestes audire choros alterna canentes. H
Carmina corporeo de carcere digna fuisti.
Hæc ille.

Feria sexta infra octauas Paschæ.
Mat. vj.

I VNdecim discipuli abierūt in galileam in montem vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis dicens. Data est mihi omnis potestas in cœlo & terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

L VNDECIM DISCIPVLI abierūt &c.) Mat. vlti. Quia fere totum hoc euan. patet ex dictis: pauca de eo exponenda sunt. Dicitur ergo.) Vndecim discipuli abierunt in galileam in monte vbi constituerat illis Iesus) in montem scilicet thabor, secundum mag. hi. Constituerat autem hoc per angelum dicētem: quia precedet vos in galilea: ibi eum videbitis &c. (Quidam autem dubitauerunt) permittente domino ad bonum nostrum vt simus certiores. (Data est mihi omnis potestas). s. in temporalibus & in spiritualibus (in cœlo) super angelos (& in terra) super homines & oīa alia. ¶ Est autē sciendum q̄ christus neq; inquantū deus neq; inquantū homo aliquid habuit quod non dederit ei pater, sed inquantum homo aliquid nouiter accepit: quia non fuit semper homo. Sed nunquid accepit potestatē N vt esset omnium iudex post passionem vel ante. Ad hoc dicit. s. Th. super Mat. quod hanc potestatem dicit tunc & nō ante accepisse dupliciter. Primo quia tunc & non ante innotuit vniuerso mundo christo. s. resurgente, & ascendente & apostolis prædicantibus. Et secundo quia tunc accepit possessionem & executionem talis potestatis. Multa autem pulchra ad hoc propositum dicit. iij. q. O xlix. art. vlti. (Euntes) ergo per mundū ad prædicandum (docete omnes gentes non obstante quod à principio prædicationis dixerim vobis: in viam gentiū non abieritis (baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritussancti) regulariter. Aliquando enim ex spirituali consilio spiritussancti baptizauerūt in nomine christi, q̄n. s. voluerunt homines cruci affixum amabilem reddere. (Docentes eos) seruare omnia quæcunque P mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi) Hoc autem secundum Chry. non est dictum tantum apostolis, quia vsq; in finem seculi non erant duraturi: sed omnibus fidelibus sequentibus. Est autem secundum Raba. nobiscum per gratiā semper quo ad aliquos de ecclesia, Potest etiam dici quod est nobiscum per spiritualem prouidentiā & regimen, & Q per sacramentum eucharistiæ.

Sabbato infra octa. pāschæ. Io. xx.

VNa sabbati Maria Magdalenæ venit manè cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, & vidit lapidem

A sublatum à monumento. Cucurrit ergo & venit ad simonē Petrum & alium discipulum quem diligebat Iesus: & dicit eis. Tulerunt dominum de monumento, & nescio vbi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerūt B ad monumētum. Currebāt autem duo simul & ille alius discipulus p̄currit citius petro: & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset vidit lintheamina posita, non tamen introiuit. Venit ergo simon petrus sequens eum: & introiuit in monumentum, & vidit lintheamina posita, & suda C rium quod fuerat super caput eius non cum lintheaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumētū & vidit & credidit Nōdū enim sciebāt scripturā q̄a oporD tet eum à mortuis resurgere.

VNA SABBATI MARIA magdalena &c.) Io. xx.) Vna sabbati). i. die dominica. Sed vt dicit. S. Tho. cum dixerit Mat. prima sabbati: Ioannes dixit: vna sabbati: vtens illo modo loquendi quo Ge. j. dicitur factum est mane & vespere dies vnus & hoc in signum quod hac die in qua resurrectio inchoauit facta est quasi quædā noua creatura & renouatio mūdi. Itē vt dicit quia in hac die inchoabat dies æternitatis quæ est vna (Maria magdalenæ) cū qua erāt & aliæ sed ista vt feruētior notatur (venit mane cum adhuc tenebræ essent ad monumentum.) Sed cōtra quia dicit marcus orto iam sole. Adhoc dicit. s. Th. q̄ erat ortus in suo signo q̄a erat aurora. Quia enim aurora inter lucem ac tenebras mediat habet aliq̄d luminis & tenebrā. Ideo tunc erāt tenebrę & tā sol erat F ortus in suo signo. i. in exili luce auroræ. (Et vidit lapidē sublatū à monumēto.) Nihil dicit de angelo sedēte super illo quia vel ipsum nō vidit sed statim viso ostio patenti retrocesit. Vel q. verius est vidit quidē sed nō audiuit verba eius vel saltē non accepit vt angelica verba quia postea nō q̄siuisset viuētem cū mortuis. De his dictū est. s. (cucurrit ergo & venit ad simonē petrū & ad alium discipulū quē amabat Iesus: G & dicit eis. Tulerunt dām de monumēto.) Nō dicit eū surrexisse q̄a nō crediderat vel veri' ex festina retrocessione nō audiuerat plenè angelica verba angeli sedentis sup lapidē quē audierunt reliquæ cū ea existētes & nō statim retrocedētes (& nescim'). s. nos mulieres. Vñ patet q̄ nō erat sola (vbi posuerūt eum. Exiit ergo Petrus & ille ali' discipulus & venerūt ad monumentū) cum maria magdalena & aliis q̄ post eā sta- H tim retrocesserūt. Licet forte petrus & Ioannes obuiam eas habuerit. (Currebant aūt duo simul & ille alius discipulus præcurrit citius Petro & venit primus ad monumentū. Et cū se inclinasset) ad videndū p̄ humilimā portulā (vidit lintheamina posita). i. deposita de dorso & corpore christi. (non tū introiuit) in camerulā corpis christi cōtenti-

uam

I uam:licet introierit spatium clausum
sine tecto & primam camerulã.(Venit
ergo simon Petrus sequens eum & in-
troiuit in monumentũ.Et vidit linthea
mina posita:& sudarium quod fuerat
super caput eius:non cũ lintheamini-
bus positum sed separatim inuolutum
in vnũ locum.Tunc ergo introiuit &
K ille discipulus qui venerat primus ad
monumentum:& vidit & credidit.Nõ-
dũ enim sciebant scripturã quia opor-
teret eũ a mortuis resurgere.(Abierũt
ergo iterum discipuli ad semetipsos).i.
ad suas habitationes.Maria magdalena
ibi remanente vt suprà dictum est.Ce-
tera literaliter patent.¶ Sed tamen no
L randum est quòd diligenter euangeli-
sta exprimit cursum petri & Ioannis
propter mysterium vt dicit.S.Tho.Nã
petrus antiquior gentilem populum si
gnificat:ex quo descendit iudaicus si-
gnificatus per Ioannẽ iuxta illud Geñ.
xix.Egredere de terra tua&c.Isti simul
currebant sub diuersis legibus.s. natu-
ræ & moysi decursu huius mundi: vel
currebãt desyderio felicitatis & cogni
tiõis.Sed iudaicus prior currebat:quia
prius vidit veritatem & prior venit ad
M monumentum per desyderium myste-
riorum christi.Et cũ se inclinasset sub-
iugo legis vidit lintheamina figurarũ
posita:non tamẽ introiuit quia in mor-
tuum credere noluit.Petrus vero eum
sequitur senior.quia ecclesia gentiũ in
serenda erat ecclesiæ iudeorũ:& intra
uit credendo:& vidit lintheamina quæ
& Ioannes:quia figuras non repudia-
uit sed vlterius vidit sudariũ quod fue
rat super caput eius.i. credidit deitatẽ
christi quia caput christi deus.j.Co.xj.
quæ diuinitas est inuoluta.i. occulta &
separata ab omni creatura per excellẽ
tiam suam & in vno loco:quia non ha
bitat vbi est sciſma mentium vel sciſſu N
ra.Deinde introiuit Ioannes:qui litera
liter propter reuerentiam reseruane-
rat primum ingressum petro seniori.
Et hoc est signum quòd in fine mundi
etiam iudaicus populus conuertetur se
cundùm Chrys.tamen ita diligenter
ista describuntur vt nouerint iudei q
corpus non fuit sublatum furtim:quia
vtique raptores non contraxissent mo-
ram in spoliando illud sed festinas- O
sent.Amen.

Dominica in octa.Paschæ.

Ioan.xx.

CVm esset sero die il-
la vna sabbatorum
& fores essent clausæ
vbi erant discipuli
cõgregati propter metum iu-
deorum:venit Iesus & stetit in
medio:& dixit eis.Pax vobis:
Et cum hoc dixisset ostẽdit eis
manus & latus.Gauisi sunt er-
go discipuli viso domino: Di-
cit ergo eis iterum.Pax vobis.
Sicut misit me pater & ego mit
to vos.hæc cum dixisset in suf-
flauit & dixit eis.Accipite spi-
ritumsanctum quorum remise
ritis peccata remittuntur eis:&
quorum retinueritis reten-
ta sunt.

CVM ESSET SERO DIE illa &c.) Io. xx.In præsenti
euan.tanguntur tria puncta
quæ sunt.Apparitio.Dubita
tio:& liberatio.¶ Quãtũ ad primũ tan
gitur

A gitur apparitio:qua christus discipulis
fero apparuit postquàm Cleophas &
socius ex emaus fuerant regressi. Et
quia hæc apparitio de qua hic Io.loqui
tur est eadẽ cũ ea de qua preterita he-
bdomata feria tertia egit Lu.ideo tota
prima pars patet ex dictis exceptis pau
cis.Primũ est q christus ianuis clausis
ingressus est.¶ Circa hoc ergo sciendũ
B est ex doctrina.S.Th.j. quodlibet.q.x.
&.iiij.sententia:& di.xliij.q.inter qua
tuor dotes glorioſi corporis vna est iub
tilitas.à qua quidã dicũr corpus glorio
sum hoc habere vt simul esse possit cũ
cum alio corpore sed hoc vt dicit non
est intelligibile:quia talis dos auferret
à glorioso corpore id quod prohibetur
esse cũ alio.i.dimensiones hoc enimpro
C hibens non est qualitas.quia nõ est da-
re aliquã quã remota duo corpora si-
mul esse possint.Neq; à materia vel
forma:quia glorioſum corpus non es-
set integrum.est ergo dimensio cui pri
mo & per se competit distinctio situa-
tas partes vnius corporis:sicut& actua
lis facit distincta corpora actu. Habet
autem glorioſum corpus diuina virtu-
tem qua possit simul esse cum alio.vt
D duo corpora distincta secundùm esse
sint in vno situ. Deus eñ quacũq; agit
per causas medias potest & sine eis fa-
cere sicut efficere hominem sine mascu
lo & femina sicut aũt cõseruat accidẽs
per subiectũ:ita cõseruat & distinctio-
nem in esse per materiã distinctã secũ-
dum situ.ideo sicut põt sine subiecto cõ
seruare accidẽs ita põt sine distinctione
situs cõseruare distinctionẽ in esse. Sed
contra istã doctrinã.S.Th.ar.quia deus
sed possit supplere vicem alterius cau-
sæ efficiẽtis nõ tñ causæ formalis nõ ei
possum albũ facere sine albedine. Situs
etiã videtur esse distinctionis causa for E
malis & nõ effectiua.ad hoc aũt dicitur
quod duplex est rerũ distinctio. Vna si
tualis siue mathematica.& ista forma-
lis per situm & sine eo esse non potest.
Alia est realis vel physica seu perspecti
ua vñ superficies duorũ cœlorum im-
mediatorũ qua mathematicæ sunt vna
quia in vno situ physico sunt duæ:quia
sunt in diuersis subiectis.& isto modo
distinctio ipsius esse est effectiue à situ. F
non sicut à causa sed sicut à concausa.
principia essentialia sub situ officiunt
esse.quãuis ista efficientia nõ sit pro-
pria sed sit potius sequela.proprie aũt
ipsum etiã effecit quod principia essen
tialia sub situ efficit.i.generans secun-
dum est quia dicitur(Dicit ergo eis ite
rum.Pax vobis).Bed.Iteratio cõfirma
tio est:siue:iõ repetit. quia gemina
est virtus charitatis: vel quia ipse est G
qui fecit vtraq; vnñ.Hæc ille.vel dixit
primo:vt sciant se deo pacificatos per
sua vulnera vnde ostendit eis manus &
latus secundo replicuit ne timerẽt per
secutiones quibus ad gloriam venirent
vt ipse.vnde subditur.(Sicut misit me
pater & ego mit.v.)Gre.i.ea charitate
vos diligo cũ inter scandala persecuto
rum mitto.qua me charitate pater dili
git quem venire ad tolerandas passio- H
nes fecit.Hæc ille vel sicut misit me pa
ter ad prędicandum etiã absoluendum
& ego mitto vos vt doceatis & absolua
tis a peccatis ministerialiter. sicut ego
& in quãtũ hõ instrumẽtaliter & inquã
tũ deus autoritatiuè.Vñ subdit(Hæc cũ
dixisset insuf.)vt ostenderet spũm sctm à
se procedere secũdũ aug.iij.de trini.Di
citur aũt ma.hist.q tribus vicibus chri
stus spũm sctm dedit.Primo ante mortẽ
ad miracula facienda septuaginta disci
pulis.Secũdo inter mortẽ & ascensionẽ

ad

I ad remissionē peccatorū vt hic Tertio ad robur vt in die penthecostes. Dicit aūt Chr.ꝙ quidam dicūt per istam insufflationē discipulos fuisse preparatos ad suscipiendū spiritū sanctum: quia si angelū videns Daniel excessum mentis passus est:quid passi essent suscipiētes illā ineffabilē gratiā nisi primitus fuissent instructi.Et subdit. quod non est peccatum dicere eos tūc suscepisse
K quādā spūalis gratiæ potestatē ad remittēda pcta.Sicut enim dicit.S. Tho. iiij.per.q.lxiij.solus deus operatur ad effectū interiorē sacramētorū principaliter:christus aūt inquātū homo vt instrumentū cōiunctū & principale: alii vero ministri vt instrumenta secūdaria.Ideo subditur.(Quorū &c.)¶ In hac parte est morale documētū.de quo Greg.ait in homiliis.Libet intueri ꝙ il
L li discipuli ad tāta onera humilitatis vocati:ad quātū culmē gloriæ sunt perducti.Ecce non solū de semetipsis securi fiunt sed & principatū superni iudicii sortiuntur:vt vice dei quibusdā peccata retineant quibusdam relaxēt.Hūc nūc in ecclesiam christi locū tenētes solnēdi atque ligandi autoritatē suscipiūt: qui gradū regiminis sortiuntur.Grandis honor:sed graue pondus istius est
M honoris.durū quippe est vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ: iudex fiat alienæ.Hæc ille. Chryſ. Sacerdos enim & si propriam bene dispensauerit vitā:aliorum vero non cū diligentia curam habuerit cū perniciosis in gehēnā vadit.Hæc ille.¶ Quātū ad secūdū tangit dubitatio Tho.cum dicitur. (Thomas aūt vnus ex duodecim qui dicitur didymus).i.geminꝰ:vel dubius vt dictū est feria.vj.ante dominicā de passione(nō erat cū eis quādo venit Iesus)quia discesserat auditis his quę dicebat Cleophas & socius.Et hoc sectūdū N Greg.deus permisit propter nos vt firmius credamus.Vnde ait.Egit miro mō superna clemētia vt discipulus dubitās dū in magistro suo vulnera palparet carnis:in nobis vulnera sanaret infidelitatis.Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidē:quā fides credentiū discipulorū profuit:quia dū ille ad fidē palpādo reducitur:nostra mēs oī dubitatione post posita in fide solidatur(Hæc O ille.Ex quibus patet Gre.sensus quōd Thomas nō solū vidit sed etiā tetigit loca vulnerū christi.Dicit autē Chryſ. ꝙ sicut qualitercūq; credere leuitatis est ita multū inuestigare grossitiemę mētis est:& taliter fecit Thomas.Nam sequitur(Dixerūt ergo ei alii discipuli Vidimus dūm.Ille aūt)nō rātū illis de credēs quā rē putāns impossibilē secūdū Chry.(dixit eis.Nisi videro in manibus eius fixuras clauorū)ex quo videtur quod alii apostoli dixissent ei christū stum resurrexisse cū fixuris:nō solū cū cicatricibus:(& mittam digitū meū in locū clauorū:& mittā manus meas in latus eius non credā) Chry. Aliis ille grossior existens:eā quę est per sensum grossissimū.s.tactū quærebat fidē & neque oculis credebat.Hæc ille Videtur aūt in his verbis Chry. in cōuenienter illum imputare: quia duorū sensuum notitia certior est.Vnde & supra christus ad magis certificandum discipulos post visum iussit eos palpare. Ad hoc dici potest ꝙ per tactū certius cognoscitur an aliquid cedat vel nō. Ideo ad probandū an in christi corpore ossa essent & caro:iussit dominus palpare discipulos.Sed Thomas per tactū noluit hoc cognoscere:secundū vulnerū figuram.Certus aūt per oculū quam per tactū cognoscitur figura.Et licet sit maior certitudo saltem extensiue illā duplici sensu cognoscere:tamē signū mētis obtusæ est non credere figurā quæ percipitur oculis.¶ Est aūt in hac parte morale documentū:vt quilibet quātūcunq; debilis multum cōfidat in deo. Nam de isto Tho.sic dicit Chryſ.Infirmior erat aliis iste & in fidelior ante christi passionē: postea oībus fortior
B factus est & irreprehensibilis qui solus orbem terrarū percurrit & in mediis plebibus voluebatur volentibus eū interficere.Hæc ille.De hoc etiam apostolo tēporibus nostris narratur mirāda ab Indis ad nos venientibus vt pote ꝙ in festo eius mare prębeat siccum accessum ad eius ecclesiam:& ꝙ sua manu corpus eius sacrā porrigat communionem: & ꝙ diebus passionis de
C quodā foramine crucis quam tenet manu exeat vitis quæ in die paschæ fructum maturum habeat:& multa similia.¶ Quantum ad tertiū tangitur liberatio quæ christus illum ab infidelitate liberauit:cum dicitur.(Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus) Tantum autem tardauit dominus ei apparere secundùm Chry. vt interim
D ab aliis Tho. admonitus accederetur (& Thomas cum eis)propter quem solum veniebat christus Chryſt.Considera domini clementiam:qualibet & pro vna anima ostendit seipsum vulnera habentem:& accedit vt saluet vnum. Hæc ille.(Venit Iesus ianuis clausis.)
A ¶Notandum est autem quòd venire videtur importare progressionem seu motum organicum.Duplex autem est localis motus.Vnus organicus quo pars post partum mouetur vt est motus:quo anima in præsenti statu mouet corpora.Nam primo mouet cor:& per illud alia membra.Alius est organicus.quo.s.totum corpus motum simul E mouetur:vt cum cadit lapis. Vterque autem motus inesse potest glorioso corpori.vt videntur velle Durandus Scotus:Petrus de palude &.S.Tho. de hoc vide capreolum in.iiij.dist.vlti.(Et iste tit in medio & dixit eis.Pax vobis.) Et vt dicit Chryſ.volens quòd cum Tho. ad condiscipulos loquebatur ipse dominus aderat:non expectauit vt ab eo interrogaretur:sed eisdem verbis ei im- F properat.Vnde sequitur(Deinde dicit Thome infer digitum tuum huc & vide manus meas:& affer manum tuam & mitte in latus meum)notandū quòd Tho.dixerat se velle videre figurā clauorum & mittere digitum in loca clauorū & mittere manū in latus. Ad ista autem tria inuitat eum christus: licet non eodem ordine:vnde ly huc: non videtur demonstrare latus sed loca cla- G uorum.& nota quòd christus in suo corpore non solum habuit vulnerum cicatrices id est signa: sed etiam habuit aliquas aperturas: alias: Thomas per tactum nihil fuisset certificatus. Et hoc innuit Sanctus Thomas vt patet si bene inspiciantur dicta eius tertia parte quæstione quinquagesimatertia articulo quarto.Et etiam hic innuitur cum dicitur in latus meum. Talis tamen H apertura & continuitatis solutio forte non fuit penetra ns penitus: sed per aliqualem humilitatem carnis in locis vulnerum: & ita credo sed per spiritualem gloriam in prædictis locis apparentem recompensatur secundùm Sanctum Thomam ibidem. Et quia ibi dicitur post resurrectionem non fuit illud corpus immutatum non etiā nunc talia vulnera sunt in eo: & causæ horum habentur supra in die paschæ. Sicut autem dicit Augustinus

I xxij.de ciui.Dei etiam in martyrũ corporibus erũt vulnerum cicatrices : sed sine omni diminutione membrorum. (Et noli esse incredulus sed fidelis.) Vtrum vero Thomas Christum tetigerit aut non:ex Euangelio non habetur. Sed tamen secundum.S.Tho.iij.parte vbi.ꝫ.&.iij.dist.xxj.& sanctum Leonem papam:& Theo.& Aug.tetigit:sed non propter se : quia ad visum credidit secundũ.S.Tho.iij.vbi.ꝫ.sed propter nos
K vt testis esset resurrectioni. Et contra hoc videtur dicere Aug.quòd credebat quia tangebat tamen intẽdit quòd credebat deitatem quia tãgebat hominem cum quo stat quòd solo visu crediderit hominis resurrectionẽ. Respõdit Tho. & dicit ei.dñs meus & Deus meus.s.es tu. In quibus verbis secundum Theo. duas naturas & vnam personã expressit (Dixit ei Iesus:quia vidisti me Th. credidisti) Sciendum est autem secun-
L dum Aug.&.S.Tho.j.q.lxvij.quòd visus ratione suæ perfectionis pro omni sensu capi cõsueuit. Sicut dicimus. Audi & vide quàm bene sonet cithara & sic de aliis sensibus. Si ergo ad solum aspectum credidit : ly vidisti sumitur proprie. Si vero ad tactũ:sumitur largè pro tetigisti. ¶ Sed contra. Si vidit quomodo credidit:cum fides sit non apparentium ? Ad hoc dicit Greg.quòd hominem quidem vidit sed tamen Deum
M confessus est(Beati qui non viderunt & crediderunt) Greg.in ho. In qua sentẽtia nos spiritualiter significati sumus qui cum quẽ carne non vidimus:mente retinemus : si tamen fidem nostram operibus sequimur. Ille etenim vere credit qui exercet operando quod credit. Hæc ille. Sicut autẽ dicit Aug.verbo præteriti temporis circa rem futuram vsus est propter rei incertitudinẽ. Sed cõtra:quia dicit.Luc.x.Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Ad hoc dicit.S.Tho. hic quòd cum duplex sit beatitudo.s.rei quæ consistit in dono Dei.i.in aliquali præmio & spei quæ consistit in merito quãtum ad primam beati sunt qui vident Christũ & quantum ad secundũ beati qui credunt non videntes. Hæc ex illo qui intẽdit quòd visio humanitatis etiam passibilis esset pars nostri præmii accidẽtalis:& quòd
O cęteris paribus est magis meritorium credere sine visu quàm cum visu. ¶ Sed contra hæc obiicit Nico.de Lyra : quia apostoli quibus Christus dixit. Beati oculi &c. non erant beati in re:sed fal-
P litur quia erant beati in re participatione aliquali sui præmii accidentalis licet non essent perfectæ beati. Possumus etiam aliter exponere:vtrunq; referendo ad meritum.Nam beati.i.beatiores qui non viderunt ceteris paribus : quia magis merentur sed beati.i. beatiores qui vident : non quidem ceteris paribus:sed quia communiter habuerunt fidem firmiorem Chrys. Quia verò Ioannes pauciora aliis Euangelistis dixerat subiungit(multa quidem & alia signa fecit Iesus)sc:licet post resurrectionem secundum Chrys.ideoq; subditur(in conspectu discipulorũ suorum) cum quibus.s.solis post resurre-
Q ctionem conuersatus est(quæ non sunt scripta in libro hoc) Vt vero sciamus quòd non discipulorum tantum gratia miracula faciebat:totam naturam humanam alloquens secundum Chry. dicit(Hæc autem scripta sunt vt credatis quia Iesus est filius Dei) Quia enim vna persona subsistit in diuina & in humana natura de eodem vere dicitur quòd filius est Dei & virginis. Licet enim Iesus dicat naturam humanam sicut

A sicut Deus diuinam & Christus vtranque quia tamen dicit eam in concreto: supponit pro supposito diuino in quo talis natura subsistit. Et ideo vocare Iesum in testem est iurare per Deum (Et vt credẽtes) fide formata charitate (vitam æternam) quæ sola simpliciter est vita(habeatis in noĩe eius).i.per ipsum qui est vita. Et hoc est documentum quod in hac parte habetur. Videtur au-
B tem beatus Euangelista aliquando hoc suo libro finem imposuisse deinde vero superaddidisse aliam manifestationem Christi factam ad mare tyberiadis. Et idem forte accidit de historia adultere mulieris de qua.ꝫ.dictum est. Amen.

Dominica prima post octa. Paschæ. *Ioan.x.*

EGo sum pastor bonus. Bonus pastor
C animã suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor cuius non sunt oues propriæ : videt lupum venientem & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit & dispgit oues. Mer-
D cenarius autem fugit quia Mercenarius est:& non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus : & cognosco oues meas : & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater & ego agnosco patrẽ & animam meã pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili : & illas oportet me adducere & vocem meam au-
E dient. & fiet vnũ ouile & vnus pastor.

EGo svm pastor bonus &c.) Ioã.x. In præsenti Euang. tangitur comparatio quæ est inter verũ pastorem & Mercenarium & interseruntur quædam de lupo & ouibus intelligitur autem per pastorem prẹlatus:per mercenarium prælatus:per ouem sub-
F ditus : per lupum diabolus & quilibet eius minister intendens malum ouium vt sunt hæretici. ¶ Dicitur ergo. (Ego sum pastor bonus.) Sicut autem dicit Chry.dominus ante ista quædã magna promiserat infuturũ vt puta fœlicem vitam. Ideo ne aliquis decrederet hic agitur de sua passione : vt sic discamus arguere. Si iste pro nobis moritur : &
G mortem suam prænuntiat : quare non potest aut non volet futuram vitam prænuntiare & dare. Sed contra : quia bonus pastor intrat per ostium:vt dicit Ioan.ipse vero non potest intrare per ostium cũ fit ostium : vt idem dicit.Ad hoc dicit Aug.Sicut per se nouit patrẽ: nos autem per illum. sic intrat in ouile per seipsum & nos per ipsum.Nos quia Christum prædicamus per ostium intramus : Christus autem seipsum præ-
H dicat. Lumen enim & alia demonstrat & seipsum. Hæc ille. Et intendit quòd non incõuenit spiritualiter quòd vnus sit pastor principalis & ostium. Nec tamen ostium cõuenit omnibus pastoribus bonis sed tãtum principali. ¶ Item contra:quia saluator se laudat:quod & non videtur benefactum in se:& etiam nobis est exemplum malum : vt.s.nosipsos laudemus & magnificemus. Ad hoc dicitur quòd nullus purus homo

debet velle laudari à se vel ab alio. quia si cogiret vitam suam præteritam habet dolendi & erubescendi causam: si futurã timendi. Non sic autẽ Christus: ideo vult à nobis laudari propter nos. Vnde Aug. super Psal. Laudari se vult Deus vt tu proficias: non vt ille sublimetur. Non hoc à te amat quòd illũ augeat: sed quid de te ad illum perducat. Hæc ille. & similiter seipsum laudat propter nos. Vnde Gre. in moral. Deus qui nos prohibet ne proprio ore laudemur per scripturã sacram laudes suas loquitur: nõ quia ipse indiget qui proficere laudibus nescit: sed dum suã. nobis magnitudinẽ narrat: nostram ad se imperitiã subleuat & bona sua laudando nos edocet: quæ omnino homo non cognoscere si de se tacere voluisset. Laudes igitur suas indicat vt valeamus eum audientes cognoscere: cognoscẽtes amare: amãtes sequi sequentes adipisci adipiscentes vero eius visione perfrui. Hæc ille (bonus pastor) animarũ: non pecorũ (animam suam). i. vitã corporalem secundum Aug. quæ est ab anima (dat). i. morti exponit pro ouibus suis i. pro spirituali salute animarũ sibi cõmissarũ. Semper enim pro cõseruatione & recuperatione dignioris exhibendum est vilius & nunquàm è conuerso. Est autẽ melior vita vnius hoĩs quàm vita mille pecudũ imò omnium bestiarum: & melior spiritualis salus vnius animæ quàm corporalis vita pastoris. Ideo tenetur prælatus etiã sub pœna peccati mortalis pro spirituali subditorum vita periculũ mortis & mortem ipsam si expedit sustinere. (Mercenarius autẽ). i. pro mercede inseruiẽs gregi. Non est autẽ propriè secundũ Aug. merces vita æterna: cũ illa sit hęreditas sed res tẽporalis. Merces enim non debetur filio: sed operario cõducto Greg. in homi. Sunt nõnulli qui dum plus terrenam substantiam quàm oues diligũt: meritò nomẽ pastoris perdũt. Nõ enim pastor: sed mercenarius vocatur qui nõ pro amore interno oues dãicas sed ad tẽporales mercedes pascit. Hæc ille. (Et qui nõ est pastor) cuius. s. affectus non est ad oues quia nõ est dãs ouium sed est operarius cuius nõ sunt oues propriæ? Sed ex hoc videtur q̃ omnes boni prælati præter Christũ sint mercenarii. quia oues nõ sunt eorũ propriæ sed Christi: qui dixit petro Io. xxj. Pasce oues meas. Ad hoc dico dupliciter. Primo. q̃ similia nõ oportet esse in omnibus similia. In corporalib⁹ ergo pastor. i. dãs ouium & mercenarius distinguuntur per possidere, & nõ possidere oues. In spiritualibus vero per amare oues & amare mercedẽ quæ habet pro ouibus. Secũdo quòd omnes boni pastores sunt vnius voluntatis cum primo. Et? quia illũ plus quàm seipsos diligũt: omnia propter ipsum diligũt & suũ proprium bonũ iudicãt quicquid illius est in quo seipsos plus quã in seipsis diligunt (videt lupũ venientẽ). i. diabolũ & ministros eius secundũ Aug. de verbis domini. Et vt idẽ dicit super Io. iste lupus videtur venire & oues iugulare: cũ videtur adulteriũ & huiusmodi crimina suadere Secundũ Greg. vero in hoc est qlibet iniustus oppressor. Vnde ait. Lupus super oues venit eũ quilibet iniustus & raptor fideles quosq; & humiles opprimit. Hæc ille. (& dimittit oues & fugit) secũdum Aug. fugit dum non audet peccata mulctare & vellere: excommunicãdo & puniendo: ita q̃ sicut ipse amor vel cupiditas & spiritualis progressio: ita timor vt ait est fuga. Sed & secũdum Greg. idẽ videtur esse

A ista fuga. vnde ait. fugit autẽ. quia dum sibi ab iniusto periculũ metuit resistere eius iniustitię nõ pręsumit. fugit autem nõ mutando locũ: sed subtrahendo solatium. Hęc ille. ¶ In hoc autẽ est documentũ quòd tẽpore necessitatis probantur animorũ qualitates. Gre. in homil. Lupus veniẽs iudicat quo q̃s animo super gregis custodiã stabat. Hæc ille. (& lupus). i. diabolus vel tyrannus (rapit & dispergit oues) Diabolus quidem rapit ad se animas per peccatũ: & eas dispergit p odia & inimicitias quas inter illas seminat. Tyrãnus vero rapit tẽporalia: & dispergit oues quas propriis bonis & ꝓpriis locis expulsas vagari cogit. (Mercenarius autẽ fugit) & causa subdit (quia mercenarius est) nõ diligens oues sed mercedẽ Greg. Ac si dicat. Stare in periculo ouium nõ potest qui in eo quòd ouibus præest non oues diligit sed lucrũ terrenũ quærit. C Et ideo opponere se cõtra periculũ trepidãt ne hoc quod diligit amittat. Hæc ille. Sed cõtra arguitur. Nam apostoli veri pastores fuerũt & tamen fugiebãt dicente domino. Cum vos persequẽtur in ista ciuitate fugite in aliã. Mat. x. Ad hoc respõdet Aug. ad honoratũ dicens. quòd aliquãdo etiam corporaliter fugere licitũ est. non solum ex prædicta domini sentẽtia. sed etiam exẽplis sanctorum patrũ. Nam beatus Athanasius D & multi alii sancti fugerant tyrannos. Vnde ex ipsis verbis dñi huius quæstionis veritas colligitur. Non enim viderur simpliciter pastor quia fugit: sed quia fugit: & dimittit oues in periculo. Si ergo sine ouiũ periculo fugere posset non esset fuga vituperãda. Si ergo solum pastorem impetat lupus fugere potest. quia nullum periculum imminet ouibus quibus per alium prouidetur. & ipse se reseruat ad ouium vtilitatem quibus adest animo. Vnde isto modo fugit Paulus Act. ix. Si vero totus grex impetatur. & sunt ibi plures res pastores seu prælati sufficientes ad ouium exhortationem & regimen possunt aliqui eorum fugere. Si vero sit vnus tantum ei non licet fuga quia oues exponeret periculo. Notandum est autem quòd is qui præest male: aut caret recta fide. & sic est lupus. omnis enim hęreticus est minister diaboli aut caret iurisditione. & sic est latro. Aut bona intentione. & sic est mercenarius. qui intrat per ostium: & veritatem docet quam non facit: & conseruat oues: ideo tolerandus est & sicut pastor amplectendus: & fur abiiciendus. (Ego sum pastor bonus) Hoc autem secundum Chryso. dicit quasi concludens ex præmissis. Nam duos malos pastores nominauerat. s. furem qui non intrat per ostium? & venit vt furetur & mactet & perdat. Et mercenarium de quo dicit in præsenti Euangelio quòd imminente periculo fugit. A primo autem se distinxit dicendo se venisse non ad mactandum sed vt oues vitam habeant. A secũdo vero dicẽdo quòd animam suam ponit pro ouibus suis. Ideo necessariò sequit quòd sit bonus & verus pastor. Et quia bonus pastor oues diligit: & ex frequẽti visitatione eas cognoscit. & cõsequenter ab eis agnoscitur. ideo subditur. (Et cognosco oues meas: & cognoseunt me meæ) propter sollicitam visitationẽ. secũdum Theo. Vel secundum Greg. in homi. cognosco. i. diligo. Vnde ait ac si aperte dicat. Diligo oues meas: & ipse me diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit: hanc ad hunc minime cognouit. Hæc ille. Et loquitur de cognitione

affectiua qua ſpiratur amor & ſecundum quam dicitur mitti filius: aut venire ad mentes noſtras. De hoc autem habes à ſancto Tho. j. diſtin. xv. &. xvj. Quod vero dicit. & cognoſcunt me meæ intelligitur de apoſtolis & aliis qui iam eum ſequebantur. Vel loquitur de futuro per modum præteriti: propter rei certitudinem. Vel ideo ſic dicit: quia in proximo erat cognoſceretur ab eis. ¶ Notandum autem eſt q̃ oues Christi eo modo illum ſequuntur quo oues ſunt. Si enim ſunt oues actu: actu ſequuntur. Si prædeſtinatione ſequũtur: non actu aliquãdo. Nam etiam e cõuerſo aliquę ſequuntur actu & non prædeſtinatione q̃ ad aliquod futurum tẽpus: vt præſcitæ. Sicut nouit). i. amat ſecundũ Greg. (me pater: & agnoſco patrem) cuius ſignum eſt quod ſubditur (& animam meam) ex eios amore (pono pro ouib⁹ meis) Gre. in homi. Ac ſi aperte dicat. Ea charitate quã pro ouibus morior quantũ patrem diligam oſtendo. Hæc ille Vnde & ſecundum Chryſo. Paulus volens ſe verum eſſe paſtorẽ contra pſeudoapoſtolos demonſtrare exemplũ induxit à periculis & morib⁹: quia vt ait Theo. ſeductores pro ouibus animã non exponunt. Et nota q̃ cum ly ſicut: aliquãdo æqualitatem: aliquando ſimilitudinem importat: hic ſtat primo modo loquendo de Chriſto quo ad diuinitatẽ & ſecundo modo quo ad humilitatem. Hic autẽ ſic dubitat & dicit doctor Angelicus. Cum in Chriſto ſint tres ſubſtantie. ſ. verbi: animæ: & corporis quę ritur: quis hic loquitur cũ dicitur: animam meam pono. Non enim loquitur verbum: quia nunquam fuit ab anima ſeparatũ. Nec anima: quia nihil ſeparatur a ſeipſo. Nec corpus vel Chriſtus quantũ ad corpus quia corpus non habet poteſtatem iterum ſumendi ea. Dicendum eſt ergo q̃ in morte anima illa fuit ſeparata à carne: cum Chriſtus ſit verè mortuus: diuinitas autem nec ab anima nec a carne vnquã fuit ſeparata. Et ideo corpus virtute diuinatis animam poſuit & iterum re aſſumpſit. Hæc ille virtualiter. Sed quia hęc poſtilla non eſt tota ſancti Tho. ſed eſt eſt tota vel partim collecta p diſcipulum eius: poſſum⁹ dicere q̃ verbũ ſuę ſuppoſitum æternũ eſt q̃ loquit̃ cuius. ſ. eſt agere & pati. Et verbũ animã poſuit. i. depoſuit: nõ à ſe ſed à corpore ſe parãd opermiſsiue ſaltẽ. Et hoc loquẽdo de animali rationali p eſt pars hominis. Si eñ loquamur de anima id eſt vita q̃ eſt eſſentia viuẽtis. i. humanitas. ſic eã depoſuit. i. ſuperauit à ſe adhuc ſenſum: qui in triduo nõ fuit vnita verbo: quia nec fuit in rerũ natura in triduo mortis Chriſti: ſed erat corrupta per mortẽ. Et iſtemet eſt ſenſus. ſ. Tho. ſ. q̃ corp⁹ virtute diuinitatis. i. diuinitas q̃ erat in corpore hic loquit̃ Gre. in homi. Quia vero nõ ſolũ iudeã ſed & gentilitatẽ redimere venerat ſubiũgit (Et alias oues habeo) id eſt gẽtiles predeſtinatos (q nõ ſunt ex hoc ouili.) Si cut eñ dicit Aug. de verbis dñi prius dom⁹ loquebat̃ de ouili q̃ eſt carnale gen⁹ (iſrael & ideo dicit: ex hoc ouili (& illas oportet) ex ſuppoſitione nõ abſolute (me adducere) per apoſtolos meos ſecundũ Aug. ad cognitionẽ veritatis & cœleſtem conuerſationem. Et ſicut dicit Chr. in hoc notat tã Iudæos quã gentiles tunc fuiſſe diſperſos (& vocem meã adiẽt. i. vocẽ apoſtolorum in quibus ego loquor quos illi audiẽt: eis aſſentiendo per fidẽ & obediendo p conuerſationẽ (Et fiet vnum ouile) id eſt

eſt vna eccleſia ex gentili & iudaico populo propter vnum baptiſmi ſignaculum ſecundũ The. (& vnus paſtor) id eſt Chriſtus imo vnus vicarius paſtoris. i. papa. ¶ Ex his aũt omnib⁹ patet q̃ in præſenti euan. fit mentio de quatuor. Primo de vero & bono paſtore. De quo ponuntur tria ſigna. ſ. pro ouibus pãti oues cognoſcere & oues ad ouile reducere. Huius officiũ eſt oues paſcere verbo & exemplo: ac tempora li ſubſidio. Secundo fit mentio de mercenario de quo etiam non gerere etiã tria ſigna ponuntur. ſ. de ouibus curã non gerere lupo veniente fugere lanã & tẽporalia q̃rere. Huius ſtudium eſt taulgere & tundere. Vnde & Chriſtus ptimo paſtori nunquã dixit tonde: ſed paſce. Semel aũt dixit ei: occide. Act. x. ſed non loquebatur de ouibus: ſed de volatilibus & reptilibus & quadrupedibus immundis per quæ ſignificãtur ſuperbi & auari & luxurioſi. Tertio fit mentio de lupo cuius ponuntur tria ſigna. ſ. inuadere rapere & diſpergere oues. Eius autem officium eſt illas occidere, Primo decipiendo. De eo enim legitur q̃ humanas voces & ouium latratus emittat vt paſtores & oues decipiat: & in hoc eſt figura diaboli. Secũdo per impatiẽtiã frãgẽdo Legitur eñ de eo q̃ contra ventũ vadit: nec canes eius odorẽ percipiant. Et idẽ facit diabolus dũ hominẽ in aduerſitatib⁹ tanquã in ventis exiſtentẽ. tentandũ & tribulandũ inuadit. Tertio per ſpẽ vanã alliciendo. Nã legitur de lupo q̃ libenter ludit. Vnde & ſi puerũ rapere poſſit cũ eo ludit: ſed tandẽ deuorat. Quarto de ouibus de quib⁹ tria ſigna ponũtur. ſ. paſtorẽ cognoſcere. ſ. cognitione: practica quæ etiam per operationem eius vocẽ audire & eũ ſequi quæ omnia reducuntur aliquo modo in vnũ. Harum officium eſt ſimpliciratẽ habere in aſpectu in affectu & in actu lupũ fugere: vtilitatem afferre ſobrie & mã ſuete viuere.

Dominica. ij. poſt octa. Paſchæ. Ioan. xvj.

MOdicum, & iam nõ videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo & diſcipulis eius adinuicẽ, quid hoc eſt quod dicit nobis, modicum, & non videbitis me & quia vado ad patrem. Dicebant ergo. Quid eſt hoc quod dicit modicum? neſcimus quid loquitur. Cognouit autem Ieſus quia volebant eum interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter vos: quia dixi, modicum. & non videbitis me: & iterum modicũ, & videbitis me. Amen, amen dico vobis quia plorabitis, & flebitis, vos: mũdus autem gaudebit: vos autẽ contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, triſtitiã habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc

I quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

MODICVM, ET IAM non videbitis me. Ioã. xvj. In præsenti euan. tangũtur tria puncta quæ sunt, Dubitatio, dissolutio, & consolatio. ¶ Quã K tum ad primum tangitur quædam dubitatio, quã discipuli Christi in eius verbo habuerunt. ¶ Pro qua sciendum est ꝙ ea quibus hic sermo eo fero contigerunt in quo captus est dominus. Quia ergo discipulos de sua absentia. & recessu tristes aliquantulũ resciuaret præmittendo eis aduẽtu spiritussancti iterũ incipit de tristibus loqui. Chrys. Hoc autẽ facit vt assue faciat eos per L tristiũ auditionem bene ferre suã separationem. Ea enim quæ dolet animã & à tristitia multa detinetur nihil ita consueuit quietare vt qui tristitiã pariunt verba reuoluta continue. Hæc ille. Dicitur ergo (Modicum & iam nõ videtis me: & iterum modicũ, & videbitis me. secundũ Aug. aũt per primũ modicum, intelligitur tẽpus ab illa hora in qua loquebatur vsque ad passionẽ M per quã eorũ aspectibus subtractus est Per secundũ verò modicũ, intelligitur tempus ab hora mortis vsque ad horã resurrectionis: quæ oculis eorum redditus est. secundũ Chry. aũt & Alchui. per primũ modicũ, intelligitur ipsius ab hora passionis vsque ad horam resurrectionis in quo illum non viderũt Per secundum vero, & tempus ab hora resurrectionis vsque ad horam ascensionis in quo eis apparuit loqueus de regno Dei. & postea illum non viderunt nisi ex gratia speciali: ideo subdi-

tur (quia vado ad patrẽ secundum humanitatem). s. quã assumpsi ascensur' in cœlum. Vel quia vado per mortẽ secundum mentẽ Aug. vt videtur. Hæc autem verba secũdũ Aug. obscura erãt discipulis antequã id quod dicit esset impletum. Vnde sequitur (Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem) qa Christũ ex reuerẽtia interrogare nõ audebãt. (Quid est hoc ꝙ dicit nobis. Modicũ, & non videbitis me: & iterũ O modicũ videbitis me & qa vado ad patrẽ? Dicebãt ergo, Quid est hoc ꝙ dicit modicũ) de hoc eñ fortè pluſquã de aliis verbis dubitabãt iõ, & pl' repetebant (Nescimus qd loquit) ista est bonarum mentium dispositio quæ cũ auctores autenticos præcipuè diuinas scripturas non intelligunt: id suæ ignorantiæ: & non illorum falsitati ascribunt P Causa dubitandi secũdũ Chry. duplex erat. Prima ipsa tristitia qua erant oppressi: quæ mentes discipulorum ab his quæ dicebãtur amouebat. Secũda, ipse contextus verborum Christi: qui videbatur oppositũ implicare. s. videbitis, & vado vel secũdũ alios qa dicebat videbitis & nõ videbitis. Est & tertia causa: qa ignorabãt an parabolicè vt consueuerat loqueret ¶ In hac pãQ te est documentum morale ꝙ qui vult afflictum vehementer circa aliquid consolari non debet ei statim. & quasi ex abrupto de lætis loqui: qui afflictum delectant tristia tanquã et conformia dum est in tali statu: vt dicit Chryso. Vnde & dicit san. Tho. sup. Io. quòd qui vult aliquem consolari debet ostendere se ei compati: & talis compassio, vt ait, alleuiat: vel quia afflictus existimat quasi alium secum onus aduersitatis ferre, vel qa ei iucundũ est experiri amicitiã com-

pa-

A patientis. Ro. xij. Flere cũ flentibus. ¶ Quantum ad secundum tangit quo, Christus dissoluit de eo dubitationem: cum dicitur. (Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare) Ideo tanquã benignus, & clemens statim sine interrogatione loquitur: & vt se eorum secreta scire demonstraret. Vnde sequitur (Vnde dixit eis. De hoc q- B ritis inter vos: quia dixi vobis modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.) Possunt hæc legi interrogatiuè: vt Christus nõ ex ignorantia interrogauerit: sed vt introduceret verba quæ dicturus erat Potest etiam legi planè sine interrogatione: quasi Christus voluerit dicere se id scire quod illi loquebantur. (Amen, amen) id est verè: & geminatur ad maiorem certitudinem (dico C vobis) Sed nunquid sic loqui est iurare? Dicendum est quòd non: quia non inuocatur deus testis: imò quicunque loquitur implicitè etiam vtitur isto modo loquendi: vt quia dialectici probant omnis propositio mundi significat̃ esse veram siue sit affirmatiua, siue negatiua. Ideo idem est dicere sol eclipsatur. & solem eclipsari est verũ: D dum vero dicitur. In veritate dico vobis, si erit iuramentum, vel non erit ex intentione loquentis: qui si intendat deum qui solus simpliciter est veritas testem inuocare, erit iuramentum: vt sit idem dicere in veritate quòd per veritatem seu per deum. Si vero sit idem dicere in veritate quod dicere secundum veritatem: sumendo illam in communi, & non prima: non erit iuramentum cum sit idem: quòd dicere verè dico. Vnde, & saluator aliquando sic locutus egitur in Luc. iiij. qui tamen consulit vt ser-

mo noster sit est, est: non, non: vt E Matt. v, nec tamen in substantia plus est dicere Amen, amen dico vobis, sed plus est solum secundum explicationem (quia plorabitis, & flebitis) de morte: & passione mea: (vos qui me diligitis.) Et in hoc exponit eis illud modicum, post quod non videbitis me est tempus) durans vsque ad punctum in quo de morte mea plorabi F tis. (Mundus autem) id est, homines mundani, secundum Aug. siue Christi inimici) gaudebit) flentibus apostolis Iudæi lẽti Christum flagellis cædebant, & affigebant cruci: & affixo improperabant, & illudebant.

¶ Est autem in hac parte morale documentum, de quo ait Alchui. Sed & cunctis fidelibus conuenit hic sermo domini per lachrymas præsuraſque præsentes qui ad gaudia æterna G contendunt. Flentibus autẽ istis mundus gaudet: quia in præsentibus delectantur: alterius vitæ nulla gaudia spectantes. Hæc Ille. ¶ Quantum ad tertium ponitur discipulorum consolatio verbo, & exemplo Verbo quidem cum dicitur (Vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertet̃ in gaudium). q.d. Sicut vobis flentibus illi gaudebunt ita econuerso: quia vos in H mea resurrectione & in futura gloria lætabimini. Illi verò in mea resurrectione dolebunt: & in pœnis infernalibus cruciabuntur. Exemplo autem quomodo: secundum Chrysosto. ostenditur quòd breuis, & finita tristitia ad infinitam lætitiam terminatur, dum subditur (Mulier dum parit tristitiam habet: quia venit hora eius) scilicet ad dolendũ. Cum autem peperit puerum) quod gratius esse solet, quã femellã parere secundũ Angu.

I Et hoc propter duo secundum S. Tho. super Iob.j.quia perfectius est,& desyderabilius. Est autem masculinus sexus perfectior fœmineo. secundo, quia in rebus gerendis magis quam filiæ consueuerunt esse in adiutorium (Iam nō meminit precessuræ propter gaudium quia natus est homo inmundum) Aug. Ista autem similitudo ad intelligendū non videtur esse difficilis,quoniam cō paratio eius in promptu est eodem ipso K exponente cur dicta sit.Hæc ille. Nam sequitur (Et vos igitur nunc quidē tristitiam habetis. iterum autem videbo vos)in die meę resurrectionis secundū Chry.vel secundum Aug.in die vestrę mortis.Et hic exponitur secundum modū dicum diuersimodè secūdum diuersos modos intelligendi illud.(Et gaudebit vestrum, & gaudium vestrū nemo tollet à vobis) quia illud gaudium secun- L dum Aug.erit christus quod obiectiuè & nō subiectiuè intelligendū est. Istud autem gaudium post suā resurrectionē fuit immortale,& consequēter per mortem iam non poterat auferri & multo minus vbi non solum ipse sed & discipuli sunt immortales vt in gloria.Gaudium verò nostrum subiectiuè est delectatio de visione christi & nostra felicitas subiectiuè est ipsa contemplatio, quam circa christum Deum & hominē habituri sumus. Dicit autem ista con- M templatio fructus ad quam per labores volumus peruenire.Augu. Ad fructum contēplationis cuncta officia referuntur actionis. Ad hoc enim refertur quicquid bene agit. Ibi est finis qui sufficit nobis.Aeternus igitur erit. Neq; enim finis nobis sufficit nisi cuius nullus est finis. De hoc itaq; quod sufficit nobis rectissimè audimus gaudium vestrum nemo tollet à vobis.Hæc ille.

N

Dominica. iij. post octa. Paschæ.Io.xvj.

VAdo ad eū qui misit, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis.Sed quia hæc locutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrū.Sed ego veritatem dico vobis expedit vobis vt ego vadā.Si enim nō abiero Paracletus non veniet ad vos.Si autē abiero, mittā eum ad vos. Et cum venerit ille arguet mundū de peccato & de iustitia & de iudicio.De peccato quidē quia nō crediderūt in me.De iustitia verò quia ad patrem vado,& iam non videbitis me.De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare mō.Cum autē venerit ille spiritus veritatis docebit vos oēm veritatē.Non enim loquetur à semetipso:sed quæcūque audiet loquetur & q̄ ventura sunt annuntiabit vobis.Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis.

VADO AD EVM &c. Vt misit me &c.(Io.xvj.In præsenti euang. tanguntur tria puncta quæ sunt.Profectio, Redargutio,& Suppletio. ¶ Quantum ad

A ad primum tangitur profectio qua christus ad cœlos se proficisci velle dicit: Vbi aduertendum est q̄ ea quæ hic recitantur christus dicit ea nocte qua captus è & paulò ante dixerat discipulis: absq; synagogis facient vos, & ex hoc, & ex eius recessu ita erāt deiecti quòd nihil eum interrogabant amplius.Ideo secundum Chrys. dominus discipulos de tata tristitia vult eos increpare,& de B aduertu Spiritussancti consolari di. (Vado) per mortem (ad eum qui misit me).i.ad deum.Videtur enim loqui de se inquantum homo(& nemo ex vobis interrogat me quo vadis) & eam nō in terrogandi subditur(sed quia hæc locutus sum vobis tristitia)nimia & superabundans)impleuit cor vestrum. (Vel secundum Augu. quia supra dixerat se velle ire: & illi interrogauerant quo & ipse dixerat se iturum quo ipsi tunc C ire non poterant nunc ita se promittit iturum,vt nullus interroget quo vadat quia. s. ita patenter per ascensionē volebat conscendere vt opus non esset quo iret interrogare.Et cum Aug.sentit Be.Dicit ergo(Vado).i.post paucos dies ibo(& nemo ex vobis interrogabit (quo vadis.Sed quia hæc locutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrum) Aug.Cōtristabatur humanus affectus quia carnalis desolabaī aspectus. Hæc ille.(Sed ego veritatem dico vobis ex D pedit vobis vt ego vadam) Chrys.q. d. Si milles contristemini oportet vos audire.quia meum recedere vobis cōfert Hæc ille Augst.Expedit vobis vt hæc forma serui auferatur à vobis nolo vt semper me carnaliter diligatis, & isto lacte contenti semper infantes esse cupiatis. Hæc ille.(Si enim non abiero Paracletus) id est consolator (non veniet ad vos) quia scilicet non eritis idonei recipere illum.Augu.Si tenera alimenta quibus vos aluī non subtraxero solidum cibum non esurietis. Sic carnaliter esurietis capaces spiritus non eritis.Hæc ille. (Si autem abiero mittam eum ad vos). i.secundum Chryso. faciam vos idoneos ad eius susceptionem.Augu.hoc est.Non potestis capere speciem nisi secundum carnem nos se desistatis christum.Hæc ille.Non ergo christus existens in terra ideo non mittebat Spiritumsanctum, quia non F posset secundum Augu.in.j.de Tri.sed quia illi dispositi non erant. Quomodo autē vna diuina persona possit mittere aliam vide.j.di.xv.&.xvj.¶ Est autem in hac parte morale documentum quod si volumus diuina dona à Deo recipere nosipsos studeamus illo dante præparare.Nam sicut dicit Augu. qui fecit te sine te, non saluabit te sine te. Hęc ille.Et intellige sine te consentiente licet saluet te,sine te saluāte.¶ Quā- G tum ad secundum tangitur redargutio quam spiritussanctus acturus erat. cū dicitur.Et cùm venerit ille.Licet enim filius eum mittat tamen ipse dicitur venire.Tum quia spontè vult mitti. Tū quia etiam ipse seipsum mittit quæ ad causare nouum effectum in creaturam non autem quo ad esse à se. quia nihil est sibi ipsi principium essendi. De hoc vide vbi supra (arguet mundum) per vosipsos vt dicit Augusti. inquantum H scilicet diffundet amorē in vestris cordibus & fugabit timorem loquendi veritatem.Non autem vt idem dicit hoc sic intelligendum quasi Christus non arguerit mundum, sed gentem tantum Iudaicam: & Spiritussanctus totum mundum per apostolos: quia in vocibus Apostolorum resonabat Christus. Omnes ergo quos arguit Spiritussan-

I Ctus arguit etiam Christus (de pecca-
to)infidelitatis(& iustitia)ipsius christi
quam mundus non acceptauit(& de iu
dicio)ipsius mundi principis.i.Diabo-
li.Vnde exponendo subiungit.(De pec
cato quidem:quia non crediderunt)ho
mines mundani (in me) sperando.s.&
diligendo:sine his enim propriè nullus
credit in christum secundum Augu.de
verbis domini.alias Demones crederẽt
in christum Aug. Hoc enim peccatum
K quasi solùm præ cæteris posuit: quia
hoc manente cætera detinentur. & hoc
discedente cætera dimittuntur. De iu-
stitia verò quia ad patrem vado glorio
sus in anima,& corpore propter humi
litatem,& obedientiam & charitatem:
& alias virtutes (& iam non videbitis
me)mortalem:sed sempiternum secun
dum August. Ista verò iustitia de qua
mundus arguitur secundum Augu.sup
Io.est iustitia fidelium credentium in
L eum quem non vident.Ex hoc enim ar
guuntur dicere cõsueti.Quomodo cre-
demus in eum quem non videmus? se-
cundum Chry.verò & Augu.de verbis
dñi est iustitia ipsius christi qui ex hoc
iustus apparuit quod ad Deum consẽ
dit gloriosus.(de iudicio autem quia
princeps huius mundi).i. Diabolus se-
cundum Aug.de verbis domini.qui est
iniquorum princeps(iam iudicatus est)
id est secundum Aug. de verbis domi-
M ni.est foras missus extra hominũ corda
quod quasi exponens S.Th.dicit quod
per gratiam & fidem Christi expulsus
est Diabolus à fideliũ cordibus vt iam
non tentet interius sicut ante sed solũ
exterius per excitationem. Hæc ille.
Quod qualiter intelligendum sit vide
supra feria.iiij.post palmas. Et de hoc
mundus arguitur vt nullus possit de eo
conqueri si in christũ non credat: quia
eum & viri & fœmine,& senes, & pue-
ri vincere possunt. Vel secundum eun-
dem sup Io.iudicatus est ignibus æter-
nis & de hoc arguitur mundus nec cum
illo damneẽ quem imitaẽ. ¶ Est autẽ in
hac parte documentum de quo Aug.ait
super Io.Credãt itaq; homines in chri
stum ne arguanẽ de peccato infidelita-
tis suæ qui peccata omnia detinentur.
Transeant in numerum fideliũ ne ar-
guantur de iustitia illorum quos iusti-
ficatos non imitantur.Caueant futurũ O
judicium ne cum mundi principe iudi
centur quem iudicatum imitãtur.Hæc
ille.¶ Quantum ad tertium tangit sup
pletio quam spiritussanctus aduenies
debebat facere pro christo: cum dicit.
(Adhuc multa habeo vobis dicere: sed
non potestis portare modo).i.non estis
capaces. Quærere autem quæ sint ista
multa quæ portare non poterat secun-
dum Augu.stultum est quia multomi- P
nus nos possumus illa portare. hoc ta-
men quod hic dicit vt idem ait diuersi
hæretici assumunt ad sui erroris vela-
mentũ dum his qui sibi adhærent in oc
culto quidã dicunt turpissima quæ nõ
audent publicare: quasi hæc ipsa sint
quæ tũc discipuli portare nõ poterant:
& ea docuerit Spiritussanctus. Non est
ergo intelligendũ quasi aliqua secreta
fidei taceanẽ fidelibus paruulis quę sunt
dicenda maioribus seorsum quia omni Q
bus christi fidelibus oĩa quæ sunt fidei
proponunẽ.iuxta illud Mat.x.Quod in
aure audistis in cubiculis prędicabitur
in tectis.Sed aliter rudibus. atq; aliter
peritis sunt proponenda sicut mysteria
incarnationis non est proponendũ ru-
dibus quò ad sublimitates eius: quia
cum intelligere non possent scandali-
zarentur. Omnia ergo quæ erant fidei
eis dominus proposuit sed nõ illo mo-

A do quo post eis reuelauit maximè in
patris.Ista ergo sunt quæ portare non
poterant.s.plena notitia diuinorum pu
ta æqualitas diuinarũ personarũ & hu-
iusmodi.Vnde & apostolus audiuit ar-
cana verba quę non licet homini loqui
j.Cor.xj.quæ non erant de alia verita
te fidei:sed de eadẽ altiori modo. Item
spiritualis intellectus scripturarũ quẽ
tunc nõ habebant sed habuerũt qũ ap-
B peruit illis sensum vt intelligerent scri
pturas.Luc.vl. Itẽ passionis pericula q̃
passuri erant quæ tunc tanquã imbecil
les portare. i. æquo animo audire non
poterant.(Cum autem venerit ille spi
ritus veritatis).i.docens veritatẽ ad dif
ferentiam Diaboli (docebit vos omnẽ
veritatẽ)necessariã ad salutem pro vo-
bis & pro aliis edocendis.' Sed quia vt
dicit Dydimus aliquis posset existima
re.hũc spiritũ filio esse maiorẽ eo quod
C suppleat doctrinã filii:ideo subdit.(Nõ
enim loquet à semetipso). i. secundum
Aug.& Didymũ non tradet doctrinam
quam à se habet sed quam ab eo à quo
habet essentiã quæ in eo idem est cum
scientia(sed quæcunq; audiat)i.à patre
& filio à quo est(loquet.) Accipitur au
tem hic audire pro accipere quia spiri
tussanctus omnia quæ habet accepit à
patre & filio.Nec tamen patre vel filio
credendus est minor:quia totum quod
D habet pater,& filius cõicant ei.Non au
tem debet secundum Aug. super Ioan.
quenquã mouere quod dictum est au-
diet in futurum quia illa audiẽtia æter
na est:ideo,vt ait, circa eam possumus
omnium temporum verbis vti: audit
ergo & audiuit,& audiet.(Et quæ ven-
tura sunt annuntiabit vobis)nõ omnia
sed oportuna vt puta mala quæ passu-
ri erant secundum Bedam & statum to
tius ecclesiæ,vt Ioan.in Apoca. v.& pe
tro suum martyrium.ij. Pet.j. & Paulo E
futuras sibi tribulationes in Hierosoly
mis Act.xx.(Ille me clarificabit).i. glo
rificabit. & hoc dupliciter secundũ Au
gu.fecit vno modo inquantum aposto
los docuit christi mysteria,vt æqualem
deo crederent quem hominem sicut ho
mines cogitabant alio modo inquan-
tum replenit Apostolos qui depositi ti
more Christum prædicauerunt. (quia
de meo accipiet,& annuntiabit vobis.)
Spiritussanctus enim sicut dicit Didy- F
mus.& August.licet sit idem in essentia
cum filio & patre, tamen alius est in
persona, ideo ab eis accipit essentiam,
& scientiam, & non secundum patrem
sed totum aliqui eis non esset æqualis.
Vnde sicut dicit Sanct. Thom. super
Ioan.hic ly de, non dicit participatio-
nem, sed substantialitatem. ¶ Est au-
tem hic morale documentum, vt non
præsumant subtilitates fidei scrutari
quia talia portare non possunt, iuxta G
illud,Altiora te ne quæsieris. Ecclesia-
sti. iij.

Dominica.iiij.post octa. Paschæ Ioan. xvj.

AMen, Amen dico
vobis, Si quid pe-
tieritis à Patre in H
nomine meò: da-
bit vobis. Vsque modo non
petistis, quicquam.in nomine
meo petite, & accipietis: vt
gaudium vestrum sit plenum.
Hęc in prouerbiis locutus sum
vobis. Venit hora cum iam
non

I non in prouerbiis loquar vobis:sed palam de patre meo annuntiabo vobis. In illo die, in nomine meo petetis. Et non dico vobis:qa ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos:quia vos me amastis & credidistis, qa à deo exiui.
K Exiui à patre, & veni in mundum. Iterum relinquo mundū: & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius:ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis? Nunc scimus quia scis omnia:& non opus est tibi vt quis te interroget. In hoc
L credimus:quia à Deo existii.

AMEN AMEN DICO VObis,si quid petieritis &c.) Io. xvj. Circa præsens euangelium sciendum est quod sicut ex eo colligitur discipuli christi quædā scire desyderabant. de quibus christus eos edocuit absque hoc quòd illum interrogarent. Hoc enim patet
M ex eo quòd in fine euangelii postquam eos de multis docuerat:dixerunt, Nūc scimus quia scis oīa:& non est opus tibi,vt quis te interroget. Vnde satis probabiliter dici potest ꝙ desyderabant scire tria puncta. Primū,vtrū deus eos faciliter exaudiret. Secundum, vtrum eos deus amaret. Tertiū vtrū christus ad Patrem haberet redire sicut exierat ab eo. De his autem oībus christus eos edocuit. ¶ Quantū ad primū sciendum est quòd ea quæ dicuntur in præsenti euangelio dicta sunt ea nocte qua traditus est dominus & ferè statim postea N quæ dicta sunt in euangelio quod precessit immediate ante præcedēs: ideo à fine illius inchoanda nunc est expositio. Postquā ergo dixerat:iterū etiā videbo vos &c. subiunxit. (In illo die. s. quādo iterū videbo vos(me non interrogabitis quicquā Sicut autē dicit Chryso. verbū græcū hoc loco positum ionare potest rogabitis,& interrogabitis:& consequenter hoc quod hic dicitur: da O pliciter intelligi potest. Vno modo, vt loquamur secundū Chryso. de die resurrectionis christi. Sic enim secundū mentem eius dicendū est ꝙ apostoli in christi resurrectione habuerūt sensum apertum ad intelligendas scripturas, vt dicitur Luc,vlti. ideo nihil christum eo tempore interrogabant irrationabiliter sicut prius:cum dicebāt, Domine quo vadis? Quāuis etiā tūc aliqua interrogarent. Nā & Petrus de Ioane quę fuit. Domine hic aūt quid. Ioā. vlti. & Act. j. quidā interrogabant. Domine in tempore hoc restitues regnū Israel. Et vt idem dicit in eadem die resurrectionis:non rogabitis,id est non indigebitis mediatore,ad impetrandum: sufficiet nomen meum:quod inuocando omnia accipietis? Alio modo, secūdùm Ang. loquendo de die mortis, seu visionis qua ad gloriam æternam erāt ducendi:quæ vna die continua,& perpetua durat. Et tunc planus est textus quia beati in essentia diuina vident quecunque appetunt videre:& habent omnia quæ volunt:vnde non habent opus interrogare de aliquo, vel rogare ¶ Sed contra opinionem Chryso. arguitur. Primo, quia tempore resurrectionis apostoli aliqua interrogauerunt:vt dictum est. ¶ Secundò, quia etiam eo tempore christum orauerunt,seu roga

A uerunt:quia sciuerunt per scripturas illum esse Deum. Ad primum quod est Aug. dupliciter dicitur secundùm mentem Chry. Primò,quòd intelligendum est de petitione irrationabili. vt dictū est. Secundū,quòd sub die resurrectionis includit. vt Sanct. Tho. super Ioan. dicit etiam ipsum die quo à Spiritu sancto edocti sunt omnem veritatem. Ad
B secundum dicitur secundùm mentem eiusdem quòd christus dupliciter rogatur. Vno modo scilicet vt mediator: quod competit ei inquantum homo est. Alio modo, vt Deus Sic ergo illa die eum rogabat: vt deum:non vt mediatorē. Et si ipse oret pro nobis:tamen ecclesia non rogat illum interpellantē: sed miserantem. Vnde nec dicimus christe ora pro nobis:sed miserere nobis.
C ¶ Contra expositionem vero Augu. arguitur. Primò, sic nam sancti interrogant in gloria. Vnde secundùm Diony. illa vox. Esa. lxxiij. Quis est iste qui venit de Edon? est vox angelorum. Et sancti etiam dicunt Quis est iste rex gloriæ:post christi mortem,cum tamē tūc tam diuinā essentiā viderent,secūdùm. Tho. iij. parte, & in aliis locis. Secundò
D nā sancti orant pro nobis:vt de Hierusalē dicitur. ij. Mach. vlti. & etiam pro quia dicitur Apoc. viij. Vsque quo Domine nō vindicas sanguinē nostrū. Solutio ad vtrunque horum dicitur simul:quòd gloria sanctorum ante diem iudicii est quidem inchoata:sed non est consummata:quia expectant gloriam corporis à cōpletione numeri electorū. Ideo vsque ad tempus illud rogant, & interrogant de his quæ non spectant ad essentiam beatitudinis. Sed post cōsummatam gloriam nihil restabit cognoscendum, vel petendum:& pro illo tempore ista sunt intelligenda. Quod autem de angelis obiicitur dicendum E est quòd angeli interrogant de mysteriis humanitatis:sed non diuinitatis:& hoc vsque ad diem indicii respectu aliquorum reuelandorū esse potest. Sequitur modo præsens euangeliū cui expositio Chrysost. videtur esse proximior (Amen,amē). i. vere(dico vobis:si quid petieritis patrem in nomine meo:dabit vobis). q.d. secundùm Chryso. Licet in die resurrectionis:& Spiritussancti nō
F interrogabitis me,s tanquā mediatorē: tamen habebitis meum auxiliū: quia petetis in nomine meo à patre ad quē habebitis accessum per me. Dupliciter autem in nomine christi petimus. Vno modo,quia petimus pertinentia ad salutem:sicut & de hoc nomen Iesus interpretatur saluator. Et sic in non præsens locus intelligitur propter id quod indesequitur:vsq;modo &c. Alio modo
G quia ipsum christi nomē inuocatur cū & idē ipse Iesus sit deus. Petere ergo patrem in nomine christi est inuocare patrem cū filio quod sit multipliciter: cū filius sit æqualis patri Vno modo, & Primò,quia ipse filius solus explicitè inuocatur & cōsequenter tota trinitas implicitè. cum omnes tres diuinæ personæ simul exaudiant:sicut, & habent
H opera ad extra indiuisa:causa eadem numero sit omnium potentia:vt cū dicitur. Fili redemptor mundi deus,miserere nobis. Alio modo,quia tota trinitas inuocatur expresso ternario numero:vt Sancta trinitas vnus Deus, miserere nobis. Tertio. quia deus inuocatur in quo est personarum trinitas. vt Exaudi nos domine. Quartò,quia explicitè inuocatur pater. & filius:sed pater in recto. filius in obliquo:vt Concede nobis Domine per christū dominum nostrum. Hoc autem fit ad significandum

quòd

I quòd Pater per filium operatur ꝙ ipse filius à patre accipit hoc ipsum ꝙ nos posit exaudire:quia nihil habet filius nisi quod accipit à patre:& nihil habet pater quod nõ cõicauerit filio.vnde Io. xvij.Omnia mea,tua sunt:& tua, mea sunt.Nec obstat de relationibus paternitatis,& filiationis:quia illæ non dicunt aliquid:secundùm ad aliquid:vt habes à.S.Tho.in multis locis.Aug.au

K tem præsentem textũ:sic introducit.In die gloriæ meæ nõ rogabitis quicquã: sed tantum interim dũ imperegrinatio ne conuersamini(si qnid petieritis patrem in nomine meo:dabit vobis)& intellige dummodo cum debitis conditionibus postulassent:quæ sunt:vt primo postuletur pro se.Aliquando enim ille alius pro quo postulatur non est dignus exaudiri.& Secundo,perseueran-

L ter:quia secũdũ Aug. quædam petita non negantur:sed vt congruo dentur tempore differuntur: & Tertiò,piè: quod multipliciter intelligitur. Dicitur enim piè petere.Primò,ille qui petit ex habitu pietatis seu religionis qui est virtus:quia quis est dei oculos. & Secundò,qui petit pertinentia ad talẽ habitũ,seu aliquid deo gratum. Et hos duos modos tãgit.S.Th.ij.ij.q.lxxxiij.

M arg.xvj.ad.xij.& similiter in.iiij.di.xv. q.iiij.ar.vij.q.ij.& tertiò,secũdum aliquos piè petitur quãdo nõ petitur aliquid conferens ad peccandum. siue illud sit gratum:siue nõ.iuxta illud psal. Iniquitatem si aspexi in corde meo,nõ exaudiet deus:quia.s.vt dicit Chryso. nescit iustitia dei patrocinia dare criminibus.Quarta conditio est:ꝙ res petita sit necessaria.i. vtilis ad salutem. (Vsque modo non petistis quicquàm in nomine meo).i.nomine meo inuocato.¶ Sed contra: quia Luc.x.dicunt discipuli.Domine in nomine tuo etiã Dæmonia subiiciuntur nobis. Expelle bant autem Dæmones orando:ergo nomen christi inuocabant.Ad hoc potest dici dupliciter.Vno modo ꝙ adhuc nihil petiuerant magnum à patre in nomine christi.Sola enim spiritualia,& æterna sunt aliquid:non autem temporalia respectu spiritualium:nisi ad illa ordinentur.¶ Et si obiiciatur quòd petierunt sibi ostendi patrem.Dico ꝙ hoc non petiuerũt à patre de quo hic est sermone:sed à christo homine.Alio modo vt dicantur apostoli inuocasse nomen christi:sicut nos inuocamus nomen sancti Nicolai:aut alterius sancti viri:non aũt sicut nomen dei æqualis Deo patri Vnde & videtur ꝙ mirarentur de tali subiectione Dæmonum: quod non fecissent si christum filium Dei nouissent per naturam.& non solũ per excellentiam gratiæ. (Petite & accipietis: vt gaudium vestrum plenũ sit) quod dupliciter intelligitur.Vno modo, vt gaudii plenitudo sit quoddam consequens ad rẽ impetratã.Et sic loquitur Theo. dicens Alacritas enim vestra tunc erit integerrima:cùm ad votum vobis res ta succedent.Hæc ille.Alio modo:vt sit ipsum gaudiũ id quod petitur.De hoc Aug.ait,Hoc plenum gaudiũ nostrum quo amplius non est: est frui deo trinitate ad cuius imaginem facti sumus. Hęc ille.(Hæc in prouerbiis locutus sum vobis)Prouerbiũ propriè est quod communiter est in ore hominum.vt dicit sanct.Tho. sicut illud. Adulescens iuxta viam suam &c.Sed quia talia aliquãdo obscura sunt: omne quod metaphoricè,vel parabolicè,vel obscurè dicitur appellatur prouerbium.Vel secũdùm aliquos prouerbium propriè est dictum parabolicum:sed ampliatur ad

A omne probatum verbum.& obscurum. Vnde.S.Tho.modo & modo,alio vt patet Ioan.x.& Io.xvj.Sic ergo secundũ Chry.ly hæc, demonstrat immediate ante dicta quæ eis tunc erant obscura: sed post resurrectionem per. xl.dies aperte eis loquebatur.& clara erãt qui quæ dicebantur. Ideo subditur (venit)

B i.in proximo est(hora).i.tempus resurrectionis(cũ iam nõ in prouerbiis).i.obscura(loquar vobis:sed palã de Patre meo)imo,& de meipso quomodo sum Patri æqualis(annuntiabo vobis.In illo die).i.in illo tẽpore(in nomine meo petentis)quia.s.me verũ Deũ inuocabitis.¶ Quantum ad secundum christus docet ꝙ valde eos Pater diligat dicens (Et non dico vobis)Aliqui textus habẽt nũc:sed sunt corrupti(quia ego ro-

C gabo Patrem pro vobis) Chry. Tantũ asserо meum Patrem vobis fauere. ꝙ neque interuentu meo vlterius indigebitis.Hæc ille.Sed cõtra:quia.j. Io.ij. dicitur aduocatum habemus apud patrem:ergo pro nobis orat: quod videtur esse cõtra prædicta.Ad hoc dicitur

D secundũ Aug.ꝙ ista christus hic dicit. non quia interpellet pro nobis:sed qa non tantũ est interpellans,sed exaudiens:quod apostoli cognouerunt,quã do eis de patre palam nuntiauit & non & non ante.Secundum Chry. vero sic dicit non:quia non interpellet pro nobis:sed ad ostendendũ ꝙ tãta esset apostolorum apud patrem fiducia:ꝙ ad ipsum immediate recurrere possent sine christo introducentem:nec tamẽ super flua est interpellatio christi.sed eorum preces facit exaudibiliores.(Ipse enim Pater amat vos.)Sed ne discipuli resi-

E liant à Magistro quasi eo vlterius non indigentes subiungit(quia vos me amatis)Theo.Cum itaque exciderit ab amore meo confestim.& à Paterno decidetis.Hæc ille.¶ Sed contra.j. Ioan. iiij.ipse prior dilexit nos:ergo nõ ideo pater amat:quia nos amamus:sed econuerso.Et confirmatur:quia amare christum est bonum:ergo inest nobis à deo. Ergo Deus vult nobis hoc bonũ, quod est amare christum.Ergo ideo christũ

F amamus:quia deus nos amat,ideſt vult nobis prædictum bonum. Vnde amor dei est causa bonitatis in nobis:nõ econuerso. In nobis autem bonitas rei amatæ est causa amoris:non econuerso vt dicit sanct.Thom.j.q.xx.Ad ista dico: quòd verum probant. Probatio vero quæ hic tangitur per ly: quia, non est per causam sed per signum:quia hos amare christum est signum quòd nos amet deus.Vel possumus dicere quòd amor,dei quo vult nobis bonum charitatis est causa quòd christum ame-

G mus:& amor ad christum est causa ꝙ Deus nos amet volendo bonum gratiæ consummatæ,Causa in quam saltem sine qua non quia sine charitate nulli vult deus cõferre salutem.¶ Quãtum ad tertium docet eoschristus quod sicut exiuerat à Patre:ita & ad ipsum redibat. Ideo dicitur. (Et credidistis quia à deo exiui)quasi dicat.Eodẽ mo-

H do credere debetis: quia & ad ipsum redibito:cùm non merear ab eo separari ex hoc quòd ei obediui. Sed quia apostoli non intelligebant æternum exitum filii à Patre:sed temporalem tantum: quia credebant eum à Deo missum tanquam filium Dei per excellentiam gratiæ. Ideo de hoc christus instruit eos dicens(Exiui à patre) s.per æternam generationem, & personalem distinctionem.Est autem aduertendum ex doctrina.Sancti.Tho.j.par. q.xxvij.quòd in diuinis est processio

siue

I sine exitus: quia scriptura hoc nomine vtitur in diuinis. Non autem est ibi per modum corporalium: quasi sit localis motus, aut actio transiens in exteriora: cuiusmodi est fodere, vel arare. Quæ enim attribuuntur Deo qui est super omnia corporalia, & spiritualia: accipienda sunt secundum modum spiritualium quæ ei sunt viciniora: in quibus est processio secundum operationes immanentes: quæ sunt intelligere,
K & velle. Cum ergo omnis processio sit secundum aliquam actionem: sicut per actionem transeuntem fit processio ad extra: ita per immanentem ad intra: vt patet de intellectione secundum quam procedit verbum, seu conceptus mentis: & de volitione secundū quam procedit amor. Et quia verbū quod Deus intelligendo producit nō potest esse accidens oportet quod subsistat. Et quia in Deo non potest esse diuersitas secun
L dum essentiam: oportet quòd eandem numero naturam, & deitatem habeat cum intelligēte. Nō enim oportet procedēs esse diuersum essentialiter ab eo à quo procedit: sed sufficit vt sit personaliter distinctum. Talis autem processio, vt ibi probatur, potest dici generatio. Sic ergo filius existens in patre per essentiæ identitatem exit ob eo per generationē, & personalem distinctionem. Et exiens ab eo est in eo: ita quòd
M semper exit, & semper est in eo. (Et veni in mundum) per carnis assumptionem. Nam licet sicut docet S. Tho. j. parte. q. viij. Deus sit vbique per essentiam inquātum in omnibus rebus operatur dans ei esse: & per potentiam inquantum omnia eius potentiæ subiiciuntur: & per præsentiam inquantum omnia ita nouit sicut nos ea quæ nobis præsentia sunt: tamen dicitur ad aliquē locum venire inquantum est ibi nouo modo: sicut dicitur ad cor peccatoris venire, quādo nouiter est in eo per gratiam. (Iterum relinquo mundum) quo ad carnis præsentiam non quòd ad modos illos quibus, vt Deus vbiq; est neq; quòd ad generalem mundi gubernationem, & sacramentum altaris: & quòd ad auxilium spirituale fidelium: cum quibus est vsq; ad cōsummationem seculi. Matt. vl. (& vado ad patrem) per cœli ascensionem. Sed quomodo dicitur O iuisse ab patrem, cum pater vbique sit? Ad hoc dicitur quòd tripliciter ibat ad patrem. Primò se ei offerēdo in cruce. Secundo se ei præsentando in immortalitate. Tertio ascendendo ad cœlum in quo Deus qui vbiq; est spiritualiter, dicitur esse per ostēsionem suæ gloriæ: quia & in illa corpora pulcriora fecit: imo in cœlo empyreo corporalis gloria mundi inchoata est, & in eis se fan
P ctis fruēdum regulariter exhiber. (Discūt ei discipuli) qui apertius quàm ante de patre intellexerūt (Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullū dicis) Hila. v. de Trinit. Sciebāt discipuli dominum à Deo missum: exisse tamen à Deo nesciebant. Inenarrabilem verò illam filii natiuitatem per virtutē diuinitatis intelligētes: tunc primum cœperunt aduertere cum illum viderūt sine
Q prouerbiis esse locutū. Non enim per consuetudinem humani partus Deus ex Deo nascitur cuius à Deo potiùs, quàm partus est. Hæc ille (Nunc scimus quoniam omnia scis) quia. f. vt ait Chry. ea quæ in eorum mētibus erant, dixerat (& nō est opus) tibi (vt quis te interroget) ad hoc vt scias quid scire quis velit: & quæ sunt quæ nos scandalizant vt ait Chry. Est tamen opus. f. re volenti vt interroget Christū: sicut dicit

A dicit Augu. (In hoc credimus quia à Deo veniſti) quia. f. præuidere hominum cogitatus potest. vt dicit Aug.

Feria. iiij. in Rogationibus.
Luc. xj.

QVis vestrum habebit amicum, & ibit
B ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. & ille de intus respōdens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: nō possum
C surgere, & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quòd amicus eius sit: propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis:
D Quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis boni data dare filiis vestris: quantò magis Pater vester de cœlo dabit Spiritū bonum petentibus se. E

QVIS VESTRVM HAbebit ami. &c.) Luce. xj. pro intellectu huius euan. sciendum est quod vt patet ex te F
xtu: hic quidam ex discipulis Iesu cùm vidisset illum orantem rogauit eum vt doceret quomodo orarent sui discipuli. Et ille dixit illis orationem domini cam. i. Pater noster. Deinde hortatus est vt magnam confidentiā orando haberent in deum: & ad perseueranter pe tendum & hoc sub quadam similitudine quæ in præsenti euangelio tangitur cum dicitur. (Quis vestrum habebit amicum &c.) Et sentētialiter intendit G
dicere: quòd si aliquis habeat amicum à quo aliquid petat: quod ille semel, aut bis neget: eo quòd sit sibi ineōmodum præstare quod petitur: tamen si frequenter, & perseueranter petat: illa dabit omnino: aut propter amicitiam: aut propter importunitatem. Et in hoc vult inferre quòd multò magis Deus dabit nobis qui precibus nostris non molestatur: sed delectatur. Vnde Aug. de consen. Euan. Comparatio est à mi- H
nori. Si enim amicus homo surgit de lecto: & dat non amicitia: sed tædio cōpulsus quantò magis Deus dat qui sine tædio largissimè donat quod petitur. Hęc ille. Posita autē similitudine Christus infert vt ab amico nostro. i. Deo patre nostro petamus, & quæramus ab eo obtinere, & pulsemus ad ianuam misericordiæ eius. Vnde per ista tria pe-

I tere, quærere, & pulsare significatur idē: omnis enim qui petit, accipit. i. si petit perseuerāter & ad salutem, & piè & pro se vt habes à. S. Tho. iiij. dist. xv. Et intellige piè. i. cum pietate siue latria: siue theosebia quæ est virtus qua Deus colitur corpore, & mente supra omnia. Piè ergo petit qui Deo subiicitur per humilitatem & dolorē de peccatis suis: quibus Deo rebellauit. Vide in præcedenti Euangelio Deinde Christus qui dixerat Deum amicum nostrum: vult

K dicere fortius scilicet quòd ipse est pater noster: & clementior quàm pater carnalis. & consequenter maxima fiducia debemus ab eo petere. Dicit ergo (Quis ex vobis patrem). scilicet carnalem (petit panem: nūquid lapidem dabit). s. loco panis (illis) scilicet filio suo? quasi dicat: minimè. (Si ergo vos homines cum sitis mali) .i. cum possitis peccare secūdum Chry. Vel secundum Bedam loquitur de patribus peccatori-

L bus qui sunt mali. Vel secundum eundem mali sunt homines omnes nō simpliciter: sed respectu Dei qui est essentia bonus. Vel possunt dici homines mali ratione peccati originalis, & fomitis. i. malè inclinationis (Nostis) .i. cōsueuistis bona data vobis à Deo (dare filiis vestris) petentibus (quantò magis pater vester cœlestis) qui nō potest esse malus: & non est peccator & est essentialiter misericors, & nullam habet

M malam inclinationē (de cœlo dabit spiritum bonum petētibus se) .i. dabit seipsum, & consequenter omnia alia bona. Aug. de verbis domini. Ergo auare quid quæris? aut si aliud petis quid tibi sufficit cùm Deus nō sufficit. Hæc ille.

In vigilia Ascensionis.
Ioan. xxij.

SVbleuatis oculis Iesus in cœlū, dixit, Pater venit hora clarifica filiū tuum: vt filius tuus clarificet te, Sicut dedisti ei potestatē omnis carnis: vt omne quòd &c.

SVBLEVATIS OCVLIS Iesus &c.) Ioan. xviij. vide in sabbato ante dominicam palmarum &c.

In die Ascensionis.
Marc. xvi.

RECVMBĒTIBVS vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eū resurrexisse, nō crediderūt. Et dixit eis, Eūtes in mundū vniuersum, prædicate Euāgelium oī creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò nō crediderit, cōdemnabitur. Signa autē eos q̄ crediderint, hæc sequētur. In nōmeo Dæmonia eiicient, linguis loquētur nouis, serpētes tollēt, Et si mortiferū quid biberint: nō eis nocebit, Sup ægros manus imponēt, & bene habebūt. Et Dñs quidē Iesus postquàm locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.

A Illi autem profecti prædicauerunt vbique: Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

RECVMBENTIBVS VNdecim discipulis apparuit illis Iesus &c.) Mar. xvj. In præsenti Euā. tangūtur tria pūcta quę sunt, Redargutio, Impositio,

B & Assumptio. ¶ Quantū ad primū tangitur increpatio qua Christus de tarditate credēdi discipulos increpauit. Sunt autē circa apparitionē de qua in præsenti Euāgelio agitur duo prænotāda: & prima est de loco in quo facta est. videt enim ꝙ facta sit in monte in quo Christus in Galilęa discipulis apparuit quæ fuit mons Thabor. Nā. b. Matt. vi-

C detur dicere ꝙ statim post apparitionē in dicto mōte iusserit eos ire ad prædicandū per totū mundū: sicut & fecit hic

P post istā apparitionē. ex quo sequi videtur ꝙ eadē sit hæc, & illa apparitio. Confirmatur: quia Mag. Hist. in eodē mōte videtur dicere factā ex probatione: de qua hic dicit. Ergo idē. Confirmatur iterū: quia aut fuit in mōte aut in Hierusalē in die ascēsionis. Non secundū: quia iam discipuli nō erāt increduli probata resurrectione p multa argumēta. ergo idem quod prius. Ad hoc autē dico ꝙ fuit in Hierusalē: quod patet ex Mag. hist. In prin. hist. de apostolorū actibus. & ex Aug. de cōsen. Euāg.

D qui dicit ꝙ fuit in die Paschæ in sero quando Cleophas, & socius regressi ex emaus visa referebāt. vel in die ascensionis. & vtroq; modo fuit in Hierusalē. Ad primū contra hoc dico ꝙ Euāgelistæ interdū aliqua media intermittūt, & dicūt extrema. Et sic. b. Matth. intermittit istā apparitionē: & tā refert verba quæ tūc Christus dixit, & propterea videt ea in mōte dixisse: cùm nō ita sit. Vel forte melius dicitur ꝙ reuera istā missionē Christus fecit in monte. Sed hāc Marcus hic p recapitulationē narrat. Vnde & Mag. hist. semel tantū eam esse factā. & hoc in mōte videt asserere: licet increpationē factā bis cōmemoret. Ad secundū dico ꝙ cū nō sit verisimile tantū virū in breui spatio sensisse cōtraria existimauit Mag. hist. Christū bis discipulos de cordis increpasse duritia: semel in die ascensionis: vt dicit Mar. & semel in mōte: qā vt dicit Mat. quidā dubitauerūt. Satis enim probabile est ꝙ sicut prius Thomā: ita & tūc alios incredulos sit hortatus ad fidem. Vnde & prædictus Magister. & tunc, & nunc Christū dicit discipulos increpasse. Ad tertiū dicitur post secundū ꝙ est de tēpore. Videtur enim ꝙ facta fuerit ante diem ascēsionis. Primo, quia secūdum Mat. videt facta in mōte in Galilæa vt dictū est. Secūdò ꝙ iā in die ascēsionis discipuli nō erāt increduli: cùm tot argumētis resurrectio fuisset approbata: & cōsequenter neq; de incredulitate increpandi. Ad hoc dico ꝙ fuit in die ascēsionis: vt patet ex Mag. hist. vbi s. qui sic dicit. Ipsa verò die ascēsionis bis apparuit, semel vndecim apostolis comedētibus in cœnaculo. Omnes quidem tā apostoli quā alii: discipuli, nec-

H non & mulieres habitabāt in illa parte Hierusalē quæ dicitur mello. s. in mōte Syon: vbi cōstituerat sibi Dauid palatium: & ibi cœnaculū erat illud grāde stratū in quo præcepit sibi Dominus dari Pascha. Et in cœnaculo illo tūc habitabāt vndecim discipuli. cæteri autē discipuli, & mulieres habitabant circumquaq; per diuersa hospitia. Et dum comederēt vndecim in cœnaculo appa-

I ruit eis dominus,& exprobauit incredulitatem eorum duritiã cordis. Hęc ille.Qui intẽdit ꝙ eadẽ die secundo apparuit in monte olineti ascensurus. Concordat autẽ cũ Magistro textus Marci dicentis,Nouissimè recumbentibus &c.Et licet vt Aug.dicit: possit dici nouissimè non simpliciter: sed in die Paschæ:quia.s.hæc apparitio fuit vltima illius diei:tamẽ contra hoc est:
K quia tunc ibi nõ fuit Thomas.& tamẽ discipuli recumbentes hic dicũtur vndecim.Et licet ad hoc dicat Aug.ꝙ aut Thomas reuersus affuit,aut ipsa societas apostolorum hoc numero appellabatur etiam si aliqui defuissent.tamen non est verisimile eadẽ die ibi affuisse Thomam:quia Christus fecisset ꝙ fecit octaua die.Nec est verisimile quòd
L Marcus locuturus de ascẽsione nouissimam apparitionem dixerit eam quæ fuit in die Paschæ: omissa ea quæ fuit in die ascensionis. Ad primum contra dictum est Ad secũdũ vero dicitur ꝙ increpauit incredulitatem.non apostolorum: sed aliquorum existentium cũ eis. Sed contra hoc videtur, esse textus dicens.ꝙ recumbentibus vndecim apparuit eis,& exprobauit incre-
M dulitatem eorum.Et ideo dico ꝙ increpauit incredulitatem apostolorũ:non præsentem sed præteritam:& hoc conuenienter in signum ꝙ gentes ad quas mittendi erant congruè forent increpandę se apostolis resurrectionẽ Christi expertis credere noluissent dicitur ergo.(Recumbentibus vndecim discipulis.s.in die ascẽsionis,& in prædicto coenaculo (apparuit illis Iesus.) Et vt dicit.Lu.Act.j.cum eis vesci voluit: vt.s.per effectum comestionis veritas patesceret carnis:vt dicit Greg.vel vt contristatis de suo abscessu:conuescendo ferret solatiũ(& exprobauit incre-
N dulitatem eorum:& duritiã cordis)Exprobare est obticere præteritã culpã, vel improprium obicere Credo tamẽ ꝙ Christus recessurus ab apostolis taliter eis exprobauit vt ad amorem potius quã ad confusionem eos adduceret.(Quia his qui viderant eum surrexisse) id est postquã resurrexerat.vt
O Magdalenæ,& Petro cleophæ,& socio quibus non crediderunt in die Paschę: vt idem Marcus dixerat:& tamẽ videderant nam resurrexisse:licet non resurgentem(non crediderunt)quod facere debuissent cum hoc ille prædixisset. ¶ In hac parte est documentum :quòd reprehensibiles sunt qui credere nolũt
P nisi visa.cũ velint nolint sine fide viuere nõ possint.Quę enim temeritas est non velle credere his qui vitam in testimonium eorum quę dicebant exposuerunt.Hiero. Si apostoli creduntur iocando pasi,& creduntur,& iocando locuti.Hæc ille.¶ Quantum ad secundum tangitur quo Christus apostolos misit ad prædicandum:cũ dicitur.(Eũ-
Q gantes in mundũ vniuersum) Quasi dicat.Prius iussit vt Iudæis tantũ annuntietis verbum Dei.dicens in viam gentium ne abieritis. sed nunc omnibus debetis annutiare regnum dei: ideo ꝙ dicante euangelium omniũ creaturę.) Quidam rudes per euangelium solum intelligunt dicta quatuor euangelistarum quæ dicũt esse prædicãda,ex quo sequitur malum sit prædicare epistolã Oportet ergo ꝙper euangelium intelligere omnẽ doctrinam fidei:quã annuntiare populo missi sunt. Nam & Paulus dicit se euangelizare .qui docebat pertinentia ad fidem,& amores: & ad hoc allegabat interdum etiam poetica vt patet Act.xvj.vbi allegabat dictum Arat

A Arati poetæ dicẽtis.Venus Dei sum⁹. Nota vero (omni creaturæ)id est homini secundũ Hreg.& Magi.Hist.qui omnis creaturæ nomine significatur: eo ꝙ cum omnis creatura habet aliqd commune.vt esse cũ lapidibus,& aliis inanimatis. viuere cũ plantis ; sentire cum bruttis,intelligere cũ angelis .Vnde & secundũ Mag.Hi.dic itur.microcosmus.i.minor mundus quia.s.in se
B quodammodo habet omnes gradus gradus vniuersi.Vel secundum eundẽ Magistrum : omni creaturæ.i.homini propter quem aliquo modo est omnis creatura.Vel secundum Theo.qui loquitur de credente in deũ,nõ in Christum.Vel secundũ eundẽ Greg.omni creaturæ id est, in natione hominum Ante enim eis pro hibitum fuerat Gen
¶ tilibus prædicare:sed nunc hoc ipsum
C eis mãdatur.vt & Iudæis. & Gentilibus prædicent.Et ista est omniũ optima expositio.vt scilicet homo simpliciter dicatur creatura eo ꝙ nobilissima sit creaturarũ visibilium : quæ solle à deo exẽsse creatæ leguntur:omnis vero creatura idem sit ꝙ omnis homo.
¶ Sed contra:quia si omni creatura .i. omni homini habebãt prædicare:prędicessent:etiam credẽtibus.Solutio: ne
D ba dicuntur populo fidei :cui iniungitur:vt aliis euangelizet.Alii autẽ à fidelibus sunt infideles : vñ intelligẽdũ: est omni homini alio à societate verstra:in qua sunt viri,& fœminæ.(Qui crediderit) fide propria,vel aliena secundũ Bedam.ꝙ propter paruulos dicitur quib⁹ aliena fides suffragatur sicut & olim sub lege,& ante legẽ:vt diximus in die circuncisionis:& baptizatus fuerit saluus erit) fidẽ & baptismũ malis operibus non impediat:secundũ
E Tho.Ista ẽm dicũtur quia fides & baptismus quantũ in se est:sunt sufficiẽs causa salutis:quæ tñ impediri põt. Vñ si quis post baptisma non rectè susceptum moriatur,nullo super addito bono,vel malo necessario soluatur:vt patet in pueris,Si tamẽ super addat mortale crimẽ impedit causa salutis (Qui vero non crediderit cõdẽnabitur.Nõ aũt dicit,iudicabit: qa tales nõ discutient:sed quò ad hoc iam iudicati sunt
F Nec tamẽ subdit:nec baptizat⁹ fuerit: qa vt dicit Magister Hist.&.s.Tho.iij. par.&.iiij.sentẽ.sine actuali baptismo põt esse salus si adsit baptismi volũtas & desijt baptizandi facultas.Vnde ꝙ dicit Ioan.iij,Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& Spũsancto &c.secũdũ eosdẽ intelligitur habita faculate baptismi.
¶ Sed contra textũ arguit:qa pueri
G baptizati nõ rreduat:& tamẽ non cõdemnantur.Ad hæc dupliciter soluit Mag.Hist.Primò,vt legatur :qui vero non crediderit subaudiendo fide propria.vel aliena.Secundo ,vt dicatur ꝙ Christus de illis loquitur quibus euãgelium erat prædicandum .i.de adultis : in quibus propria fides exigitur ad salutem . Ex prædictis autem pa-
H tet quod verum est apostolos Christi fuisse baptizatos etiam baptismo christi:vt asserit Aug.& Beda. Et de paulo quidam,quando & vbi baptizatus fuerit scriptum est,vt patet Act.ix. sed nõ de aliis.Beata etiam virgo fuit eadem ratione baptizata secundum Alb.super Missus est Signa autem eos qui' crediderint:hæc sequentur. ¶ Sciendum est autem quod quidam videntes quod sequentia signa non fiant ad literam ab omnibus baptizatis & credentibus exponunt illa spiritualiter quasi omnino Christus de omni credente loqua-

I rur: sed iste sensus est rudis. Quia em̃ deus miracula nō facit sine causa: tunc fieba nt ista signa quādo erant necessaria, idest in fundatione, & confirmatione catholicæ fidei. Ea ergo fundata, & firmata ista superfluunt ꝙsaltem in tanta frequētia in quanta facta sunt à principio Gre. in hom. Nūquid quia ista non facimus minime credim⁹? Sed hæc necessaria in exordio ecclesię fue-
K runt. Et em̃ fides fides cresceret credentium, miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbusta plantamus, tandiu aquam infundimus quousque in terra iam conualuisse videamus. At si semel radicem fixerint, à rigando cessamus. Hæc ille. ¶ In nomine meo) id est, in virtute nominis mei (Dęmonia eiicięt de obsessorū corporbus, vt patet de Paulo act. xvj. (linguis loquentur no-
L patet de omnib⁹ discipulis in Actibus apostolorū (serpentes tollęt) de locis vbi hominibus erunt infesti. vt de Martha patet apud Therasconem.) Et si mortiferū quid biberint) vt patet de Ioanne apostolo (non eos nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt) id est, sanabūtur. Nam per solā sui corporis vmbrā debiles sanabat Petrus. ⁊ patet Act. v. c. ¶ Est autē
M in hac parte morale documentum, ne vnam fidem occidamus, & cū ea mortua moriamur: Greg. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit verū dicit si fidem operibus teneat. Vera & enim fides est quæ hoc ꝙ verbis dicit, operibus non contradicit. Hæc ille. ¶ Quantum ad tertiū tangitur Christi assumptio. cum dicitur. (Ei dominus quidē Iesus postquā locut⁹ est eis.) Si teneamus istam apparitionem fuisse simpliciter nouissimam. & tunc fuisse dicta q̄ in hoc euangelio continentur. sic secū-
dum Augu, intelligendum est postquā N locutus est eis qui immediate relata sunt. Si vero teneamus oppositum, intelligendum est vi idem dicit de omnib⁹ quæ Christus cū eis inter resurrectionē, & assumptionē locutus est. (Assumptus est) nō aliena. sed propria virtute. Tum ratione glorificationis animę, & corporis. Glorioſæ enim animæ obedit gl orioſum corpus. ad nutū, quo ad O motum localē rōne agilitatis. Et ideo nubes suscipient illū, & angeli de quibus habeī Act. j. nō affuerūt Christo a-
B scēdēti in ad tutoriū sed in signū ꝙ corporalis & spiritualis natura ei subiecta (in cœlum.) Reuera ascendit super omnes cœlos in plurali. vt dicit Ephe. iiij. Sed tamē omnes cæli à luna, & supra aliquando vnū cęlum singulariter appellantur ratione identitatis nō in-
P cōtinuitate, sed incorruptibilitatæ. Cū enim astra non sic moueantur in cœlo vt aues in aēre: quia cœlum scinderet & consequenter corrumperetur: sed sicut clauus infixus rotę mouetur in rota. necessarium est ꝙ septē planetæ sęta. habeant cælos adinuicem discōptem tinuos. Si enim omnes à septē planetæ vel aliquæ eorū essent in vna rota semper æque distarent adinuicem est: quod oculis cernimus falsum. Nam ali- Q
C quando luna est in coniunctione, aliquando in oppositione ad solem, & idem patet de aliis. Supra hos septem necesse est esse octauum, quot tot syderibus quia natū cernimus: quia nullus septē planetarū obseruat semper eūdē situ respectu huius cœli ex quo necessariò sequitur ꝙ nullus eorū sit in eo fixus. Supra octauū rursus est necesse esse nonum: quia cū octauū habeat plures motus non potest esse primum mobile viciniſsimū. s. substantiis immobi-
D libus: sed tale. s. primū mobile oportet habere vnium motum, vt à substantiis nullo modo mobilib⁹. i. angelis ad substantias multipliciter mobiles. i. corruptibiles fiat transitus per media ordinatē. Imò secundū aliquos supra nonū op ortet esse decimū: quia dicunt ꝙ cū in octauo videamns tres motus scilicet diurnum ab oriente, in occidentem: & naturalem, siue longitudinis in zodia-
B co ob occidente, in orientem: & motū accessus: & recessus, siue trepidationis super capita arietis, & libręnonę sphæræ necesse est, vt dicunt, ꝙ nonum habeat duos motus, & decimum vnicū. Et licet fortè nō sit necesse supra octauū ponere duos motus: quia vnū pōt duos mot⁹ proprios habere ab vno, vel duobus mororibus: tamē est probabile, & videtur esse opinio sancti Tho. iij. ij. Et supra hos nouē, vel decē est empy-
C reū, ꝙ nulla ratione physica pōt inueſligari: sed autoritate aliquorū sanctorum tenēt: vt pote Strabri: Bedæ & Basilii. sicut dicit. s. Tho. j. par. qō. lxvj. Et hoc rationabiliter: vt sicut omnes cœli moti deseruiūt generationi rerum. ita sit vnum quiescens quod immobi ibus spiritibus & incorruptilibus creaturis in contemplando, & congruentia non
D ex necessitate deseruiat. Ad hoc ergo cœlū Christus assumptus est. j. ad vltimum siue sit empyreum, siue aliud. ¶ Est aūt sciēdum ex doctrina. s. Tho. iij. parte. q. lvij. & alibi quod cōueniēs fuit Christū ascendere ab isto loco qui est generationis & corruptionis: & cōsequenter improportionatus tali locato. Et talis ascēsio pertinet ad bene esse gloriæ eius. Vnde vt ibi dicit de hoc Christus gauisus est, & nō nouiter: sed nouo mō. s. de re impleta. & hoc ipsum nobis est vtilius ꝙ illū nobis esse præ-

sentem vt augeatur fides, quæ est de nō E
visis: & spes perueniendi ad cœlum: & amor, vel charitas circa cœlestia. Et ly secundum importet conditionē ascēdentis: non ascendit secundū deitatem vt dicit. Tu ga ipsa est altissima: tum quia immobilis: tum quia nonest in loco: sed secundum humanitatem: vt patet. Sed si dicat ly secūdū ascēsionis causam ascendit secūdū deitatē vt patet: Ascēdit aūt propria virtute: vt idē B
dicit: non q̄ esset causata ex principiis humanæ naturæ sed virtute deitatis, & virtute gloriæ vt dictū est. Nec tamē in instāti ascendit: quia vt idem dicit licet infinita sit virtus deitatis, ad mouendū tamē humanū corpus nō potest infinitè illum effectū suscipere cū spatio cōmensures. Imo vt idem dicit Idem in. iij. di. xxij. ille motus fuit tem
pore perceptibili: licet esse potuerit in G
tempore imperceptibili. Vtrū aūt fuerit naturalis: dicit ibi ꝙ sic: quia non habuit corpus eius inclinationē ad oppositū motum cum virtute gloriæ totaliter animę subiiceretur & isto cœlū naturaliter mouet quod tā in se nō habet sui mous actiuum principium. Si tamen in corpore animato sit inclinatio ad oppositum: motus eius non est
H ei naturalis inquātū corp⁹. est sed quā tū animatū est. Et intelligo in corpore Christi nō fuisse inclinationē ad oppositū actualē sed habitualē tantū, & remotam. ita ꝙ si fuisset sublata ab eo gloria cæcidisset. Ista tamen ad cognitionem humanam non pertinent. Nam vt ait diuus Augustinus qnę supra uos nihil ad nos & Gato prudentissimus ille.

Mitte archana Dei. cœlum inquirere quid sit.

¶ Ascendit autem super omnes cœ-

los non quia sit extra cœlos quamuis ibi esse possit vt idem dicit quodlibet. vj. q. ij. Sed quia est in extrema parte extremi cœli: ita quod nulla pars eius notabilis est supra caput eius. Ascendit etiam super omnes spiritus: quia omnibus dignior est. ¶ Sed contra: quia quilibet spiritus quolibet corpore est dignior ergo nullus est locus supra omnes spiritus, aut ille est vacuus. Ad hoc dicitur secundum eundem quod licet spiritus sit nobilior loco non tamen inferior spiritus est in supremo loco sicut neq; quilibet debet spiritus est supra quemlibet locum & hoc est vt superiora loca superioribus spiritus habeãtur: & supremus christo. Negatur ergo consequẽtia. Est autem vt dicit ista ascensio christi causa nostræ salutis ex parte nostra inquantum in ipsum semper virtutes theologicas mouemur vt dictum est: & ex parte sua. Primò: quia parauit nobis viam. Secundò quia ascendit ad interpellandum pro nobis. Tertio: quia inde mittit hominibus cœlestia dona. Vtrum autem aliquãdo post modum de cœlo descenderit? Dicendũ est quod sic. Vnde illum Paulus corporaliter vidit Act. ix. Et ne hoc credatur secundum aliquam apparentiam & nõ realiter factum. Ex hoc ipse. j. Cor. xv. probat illum verè surrexisse di. Nouissimè omnium tanquam abortiuo visus est etiam mihi. Hæc omnia ex Sancto Thom. De modo autem quo Christus ascendit hic tacetur. Sed dicitur Act. j. & Luc. vlti. ex quibus locis habeẽ quod eduxit eos de hierusalem ad montẽ oliueti: & inde videntibus omnibus Christianis habitantibus in Hierusalem saltem viris, & fœminis eleuatus est & ascendit. (Et sedet à dextris Dei.) ¶ Ad horum autem in notitiã sciendũ est ex doctrina S. Th. iij. per. q. lviij. quod sedens dicitur quiescens. habitans, & regnans, & iudicãs. Sed ly ad importat conuenientiam cum distinctione. Dextera autem tribus modis sumitur. Vno modo secundum Damascenum pro gloria deitatis alio modo secundum Aug. pro beatitudine Dei Patris. quæ duo licet. S. Th. nõ dicat sunt realiter idem. Tertio modo secundum Aug. est regia, & iudiciaria potestas. Christo ergo conuenit sedere à dextris Dei: quia in eius gloria: vel beatitudine quiescit, & est iudex Patri conregnans. Hæc tamẽ sequitur ꝙ Deus sit in sinistra christi quia non loquimur secundum modum corporalis. Vnde vt dicit Aug. ibi hominis est dextra quia nulla ibi est miseria. Sedere autem à dextris dei conuenit christo inquantum est Deus ita tñ quod ly ad non dicat gradũ dignitatis: sed personalem distinctionem originis. Simul enim filius habet cum patre gloriã deitatis & beatitudinẽ & omnẽ potestatem immutabiliter. Et licet dextera appropriatè dicantur de filio: sicut & Deus & tribus prædictis modis sit quid tribus commune tamen sedere ad dexterã nõ conuenit Patri cum non sit ab alio sed conuenit filio, & Spiritussancto licet ñ lio approprietur sicut & æqualitas. Cõuenit etiã ista sessio christo inquãtum homo. Nam cum ly ad distinctionẽ, & conuenientiã est enim præpositio transitiua & importans accessum: si distinctio sit in personis &c. conuenientiã in natura: sic conuenit ei inquantum deus & secundum rationẽ qualitatis sedere ad dexterã dei tribus dictis modis sumptam, ly inquantum dicente conditionem naturæ. Si autẽ è conuerso distinctio sit in natura conuenientia in persona ita ꝙ ly ad dicat accessum secundum gratiam vnionis & ly inquantum dicẽte suppositum sic eodem modo cõuenit ei secundum rationẽ æqualitatis cum sit filius Dei. Si autẽ iste accessus sit secundum gratiã habitualẽ ly inquãtum replicautẽ naturã sit conuenit ei non secundum rationẽ æqualitatis sed æminentiæ super omnẽ creaturã. Vnde proprium est filio ita ꝙ nulli creaturæ conuenit sedere ad dexteram patris secundum æqualitatẽ vel prẽminentiã. Dicunt tñ omnes beati esse in dextra: sed non sedere: quia non habẽt beatitudinem cum quadã dominatiua potestate & quasi propriã & naturalem. Beata autẽ virgo vt idem dicit in. iij. di. xxij. dicitur assistere vel astare à dextris nõ autẽ sedere quia gloria filii ad ea derivatur sed nõ plenariè. Non vero in cœlestibus sedemus quasi stabiliti in gloria, sed non in dextra. Hæc omnia ex S. Tho. (Illi autem profecti) post receptionẽ Spiritussancti quem eius præcepto in Hierusalẽ expectauerunt vbique.) ¶ Sed contrà quia vt dicit Aug. adhuc sunt gentes in quibus modo prædicatio cœpit & in quibus nondũ cœpit impleri. Et soluit ipse Aug. ibidem: quia sicut illud vobiscum sum vsq; ad consum. seculi, non de solis discipulis: sed de tota ecclesia intelligit: ita & hoc Posset autẽ & aliter dici: quamuis reddeat idem. Dicit enim S. Tho. j. ij. q. & So. x. ꝙ prædicatio euangelii christi dupliciter intelligitur. Vno modo quantũ ad diuulgationem nominis christi & sic secundum Chry. etiã tempore apostolorum completa est, & post etus cõplectionẽ destructa est Hierusalẽ. Alio modo quantũ ad plenum effectũ & ecclesiæ fundationẽ. Et sic secundum Aug. vbi. j. non est cõpleta sed cum fuerit cõpleta. veniet mũdi desolatio (Domino cooperante) sicut principalis motor instrumenti cooperat (& sermonẽ) euangelium (confirmante) per miracula: cũ ad hoc ratio non sufficiat (sequentibus signis) de quibus dictum est in hoc euãgelio.

Dominica post ascensionem. Io. xv.

CVm venerit Paracletus quẽ ego mittã vobis à patre, Spiritũ veritatis qui à patre procedit ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis vt nõ scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora vt omnis q interficit vos arbitretur obsequium se præstare deo. Et hæc facient vobis: quia non nouerunt patrem neque me. Sed hęc locutus sum vobis. Vt cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

CVM VENERIT PARAclẽtus &c.) Io. xv. In præsenti euan. christus intendit discipulos tristes de suo discessu aduersus futuras tribulationes animare. Et in eo tanguntur tria puncta Primo enim pronuntiat eis, & promittit affuturum consolatorẽ. Secundo etiam affuturas esse tribulationes. Tertiò reddit tribulationum causam. ¶ Quãtum ad primum sciendum est quod christus

I ante apostolis dixerat Iudæos inexcusabiles esse eo quod ipse personaliter venerat: & erat eis locutus & opera insolita fecerat & tamen non erant conuersi. Chry. possent autem discipuli dicere. Si verba à te audierunt quæ nullus dixit si opera viderunt quæ nullus alius fecit: & tamen pro fuerũt sed oderunt & patrem tuum & tecum eo: cuius gratia nos mittis qualiter digni fide crimus. Nec igitur hoc cogitantes turben
K tur: consolationem eis inducit. Hæc ille. Dicit ergo. (Cùm venerit Paracletus). i. consolator. Est enim amor Dei, & ad hominem venit per gratiã, & dei amorum: ideo facit despicere terrena, & amare cœlestia: & consequẽtur non sentiĩ tribulatio pro terrenis: sed gaudiũ de cœlestibus: vnde sequit magna consolatio (quem ego mittam vobis à patre.) Ad intellectum autem istorum
L sciendum est ex doctrina S. Th. j. par. q. xliij. ꝙ diuinis personis cõuenit missionis non sunt nisi duo. s. habitudo ad mittentem quæ in diuinis est per originem, & habitudo ad terminum missionis: in quo oportet missum esse nouiter vel nouo, modo. Aliquæ autem diuinæ personæ vt filiꝰ & Spiritussanctus sunt ab alio: & nouiter possunt esse in creatura per nouum effectum: ideò mittit possunt. Non autem pater quia non est
M ab alio. dat tamen se pater creaturę: nõ secundum quod dare importet autoritatem dantis super datum sed secundũ quod importat liberam cõicationẽ ad fruendum. Vtrunq; autem tam missio, quàm datio, est per gratiam gratum facientem: quia nullus alius affectus potest horum esse ratio. Sicut autẽ filius visibiliter in carne missus est ita contigit ei inuisibiliter mitti: quia conuenit ei esse ab alio, & nouo modo esse in creatura per gratiã. Per gratiã enim to N
ta trinitas inhabitat nos. Et ista missio filii attendit scdm dona, q̃ ad intellectũ pertinent quæ filio attribuunt secundũ propriã rationẽ: puta sapiẽtiæ: aut scientiæ licet attribuant Spiritui sancto inquantũ sunt dona: quia ipse est primum donum. Non tñ per omnia talis mittit filius sed solum per illa quæ ita perficiunt intellectũ vt homo prorumpat in amorẽ: quia filius est verbum spirans O
amorẽ. Ideo nunquã est missio filii sine missione Spiritussancti & e conuerso. Et nota ꝙ missio filii, & Spiritussancti quòd ad gratiã gratum facientẽ non distinguunt sed quantum ad origines & quantum ad effectus gratiæ. Licet autẽ solum duo mittant tamen oẽs mittunt. Vnde pater mittit filiũ quo ad duo quę sunt de ratione missionis & similiter filius & pater Spiritumsanctũ. Sed spiritussanctus mittit filiũ, & filius seipsum, P
& spiritussanctus seipsum solũ quo ad secundũ tantũ. i. effectum gratiæ non quo ad originẽ. Ideo dicit spiritussanctus venire & tñ dicit filius eum se missurum. Hæc omnia habent à S. Th. vbi s. &. j. di. xv. &. xvj. (Spiritũ veritatis) ideſt Spũ filii qui est veritas. Vel spiritum docentẽ oẽm veritatẽ (quæ patre procedit.) Ex hoc autẽ ꝙ hic dicit spiritumsanctum procedere à patre, & non Q
à filio arguunt greci ꝙ à filio non procedat. Sed hoc est cõdemnatũ per ecclesiam vt patet ex symbolo: in quo dicit. Qui ex patre filioq; procedit. Et huius ratio est, quia spiritussanctus realiter distinguit à filio secũdum fidem catholicam & non per materiã: ergo per formam oppositã formæ. Formæ enim non oppositæ vt albũ, & dulce: non distinguunt suppositа. Non aũt potest ibi esse oppositio nisi relatum, neq; realis relatio

A tio: nisi originis qua vnus est ab alio. Per hoc ergo distinguunt: quia vnus eorum est ab alio. Contra istos etiã græcos sunt eorum doctores: Athan. j. symbolo. & Didymus in lib. de spiritusancto. Chryſ. Si autem ratio græcorum) valeret: eodem modo sequitur ꝙ pater non mittat spiritumsanctum: quia hic dicit filius quem ego mittã, & nõ dicit quem ego & pater mittemus ille testi-
B monium perhibebit de me). Et hoc dupliciter. Vno modo docendo vas, & dãdo loquendi fiduciam, & efficaciã. Alio modo inspirando & emoliendo audientium corda. (Et vos testimonium perhibebitis) tanquã eius instrumenta (quia ab initio.) Ex qui cœpit prædicare, & docere (mecũ estis) & consequenter estis idonei testes quia de visu testimonium poteritis reddere. ¶ Est autẽ in hac par-
te morale documentum ꝙ qui vult vi-
C in se spiritumsanctũ) possidere: vnde ait Didymus spiritumsanctũ venientẽ dominus consolatorem dici ab operatione ei: nomen imponens, quia non solum quos se dignos repererit ab omni turbatione reddit alienos: verum increbuit quoddã gaudiũ eis tribuit. Sempiterna quippe lætitia in eorum corde
D verſatur quorum spiritus habitator est Hæc ille. ¶ Quantum ad secundũ tangit christus affuturas discipulis iniquorum persecutiones cum dicit. (Hæc locutus sum vobis) de odio mei: ꝙ est exẽplum. & de aduẽtu spirituſſanctı: ꝙ quod est firmamentũ antequã eueniãt vobis persecutiones (vt) confortati per expe-
rientiam. i. non ruatis negando me: vel perdendo fidẽ meã. Scandalũ eñ grẽcè latinè dicit impactio, vel ruina. Vnde scandalũ est & ipse casus, & res ad quã quis impingens, cadit. Sed cõtra si chri E
stus ista dicebat, vt non scandalizarentur & tñ oẽs fuerunt illa nocte scandalizati: videt quod christi voluntas impleta nõn fuerit. Ad hoc dico, ꝙ nõ magis hoc inconuenit quàm ꝙ Iudæi non fuerint christo prædicante conuersi ad quos cõuertendos prædicabat. Ista eñ christi voluntas non erat beneplaciti, sed signi quę non semp implet. De hoc vide s. Th. j. di. xlvij. &. q. xix. &. iij. con
F tra. c. xcj. (Absq; synagogis facient vos) id est excõicabũt extra synagogas secũdum Chry. Sed quod malum erat apostolis excõicari à iudeis. Ad hoc dicit Aug. ꝙ in hoc ipso significatur quoddã triste apostolis. s. ꝙ Iudei non suscipe-
christum aut fidẽ christi quãuis etiam dici possit quòd graue erat apostolis de synagoga expelli quando adhuc nõ erant ecclesiæ. Et supple nõ solum vos excõicabunt (sed venit hora). i. in pro-
G ximo est (vt oĩs qui interficit vos arbitretur obsequiũ). i. rem gratam (se præstare). i. exhibere (Deo.) Ex qui patet quod de iudæis loquit vt dicit Aug. q. a non dicit dominus sed deo. Sed contra quia iudeorũ principes ex inuidia: & non ex ignorantia tradiderũt dñm: quẽ nouerant esse hæredẽ Dei & christum eius vt ex dictis patet. Non ergo credebant se bene facere apostolos eius insequendo. Ad hoc potest dupliciter dici. Vno modo quod apostoli habebant H
ferè totum Iudaicum populum sibi inimicum, & mortalem hostem. Et populares quidam ex ignorantia insequebantur apostolos credẽtes quod omnes qui ad christum conuerterent Deum Israel pauciſimi autem istam persecutionem sciebant esse iniustam. Vnde & Paulus doctus in lege ignoranter sæuiebat in Christianos, vt ipse de

se te

I se testatur.j. Timo.j.Est ergo modus loquendi vt dicatur omnes cùm pauci desint sicut & principes dicebant ꝙ totus mundus post illum abiit. Io.xij. apostolus ad Ph.ij.Omnes inquit quę sua sunt quærunt:non quæ Iesu christi Alio modo vt dicatur dominus loqui non de principibus mandantibus apostolos flagellari,vel occidi sed de ministris hoc exequentibus.Et redit in idē.

K ¶Est autem in hac parte morale documentum quòd prælati facientes sententias excommunicationis iniustas ex furore:quia odio mouentur:vel ex causa sunt Iudæis similes:qui ex odio excōmunicabant credentes in christum. ¶Quantum ad tertium assignatur causa tribulationum futurarum apostolis: & in hoc ipso habent aliqualem consolationis causam.Dicitur ergo.(Et hæc

L facient vobis quia non nouerūt patrē, neque me.)Chry.ꝙ nisi dicat. Sufficit vobis in consolationē propter me:& Patrem hæc pati.Hæc ille.Sed quo dicitur,ꝙ non nouerunt patrem:cum notus esset in Iudæa deus?Ad hoc dico ꝙ nouerant illū in generali inquātū deus erat:sed nō inquātū erat pater habens filium naturalē qui eis prædicabat. Si enim cognouissent nunquā dominum

M gloriecrucifixissēt.j.Corm.ij.(Sedhęc locutus sum vobis:vt cùm venerit hora:eorum reminiscamini:quia ego dixi vobis)& consequēter in ea fide persistatis:¶Est autē in hac parte morale documētū,vt qui propter deū patitur, aut fatigatur:si vult cōsolari cogitet illū pro qui patitur: vnde Gre.ait in.ij. mora.Cū in hac vita ea qui nolumus patimur necesse est vt ad eū qui iniustum velle non potest studia nostrę voluntatis inclinemus Magna quippe est consolatio in eo quod displicet:quod illo ordinātē erga nos agitue cui nō nō N si iustum placet.Hæc ille.

In vigilia pentecostes
Ioan.xiiij.

SI diligitis me, māda ta mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium Paracletū O dabit vobis:vt maneat vobiscū in æternum,Spiritum veritatis quē mūdus non pōt accipere: quia nō videt eum,nec scit eū. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit.Non relinquam vos orphanos:veniam ad vos.Adhuc modicum, & mūdus iam me non videt.Vos autem videbitis me:quia ego viuo, & vos viuetis.In illo die vos cognoscetis quia ego in patre meo,& vos in me,& ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea:ille est qui diligit me, diligetur à patre meo:& ego diligam eū,& manifestabo ei meipsum.

SI DILIGITIS ME, MANdata mea seruate &c.) Ioa. xiij.Præsens euangelium ex septem,paucis exceptis,quę exponentur?Dicitur ergo.(Si diligitis me,mandata mea seruate).i.seruabitis. Hoc enim est effectus,& signum dilectionis: amici voluntatem complere. (Et ego rogabo patrem,& alium paracletum dabit:vobis),i.alium consolatorem,& alium aduocatum. Nam Paracletus interpretatur consolator,& aduocatus:& christus fuit consolator apostolum,& etiam aduocatus: inquātum homo orans pro eis:& inquātū deus,nō orando:sed faciendo,vt orarent ipsi.Si militer & sanctus spiritus fuit eorum consolator:quia cum sit amor accendit eos amore dei:& consequenter sentiebant maximam dulcedinem de cælesti B bus ex quo sequebatur quod minus sentirent aduersa mundi.Fuit etiam aduocatus,non orando,sed prouocando apostolos ad orandum(Vt maneat vobiscum in æternum.)Et in hoc secundùm Chry.innuitur quòd Spiritussanctus non erat moriturus sicut christus qui eos per mortem deseruit corporaliter. Manet autem Spiritussanctus in æternum nobiscum:nisi eum per peccatum repellamus. Spiritum veritatis,quem mundus).i.homines mundani(non possunt accipere(nisi conuertatur. Ggreg. moralis.Spiritussanctus omnem quē repleuerit ad desiderandum inuisibilia accendit.Et quoniam mundana corda solum visibilia diligunt:hunc mundus non accipit:quia ad diligenda inuisibilia non assurgit. Seculares etenim mentes quanto se foras,& desideria dilatāt: tanto ad receptionem illius sinum cordis angustant.Hæc ille.(Quia non videt eum)purè & indubitatę fidei oculis(nec scit eū)per experientiā suauita tis eius.(Vos autē cognoscetis eū).i.per experimētū cōsolationis eius quo mūdani eū cognoscere nequeunt(quia apud vos manebit,& in vobis erit(& consequēter ad præsentiā suā inuet vobis fidē,& amorem: vt videatis.& sciatis eū.(Nō relinquā vos orphanos: veniā ad vos.Adhuc modicū, & mundus me iam non videt).i.nō videbit.Et loquitur secundùm Theo.de tempore resurrectionis in quo soli apostoli illum viderunt.Vel secūdū Chry.loquitur de tempore futuræ felicitatis. Vtroque autem tempore.s.resurrectionis,& felicitatis apostoli habuerunt vitā.s.lætā & consolatā.Et ideo subditur.Vos autem videbitis me quia ego viuo).i. sum vita per essentiam & cōsequēter do vobis vitā participatā,quā modo viuitis per gratiā:qua etiā(& vos viuetis)in futura resurrectione mea per fidē reparatā: & in futura resurrectione vestra per gratiā cōsummatā(in illo die).s.resurrectionis,vel gloriæ(vos cognoscetis) per apertionē sensus ad intelligentiam scripturarū quò ad diē resurrectionis: vel per visionem deitatis quò ad aliā diem(quia ego in patre meo:& vos in me:& ego in vobis)supple sum,vel ero sed alio,& alio modo.(Qui habet mandata mea,& seruat ea:ille est qui diligit me.Qui autem diligit me, diligetur à patre meo:& ego diligam eum,& manifestabo ei meipsum:) Ergo manifestatio.i.visionis est,& præmium amoris.

In die pentecostes. Io.xiiij.

SI quis diligit me,sermonem meum seruabit:& Patermeus diliget eum, & ad eū veniemus,& māsionē apud eū faciemus. Qui non diligit me,sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus:sed eius qui misit me,Patris. Hæc locutus sum vobis,apud vos manēs. Paracletus autem, Spiritussanctus, quem

I quem mutet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum: neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Vado, & venio ad vos. Si diligeritis me, gauderetis vtique quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius quàm fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iã non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

SI QVIS DILIGIT ME, sermonem meum seruabit (&c.) Io. xiiij. Circa ea quæ impręsenti euan. dicuntur. Sciendum est ꝙ in nocte qua est captus multa apostolis dixit, & inter alia quòd post modicũ mũdus eum non videret qnãuis visuri essent illũ discipuli sui. Et loquebatur christus de visiõe fidei, & notitia diuinorum. Iudas autẽ non ille Scariothis ꝛ sed alius consanguineus christi admiratus est tanquam humilis ꝙ apostoli toti mũdo præferrẽ tur: & iõ interrogauit. di. (Dñe quid factũ est). i. ꝙ est cã (ꝙa manifestaturus es nobis teipsum, & non mũdo. huic aũt petitioni christus rñdit per verba præsentis euãgelii in quo tria pũcta tangũtur· ꝙ sunt Discretio, Manifestatio, & Exhortatio. ¶ Quãtũ ad primũ christus tãgit illud vñ discernitur mũdus à discipulis christi: quod est causa prædictæ manifestationis. Est enim hæc cã vt Aug. dicit: ipsa dilectio: Dicitur ergo (Si quis diligit me, sermonẽ meũ seruabit). i. ea ꝙ ego volo, & docco facẽda, faciet. Proprium est enim amicorũ eadẽ velle, & nolle. Et si duo sint amici quorum alter non possit malè velle, neque malè iudicare, vt deus: iustũ est vt alter amicꝰ se eius volũtati in omnibus subiiciat: ita quod nihil velit nisi implicitè subintelligẽdo quod illud Deo placeat: & omnia faciat quæ Deus iubet. (Et Pater meus diliget eum) Si Deus Pater hõ esset: vtique diligeret filiũ diligeret: ꝙa nullus põt dei filium sine patre diligere rõ eũ dilectionis fili est ipsa eius bonitas sine essentia: ꝙ eadẽ numero est patris: & cõsequẽter etiam pater diligitur. Nihil aũt, vt ait Amb. est tã insertũ naturæ quã diligẽre se diligere: Verũtñ quia deus pater est deus: nõ ideo nos pater amat, quia nos filiũ amamus: sed e cõuerso: ideo amamus quia ille amat ita ꝙ amor dei ad nos est causa nostri amoris ad illũ, vel filiũ dei. Nõ eñ amarem, nisi deus vel ler nobis inesse hoc bonũ quod est amare deũ. Velle aũt nobis bonũ est nõ amare. Igitur dicit christus (Si quis diligit me diliget à patre meo) nõ quia antecedés istius cõditionalis sic cã cõsequẽtis; sed quia ãcedẽs, & consequẽs sunt inseparabilia in veritate (& ad eũ veniemus) Pater quidẽ venit seipsum donãdo, nõ aũt missus ab aliquo: quia nõ est ab aliquo. filius aũt datur, & mittitꝰ Dicuntur aũt diuinæ personæ venire ad nos: quãdo faciũt in nobis nouiter effectũ gratiæ gratũ faciẽtis: per quã ipsas personas habemus. Vñ Aug. Veniunt subueniẽdo: venimus obediẽdo. Veniũt illuminãdo, venimus intuẽdo. Veniũt impellẽdo, venimus cupiendo, Hæc ille. Sed quare hoc nihil dicit de aduẽtu Spiritussanctꝰ: sed solũ patris, & filii? Ad hoc dicitur Aug. ꝙ cũ in deo sit vnitas essentiæ cũ pluralitate personarum: aliquãdo christus de tribus personis mentionẽ facit ad insinuãdã personarum distinctionẽ: aliqũ de duabus sine tertia: ad insinuandã essentiæ vnitatẽ: & nõ ad expellẽdã tertiã personã, scilicet spiritũ sanctũ: de quo dixerat supra vt maneat vobiscũ inæternum. Vel põt dici quod posito patre, & filio intelligitur Spiritussanctus: quia est amor vtriusq;: & quia est eiusdẽ substãtiæ cũ eis. (Et mãsionẽ apud eũ faciemus). i. mora cõtrahemus Gre. in hom. In quorũda etenim cordibus venit, & mãsionẽ nõ facit: quia per cõpunctionẽ quidẽ respectũ dei percipiũt; sed tenta tionis tempore hoc ipsum quod cõpũctranda peccata redeũt: ac si hæc minimè planxissent. Qui ergo deũ vere diligit: & ad eũ dñs venit: & mansionẽ facit, & sic eũ diuinitatis amor penetrat vt ab hoc amore tentationis tempore non recedat. Ille autẽ verè amat cuius mentẽ delectatio praua ex cõsensu nõ superat. Hæc ille. Idẽ quoq; ibidẽ. Tãtò aũt quisque à superno amore disiungitur. quantò inferius delectatur. Vñ sub ditur (ꝙ nõ diligit me: sermones meos nõ seruat.) & cõsequẽter ad eũ diuinæ personæ nõ veniũt per effectus gratiæ suæ. Chry. Vel aliter intelligendum est hoc totum. Existimauit enim Iudas sicut mortuos videmus in somno: ita & se eũ esse visuros. Vnde quærit. Quid est quòd debes te nobis manifestare nõ mũdo. Væ nobis quoniã morieris: & vt mortuus nobis debes assistere. Ne igitur hoc suspicetur: dicit (ad eũ veniemus). q.d. sicut pater manifestat seipsum: ita & ego (& mansionem apud eũ faciemus) quod somniorum non est. Hæc ille. Ne autem aliquis credat ꝙ christus suum sermonem haberet à se subdit (Et sermonem quem audistis nõ est meus). i. non inest mihi à me. Et est similis modus loquendi vt cùm dicit Vergil. Vrbẽ, quã statuto vestra est (sed eius qui misit me patris) id est: illum à patre meo nascendo accepi. Ex quo etiam sequitur quòd qui talem sermonem non seruat, patrem non diligit. ¶ Est autem sciendum quòd per sermonem christi quatuor possumus intelligere. Primò, ipsa verba quæ ex ore eius resonabant. Secundò, ipsam imaginationem verborum. Tertiò, ipsos mentales conceptus, intellectus possibilis eius: qui dicuntur verba mentis, seu cordis. Secũdum enim hæc tria in quolibet homine est triplex verbum: vt docet Sanct. Thom. j. quæstio. trigesimaquarta, ipsum verbum diuinum quod filius dei est: sed ipsam eius substantiã diuinam. Tria prima conueniunt christo inquãtum homo: & in sunt ei à se immediatè, & à deo principaliter: quia si deus est cã oĩs creatę causę: est etiam cã oĩs creati effectus. Secũdũ aũt non est à christo: sed est christus. & est à patre. ¶ In hac parte est literale documẽtũ de quo Gre, ĩ ho. ait. Sed ecce si vnus quisque vestrũ requirat an diligat deũ tota fiducia, & secura mente respondet: diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid veritas dixit. Si quis

dilig

I diligit me sermonem meum seruabit. Probatio ergo dilectionis, est exhibitio operis. Hinc in epistola sua idem Ioan. ait. Qui dicit quia diligo Deum, & mãdata eius non custodit: mendax est. Verè enim diligimus, si mandata eius seruamus. Nunquam est amor Dei otiosus: operatur enim magna si est: si autẽ operari renuit: amor non est. Et infrà. De dilectionis cõditoris lingua, mens: & vita requirat. Hæc ille. ¶ Moraliter

K autem sciendum est quòd serui Dei in hac vita tria potissimè desyderant quæ Christus in hac prima parte Euangelii promittit. Primum quidẽ est Dei amor quem promittit cùm sponde Spiritum sanctum se missurum: qui secundum Grego. amor est. s. patris in filium, & è conuerso. Sed tamen vt suscipiamus à Christo mittendum: necessaria est primò cordis purificatio. Gregor. Certè si domum vestram quisquam diues, au-

L tem præpotens amicus intraret omni festinantia domus tota mundaretur: ne quid fortè esset quòd oculos amici intrantis offenderet. Tergat igitur sordes praui operis qui Deo præparat domum mentis. Hæc ille. Et hoc quãtum colligitur ex scriptura quo ad tria peccata præcipuè. Primò, duplicitatis. Sa. j. Spiritussanctus disciplinę effugiet fictum. Secundò, carnalitatis. ideo subditur, & aufert se à cogitationibus quæ

M sunt sine intellectu. Tertiò, elationis. ideo subditur: & corripietur, i. expelletur à superueniẽte iniquitate. i. inęqualitate. Nullus autem est inæqualis magis superbo, qui non vult parem. Secundo, necessaria est profunda humiliatio: quia libẽter Spiritus sicut & homo vadit ad hospitium in quo honoradus est. Eccle. iij. Magna potentia Dei solius: & ab humilibus honoratur. Psalm. Qui emitis fontes in conualibus. Geñ. j. Spi. N ritus domini ferebatur super aquas. i. super corde dulci. & mansueto. Et contra spiritus malignus requiescet super terram. i. terrenos: datam sibi ad mancducandum, & incorporandum Geñ. iij. terram comedes. Et super aerem. i. superbos: datũ sibi ad habitandum Ephe. iij. Principẽ aeris huius. Et super ignẽ gehennæ datum sibi ad combustionẽ. Matth. xxv. Discedite &c. Et super ignẽ concupiscẽtiæ. datum sibi ad succedendum. Osee. vij. Omnes adulterantes O quasi clibanus succensus à coquente. Tertiò, necessaria est trãquillitas mentis. Esa. lxvj. secundum aliam translationem. Super quem requiescet spiritus meus: nisi super humilem, & quietum? Secundum desyderatum est amoris conseruatio: quam spopondit ibi: & mansionem &c. Conseruatur autem ignis spiritussancti sicut & materiale P per tria. s. Super positionem ciueris. i. memoriam mortis: & per lignorum appositionem. i. bonorum operum continuationem. & sufflationẽ. Sed tres sunt sufflatores. i. ipse homo feruentia desideria concipiendo. Eccl. xxviij. Si sufflaueris quasi ignis exardebit. Et Christus hunc ignem spirans: ipsum magis inflammando. Ioã. xx. Insufflauit, & dixit. Accipite spiritum sanctum. Et Q bolus qui exsufflando extinguit. Esa. lviij. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas. Sed extinguendo illum: accendit concupiscentiam. Tertium desyderatum est per aliquem modum scire se esse in amore Dei: & hudius Christus dat signum ibi. Si quis diligit me sermonem &c. Sunt autem su- per hoc signum tria alia. i. abundantia lachrymarum, remissio iniuriarum, & desyderiũ supernorũ. In cuius signum Spiri

A Spiritussanctus in triplici signo visibili apparuit. f. super Christum transfigurãti in specie nubis habẽtis guttas humoris: & super ipsum baptizatũ in specie columbæ felle carẽtis: & super collegium apostolicum in specie ignis qui semper tendit sursum. ¶ Quantũ ad secundum Christus tetigit modum quo eis debebat manifestari quo ad fidem perfectam, & plenam notitiam diuinorum: cùm subditur (Hæc locutus sum B vobis apud vos manens). s. secundum præsentiã corporalẽ quasi diceret. Modo non potestis propter indispositionẽ vestram illam plenã notitiam capere: vnde expedit vobis vt vadam à vobis corporaliter: vt cum patre, & spiritu- sancto veniam spiritualiter. Aug. Alia est illa mãsio quam promisit futuram: alia vero hæc quam prẹsentem esse testatur. Illa spiritualis est, atq; intrinsecus mentibus redditur. hæc corporalis C forinsecus oculis, atq; auribus exhibetur. Hæc ille. (Paracletus autẽ spiritussanctus) Nota quòd Paracletus idẽ est quod aduocatus, vel consolator: & hic pro cõsolatore ponitur: quia Christus tristibus loquebatur. (quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia) necessaria ad salutem pro vobis, & pro docẽdis à vobis (& suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.) Est D autem hîc multiplex dubitatio. Et prima est. Quęnam persona diuina sit ista de qua est hic sermo: nam quęlibet potest dici spiritussanctus. Ad hoc dicitur quòd secundum Didymum, & omnes sanctos: ista persona neq; est pater, neq; filius. Et hoc patet quia à patre mittitur, & in nomine filii mittitur. Est tamẽ aduertendũ ex doctrina. S. Tho. j. parte q. xxxj. quòd Spiritussanctus sumi potest in vi duarũ dictionum. & isto modo procedit argumẽtum factũ ꝙ quælibet diuina persona, dicitur Spiritussanctus, quia quælibet eorũ est spiritus & non corpus. & sanctus: & nõ malus. Sumitur etiã in vi vnius dictionis: sicut & hoc ipsum quod dico Ioãnes petrus. & sic ex accõmodatione vsus diuinæ scripturæ est nomẽ tertiæ personæ per modũ amoris procedẽtis. Processio enim amoris, & relationes ad eam pertinẽtes: & persona sic procedẽs propter ignorãtiam nostrã solùm ex accõmoda F tione habẽt propria nomina. Rationabiliter autẽ sic nominatur ista persona, vt dicit, Primò, quia pater, & filius cõmuniter sunt Spiritus: & sunt sancti. Vnde dicit Aug. xv. de Trini. Qui cõmunis est ambobus id ipse propriè vocatur quod ambo cõmuniter. Secundò, quia spiritus quod impulsionem. & motũ dicit amori cõpeti compellenti in amatum. Hæc omnia. j. Tho. ¶ Secũda dubitatio est cur dicatur Paracletus G i. aduocatus, vel cõsolator cùm primũ etiam filius cõuenìat. de quo. j. Io. ij. dicitur Aduocatũ habemus apud patrẽ. Secundo, verò cõueniat patri, de quo. j. Cor. j. dicitur Pater misericordiarũ, & Deus totius consolationis. Ad hoc dico quòd omnis effectus Dei in creatura siue ad extra cõmunis est omnibus diuinis personis, iuxta regulã theologicã: quæ est: ꝙ indiuisa sunt opera Trinitatis. s. ad extra. Aliqnis tñ effectus alicui H personæ appropriatur. Sicut enim patri appropriatur potẽtia, filio sapiẽtia, spirituisancto bonitas. Ita & appropriantur eis operationes in quibus ista præcipuè apparet: iuxta doctrinam. S. Tho. in. iij. di. iiij. ¶ Ad argumentũ ergo dico ꝙ esse consolatorẽ quod omnibus commune est dicitur de spiritusancto. Primo, quia quod cõuenit oĩbus con-

I uenit etiã singulis:& specialiter de illo dicit qui tũc visibiliter mittẽdus erat. Secũdò, quia bonitas cõsolantis, & benignitas in cõsolãdo:magis quàm eius sapiẽtia,aut potẽtia manifestari videt: ideo esse consolatorẽ appropriat ei cui bonitas. Esse autẽ aduocatũ orãdo competit solùm Christo, vt homo est: sed orare faciendo cõpetit Spiritui sancto. Idcirco enim vt dicit Greg. Spiritus sanctus aduocatus dicit: quia pro erro-
K re delinquẽtium apud iustitiam Patris interuenit. dũ eos quos repleuerit exorãtes facit. Hæc ille. Cõpetit etiã alii cũ sit opus ad extra. ¶ Ad argumẽtum autẽ cõtra hoc dico, ꝙ Christus spiritũ sanctũ dicit Paracletũ nõ principaliter ratione aduocationis: sed ratione cõsolationis: qa merẽtibus loquebat Chry. Cõtinuẽ autẽ eum Paracletũ vocat ꝓpter cõtinentes eos tribulationes. Hæc ille. Dico secũdò, ꝙ cùm homo potissi-
L mum ex amore potius quàm ex potẽtia, vel sapiẽtia prouocetur ad orationem, fortè ꝙ orare per nos appropriat spiritui sancto. de quo dicit apostolus Ro.viij. ꝙ postulat. i. nos postulare facit pro nobis gemitibus inenarrabilibus. ¶ Tertia dubitatio est, Vtrũ cùm dicitur Spiritus sanctus mitti à patre in nõe filii Spiritus sanctus debeat dici, & nominari filius. ad hoc dico primò, ꝙ sic ideo dicit: quia spiritus sanctus de-
M beatur fidelibus visibiliter aliqũ ad inuocationẽ nominis Christi. Licet enim propria forma baptismi sit in nõe totius Trinitatis: tũ ex speciali causa, & cõsilio spiritus sancti apostoli aliquo tẽpore baptizauerunt in nõe Christi ad reddendũ nomẽ Christi amabile: vt patet Act.xix.& per.S.Tho.in.j.parte.q. lxvj. Dico secundò, melius: & secũdum mentẽ Didymi: lib.de spiritu sancto ꝙ sicut filius dicit se venisse in nõe patris sui. Ioã.vij. nõ quia esset Pater: sed erat filius patris eiusdẽ essentiæ, & non N
personæ: & subiecit fideles suos patri. Ita & Spiritus sanctus venit in nõe filii. nõ quia sit filius: sed quia est spiritus filii: secundũ apostolũ Gal.iiij. eiusdem essentiæ & nõ personæ: & subiecit fideles suos patri. Ita, & spiritus sanctus venit in nõe filii: nõ quia sit filius: sed quia est spiritus filii. secũdum apostolũ O
Gal.iiij. eiusdẽ essentiæ, & nõ personæ ab eo procedẽs, & ei fideles cõfiguratus inquãtum per illũ adoptamur in filios Dei. Iuxta illud. Gal.iiij. in quo clamamus Abba, Pater. ¶ Quarta dubitatio est. Cur dicat ille vos docebit omnia, cùm docere videat appropriatũ ei cui appropriat sapientia. i. filio. de quo dicitur. Io.j. illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Ad hoc autẽ vi- P
detur dicere Aug. ꝙ cùm docere tribus personis cõueniat: hoc attribuit Christus spiritui sancto: non quia ei appropriet, sed vt in notitiã spiritus sancti venirẽt discipuli. Ait enim, Nunquid autẽ discit filius & docet spiritus sanctus: vt dicẽte filio verba capiamus. docente autẽ spiritu eadẽ verba intelligamus. Omnis enim dicit, & docet Trinitas: sed nisi etiã sigillatim cõmendaretur eam nullo modo humanacapere, vt Q
oportet, posset infirmitas. Hæc ille. Vel possumus dicere ꝙ filio appropriatur docere immediatè illuminãdo: sed spiritui sancto docere mediante: inflãmando, & disponẽdo ad susceptionẽ illuminationis filii. Nam animalis homo nõ percipit quæ Dei sunt. j. Cor. ij. Ideo spiritus cuius est nos bonos, & spirituales facere: docet nos efficiendũ doctrinæ capaces. ¶ Quinta dubitatio est. Quomodo dicat Spiritus sanctus apo-

stolis suggerere cũ vt dicit Greg. suggerere soleat esse minoris. Ad hoc dico: ꝙ cùm suggerere sit subministrare: & etiã latẽter suadere spiritus sanctus sicut Greg. dicit suggerere dicitur, nõ ꝙ nobis scientiã ab imo afferat: sed ab occulto. Hæc ille. Et dicit ab imo. i. quasi inferior sicut seruus de aliquibus docet. dũm. Vel secũdum Aug. suggerere est ad memoriã reducere. Sicut enim
R dicit Theop. spiritus sanctꝰ docuit quæcunq; Christus nõ dixerat tanq̃ imporxerat: sed obscuritatis causa, vel intellectus tarditate cõmendare memoriæ nequiuerũt. ¶ In hac parte est morale documentũ vt qui appetit notitiã diuinorum: studeat diuino amore, & morũ bonitate pollere. Greg. in homil. Nisi autem idẽ spiritus cordi adsit audientis: otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo
S docẽti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit qui doceat doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Hæc ille. ¶ Iterũ moraliter sciendũ est: ꝙ Spiritus aduocatus dicitur. Est enim aduocatus bonus qui scit sapienter cõsulere, luculẽter suadere, & potẽter vincere: ideoq; tria requirit, sapientiã, eloquẽtiam, & constantiã. Et sapientia sine eloquẽtia est inutilis,
T & eloquẽtia, sine sapientia est garrula & vtraq; sine cõstantia est fraudulosa. Ideo dñs apostolis dedit Spiritum sanctum in linguis, & igne. In linguis quidem: quia dedit eis facũdiam. In igne verò qui lucet, & ardet: quia dedit eis lucidã sapientiam, & feruentẽ constantiam. Sed multi sunt habẽtes linguã inflammatã, quidem nõ isto igne: sed infernali. Iaco.iij. Lingua inflamata gehenna. ¶ Nota quòd Deus secundũ triplicem prouinciã fecit triplex linguagium, vt ita dicam, siue idioma. Et idio- E
ma cœlestis regionis est Deum laudare. Psal. In secula seculorum laudabũt te. Regionis verò terrestris est de terrenis tractare. Ioã.iij. Qui de terra est de terra loquitur. Infernalis verò est Deum blasphemare. Esa.viij. Irascitur scilicet, damnatus. & maledicit regi suo. cognoscitur autem quis ad loquelam cuius sit regionis. Nam loquela tua manifestum te facit. Matthęi.xxvj.
¶ Quantum ad tertium tangitur exF hortatio Christi ad discipulos de perseuerantia. Ad cuius intellectum sciendum est quòd secundum quod dicitur ab Aug. super Ioan. & de verbis Domini &. S. Thom. in diuersis locis: triplex est pax, scilicet, mundanorum, & sanctorum, & beatorum. Et secunda includit primam non è conuerso. & tertia secundam non è conuerso. Pax mundanorum non est vera nisi quatenus
G aliquid participat de pace sanctorum: quia extrinsecus tantùm modo est. Nam est apparens vnio animorum. Pax autem sanctorum, sicut dictum est supra feria quinta, post Pascha, tria requirit. Nam cùm sit tranquillitas ordinis secundum Augu. & homo habeat triplicem ordinem, scilicet, ad seipsum, & ad proximum, & ad Deum: ad eam requiritur, Primò, tranquillitas in seipso quantum ad tria quæ in homine
H debent ordinari, scilicet, quò ad intellectum ne errore aut affectione inordinata perturbetur quò ad volũtatem: vt secũdum intellectum dirigatur: quò ad sensum: & secundum voluntatem, & rationem reguletur: & non perturbetur inordinatis passionibus. Secundò, tranquillitas ad proximum per vinculum amoris. Tertiò, tranquillitas ad Deum per charitatis cõsortium. Vnde

I Aug. de verbis domi. diffiniens pacem sanctorum, ait. Pax est tranquilitas mētis scilicet, quo ad rationem: serenitas animi: quo ad sensum simplicitas codis: quōad voluntatē amoris vinculum ad proximum consortiū charitatis, quo ad deum. Pax verò beatorū includit omnia quæ sunt de ratione beatitudinis. vt pote impossibilitate amittendi tranquillitatē prædictorum
K ordinum. Sic ergo præsentē literā exponere debemus secundū mentē Aug. (Pacē) sanctorum relinquo vobis. vt s. eā totis viribus āplecti velitis. Au. de verbis domini. Non poterit ad hæreditatem domini peruenire qui testamē tum pacis noluerit obseruare: nec pōt concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Hæc ille. (Pacem meā) id est pacem,
L quam habeo: & vos non habetis: neque hic habere potestis: cum sit beatorum (ido) id est dabo (vobis) in futura felicitate per effectum: nunc autē do, per sponsionem, & infallibilem spem. (Nō quomodo mundus dat ego do vobis: In tribus enim pax Christi quā nobis daturus est: imo & quā dat in præsenti: à pace mūdi distinguit, s. in perfectione, in veritate, & in fine. Pax enim mundi
M est imperfecta: quia tantū exteri⁹ quieta. Vnde Esa. xlviij. Nō est pax impiis dicit dominus. s. perfecta. Est etiā ficta quia loquuntur mundani pacē proximo suo: mala autem in cordibus eorū: vt dicit Psal. Et ordinatur ista pax ad quietem fruendum tēporalibus bonis. Sed vtraque pax Christi est perfecta, & vera: & ad æterna bona ordinata. sed qa dixerat domin⁹. pacē relinquo vobis quod est recedētis secūdū Chry. ne ex amorē turbentur, vel timore formident: subditur (nō turbetur cor ve-
N strum neque formidet) eo q̄ soli qui si agni inter lupos remaneatis. (Nam audistis, quia dixi vobis vado & venio ad vos (id est non ita recedo quin veniā vos sæpe inuisere & visitare. Sed quia hoc totaliter nō consolabat eos: & subditur. (Si diligeritis) me amore amicitiæ veræ & rationabiliter gauderetis vtique de meo discessu. non vt
O sic: sed est vt mihi bonum (quia vado ad patrem) secundum humanitatem. & sic gaudebo nouo modo de mea ascensione, & sessione ad dexteram patris. Vado autem illum (quia pater maior me est) non quo ad meam deitatē: quæ cadē est cum paterna: sed quo ad humanitatem. Pōt tamē secundum Hila. Pater dici maior non potestate sed autoritate principali, vel do-
P nantis: sed filius non est minor: sed æqualis Ego autē addo q̄ sanè intelligendo eo modo quo pater est maior filius est minor. s. origine. Nā sicut esse
C se di. (Sed) supple morior (vt cognoscat mundus) ly vt stante consecutiuè, & non causaliter. Non enim hoc fine moriebatur vt id scimus sed eo moriēte pro peccato aliorum consequenter hoc sciuimus (quia diligo patrem) cui ipse ad mortē obedio (& sicut mandatum dedit mihi pater) vt pro salute peccatorū moriar (sic facio) In quo
D nobis reliquit obedientiæ documentū ad quod semper debemus inspicere. Ioxta illud Hebre. xij. Aspiciamus in authorem fidei: & consummatorē Iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.

minorem est esse à quo alius ita minor est qui ab alio. Et hoc expressē sentir. s. Tho. in suo simili de po. q. x. arg. j. vbi cōcedit filium esse principiatum. ista tamē nō sunt corā rudibus asserē da: quia fortè malè sonarent. (Et nunc dixi vobis priusquā fiat) de mea morte, & resurrectione, & ascensione (vt cum factū fuerit) & completum totū hoc (credatis) non ea ipsa quæ videbitis secundū Aug. sed etiam Christū filium Dei: qui hæc potuit facere & prænuntiare. ¶ Sed hic est qō vna quia ex dicto Aug. videtur sequi quōd passio, vel resurrectio, ait Ascēsio Christi quo ad apostolos: qui ista viderunt: nō sint articuli fidei. Sed dicendum est quōd licet viderent hominē mori tamē q̄ ille homo esset deus hoc non videbant ideo fide credebant Deum mortuum: &

A & sic de aliis. Subdit autem Christus aliam causam quia debebant apostoli de eius morte consolari quia non patiebatur propter aliquod suū delictū: sed innocēter cum dicit (Iam nō multa loquar vobiscū quasi dicat secūdum Bedam. Tempus vrget vt capiar ad mortem. (Venit enim princeps mūdi huius) id est. hominum mundanorum.
B Est autē secundum Aug. iste princeps Diabolus. qui malis hominibus dominatur: non ratione creationis: sed seductionis. Venit aūt inquit ad cor Iudęorum vt me prodat & ad cor Iudęorum vt me crucifigant (& in me non habet quicquam) quia. s. vt dicit Bern. Peccatum Christus neque contraxit, neque commisit. Sed quare moriebatur si non habebat peccatū cum pœna peccati sit mors. Ad hoc respondet ip-

Feria. ij. infra octa. Pentecostes. Ioan. iij.

SIc Deus dilexit mũ
dum, vt filium suũ
vnigenitum daret:
vt omnis qui credit
in eum non pereat: sed habeat
vitam æternam. Non enim mi
sit Deus filium suum in mun-
dum, vt iudicet mundum: sed
K vt saluetur mũdus per ipsum.
Qui credit in eum: non iudi-
catur. Qui autem non credit,
iam iudicatus est: quia non cre
dit in nomine vnigeniti Filii
Dei. Hoc est autem iudicium:
quia lux venit in mundum, &
dilexerunt homines magis te-
L nebras quàm lucem. Erant
enim eorum mala opera. Om-
nis enim qui malè agit, odit
lucem, vt non arguantur ope-
ra eius. Qui facit veritatem,
venit ad lucem: vt manifesten
tur opera eius: quia ideo sunt
facta.

M

SIC DEVS DILE-
xit mundum. vt filium suũ
vnigenitum daret &c. Ioan.
iij. In præsenti Euan. tan-
guntur circa puncta quæ sunt Condi-
toris benignitas: Hominis malignitas,
& Malignitatis qualitas. ¶ Quantum
ad primum tangitur magna dei beni-
gnitas qui filiũ suum dedit morti. pro
mundo. i. homine. Hanc autem beni-
gnitatem Ghristus postquã se dixerat
exaltandum. i. in cruce moriturum ne
quis miraretur de morte eius introdu-
cit, dicens. (Sic Deus dilexit mundũ)
id est hominem secundum Chrys. qui
dicitur minor mundus (vt filium natu
ralem: nõ adoptiuum (suũ) nõ alienũ
(vnigenitum) in quo ex consequenti
totus erat amor patris nõ diuitus in
plures filios (daret) liberè sine præce
denti merito condigno vt patet per
san. Tho. iij. q. xxiij. di. j. & sine spe re-
munerationis. Deus enim non agit ad
acquirẽdũ sibi sed ad cõicãdũ aliis. Se-
cus de homine qui semper principali-
ter, vel secundario in suo opere inten-
dit aliquod bonũ acquirere. Ideo, vt di
cit Auice. solius Dei actio est mere li-
ralis (daret) inquantũ pretsũ in exem
plum: & in præmiũ. Notat autẽ hic. s.
Tho. ꝙ amor dei qui est causa omniũ
bonorũ nostrorũ est magn° ex quatuor
Primo ex persona amantis: q̃ est Deus
infinitus & immensus. Secũdo ex cõdi
tione amati. i. hominis: q̃ est mũdanus
corpore & affectu existens in peccatis.
Tertio ex magnitudine doni: q̃ filiũ
sum vnigenitum dedit. Quarto ex ma
gnitudine fructus: quia vt habeamus
vitã æternã. ¶ Sed est hic duplex qõ.
Prima qũo fili° dei dari potuerit i mor
tem cũ sit Deus. Ad hoc dicit Theo. ꝙ
cũ in Christo sit vna ꝑsona subsistẽs in
diuina. & humana natura eadẽ fuit pe
sona hominis, & Dei. Et ideo q̃ sunt di-
uinitatis attribuũt homini: & q̃ huma-
nitatis Deo rõne idẽtitatis suppositi.
Vnde verè dicim° ꝙ fili° hoĩs descen-
dit de cælo: & ꝙ filius Dei mortu° est.
Dedit autẽ eũ pater ad mortẽ secundũ.
s. Tho. inquãtũ dedit ei volũtatem pa-
tiendi. Et hoc dupliciter inqt. Primò
qa inquãtũ Deus habuit ab æterno vo
luntatẽ patiẽdi à patre. Et secũdo: qa
inquãtũ homo inspirata est à Deo ani-
ma

A me Christi volũtas moriẽdi pro nobis.
Ala qõ est. Vtrum deus plus hominẽ
qã Christũ dilexerit: quẽ pro homi-
nibus tradidit ad mortẽ? Ad hoc dicit.
s Tho. j. par. q. xx. ꝙ Deus pl° Christũ
cã totũ vniuersum diligit: quia vult
ei maius bonũ. s. esse verũ Deũ. Neque
ius excellẽtiæ aliqd: depereret ex hoc
ꝙ in mortẽ traditus est. imo ex hoc ef-
fectus est victor gloriosus Et videtur
B intẽdere. s. Tho. ꝙ si ira Deus Christũ
pro hominibus tradidisset sicut nobis
tradit bruta: quia. s. nullũ eis bonũ pro
uenit ex hoc ꝙ eis vtimur: christ° fuis-
set minoris prætii quã genus humanũ.
(Vt omnis qui credit in ipsum) per-
pendite verba Saluatoris nostri non
dicit: vt omnis qui credit ei vel eũ: sed
in eum sine ipsum ad ꝙ non sufficit fi-
dei. sed oportet adesse motũ in Deum:
C vt patet. ij. ij. q. ij.) Nõ pereat. i. frustre
tur suo fine adquẽ est factus à Deo: sed
habeat vitã æternã quæ est finis eius.
(Non enim misit Deus filium suũ in
mundũ quãtũ ad aduẽtũ in carnẽ (vt
iudicet mundũ.) Sed cõtra. Nã in iudi
ciũ ego veni. Io. ix. Ad hoc dicit. s. Th.
ꝙ cũ duplex sit iudiciũ. s. discretiõis, &
cõdẽnatiõis, fili° dei i primo aduẽtu ve
nit i iudiciũ discretiõis q̃tũc sũt homi
D nes obstecati, & q̃busdã discret i q̃busdã
gratiæ lumine illum inatis: nõ autẽ in
iudiciũ cõdẽnatiõis. (Sed vt saluetur
mund° p ipsum) quãtum in se est Au.
Quare saluator dict° est mundi, nisi vt
saluet mundũ. Ergo quãtum in medio
est: sanare venit ęgrotum. Ipse se inter
imit q̃ præcepta medici seruare cõtẽnit.
Hæc ille. ¶ Quãtum ad secundũ dicit.
(Qui credit in eum) & nõ solum ei vel
eum (nõ indicaẽ). i. nõ cõdẽnabit secun
dum Alchui. Et hoc intellige i iudicio
cõdẽnatiõis: sec° iudicio discussionis.
Discutient eũ fideles mediocriter bo- E
ni, & mediociter mali, Quidã tñ hære-
tici ex hoc, & ex illo. Mar. vl. Qui cre-
diderit & baptizat° fuerit saluus erit
dixerunt nullum fidelẽ æternaliter dã
nandum. Sed secundum hoc etiom Dæ
mones salucrẽtur: quia credunt, & cõ-
tremiscunt. Iac. ij. Est ergo hic sermo
de fide viua. Intelliguntur ergo prędi-
cta de credente in Deum. i. cũ fide for-
tè. Assumũt autẽ secundum. s. s. Tho. & F
aliud fundamentum. s. verba Apostoli
j. Corin. iij. Fundamẽtũ aliud nemo po
test ponere. Et ibidẽ. Si cuius opus arse
rit: ipse quidẽ saluus erit, sic tamẽ quasi
per ignẽ, Dicunt ergo ꝙ saluãtur fidei
fundamẽto: licet purgentur igne. Sed
soluitur per idẽ: qa fides informis non
est fundamentum salutis. (Qui autem
nõ credit iam iudicatus est) vel secun G
dum meritum prȩsentis iniustitiæ: vel
secundum diuinam præscientiã. Aug.
nondum apparnit iudicium: sed iam
factum est iudicium. Nouit enim do-
minus qui sunt eius nouit qui per-
tineant ad coronam: & qui perma-
neant ad flammam. Hæc ille. Vel se-
cundum Chrysosto. dicitur iudicatus
talis: quia hoc ipsum quod est esse
extra lumen fidei magnum supplicitũ
est. Vel vt idẽ dicit: est iudicatus: quia H
habet vnde iustè iudiceiur: sicut Adam
ea die qua de cibo vetito manducauit
mortu° est & hoc est esse iudicatũ secũ
dum præsentem iniustitiam. Vel se-
cundnm Grego. & Chrysosto. dicitur
iudicatus: quia habet manifestam cãm
dãnationis: ideoque in iudicio non dis
cutientis compatenter inciderit à sa-
lute ad quam non nisi per Christũ ve-
nitur. Ideo subditur (quia non credit
in nomine vnigenti filii dei. (Alchui.
In hoc eũ solo nomine est salus. Hæc

ille. ¶ Sed contra: quia paruuli cum baptiſmo decedentes neq; crediderunt neque iudicati ſunt. Ad hoc dicit Aug. li. de baptiſ. par. ꝙ tales per ſacramenti virtutē, & reſponſionē offerentium cōputantur in numero credentium. Secus vero ait de paruulis non baptizatis: quia in numero ſunt non credētium. Deinde ſecundum Alchuinum redditur cauſa quare iuſtum ſit tale iudicium: cùm dicitur. (Hoc eſtautem iudicium). i. iſta eſt cauſa iudicii. vel ex hoc apparet ꝙ iuſtè infideles, & impii iudicantur. Vel hoc eſt iudicium. i. cauſa maioris condemnationis ingratitudo, ſcilicet hominum ad Deum (quia lux). i. ipſe Chriſtus ſecundum Bedam (venit in mundum). i. ad homines ita quod eam quærere non habuerunt: vt dicit Chry. (Et dilexerunt homines magis tenebras). i. peccata ſecundum Bedam quæ ideo tenebræ dicunt. vel quia omnis malus: ignorās eſt intelligibili particulari: vel quia malè operantes quærunt in tenebris. i. in occulto operari, & latere communiter vel quia ad æternales tenebras ducunt (quam lucē). i. chriſtum. Ex quo patet quod inexcuſabiles ſunt. Nam ſicut dicit Chryſ. Qui in abſentia lucis: quia. ſ. non habet notitiam chriſti: in tenebris reſidet aliquo modo excuſabilis eſt: qui vero in præſentia lucis hæret tenebris: nullo modo. Beda. Moraliter etiam illi magis tenebras quam lucem diligunt: qui ſuos prædicatores benedicentes odiis, & detractionibus inſequūtur. Hæc ille. Quantum ad tertium tangitur huius tantæ ingratitudinis cauſa ſecundum Bedam. cum dicitur. (Erant enim eorum) ſcilicet hominum aliquorum (mala opera.) Habuiſſe tamen mala opera non fuit ſufficiens cauſa fugiēdi à Chriſto. Nam quidam habētes mala opera chriſto ocurrerunt puta Publicani, & peccatores. Sed fuit hæc occaſio, & ſufficiens cauſa fuit habuiſſe intentionem perſeuerandi in eis. Chry. Nullus vtiq; eligit in errore viuens ad fidem venire: niſi prius inſcribat ſibi ipſi vitam rectam. Hæc ille. Sed non videtur quod omnes infideles habeāt mala opera: quia Cato, & plures philoſophi operati ſunt virtutem. Ad hoc dicit Chry. vt allegat. S. Tho. quod aliqui operant bene ex naturali diſpoſitione ſcilicet qui non impugnantur concupiſcentia. Alii autem ex virtute, ſcilicet qui impugnantur. & hoc eſt proprium fidelium. Vel poteſt dici ſecundum. S. Th. quod licet infideles facerent bona non tamen virtutis amore ſed per inanem gloriam. Et non operabantur omnia opera bona quia deo cultum debitum non reddebant. Vel pōt dici quod dūs dicit fuiſſe opera mala Iudæorum maximè principalium: nō autem Gentilium: quia adhuc eis non erat lux antinūtiata, niſi priuatè & in caſu. Ideo ſubditur. (Omnis qui malè agit) id eſt qui eſt in intentione peccandi ſecundum Alchuinum. Nam qui tam caret tali intentione: non agit malum, ſed egit (odit lucem) id eſt veritatem non per ſe: ſed per accidens. Augu. x. confeſsio. Quia enim falli nolunt tales & fallere volūt amant veritatem cùm ſeipſam iudicat. & oderunt eam, cùm eos ipſa iudicat. Amant ergo veritatem lucentē, oderūt eam redarguentem. Hæc ille. Vnde ſequitur. (Et non venit ad lucem). i. ad veritatem: ſeu ad hoc vt pareat veritas quò ad opera eius (vt non arguant opera eius. Qui autem facit veritatem) id eſt opera recta: quæ dicuntur opera veritatis: quia ſunt conformia regulæ diuinæ ſapientiæ. & iudicio rationis rē

rē iudicantis. Veritas enim eſt conformitas rei ad intellectum. Vel dicuntur opera veritatis: quia ſunt ab homine vero id eſt qui talem ſe exhibet in operibus qualis eſt in verbis & ſignis. Qui libet autem in verbis, & ſignis communiter vult apperere bonus: cui apparentiæ in bonis concordat operum exiſtentia: in malis vero diſcordat. (Venit ad lucem.) Sed nunquid ante chriſtum ali quis ſic fecit? Videtur enim quod non quia ante chriſtum omnes peccauerūt vt dicitur Roma. iij. ad hoc autem dicit S. Tho. quod ſecundum Auguſt. ſis cui diſplicet malum quod fecit relinquens tenebras peccatorum facit in ſe veritatem, & venit ad lucem (vt manifeſtentur opera eius). (Sed contra quia nullus debet ſua bona publicare: vnde & phariſei de hoc à domino reprehenduntur. Ad hoc autem dicit Sanct. Th. quod licitum eſt velle opera ſua manifeſtari coram deo, vt approbentur & in ſua conſcientia vt gaudeat quis ſecundum illud. j. Cor. j. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ & coram hominibus ad honorem Dei, & fidei vtilitatem ſecundum illud Mat. v. Sic luceat &c. non autem ad honorem proprīū. Hæc ex illo. Et intellige quod licet manifeſtationem apud homines quærere perfectis. Vnde. S. Tho. dicit quod ſancti hoc appetunt. Vide de hoc feria ſexta poſt dominicam quinquageſimæ. Vel dicit (vt manifeſtētur opera eius). i. non verēt publicari: quantū eſt ex natura ſuorum operum quamuis fortè velit propter humilitatem, & non propter verecundiā latere (qa in Deo ideſt ſecundum deum (ſunt facta) & cō ſequenter non ſunt reprehenſibilia ſed laudabilia quia deus malum velle non poteſt. ¶ In hac parte eſt documentum literale quod peccatum eſt cauſa, vel ſaltem occaſio morādi in peccato. Gregō. Peccatum quod ſtatim per pœnitētiam non diluitur mox ſub pondere ad aliud trahit.

Feria.iij.infra octa.Pentecoſt.Io.x.

QVi non intrat per oſtium in ouile, ouium, ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt, & latro. Qui autem intrat per oſtium: paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit: & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim et educit eas. Et cum proprias oues emiſerit ante eas vadit: & oues illum ſequuntur: quia ſciunt vocē eius. Alienum autem non ſequūtur ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis, Ieſus. Illi autē non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ieſus, Amen, amē dico vobis quia ego ſum oſtiū ouiū. Omnes quotquot venerunt: fures ſunt, & latrones, ſed non audierūt eos oues. Ego ſum oſtiū. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur & ingredietur, & egredietur: & paſtua inueniet. Fur nō venit niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant

beant & vt abundãtius habeãt.

QVI NON INTRAT per ostium in ouile &c.) Io. x. Præsens euangelium tria continet puncta. In primo tangitur quoddã prouerbium. In secũ do exponitur illud. In tertio compara tio fit inter furem,& bonum pastorem. ¶ Quantum ad primum sciendum est, secundum Chrys.quod ante præsentia verba Chrystus arguerat Phariseos de cæcitate: quia in eum non credebant. Sed quia potuissent dicere:ideo te non sequimur:quia non tenemur cùm non sis pastor,sed erroneus ideo vult se ostẽ dere pastorẽ verum. Præmittit tamen aliqua de fure: quia oppositа iuxta se posita magis eluescũt. Sed secundum Augu. ista dicuntur contra Phariseos, & similes qui quandam iustitiam operum habentes:& fidem christi non habentes credunt se rectè viuere,quod nõ est verum. Vnde ait. Nec bene viuere dicendi sunt qui finem bene viuendi, aut cæcitate nesciunt,aut inflatione cõ temnunt.Hæc ille.Dicitur ergo.(Amẽ amen).i.verè(dico vobis) geminãt autem ly amen,causa maioris expræsionis.(Qui non intrat per ostium in ouile ouium.) Secundum Aug.& Chrys.& S.Th. & omnes istud ouile est ecclesia idest congregatio fidelium:sine ecclesia siue synagoga dicatur.oues autem sunt fideles. ¶ Sciendum est autem quod ad ouile intrat ouis,vt conseruetur. & pastor principalis. i. Dñs Iesus ac subtitutus.i.vicarius eius vt conseruet oues & fur,vt furetur,sed duo primi per ostium intrant. De omnibus autem his ingresibus loquitur dominus. Sed pro intellectu dicendorum sciendum est quod cùm duplex si spiritualis pastor scilicet principalis.i.christus & subtitutus.i.prælat⁹,& ipse christus sit ostiũ respectu pastoris substituti: respectu ipsius christi oportet aliud ostium intelligere.i.scripturã ipsam: & Dei voluntatem expressam in scriptura. quã destinauit christum in pastorem gentibus. Vnde ouibus,& pastoribus substitutis ostium est christus,& scriptura loquens de christo,sed ipsi christo ostium est scriptura,& deus. Istud igitur ostiũ secũdum Chry.est sacra scriptura quæ facit fidelibus quod ostium facit ouibus. Vnde ait He. s. scripturæ Dei cognitionem aperiunt:hæ oues custodiũt & lupos superuenire non permittunt: hæreticis introitum præcludentes.Hæc ille.Augu. autem per ostium intelligit christũ:sed reuera idem est sensus Aug. & Chry. Nam in christo sunt impletæ scripturæ: ideo qui per scripturas intrat: intrat etiam per christũ.i.fidem & conuersationẽ christi per quã quis efficitur de numero ouium Christi. Cùm enim ipse christus se dicat ostiũ nõ est rationabile quod Chry.aliud per ostiũ voluerit intelligere:nisi dicat quod loquitur de ostio vt conuenit principali pastor tantũ. Siue ergo sit scriptura, siue fides,vel vita christi ideo dicit ostiũ quia ad ouile ducit: & iterum ex ouili ad pascua æternæ viriditatis.(Sed ascẽdit aliunde.) Hoc est secundum Chrys. aliam sibi,& non legitimam vitam facit.Tales autem sunt multi: vnde non specificat viam per quam sine ostio intratur: quia malũ multis modis fit. Et quidem qui ingredit,vt pastor principalis, ascendit aliunde quando non est per voluntatem Dei & sacras scripturas ordinatus caput,& redemptor gentium vt antichristus,& multi alii. Sed loquendo de quocunq; alio intrãte. Primo aliunde ascendit,siue velit intrare, vt ouis siue non:vt ouis, sed vt pastor: qui non credit intellectu rectè secundũ scripturas. Secundo qui non imitatur affectu vitam christi.Augu. Intrat per ostiũ qui intrat per christum: qui imitatur passionem christi: qui cognoscit humilitatẽ Christi. Hæc ille.Vbi nota quod ter ponit ly qui sed primũ nõ ponit in numerum cũ reliquis: ita q̃ secũdum qui valet ly. i. & consequenter tangit duo per quæ intramus per christũ scilicet cognoscere, & imitari quorum primum est intellectus secundum affectus.Tales autẽ sunt multi.Primò, qui volunt intrare cũ scripturarũ ignorantia:maximè si volunt intrare vt pastores:quia cæcus quærit ducere cæcum. Secundò,quia nolunt Christũ imitari per viam humilitatis,sed volunt ingredi vt dominentẽ,velut superbi.vnde Augu.Qui ad ouile vult intrare per ostiũ non solũ christum prædicet:sed christi gloriam quærat:non suã.Humilis autẽ tanua christus est: qui intrat per hanc tanuã oportet humilẽ esse vt sano capite possit intrare.Qui autẽ se non humiliat sed extollit:per murũ vult ascendere:ideo exaltat⁹ vt cadat.Hæc ille. Hic. Lætamur ad ascensum.timeamus,& lapsum.Non est tanti gaudii excelsa tenuisse:quanti meroris est de excelso cecidisse. Hæc ille. Tertiò: qui contempta christi paupertate per pecunias & propter pecunias vult intrare vt simoniacus.Quarto, qui contẽpta veritate quæ xps̃ est per fictiones ingredit vt hypocrita. Quinto q̃ contẽpta xpi̇ manuetudine per violentiã vult ingredi,vt intrusus.(Ille fur est & latro(Hoc autẽ propriè nõ intelligit de eo qui intrat vt sit ouis tm̃ nullã sup ouibus habituras potestatẽ.Talis em̃ si male ingreditur: nulli nisi sibi nocet.Sed qui intrat quasi aliquid supra oues ptãtis habituras vt pastor principalis vel subrogat⁹& si intrat per ostiũ est fur. Cum em̃ ad ouiũ vtilitatẽ, & gloriã dãi deberet intrare: intrat ad suũ cõmodũ & suã gloriã consequendã.Ideo ex re aliena sine voluntate dãi lucrũ expetit q̃ est furari. Vẽ autẽ Aug.& similiter.s.Th.sic inter ista distinguere vt furis sit rapere latronis occidere.Vnde & latro p̃priè dicit qui latẽs in syluis viatores aggredit.Fur vero qui noctis tp̃e p̃dat.¶ Sed est hic vna q.Si em̃ per ostiũ xp̃m intelligim⁹.quo ipse seipsum dicit pastorẽ. Ad hoc dr̃ q̃ inspiritualib⁹ nõ est incõueniẽs q̃ idem sit ostiũ & pastor scd̃m operationes diuersas.Vñ Chrys. Qui em̃ adducit nos patri ostiũ seducit:q̃a verò p̃curat pastorẽ.Hęc ille.(Qui aũt intrat per ostiũ mõ expositо sicut intrauit xp̃s per deũ, & scripturã & oẽs apostoli per christũ: & similiter p̃ scripturã mõ suo (pastor est ouiũ).s.si nõ est tm̃ ouis (huic ostiarius).i.Moyses scd̃m Chry.cui eloquia dei primo sunt credita.Vel scd̃m Theo. spũssanctus per quẽ referant scripturæ q̃ nobis indicãt xp̃m(aperit).i.ip̃m christũ introducit in ouile p̃ ipsas scripturas quo ad Moysen:vel etiã per illuminationẽ quò ad spiritumsanctũ qui interius & per scripturas verã notitiam tradit.Malè enim dispositus in credendo dum ad suũ sensum scripturã trahit repugnantẽ in ea multas falsitates intelligitur.neq; Moyse,neq; spiritussancto docente scripturas.Sic supra de græcis dictum est:quod cùm dicitur qui à patre procedit intelligunt quoddam falsum q̃.s.Spiritussanctus nõ procedat à filio. Nec tũ intelligo q̃ Moyses bene dispositũ doceat interius illuminando vt spiritussanctus: sed extra tanquam præ

I præceptor loquendo inquãtũ eius scripta exterius proponuntur. Vel secũdũ Aug. per ostiarium intelligitur ipse christus: qui cũ etiam sit ostium ipse, vt ait, se aperit. cùm se exponit. Et nota quod cùm etiam ipse christus sit pastor intrat per ostium scripturarum, & tamen nullus aperit ostiarius, in quantũ deus est: sed intrat nauis clausis nullo, scilicet ei differente scripturas. In quã X tum aũt homo edoctus est à Deo multiplici scientia, vt dictum est, multoties suprà. ¶ Sed ad notitiam horum nota ℣ sicut pastor, & ostium lta & aperire multipliciter dicitur & sumitur. Nam ingrediẽti, vt pastor principalis primò scripturam aperit testificando per verba prophetarũ. deus per miracula vera: & introducendo ipsum ad scepirũ: & potestatẽ super oues obtinendam. iuxta L illud Mat. vl. Data est mihi. s. à deo omnis potestas. Secundò, aperit ei scriptura. & deus non vt ipse intret: sed vt alii intrent ad ipsum: vt aperire huic sit aperire ad hunc. Et sic dicit. S. Tho. ℣ Moyses aperit christo: quia dicitur Io. v. Si crederetis Moysi crederitis. for. & mihi. De me enim ille scripsit. Ingredienti verò vt pastor subrogatus, vel vt ouis, aperit deus, siue spiritussanctus M & scriptura, & christus modo exposito. (Et oues vocem eius audiunt). Ista autem &c. quæ sequuntur: licet cõueniãt cuilibet bona & subrogato pastori in quãtum est idem cum christo: cuius vicem gerit: tamen propriissimè conueniũt christo. Et ideo illa de eo exponemus primò. O ues ergo. i. fideles christi vocem eius audiũt: quia sicut oues ex imaginatione consueta pastoris vocem recognoscũt: ita fideles ex diuina inspiratione, & lumine fidei nouerunt vocẽ christi. i. veritatem doctrinæ suæ. Re- N ctè enim iudicant de his quæ sunt fidei per modum inclinati ouis nisi in affectu suo permittant affectiones malas dominari: (Et proprias oues vocat nominatim). i. propriis nominibus tiquã sibi cognitas. Nouit enim dominus, vt ait Aug. nomina prædestinatorũ. Quãuis etiam posimus dicere ℣ loquitur de ouibus secundùm præsentem iustitiam (Et educit eas.) Primò, secundùm O Chry. de ouili fidelium mittens ad infideles: sicut agnos inter lupos. Secundò, secundùm eundem de medio infidelium vocans ad lumen fidei. Tertio, secundùm Aug. de peccato educens ad gratiam. Vnde ait, Et quis alius oues emittit nisi qui earum peccata dimittit vt eum sequitur nisi duris liberare, vinculis possint. Hæc ille. (Et cũ proprias oues emiserit) scilicet tribus prædictis: P modis (ante eas vadit) præbendo exempla bene operandi. Nec obstat ℣ plerũque pastor ones sequatur. Primò, quia locutio est parabolica: & consequenter nõ oportet similitudinem quo ad singula cõsiderare. Secundò, quia vt, ferunt, in patria illa pastores oues communiter præcedunt sibilantes ore, & instrumento ad hoc ipsum fabricato: & maximè quãdo oues pastorem diligunt. (Et Q oues pastorem diligũt. (Et oues illũ sequuntur) quia sciũt vocẽ eius. alienum autem non sequuntur: sed fugiunt ab eo. quia non nouerunt vocem alienorum. Et intellige ℣ alienum nõ sequitur cũ perseuerantia: secus ad tẽpus ex errore probabili. Aliqui aũt secundùm Chry. dicũtur hic Theodas & Iudas. De his autẽ habetur Act. v. Magister etiã historiarũ: de his introducit Gamalielẽ sic dicentem, Theodas magus vt tradit Iosephus dicebat se esse prophetam à Deo missum, & scire sepulcrum Moysi

A Moysi: & thesauros quos Iudæi in captiuitatem euntes in Synai monte absconderunt. Ad cuius persuasionẽ multi venditis omnibus suis, & sublatis ex vrbe facultatibus ad ripas Iordanis venerunt, & promisit se facturum post triduum vt diuideretur Iordanis, & transirent sicco pede: sicut transierant filii Israel. Et dũ expectauerunt in illo triduo: super veniens procurator præsidis B Syriæ cum multitudine equitum multos ex eis o ccidit: & caput ipsius Theode Hierosolymã reportauit. Post hunc exitit Iudas Galilæus in diebus professionis. i. descriptionis generalis: qui vt tradit Iosephus suadebat Iudæis, vt ne darent tributa Romanis. posteà periit ipse, & quotquot ei consenserunt. Hæc ille. Alieni etiam dicuntur hic secundũ C eũdem per pseudo apostoli tũc futuri: imò & ipse Antichristus secũdũ Theophi. qui de eo dicit: ℣ paululũ decipiẽs non obtinebit sequaces post eius mortem. ¶ Est autem hic vna quæstio: quia videtur ℣ vocem christi audiuerit aliquis qui non erat ouis: sed lupus, vt Iudas: & rursus aliqua ouis non audiuit eam: vt aliquis ex his qui eum occiderunt. Et si dicatur ℣ quãdo nõ audiebant oues non erant. Contra hoc ar- D guit Aug. Nam aliquæ oues dicuntur à Domino per Ezechielẽ errantes. Soluit autẽ ipse Aug &. S. Tho. ℣ dominus loquitur de ouibus secundũ prædestinationem & non secũdùm præsentem iustitiam. & dicunt ℣ vna est vox christi quam omnes, & soli prædestinati audiunt. scilicet qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Possunt autem prædicta secundo exponit de quolibet alio pastore etiam ad literam: quia quãdo est vnum exemplar alterius, vt Salomon christi: & christus aliorũ pasto- rum sub vno textu possunt esse multi E sensus literales. Sicut autem dicit. S. Thomas hic christus tangit signa boni pastoris. Primum est: quia ei aperit ostiarius iuxta præ expositа. Secundũ: quia oues vocem eius audiunt. Signum enim boni prælati est quòd diligatur ab ouibus, id est bonis: quamuis fortè odio habeatur ab hircis, & capris. Tertium: quia proprias oues vocat nomi- natim in quo secũdum sanctum Tho. F notatur quòd respectu ouium habet cognitionem, & familiaritatem: quia illos ex nomine vocamus, quos familiariter cognoscimus. & eas educit de ouili diaboli, id est mundana conuersatione. vt vadit ante eas per exemplum bonæ conuersationis. ¶ Quantum ad secũdum ponitur expositio eiusdẽ: cùm dicitur. (Hoc prouerbiũ dixit eis Iesus) id est parabolam, vel sermonem obscu- G rum. Licet enim communiter dicatur prouerbium id quod communiter est in ore omnium tanquã sententia vera quasi probatum verbum: Tamẽ secũdũ sanctum Thomam prouerbiũ est quãdo aliquid pro verbo. i. loco verbi ponitur. sicut si sententia vna exprimatur per verba parabolica, aut similitudinaria. Sed si volens dicere quòd malitiosi machinantur malum dicat, vul- H pes synodum faciunt. ¶ Vbi nota quòd quãtum ad ethimologiam prouerbium dicitur quasi probatum verbum. Sed quantum ad derivationem, vel compositionem dicitur ex pro, & verbum. Et primo modo est dictum approbatum propriè. communiter verò parabola. Sed secundo modo est èconuerso: quia propriè est parabola, seu dictum parabolicum. communiter vero est omne dictum approbatum communi hominũ sententia. (Illi autem non cognouerũt

quid

I quid loqueretur eis) Augu. Pascit enim dominus manifestis: exercet obscuris. Hæc ille. Ideo verò præcipuè dominus parabolice interdum loquebatur vt occultaret pretiosas sententias indignis, & exerceret studiosos. Dicit autem. S. Thomas quòd ignorantia quæ proueniebat ex verbis Christi est vtilis bonis: quia se exercent ad intelligendum & non valentes intelligere. sed tamen K credentes veras esse admirantur altitudinem sapientiæ diuinæ & consequenter etiam laudant. Impiis autem est dãnosa: quia non intelligentes blasphemant. Ideo, vt ait Augu. inde plus laudat, & blasphemat impius. (Dicit ergo eis iterum) scilicet volens aliqua exponere ex quibus possint intelligere reliqua. (Amen amen dico vobis: quia ego sum ostiũ ouiũ) nõ solũ pastor: qa vter L que per christũ ingrediũtur & egrediũtur (omnes quotquot venerunt). s. per istud ostium non intrantes (fures sunt, & latrones). i. animarum seductores: & proprii commodi sectatores. Nec tamen secundùm Chry. & Aug. in his verbis intelligũtur Patriarchæ & prophetæ. quia secundùm Chryso. loquitur de seditiosis. secundùm Augusti. verò de his qui venerunt præter eum. prophe- M tæ autem venerunt cum eo: quia cum veritate. Sanctus Thom. autem dicit quòd Manichei propter ista dixerunt patres vet. testa. qui christum præcesserunt, & malos, & damnatos fuisse. Sed hoc inquit, apparet falsum ex tribus. Primò quidem: quia parabola loquitur de intrantibus, & venientibus non per ostium. j. Christum. Omnes autem Patriarchæ & Prophetæ intrauerunt per christum qui eos vt præcones mittebat: quia licet ex tempore carnẽ sumpserit tamen ab æterno erat verbum dei per quod illi mittebantur. Secun- N do: quia dicit, venerunt: scilicet propria autoritate se ingerentes: & non quasi à deo missi. prædicti autem fuerunt missi à Deo. Tertio quia oues non audiuerunt fures: audiuerunt autem prophetas: licet mali eos non audiuerint. ¶ Notandum verò secundùm eundem quòd fures sunt qui vsurpant non suum, id est autoritatem docendi. Latrones ve- O rò qui per doctrinas prauas occidunt (sed non audiuerunt eos oues). i. illi se cundùm Augu. de quibus dicitur, Nouit dominus qui sunt eius, id est prædestinati. ¶ Quantum ad tertium ponitur comparatio inter pastores, & furem, cũ dicitur (Ego sum ostium) quo ad ecclesiam, & quò ad gloriã intratur (per me si quis introierit) ad ecclesiam (saluabitur) dummodo non egrediatur per apostasiam, vel culpam. Et ingredietur, & egredietur: & pascua inueniet.) Ista autem verba multipliciter exponuntur. P Primò, sic secundùm August. & Theo. Ingredietur interius, rectificando conscientiam: & egredietur exterius, ordinando vitam. Secundo, sic secundùm Chryso. Ingredietur. s. corpore ad fideles docendos: & inde egredietur ad fideles conuertendos. Qui enim per ostium Q intrat habet liberratem intrandi, & exeundi melius quàm qui ascendit aliunde. Tertiò, sic secundùm Grego. super Eze. & etiam Aug. Ingredietur ad ecclesiam militantem: & egredietur ad triumphantem. In omnibus autem prædictis sensibus fidelis intrãdo, & exeundo inuenit pascua, aut futuræ felicitatis, aut alicuius participationis eus. Quarto, sic in li. de Spiritu, & anima. Ingredietur ad contemplationem diuinitatis: & egredietur ad consyderationem gloriosæ humanitatis in Christo: & virobique

A que pascua, id est suauitatem inueniet. (Fur non venit, nisi vt furetur, modo præposito, & mactet per malam doctrinam, & exempla flagitiosa (& perdat) in ęternam damnationem. (Ego veni vt vitam habeant) & hoc secundùm Aug. ingrediendo per fidem. ex qua ingressus viuit (& abundantius habeant) egrediendo ad patriam secundùm eun- B dem in qua nunquàm moriantur.

Feria. iiij. infra octa. Penteco. Ioan. vi.

NEmo potest venire ad me: nisi Pater qui misit me traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. C Est scriptũ in prophetis. Erũt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit à Patre meo, & didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quisquàm: nisi is qui est à Deo: hic vidit patrem. Amen, amen dico vobis: qui D credit in me habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt mã na in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, nõ moriatur. Ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. E

NEMO POTEST VENIRE ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die &c. (Ioan. vj. Circa præsens euangeliũ est multiplex dubitatio. Prima: quia cum ad christum vadamus credẽdo, credimus autem sponte: non videtur verum quòd ad ipsum trahamur: F quia trahi est violentari. Ad hanc autẽ viso. s. Tho. super Ioan. &. ij. di. xxv. & j. q. xxiij. sic respondeo. Pater æternus ad suum filium homines trahit multipliciter sine violentia: sicut & homo hominem multipliciter trahit? Nam homo trahit hominem. Primò: ratione suadendo. Et deus pater similiter ad suum filium hominem trahit: demonstrando christum esse filium suum per G scripturam, vel inspirationem: vel per miraculorum operationem. Secundò: alliciendo, & prouocando concupiscẽtiam: eo modo quo ramus virens trahit ouẽ. & eo modo quo dicit Ver. in buc. trahit sua quemque voluptas. Et sic deus in genere causæ finalis trahitur ostendendo quanta felicitas sit in futuro: & in præsenti animæ toto corde se- H quentis christum pastorem suum. Ostẽdit autem hoc per scriptura, & prædicatores: & maximè per internam inspirationem faciens gustare scintillas tam dulcis amoris. Tertio homo trahit hominem effectiuè violentando: sic etiam deus trahit nos effectiuè, inquantum efficit in nobis voluntatem quæ sequi volumus christum iuxta illud Phi. ij. Deus operatur in nobis velle, & perficere: sed Deꝰ et iã sic trahẽdo nõ violẽtat hominẽ vt hõ: qa nõ alter sic trahit nisi quia facit nos velle.

I Si autē volumus,iam non cogimur. Si autē etiam homo sic traheret hominem non violentaret. Secūda quæstio est si pater trahit ad filium:quomodo potest filius trahere ad patrē, iuxta illud Ioā. xiiij.Ego sum via.& Io.xviij.Pater manifestaui &c.Ad hāc dicit.S.Tho.super Io.Primò, sic Christus inquantū homo trahit ad Patrē eo modo quo via ad terminum:& è cōuerso Pater ad Christū: eo modo quo dans virtutē accedēdi ad K Christum. Vel dicitur secūdo,sic Christus inquantū verbum trahit ad Patrē manifestādo illum per prædicationem exercitatā in assumpta humanitate. & Pater trahit ad Christū per mirāda opera expleta infinita deitate : sicut enim filio sapientia, & doctrina:ita Patri potētia appropriatur quæ maximè in miraculis apparet.Tertia quęstio est:quia si non possumus Christū adire nisi tracti:nō est nostra culpa si nō accedimus L ad illū per conuersionē. Ad hāc autem dicit.S.Tho.super Ioā.c. Deus est paratus omnes trahere trahi volentes:ac per hoc nullus si non trahitur excusatur. Quidam autē sunt qui non volunt trahi : & tamē Deus facit vt velint trahi conuertendo eorū voluntatem. Sed hoc beneficiū nō exhibet omnibus : sed quibus vult. Nec de hoc alii quibus hoc non datur habēt causam quærere. Suf- M ficere eis enim debet,quòd in potestate eorū est,quòd trahātur:quia debēt velle trahi:quod si facerēt Deus eos traheret. Quare autē hunc aduersum cōuertat faciendo vt trahi velit.& nō illum: noli vt dicit Aug.velle quærere si non vis errare. In generali tamē aliquos sic mouet,& aliquos nō, vt suam misericordiam manifestet in eis qui trahūtur : & in aliis iustitiā. In speciali verò de hoc vel illo nō est ratio nisi,quia vult:sicut non est ratio quare domificator velit N aliquos lapides grauiores esse in fundamento : non autē quare hunc, vel illum. Hęc ex illo sentētialiter. Vide etiā prima parte : vbi.s. ¶ Sed cōtra prædicta. Nam si in mea potestate est vt trahar. quare dicit Augu.semel accipe, & intellige nōdum traheris,ora,vt traharis. Non enim debemus orare Deū pro his quæ facere ipsi possumus. Ad hoc dico. Primò,quòd ideo possumus trahi O quia possumus stante natura tracta à Deo, & generali eius influxa velle trahi:quod aliquando volumus imperfectè,& cōditionatè : eo modo quo pigeret esse extra lectū,de quo tamē forsan gere nō curat. Talibus orandum est,vt trahātur.i.vt Deus det eis voluntatem perfectā ad volendum trahi. Secundò, dico,& fortè est idē, quòd propter malas inclinationes, & obiecta sensibilia quæ nos alliciunt habemus difficultatē ad faciendū id, quod facere possumus: quo facto trahimur. Vnde plerunque amando illicita experimur quod vis possumus appetere,vt Deus à nobis tollem effectū secluderet. Igitur orādum est vt Deus det nobis vt prōptè,& perfectè, & facilius velimus, & faciamus totū quod possumus : vt trahamur,imò si trahimur vt feruentius trahamur. Quarta quęstio est cur dicat filius. Ego P resuscitabo eum,cùm resuscitare mortuos sit opus cōmune toti Trinitati. Et respōdetur quòd secundū. S.Tho.iij.q. lvj.art.j.resurrectio Christi est nostræ resurrectionis causa quasi sicut diuinitatis instrumentū. Nam primū in quolibet genere est causa omniū quæ sunt post.ij.Meta.sed primū in genere resurrectionis, est resurrectio Christi : quia ipse primus perfectè resurrexit.i.ad vitam immortalē. Est autē ista resurrectio

A ctio causa nostræ efficiens : inquātum humanitas Christi : secundū quam resurrexit est deitatis instrumentū.& cōsequēter sicut alia quæ Christus in humanitate egit, vel pertulit, sunt nobis virtute deitatis salutaria:ita & resurrectio est causa resurrectionis contractu virtuali. Est etiā causa exēplaris : quia tāquam perfectissimam imitātur. aliæ resurrectiones. Hæc ille virtualiter. B Quia vero pater trahit ad filiū : secundum Aug.per opera quæ facit:per quæ nō debemus intelligere sola miracula: sed oēm inspirationē:ideo saluator aliqua verba subdit, de quibus est quinta quęstio.s.(Est scriptū in prophetis:erūt omnes docibiles Dei).i.docti de Deo. Hoc enim nullibi in prophetis reperiū. Sed dicendū est illud esse in prophetis scriptū virtualiter. & secundū aliquos elicit Ioel.iij.vbi Dūs filiis Israel spondet se daturū eis doctorē.secundū Aug. C verò, & Bedā sic dicitur:quia ex diuersis dictis prophetarū ista colliguntur prę cipuè. Esa.liij.vbi dicit. Ponā vniuersos filios tuos doctos à Dño.& Hie.iij. vbi dicitur Dabo vobis pastores iuxta cor meū, qui pascent vos in scientia, & doctrina. Intelligitur autē sic secūdum S.Tho.super Io.Nā si ly omnes,distribuat eos qui sunt in regno:sunt docti à D dño per visionē essentiæ eius : sed si intelligatur de his qui sunt in ecclesia sic sunt docti à Deo per fidē infusam. Et secundū Aug.hoc ipsum quod docētur ab hoc est:quia docentur à Deo interiùs qui est principalis magister. Si verò intelligatur de oībus qui sunt in mū do sic oēs sunt docti.i.inspirati à Deo secundū Cirillum : quia quantū est ex parte Dei oēs docentur:licet ex parte sua aliqui nō doceantur. Vel secundū eundem ex Chry.intelligit omnes.i.multi, vel plurimi. Vel oēs secundū Aug.nō simpliciter sed qui docti erūt vt sit distributio accommoda eo modo quo de magistro literarū dicit. Iste docuit oēs E ciues huius ciuitatis. Omnes inquā eos qui didicerūt in ciuitate sequi(Omnis qui audit).i.inspirat à Patre(& didicit) i.credit, & cōsentit inspirationi (venit ad me)credēdo in me & amādo. Aliter autē venire nō potest.s.nisi adiuuetur à Patre : sicut nec graue potest ascēdere: quia excedit suā facultatē) Nō quia pa F trē vidit quisquā eo modo quo est nudè & apertè : quāuis aliqui viderint eū per similitudines corporū vt Abraham Genē.xvij.Vel melius patrē nemo vidit perfectè.i.cōprehensiuè:licet aliqui eū viderint apertè p miraculū vt de Moyse, & Paulo tradūt.Aug.&.S.Tho.(nisi is qui à Deo).i.Christus qui inquātum Deus est gnatus à Deo Patre:& inquātum homo est formatus, virtute Dei in vtero virginis.(Amē,amē dico vobis:q G credit in me)fide.s.charitate formata (habet vitā æternā)in sua radice,& cā. Gratia eā est quædā inchoatio gloriç, & dispositio ad illā (Ego sum panis vitæ).i.dans vitā gratiæ & gloriæ. Hoc autē multipliciter intelligit. Primo vt panis sumat metaphoricè p eo quo viuit anima sicut obiecto cognito,& amato : secundū illud Ioan.iiij. Meus cibus est &c. Secūdo, vt panis dicatur id in H quod panis est cōuersus, aut cōuertendus. Primo igit modo Christus est panis animæ inquantū Deus,& inquantū homo : sed secūdo modo solùm inquātum homo:pro quāto in corpus eius cōuertitur panis(Patres vestri māducauerunt māna in deserto, & mortui sunt) corporaliter:& multi etiā spiritualiter (Hic est panis de cœlo descēdens,vt si quis ex ipso māducauerit:non moriat)

morte gehẽnæ, vel culpæ nisi à se panẽ repellat. (Ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdit si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum) quantum s.est ex parte panis nisi quis seipsum per peccatum postea occidat.

Feria.v.infra octa.Pentecost.

Lucæ.ix.

CONuocatis Iesus duodecim apostolis dedit illis virtutẽ,& potestatẽ super oĩa Dęmonia:& vt lãguores curarẽt. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos, Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgã, neque peram, neque panẽ, neque pecuniã, neque duas tunicas habeatis. Et in quãcunque domũ intraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicũque nõ receperint vos:exeuntes de ciuitate illa, etiã puluerẽ pedũ vestrorũ excutite in testimoniũ supra illos. Egressi autẽ circuibant per castella Euangelizantes,& curantes vbique.

CONVOCATIS IESVS duodecim apostolis &c.) Lu.ix.Circa prẽsens Euangeliũ duo sunt cõsyderanda. Primũ quomodo sit intelligẽda potestas collecta discipulis super oĩa Dęmonia seu ad facienda miracula secũdo verò quomodo intelligẽda sunt illa verba,Nihil tuleritis in via. ¶ Quantũ ad primum sciendũ est ex doctrina.S.N Tho.po.q.vj.ar.iiij.q̃ dupliciter sancti faciũt miracula. Primo.s.impetrãdo.Secũdo coagẽdo:quod Gre.appellat facere miracula ex potestate.Hoc autẽ nõ est sic intelligendũ quasi in sanctis sit aliqua virtus realis habitualis qua facerẽt miracula:qa sic facerẽt ea quãdocunq; vellẽt quod falsum apparet in beato Benedicto, quẽ soror beata Scolastica inuitũ detinuit impetrata pluuia à Deo.Habẽt autẽ virtutẽ intentionalẽ & transeuntẽ : ita q̃ in eis est solũ ad præsentiã agentis.i.qũ Deus actualiter p eos operat. Talis est virtus quæ ineſt baculo à brachio illũ mouẽte apostoli igitur sic habuerũt potestatẽ fugandi dęmonia, & super lãguores ad expellẽdum vtrunq;. Habuerũt insuper potestatẽ.i.licẽtiam adiurãdi dęmones. secundũ. S.Tho.ij.ij.q.xc. Adiurãdi inquam nõ deprecãdo:sed impetrãdo:vt prosint,sed vt nõ obsint.Ex spiritu-li tũ cõsilio Spirituſsancti aliqui sancti vsi sunt seruitio dęmonũ:vt iacobus ligãdo philetũ. Licitè ergo eis imperamus ne nobis noceant non autẽ vt non doceãt.Hæc ille virtualiter. ¶ Quantũ ad secũdum, vide dñicam.iiij.aduẽtus Dicitur ergo (Cõuocatis Iesus duodecim apostolis dedit illis virtutẽ, & potestatẽ super oĩa dęmonia:& vt lãguores curarẽt.Et misit illos prædicare regnum Dei).i.aduẽtus regis institutoris regni Dei.i.Christianitatis (& sanare infirmos. Et ait,ad illos,Nihil tuleritis in via,neq; virgã,neq; perã, neq; panẽ, neq; pecuniã,neq; duas tunicas habeatis:& in quancunq; do.intraueritis ibi manete : & inde ne exeatis) curiosè, & leuiter cursitãdo per domos secundum Cirillum Amb.vel ne exeatis secũdum Cirillum propter vitæ necessaria procuranda: quia prouidebũt vobis vestri receptores.Vel exec.secundum eandem ne hospitem contristetis:cætera patet.

Feria sexta infra octa.Pentec.

Luce.v.

EActũ est in vna, dierum & Iesus sedebat, docens &c.

ACTVM EST VNA DIErum &c.) Lucę.v. Vide dominicam.ix.post festũ Trinitatis.

Sab.infra octa.Pentec.

Luc.iiij.

SVrgẽs Iesus de synagoga, ĩtroiuit in domũ Simonis,Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus &c.

VRGENS IESVS DE synagoga &c.) Vide feĩ.v. post.iij.dominicam ſquadragesimæ.

In festo sanctæ Trinitatis.

Ioan. iij.

ERat homo ex Pharisæis, Nicodemus noĩe, princeps Iudæorũ.Hic venit ad Iesum nocte,& dicit ei,Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo? Rñdit Iesus, & dixit ei: Amẽ amẽ dico tibi: nisi quis natus fuerit denuo,nõ potest videre regnũ Dei. Dixit ad eũ Nicodemus: Qũo potest homo nasci cũ sit senex ? Nunquid põt in ventrẽ matris suæ iteratò introire,& renasci? Rñdit Iesus: Amẽ amẽ dico tibi: nisi q̃s renatus fuerit ex aqua, & spiritusanctο,nõ põt introire in regnũ Dei. Quod natũ est ex carne,caro est:& quod natũ ex spiritu,spiritus est. Nõ mireris q̃a dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis:sed nescis vñ veniat,aut quò vadat. Sic est oĩs q̃ natus est ex spiritu. Rñdit Nicodemus, & dixit ei. Qũo possunt hæc fieri? Rñdit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel,& hæc ignoras? Amẽ amẽ dico tibi : quia quod scimus loquimur : & quod vidimus testamur, & testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi vobis, & nõ creditis:qũo, si dixero vobis cœlestia,credetis? Et nemo ascẽdit in cœlum, nisi qui descẽdit de cœlo filius hoĩs,q̃ in cœlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto,ita exaltari oportet filiũ hominis,vt oĩs q̃ credit in ipm,nõ pereat, sed habeat vitã æternã.

ERAT HOMO EX Phariſæis Nicodemus nomine &c. Io. iij. In præſenti Euange. narratur inſtructio qua Chriſtus inſtruxit Nicodemū. Eſt autem aduertendū ꝙ ea quæ hic dicuntur Mag. Hiſt. videtur cōtigiſſe poſt vltimum domini aduentū in Hieruſalē, ex quo vlterius videtur ꝙ à beato Ioāne, per anticipationē narrentur. Sciendum etiā eſt ꝙ iſte Nicodemus eſt, qui Io. vij. loquitur infauoré Chriſti dicens Lex noſtra nō iudicat quēquā &c. Itē Chriſtū ſepeliuit, eiuſdē. xix. Ideo Euangeliſta iſta ſerioſe eum deſcribit, vt ſciatur quare hoc fecit: vel quomodo facere potuit. Fit enim magnus, & honoratur inter Iudæos: ideo ſpotuit aliis contradicere, & fuit illuminatus à Chriſto: ideo debuit pro ipſo zelare. Vel hoc ideo Euangeliſta facit, vt oſtēdat cauſam debilitatis fidei eius, quia ſ. erat princeps. Sicut enim dicitur. Io. xij. multi ex principibus crediderūt in Chriſtum: ſed eum confiteri nō audebant, ne de ſynagoga repellerētur. Sed quia in hoc euāgelio tota ſancta Trinitas exprimitur: & propterea in eius ſegitur antequā deſcendamus ad eius expoſitionem aliqua volo prælibare de ipſa ſanctiſsima, & indiuidua Trinitate vt qui fide credunt, etiā aliquali ratione vel explanatione recreantur.

¶ Sciendum eſt igitur ꝙ ad iſtam beatam Trinitatem oſtendendā, nec exemplum. nec ratio, nec autoritas aliqua veteris teſtamenti eſt omnino euidens conuincēs ſed tenetur ſola fide per ſcripturam noui teſtamēti expreſſē: & per ſcripturam veteris quaſi expreſſe. ſ. ſic ꝙ non poſſunt ſcripturæ rationabiliter intelligi, niſi credita Trinitate Ad hanc autem aliqualiter manifeſtādam pro conſolatione fidelium vtemur Ratione, autoritate, & Exemplo. ¶ Quantum ad primum ſciendum eſt ꝙ nos, qui ex corpore, & ſpiritū immortali conſtamus: ſumus ad imaginem Dei ſecundum ſpiritum nō ſecūdū corpus. In ſpiritu autē rationali ſecluſo corpore non poſſunt eſſe niſi duæ potentiæ. ſ. intellectus, & voluntas quæ in quali bet creatura. i. in homine & Angelo diſtinguntur realiter, ſicut in igne ſplendor & calor. Et ſi dicatur ꝙ præter has duas, ſpiritus habent potentiam motiuam. Dico ꝙ ſecundum ſanctos, & philoſophos iſta potentia motiua eſt voluntas vnde & Angeli dicuntur mouere cælos per imperium voluntatis: ſicut & anima mouet corpus humanum Quælibet autem iſtarū duarum potentiarum producit aliquid diſtinctum à producente. & cum producto: ſicut intellectus producit verbum. i. cōceptionem per quam res intelligit, voluntas producit, ſeu ſpirat amorem quæ duo diſtinguntur ā potentiis quibus producuntur: & abinuicem. Et vnum iſtorū dependet ab alio. ſ. amor à verbo, quia nihil poſſumus amare, niſi cognitū ꝙ amor dependet à duobus. ſ. voluntate, & à verbo. Igitur ſi Deus gloriosus eſſet, Deus ſicut eſt, & cum hoc per impoſſibile, intelligeret, & amaret. ſicut nos idem in cognitione ſanctæ Trinitatis per naturalem rationem euidētiſsime conſcenderemus. Sed ſicut Deus infinitè diſtat à noſtro. Et ideo in dictam cognitionē nō poſſumus cōſcēdere euidēter: ſed ſolum probabiliter: ſed ſolum probabiliter, ſic arguendo. Deus eſt ens primum. & nobiliſsimum: ergo nō eſt corporeus, quia corporea non ſunt nobiliſsima: ſed eſt ſpiritus immortalis, & multo imò infinite præclarior

anima. Si autem eſt ſpiritus immortalis: intelligitur, & amat: ergo intelligēdo produxit verbum, & amando ſpirat amorem. Quod verbum, & quem amorem oportet diſtingui ab inuicem quia vnum eſt ab alio. ſ. amor à verbo; cum appetitus dependeat à cognitione Inuiſa enim diligere poſſumus, ſed incognita nequaquam ſecundum Augu. Oportet etiam eſſe aliquid tertiū præter iſta duo: quia iſta ſunt ab alio ſcilicet verbum à dicente, & amor ab amāte: & ſic iam in deo habemus tres res diſtinctas realiter quarum. ſ. vna producit aliam. Et ſi quis dicat ꝙ ſunt quatuor, quia dicens ſiue intelligens, & amans ſunt duo. Dicо ꝙ hoc impoſſibile eſt: quia probāt philoſophi quod ſit impoſsibile intellectum, & voluntatē in deo eſſe duo diſtincta, vt in nobis, iſta autem oportet eſſe tria ſubſiſtentia ſuppoſita: quia verbū dei aut amor non poteſt eſſe accidens vt in nobis: qa philoſophi probant in deo non poſſe eſſe accidens, cōſequenter oportet ꝙ ſubſiſtant. Oportet etiā ꝙ tam verbū quā amor ſit Deus: quia verbum eſt in dicente, & amor in amante. ſecundum philoſopbos, & experientiam: & conſequenter verbum dei, & amor dei ſunt in Deo in quo vt probant philoſophi nihil poteſt eſſe, quod nō ſit deus. Sunt ergo tres ſubſiſtētes in deitate. Et oportet ꝙ vnus eorum. ſ. verbum dicatur filius: & ſua productio dicatur generatio: quia ad rationem filii ſufficit ꝙ aliquid procedat: ſicut viuens à viuente coniuncto ſecundū ſimilitudinem in eadem natura, ſecūdum ſpeciē ꝙ totū conuenit verbo Dei. Et cōſequenter ſi verbum eſt filius, etiam ille qui verbum produxit eſt pater. Tertius autē amor appellatur ſpirituſſanctus: qa nomine ſpiritus importātur impulſio quædā in aliqd, & hoc idē ſonat amor, qui eſt primus motus appetitus impulſens nos ad omnia. Ex iſtis ſic arguit. Si deus intelligit ꝙ amat intelligendo producit verbum ꝙ eſt filius, & amando ſpirat amorem, qui eſt ſpirituſſanctus, & conſequenter in Deo eſt pater filius, & ſpirituſſanctus. Sed deus intelligit, & amat, vt naturaliter probant philoſophi, & ſancti Igitur in Deo eſt pater, filius, & ſpirituſſanctus. Nec plura hīc dico cū infinita dici poſſent qa hanc rationē pro rudioribus formaui, ſed vide (ſi vis de his omnibus. ſ. Tho. j. par. & in. iiij. contra Ge. ita principio ¶ Quantum ad ſecundum primò indu eo argumentum. Magi. ſententiarū dt. ij. primi li. qui probat pluralitatē perſonarum in diuinis, per illud ꝙ ſcribit in principio Genē. in principio creauit &c. vbi Hæbraica veritas, ſic habet. In principio creauit eloim cœlum, & terram Eloim eſt plurale huius nominis ei vel eloi: quod ſignificat Deum in ſingulari. Et hoc ſatis patet ſcientibus proprietates idiomatis Hæbraici. Per hoc autem ꝙ nomen plurale diuinum coniungitur: cum verbo ſingularis numeri cū dicit: creauit eloim: ac ſi diceretur creauit dii: oſtendit ſcriptura ꝙ in deo eſt aliqua pluralitas cum vnitate eſſentiæ: quia talis modus loquendi ſepe in veteri teſtamento inuenitur de deo & de nullo alio. Ex quo patet ꝙ aliqua pluralitas in vnitate diuinitatæ eſſentiæ, eſt que in nulla alia inuenit natura. Et hæc eſt pluralitas perſonarum in vna eſſentia: quæ in prædicto modo loquēdi deſignat ꝙ verbū ſingularis numeri coniunctū nomini pluralis numeri. Sed ad hoc reſpondēt Hebræi dicentes, ꝙ hoc nomen eloim indiffe-

I renter accipitur in plurali,& in singulari,& quando dicitur de deovero semper accipitur pro singulari:& sic est in proposito quando dicitur. In principio creauit eloim cœlum &c.¶ Sed contra istam solutionem arguo ex textu scripturæ ꝙ hoc nomen eloim,& alia nomina diuina dicuntur frequenter de deo vero in plurali:quod patet manifestè,quia coniungitur cũ adiectiuis pluK ralibus,& verbis numeri pluralis.Exẽplum de adiectiuis Iosue vl.Non poteritis seruire domino:quia dominus sanctus ipse. Vbi veritas hebraica. Non poteritis seruire domino, quia eloim sancti ipsi. Item Hiere.xxiiij.Peruetistis verba dei viuentis:domini exercituum dei vestri.Vbi veritas hebraica. Peruertistis verba eloim viuentiũ,domini exercituum dei vestri.Et nota ꝙ L ibi ponitur nomẽ domini tetargramaton:cum dicitur in autoritate allegata domini exercituum.Vbi enim habemus domini in hæbraico ponitur nomen domini tetagrammatõ:ꝙ significat diuinam naturã secundũ suas proprietates intrinsecas absque respectu ad extra.Et sic patet ꝙ in intrinsecis diuinitatis est aliqua pluralitas ꝑ pluralitatem immediatè præcedẽtẽ significa M cata:cũ dicit ī autoritate puertistis eloim hagim.i.deorũ viuẽtiũ Et cõiungit ista pluralitas noĩ dñi tetragrãmaton cũ ĩmediate sequit dñi exercituũ dei vestri in singulari.Et sic ꝑ hoc patet ꝙ in vnitate diuinæ essentiæ est aliqua pluralitas cũ summa simplicitate q̃ nõ est in aliis:quia semp vbi scriptura ponit aliqd pluralitatẽ psonarũ significãs ibi deinde ponit aliquid ꝙ ostẽdit essentię vnitatẽ:vt ꝑ autoritatẽ ꝓdictã patet:& inde subsequẽter patebit.Itẽ Esa.xliij. dominabit tui,q̃ te fecit dñs exercituũ nomen eius.Veritas Hæbraica. Dominatores tui factores tui dominus exercituum nomen eius.in hac autoritate verbi ponitur dominus exercituũ nomen eius:ponitur nomen domini tetragrammaton.Et ideo ex hac autoritate potest argui sicut ex præcedenti. Similiter hoc verbum eloim frequenter iũgitur cum verbo pluralis numeri. Verbi gratia.ii.Re.xvj.dicitur . Quis est autem gens , vt populus tuus Israẽl in terra propter quam iuit deus &c.vt redimeret eã sibi in populum.Hebraica veritas Quis est vt populus tuus Israẽl gens vna in terra propter quam iuerunt Eloim ad redimendum sibi populum.Item Ecc.ij.Quis est homo,inquam,vt possit sequi regem factorem suum.Hæbraica veritas.Quis est homo vt intret post regem,quæ iam fecerunt eum.Patet igitur prædictis ꝙ prædicta respõsio est falsa :ꝙ nomẽ Eloim dictum de deo vero accipitur frequenter in scriptura in plurali :vt patet ex autoritatibus prædictis quæ non possunt intelligi ad literam nisi de deo vero.Propter quod alii soluerunt aliter alibi.s.gl.super illud.Ecc.ꝙ dictũ est: Quis est homo &c.vbi inquit glo.hæbraica.Si quæratur qui fecerunt eum. s.hominem potest dici ꝙ deus sanctus, & domus concilii sui.Et consimiliter respondetur in gl.super Psal.xlix.deus deorum dominus locut' est.In hæreo eũ sunt tria nomina diuina.. ſi, Eloim,& nomen domini tetragrammaton loco cuius habem⁹ hoc nomẽ dñs.Quę rit ibi glossator:quare autor illi⁹ psalmi Asaph ter noiauit deũ in principio huius psal.Rñdet aũt,vt ostẽderet quę Deus in tribus proprietatibus creauit, se.Si cõsyderentur istæ duæ responsiones sunt verisimæ.Prima enim quæ dicit ꝙ deus,& domus concilii sui fecerunt hominẽ:& propter hoc dicitur in plurali.eccle.ij.Quis est homo &c.vera est ꝙa De⁹ accipit hic pro patre domus concilii sui propriè dicitur filius: qui est verbũ mẽtis paternæ : & spiritussanctus amor ipsius ꝓcedẽs. Similiter secũda respõsio q̃ dicit ꝙ asaph ter nominauit deũ:ꝙa deus in tribus proB prietatib⁹ creauit mũdũ:est verisima, quia tres sunt proprietates in diuinis. i.paternitas,filiatio,& spiratio , q̃ sunt proprietates constituentes personas , & creatus est mundus in tribus proprietatibus istis : quoniam indiuisa sunt opera Trinitatis.

¶ Vtrum autem proprierates habeant causalitatem inquantum huiusmodi vel gratia attributorum :nou est præC sentis speculationis . Patet etiam ex istis ꝙ nõ est cõtra intentionẽ hæbraicorũ doctorũ antiquorũ,ꝙ aliqua pluralitas ponat̃ in Deo,seu in diuinis dũ tamẽ seruet̃ vnitas deitatis:quã vnitatem catholici verissimè confitentur. Hanc igitur vltimã responsionẽ : quæ vt visum est cõtinet veritatẽ :posterio D res ludæi depravãt:dicentes ꝙ diuina sapientia:bonitas,& potentia sunt illę tres proprietates in quibus deus creauit mundũ,& omnia fecit.Et ideo dicitur im prin.Gen.in principio creauit eloim. in plurali:ad denotandum istas tres proprietates siue attributa in deo in quibus cuncta operatur.Et eodẽ modo exponũt autoritates prædictas.Sed ista rãsio non est rõnabilis. Primo qa sicut deus operatur per potẽtiam , sapientiam,& amorem:ita artifex creat⁹ operatur ꝑ artẽ suã sicut per regulã directionem,& per potentiã transmutãdi materiam:& per lucri amorẽ sicut pp finem.Si igitur propter sapientiam,

A potentiã, & bonitatẽ diuinam nomen E domini ponitur in plurali,quãdo operatur:eadẽ rõne.& maiori debet scriptura:sic loq̃ de artifice creato, operationem ipsius exprimẽdo:qñ non inuenitur:& tamẽ talis modus loquendi in scriptura de deo frequenter habeť. & confirmatur rõ:qa sapientia:potentia, & amor plus differunt in artifice creato,quã in deo:qa differunt re abiolutã:quod nõ põt esse ī deo:ergo mod⁹ F loquendi in plurali magis copetit in expsiõe operis creati artificis:quã ipsius dei. Itẽ arguitur sic. Intentio moysi erat inducere populũ ad cultũ vnius dei:& ipsum ad idolatria reuocare,ad quã ille populus erat paratus,vt patet ex toto decursu veteris testamẽti. Cùm igitur per dictũ modũ loquendi in plurali posit haberi aliqua occasio cogitãdi absolutã pluralitatem indiuinis non est verisimile ꝙ moyses cognoscens G pronitatem populi ad idolatriã vsus fuisset tali vocabulo,aut modo loquendi : & in scriptis reliquisset :nisi per hoc subtiliter sapientibus indicare voluisset,ꝙ cũ vnitate simplicis essentiæ in deo stat pluralitas personarum. Aliter enim suus modus loquendi esset cõtrarius suæ intentioni.

¶ Est autem sciendum quo In hebray H co mysterio abstrusissima & abscondita:& solum sapientibus nota :ex mõ scribẽdi incõsueto frequẽter designantur. Sed alii aliter soluunt dicentes, ꝙ illi q̃ arguunt pluralitatẽ in diuinis psonarũ ꝑ hoc nomẽ eloim,ꝙ pluralitatẽ significat: & tã dicit̃ de deo :ĩnitunt̃ sup baculo arũdineo cõfracto:quia talis modus loquendi alibi inuenitur de vno solo:sicut ,patet.j.Reg.xxxiij. vbi scriptura loq̃t̃ de suscitatiõe Samuelis cũ dixit illa mulier Phitonissam. Vidi

I Eloim ascendentes de terra: & sequitur verbum Saulis: qualis est forma eius. Item non solum sic loquitur scriptura de hoc nomine Eloim: sed etiam de aliquibus aliis verbi gratia Ezec. xlvj. dicitur sic. In die autem Calendarū vitulum de armento immaculatum. In hæbraico autem nō ponitur Tamin quod significat immaculatum: sed Tamimim quod est plurale huius nominis tami, vel tamau, & coniungit cum vitulo in K singulari: & per hoc non importat aliqua pluralitas. Item aliqū verba pluralis numeri cōiunguntur cum nominibus & pronominibus singularis numeri. Verbi gratia Can. j. Trahe me post te, curremus &c. Et sic non valet argumētum: quo concludebat pluralitas' personarum ex hoc ꝙ nomina' diuina coniunguntur, cum verbis pluralis numeri, vt videtur. Et sic per ista prędicta loca scripturæ arguitur contra prędicta. L Sed per ista nullo modo infringunt ea quæ dicta sunt: quia secundum expositores hæbraicos Samuel non surrexit solus: sed Moyses cum eo. Dicunt enim quod Samuel surrexit tunc non virtute magica: sed virtute, seu permissione diuina, quod dictum conuenit cum illa opinione quam tetigit Aug. in epistola ad Simplicianum: & habet in gl. j. Reg. xxiiij. Super locum illum dicunt iudęi quod Samuel timuit ad diuinum iudicium euocari, ideo rogauit Moysen M venire secum: vt esset sibi testis ꝙ integre seruasset legem ab eo conscriptam. Mulier igitur Philonissa quæ solum Samuelem vocauerat, vides alium ipsum associantem admirans dixit in plurali, Deos video &c. i. homines diuinos, & iu dicauit modum suę visionis Sauli licet breuius exprimat. j. Reg. xxviij. Saul autē non quæsiuit nisi de figura ipsius qui primo apparuerat, & non de associā N te ipsum. Et propter hoc quæsiuit in singulari dicens. Qualis &c. quia cū solo Samuele volebat loqui. Et sic patet ex dictis doctorū hæbraicorū, qui hunc passum exponunt, ꝙ non infringit nostrum argumentum prædictū sed ratio firmat magis quia Eloim de duobus dicitur. Si autem dicat secundum aliam opinionē quā etiam tangit Aug. ꝙ non fuit verē Samuel qui apparuit: tūc Re O spondeo quod duo alii apparuerūt sicut demon cooperans illi mulieri malefice: & quædam forma repræsentans Samuelē. Et propter hoc dixit in plurali deos video. Saul aūt non nisi de voce quæsiuit. Samuele, quem vocari fecerat. Ad secundum dicendū est, ꝙ Thetimim. quod significat immaculatos in plurali, non coniungitur cū vitulo in singulari, vt arguit & malē sed genitiuo pluralis numeri. Non enim habēt variationē casuū hebræi sicut nos: sed P tantum variant nomina secundum singularem numerum, & pluralem. Et est sensus. In die autem calendarum vitulum de arměto immaculatorū. i. de numero illorum immaculatorum, qui ad hoc seruabant: faciet sacrificiū &c. Ad cuius euidētiam est notandū, ꝙ ex statuto legis in principio cuiuslibet mensis debebat offerri vitulus vnus immaculatus: & ideo ordinauerunt sacerdotes, ꝙ in vno loco prope templū tales Q vituli saluarentur saltem. xij. ad minus & de illis solū ad hoc reseruatis semp accipiebat ille, qui in principio mensis seu calendarum quod idem est offerebatur. De tali autem oblatione loquit Ezechi. in loco prædicto: ideo ad hoc denotandū posuit themimim in plurali: ad innuendum ꝙ vnus de illis debebat offerri. Et sic patet ꝙ prædicta non in

A infringūt ea, quæ dicta sunt de hoc nomine Eloim. Propter quod antiqui doctores intermittebāt soluere dictum argumentum vt patuit ex prædictis. Ad tertium est dicendum quod liber Can. à doctoribus hæbraicis exponitur de deo & synagoga siue de deo & ecclesia, sicut etiam à catholicis. Igitur secūdum eos illa verba. Trahe &c. sunt verba synagogæ quæ dicitur sponsa Dei. B Ideo talis sponsa non est, vna singulatis persona: sed collectio fidelium. Ideo ad hoc denotandum subditur in plurali curremus &c. Et ideo hoc ponit ad denotandum pluralitatē personarū. Et ideo ex hoc non infringit argumentum de hoc nomine Eloim: & aliis nominibus omnis, etiam de nomine dāi tetragrammaton quæ coniungūtur cum verbis pluralis numeri ad denotādum ibi aliquam pluralitatem per modum C prædictum sed magis per hoc dictū argumentum confirmat. Item non solum arguitur pluralitas personarum ex hoc nomine Eloim: vt ipsi supponunt, dicētes, innitimur baculo arundineo confracto: sed eandem pluralitatē clarius exprimunt prophetæ in multis locis. Verbi gratia. in psal. xliiij. qui non potest exponi ad literā nisi de christo dicitur. Sedes tua deus in seculum seculi &c. vsq; deus tuus. In hac authoritate D exprimit christus tanquā deus vnctus quia in humana natura assumpta vnctus est plenitudine gratiæ. Exprimit etiam deus vngens ipsum tanquā personā distincta ab ipso vncto quia scriptura sacra loquit de ipso vngente tanquam de alia persona. Notandum etiā quod ex parte dei vngentis duplicatur hoc nomen deus cum dicitur. Vnxit te deus, deus tuus ad denotandum personam patris, & spiritussancti. Et sic patet ex hac autoritate pluralitas personarum & diuinitas ipsius Christi. Propter quod ad idem propositum ostendendū inducit ista. Apostolus ad Hæb. j. Item in Psal. cix. dicit. Dixit dns dño meo &c. Et quòd sint verba patris ad filium, patet per translationem chaldaicam quæ dicit sic. Dixit dns verbo suo sede à dex. &c. Patet etiam per id quod sequitur in eodem psal. Ex vtero ante luciferum genui te: quia non pōt intelligi cōpetere nisi filio Dei. Per hoc em F quod dicit deus verbum ex vtero genitum id est de substantia, ostenditur vnitas diuinæ essentiæ quia deitas purificari non potest. Per hoc autem ꝙ dicit genitus ostenditur distinctio personarum quia nulla res seipsam gignit. Similiter per hoc ꝙ dicit sede à dextris meis. Vna enim persona nō dicitur sedere ad dexterā suiipsius. Et sic ex hac autoritate patet) pluralitas personarū, & maxime quia) hic psalmus non pōt G exponi ad literam nisi de Christo sicut declarat Nicolaus de lyr. in epistola ad hæbre. j. ca. Propter quod saluator allegat eam in hoc sensu. Mat. xxij. & Apostolus vbi. s. Item pluralitas personarū non solum exprimitur in scripturis veteris testamenti sed etiam determinata pluralitas videlicet beata Trinitas. Vnde Esa. xlviij. Non à principio in absconditio locutus sum ex tempore antequam fierent vbi eram, & nunc do- H minus misit me, & spiritꝰ eius. Ista sunt verba dei loquentis vt patet ex textu immediatè prędcedente similiter ex hoc quod immediatè subditur. Hæc dixit dominus deus: redemptor tuus sanctus Israel. In hac autem autoritate præmissa Esa. expresse loquitur de datione legis, quæ fuit data in manifesto quia de die audiente toto populo vocem dei lo

I quentis vt patet Exo.xix.&.xx. Et hoc est quod dicit non à principio in abscondito locutus sum quando.s.lex primò fuit data. Et immediatè subditur. Et nunc misit me deus,& spiritus eius. vbi deus dicit se missum à deo & spiritu eius. Hunc autem est ita quod inter mittentem & missum semper est distinctio personalis. Igit est distinctio personarum in diuinis.s.Trinitas dei mittentis,dei missi,& spiritus eius. Deum
K autem missum dicimus,deum incarnatum.s.filium. Deum autem mittentẽ,& spiritum eius dicimus patrem & spiritumsanctum. Et sic patet Trinitas personarum. Ad euadendum autem istud inconueniens rabbi Salomon aduenit vnum mendacium super locum istum dicens quod omnes prophetæ fuerunt cum Moyse in monte Synai : & ibi acceperunt prophetias suas sicut Moyses legem sed postea illas denuntiauerunt
L populo tẽpore à deo determinato. Ideo dicit quod verba prædicta sunt verba. Esa.ab illo loco ex tempore antequam fierent oc.i.à tempore dationis legis de qua ibi fit sermo: ibi,fui in monte Synai.& quod sequitur & nunc me &c. refertur ad tempus quo Esaias missus est ad denuntiandũ populo illa quæ prius acceperat in mõte synai à domino. Sed istud dictũ patet esse falsum multipliciter. Nam immediatè præmittitur ver
M bum dñi loquentis de datione legis. cũ dicitur. Non à principio in abscondito locutus sum & immediatè sequitur tpe antequam &c. Et sic ex modo loquẽdi, patet quod est verbum eiusdem. Et sic pate tp illud secundum verbum, non est Esa. sed ipsius dei sicut & primum. Quod autem primum sit verbum Dei de datione legis,patet per literã præcedentem: quia ibi præmittitur. Ego sum primus,& ego nouissimus quod nõ potest dici de Esa. Item Gl. hæbraica quæ apud illos autentica reputatur super illum locum. Exo.xxviij. Ego sum dominus Deus tuus dicit sic. Si dicis in secreto fuit sermo.s. legis nõne iam dictum est. Esa.xlviij. non à principio in abscõdito &c. Et sic patet per istam glo. apud eos autenticam tp istud verbum Esaiæ dicitur in persona loquentis dei. Et hęc de datione legis. Item super illud Exo. xix. Venerunt in solitudine Synai dicit glo. autentica hæbraica. Data est lex in publico: vt omnis qui voluerit eam recipere recipiat. Et sequit. Et ecce deus sanctus,& benedictus dicit. Esa.xlviij. Non à principio in occulto &c. vsque antequã fierent ibi eram. Et idẽ habere super illud Exo.xx. Ego dominus deus tuus. Et sic patet non solũ ex textu præcedenti,& sequenti: sed etiam ex gl. hæ
N braicis apud Iudæos autenticis : quod autoritas præallegata. Esa. à principio &c. nõ est intelligẽda de ipso. Esaia loquẽte in persona propria: sed potius in persona dei qui primo dedit legẽ in mõte Synai & postea missus est in mũdum à deo patre,& spiritu eius ad redemptionẽ generis humani: secundum quã manifestè exprimitur in prædicta auto
O ritate. Et ideo in fine eius ponit hæc dicit redemptor tuus &c. Item quod dicit Esaiam fuisse in monte Synai: est val-
P de absurdũ: quia Esaias nondũ erat natus imò fuit natus post ferè p. dclxxxtus annos, quia ab egressu de Aegypto, vsq; ad. iiij. annum regni Salomonis in quo fundatum est templum, fluxerunt anni. cccc. lxxx. vt habet. iij. Re. vj. & ex tunc vsq; ad primum annum Oziæ regis Iuda sub quo cœpit Esa. prophetare fluxerunt. ccvj. anni, vt potest haberi de facili cõputando tempora Regum

A gum intermediorum respiciendo tertium & quartum libros Regum. Si autem dicit quod Esaias post accepit prophetiam in monte synai mortuus sit, & postea tempore Oziæ suscitatus: illud videtur fictũ: quia sacra scriptura hoc nullo modo innuit : sed magis contrariam,& maxime quia oporteret secundum idem dici de omnibus prophetis: vt patet ex prędictis. Si autẽ quiaquod
B anima Esaiæ fuit creata ante corpus & sic fuit in monte Synai in anima, non in corpore: & postea illa anima fuit cõiuncta corpori tempore Oziæ per viã naturæ generato,& organizato: hoc dictum est cõtra scripturam. Gen.j. &.ij. ca. Formauit,inquit,deus hominem de limo terræ & inspirauit &c. Ex quo patet quod organizatio humani corporis præcedit origine infusiouem animæ.
C Item Zacha.xij. dicitur, hęc dicit dominus extendens cœlos,& fundans terrã, & fingens spiritum hominis in eo. Ex quo patet quod anima hominis creatur in ipso corpore organizato. Vnde & Gl. hæbraica super locum istum sic dicit. Creator creat animam cum perfectione figuræ humani corporis. Item argui
D tur contra vtranq; responsionem simul quia si Esaias fuit in monte synai tempore legis datæ & hoc siue in anima tãtum,siue in anima,& corpore simul: & sibi accepit prophetiam, quam postea denuntiauit & sic alii prophetæ: sequitur quod scriptura veteris testamenti in magna parte sit falsa, quia sæpissimè prophetas accepisse spiritum prophetã di de nouo testatur: sicut patet de hæliseo. iiij. Reg. ij. & de Ezechiele Ezechiel. j. & de multis aliis. Similiter dicit quod reuelationes sunt factæ ipsis prophetis de his quæ ignorabant, vt patet de Heliseo. iiij. Reg. iiij. vbi dicit de illa muliere Sunamite. Anima eius in E amaritudine est dominus celauit à me. Similiter de Daniele idẽ patet de quo scribitur Danie. j. quod deus dedit illi intelligentiam visionum.&.ij.c. qualiter reuelatum est ei somnium Nabuchodonosor,& eius interpretatio.& ix. ca. introducitur angelus Gabriel reuelans ei dictum mysterium hebdomadarum & in pluribus aliis locis eiusdẽ libri simile inducitur. Similiter etiã in aliis libris veteris testamenti, vt patet F intuenti: quæ omitto propter prolixitatem vitandam. Hæc autem omnia,& similia essent similiter falsa si prophetæ accepissent prophetias in monte Synai: quia ex tunc fuissent de omnibus illuminati siue fuissent ibi in anima tantum siue in anima,& corpore. Et sic patet quod ratio rabbi Salomonis non solum est, contra totam scripturam quæ dicit quod anima non præcedit corpus : sed etiam contra totam scho- G lam philosophorum : vt ex prædictis patet. Et sic ex prędicta autoritate. Esa. Trinitas personarum patet in diuinis. Ad idem facit illud Ecclesia. iiij. Funiculus triplex Glossa. hebraicè Sensus videlicet Trinita. Dei & vnius non de facili discutitur. Sed hanc gloss. antiquam moderni Iudæi peruerterunt retorquentes hanc Trinitatem ad tria diuina attributa : quæ sunt sapientia, potentia, & bonitas : sed hoc est supra H improbatum. Idem patet etiã in Psalmo. xxxij. Verbo Domini cœli firmati sunt &c. Patet igitur principaliter qualiter pluralitas personarum possit probari per scripturam à Iudæis receptam similiter & trinitas determinata. ¶ Quantum autẽ ad tertium sciendũ est tp nulla creatura illi beatę Trinitati similari valet profectè sicut nec vmbra

I bra assimilatur corpori: nec vestium, nec imago picta, ei cuius est imago. Sed tamē aliqualis similitudo inuenitur in creaturis superioribus: sicut secūdùm Aug. in sole tria consyderantur scilicet, quod est quod lucet: quod calet. i. substantia: radius: & calor: Radius igitur nascitur de sole: quia filius de patre generatur: & calor procedit ab vtroque: quia spiritussanctus spiratur à duobus. i. patre & filio. Ipse aūt sol non est K sequela procedens ab alio. quia pater non est ab alio. Est tamen omnia tria sunt vnus sol: quia tres personæ sunt vnus deus. Secundò, in creaturis inferioribus sicut elemēto aquæ. Sicut eūm fons riuum, sic pater filium generat: & sicut fons & riuus faciunt stagnū: ita pater & filius generant spiritumsanctum. Fons autem, sicut & pater à nullo procedit, & tamen locorū trium est vna aqua &c. Tertiò, inuenitur in mediis. si- L cut in homine, de quo Aug. in libr. de Trinit. dicit Mens & notitia eius, & amor tria quædam sunt, mens nouit se, & amat se. Et ipsa mens est quasi pater, notitia proles, & spiritussanctus amor: qui de monte, & notitia procedit: dum mens cognoscens se diligit se. Nec eūm posset se amare nisi cognosceret. Sed pro his aduerte ex. S. Tho. j. q. xciij. ar. vij. ℭ imago Trinitatis primò & principaliter attenditur in mente secundū M actus prout. s. ex notitia; quā habemus cogitando interius verbum formamus, & ex hoc prorumpimus in amorē quia diuinæ personæ distinguntur secundū processionē verbi à dicente, & amoris connectentis vtrūq;. Verbum autem in anima nostra sine actuali cogitatione esse nō pōt. Secundario aūt & quasi ex cōsequēti potest attēdi secūdū potētias. s. memoriā: & intelligentiā: & volūtatē: vt secūdū habitus prout. s. in prædictis N actibus virtualiter cōtinentur. Sed tamen aduertendū est ℭ exempla nulla sufficiūt: nec ingenii creati quāuis perspicacitas ad hoc mysteriū plcrutādū & cōprehēdēdū. In cuius signū de Aug. legitur ℭ cùm libros de Trinitate ederet: & ad litt' maris cogitabūdus deambularet: puerū inueneritparuo cochlea ri ex mari ad fossulam aquam deportā tem. Cūq; Augu. perscrutaretur quid- O nā facere vellet, respōdisse, se velle ma re exhaurire: & in illā fossulā refunde- re. Aug. in risum concitatus, qūo, inquit, fili hoc facere potes, cū mare sit magnum, & fossa parua, & cochlear mo dicū? At ille. Facilius, inquit, hoc mihi est, quā tibi explere quod cogitas. s. ma re Trinitatis in fossa tui libri per cochlear tui ingenii cōcludere: statimq; disparuit. Aſt Aug. deo gratias agens quam verum ille dixisset recognouit. P Sed quia ingenia non sufficiunt: deus hoc mysterium per infinita miracula astruxit quæ adhuc videntur in suis effectibus, puta in romani imperii subiugatione: Iudæorum dispersione: gentiliū conuersione: & martyrum occisione: & in multis huiusmodi: vt de fide dubitare non possit: nec aut insanus, aut vitiosus. His visis iam exponemus euāgeliū, in quo tanguntur tria pūcta quæ sunt disputatio, solutio, confirmatio. Q ¶ Quantū ad primum tangit quædam disputatio inter magistrū, & discipulū. i. christum, & Nicodemū. Dicitur ergo. (Erat ergo homo ex Phariseis) qui erāt quidam religiosi, qui resurrectionem, & spirituales substātias confitebantur: & quia de huiusmodi christus loquebatur, ad eius doctrinam iste aliqualiter fuit dispositus. (Nicodemus nomine princeps). i. vnus ex principibus (Iudæorum.)

A dæorum.) Dicebantur autē Iudæorum principes, vel nobiliores, seu capita populi, vel certe ipsi iudices populi. Licet aūt vt dicit. S. Tho. christus à principio ad fidem suam vocare noluerit multos potentes, & sapientes. vt innuit Paulus j. Corū. j. & hoc ne fides humanæ potentiæ, aut sapientiæ ascriberetur. Tamen voluit aliquos vocare, vt istum ne con B temptui haberetur tāquā fides rusticorū (hic) conuersus ad prædicationem christi (venit ad Iesum) secūdū Augu. plenius instruendus de fidei secretis, cuius aperta ostensione signorū iam rudimenta perceperat (nocte) & hoc secūdū Augu. Iudæorū timore: ne pelleretur ex synagoga. Sicut tamen dicit. S. Tho. circa aliquos in scriptura cōsueuit quaC litas temporis describi. ad insinuandā conditionem eorum. Venit ego nocte: quia venit scientia obscurus, charitate frigidus, & inimicorum timore plenus quia fuit de illis principibus, de quibus dicitur Io. xij. quòd christum confiteri nō audebant. (Et dixit ei. Rabbi) quod latinè sonat magister (scimus, quia à deo venisti magister). i. scimus quòd tum magisteriū à deo est, Beatus cuD ius magisterium à christo: & non à burga, vel ambitione est. Appellat aūt cū magistrum: vt dicit Haymo. quia deum illum non credebat (Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cùm eo) nisi fuerit amicus dei. Non tamen dicit secūdùm Chryne. ¶ Sciendū est autem ℭ licet miracula non semper attestentur facientis, tñ ℭ aliquis se dicit sanctū, vt christ', qui dicebat se dei filiū necessario miracula attestantur sanctitati eius: quia vt dicit. S. Tho. ij. Thes. ij. prædicator prædicta falsum, nō pōt facere miraculum: quia deus non pōt esse testis falsitatis. E In prędictis aūt verbis secūdū mag. hist Nicodemus petit à christo de fide plenius edoceri. Ideo sequitur (Respondit Iesus, & dixit ei. Amē amen). i. verè. Sed nullus latinus, aut grecus interpres propter reuerentiā voluit transferre vt dicit. S. Tho. Et vt idem dicit: solus Ioannes id geminat inter euangelistas quia solus tractat principaliter pertinentia ad verbi diuinitatē: quæ cum occultiora sunt maiori assertione indige- F bant. (Dico tibi nisi quis renatus fuerit denuò). s. per baptismum (nō potest videre regnū dei). i. scire secreta ecclesiæ, & diuinitatis christi maximè, vel nō potest saluari: & hoc intellige in noua lege, cuius est baptismus sacramentum, & extra necessitatis casum. Vbi enim haberi non possit baptismus sufficit voluntās habendi. Sed videtur ℭ G respōsio christi nō sit ad propositū, Nicodemi. Dicit aūt S. Tho. ℭ Nicodemus confitebatur christum magistrum miracula facere tanquā hominē purū: quod christus voluit remouere ducendo ipsum ad cognitionē altioré māsuetè. q. d. Nō est mirū si me purū hominē credis: quia illa secreta diuinitatem nemo scire pōt, nisi spiritualem cognitio- H nem a dipiscatur. Est aūt sciendū secūdū. S. Tho. quòd cùm sit duplex visio, sicut & duplex natiuitas. s. corporalis, & spiritualis: sicut visionē corporalem non habet nisi natus, ita nec spiritualē. nisi renatus. Regeneratio aūt spiritualis in lege veteri fuit: sed figuralis: quia vt patet Rom. xiiij. patres baptizati sunt sub Moyse, in nube & in mari. In noua autem est manifesta, sed imperfecta: quia renouamur interius per gratiam: sednon exterius per incorruptionem: vt patet. j. Corū. v. Lu. xviij. qui foris

I ris &c. In patria verò erit perfecta: quia renouabimur etiam exterius. In lege igitur veteri videbant homines regnū dei. i. mysteria eius: sed imperfecte, & à longe. In noua autē imperfectè. i. per speculum. vt patet. j. Corum. xiij. In patria aūt videbimus perfectè. j. Io. iij. Cū aūt apparuerit &c. Est aūt notādum secūdū. S. Tho. ℔ in, græco non habetur denuo. sed anothe. i. desuper. quod Hiere. trāstulit denuo. vt. s. importet additionem. Chrys. autē dicit proprium esse filii dei nasci desuper quātum ad tempus: quia ab æterno: & quātum ad principium generationis: quia à patre cœlesti. Sed quia nostra regeneratio est ad similitudinem generationis eius. Ideo etiam est desuper quātum ad tempus per æternam prædestinationem. & quātū ad principium: quia gratia qua renascimur est donū dei. Hæc ex illo virtualiter. Sed iste Nicodemus quamuis magister esset. i. doctor in lege: tamē vt dicit Aug. solam nouerat carnalē natiuitatē. Ideo de ea arguit dupliciter. s. ex ætate: & ex quātitate. Vnde sequitur. Dicit ad eū Nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex?) vt ego sum qui tamē volo saluari. Erat enim senex secundùm Bedam, & de se protulit exemplum (Nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci?) quasi diceret. Ista sunt impossibilia. Non tamē vt dicit Chry. ista dicit quasi exciderit à fide: sed vt christū ad ampliorem doctrinam prouocet. ¶ Est autem moraliter sciendum quòd triplex est hominis natiuitas. Prima est naturalis, quæ est homini ad humilitatem. Vnde & puer mox nascens triste facit, quæ sunt nobis ad exemplum humilitatis. Primum est: quia nascitur flendo, Aug. de ciui. dei. Puer qui nascitur ploratu incipit, nascēs prophetat quid malorum passurus sit. Solus quando natus est risisse fertur zoroastes: & tamen ille reſus monstruosus parū sibi profuit. Fuit enim inuentor artiū magica rum, & cū esset rex Batrianorum à Nino rege Assyriorum bello interfectus est. Secundum quia bestiarum more scitur. ad innuendum ℔ cùm bestiis habemus partem vitæ nostræ communē, scilicet corporalem: & ℔ iumentis sumus, propter peccatum, comparati. Tertium, quia mox natus ponit manum ad os: quasi nobis ad memoriam reducens quid patiamur, pro delicto per gustum perpetrato. Secunda natiuitas est spiritualis ad salutem in baptismo, vbi spiritus sanctus tenet locum patris: aqua sanctificata, locum matris: sed verbū sacrauē tale est tanquā semen diuinū. De quo Aug. Accedit verbum ad elemētum, & fit sacramentū. Ter autem mergitur pueri in aqua: licet non sit necessarium & ad hoc repræsentandum vel triduā christi sepultaram, vel totam Trinitatem ibi operantē. Vnde & tota Trinitas se manifestauit in baptismo christi ad hoc innuendum. s. pater in voce, filius in carne, spiritussanctus in columba. Tertia est cælestis ad beatitudinem qua sancti viri de vtero matris. i. ecclesiæ nudi tantum egressi nascuntur in mūdo alio. i. in cœlo, ideoque mors sanctorū vocatur natale. Sicut enim puer ex vtero matris nascitur cum perdens rit ad debitum complementum: quia requirit ampliorem locum ad manendum, vberiorem cibum ad vescendum liberiorem aerem ad respirandum, & maiorem lucem ad videndum. Similiter sancti appetunt nasci in cælo, quia est locus capacior: cùm respectu eius

tota terra sit punctus secundùm Astrologos. Cuius signum est ℔ existentes in superficie terræ ita vtuntur astrolabio ac si essent in centro, nullam sensualē differentiam inuenientes. Et ibi etiam habebunt satietatem maiorem. Ps. Satiabor &c. Et aerem liberiorem ad respirandum, quia modo vix possunt respirare propter acerbitatem pugnæ in qua sunt, & laborant. Esa. xxxv. Fugiet dolor, & gemitus. Et maiorem lucē ad videndum. quia supra se habebunt infinitam lucem dei. Apo. xxxj. Claritas dei illuminabit illam. s. ciuitatem supernam. Et infra se locū luminosum. Tobię. xiij. Luce spēdida fulgebit. Et in tra se animū illustratum. Esa. lj. Imple bit splendoribus animam tuam. Et extra se corpus glorificatum. Matt. xiij. Tunc iusti fulgebunt sicut sol. ¶ Quātum ad secūdū, tangitur solutio dispumationis quæ inter christum, & Nicodemum versabatur: cum dicit christus volens expressius declarare spiritualis natiuitatis modum (Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit). i. denuò natus (ex aqua) abluente corpus, & consequenter significante ablutionem animæ (& spiritusancto) intrinsecus animam purificante (non potest introire in regnum dei) hoc aūt intelligunt de regno ecclesiæ triūphantis. quia baptismus est necessarius ad salutem: & de regno ecclesiæ militantis: quia baptismus est ianua ad sacramenta percipienda, quæ nullus nisi baptizatus licitè percipit: & imprimit characterem, quo fideles ab infidelibus secernuntur, vt patet ex. Sanct. Thom. & aliis theologis. Sed quare homo nascitur per baptismū quia sine baptismo actu, vel proposito habito homo nihil est in esse spirituali, & dei formi; sed per illum tale esse acquirit sicut per generationem corporalem acquirit esse humanum. Vnde eo modo quo anima comparatur ad materiam & potentias, eodem comparatur gratiam, quam baptismus confert ad animam & virtutes: quia animę dat esse spirituale: & ab ea fluunt virtutes, sicut anima dat corpori corporale esse: & ab ea fluunt potentiæ suæ. Sed hic Sanct. Thom. mouet duplicem quæstionem. Prima quia antiqui patres secundùm hoc non essent salui: sicut nec baptizari. Et soluit, quia fuerunt renati, & baptizati in figura. Vel potest dici quòd christus loquitur, vt doctor, & institutor nouæ legis, in qua baptismus est necessarius. sicut circuncisio necessaria fuit in antiqua. Secunda, quia cum triplex sit baptismus scilicet fluminis, flaminis, & sanguinis: multos baptizatos solum duobus vltimis modis vel altero eorum dicimus intrasse regnum dei. Et soluit, quia tales habuerunt baptismum fluminis ideſt aquæ in voto, & si non in actu alias nihil valeret baptismus sanguinis nec esse posset baptismus flaminis ideſt spiritussancti. Sed quia vt ait Haymo prædicta mysteria Nicodemus capere non valebat: ideo ex carnali natiuitate dominus dat exempla dicens (Quod natum est ex carne) ideſt homine carnaliter generante (caro est.) ideſt acquirit solum esse carnale (& quod natum est ex spiritu, spiritus est) ideſt cōstituitur in vita spirituali, & acquirit spirituale esse (Non mireris, quia dixi tibi oportet vos nasci denuò) quasi dicat: argumenta tua procedunt de carnali generatione, & sermo meus est de spirituali. Quod verò sequit secūdū Chry exponitur de spū. i. vēto. & de quo saluator ponit exēplum: & secūdū ei⁹ mōtē

fic

I sic exponitur (Spiritus).i.ventus (vbi vult).i.in loco ad quem inclinatur ad spirandum,sumitur enim hic voluntas pro inclinatione(spirat).i.flat(& vocē) i.sonum (eius audis) aure corporis (& non scis vnde veniat).i.in qua parte mundi determinatè incipiat,(aut quo vadat).i.vbi terminetur.(Sic est omnis qui natus est ex spiritu)qa.s.eius principium,quod est spiritussanctus, & eius finis quæ est æterna felicitas à nobis

K ignoratur.Licet autē in hanc expositionem Chry.& ferè omnes græci conueniant:vt dicit.S.Tho.tamen cōtra arguit Aug. volens quòd nō de materiali spiritu.i.vento exponatur, dicēs quòd talem scimus vnde veniat, aut quo vadat.Nam scimus Austrū à meridie, ad septentrionē spirare: Aquilonē vero è conuerso.Ad hoc autē dici potest,vt dicit.S.Tho.quòd licet in generali sciatur vnde aut à quo ventus spiret:tamē

L in speciali nescitur motus eius principium,aut finis. Secūdum Aug.autē exponitur de spiritusancto sic (Spiritus) sanctus (vbi vult spirat) quia.s.vt ait Beda.in potestate habet cuius cor gratia suæ visitationis illustret. Hæc ille. (Et vocem eius audis).Ex hoc autē obiicit Chry.contra expositionem Aug. quia dominus loquebatur Nicodemo imperfecto:cui vocē spiritussancti audire non competebat. Sed secūdum.S.

M Tho.dicitur quòd solum sancti & perfecti audiunt vocem spiritussancti:qua loquitur in corde sed alia est vox eius, quia loquitur in scripturis,vel per prędicatores vel etiam per habentem spiritumsanctū.Vox enim in eius,qui spiritusancto plenus est, vox est spiritussancti, secundum Aug.& Bedam quam percipimus (Et nescis vnde veniat aut quo vadat).i.vt dicit Alchuinus, Non potes videre quomodo sic loquentē intrauerit,aut inde redierit, cùm sit inuisibilis.Vel secundum Haymo.hoc dicitur quia nescis:quomodo fideles introducat ad fidem,aut spem.Vel secūdum S.Tho.nescis vnde veniat, quia à patre,& filio,qui habitant lucem inaccessibilē:aut quo vadat: quia ducit ad incognitum finem, & æternam salutem, Vel secūdum eundem, nescis vnde veniat.i.quomodo hominem introcat,aut

O quo vadat.i.ad quam perfectionē ducat. (Sic est omnis qui natus est ex spiritu)quia.s.nascitur inuisibiliter secundum Haymo.sicut & spiritus est inuisibilis.Vel ideo hoc dicitur secundū Augu.quia si tu nascaris ex spiritu:ille qui adhuc natus nō est, nescit vē, aut quo vadas.Vel secundū.S.Tho.sic est. Ois qui natus est ex spiritu.s.sicut spiritussanctus, quia in viro spirituali sunt

P proprietates spiritussancti, sicut in carne accēso proprietates ignis.Sunt autē in eo tres spiritussancti proprietates. Nam primo habet libertatē.j.Cor.iij. Vbi spiritus dāi, ibi libertas. quia non ducitur à spiritu Dei nisi ad sancta: & quia liberat à seruitute legis. Secūdō, quia de eo iudiciū sumitur per vocem eius:ad quam cognoscitur spiritualitas eius.Mat.xij.Ex abundātia cordis &c.

Q Tertia,quia habet originē occultam,& finē similiter. Et hoc vel inquantū nullus potest eum diiudicare: & ipse omdiiudicat.j.Cor.ij. Vel,quia nescit vnde veniat spiritualis natiuitatis eius de principiū,gratia.s.baptismalis,aut quo vadat.i.quomodo dignus efficiat. Hæc ex illo virtualiter.(Rādit Nicodemus) nō voto repræhendētis, vt ait Haymo. sed affectu discētis. Nō enim intelligebat quæ dicebātur, & tā credebat illa vera fore.(¶Quomodo pāt hæc fieri?) Sicut

A Sicut autē dicit Chrys.Christus aspernatus ei iam loquitur, nō quasi accusans huius viri nequitia,sed insipientiam,& ruditatem solum. Sequitur (Rādit Iesus,& dixit ei.Tu es magister in Israel, & hæc ignoras.)Quasi dicat reprehēsibilis est ignorātia tua.& hoc secundum Chry.quia multæ ꝓphetiæ de hac spirituali natiuitate prēcesserent iuxta illud Psal.Renouabitur vt aquilæ iuuen

B tus tua, & multæ figuræ in lege : cuius peritiam ipse profitebatur. Aug.Quid putamus dām huic magistro Iudæorū quasi insultare voluisse. Volebat quidē ipsum nāsci de spiritu. Nemo autē ex spiritu nascit nisi humilis fuerit. quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu. Ille autē magisterio inflatus alicuius momēti esse videbatur. quia doctor erat Iudæorū. Deponit ergo dās eius superbiā,vt posset nasci de spiritu.Hęc

C ille. Et intendit quòd dās reprehendit eum,non vt cōfundat:sed vt per humilitatem capacē spiritualis doctrinæ efficiat. Ex his autē patet quòd in prælecti euangelio fit mētio de tribus personis diuinis, & earum appropriatis.

¶Sciendum est enim secūdum doctrinam.S.Tho.j.q.xxxix.art.vlt.quod licet potentia, sapientia, bonitas conueniant oībus & singulis suppositis, Tri-

D nitatis tā potētia, quæ habet rationem principii,appropriatur patri. Primò, quia est principium nō solum creaturarum:sed etiā filii,& spiritussancti.Et secūdò, ne credatur impotens sicut pater terrenus ratione senectutis. Et sapientia filio. Primò, quia est verbū intellectus paterni.Et secundò,ne credatur infœtus sicut filius humanus ratione iuuentutis. Et bonitas quæ scilicet obiectū amoris appropriatur spiritu-

E sancto.Primò,quia est amor. Secundò, ne credatur impetuosus, & volētus : sicut spiritus humanus exprimitur:ergo pater cum sua potētia:cùm dicitur:Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis,nisi fuerit Deus cum eo.Et persona filii cū sua sapientia,cùm dicitur.Rabbi scimus quia à Deo venisti magister, & persona spiritussancti,cum sua bonitate,cùm dicitur.Spiritus vbi vult spirat.Non enim nostris meritis : sed sua bonitate nostris mētibus illabit. ¶Moraliter autē sciendum est, quod pater

F omnipotens per tria vinci posse videtur. Primum est sua pietas viscerosa. Hiere.xxxij. Conturbata sunt viscera mea super eū, miserās miserebor eius. Aug.Tardius videt Deo peccatori veniam tradere,quàm illi accipere.Secūdum est sua charitas affectuosa quæ illum de cœlo ad terrā deposuit.Aug.O charitatis, quàm magnas vires habes. Deū de cœlo ad terrā deposuisti ? Hæc ille.Imo,& crucē ascendere coegit.Lu.

G xij.Baptismo habeo baptizari. & quomodo coarctor.s.à charitate (vsq; dum perficiatur.Tertium est oratio lachrymosa Ber.ô humilis lachryma, vincis inuincibilē,& ligas omnipotentē. Similiter etiā filius Dei sapientissimus sciēter permittit se à nobis decipi. Primò,in vēditione, quia regnū cœlorum dat vili pretio:vt apostolis pro naui,& rhetibus:& viduę pro duobus minutis:

H quibusdam pro calice aquæ frigidæ. Matth.x.quibusdā pro sola bona volūtate,Aug.Regnum cœlorū tantum valet quantū habet. Nihil vilius cum vēditur:nihil charius cùm possidetur.Secundò in emptione:quia corpus nostrū emit pretio sui sanguinis.j.Cor.vj.& animam nostrā positione animę suę.j. Ioā.iij,ille pro nobis animā suam posuit:& per pœnitētiam nostram regno

I cœlorum Matth.iiij. Pœnitẽtiam agite &c. Tertiò, in cõmutatione: quia cõmutat aurũ suæ gratiæ & gloriæ in lutum nostræ operationis. ¶ Quantũ autem ad tertium tangitur cõfirmatio solutionis. Dñs enim (sicut dicit Chry.) imbecilitati condescendens Nicodemi sermonẽ suum ex alto facit credibilẽ. s. ex certissima sua notitia. Et vt patet simul ipsum reprehẽdit de tarditate credendi cum aliis Iudæis: dicens (Amen amen dico tibi: quia quòd scimus nos) scilicet pater filius, & spiritussanctus, secundũ Haymo, vel scimus ego, & spiritus cuius vocẽ audis. Vel, scimus ego & renati ex spiritu, puta apostoli: secũdum Alchui. (loquimur: & quod vidimus). i. certissimè nouimus: secundum Chry. (hoc testamur) verbo, & miraculis (& vos) carnales, & superbi (testimonium nostrũ non accipitis) credẽdo his quæ docemus. ¶ Est autẽ hic multiplex quæstio. Prima, quomodo Apostoli certissima cognitione non erat ea quæ
L sunt fidei. Ad hoc dico quòd duplex est certitudo. Quædã est certitudo visionis, qua quis ideo certus est quia videt, i. totaliter cõprehendit per intellectũ ita esse: sicut certus est: quilibet quòd totũ est maius parte. Alia est certitudo ad hæsionis, qua quis est certus de aliquo nõ quia videt ita esse: sed quia videt, & scit illud esse credibile: & adhæret testimonio alterius asserentis illud
M esse verũ. Et sic in scientia subalternata sunt certa principia: & in fide articuli ipsius fidei quibus fidelis assentit firmissimè. Secunda est, quomodo ea quæ sunt fidei vidẽtur: cum fides sit de non visis ad hoc dico, quòd hic ponitur visus pro notitia certa. secundo modo: non primo: quamuis dici possit quòd articulos fidei Deus, & Christus vident in seipsis: Apostoli autem & alii fideles N viatores non vident eos in seipsis, sed in generali tantum, secundũ S. Tho. ij. ij. q. j. inquantum vident eos esse credibiles. Tertia quare dicitur: & testimonium nostrũ non accipitis: cum de Nicodemo constet quòd erat fidelis. Ad hoc dicit Theo. quòd dominus non loquitur de Nicodemo, sed de toto genere Iudæorum: de quo pauci comparatiuè crediderunt. Vel potest dici quòd iste Nicodemus à principio tardus fuerat ad capiendum, credendum: & sic nõ
O reprehenditur de infidelitate: sed de ignorantia, & ruditate: vt sit talis sensus. Vos duri estis, & tardi ad credendum: quia estis rudes ad capiendum, & tamen nisi capiatis, aut non creditis, aut tardè, & imperfectè creditis. Vnde subditur. (Si terrena dixi vobis) puta
P sententiam de spiritu, & vento secundum Chry. Ventus enim cum sit genera-bilis, & corruptibilis: numeratur, vt dicit. S. Tho. inter res terrenas. Vel secundum eundem sententiam de spirituali generatione, quæ licet sit cœlestis, & spiritualis ratione principii, sanctificatis, & ratione doni dati: quia ibi datur spiritussanctus, tamen est terrena ratione subiecti: quia homo terreneus est, qui ibi nascitur. Vel secũdum Aug. terrena appellat, corpus suum, de quo dixerat. Soluite templum hoc &c. (Et
Q non creditis) nisi tardè, & imperfectè. eo quòd ista ratione ruditatis non capiatis in generali esse incredibilia (quomodo si dixero vobis cœlestia credetis?) quæ sunt ad capiendum altiora. Accipiuntur autem hic cœlestia aliqua contra posita supra dictis terrenis: puta contra sententiam de spiritu sensibili, id est, vento alta, & magna quæ dici possunt de spiratione spiritussanc-

A cti: contra vero generationem terrenam ea quæ de æterna filii generatione dicuntur: & contra potestatem resuscitandi corpus mortuum: ea quæ de potestate Dei dici possunt in subita omnium annihilatione, & reparatione: & in conuersione substantiæ panis in corpus Christi: & in vnione personali humanitatis ad diuinitatem: & huiusmodi. Deinde saluator. secundum Aug.
B lib. de baptismo paruulorum: repræhensa superbia & tarditate Nicodemi: directè vult satisfacere quæstioni eius qua quæsiuit. Quomodo possunt hæc fieri? & hoc facit assignando causas quibus spiritualis regeneratio habet effectam quæ sunt duæ, vt dicit Sanct. Thom. scilicet mysterium incarnationis, & mysterium passionis Christi. Quæstio enim Nicodemi sic debet intelligi. vt dicit S. Tho. Quomodo pos-
C sunt hæc fieri, scilicet vt aliquid de occulto cœlorum veniat: aut in occultum cœlorum conscendat: quia dicis occultum esse principium, & finem spiritualis generationis. Occulta enim sunt nobis quæ sunt in cœlis. Vnde dominus antequã satisfaceret quæstioni. huius eius intellectũ aperuit dicẽs quo
D modo si dixero cœlestia credetis? Et ista tim incipit ostẽdere cuius sit proprium in cœlum ascendere. Ad intellectũ autem sequentium sciendum est quòd filium hominis descẽdisse de cœlo sic intellexit Valentinus: quasi corpus suum de cœlo portauerit. Et similiter dicit illũ esse in cœlo. i. in corpore de natura cœlesti, sed hoc est expresse cõtra Apostolum dicentẽ eum factum ex semine Dauid secundum carnem. ad Roma. j. Orige. verò dixit hoc esse quia anima eius descẽdit de cœlo. Fuit enim, vt ait, anima cius simul ab initio creata cum aliis: & prius vnita verbo: deinde de E cœlo descendens carnem assumpsit. Et hoc dicit quia credit omnes animas, & spirituales substãtias æquales esse creatas, & secundum diuersitatẽ meritorum suorum diuersis corporibus fuisse alligatas. ¶ Sed cõtra hoc est quia Apostolus Ro. ix. dicit de Iacob & Esau existẽtibus in vtero: quod adhuc nihil boni aut mali egerant. quomodo ergo illæ animæ ante peccauerant quàm corpo-
F ribus vnirẽtur. Simul ergo creatur anima, & infunditur corpori, cui nõ præexistit. Dicendũ est ergo quòd cum in Christo sit tantũ vna persona subsistẽs in duabus naturis de ea dicũtur pertinentia ad diuersas naturas. ita q̃ idem crucifixus est, & creauit mũdum, & filius hominis, & Dei vnus est. Quia ergo Deus descẽdit de cœlo: dicitur etiã
G secũdum S. Tho. filius hominis descẽdisse de cœlo, & hoc secundum naturã diuinã non mutando locũ, quia vbiq; est sed per nouum effectũ nouo modo essendi in hoc mũdo. s. per assumptionẽ humanitatis. Vel vt dicit Hylarius: descẽdit de cœlo quoad corpus nõ ratione materiæ, sed ratione causæ efficientis: quia nõ virili semine: sed cœlesti virtute formatus est. ¶ Sciendũ est etiã q̃ ista propositio: nullus præter Christum ascẽdit in cœlũ: est vera in multiplici sensu. Primò, vt intelligatur quòd
H ante passionẽ Christi nemo potuit ascẽdere in cœlũ, vel ibi esse præter ipsum: quia humano gñi cœlũ clausum erat. Secũdò, vt intelligaẽ virtute propria. Tertiò, secundũ S. Tho. vt per Christũ nõ accipiamus solũ caput, sed caput & membra quæ cum capite ascẽdunt. Sunt autẽ mẽbra Christi omnes electi. Dicitur ergo, (Nemo ascendit in cœlũ, nisi qui descẽdit de cœlo) modo prædi-

Universidad de Deusto Biblioteca

I

cto (filius hominis).i.ipse Christ' qui sic se vocat causa humilitatis,secundū Aug,(qui est in cœlo) ratione deitatis. Sed quomodo ex his respondetur Nicodemo? Dico ꝙ optimè respondetur Nam saluator dixerat generationē secundū spiritū habere occultū principium,& finē.& quia quæsierat Nicodemus:quō hoc fieri posit: respondet ꝙ cœlesti virtute homo regeneratur ad

K

cælestem vitā,& vtrunque corū tā cælestis virtus quā cælestis vita occultū est.Deinde etiā subiungit de passione sua,cuius occulta virtute operatur baptismus,& generatur homo spiritualiter.dicens. (Et sicut Moyses exaltauit serpentē) æneū (in deserto) elevans illum in altum super palū. Sicut enim habetur numeri.xxj.populo Israēl per cussō frequenter à serpentibus :mandato dei Moyses serpentem æneū fecit quē eleuatū aspicientes sanabantur

L

Et fuit figura crucifixi, qui apparuit serpens innominatus in crucem: & nō erat sicut ille serpens videbatur.& veneno carebat.Vnde ibi dicit.fuit positus in signū: (Sic exaltari) .i.in cruce (oportet filium hominis) Secundum Chry.ideo non dicit pendere oportet filium hominis.sed exaltari:quia honestus hoc videbatur audienti condescētes.Secundò, vt ostēderet hoc congrue

M

re suæ figuræ.in qua nomine exaltationis:seu eleuationis vtit scriptura.Tertiò.vt ostendat se voluntariè ad passionem venisse:vnde multa nascitur salus nobis:& exaltato Christo (vt omnis q credit in ipsum per motū.s.spei & charitatis tendendo in ipsum (non pereat æterna morte :sed habet vitam) non corp oralem, tantum (sed æternam.) Assimilat aūt se Christus serpēti.imo assimulauit eū deus per Moysen.Primò quia licet non fuerat serpens per

N

venenum peccati:tamē videbatur serpens,quia venit in similitudinē carnis peccati: vt dicitur Ro.viij.Secundò, quia sicut de serpente venenū,& tyriaca contra venenum sit.ita facto veneno de serpente diabolo deus voluit fieri,serpens.vt fieret tyriaca cōtra venenum diaboli.In cuius signum Exod.

O

vij.serpens Moysi deuorauit serpentes magorum,Tertiò,quia serpens cū magna custodia obseruatur oua.Quæ cū non indigeant fori:tamen est semper circa ea ne lædantur ab aliquo.Et similiter Christus semper custodit suos

P

Matth.vlti. (Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationē seculi.Quare tò,serpens per arctum foramen expoliat veterem pellē,vt induat nouam. Similiter Christus per foramen mortis venit ad stolam immortalitatis.Lucis venit ad sōlam immortalitatis.Lu. vlti.Oportebat Christū pati &c.Quin tò,serpens obturat aures ne audiat vocem incantantis. Et similiter Christus ne audiret vocem demonis tentantis:vel quotidie nos apud deum accusatores sanctis Apo.xij.Proiectus est accusator

Q

Dicitur autem æneus Primò,quia tōnionibus passionū expoliari potuit sed non confringi.Secundò,quia ęs nō est vnius naturæ metallinæ:sed plurium: sicut Christus qui diuinā habet,& humanam.Tertiò propter sonoritatē prædicationis.Est autē notandū ꝙ cum dicitur,& testimonium nostrum non accipitis,in hoc ingratitudo humana notatur. Omnia enim quæ mentiri non possunt perhibuerunt testimonium de hac veritate, quod Deus est trinus, & vnus.s.ipse Deus:vt patuit supra.& ipse Christus Mat.vl.Baptizantes eos in nōie patris, & filii, & spūs sancti.Et angeli dicentes.Sanctus:sanctus:sanctus.Et prophætæ illuminati a deo.Et tamē hoc testimonium multi maximè Iudæi nō accipiunt.Et tamē ista fides deuotè recepta valet.Primò ad demonum expulsionē,Nā cum notario fidei apud Constat inopolim duxisset,si vellet seruus esse suus. Et respondisset se seruum Trinitatis: & se signasset : omnes demones aufugerunt.Et secundo ad tribulationum propulsionem.Nam sicut dicit.Da.lib.iiij. Cum apud Constantinopolim tēpore grauis pestilentiæ raptus in cœlum audiuisset ab Angelis decantari. Sancte fortis sancte & misericors saluator miserere nobis.& rediēs corā populo decātasset cessauit ois mortalitas. tertiò ad malorum confusionē.& conuersionem.Nam cum quidā legatus vir Sanctus præcepisset episcopū simoniacum decantare gloria patri.&c.rogās deum si erat simoniacus quod spiritum sanctum cui fecerat iniuriam non posset nominare.ita factum est.& sic ille deprehensus peccatum suum humiliter recognouit & pœnituit.

In die corporis Christi.

Ioan. vj.

CAro mea verè est cibus , & sanguis meꝰ vere est potus. Qui māducat meā carnem , & bibit meum sanguine , in me manet,& ego in eo.Sicut misit me viuens pater & ego viuo propter patrem.

Et qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis qui de cœlo descendit. Nō sicut manducauerūt patres vestri māna,& mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.

CARO MEA VERE EST cibus &c.) Ioan. vj. Quia sacramentū Eucharistiæ nō potest humana lingua explicari:neque hūano ingenio cōprehendi, ideo pauca de ipso tractabimus:remittēs pro alijs ad S.Tho.iij.q. xxxvij.& iiij.dist.vij. ¶ Quātū ad præsens pertinet hoc solū volo declarare quomodo corpus Christi manens in cœlo est in terra sub parua quātitate:& in multis locis simul. ¶ Sciendū est ergo Primò intellectꝰ intelligit ꝙ corpus quod mutatur de colore in colorē.puta de albo in nigrū:aliud est ab albo colore,& nigro,eo ꝙ ipsum Corpus manet:& colores mutātur seu trāseunt.Et eodē modo intelligere oportet,ꝙ substātia est aliud à quātitate:quia eadē substantia mutatur de parua in magnā quātitatē: & e cōuerso.sicut patet in lactis ebullitione,& cōmixtione farinę.Hoc est ergo fundamentū magnū in ista materia intelligere ꝙ substātia nō est sua quātitas,sed aliud ab ea.Et quia sicut res habet ab albedine ꝙ fit alba ita habet à quātitate ꝙ sit quāta:& diuisibilis,& magna,& parua.ideo sicut sine albedine res non est alba:ita sine quantitate substantia non est magna,neque parua:sed est indiuisibilis.vt dicit Aristote.in ij.Phy.Substantia ergo corporis Christi consyderata sine sua quantitate est indiuisibilis. ¶ Sciendum est ſe-

I cũdò quòd inter agens creatum.& increatũ ista est differentia.q agẽs creatum nunquam facit naturã: sed semper illam in omni sua actione præsupponit:& eam transmutat de forma in forma. Vnde est causa solum formæ & consequenter compositi:non autẽ materię,sicut videmus q ignis nõ facit ligna,sed illa conuertit in ignem: ita q
K materia quæ erat prius sub forma ignorum eadem transmutatur:vt postea sit sub forma ignis,& nõ est ab igne facta: sed præsuppositа. agens vero increatum est causa non solũ formæ: sed etiam materiæ. Ex hac differentia sequitur alia:quia agens creatum non potest in totum conuertere: sed cõuertit solum secũdum partem;sicut ignis non conuertit totum lignum, quantũ
L ad materiam & furmam in ignẽ,sed cũ uertit solum formam ad hunc sensum q abiecta forma ligni inducit formã ignis. Sed agens increatum totũ transmutare potest in totum. Ad verba ego consecrationis in hoc sacramẽto :deus substantiam panis totam quo ad materiam,& formã cõuertit in corpus Christi:& tamen quãtitas panis nõ cõuertitur in quãtitatẽ Christi:sed manet sub fistẽs virtute dei siue omni substantia.
M Corpus ergo Christi est sub quãtitate panis, non quia sit motũ de cœlo :sed quia substantia panis quæ erat sub tali quãtitate est effecta corpus Christi. Et quia potest deus paruũ,& magnũ panẽ sic conuertere: potest etiã esse corpus Christi sub magna aut parua panis, vel hostiæ quantitate. Et similiter quia simul deus potest duos aut mille panes cõuertere,põt simul sub multis quãtitatib' esse isto mõ.s.secũdũ q aliqd dicit esse sub illa quãtitate sub quaerat aliqd q est cõuersum i ipsum. Vũ isto mõ De' posset substãtiã cœli ponere N sub quãtitate grani milii.s.si substãtiã conuerteret in substantiam cœli. Dicimus ergo (Caro mea verè est cibus,i. verè sumitur sub specie cibi.i.panis, q vere in carnẽ meam est conuersus (& sanguis meus verè est potus. verè sumitur sub specie potus,idest,vini: quod verè in sanguinem meum est per consecrationem mutatum. Notanter dicit O verè. Primò,secundum Chry. vt intelligantur ista non esse dicta parabolicè vel similitudinariè,sed realiter,& verè Primo,secundum Chry. vt intelligãtur ista non esse dicta parabolicè,vel similitudinariè,sed realiter,& verè ita esse. Secundò,secundum eundem,vt intelligatur caro ista esse cibus animæ non corporis. Tertiò secundum Augu. quia cum cibus sumatur ad sustentandum P vitam exclusa fame, & siti nullus cibus vel pot' hoc verè facit,præter istud qui homines immortales efficit. Non fit autẽ mẽtio de ossibus,& neruis quia Q uis sint in isto sacramento quia nõ cõsueuerunt ita venire in cibũ hominis (Qui manducat meam carnem,& bibit meũ sanguinẽ) Ex hoc videtur q sub vtraque specie sit communicãdũ. Vnde & alibi dicitur. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinẽ :non habebitis vitam in vobis. Ad hoc dicit.s.Tho.iij.q.lxxx.q licitum est cõmunicare sub specie panis tamẽ quantum est ex parte cõmunicandis: inquo debet esse cautela ne quid sanguinis effundatur: quod facile posset accidere in tanta multitudine Christiani populi, in qua multi sunt indiscreti. Licitũ inquantũ est propter periculum effusionis. Et secundò, quia pfectio huius sacramẽti nõ consistit in vsum,sed in cõsecratiõe. & tertiò, quia

sacerdotes ex persona omniũ vtrũque offert. Quãtum autẽ ex ea parte sacramenti secus est,quia perficitur in vtroque ideo ad illum ad quẽ spectat perficere sacramẽtũ,quod vocant eucharistiam,spectat etiam vtrunque sumere, id est ad sacerdotem. Hæc ex illo. Ad id verò q dicit. Nisi mãducaueritis carnem &c. dicit idem super Io. sic. Si hæc sententia de spirituali manducatione
B intelligatur dubiũ nõ habet. quicũque enim participat de ecclesiastica voitate,siue quicunque est in charitate susci
pit spiritualiter sacramentũ sub vtraque specie. Qui verò spiritualiter manducat,& bibit,sine charitate. & cõsequẽter sine veritate spirituali est. Si autẽ intelligatur de manducatione sacramẽtali,qua scilicet ipsæ species suscipiuntur est dubium. quia videbit esse de necessitate corpus Christi,sicut & bapti-
C zari : q Greci concedũ,ei eucharistiã pueris baptizatis,exhibentes,habentes pro se dictum Dionysij dicẽtis: q perceptio cuiuslibet sacramenti debet ad cõsummari in communione Eucharistiæ. Sed dionysius loquitur de adultis. qui possunt habere actualẽ deuotionẽ, quæ ad Eucharistiam requiritur. Dicẽ-
dum est ergo q baptismus est necessa-
D rius qui ad adultos secundum votum: quo ad alios autẽ secũdũ actũ. Eucharistia vero nulli est de necessitate salutis quo ad actum. Nam rẽ huius sacramenti adulti habere possunt voto proprio pueri vera vota ecclesiæ q eis cõmunicatur in baptismo. ¶ Sed contra: q secũdũ hoc videbit q etiã sumptio sanguinis secundũ votũ erit de necessitate salutis: quod est contra cõsuetudinẽ aliquarũ ecclesiarum. in quib' solus sacerdos sub vtraque specie cõmunicat. Ad hoc dicit q antiquit' omnes cõicabãt sub vtraque specie: q adhuc E in quibusdã ecclesiis seruatur, vt etiã ministri altaris communicẽt sub vtraque specie sed in aliquibus alijs seruatur vt solus sacerdos communicet sanguini propter periculũ effusionis. Nec tamen est contra sententiam domini: quia cõmunicãs corpori communicat etiã sanguini: quia sub specie panis est corpus ex vi sacramenti, & sanguis ex concomitantia. Hæc ex illo vbi, s. quiF busdam additis ex dictis eius aliunde. Est autem notandum q nulli inuenire possum q ecclesia ordinauerit sub vni ca specie esse communicandũ,sed consuetudo est, quæ passim sic obtinuit. Dicunt autem aliqui q cũ aliqua res est de se laudabilis,sed cõsuetudo possit de obligare ab illa,non tamen obligat ad oppositum. sicut cõsuetudo rxcusat me si non communico omni die, G vel omni die festo, vt consueuerunt Christiani: non tamen obligat me ad oppositum quin possim omni die communicare. Cũ ergo communicare sub vtraque specie sit laudabile: consuetudo non videtur ad oppositum obligare. Et ideo si laic' ex deuotione cõicet sub vtraque specie cessante periculo effusionis,& omni falso iudicio quo ad fidem: dicunt q non peccat mortaliter: H imò forte laudabiliter agit. Si enim in ecclesia fuissent omnes communicãdi discreti,& tanta fuisset sacerdotũ copia,vt pauci simul cõmunicare potuissent ad libitũ: nũquã fuisset introducta ista consuetudo quam cernimus. Mihi aũt videt q ista res habeat specie mali & forte q moraliter peccat communicans sic actiuè & passiuè: quia etiam si sit aliquid de se laudabile, tamen consuetudo ecclesiæ obligare potest ad oppositum: quando ad illud oppositum

I nō est peccatum. Et probatio huius est quia secundum S. Tho. in. iiij. ecclesia aliquando ad extinguendam quandam hæresim obligauit ad celebrandum ali quanto tempore in fermentato: quæ obligatio videtur fuisse per consuetudinem. Et eodem modo potest ex rationabili causa ordinare per statutum, vel per cōsuetudinem quòd sub altera tantum specie communicetur. Dicere autem quod consuetudo nō possit adhoc K ligare, est dicere quòd nec statutū & cō suetudinem princeps potest cōdere legem (In me manet: & ego in illo.) Per hæc autem verba exponit dominus secundum Aug. quid sit eius corpus manducare Māducare in. s. spiritualiter qui manet in christo per fidē charitate formatam. Qui verò nō sic manet in christo non manducat. Non tamen ista intelliguntˢ secundum eundem de his, qui sacramentaliter tantum manducant. i. L qui suscipiunt quidē sacramentū & tamen non sunt in charitate. Vel secundum Chry. in his verbis vult dominus declarare quod ante dixerat: quod manducantes hunc panem haberent vitam æternam. Nā qui manet in Christo viuente, viuit. Ideo subditur. (Sicut misit me viuēs pater & ego viuo propter patrem) inquantum deus, quia ab eo habeo deitatem & vitā & similiter inquātum homo quia viuo in persona diuini M verbi quam pater producit. (Et qui mā ducat me) sacramentaliter, & spiritualiter vel saltē spiritualiter tantū (& ipse viuet propter me) quia. s. talis efficitur membrum christi & vnitur fonte totius vitæ. (Hic est panis) scilicet caro mea (qui de cœlo descendit, quia). s. non semine virili: sed cœlesti virtute propagata est: vt dicit Hyla. (Non supplemā ducatur hic panis (sicut manducauerūt patres vestri māna: & mortui sunt) mor N te temporali & ęterna, secundum Aug. quod non de omnibus, sed de quibusdam intelligo. Nam & Moyses in deserto mortuus est morte temporali: sed nō æterna. (Qui māducauerit hunc panē) modo prædicto: qui est veritas: & non vmbra, vt manna (viuet in æternum) vita gratiæ & gloriæ quamuis moriat vita naturæ. Et intellige de manducante perseueranter, ita quod interruptio O nō interueniat quæ interruptio est per mortale peccatum. ¶ Est autem sciendum ꝙ hoc sacramentum fuit institutum. Primò in recordātionem dominicæ passionis vt patet Luc. xxij. Et secū dò, in signum præcipuę dilectionis. Nā magnus amor est dare sua: maior dare de suo: sed maximus dare se. Dando autem se magnus amor est dare in se fratrem & socium vt christus per incarnationē & maior cum hoc dare se in ma- P gistrum per prædicationem & adhuc maior in exemplum per conuersationē & adhuc maior in pretium per passionem & maximus dare se in cibum per sacramenta cōionem. Nam in aliis dōnū est aliquo modo diuisum ab eo cui datur sed ex cibo & cibato fit vnum indiuisum. Vnde amantes tunc summè consueuerunt exprimere amorem suū cum dicūt darē ei de carnibus meis ad manducandum: & de sanguine ad bibē Q dum. ¶ Tertio institutum est in robur confirmationis: quia sicut panis corpus ita eucharistia animā confortat. Quārò in nutrimentum vitæ spiritualis iuxta illud Ioā. vj. Nisi manducaueritis carnem filii hominis &c. Quintò in viaticum peregrinationis vt patet in figura panis quo refectus est Heli. iij. Reg. xix. Sextò in pignus & arram æternæ hæreditatis: iuxta illud Mar. vlti. Ecce ego

A ego vobiscum sum vsq; ad consumma tionem seculi. Septimò, in satisfactionem pro peccatis. Si autem debet dignè sumi oportet quod comedatur eo modo quo agnus paschalis, qui figura eius fuit. Vt igitur comedendo decline tur à malo: & fiat bonum: debet primò comedi à circuncisis per veteris con- uersationis abolitionem. j. Cor. v. Epu- lemur non in fermento veteri. Fermen B tum enim est massa corrupta: & Secun dò, cum lactucis agrestibus per amarā contritionem. Iob. iij. Antequam come dam suspiro. Et tertiò, cum panibus azymis per conscientiæ sinceritatem. j. ad Cor. v. sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Et quartò renibus accinctis per strictam castitatem. j. Regum. xxj. Si mundi sunt pueri maximè à mulie- ribus &c. Et quintò pedibus calciatis per immunitatē, à terrenis affectibus: C in cuius signū etiam christus prius la- uit discipulorum pedes, quod communicarent. & sextò, cum baculis in manibus per suiipsius sollicitam custodiam Esa. xxx. comedentes, & bibentes surgi te principes accipite clypeum &c. Et septimò in domo vna per omnimodam cōcordiam. Et octauo, simul cum vicinis per fraternam charitatem, & amorem. Et nonò, debet esse assus igni: per D deuotionis præcedentē feruorem. Et decimò, festinanter per auiditatem, & dulcedinem comitantem. Et vndecimò totaliter per fidei integritatem voran- do caput & pedes. i. credendo deitatem & humanitatem Christi. Et duodecimò sine osium communione per sacra menti venerationem. Sex autem vlti- mæ conditiones videntur maximè per tinere ad accessum ad bonum. Sed hæ ad vnam reduci possunt, quæ ad regna cœlorum perducit.

Dominica. j. post trinitatem. E
Luc. xvj.

HOmo quidā erat dives, & induebatur purpura, & byssō: & epulabatur quotidie splendidè: Et erat quēdam mē dicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus F plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant: & lingebāt vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus: & portaretur ab angelis sinū Abraæ. Mortuus est autem & diues & sepultus est in inferno eleuans G autem oculos suos cum esset in tormētis vidit Abrahā à longè, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit? Pater Abrahā miserere mei & mitte lazarum vt intingat extremū digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meā quia crucior in hac flamma. Et dixit illi A- H brahā: Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & lazar? similiter mala. Nunc hic cōsolatur: tuverò cruciaris. Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est vt hi qui volunt hinc transire ad vos

I non posſint: neque inde huc transmeare. Et ait Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locū tormentorum. Et ait illi Abraham. Habent Moysen, & prophetas, audiant illos. At ille dixit? Non pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: pœnitentiam agent. Ait autem ille. Si Moysen, & prophetas non audiunt: neque si quis ex mortuis resurrexit, credent.

HOMO QVIDAM ERAT diues &c.) Luc.xvj. In præsenti euang. fit comparatio inter diuitem purpuratum ac epulonem: & Lazarum pauperē: vlceratum ac famelicum. Comparantur autem quantum ad tria. ſ. Actum: Reatum, & Statum. ¶ Quantum ad primū literaliter sciendum est: ꝙ vt ex textu patet euangelii Christus prædicauerat cōtemptum diuitiarum: & amplexum eleemosynarum: sed pharisei: auari deridebant eum. Ideo contra eos inducitur præsens non quidem parabola sed historia. Non enim quæ hic dicuntur sunt parabolice dicta sed fuerunt vere gesta vt dicit mag. hi. & Amb. & Chry. quod ex hoc patet quia pauperis nomē exprimit. Dicitur ergo. (Homo quidā) non autem exprimit nomen eius: sicut. j. nomen pauperis, secundum Grego. in homil. quia deus humiles nouit atq; cōprobat: superbos ignorati: non quia eos non sciat: sed quia vitā eorum non approbat. Fuit tamē iste de genere iudeorum secundum mag. hist. quia inde dicuntur fratres eius habere legē moysi & libros prophetarū & Abraham eum filium vocat (erat diues) Est aūt scīēdum quod licet qs possit diues esse sine peccato. Tamen quadrupliciter circa diuitias est peccatum: scilicet Auare retinendo. Indebite expendendo. Ardenter amando. Iniuste acquirendo. Et sic quatuor distites in euangelio reprehendibiles inducuntur: qui circa easdem delinquerunt. De primo habetur Lu.xij. qui dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos &c. De secundo Lu.iiij. de quo dicitur: ꝙ dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. De tertio Luc.xviij. cui dixit dominus. Omnia quę habes vende & da pauperibus. Et ꝙ sequit. His auditis contristatus est: quia erat diues valde. De quarto habetur Luc.xvj. & fuit villicus iniquitatis qui de bonis dñi sui fuit diffamatus. Iste autē diues non ponitur in numero cum illis: quia tribus primis modis fuit reprehensibilis. (Qui indue-batur purpura.) Hoc autē exprimit secundum Gorram nō solū propter pretiositatem vestis sed etiam propter mysterium. Purpura enim tincta sanguine significat ecclesiastica beneficia sanguine christi comparata vel ea quæ sudore & cruore pauperum sunt acquisita, qua rapaces exponunt in vestibus Hierre. ca. ij. In aliis eius inuentus est sanguis. ſ. animarum pauperū & innocentium. Sequit. (Et byssō.) In purpura autem pretiositas & in byssō mollicies vestium signat. Beda. Purpura color regii habitus est: & conchis marinis ferro circuncisis emissa Byssus vero genus est lini caudidi & mollissimi. Hæc ille. ¶ Est autem notandum ꝙ in vestibus quinq; sunt reprehensibilia secundum Gorram. Primo sumptuositas quia indignum est vile cadauer superflue ornari. Eo enim multi pauperes Christi possent sustentari. Secundo multiplici tas. Hiero. Aliena rapere conuincit qui retinere superflua comprobatur. Tertio curiositas vel studium aut sollicitudo ornandi se superflue. Augu. in regu. Nec affectetis vestibus placere: sed moribus. Quarto indecentia vt si sacerdos indoatur vt miles Sopho. j. Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina. Quinto ostentatio. ſ. ad inanem gloriam quæ semper est illicita. Potest addi. vj. inhonestas. Quidam enim viri sic vestiuntur inhoneste: vt mulieribus ingerant phantasias & è conuerso. Et hoc secundū aliquos est mortale quod non est dubium qñ ea intentione fiat: sed factum ipsum vtrum sit mortale nō dico sed tamen patrefamilias in hoc deberent vigilare. Excusat autē aliquis in pretiosa veste secundum eundē. Primo propter cōsuetudinē & secūdo propter personæ dignitatē & tertio propter necessitatem: quia. ſ. aliam non habet: & quarto ad celandam sanctitatē vt patet Sebastiano. (Et epulabatur). i. conuiuabatur. Nō enim omne comedere est epulari. & hoc nō ad satiandum pauperes vel bonorū amicitias comparandas quod vē licitū iuxta illud. Eccle. xxxj. Splendidum panibus &c. sed ad gulositatem. ¶ Pro quo notandū est quod conuiuia sunt propter multa. Primo ex naturali dilectione: vt fecerunt filii Iob. vt patet Iob. j. Secūdo lex benigna pietate. vt Tobias. To. ij. Tertio ex honoreliuitate & honesta amicitia vt duo discipuli euntes in Emaus. Lu. vj. Quinto ex approbata consuetudine. vt in nuptiis Io. ij. Sexto ex ostentatione: vt Assuetus. Hester. j. Septimō ex gulositate. vt hic epulor: & Nabal. j. Regum. xxx. Octauo ex ambitione vt Adomas instante electione regis. iij. Re. j. Nono ex malignitate vt Absalon. iij. reg. xiij. Et quinque primis modis approbantur vel saltem non reprobantur: secus de aliis (quotidie) & non semel in anno (splendide) quo ad multitudinē & pretiositatem escarum. Habuit ergo hic superfluitatem in censu, in vestitu: & in victu: sed Lazarus omnino & econuerso se habuit de quo subditur. (Et erat quidam mendicus) Ecce quanta paupertas ex quo sequitur quod neque diuitias neque vestes habebat superfluas & pretiosas (q iacebat) quia stare nō poterat (ad ianuam.) Chryso. Ideo iacebat ad ianuam ne diues diceret: nō vidi: nemo mihi nuntiauit. Videbat illum exiens & intrans. Hæc ille. (vlceribus plenus) id est, plagis putridis & ab intrinseco natis. Sicut enim vulnus est plaga vi illata: ita vlcus plaga nata. Ex quo patet quod lini mollicie iste multum indiguisset sed loco delicate, & pretioſę vestis habuit turpia & afflictiua vulnera (cupiens saturari de micis) id est, reliquiis minimis panis (quæ cadebant de mensa diuitis.) Ambro. In solentia autem & tumor diuitium in diuitiis compelentibus sub infertur. Subdit enim (& nemo illi dabat.) Ita enim sunt conditionis humanæ immemores vt tanquam supra naturam sint de miseriis pauperum incentiua suarum capiant voluptatum rideant in opem insultent egenti: & quorum misereri deceat: his auferant. Hæc ille. pauperem enim debito priuare auxilio &c. Ex his autem apparet ꝙ huius peccatum fuit qua

I quadruplex.s.Auaritia diuitiarum.Inanis gloria vestium,Ingluuies ciborum & pauperũ:misericordia vel crudelita Apparet autem magna diuitis huius crudelitas quia videtur fuisse crudelior quodam modo canibus de quibus subditur(Sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius.(Greg.in homil.Videbat pauper procedentem diuitẽ ab obsequentibus circunfulciri:se aũt in
K infirmitate & in inopia à nullo visitari.Nam quia nemo ei ad visitandum aderat testantur canes qui licentere eius vulnera lingebãt.Hæc ille.Item idem ibidem.Ex vna ergo re opus deus duo iudicia exhibuit dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permisit vt & diues ipsius damnationis sibi augeret vltionem & tentatus pauper
L cresceret ad remunerationem quia cõspiciebat ille quotidie cui misereretur videbat iste de quo probaretur. Hæc ille.¶Moraliter circa istam partem sciẽdũ est:ꝙ homo triplicem causam habet non gloriandi in vestibus prætiosis Prima est respiciendo causam vestiendi:quia illa fuit peccatũ quia enim primus parens per peccatũ fuerat vulneratus & excecatus & deprehẽsus in furto:deus ei apposuit ligaturã:& velamẽ
M &'cauteriũ.Talis igitur est gloria ei de vestibus pretiosis sicut si vulneratus glorietur de pulchra ligatura:secus de pulcro velamine & fulsi de pulcro cauterio.Ber.Qui gloriatur de veste similis est furi qui de cauterio gloriatur. Secunda est respiciendo ad personam suam quia qui in his gloriatur similis est ei qui alteri totum pomum dat:sibi corticem retinens.Dant enim diabolo grana & substantiã.i.animã & corpus: sibi retinentes vestes.Sed aliquãdo excoriato pomo proiicitur cortex & pomum comeditur:& grana sparguntur: N quia dum moritur superbus denudatur vestibus:& caro deuoratur à vermibus & anima per diuersas penas dispergitur.Tertia est respiciendo ad finẽ sui: quia qui induitur vestimento purpureo:certe induetur sacco vilissimo:& qui ornatur gẽmis circundabit vermibus.¶ Quantũ ad secundum sit comparatio vtriusque quãtum ad reatum seu O pœnam:ita quòd diuitis pœna compensatur ad lazari quietem De hoc autem dicit sic.Chry.Audiuimus quid vtriq; in terra passi sunt videamus quid vter que patiatur apud inferos.Quod temporale fuit preteriit: quod sequitur æternum est.Vterque mortuus est:illi angeli istum pœnæ suscipiunt Hæc ille.vnde dicitur.(Factum est autem vt moreretP mendicus & portaretur) non ipse quia iam non erat.homo ei in morte definit esse homo vt patet per. Sancto Tho.iij.par.q.l.Sed anima quæ aliquando dicitur homo:quia est eius principalis pars.Licet autem animam non sit necesse portari secũdũ aliquos:quia potest sicut & angelus localiter moueri tamen animam portari ab angelo est possibile imo etiam necesse: nisi deus miraculose operetur.& hoc intelligo duobus modis.Potest enim angelus suã virtutem applicare corpori:vt patet de eo qui Abacuch a iudea in babyloneꝝ vexit & etiã spiritui.Nam secundũ sanctrinã sanctũ rũ diabolus superior potest inferiori inferre violentiam aliquando corpori:aut de corpore expellendo & animas damnatorum demones rapiunt ad tormenta. Primo ergo modo possibilis est ista portatio:vt anima absoluta ab humano corpore sponte alteri corpori applicetur aut vi alie getur. deinde illud corpus ab angelo mo

V moueatur. Secundo vt angelus suam virtutem ipsi nudæ animę applicet & eam ad locum quemuis vt libet impellat vel alliget.Hoc autem erit mouere animam sicut & mouet corpus.s.per applicationẽ virtutis.Sed in hoc erit differentia:quia corpus cui applicatur angelus cum subiiciatur loco non potest illud angelus de extremo ad extremũ
a mouere sine transitu medii.secus autẽ de anima separata:quia & angelus & ipsa a loco non dependet & de se potest ab omni loco absolui:& esse nusquàm. quia potest eam angelus corpori alligare quando absoluitur à corpore humano:potest illam immediate applicare igni infernali vel lapidi hic existenti. Vide etiam de his in die paschæ(ab angelis.)Sed quare ab angelis cum vnus
C sufficeret?Ad hoc dicit Chry. ideo sic fecisse angelos vt quorum letitiæ faceret(in sinum Abraæ)est autem scienduꝫ quòd secundùm doctrinam sancto rum quatuor olim fuerunt animarum p sub terra receptacula:de quibus aliqui dicuntur quòd distincta sunt sicut quatuor aulæ:sed vt dicit.S.Tho.in.iiij.ra
D tionabilius est quòd vna sit domus in qua tamen secundùm diuersas eius partes sunt diuersa animarum loca quæ dicuntur Infernus damnatorum :limbus puerorum: purgatorium:& limbus patrum.Est autẽ limbus proprie fasciola quædam seu vitta qua vestis extremitas ornatur circulariter sed extenso vocabulo generaliter omnis orbis & ora vel extremitas rei dicitur limbus.Et sic cum sunt quatuor partes inferni.duæ. habentium gratiam dei.i. purgatorũ & purgandorum : & duæ priuatorum gratia.s.puerorum & damnatorum:superior illarum duarum dicitur limbus & similiter istarum. Sinus autem im- Q portat quietis locum.eo modo quo portus maris dicitur sinus.Sin' ergo abrae secũdũ.S.Th.iiij.di.xl.est requies post mortem sanctorum qui idcirco dicitur abraæ.quia ad ipsum non nisi per fidẽ venitur & primum credendi principiũ fuit abraam qui se ab idololatris separauit.Ante mortem autem christi iste sinus erat limbus patrum in quo erat quies à pœna sensus sed nõ quies à pœ
E na damni:neque quies desyderii. Et vt F dicit mag.his.erat superior pars inferni in qua erat aliqualis lux.nũc autem vt dicitur.S.Tho.iam dictus sinus non dicitur limbus vel infernus quia sancti quiescunt in visione dei.Ideo paradisus nunc est sinus abraæ.(Mortuus est autem & diues)Chr Nullus aũt est qui sepeliendo diuiti ministrasse dicatur vt lazaro.Eo namq; ꝙ in lato itinere delectatus multos habuit obsequentes adu- G latores vt peruenit.ad finẽ priuatus est omnibus Simpliciter enim sequitur(& sepultus est in inferno.)Sed etiã & anima eius dum viueret sepeliebatur obruta corpore quasi sepulchro.Hæc ille. Secundum Aug.autem sepultura inferni est pœnarum profunditas in quam diues.i.principalis eius pars.i.anima sepulta est.non a sibi ministrantibus sed ad se torquentibus.quid autem vel vbi H sit infernus dictũ est in die paschæ. De hoc ait Basilius.Est infernus locus quidam communis in intimo terræ obumbratus vndique & opertus cuius est quoddam orificium in profundum tendens per quod patet descensus animabus ad mala dãnatis.Hæc ille. Chryso. Vel sicut regis carceres extra manẽt:& sic extra mundum foris alicubi est infernus.Vnde & exteriores tenebræ dictæ sunt.Hæc ille.Videt aũt Chry.per mũdũ intelligere terrã vel cœlũ qa nõ

est ve

I est vero simile ꝙ extra cœlum voluerit aliquid ponere. Et sic opinio Chrys. potest esse opinio Isid. de qua habes vbi supra. Habent aũt hic pauperes exẽplũ patientiæ de quo ait. Chrysosto. Sinus Abraæ paradisus est. Ideo autem angeli ministrantes tulerunt pauperẽ: & locauerunt eum in sinũ abraæ. licet despectus iaceret quia nõ desperauit: nec blasphemauit di. Hic diues in nequitia viuẽs gaudet: & tribulationẽ nõ patitur. ego vero nec obtinere valeo necessariam escã. Hæc ille. ¶ Moraliter autẽ sciẽdũ est quòd ex præsenti euangelio colligitur in generali punitio infernalis: quam quilibet diues auarus & delitiosus & crudelis pauperibus vt iste fuit patietur saltem ante iudicium & est multiplex. Prima est ab inferiori: quia sepelitur in inferno. i. in loco vilissimo: cũm tamen secũdũ Arist. lib. de cœlo & mundo: locus omnũ spũum immortaliũ ab omnibus credatur esse cœlum. Secũda est a superiori: quia vidét bonos in gloria vsque ad diem iudicii secũdũ Greg. sicut iste vidit lazarum Greg. super illud: inter vos & nos &c. Videre possumus: trãsire nõ possumus & nas videmus quod fugimus: vos videtis quod perdidistis: & nostra gaudia ac cumulant vestra torméta. & vestra tormenta accumulãt nostra gaudia. Tertia est ab exteriori. i. quãtũ ad desperationẽ remediorũ: quia cũ duo petiuisset s. missionẽ lazari: & refrigerationẽ linguæ: in signũ quod diuites ibi nullũ habent solatium dicitur, isti. Recordare quia recepisti &c. Quarta iterũ est ab exteriori quantum ad damnationẽ amicorũ: quia, s. diuites cruciantur pro amicis qui eorũ culpa dãnantur: vel ratione mali exempli quod eis prebuerunt: vel ratione iniquarum facultatũ quas ei reliquerunt vel alia quauis huiusmodi causa. ¶ Quantum ad tertium comparantur isti quo ad statum quem vterque habuit immobilẽ post mortẽ vnus in bono: alius in malo. Est autem sciendum sicut dicit Chry. ꝙ sicut delitiæ diuitis epulonis incendebãt & irritabãt lazarum pauperem ita gloria lazari dilectus uitem damnatum. Ideo dicitur. (Et eleuãs aũt) quia erat in imo (oculos suos) quos solos liberos à tormentis habet secũdũ Chrys. vt letitiam alterius possit admodius tormentũ inspicere (cũ esset in tormẽtis) pluribꝰ & nõ in vno (vidit abraã à longe). Sicut eũ docet. S. Th. iiij. di. dãnati vsq; ad diem iudicii beatos & gloriam videbunt beatorũ. Vnde non est mirũ si iste vidit abraam in inferno & lazarũ in sinu eius. Et omnibus autẽ istis colligimus quatuor quæ etiam continentur in doctrina. S. Tho. in diuersis locis. Primo ꝙ post hanc vitam boni cognoscũt bonos. sicut Abraam lazarũ & ecõuerso. Secundo ꝙ etiam mali malos. Vnde diues sciens ꝙ suos in inferno cognosceret si descenderét illuc ꝙmodo eos reuocare ne amplius crucietur. Et tertio quòd boni malos & ecõuerso: vt abraã & lazarus diuitẽ & ille illos. Et quarto ꝙ etiã boni cognoscẽt illos quos nũquam in vita ista viderunt: vt abraam diuitẽ ac lazarũ. (Et ipse clamans.) Magne enim pœnæ magná vocem reddebant secũdũ Greg. (dixit Pater abraã.) Erubescebat forte iste lazarũ implorare cui fuerat adeo crudelis. Vocat autem abraam patrem ratione communis originis (miserere mei) Greg. Frustra agis penitentiam in loco vbi non est locus pœnitentiæ. Tormenta te cogunt: non mentis affectus. Hæc ille. (Et mitte lazarum) Grego. Erras miser. Abraam mittere nõ potest sed suscipere potest vt intingat extremum digiti sui in aquã) Grego. Lazarum videre non dignabaris. & nunc digitum eius desyderas. Hoc quod petis tu ei debebas facere cum adhuc viueret: aquam desyderas qui delibutos cibos ante fastidiebas: instruimur aũtẽ quãtum sit vtile in diuitiis non confidere. ecce diues indiget paupere qui ꝙ que esuriebat. Hæc ille. (vt refrigeret linguam meam quia crucior in hac flãma) Est autem aduertendum quòd diues & Lazarus in inferno erant quo ad animas tantum: quæ quando est à corpore separata nullum est membrum corporale: imo nulla potentia vegetatiua aut sensitiua nisi radicaliter: sed solum in ea est intellectus & voluntas. Dixitus ergo & lingua hic metaphorice sumuntur per digitum quidem significando virtutem auxiliatiuam: per linguam vero virtutem quæ pro peccato punitur. i. voluntatem. Specialiter autem de lingua fit mentio: quia per illam quàm per alia membra peccauerat. s. gustando delitias & loquendo inepte vt consueuerunt conuiuæ. sicut dicit Greg. & loquendo super hã. vt dicit Chry. Est autem hic quæst. Quomodo possit anima pati ab igne corporeo. Ad hoc respondet. S. Thom. in. iiij. di. xi. ꝙ multi multos assignant modos. Quidam enim dicunt quòd ab igne patitur eo ipso quòd ignem videt. Sed contra: quia videre: vt sic est perficit & non affligit: nisi apprehendatur nociuum. Alii dicunt quòd anima illum ignem apprehendit vt nociuum: quamuis nocere nequeat & inde dolet. Sed contra: quia sequitur quòd anima vere pateretur: sed nõ vere ab igne sed tantum ratione falsæ imaginationis. Item non est verisimile quòd anima & demones ratione vigentes estimarent ignem sibi posse nocere nisi eo grauarẽtur. Alii dicunt quòd ignis realiter animam affligit: vt instrumentum diuinæ iustitiæ. ¶ Sed contra: quia iste modus dicendi non sufficit. Semper enim instrumentum habet propriam actionẽ: quam producendo efficit operationem quæ ei ex principali agente debetur: vt aqua in baptismo purgat animam lauãdo corpus: quæ est eius propria actio: ideo oportet igni aliquam naturalem actionem dare. Dicendum est ergo ꝙ corpus spiritui non est graue: nisi quatenus ei spiritus vnitur vt forma vel motor vel locatum: itaque ignis ex sua virtute spiritum diffinit: sed ex virtute dei vt eius instrumentum diffinitum à se naturaliter sibi supernaturaliter alligat: vt non possit operari vbi & qualiter vult: & consequenter spiritus hoc concipiens tristatur. Vnde oportet omnes prædictos modos in vnum colligere. Proximum ergo afflictiuum est spirituale idest ignis vt conceptus. Remotum vero corporale idest ignis. Hęc ex Sanct. Tho. Quomodo vero corpus abigne patiatur non est difficile videre: sed bene est difficile quomodo perpetuo possit in igne durare: Ad quod dicit Sanctus Tho, vbi suprà ꝙ huius perpetuæ durationis erit principalis causa diuina iustitia: sed huic deseruient dispositiones agentium & patientium. Pro quo sciendum est ex doctrina eiusdem ibidem: quòd corpora habentia sensibiles qualitates illas agendo in alia imprimunt dupliciter. De vtroque latè disputant Aristoteles, & Plinius libro naturalis historiæ. Hos videto. Vno modo realiter & materialiter: sicut ignis ligna calefacit. Alio modo intentionaliter & spirtualiter sicut

mu

Universidad de Deusto
Biblioteca

I murus albus causat in aere & in speculo similitudinem suæ albedinis intentionaliter & quasi spiritualiter: non autem realiter & materialiter. i. secūdum talem modum essendi qualem habet in muro: alioquin aer esset albus. Forma ergo aliquādo est spiritualiter in mouente: vt figurę literarum in calamo: & materialiter in passo vt eędem in charta. Aliquando è cōuerso vt patet de albedine muri. Harum autem impressio-

K num prima est motus alteratiunis: ideo cessabit cessante motu cœli. Non autē secunda: ideo durabit. Vnde post iudicium si esset speculum in aere: reciperet quidem similitudinē & imaginem solis: sed non calefieret. Sciendum est etiam ex. ij. de anima quòd sensus non sentit suscipiendo formam materialiter: sed siue materia. i. intentionaliter tantum. Si ergo modo manus mea applicata igni susciperet speciem caloris

L intentionaliter & nō materialiter sentiret contristans: & tamen non alteratur: cum alteratio sit secundum susceptionem materialem formæ. Et ita erit post quietem cœli. Omnia ista sunt de mente. S. Tho. vbi. s. (Et dicit illi Abraham Recordare fili quia recepisti bona in vita tua). i. illa quæ vera bona putabas. vt dicit Chry. (Et Lazarus similiter malas) non secundū iudicium Lazari sed diuitis: vt idem Chrysо. dicit.

M Hoc autem dicitur secūdum Aug. quia suam felicitatem duxit in hoc seculo. Vel dicitur recepisse bona pro paruis suis bonis & Lazarum mala pro paruis suis malis. (Nunc vero hic consolatur) propter magna sua bona. (Tu vero cruciaris) iustè propter magna tua mala. Vnde sicut dicit Grego. timere debent qui sciunt se bona fecisse: & vident se etiam bona recipere: ne hic pro suis laboribus munerentur. Et cum vtdemus N pauperes qui bona faciunt & mala recipiunt. non debemus desperare quia fortasis superfluitas prauitatis coinquinat: caminus paupertatis purgat. (Et in his omnibus) quæ me excusant vnum est inter cætera: quia (inter nos) iustos (& vos) iniquos (chaos) vel cabris: vt veteres codices habent teste magist. Histo. (magnū firmatū est.) Chaos propriè est confusio siue hyle vel materia in qua omnia confusa ab aliquibus O ponebantur: sed hic sumitur pro distantia meritorum firmata cum impossibilitate transeundi à statu ad statum. Est autem sciendum quòd per distantiam quæ est inter istos siue per chaos: multa secundum multos intelligūtur. Prima differentia meritorum: quæ post mortem mutari non possunt vt dictum est. Ambr. inter diuitem & pauperem P chaos magnum firmatum est: quia post mortem nequeunt merita immutari. Secundo differentia voluntatum: quia boni habent voluntatem in bono confirmatam: & mali obstinatam in malo ita quòd neutri à suo fine possunt auer ti nec adinuicem participare. ij. Corin. vj. quæ participatio iusti ad iniquitatem. Tertio differētia volitionum: quia boni habent perpetuum actualem Dei amorem: mali vero perpetuum odium Q quia boni tanquam fideles amici Deo in vita semper habitualiter adhęserūt licet interdum venialiter peccarent: & mali semper ab eo habitualiter tanquam infideles recesserunt: licet facerent aliqua de genere bonorum. ij. Corint. vj. Quæ pars est fideli ad infidelē quarto distantia consequentiarū quia boni habent conscientiam redolentem. Cañ. j. Lectulus noster. i. conscientia in qua anima pausat floridus. Mali vero consci

A conscientiam remordentem. secundum illud Esa. vlti. Vermis eorum non morietur. Vnde illorum conscientia est sancta: horum verò canina. i. latrās. Eccles. xiij. Quæ communicatio homini sancto ad canem? Ideo sequitur (vt hi qui volunt). i. si qui seu aliqui volunt secundum Augu. (hinc). i. ab hoc statu (& transire ad vos). i. ad vestrum statum vel ad vestrum adiutorium (non

B possint) licet possint ad loca vestra transire nisi Deo aliter videretur (neque inde). i. à vestro statu (huc). i. ad statum istum (trammeare) Vel secundum mentem Greg. exponitur sic. (Vt hi qui volunt) voluntate naturali & cōditionata. f. si esset possibile (transire ad vos) ad liberandum suos (non possit stante conformitate voluntatis eorum ad diuinam: cui immobiliter adherent (neque inde &c.) exponatur vt. s. Damna-

C tum: sed non beati: sed solum vellent ire in adiutorium desperans autem diues de suo refrigerio obtinēdo & multo magis de sua liberatione conuerti-

D tur ad rogandum pro suis. Vnde sequitur. (Et ait. Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres.) Ex quo patet quòd secundum Greg. quod mortui recordantur viuentium. ad pœnā tamen sui si sunt damnati. (vt testetur illis) qui patiuntur mali post mortem (ne & ipsi veniant in hunc lo. tormento.) Sciendum est autem quòd damnati velient omnes damnati etiā propinquissimos secundum doctrinam. S. Tho. iiij. dis. & vij. quolibet. vij. quia habent perfectissimum odium & inuidiam. Ideo sicut beati ratione perfectissimæ charitatis gaudent de omni bono: ita illi tristantur. Si qui tamen deberent saluari vel-

lent & essent sui quia in hoc torquētur E inuidia quòd dum alii saluātur dānantur sui. Et hac ratione iste curā de fratribus habebat. Est autē sciendum quòd istius petitio fuit. Primo iniqua Nā Lazarum quem sic miserū videbat: iterum volebat miserū reddere: dum ad vitam istam illū reddi postulabat. Petrus rauen. Sic vult vexāre pauperē: sicut diultes in hoc seculo vexare pauperes cō

F suevuerunt. Secūdo fuit fatua. Nam plus mortuis quàm scripturis credendū putauit: quod fatuum est asserere. Primo: quia Lazarus & multi cū Christo surrexerunt. quibus iudei credere recusaruntSecūdo: quia cū magis Deo quàm alicui viuo aut mortuo credēdum sit: si etiam angelus de cœlo cōtra scripturam loqueretur: nedū aliquis ex mortuis resuscitatus: & magis scripturæ stā dum esset vt dicetur. Tertio: quia si esset cōsuetudo credendi mortuis: diabolus aliquos phantasticè suscitaret: qui G falsitates disseminare possent. Tertio: fuit partim prouida. Timuit enim suū cruciatū augeri ex damnatione suorū: secundum aliquos. (Et ait illi. Habent Moysen & prophetas). i. horū scripturas secūdum Chry. (audiant illos) si volunt quia sunt fidedigni. (At ille dixit. Non pater Abrahā sed si quis ex mortuis ierit &c.) Iste falsum dixit: quia Lazarus surrexit & Christus & multa corpora sanctorū: & apparuerunt multis: H & tamen Lazarū cogitauerunt denuo morti tradere: ideo verum subiungitur cum dicitur. (Ait autem. Si Moysen & prophetas nō. Aut neq; &c.) Dicit autē hic Chry. quòd scripturæ magis sunt fidedignæ quàm mortuus resurgēs aut cœlo descendens: quia earū Deus est autor. Et vlterius dicit quòd non esset vtile hoībus frequēter mortuos appa-

rere.quia etiam hoc ipsum cõtemneretur & diabolus faciliter deciperet. Si tamen esset vtile Deus hoc nõ omitteret vt ait. Est autẽ sciendum secundũ Aug. li. de cu. pro mor. quòd mortuis est cura de viuis: vt hic patet attamẽ nesciũt quid faciant viui: sicut è cõuerso est de nobis respectu mortuorũ. Sed tamẽ vt ibi ait tribus modis sciunt quid agunt vni Primo docẽtibus his qui hic moriẽdo discedunt. Secũdo docentibus angelis. Tertio docẽre spiritu Dei. Ego addo quartũ modum. Nam ex cõiectura: si ex liberatione sua sentiat quis pro se factũ suffragium potest ratiocinari defunctus qui suã fecerit: & possunt oẽs cõiectutari quomodo nã viuãt hi quos nouerũt. Est etiam sciendũ quòd animæ separatæ cognoscũt singularia aliqua hic existẽtia: vt hic patet: quamuis nesciant quid agãt: vt dicitur Aug. Nõ tamen huiusmodi cognoscũt per species abstractas quia tales non ducũt in singularia: nisi reflexiuè mediãte phãtasmate, quod in anima separata nõ est, sed cognoscũt per infusas, vt patet per S. Tho. iiij. dist. v. &. j. parte. q. lxxxix. Sed quia ille species, sunt animæ improportionatæ non notificãt animæ omnia singularia sed solum illa ad quæ aliquo modo anima ordinatur & determinatur per precedentẽ cognitionẽ vel affectionẽ vel ordinationẽ naturalem aut diuinã, vt dicit. S. Tho. j. par. vbi. s. ¶ Allegoricè secundũ Aug. de cõ. Euãg. iste diues significat superbos iudeorũ: purpura regnũ. Epulæ doctrinã legis. Lazar⁹ gentilẽ populũ. canes verò ꝓdicatores ex populo iudaico ad gentes missos secundũ Gre. Quinq; fratres secundũ Aug. vbi. s. est populus iudaicus sub quinq; libris Moysi viuẽs, vel secũdum Chry. sunt quinq; sensus quibus inseruierãt. ¶ Anagogicè vero hic diues significat corpus hois iniqui quod in hac vita habet suum splendorem quia prius de eo quàm de anima cogitat in vestibus & in cibis per quos intelligitur etiã voluptates venereę que sequũtur. Pauper vero corpus hois iusti, quod in hac vita squalet pœnitẽtia & disciplinis vlceratur, licet canes illud linguant. i. scripturæ resurrectionẽ pollicentur. Sed post mortẽ glorificat: corpore iniusti sepulto in inferno. ¶ Moraliter autẽ iste diues significat omnes diuites potẽtes in tribus de ꝙbus in principio dictũ est. Lazarus vero significat omnes pauperes eleemosynã postulantes: & cũ patientia Dei disciplinã tolerantes. Illi enim primo quidẽ habẽt omnem consolationẽ: sed tandẽ priuati illis omnibus habẽt infernalẽ sepulturam: isti vero omni humano solatio destituti: nullã consolationẽ habẽt præter inflictionẽ canum. i. consolationẽ prædicatorũ, sed deinde beata requie ꝑfruuntur. Sed per prædicatores eos cõsolantes intellige. Primo ꝓ prædicatores publicos. Secũdo etiam priuatos. i. omnes eos qui ad patientiam hortãtur. Tertio etiam angelos qui talibus inuisibiliter interius inspirando loquuntur.

Dominica. ij. post Trinitatem.

Luce. xiiij.

HOmo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent: quia parata sunt omnia. Et cœperũt simul omnes excusare. Primus dixit illi. Villam emi & necesse habeo exire & videre illam. Rogo te habe me excusatũ. Et alter dixit Iuga boum emi quinque & eo probare illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi: & ideo nõ possum venire. Et reuersus seruus: nũtiauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Exito in plateas & vicos ciuitatis: & paupes ac debiles; cecos & claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine factũ est vt imperasti & adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes & compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cœnam meam.

HOmo quidam fecit cœnam magnam &c.) Luc. xiiij. In præsenti Euangelio in quo agitur de conuiuio æternæ fœlicitatis tanguntur tria puncta. quæ sunt Inuitatio: Recusatio: Subingressio. ¶ Quantum ad primam literaliter sciendum est quòd saluator ante ea quæ hic narrantur docuerat quòd ad nostra conuiuia debemus vocare pauperes qui nobis rependere nequeant vt retribuatur nobis in resurrectione iustorũ. Tunc quidem de astantibus intelligens idem esse resurrectionem iustorũ & regnũ Dei: dicit. Beatus qui manducabit panẽ in regno Dei. Et iste secundum Cyril. per panẽ accepit materialem panẽ tanquàm rudis: credens vitam beatorũ esse vitam animalem cibis vtentẽ: sicut tenent sarraceni & moderni iudei. Quidã antiqui iudei senserunt quòd in illa vita neq; cibis neq; venereis vterẽtur homines, vt patet in cantheredica. vl. secũdum Aug. autẽ iste suspirauit panẽ quem ante se habebat. i. Christũ qui est panis regni Dei. Beda. Sed quia nõnulli hunc panẽ fidetenus quasi odorãdo percipiũt: dulcedini vero eius attingere veraciter gustãdo fastidiant: subiecta parabola talium torporẽ celestibus epulis dignum nõ esse redarguit. Hæc ille dicit ergo. (Homo quidã) Quia autẽ Euangelium parabolicũ est literalẽ sensum oportet ex trãssumptiua verborũ significatione percipere. Iste ergo homo secũdum Chry. Deus est qui secundũ Gre. se hominẽ appellat. qã vult suam misericordiam significare. Leonẽ vero & huiusmodi qã significare vult se velle exercere punitionẽ. Vel secundũ alios iste homo est Christus acditur autẽ quidã discretiuè ꝙa Christus ab aliis hoibus fuit discretus. Primo ꝓpter immunitatẽ ab oĩ peccato mortali: veniali & originali. Eccle. vij. Virũ vnũ de mille reperi. s. sine originali: de mulieribus autẽ nullã. Secũdo propter redundantiã gratiæ. Ioã. j. De plenitudine eius nos oẽs accepimus. Tertio propter vnionẽ ad deitatẽ. Io. j. verbũ caro factũ est. Quarto propter singulare eius excellẽciam super hoies & angelos. Phil. ij. Dedit illi nomẽ qd̃ est super &c. Quinto ꝓpter vniuersalitatẽ potestatis Mat. vlt. Data est mihi omnis po. in cœlo & in terra (fecit cœnã magnã). i. parauit æternã & vltimã refectionem. Sicut autẽ dicit

I bea.Greg.Solet quæri an ista cœna sit illud prandium de quo agitur Matth. & de eo habes infra dominica.xx. Videtur enim non quia prandium nō est cœna. Secundo quia de illo prandio vnus carēs veste nuptiali expulsus est De hac vero cœna nullus.Et q̄dē Gre. & Augu.credunt q̄ non : sed q̄ ibi per pradium intelligitur cōuiniū fidei q̄ in ecclesia militanti agitur. Hic verò K per cœnam æterna fœlicitas.Alii vero vt videt esse Chryso.sentiunt q̄ sic:& ad primum motiuum dicunt sicut etiā ipse Gre.dicit q̄ salua fide magis vult alieno intellectui cedere quā contētio nibus deseruire: q̄ apud antiquos tātū semel in die comedebatur & hora nona:& illa comestio & cœna & prandiū vocabatur.Ad secundum dicunt quod id quod Luc.tacuit Matt.dixit.Sed re- L uera sententia Augu.& Gre.est vera vt ex ordine narrationis euāgelicę patet. Nam quæ dicit Mat.post vltimum ad uentum domini in hierulalem contige runt in diebus.s.paſionis . Quæ vero dicit Lucas multo ante prædictum adventum (& vocauit multos) id est,omnes iudæos principaliter:quos per prophetas dominus inuitauit . Et inter illos sacerdotes & principes populi potis- M simum quibus cōmiserat populi curā Inuitauit etiam ad hanc cœnam & gētiles sed non principaliter.Vnde iudei dicuntur filii regni Dei:vt patet Mat. viij.(Et misit seruū suum hora cœnę) hora cœnę dicitur dupliciter.Vno modo hora in qua cœnandum est.Illa est in qua patuit cœlum & ingressus ad regnum : & incepit in Christi morte. Alio modo hora in qua ad cœnā veniendum est : & ista ad aliquantulum præcesit vt pote quando Christus cœpit prædicare . Penitentiam agite appropi.enim re.cœlorum.Mat.iiij.

Seruus autem iste missus ad vocādum Inuitatos:secundum Chryso.intelligitur Christus:secundum Greg.vero in homi.intelligitur prædicatorum ordo id est collegium vel chorus apostolorū Dicit autem seruum in singulari:quia ex quo idem annuntiabant:& ex parte vnus loquebantur omnes tanquā vnus nominantur ponendo singulare pro O plurali (dicere inuitatis) prius per prophetas:vt venirent)scilicet inuitati.i.iudeorum principes & plebei.& orbis vniuersus.sed principaliter ipsi iudæorum primi (quia iam parata sunt omnia).i.in proximo:& statim parata erunt si iste seruus sit Christus prædicans in carne:vel reuera:quando occiso Christo & aperto cœlo apostoli p̄ dicabont:omnia parata erant.

¶ Est autem hic morale documentum eſt quanta reuerētia audiendus sit prēdicator.Est enim missus Dei inuitans non sicut apostoli inuitauerunt iudęos ad cœnam eius.De hoc Grego.sic ait Sepe euenire solet vt persona potens despectum habeat famulum. Cūque per eum dominus aliquid mandat: no despicitur persona loquentis sed quia seruatur in cor de reuerentia mi- Q tentis domini.Nemo ergo me propter me hoc in loco despiciat:quia & is ne quaquam ad inuitandum dignus apparco:sed tamen magnæ sunt delitiæ quas promitto.Hæc ille. ¶ Moraliter autem sciendum est q̄ Deus cœnam magnam parauit in qua nobis appo- nuntur fructus prætiosissimi significati per illos quos exploratores tulerunt in terra promissionis.Nu.xiij.Qui fuerunt ficus . vuæ & malogranata . Per ficum intelligitur dulcendo causata à contēplatiōe deitatis quę omnes alias ex

A excedit sicut dulcedo ficus omnē dulcedinem fructuum,Per vnam vero dulcedo causata ex visione humauitatis: quæ fuit de vinea virginali.Ecce.xxiij.Ego quasi vitis &c.& fuit igne charitatis excocta.Cant.j.Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis eugaddi.q. s.ad literam dicuntur exuri solaribus raditis.Et in torculari crucis fuit con- B culcata.Per malogranata:dulcedo causata ex societate sanctorum . Malum enim habet candorē ruborē & ordinē granorū.Sic sancti erunt corpore candidi:lucidi charitate:& ordinati:iucunda societate.Ad hanc deus nos vocat per legis documenta per beneficia:per inspirationes:per flagella.sed pauci veniunt.Ideo cōqueritur prouer.j.Voca ui,& renuistis &c.¶ Sed nota q̄ ex sacra scriptura colligitur q̄ quadruplex C est cœna.Prima ex corporalis in qua habent participare pauperes saltem in reliquis.Lu.xiiij.Cum facis prandium ad cœnam vocat pauperes . Secunda est spiritualis quā deus in hac vita facit cum anima reuertēte a peccato.De qua apo.vj.Ego sto ad hostiū & pulso D si quis aperuerit mihi introibo ad illū & cœnabo cum illo : & ipse mecum.i. ponemus ad symbolum siue ad scotū prata.In hac peccator pœnitēs ponit tria.s.ad cōtritionē:cōfessionē& satisfactionē .Et de similiter tria.s.gratiā cō tra cōtritionē & misericordia relaxati ea pœnę totalitervel secūdū ptē cōtra cōfessionē:qui rōne verecundiæ est penosa & gloriā cōtra satisfactionē per bona operat vitam æternā morētur. Tertia est infernalis.de qua Apo.xix. Venite cōgregamini ad cœnā magnā dei vt manducetis carnes regū.In ista dabit duplex pani-.s.indigestibilis.i. mors æterna de qua Prou.xxvj.Sua uis est homini panis mendacii & post E implebitur os eius calculo.i.paruo lapide a calcando qui est aliquid indigestibile. Alius est panis amarissimus. Iob.xx.Panis eorū vertetur in fel aspidum intrinsecus.Et iste est vermis cō scientiæ.Ibi erit duplex vinū.s.rubeū. i.odiū cōtra sanguinē inimicorū quos ibi secū in societate videbunt & albū. i.dolor.i.de dānatione inimicorum ex F sua culpa vel aliter . Deu.xxxiij. Fel draconum vinū eorum.Ecce vinū rubeum & venenum aspidum insanabile.Ecce vinū albū.Quarta est cœlestis de quo Apo.xix.Beati qui ad cœnā nuptiarum agni sunt vocati.In hac erūt duos panes.s.deitatis & humanitatis. & vinū optimū.s.rubeū.i.gaudiū ex societate martyrū & albū.i.gaudiū ex societate aliorū electorū p̄cipuè angelorū.Et ista est de qua in præsentiagit G euangelio.¶ Quantū ad secūdū tangitur excusatio.fecerunt inuitati cū dicitur.Et ceperūt oēs simul excusare.Ista excusatio nō est factaverbis sed factis. Dū enim docēte p̄dicatore inspirabantur vel qualitercunque mouebantur ad obediendū fidei vocābātūr sed dum non consentiebant inspirationi p̄pter dulcedinē peccatorum quæ sequi volebāt excusabāt.Licet autē omnes huiusmodi excusent tamē deus hic ad literā H videt loqui de principalissimè inuitatis . i.iudæorum principibus quorum (primus dixit.Villā emi :& necesse habeo exire & videre il.) Iste secundum Aug.de verbis domini est superbus honores & pōpas sequēs.ait enim.In visla empta dominatio notatur,ergo superbia colligitur vitium primum.Hęc ille.Sed secundum Greg.& Ambro.est ille qui exterioribus occupationibus iugiter & intente terrenā substātiā x

I quirit rogo te habe me excusatum) Greg.in homi.dum dicit rogo & venire cõtemnit humilitas sonat in voce: superbia in actione.Hæc ille. Isto ergo modo excusabant iudæi habentes bona legis in ore:& pessima vita in operatione & maxime hypocritæ pharisæi. (Et aliter dixit) Hic ponitur alter improprie.vt sit idẽ ꝙ alius. Proprie enim refert vbi sunt duo tãtũ.
K hic verò fuerunt tres (iuga boum secundum Augu.de verbis domini dicũtur quinque exteriores sensus quæ vt dicit iuga dicuntur: quia omnes sunt geminati vt patet in duob⁹ oculis:duabus auribus:& duabus naribus. Gustus quoque geminationem quandam habet:quia non nisi lingua & palato tangendo gustamus. Similiter autem voluptas carnis quæ ad tactum pertinet occultè geminatur.Est enim & Forinsecus & intrinsecus. vel secundum alios
L geminatur tactus in duab⁹ manibus in quibus maximè vrget. Sunt autẽ iuga boum s. terrena versantes & requirẽtes. Iste ergo secundus excusator secũdum Aug.est curiosus & cupidus terrenorum:quia hic nõ voluptas sed curiositas notata est. Non enim dixit.eo pascere sed eo probare illa. Hæc omnia
M sententialiter secundum Grego.verò iste curiosus tantum proficit ꝙ efficit explorator aliorum foris sua interiora derelinquens. (Alius dixit vxorem duxi &c.) Iste secundum omnes est is qui carnis illecebras sequitur. Augu. vbi.s. Qui vxorem duxi &c.) Iste secũdum omnes est is qui carnis illecebras sequitur. Aug. vbi.s. Qui vxorẽ duxit carnem amplexatur:carnis voluptatibus incũdat:à cœna excusat: obseruet ne fame interna moriat. Hæc ille. Vel ad literã intelligitur hoc (Vxore duxi & ideo nõ possum venire.) Sed contra: N qa coniungium bonũ:ergo nõ impedit à regno adipiscẽdo. Ad hoc dicit Gre. ꝙ per iustũ coniugiũ significata est res iniusta.i.luxuria eo ꝙ nõnulli per hoc non fecũditatẽ sed desyderiũ expetũt voluptatis. Et intẽdit ꝙ coniugium nõ prohibet ingressum ad regnum:sed id q̃d per illũ significatur.i.illicita vo- O luptas. Si autẽ ad literã accipitur coniugium & vxor exponendus erit: non possunt venire.i.difficulter inuenien- do. Basilius intellectus humanus vergens ad mũdanas illecebras:debilis est ad agendũ diuina. Hæc ille.j.Cor.vij. Quj cum vxore est sollicitus est q̃ sint mundi. Ex his autẽ patet vt dicit Aug. vbi.s.ꝙ isti excusatores sunt de quib⁹ Ioannes retrogrado ordine dicit. Omne ꝙ in mundo est cõcupiscẽtia carnis P est:aut concupiscentia oculorũ id est, sensuum aperte totũ appellando: aut superbia vitæ Ad ista enim impedimẽta reducunt omnia q̃ impediũt à cœna Dei. Secundũ alios tamẽ tria prædicta sic exponũtur, vt emptor villæ sint gẽtiles qui terrenis liberent amore iuxta illud Mat.vj. Hæc omnia gentes inquirunt. ¶ Qui vero iuga emit sunt iudæi Q euãgeliũ respuentes propter quintuplex iugũ pentatheuci de quo Act.xv. Imponere neque patres nostri neque nos portare potuimus: Tertiꝰ vero sunt heretici habẽtes sensum lubricũ & fœmineum cum suauitate verborũ dũ per dulces sermones seducunt corda innocẽtium. ¶ Est autẽ in hac parte documentũ ꝙ hi qui nõ gustauerunt diuina ea fastidiunt: Greg.in ho. Hoc gustare inter delitias corporis & cordis solet ꝙ corporales delitiæ cum nõ habent graue in se desyderium accendũt:cũ vero habitæ educuntur: comedentem protinus in

A in fastidium per satietatem vertũt. Ad contra spirituales delitiæ cũ non habentur in fastidio sunt:cũ vero habentur in desyderio. Hæc ille. Est etiam & alia differentia:quia delitiæ corporales in acquisitione & præparatione habet laborem sine delectatione nisi quatenus ex spe futuri homo lætatur. Sed spiri-
B tuales semper habent annexã delectationem magnã etiã in præparatione. Habent enim spirituales delitiæ tres gradus subordinatos per quorũ vnum alius præparatur & acquiritur & tunc in omnibus sunt suaues. Primus est habens existentiam extra gratiã & exercens opus virtutis suæ de genere bono rum. Hoc enim est magnæ delectationis sicut quisque experitur quãdo dat eleemosynam. vel dicit plasmos: aut facit aliquid huiusmodi. Et est dispositio
C ad gradum secundum: qui est hominis operantis bona in gratia dei & charitate. Hoc autem est delectationis maioris:& dispositio ad tertium gradum: qui est hominis operãtis bona in gratia & charitate consummata patriæ. Hoc autẽ est delectationis summæ & vltimes hominis finis: iuxta illud. Ecc. xij. hoc est eũ omnis homo. Nota hoc
D idem ad hoc vel propter hoc. qa.s. Deꝰ fecit ominẽ hominem vt ei seruiat in operibus virtutum in via: primo & vltimo in patriꝙ per actus q̃ finẽ vltimũ decant. ¶ Quantũ ad tertium tangitur quomodo quibusdã excusantibus alii inbingressi: sunt: cum dicitur. (Et reuersus seruus nuntiauit hæc domino suo.) Et si quidẽ per seruum collegium apostolorum accipimus sic reuersus p orationẽ ad deum nuntiat domino suo quod factum est non ad docendum: sed ad consulendum eum quiescit omnia secundum mentem Aug. vbi.s. Si vero E intelligatur Christus: sic cum ei constaret de patris voluntate non nuntiauit ad sciendum sed solũ dicitur nũtiasse, quia deus cognouit eum expleuisse legationem commissam. Nõ enim oportet in parabolis omnimodam similitudinem quærere: vt dicit Chrys. (Tunc iratus paterfamilias In Deo proprie non cadit ira: vt est passio sic enim ad
F appetitum sensitiuum pertinet & eum cum ebullitione sanguinis & transmutatione corporali sed est in eo vt dicit. s.Tho.iij.dist.xv.&.ij.ij.q.clxij.& primo contra.c.lxxx. secundum quòd est actus voluntatis.i.voluntas puniendi aliquem. Vel secundum Basilium per iram intelligitur ipse effectus qui in nobis ad ira solet procedere.s. punitio. Est autem iratus deus secundũ Chrys. principibus populi & maioribus: qui G vocanti venire renuerunt & venerunt pauperes illius populi multi. vt ex actibus Apostolicis patet. Ideo sequitur. (Dixit aũt seruo suo). i. Christo vel apostolis vel apostolorũ collegio (Exi) per doctrinã prædicationis (cito). i. id est feruenter (in plateas & vicos ciuitatis) id est synagogæ. Adhuc enim non dicit deus seruo vt vocet gentiles.
H Sicut enim principalissimẽ inuitati sunt primo loco & vocati iudæorũ primitiæ & populus iudaicus est vocatus secũdo loco: gentilis vero tertio: secundum illud Ac.xiij. Vobis.s. iudæis oportebat primũ loqui verbũ dei: qũ repelletis illud & idignos vos iudicatis ęternæ vitæ: ecce cõuertimur ad gentes vt s. eas per prædicationẽ inuitemus ad cœnam dei. Et nota ꝙ ista sunt verba Pauli & Bernabæ dicta in Antiochia iudæis dolentibus quod gentiles conuenirent ad sermones eorum

I. ita quod ly vobis dicitur ad iudeorum plebeios: non autem primos: quia isti erant in hierusalem regali ciuitate (& pauperes & debiles cecos & claudos introduc huc). i. voca populum plebeium iudeorum ex quo maiores & sacerdotes venire recusant. Amb. Inuitat autē pauperes & cecos, vt ostendatur quod nullum debilitas corporis excludit à regno: rariusq; delinquat cui desit ille cebras peccandi. vel quod infirmitas K peccatorum per misericordiam dñi remittatur. Hæc ille. Vel hoc fit in signū quod multi gratia infirmitatum, saluantur Grego. Infirmi quoq; & in hoc mundo despecti plerunque tanto celerius vocem dei audiunt quanto in hoc mundo non habent vnde delectentur. Hæc ille. Sed hoc intellige quando infirmitas coniungitur paupertati: quia quando coniungitur diuitiis plerunq; est causa damnationis. Nam consueuerunt seculares diuites cum plures habuerint filios vt omnes sint honoratiores quosdam ecclesiasticos facere. s. stultiores, & infirmiores, & turpiores, quibus beneficia non solum procurant indignis vt puta vitiosis & illiteratis, & ambientibus primatum, sed etiā emūt. Et tot simoniis & censuris, & luxuriis irretiuntur, vt eos infeliciores iudeis putes. (Et ait seruus) Postquā. s. hi qui ex Israel conuertendi erant conuersi M sunt vel postquam iudea euangelium predicatum est (Domine factum est vt imperasti &c.) Greg. i. intrauit iam frequentia iudeorum, sed adhuc locus vocat in regno vbi suscipi debeat numerositas gentium. Hæc ille. (Et ait dominus seruo exi in vias & sepes (. i. ingredere in ciuitatem synagogæ vel iudaicæ plebis Gre. cum conuiuas suos colligi ex viis & sepibus precipit, agrestē populum. i. gentilem quærit. Hæc ille. N & compellere intrare) Notandum autē nullus coactus saluatur: quia omnes saluantur sponte. Sed tamen aliqui cō pelli dicuntur dupliciter. Vno modo: quia immediate ipsa eorum voluntas à deo mutatur: vt velint quod nolebāt vt de Paulo declarat. S. Th. j. ij. q. cxiij. cuius voluntas miraculose mutata est. Alio modo quia homo tot aduersitatibus premitur vt eligat deo seruire quā O si coactus eo quod sua desyderia impleri non possit. Gre. Qui ergo huius mūdi aduersitatibus fracti: ad dei amorem redeunt compelluntur intrare. Hæc ille) vt impleatur domus mea). i. cœlum quod tunc dicetur plenum quando secundum iudicium dei completus erit electorū numerus qui ei sol natus est. ¶ Sciendum autem est quod deus nulli deest facienti quod in se est: & perfecte P volenti conuerti. Quia tamē liberē homo consentit diuinæ vocationi, licet semper possumus cōsentire deo vocāti propter nostram tamē imbecillitatem aliquando cōsentimus aliquando nō. Sed tamen deus aliquos ad consentiendum mouet interius inclinando vel exterius occasiones bene volendi dando quos adiuuat ad faciendum quod facere poterant sed nolebant quodam spirituali auxilio quod aliis ex iusta causa denegat qui non consentiunt motioni: & tamen consentirent si sic adiuuarei. Et ad istū sensum intelligo verba Gre. dicentis. Sed valde tremenda sententia est quæ subdit. (Dico autē vobis quod nemo virorum istorum qui vocati sunt gusta cœnam meam.) Nemo enim contemnat nedum vocatus excuset cum voluerit intrare non valeat. Hęc ille. Qui libet tamen aliquid potest facere quod si facit, deus illum iustificat semper & infal

A infallibiliter. ¶ Moraliter autem sciendum est quod vt ex presenti euangelio colligitur: triplex est differentia vocatorum ad cœnam. Prima est eorum qui vocantur & non veniunt: sed excusantur: vt sunt auari: superbi & luxuriosi. Secunda eorum qui vocantur & veniunt vt pauperes & reliqui comites, per quos etiam secundum gloss. spiritualiter possunt intelligi peccatores: B vt sicut peccatores sunt qui excusant: sic etiam sint & isti, sed peccatores superbi respuunt: humiles autem eligunt. Et horum quidam peccant per negligentiam id est, pauperes, id est, parum parantes. Quidam per fragilitatem scilicet debiles, vt Petrus qui mortis timore Christum negauit. Quidam per ignorantiam, scilicet. cccj. vt Paulus: secundum illud. j. timo. j. Ignorans fecit incredulitate. Quidam per certā C malitiam scilicet, claudi & tenentes vnum pedem in cœlo: & alium in terra. qui scilicet vellent saluari: & tamen perseuerant in delictis. Tertia est eorum qui compelluntur intrare qui scilicet consuetudine in peccatis induruerunt. Hi morantur in viis quia sunt D pertii demonibus. Iob. vigesimo. Vadent & venient super eum horribiles. Et in sepibus & spinis: quia colligunt peccatorem spinas: quibus combuuntur: & in quibus serpentes infernales commorantur. Isti vix conuertuntur nisi compellantur aduersus. Secoegit me non posse quæ nō debeo vel le. Aug. Felix necessitas quæ ad meliora compellit. Amen.

E Rant appropinquā E tes ad Iesum publicani & peccatores vt audirēt illum. Et murmurabant scribæ & Phari sei dicentes quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istā dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues & si F perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonaginta nouem in deserto: & vadit ad illā quæ perierat donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum conuocat amicos & vicinos dicens illis. G Cōgratulamini mihi quia inueni ouē meā quæ perierat. Dico vobis quod maius gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente quàm super nonaginta nouem iustis quæ non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem: & si perdiderit H drachmā vnā nonne accēdit lucernā & euerrit domū & quęrit diligenter donec inueniat? Et cum inuenerit cōuocat amicas & vicinas dicens. Congratulamini mihi quia inueni drachmā quam perdiderā. Ita dico

Dominica. iij. post Trinitatem. Luc. xv.

vobis:gaudium erit corã angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

ERANT APPROPINquantes ad Ieſum publicani & peccatores &c.)Luc.xv. in toto iſto euangelio Chriſtus aduerſus phariſeos de peccatorum receptione murmurantes intendit vnam concluſionem,quod peccatores tanquã aliquid proprium & perditum ſunt ſol licite perquirendi & reducendi ad pœnitentiam,& alacriter ſuſcipiendi. Sed tamen ſit mentio de tribus generibus hominum.ſ.infirmorum ſanabilium infirmorum inſanabilium & perfectè ſanorum. Dicitur ergo quo ad primum. (Erant appropinquantes ad Ieſum publicani) Glo.j.qui publica exigunt vectigalia vel conducunt & qui lucra ſeculi per negotia fectantur.Hæc ille.Et cõiter iſti erant homines mali & infames(& peccatores)publicani ſeu malæ famæ.In hoc autem quod dicitur erãt appropinquantes notatur ꝙ prius longe erant:quia aliud eſt appropinquante.Aliud eſſe propinquum: cum primũ ſonat motum,qui ſemper eſt à diſtanti non autem ſecundum.Et licet corporaliter appropinquarent chriſto inquantum erat homo per acceſſum corporis tamẽ inquantũ erat deus ei appropinquabãt per ſimilitudinẽ à quo diſtabãt per diſſimilitudinẽ.Deus enim vbique eſt per totũ mundũ:ſicut anima per totum corpus vnde nihil dicit ei propinquius vel ab eo remotius niſi rõne ſimilitudinis aut diſſimilitudinis ſicut dãr angeli ei eſſe viciniores quã cœli rõne incorporeitatis:& cœli quã elemẽta:& elementa ratione incorruptibilitatis. Aug.Deo qui vbiq; eſt neque per loca propinquamus:neq;ab illo per loca removemur.Appropinquare illi eſt ſimilem illi fieri recedere ab illo diſſimilẽ fieri.Et ſubdit.Nonne cum vides duas res ꝓpe ſibi ſimiles dicis appropinquat Hæc ille. Quando aũt diſſimiles quãuis vna manu teneanr dicis longè hæc eſt ab illa. Si vis propinquare ſimilis eſto.Si non vis eſſe ſimilis longinquabilis.Hæc ille(vt audirent illum)tracti dulcedine ſermonum & cõuerſationis eius.Erant aũt iſti diſpoſiti peccata relinquere.Vnde chriſtus eos admittebat ad colloquiũ & familiaritatẽ ſuã.Tho. hoc exequebar dñs cuius cauſa carnem ſuſceperat admittens peccatores ſicut medicus ęgrotantes. Hæc ille . Debet aũt peccator ſumme deſiderare verbũ dei,quia primopeccator eſt fetidus per maculã peccati & ſecundo tenebroſus per ignorantiã malæ electionis. Quilibet enim peccator ſecundũ ſententiam Ari.& ſocratis eſt ignorans:quia eligit vt bonũ quod nõ eſt bonũ ſimpliciter ſed malũ. Et tertio eſt frigidus. Verba aũt dei ſecundũ Amb. ſup Beati immaculati habent mundare ſcdm illud Ioan.xiij.Iã vos mundi eſtis &c. & illumina re ſecundũ illud pſal.Lucerna pedibus meis,verbũ tuũ.Et accedere ſcdm illud pſal. Ignitũ eloquiũ tuũ &c. ¶ Moraliter aũt ſciendũ eſt ꝙ nõ ſolum peccatores à chriſto per diſſimilitudinẽ diſtãt. Licet enim iuſti in via ſint ei propinqui ſimilitudine vitæ diſtant tã ſtatu miteriæ quia ille habet corpus immortale & dotatũ aliis dotibus nõ aũt iſti peccatores vero diſtant vtroq; modo. Sed poſt reſurrectionẽ boni erũt vtroque modo ſimiles mali vero neutro:quia habebũt quidẽ corpus immortale ſed tã miſerũ & paſsibile.Debemus aũt ꝙrere propinquare ei qa in eo oĩa bona ſunt Amb. li.de virgi.Oĩs anima accedat ad chriſtum quia xp̃s eſt nobis.Si vulnere careris deſideras medicus eſt ſi febribus ęſtuas fons eſt:ſi grauaris iniquitate,iuſtitia eſt:ſi auxilio indiges virtus eſt.Si morte times vita eſt ſi cœlũ deſideras: via eſt ſi tenebras fugis lux eſt : ſi cibũ quæris:alimentorũ eſt.Hæc ille.¶ Quãtum ad ſecundũ tangunt infirmi inſanabiles:cũ dicit.(Et murmurabãt).i.inſuſte cõquerebant.Eſt aũt ſciẽdũ quod de murmure fere nihil dicũt ſancti. Videtur autẽ dicendũ ſic.Nã murmurare ſecundum multos dictũ eſt per ſimilitudinẽ ad mutire:quod eſt propriũ murorum vel loqui non audientium.Ideo murmur primo dictũ eſt quælibet locutio ſubmiſſa vel clanculo. aut certe & ſubmiſſa & clanculo facta.Et inde metaphorice riuus etiã aquę dicit murmurare. Sed quia talis locutio frequenter fit iniuſte:dictum eſt ſecundo murmur querela iniuſta. Et intellige clanculo & angulariter facta quia non eſt murmur ſi quis etiã iniuſte quærat coram preſide.¶ Eſt aũt quærela iniuſta dupliciter.ſ.ratione obiecti:quia.ſ.quis quæratẽ de re iuſta ſicut iuſti faciebãt quę telam de mĩa ſaluatoris ad miſeros : & rone modi quia. ſ. licet quis quærat de re iuſta:tã non debito mõ.i. non vbi & quõ oportet. Et iſto modo murmur eſt in cõi vſu loquentiũ ſicut reliquus dicit murmurator qñ aliquid inſuſtum quidẽ patiet ſed tã non exponit plato narrationẽ ſuã: ſed aliis quorum nõ eſt ei prouidere. Et ſic tribus modis ſumit.Et primo quidẽ mõ poteſt eſſe ſine peccato.Vñ Io.v.dr Murmur multũ erat in turba de eo. Et ſequit. Quidam enim dicebant quia bonus eſt: alii autem non ſed ſeducit turbas.Sed ſecundo & tertio modo ſemper eſt peccatum

licet non ſemper mortale nec ſemper veniale ſed ſecundũ conditionẽ perſonarum cõtra quas murmurat & negotiorum & animorũ(phariſei) quidã ſci licet religioſi apparent & non verè iuſti:dicti à phares ꝙ eſt diuiſio quia à reliquis erant veſtitu aliqualiter & conuerſatione diuiſi(& ſcribæ).i. legis doctores dicti non aſcribendo ſed aſciendo vel docendo ſcripta (dicentes quia hic).i.mundi ſaluator quem ex cõtemptu iſti maligni nominare non volunt (peccatores recipit)non ad hoſpitium: quia illud non habebat ſed ad familiaritatem in quo notant eũ de mala vita (& manducat cum eis) in domibus eorum : ſicut dicit de leui.Mar. & Luc.v. ¶ Eſt aũt ſciendũ ꝙ chriſtus ex magna diſplẽſatione cũ prædictis mãducabat. Inter iudeos enim erãt quidã ſuperſtitioſi diligentes vitæ auſteritatẽ.Quidã aſſueti terrenis diligentes vitę cõitatẽ. Quidã curioſi diligẽtes miraculorum nouitatẽ.Chriſtus igitur fecit ſicut venatores animal : aliquod cõtrariis viis inſequentes vt in alterã incidat. Nam miſit Ioannẽ cũ vita auſtera vt ſic conuerteret ſuperſtitioſos venit ipſe in cõi vita manducãs & bibẽs cum peccatoribus. vt ſic cõuerteret aſſuetos terrenis. venit cum miraculis vt conuerteret curioſos. Sed contra oĩa prædicta ſtetit fortis iudeorũ malitia. Nã dicit Mat. xj.Venit Ioannes non manducans neq; bibens & dicunt : demonium habet.Venit filius hominis manducans & bibẽs, & dicunt.Ecce homo vorax potator vini publicanorũ & peccatorum amicus. Miracula etiam eius dicebant fieri in virtute beelzebuh: vt frequenter dictũ eſt.¶ Nota tã ꝙ chriſtus non dixit vitã communẽ ſolum propter hoc ſed vt cũ omnes poſſent imitari quia datus eſt

à deo

I à deo in exemplum non solum religiosis:sed omnibus christianis.Et sententia hæc est Sancti Tho.in.iij.parte.Existimabit autem ibi christum & alios iustos inquinari ex conuersatione familiari peccatorum:sicut & Si modo pharisæus ex contractu magdalenæ.Petrus raueñ. Erras pharisee. Lutum tangit sol sed non immutatur medicus tangit vulnera:sed ipsum putredo non corrũ-
K pit reus tangit iustum iudicem sed ipsum maculare nõ potest.Hæc ille. Vbi christum dicit solẽ:medicũ & iudicem.Greg.autẽ in homil. ex his elicit ꝙ vere iusti sunt misericordes apparẽter iusti crudeles. vnde ait:Ex qua re aperte colligitur quia vera iustitia cõpassionem habet: falsa dedignationẽ. Quamuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari:sed aliud est quod agi-
L tur typo superbiæ:aliud quod zelo disciplinæ,quia iusti & si foris increpationes per disciplinam exaggerant:intus tamen dulcedinẽ per charitatẽ seruant.Preponũt sibi in animo ipsos plerunque quos corrigunt.Quod agentes per disciplinam subditos:& per humilitatem custodiunt semetipsos,At contra hi qui de falsa iustitia superbire solent:ceteros quousque despiciunt nul-
M la infirmantibus misericordia condescendunt & quo se peccatores esse non credũt:eo deterius peccatores fiunt.De quorũ numero:pharisei erant.qui diiudicãtes dum ꝙ peccatores susciperet arenti corde ipsum fontẽ misericordiæ reprehẽdebãt.Hæc ille.Sed cõtra istos christus arguit ex duplici similitudine ouis.i.& drachmæ perditæ vt dicetur. ¶Moraliter autem sciendum est ꝙ isti infirmi insanabiles errabant: Primo: quia istos reputabant peccatores: cum essent penitentes.& Secundo quia se iustos putabãt cũ essent superbi. Et quibus proueniebat ꝙ non compatiebantur. Debemus ergo. primo vitare ne quemquã condemnemus & iudicemus suæ salutis immemorem. Imo semper debemus hominem qui peccauit existimare esse penitentem:nisi euidenter cõstet in oppositum. Debemus secundo cauere peccata spiritualia: quia sunt grauiora & periculosiora quantum ad hoc quòd minus cognoscunt. Debemus tertio compati infirmis. Cum autem in proximo penitentię sit cõsyderare tria. i.naturam & culpam præteritam & gratiam quam est adeptus. Primo debemus cõpassionem. & Secundo distri-
ctam correctionem.Greg. Oportet vt discutiamus:quia districtionem debemus vitiis:compassionem naturæ.Tertio vero debemus congratulationẽ iu-
xta illud Luce.xv. Epulari & gaudere opotebat &c.¶Quantum autem ad tertium dominus arguens contra istos tãgit eos qui omnino sunt sani.i. iustos non indigentes penitẽtia.Vnde sequitur.(Et ait ad illos parabolã istam)Ex quòd literalẽ sensum oportet ex metaphorico significato accipere:cum euangelium sit parabolicum dicens.(Quis ex vobis homo)Est autẽ sciendũ quòd quantum ad propria significata terminorum ista parabola ad eos quibus loquebatur pertinebat:sed tamen quantum ad transsumptina quæ literalem sensum faciunt pertinet ad deum.Vnde ait Gre. similitudinem dedit quam & in se homo recognosceret:& tamen ad autorem hominem pertineret. Iste ergo homo est deus(qui habet centum oues).i.j. vniuersitatem angelorum & hominem:secũdum Greg.& Cyrillum. Cẽtenarius enim perfectus est numerus ex decẽ decadibus cõstitutus.Dicitur enim perfectus numerus quia est quadratus.cuius radix est decẽ.iiij.di. xliij.nam decem decies sunt centũ.(Et si)pro quia(perdiderit vnam ex illis.) Gre.Vna ouis tunc periit quando homo pascua vitæ dereliquit. Hęc ille. Non ne dimittit nonagintanouẽ.i. angelorum numerum(in deserto).i.cœlo secundũ Greg.quod homo peccãdo de
B seruit.dicitur enim desertum quasi derelictum(& vadit)ad terras per incarnationis mysterium(ad illã quæ perierat donec inueniat illam?) Gre.vt perfecta summa ouium integraretur in cœlo:homo perditus quærebatur in terra Hæc ille.Nec tamen secundùm Cyrillum fuit crudelis ad alias derelictas in
C deserto:quia dimisit eas in tuto sub deo xtera dei.Gre.Nile.Cum autẽ pastor inuenissẽt ouem non puniuit:non duxit ad gregẽ vrgendo sed supponens humero & portans clemẽter:annumerauit gregi.Hæc ille.Ideo subdire.(& cũ inuenerit eam imponit in humeros(.s. Sed. Humerus christi crucis brachia sunt.Ille peccata mea deposuit:in illo nobili patibulo requieuit.Hęc il.Greg. Quem ergo humeris suis imposuit:ga
D humanam naturam suscipiens peccata nostra ipse portauit.Hæc ille.(gaudẽs) in suis doloribus pro nostra salute.fruebatur enim in cruce iuxta doctrinam. S.Tho.iij.part.q.xlvj.(Et veniens domum)in cœlum per ascensionem(conuocat amicos & vicinos). i.angelorum choros secũdũ Greg.qui sunt amici ob sequendo voluntati & vicini cõmunicando eius luci & claritati.Sunt autem secundũ Theo.omes seu bestiales respectu dei.sed vt rationales sunt vicini. Sunt ergo dei amici.Primo quia eius secreta vident iuxta illud Io.xv. Vos autem dixi amicos quia omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis.Secũ-
E do quia suam voluntatem diuinæ in omnibus conformant,Tullius. Vera amicitia est idem velle & idem nolle in rebus honestis.Tertio quia eius voluntatem semper adimplent,Ioan. xv.vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio vobis.Sunt autem dei vicini ratione propinquitatis in natura:quia minus ab eo distant quam cæteræ creaturæ quamuis & ipsi in infinitum distent
F (Dicens illis. Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam quę perierat.) In his apparet amor dei ad hominem quo ad tria.Primo in creando quia ipse hominem fecit innocentẽ:quia ouẽ sed ipse errauit vt ouis qua periit:& de oue factus est lupus ita seruus vt pastorem occiderit:& omes iugulauerit.Mat. x.Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos.Secundo in recreando:quia perditum cũ magno labore recuperauit: quod notatur inuentione. Et cum illa inuentio sit redemptio per sanguinem pastoris tamen ipse dicit eam inuentionem:quasi pro nihilo reputans id quod dit.Cañ.vlti.Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione quasi nihil despiciet eam:& Tertio in glorificando quod notatur in reportatione & congratulatione.Sed quare nõ
H dicit congratulamini oui cui magis videbatur esse de ista inuẽtione gaudendum?Gre.in homil.Hoc ideo dicit:qa eius est gaudium vita nostra:& cũ nos ad cœlũ reducimur solẽnitatẽ letitiæ illis implemus Hæc ille. (Dico vobis quòd ita) Iste textus videtur esse corruptus.Nam.S.Tho.j.par. q.xx. pro ly. ita ponit maius.Si tamen verus textus habet ly illa:Ponitur pro ly magis vel maius.Et.S.Tho.allegat sententiam & non verba(gaudium erit in cœlo) deo

& an

I & angelis. Gaudium de nostra cõuersio
ne est angelis. Primo quia vident suæ
custodie tam glorioſum fructum. Secũ
do quia vident ex peccatoribus ſuam
ruinam reſarciri & reſtaurari. Tertio
quia vident ſe in laudando deum tale
habere conſortium. Quarto quia com-
pletur eorum deſyderium quo deſyde-
rant noſtram ſalutem: cum ſint maxi-
me charitatiui & amoroſi. Gaudet etiã
K tota trinitas. Et patet quidem quia ſi-
cut pater terrenus gaudet de filio ſuo
quando concipitur & oritur & ablacta
tur: & factus grandis ad menſam recipi
tur. Ita pater cœleſtis gaudet ſuper ſpi
rituali filio. cõcepto per contritionem
ſeu conceptionem boni propoſiti: & no
to in confeſsione: & ablactato in perfe-
cta couuerſatione: & recepto ad men-
ſam in glorificatione. Et filius ſimiliter.
L Primo: quia videt effectum ſuæ paſsio
nis. quod notatur in parabola de oue
impoſita humeris. & Secundo: quia vi-
det in peccatore reformationem imagi
nis dei: & conſequenter aſsimilationẽ
ad ipſum filium qui eſt imago patris.
quod notatur in parabola de drachma
in qua imago regis refulget. & Tertio
quia videt reuerſionem fratris ſui per
diti: quod notatur in parabola de filio
M prodigo. Et ſimiliter ſpirituſſanctus.
Primo quia recuperat templum ſuum:
quod debet inhabitare. Secundo quia
recuperat membrum ſuum: quod debet
viuificare. Tertio quia recuperat vas
ſuum. quod debet implere. Vnum eſt ta
men gaudium patris filii: ſpirituſſan-
cti ſub omnibus iſtis rationibus pro-
pter vnam trium immenſam charita-
tem: ſed tamen iſtę rationes gaudendi
habent aliqualem aſsimilationem ad
propria perſonarum (ſuper vno pecca-
tore penitentiam agente: quã ſup nona
gintanouem iuſtis qui nõ indigent pe. N
nitentia). i. plus quã ſupra aliquo eorũ
qui ſunt de tali numero. Hoc autem vi
detur falſum: quia de maiori bono ma-
ius eſt gaudium. Eſt aũt maius bonum
ſemper continuare bonam vitam: quã
aliquã interrũpere per peccatũ & poſt-
ea penitere. Ad hoc dicit dupliciter. Pri
mo enim dicitur ꝙ deus ſuper peniten
te plus gaudet quã ſuper innocente nõ O
ſimpliciter: ſed quo ad aliquã rationẽ
gaudii: quæ eſt in penitẽte & nõ in in-
nocente: vt puta ratione penitẽtiæ Sed
ſecũdo. S. Tho. vbi. ſ. dicit pro cæteris
paribus magis ſemper amatur innocẽs
quã penitens. ſed tamen aliquando eſt
cõuerſo quando. ſ. cœnitens reſurgit
melior & feruentior innocẽte. Et hæc
eſt ſententia Gre. qui ponit exemplum
de milite poſt fugã melius pugnante:
quã is qui nunquã fugit. & de terra qui
poſt ſpinas vberior eſt nõ ſpinoſa. De-
inde ſubiungit. Sed inter hæc ſciendũ P
eſt quia ſunt plerique iuſti in quorum
vita tantum eſt gaudiũ vt eis quilibet
peccatorum penitentia preponi nulla-
tenus poſsit. Hic ergo colligẽdum eſt
quãtũ deo gaudium faciat quãdo humi
liter plangit iuſtus. ſi facit in cœlo gau
dium quando hoc quod male geſsit per Q
pœnitẽtiã dãnat iniuſtus. Hæc ille. Ta-
les igitur indiget penitentia ornãte &
cõſeruante: nõ aũt purgãte. Eſt eñ tri-
plex penitẽtia. ſ. purgans: vt penitentia
Magdalenæ, & ornans: ſicut Ioãnis ba-
ptiſtæ Beñ. Confeſsio peccatorũ pur-
gat & iuſtũ ornat. Et cõſeruãs ſecũdũ
illud. j. Cor. ix. Caſtigo corpus meum
& in ſeruitutem redigo; ne forte cum
aliis prædicauero reprobus efficiar. Et
intellige ꝙ nõ indigent purgãte inquã
tum iuſti. ſecus inquãtũ aliquo modo
ſaltẽ venialiter delinquẽtes. ſed hæc nõ
eſt

A eſt proprie penitentiacũ nõ requirant
venialia ſacramentum penitẽtiæ: nec
etiã contritionem actualem ſed virtua
lem. Alia eſt ſimilitudo de perdita dra-
chma de quo eſt ſciendum ꝙ medicus
cõſtitutus inter infirmos ſanabiles &
inſanabiles oſtendit penitẽtes eſſe reci
piendos tribus parabolis. ſ. de oue: de
drachma: & de filio prodigo: quæ poſt
B illas duas ſequitur Sicut enim tria in-
ducunt hominem precipue ad miſerã-
dũ. ſ. ſimplicitas propinquitas & vani-
tas. Ita etiã hæc iria inducunt: vt ita di
cã deũ ad miſerandũ pœnitẽtibus Pri-
mum eſt noſtra ſimplicitas reſpectu ho
ſtis tam aſtuti. i. diaboli. & ad hoc perti
net parabola de oue. Secundum propin
quitas quam nobiſcũ cõtraxit Hebr. ij.
Nuſquã angelos apprehendit: ſed ſe-
men abraæ apprehendit. Et ad hoc per
tinet parabola de drachma: in qua eſt
imago regis & ſuperſcriptio nominis
C chriſti: ſicut homo eſt ad imaginem dei: &
a Chriſto dicitur chriſtianus. Tertium
poſſæ vanitas & paupertas ſeu infirmi
tas. Et ad hoc pertinet parabola filii
prodigi dicentis. Quãti mercenarii in
domo patris mei abũdant panibus &c.
D (Aut quæ mulier). i. aut ſi quæ ſeu ali-
qua vel quis mulier: (habens drachmas
decem) ſupple eſt. Sicut aũt dicit magi
ſtro. drachma drachmatis eſt gen° car
minis. iuxta illud. Dulcia cãtica drach-
ta pars ſtateris. Et vt ſubſequenter idẽ
am eſt numus habens imaginem re-
gis & ſignificat hominem ad imaginẽ
dei factum. Sicut autem ſupra paſtor
deum ſignificauit ita iſta mulier ſigni-
ficat dei ſapientiam: ſecundũm Grego.
in homil. quæ vt idem dicit decem ha-
bet drachmas ideſt nouem ordines an-
gelorum & hominem. Dicitur autem
diuina ſapientia mulier. Primo propter E
ſpecioſitatem delectabilem: Sapi. vij.
Cãdor eſt lucis æternæ & ſplendor ſi-
ne macula bonitatis illius. Secũdo pro
pter fecunditatem Eiuſdem. viij. Vene
runt mihi omnia bona pariter cum il-
la. Tertio propter compaſsionẽ. Here.
xxxj. In charitate perpetua dilexi te:
ideo attraxi te miſerans. Quarto pro-
pter dulcedinem verborum. Pſ. quàm
F dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper
mel orimeo. Quinto propter interpre-
tationẽ nominis. Dicitur enim mulier
quaſi molliens herum & ſapientia dei
emolliuit nobis herum ideſt deum pa-
trem: ſicut heſter Aſſuerum. Heſt. ij. ho-
mo vero in ſtatu innocẽtiæ fuit drach
ma. Primo propter retunditatem ideſt
immortalitatem. & Secundo propter
munditiam & claritatem: quia erat ve-
lut aurum purum non mixtum cupro. G
& Tertio propter pretioſitatem ſicut
& pecuuia eſt pretioſa cui obediunt o-
mnia. & Quarto propter regalem ima-
ginem. & Quinto propter ſuperſcri-
ptionẽ ideſt omnium naturalium cõ-
gnitionem. (Et ſi perdiderit drachmã
vnam) ſicut ei accidit quando homo
peccauit: vt dicit idem Grego. (Nonne
accendit lucernam) Grego. Accendit
mulier lucernam: quando dei ſapien- H
tia apparuit in humanitate. Lucerna
quippe lumẽ in teſta eſt. Lumen vero
in teſta eſt diuinitas in carne. Hæc il-
le. (Et enerrit domum) ideſt concutit
naturam conſcientiam ſecundùm Gre
go. (& quærit diligenter donec inue-
niat) Greg. Quia. ſ. cum perturbatur cõ
ſcientia hominis reparatur in homine
ſimilitudo conditoris. Hæc ille. Vel do-
mum euerrit quando mundũ prædicã-
do cõmouit. (Et cum inuenerit conuo-
cat amicos & vicinos) id eſt cœleſtes

virtu

virtutes secundum Gregor.in homil.& Greg.Nazan.quæ secundum Grego.in se amice sunt:quia obsequētes eius voluntati & vicinæ quia incorporeæ (dicens. Congratulamini mihi quia inueni drachmam quam perdideram). Ita dico vobis gaudiū erit angelis Dei &c. Greg.in homil. Pœnitentiam agere est perpetrata mala plangere:& plangenda nō perpetrare. Nam qui sic alia deplorat vt iterum alia committat adhuc pœnitentiam agere vt ignorat aut dissimulat.Hæc ille.¶Moraliter ouis animal est innocens : non mordens dentibus vt canis & lupus detrahendo : nec impetens cornibus vt aries & taurus violenter opprimendo : nec calcitrans pedibus vt equus & mulus blasphemādo seu maledicēdo : nec dilacerans vnguibus vt leo & vrsus furendo. Quem igitur Christi sciat se non esse qui ab omnibus prædictis immunis non est.

¶Ité moraliter mulier potest dici prælatus propter solicitudinem & partum & difficultatem in pariēdo fœtum tam in se quàm in subditis. Hæc si vnam drachmam.i.animam Dei imagine insignatam perdit:accendat lucernā prędicationis orando:meditando : sanctæ viuendo : & euertat domum conscientiæ peccatoris:& quærat diligenter donec eam inueniat eductam de tenebris & puluueribus peccatorum.

Dominica.iiij.post Trinitatem. Luc.vj.

ESTOTE misericordes sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare:& non iudicabimini:nolite cōdemnare: & non condemnabimini. Dimittite : & dimittebimini. Date & dabitur vobis Mensuram bonam & confertā & coagitatam & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadē quippe mensura qua mēsi fuerit remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem. Nunquid potest cecus cecum ducere?nōne ambo in foueam cadunt?Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Quid autem vides testucam in oculo fratris tui: trabem autē quæ in oculo tuo est non consyderas. Aut quomodo potes dicere fratri tuo. Frater,sine, eiiciam festucā de oculo tuo : ipse in oculo trabē non vides?Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo : & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

ESTOTE MISERICORdes &c.)Luc.vj.in præsenti Euāgelio Christus admonet omnes fideles & specialiter prælatos:& continet tria puncta : quæ sunt Communis exhortationis ratio:& Specialis admonitio.¶Quantum ad primum exhortatur Christus omnes ad dulcem misericordiam:quia misericordiæ opera sunt de præcepto vt dictum est feria secunda post primam dominicam quadragesimæ. Dicit ergo (Estote misericordes.)Est autē misericordia vt dicit.S. Tho.j.par.q.xxj. &.ij.ij.q.xxx. cordialis cōpassio seu tristitia de aliena miseria quasi possumus subuenire:cōpellimus seu prouocamur.Bed.Magnū prę conium pietatis.Reddit enim hęc virtus nos cōformes Deo : & quasi quædā signa sublimis naturæ nostri imprimit animabus.Hæc ille.Vnde subditur (sicut pater vester cœlestis misericors est.)Vbi notādum est secundū.S.Tho. j.par.vbi.ī.quòd in Deo nō potest esse ipsa essentia misericordiæ vt est.ſ.passio appetitus sensitiui:cū nō possit tristari vel pati & cōsequenter nec cōpatiſed est in eo misericordia metaphorice:sicut & ita inquātum habet effectū misericordiæ:qui est subuenire misero. Hunc enim ipse maxime efficit. Ité est in eo misericordia vt sonat actū voluntatis quo volumus subuenire misero: licet nō vt sonat actū sensualitatis : vt dictū est. Et hæc plus in Deo quàm in homine est : nec potest homo in hoc ei æquari.Vnde ly.sicut:nō æqualitatem: sed similitudinē & imitationē quādam importat. Subiūgit autē modos quibus proximo miseremur scilicet non iudicādo seu non cōdemnando:& dimittēdo:& exhibēdo.omnis enim misericordia exhibita proximo est quoddā bonū quo subleuatur miseria eius. Duplicitер autē exhibetur bonū proximo. Primo.ſ.positiue dādo aliquid puta eleemosynam corporalē vel spiritualem & quātum ad hoc dicitur:date & dabitur vobis.Secūdo negatiue:quia.ſ.cessatur ab inferēdo malum. Carere enim malo est quoddā bonum.secundum Philosophum in li.ethi.& similiter nō inferre malū est benefacere quia est facere q̄ quis careat malo.Et hoc est dupliciter. Primo quantū ad opus : sicut cum quis nō detinet vinctū cum possit : aut non vleiscitur iniuriā:& quātum ad hoc dicitur : dimittite & dimittetur vobis.Et secūdo quantū ad cognitionē ipsam:sicut cū quis cessat male suspicari de fratre cui suspicādo poterat inferre damnū gloriā & famā eius apud seipsum denigrādo.Et quantū ad hoc dicit.Nolite iudicare & non &c. Dns ergo assignat tres species misericordiæ exhibitæ proximo ad quas oīs misericordia reducitur:secundū.S.Tho.j.par, vbi.ī. Dicit ergo.(Nolite iudicare)temere de occultis : vel de his quæ bono & malo animo fieri possunt. Vbi aduertendum est duplex esse iudiciū. Quoddā large dictū : quod est oīs vera determinatio: eo modo quo dicere cōsueimus q̄ cecus de colore nō iudicat : & hoc licitū est:& de hoc nō intendimus. Aliud vero quod est iudiciū propriæ & est iustitiæ actus : quo.ſ.de aliquo iudicamus: an bene vel male actum sit. Et hoc dupleh est.Vnū.ſ.quod est de seipso quod vocatur iudiciū discussionis:quod licitum est & laudabile:de quo etiā nō curamus. Aliud quod est de alio & est duplex.ſ.licitū & illicitum. Licitū est duplex.ſ.vtile.i.iudiciū suspitiosum sine assensu rationis ad obuiandū & tolerabile:vt iudiciū determinationis de aptis malis.Illicitū autē triplex est.ſ.vsurpatū : quod.ſ.fit ab eo qui nō habet autoritatē : & puersum quod fit cōtra iustitiā:& temeritū:quod ex leuibus p̄cedit signis interpretādo intentionē siue iudicādo de futuro statu hoīs : siue sentētiando de occultis. Et hoc habet tses gradus. Primus est cū quis ex leuibus signis dubitat de alicuius bonitate. Secūdus cum firmiter iudicat & sentit de alicuius malitia. Tertius est quado

I vlterius proceditur ad condemnãdum ad pœnã. Est ergo peccatũ mortale iudicare multis modis. Primo si iudex exleuibus signis cõdemnet aliquẽ de pœna notabili. Secũdo si quis ex leuibus signis firmiter credat aliquem peccare mortaliter: vt accidit quãdo res occulta vel in se indifferens: quia fit iniuria proximo de quo teneor bene sentire secus si iudicarẽ de veniali: quia iniuria nõ est notabilis. Tertio quãdo iudicium est iniustũ de re notabili. Quarto
K quando est vsurpatũ. Licitum est autẽ iudiciũ. Primo quãdo iudex habet auctoritatẽ & iudicat recte secundũ approbata per euidẽtiam testiũ: aut ex suspitione violẽta. Si autẽ sit tãtum probabilis licet indicere purgationẽ canonicam. Secũdo licitũ est etiam nõ iudici iudicare. i. credere in manifestis. Tertio quando habẽtur probabilia signa: hoc enim nõ est mortale. s. ex probabilibus
L signis credere firmiter quòd aliquis ali quod mortale cõmiserit. secundũ Archi. ij. par. ti. iij. c. viij. Licet dicat hoc esse cauendũ. Est autẽ probabile quod videtur oĩbus aut pluribus & maximè sapientibus. Et his aut oĩbus aut pluribus aut præcipuis. vt patet ex j. Topic. Vide de his. S. Tho. ij. ij. q. lx. Hic autẽ loquitur dãs de iudicio temerario secũdum Amb. Non iudicare námq; isto
M modo est misereri. Sicut enim carere malo quod inesse potuit est quoddã bonũ: vt patet. ij. Phys. ita nõ inferre malum cũ quis possit est facere bonũ aliquo modo vt dictũ est. Hortatur ergo dãs ne sic iudicemus maxime cũ seueritate aliena discutiendo. Chry. Nec facile reperies quẽquàm, neq; patrẽfamilias: neq; clausträlem expertẽ erroris huius. Sunt autẽ hæc diabolicæ tentationis insidiæ. Nam qui seuere discutit aliena: nunquàm propriorũ reatuum N merebitur veniã. Vnde sequitur (& nõ iudicabimini) Sicut enim pius & misericors præmit peccatorũ timorẽ. sic seuerus, & dirus adiicit criminibus propriis. Hæc ille. Greg. Nazan. Non ego cum acrimonia præcipitetis in cõseruos sentẽtiam. Hæc ille. (nolite condemnare vt nõ cõdemnebimini.) Hic reperitur idem secũdum prædictũ Greg. Vnde hic est sermo de cõdemnatione O mẽtali temeraria: non autẽ de iudiciali: quia malè faceret iudex non cõdemnãdo quem debet cõdemnare. Repetitur autẽ bis ne quis credat esse leue peccatũ temerarium iudiciũ quod hominem tangit in honorẽ. Non est autẽ existimandũ quòd qui proximũ nõ iudicat vel cõdemnat ipse non sit condemnãdus si male faciat: sed ideo sic dicitur: quia q iudicat temerarie: cũ ipsum suum iudiciũ sit peccatũ pro eo iudica P bitur & cõdemnabitur: quod nõ esset si non iudicasset. Vel hoc ideo dicit: quia nõ iudicare est misereri: misericors autem misericordiã cõsequetur plus vel minus secundũ suæ misericordiæ quãtitatem. (Dimittite) iniurias vt nõ inferatis pro eis mala quæ potestis (& dimittetur vobis) peccatũ vestrum. Vel vt alia litera habet (& dimittemini. sc. à peccato quod vos tenet in seruitute: ad Q cuius remissionem valet misericordia proximo exhibita & à diabolo: qui vos per peccatũ strauit & addixit seruituti: & à Deo: qui vos alligauit pœnæ æternæ infernali: si non estis cõtriti vel tẽporali purgatorii aut huius mundi si estis quidẽ contriti: sed non exhibuistis satisfactionem plenã (Date). s. eleemosynas & beneficia fratribus vestris (& dabitur vobis). s. in præsenti gratia & cõsolatio à Deo: & in futuro vita ta-

A ta. Bed. Hic dimittere nos iniurias dominus & dare beneficia iubet: vt & nobis peccata dimittantur: & vita detur æterna. Hæc ille. ¶ Moraliter non dixit Christus. Estote potẽtes sicut pater vester potens est: vel sapientes: vt diuites: sed misericordes: quia appetitus potentiæ habet deiectionem: iuxta illud Psal. Deiecisti eos dum eleuarentur: vt patet etiam in Lucifero. qui aliquo modo appetiit potentiam, id est, superiori-
B tatem & principatum: & appetitus sapientiæ inflationem: quia scientia inflat. j. Cor. viij. Et diuitiæ obliuionem: quia succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui. Geñ. xl. Sed misericordia spondet cœlestis regni possessionem. Vnde Christus in die iudicii vt patet Matth. xxv. non dicet venite potentes: sed ve qui potentes estis &c. Esa. v. nec venite sapientes: sed qui sa-
C pientes estis in oculis vestris: vt ibidẽ dicitur. nec venite diuites: sed ve vobis diuitibus qui habetis hic cõsolationem vestram. Dicet autem venite benedicti patris mei. i. misericordes. Esuriui enim & dedistis &c. Vnde Deus vt nos induceret ad hanc pietatem impressit eam omnibus creaturis nobis manifestis. s. sensibilibus. Vnde Iob. xij. Interroga
D iumenta. i. considera: & docebunt te. s. pietatem. volatilia cœli & iudicabunt tibi. Loquere terræ & respondebit tibi? & narrabunt pisces maris. Nota primo iumenta. hoc enim patet elephantibus. quia si vnus ceciderit: alii currunt ad subueniendum: & in equabus: quia si vna moritur aliæ filium suscipiunt ad nutriendum & in leonibus: quia parcunt pueris & infinitis animalibus: nisi magna fame vrgeantur. Nota secundo in volatilibus cœli vt patet in ciconiis quæ secundum Ambr. in hexame. parentes suos senes collocant in nido ac E nutriunt Et in aquila quæ sola prædicta non comedit sed patrem sequentibus se ouibus dimittit: & in cobar quæ auis sic dicitur arabice: quæ filium aquilæ ab ea reiectum (eiicit enim vnum è nido quod tres habuit propter laborem pascendi nutriendum suscipit Nota tertio terram. Ambr. Noli esse deterior insensibili elemento quod fructus quos affert non suis vsibus ven dicat sed tuis ministrat obsequiis. Tu F vero solus fructus illius cupis & tibi concludis. Et idem est de aliis corporibus simplicibus maxime cœlo. Nota vltimo pisces vt patet in delphinis: qui homines mortuos deferunt ad littus & in conchis quæ cum semper sint clausæ: quidam piscis eis defert alimentum quod eis ad suam præsentiam apertis infert & recedit. vides igit animantia bruta ratione vti. ¶ Quantũ ad secundum tangitur ratio quare debe- G mus proximo misereri: præcipue quantum ad dare beneficia: & non irrogare actualiter mala. quia scilicet, misericordia apud Deum magnam obtinet remunerationem. Pro quo sciendum est quòd supra dominus est hortatus ad remittendum iniurias inimicis: & dandum eleemosynas pauperibus. Isti ergo dicuntur nobis retribuere in- quantum sunt causa quòd nobis fiat retributio orando pro nobis: vel quia H eorum meritis nobis retribuitur: quia sunt causa sine qua nõ. sicut ligna sunt causa quòd ignis comburat. Retribuuntur autem nobis multiplicia bona pro talibus operibus. Dicitur ergo (Mensuram bonam) quo ad bona fortunæ (& coagitatam) id est, concussam vt plus capiant: quo ad bona naturæ: puta sanitatẽ & huiusmodi: & con-

fertam).i.non rasilĕ sed cumulatā quo ad bona gratiæ (& supereffluentem) id est,magnifice cumulata quo ad bona gloriæ(dabunt)pauperes & inimici(in sinum vestrum)tanquā retribnĕ tet pro ex quod exhibuistis eis.Vel per hæc omnia significatur pro dictis operibus dominus retribuet nobis in beatitudine aliquid dignius quā fuerint ipsa nostra opera ex se :sicut mensura cōferta aliquid plus est quā bona.i.legitimā tantū dominus Beda.Sicut si farinā sine paucitate mensurare velles & conferres & cogitares:& supereffunderes abunde :sic mensurā magnā & supereffluentem dabit in sinum vestrū Hæc ille.Et per sinum intellige intellectum in quo susciperentur subiectiue felicitas:cū sit viso & voluntatĕ in qua suscipietur ipsa cōsolatio immensa cō sequēs visionĕ & ipsam essentiā animę in qua suscipietur essentia gratiæ consummatæ.quæ gratia causabit in mēte lumĕ gloriæ & facit videre:& in volūtate charitatem que facit amare: delectari,& frui.(Eadĕ & quippe mensura qua mensi fueritis) in bene operando vel peccando vt ait Beda (remetietur vobis) præmium aut pœna.Theo.interrogabit sit aliquis fortasis subtilꝰ. Si enim supereffluenter redditur cūeadĕ est mensura.Ad quod dicimus ꝙ non dixit:in tanta mensura remetietur vobis:sed in eadem.Qui enim bene fecerit bene fiet ei.quod est remeti i eadem mensura.Sed supereffluentĕ mensurā dicit quia milies bene fiet ei.Sic est & in iudicando.Qui enim iudicat: & deinde iudicatur accipit eandĕ mensuram.Secundū vero ꝙ ad plus dii iudicatur quia sibi similem iudicauit:secundum hoc super effluens est mensura.Hæc ille.Potest dici etiam ꝙ est ea-

sura non secundum quantitatem sed secundum proportionem: quia maiori merito maius reddetur premium:& minori minus:& sic de peccato & pœna. Et secundū ꝙ quisque se habuit in operando se habebit etiam proportionabiliter in recipiĕdo.& hęc videtur esse intentio Theo.sed nota ꝙ essentiale præmium proportionabiliur meriris.i.operibus bonis non secundū se inquātum opera sunt:quia non merĕtur illud pręmium:sed secundū eorū radicem quæ sunt merita.i.charitatĕ & gratiam.Sed pœna proportionabitur de meritis secundū se:quia licet opus nostrum secundum se non mereatur præmium illud tamen meretur pœnam.Et hoc loquendo de pæna sensus.Pœna enim damnati sit priuatio visionis dei commensuratur visioni quæ debebatur:& consequĕ er gratiæ qua quis meruerat visionem.¶ Moaliter sciĕdum est quod ad opera pietatis triplici premio inducimus:sed Christus tangit maximum quasi arguens à fortiori.Premium est temporale quo ad multiplicationem temporalium Prouer.iij. Honora Deū de tua substantia &c.cum fratres cuiusdam monasterii cuidam sancto patri vt legitur in vitis patrum quærelam facerent ꝙ monasterium olim abūdas esset tenue:dixit.In hoc monasterio cō sueuerunt esse duo fratres socii.s.date: & dabitur & vos ꝙ expulistis fratrem date:& frater dabitur indignatus abscessit.Secundum est spirituale quod consistit in peccatorū remissione.Eccl. iij.Eleemosyna pauperis non erit in obliuione & sicut in sereno glacies soluentur peccata tua.Secundo in gratię collatione.ij. Corin.ix. Qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet.scilicet gratiam in præsenti &

& gloriam in futuro.Tertio in gratiæ conseruatione. Eccle.xxix. Eleemosyna gratiam hominis quasi pupillā conseruabit.Tertium est cœlestiale quod hic tangitur:cum dicitur.Mensurā bonam &c.Quidā enim dat pauperibus partĕ superfluorum.Quidam vero omnia superflua.de quibus Luc.xiij.Qui habet tunicas &c.Quidam dant partĕ maiorem vt Martinus:quæ dedit medium necessariam clamydem. Quidā verò omnia necessaria scilicet ad decentiam de quibus Matt.xix.Ecce nos reliquimus omnia &c.Primi habent mensuram bonam nisi dari fuerint in necessitate extrema vel vrgente. Secūdi confertam.Tertii coagitatam.Quarti supereffluentem:quia secundū quod mensuram in dando deus mensura in dando deus mensurat in retribuendo. ¶ Quantum ad tertium sciendum est ꝙ deus vult magis reddere cām quare debemus misericordiam exhibere proximo quantum ad primam misericordiæ speciem.Sed quia prælati & superiores præcipuè habent frequēter maiores occasiones iudicādi quā alii : siue quia plura vident & sciunt : siue quia videtur naturalis inclinatio rectoris suspicari de malis ad obuiādum. Ideo ponitur specialis monitio prælatorum & omnium qui habent alios dirigere & iudicare.cum dicitur. (Dicebat aūt illis).s.apostolis qui vt dicit Cyri.futuri erāt mundi doctores (& similitudinem) quo melius intelligerent quō de aliis iudicarent:vt eos induceret spiritualius præ aliis ad remittendas iniurias:& eleemosynas dandas : quæ duo potissimè ad superiores pertinent. (Nunquid potest cecus cecum ducere) qd.Hoc sine suo periculo facere non potest.Si enim vt dicit Chrys.periculum est ceco cęcum habere ducē multo periculosus est cecū velle esse ducē ceci.(Nonne ambo in foueam cadūt,) q.d.sic:nisi forte & raro & in pauciori-bus.Ista autē similitudo adaptatur ad premissa quadrupliciter.Primo secūdū Cyri.adaptatur prelatis qui ad virtutes perficientes intellectū:puta sapientiam & prudentiam.Non enim sufficit eis eleemosynā dare & iniurias remittere:sed oportet eos duces esse & alios ad hoc inducere.Non ergo debent esse ceci.quia nō possent alios ducere qnæ nesciūt. Vnde subditur. (Non est discipulus super magistrum) id est, doctior magistro.Est autē sciendū quod omnis homo est discipulus dei docentis exterius per sensibiles creaturas. Discipulus ergo alicuius hominis si plus capiat ꝙ suus magister hoc nō cō petit ei inquantum discipulus eius est. sed inquantū discipulus dei est.& tunc efficitur actu vel potētia magister sui magistri.vltima ergo perfectio ad quā potest venire discipulus hominis vt sic est:vt sciat quæ scit suus magister.qa ista sola potest ab percipere.& quā primum sic percipit desinit esse discipulus.& fit cum magister respectu aliorum.Ideo subditur,(Perfectus autem omnis erit discipulus).s.vt sic(si sit sicut magister eius) id est si nouit ea & eo modo quæ & quomodo nouit suus magister.Secūdo adaptatur secundū. Theo.quo ad omnes vt non iudicent precipue eum sunt in simili vitio: & specialiter quo ad prælatos quorū specialiter est iudicare.ait ergo:Si tu aliū iudicas & ipse in eisdē peccas : nonne assimilaris ceco cecum ducenti. Quomodo enim ille a te ducetur ad bonū: cum & tu pecces.Non est discipulus supra magistrū.Si tu peccas.quitema

I gistrum & doctorem putas : vbi erit qui a te disciplinatur & ducitur: Hæc ille.Tertio adaptatur secundum eūdē quo ad dare eleemosynam: & iniuriam dimittendam vt.s.aliquo inferente iniurias nō perdamus oculū per impatiē tiām.vel aliquo petente eleemosynam non perdamus per auaritiā alioqui nō poterimus vitia eorum curare cū nostra mens sit vitiata.Et subditur. Non K est discipul⁹ &c.quasi diceret.Si Christus magister noluit vlcisci:sed pati: quare vlcisci vis tu qui discipulus es? Et si ipse voluit largitiua pfectio erit: si tu & talis fueris vt ille fuit. Quarto secundum Aug.adaptatur ad mensurā de qua sermo prȩcesserat.Ait enim vel ideo subiunxit.non potest cecus cecū ducere:vt non sperarent à leuitis acce pturos mensuram illam de qua dixit. L dabant eis quos cœcos dixit:quia euan gelium non teneret vt illam remunera tionem per discipulos domini potius plebs inciperet iam sperare.Quos imi tatores suos volens ostendere: addidit. Non est discipulos supra magistrum. Hæc ille.Inducit autē rursus dominus aliam similitudinem contra iudicātes temere:siue sint prælati:siue alii quan- M do ipsi grauioribus sunt criminibus ir retiti:cum dicit. (Quid aūt) .i.quare (vides) .i.videre conaris) festucam) i.leue peccatum comparatione ad ma ius.Sciendū vero ꝙ venialia compa rantur festucæ.Primo secundum gl.qa occulum mentis perturbant : sed non non opprimunt vt mortale. Secundo propter sui leuitatem. Vnde venialia dicūtur modica Eccl.xix.Qui spernit modica paulatim decidet.Tertio propter sui multitudinem:vnde & dicuntur arena.Augu.Vitasti grandia: vide ne obruaris arena.Mortalia vero opN pter oppositas rationes dicūtur trabes in oculo).i.in voluntate (fratris tui) quem temere iudicas(trabem autem) id est maius peccatum (quæ in oculo tuo est non cōsideras.)Hæc enim magna est stultitia. Si enim tibi displicet peccatum : debet tibi magis displicere maius quā min⁹:& tuū magis quā alienum.(Aut quomodo potes)sine confusione & rubore (dicere fratri tuo.FraO ter sine eiicia festucam de oculo tuo: & ipse in oculo suo trabem non vides, id est non videre fingis . Tales secundum Theo.sunt hypocritæ qui cōmuniter reprehendunt aliena peccata vt iusti videātur.Vnde sequitur(Hypocri ta erue primum trabē de oculo tuo & tunc prospiciens)sine confusione propriæ conscientiæ (vt educas festucam de oculo fratris tui) Basilius. Videtur reuera incognitio sui ipsius grauissimum omnium,Neque enim solus oculus exteriora videns super se) visu nō vtitur:sed & ipse noster intellectus cū alienum velociter conicctat peccatum lenti est erga propriorūpercepti omnē defectum.Hæc ille.¶ Moraliter in hac parte Christus ostendit:Primo quales debeant esse prelati.quia debēt oculos habere:pro quo nota ꝙ in cœlo omnes Q sunt videntes:& nullus indiget instructore.Hiere.xxj.Nō docebit vltra vir proximum suum in inferno autem cēs D tinquitur. Nam & apibus herbę ne sunt cæci.Ideo ꝙ cecideruns in foueā. cessariæ nō sunt sed flores herbarū flo i.pœnarum abyssum.Esa.xxiiij.Formi res aūt colligunt & herbas relinquunt. do fouea & laqueus super te qui habitator es terræ.i.infernalis.In præsenti antem quidam sunt ceci.i.subditi & illiterati & quidam videntes.i.prælati q debent duos oculos splendentes habere id est vitam & doctrinam.Sed & si ipsi sint ceci : ambo in foueam cadunt.Et peius est cœco duci a cœco quā carere ductu

A doctorem:quia si caret eo tentat viam baculo scilicet naturæ instinctu.Greg. Cum pastor per abrupta graditur: necesse est:vt ad precipitium grex sequatur.Nota.ij.Reg.v.qūo Iebusei poluerunt cœcos & claudos super murū hie rusalē in derisum Dauid dicētes.Nisi abstuleris cecos & claudos :non ingredietis huc.Idē nisi auferantur prelati B ignorantes & vitiosi qui sunt constituti in culmine:non potest Christus dominari in ecclesia. Et secundo quales debeant esse subditi :quia debent esse esse prælatis⁹ reuerentes & obedientes: quod notatur cum dicitur:non est discipulus supra magistrum.Et hoc etiam i prælati sunt mali quod Chry.super Matt.ostendit dicens.Homines ab initio creati sunt propter se:postea autem C sacerdotes ordinati propter te ergo natura ipsorum est ordinatio autem eorum nostra.Si bene vixerint eorum e: lucrum:si bene docuerint nostrum. Accipite ergo quod vestrum est.frequenter de homine malo procedit doctrina bona.Ecce enim vilis terra pretiosum aurū producit nūquid propter terram villę pretiosum aurum contēnitur.Sed aurum intelligitur & terra

Domini.v.post Trini.

Luc. v.



Vm turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnū genezareth.Et vidit duas naues stantes secus stagnum:piscatores autem descēderāt& lauabāt rhetia.Ascendens autē in vnam nauim quæ erat Simonis rogauit eum à terra reducere pusillum : Et sedēs docebat de nauicula turbas.vt cessauit autem loqui : dixit ad simonem.Duc in altum & laxate rhetia vestra in capturā. F Et rndēs simō:dixit illi.Præceptor per totā noctē laborantes nihil cœpim⁹ in verbo aūt tuo lazabo rhete.Et cum hoc fecissent cōcluserūt piscių multitudinē copiosam Rūpebatur aūt rhete eorum & annuerūt sociis q erāt in alia naui vt venirēt & G adiuuarēt eos. Etvenerūt & impleuerūt ambas nauiculas,ita vt penè mergerentur.quod cū videret simon Petrus procidit ad genua Iesu dicēs,Exi a me quia homo peccator sumdomine.Stupor enim circundederat eum & omnes qui cum illo erant in captura piscium quā H cœperant.Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedei qui erant socii simonis.Et ait ad simonē Iesus noli timere ex hoc iam homines eris capiens & ſsubdictus ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum.

I CVM TVRBAE IRRVE-
rent &c.) Luce.v. In præsenti euan. tanguntur tria puncta quæ sunt. Predicatio. Piscatio. Vocatio. ¶ Quãtum ad primum literaliter sciendum est: quod sicut dicit mag. hist. christus trina vice discipulos vocauit. primo vocauit Andreã & vt credit Ioannem & philippum & Nathanaelem vt habere. Io. j. Secundo vocauit simonem: & vt credit andream & filios zebedei vt dicitur hic. Et hoc fuit
K post conuersionem aquę in vinum secũdum eum sed quia ad propria sunt reuersi: ideo res vocauit eosdẽ dũ ambularet sec⁹ mare galileæ, vt habet Matt. iiij. & Mar. j. quidã tñ dicunt ꝙ ista tertia vocatio & secunda fuerunt vna & eadẽ. dicit ergo (cum turbę irruerent in Iesum) vbi aduertendũ est ꝙ irruere in aliquẽ cõiter secundum consuetũ mo-
L dum loquendi scripturarũ importat aggredi ad occidendum: sed hic ponit iste modus loquendi ad significandũ impetum & feruorem turbarũ ad sermones christi. Non ita concurrebãt scribæ & pharisei: quia vt dicit. Lu. x. abscondisti hæc. s. dulcedine verborũ christi à sapiẽtibus & prudentibus. & reuelasti ea paruulis ideo adulescentulæ. i. animę fideles dilexerunt te nimis. Causa. j. vnde subditur (vt audirent verbũ dei) & etiã
M propter q̃dã alia sicut eñ dicit Chrys. christus populũ per tria attrahebat. s. gratiosam faciem, & dulcẽ sermonẽ & stupenda miracula (& ipse stabat secus stagnum genezareth) erat aũt secundũ Iosephũ hoc stagnũ lacus quidã per ꝙ Iordanis affluit. de quo & de eius nominibus habes infra dominica. xij. Dicebatur autẽ aliqñ stagnũ: aliqñ mare, sicut & omnis aquarum congregatio hebraico more. (Et vidit duas naues) quarum vna erat Petri alia zebedei (secus N stagnum.) Non enim erant in stagno: sed in terra: vel forte erant in aqua: sed ad littus & sic dñr fuisse iuxta stagnum (Piscatores aũt descenderant) de nauibus. s. (& lauabant retia) iam nolentes piscari. Ex hoc videt ꝙ tertia vocatio supradicta non sit ista secunda de qua hic dicit quia de illa tertia dicit Matt. & Marc. ꝙ simon & andreas mittebant rete in mare: filii vero zebedei reficiebant retia: & ad hoc dici posset quod pe- O trus & andreas mittebant rete in mare non ad piscandũ sed ad lauandum. De aliis vero dicit ꝙ simul lauabant & reficiebant retia secundum diuersas partes vel ꝙ dñr hæc piscatores lauare retia non oẽs: sed qui ad nauem petri pertinebãt. (Ascendit aũt in vnã nauem primo ne ei turba corporaliter esset i festa nimis. Secũdo vt dicit Chry. quã tenus oẽs ante faciẽ haberet & nullus P post tergum vt sic oẽs viderent illã gloriosam faciẽ: & perciperent suauissimum sermonem (qui erat Simonis) quia hũc volebat apostolorũ primũ e ficere: & rogauit eũ à terra ducere pullũ vt cõmodius ab oĩbus audiret & videreĩ (& sedẽs docebat de naui turba. ¶ Allegoricè istæ duæ naues significa t duo populos. s. gen tẽ & hebraicũ vl synagogam & ecclesiam. De hoc sic at Q Beda Duæ naues circumcisionẽ & pr putiũ figurãt quas videns dñs in vtroq populo nouit qui sunt eius & ad futu ræ vitæ tranquillitatem quasi ad littu videndo hoc est misericorditer visitando: prouehit. Piscatores sunt ecclesiastores qui nos per rete fidei comprehẽdunt: & quasi littori sic terræ viuentiũ aduehunt. Sed hæc retia modo laxantur in captura modo lota plicãtur quia non omne tempus est habile doctrinæ sed

A sed nunc exercenda est lingua doctoris: & nunc suimet curam gerenda. Nauis Simonis est ecclesia primitiua quę bene vna dicta est: quia multitudinis credentium erat cor vnũ & anima vna Hæc ille. An. de conf. euan. De aqua docebat turbas quia de autoritate ecclesiæ docet gentes reducere autem à terra pusillum significat temperare vtendum verbo ad turbas. vt nec terrena B eis præcipiantur nec à terrenis in profunda sacrorum recedant vel prius in proximis regionibus gentibus prædicandũ vt quod postea dicit duc in altũ ad remotiores gentes postea prædicando precipiat. Hæc ille. ¶ Item allegorice secũdum interlinea. stagnum est lex moysi Christus autem stetit iuxta per obseruationem sed non intus per obligationem & subiectionem. ¶ Moraliter C auditores verbi dei instruuntur & qualiter debent habere. Primo auiditatem in audiendo: quia irruebant turbæ. Secundo velocitatem in obediendo: quia petrus velociter obediuit roganti à terra pusillum reducere. Tertio modestiã in amando terrena, quia Petrum pusillum à terra voluit reducere nauẽ. Quarto reuerentia in audiendo verba diuina quia audierunt cum quiete quousq; cessauit loqui. ¶ Item moraliter istud stagnũ iuxta quod stant auditores chri D sti est mundus de quo exeunt tres aurę quibus periclitantur naues iuxta illud. 1. ad Ephesios. Omne quod in mundo est &c. Iuxta stagnum stant qui in seculo est, sed nõ secularitẽr viuit. ¶ Quantum ad secundum tangitur piscatio de qua sic dicit Cyril. Postquam sufficienter populum docuerat regreditur iterum ad mu- E nisteria piscatur discipulos. Hæc ille. Dicitur ergo (vt cessauit autem loqui) R volens facere miraculum in conspectu totius populi vt non solum verbo sed etiam facto eos consolaretur (dixit ad Simonem. Duc in altum). i. ad profundum & altitudinem aquæ. ¶ Sciendum est autem quod intrantes mare tendũt in altum dupliciter. Vno modo quia vadunt ad maiorem altitudinem aquæ. Alio modo quia reuera ascendunt. Cũ enim terra sit spherica & sit in medio mundi quãto aliquis magis elongatur F & distat à terra, tanto est vicinior cœlo, & consequẽtur altior. Magis autem à terra distat quis quanto est aqua profundior. Ideo tali modo loquendi vtimur in mari quem etiam ad lacus extẽdimus: licet intrantes lacum non ascendat. i. vicini magis fiant cœlo. Nõ enim est in lacu aqua profundior, quia magis eleuet à sphera terræ, sed quia subtus est vallis profundior. (Et laxate retia in capturam. (Sicut autem dicit G Chryso. deus condescendẽs hominibus conatur omnes conuertere per ea quæ eis conueniunt vt magos per sydus, & piscatores per artem piscatoriam. (Et respondẽs dixit ille Petrus. Preceptor per totam noctẽ laborãtes nihil cœpimus in verbo autẽ tuo). i. ad præceptũ tuum laxabo rete) confidẽtes in tua sanctitate. (Et cum hoc fecisset concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur aurem rete eorum & an- H nuerunt) quia loqui non poterãt ex stupore: vt dicit Theo. Vel propter distantiam (sociis qui erant in alia naui) qui creduntur fuisse filii zebedei (& venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, vt pene mergerentur.) Nec tamen vt dicit Aug. de conf. euan. existimandum est hoc factum esse illud quod Io. narrat ad mare Tyberiadis, licet fuerit si-

I mile. Illud enim fuit post christi resurrectionem & rete fuit positum in dextera nauigii & non fuit ruptum: secus autem hic. Fuit enim hic duplex miraculum. quia & capta est piscium insolita multitudo rete rumpebatur & non est ruptum & pisces non fugerunt. ¶ Allegorice sic dicit Amb. Nauis Petri secundum Mat. fluctuat: sed secundum Luc. repletur piscibus vt principia ecclesiæ fluctuantis & posteriora exuberātis agnoscas. Non turbatur ista quæ Petrū habet: turbatur illa quæ iudam habet. In vtraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est: turbatur alienis. Cauēamus igitur proditorem ne per, vnum plurimi fluctuemus. Hæc ille. Et infra dicit quod soli petro dicitur duc in altū disputationis quamuis aliis dicitur laxare retia per quod innuit secundum Bedam: ꝙ soli petro id est papæ conuenit decisio dubiorum fidei: vt docet S. Th. ij.ij.q.j. quamuis omnes prælati docere habeant. Ista autem retia non occidentia sed seruantia pisces, & ab infimis ad suprema trahētia: sunt verborum complexiones. quę vt ait: in verbo domini & nō in facundia humana comprehendunt pisces. Ruptio retis significat secundum Aug. abundantiam carnalium in ecclesia: adeo vt rupta paceꝙ hæreses. scinderetur & tñ rupto rete non labitur piscis. secundū Bedam ꝙ dñs seruat suos etiam inter angustias. Alia nauis secundum Ambro. est iudea ex qua Joannes & Iacobus eliguntur. Adiuncta est autem ista naui Petri: captis piscibus. i. cōuersis gentibus, deinde enim & ipsa piscibus. i. electis impletur & pene merguntur. i. periclitantur & tamen euadunt nec submergunt. ¶ Moraliter piscatores legis veteris per totam noctem nihil cœperunt. i. ad vitam adduxerunt secundum gl. & similiter nec laborantes in nocte huius seculi: sed in verbo dei quicunq; laxat rete capit piscem maximum. i. opus meritorium in qua virtualiter continetur regnū cœlorum quod est denarius argēteus inuentus in ore piscis. Io. vj. ¶ Moraliter etiā ista nauis in qua Christus prædicauit significat cathedram prædicatoris. Isti scilicet prædicatores aliquando non capiūt pisces, & hoc duplici causa. Primo quia non piscātur in alto. i. cœlo. i. pro acquisitione cœlestium, sed piscant in imo. i. in terra laborantes pro terrenis: & solum lutum concludentes vel in me dio. i. in aere laborantes pro honoribus & capientes muscas quæ infestant & cito euolant. Secundo quia non piscant tempore congruo habendo scilicet lamen scripturæ, sed piscantur in nocte ignorantiæ. Aliquando tū causa est ex parte piscium quod non capiunt, quia scilicet sunt astuti fugientes rete prædicationis ne audiant quæ facere nolūt vel quia sunt magni & frangunt. i. contemnunt idem rete, & omnia diuina ira vel quia sunt lubrici vt anguilla faciliter de culpa in culpam ruentes vel quia ita sunt parui ꝙ timent ex pusillanimitate pœnitentiā aggredi. ¶ Quātum ad tertium tangitur vocatio qua isti piscatores materiales vocati sunt vt essent spirituales cum dicit (quod cū vidisset Simon petrus). i. multitudinē piscium & conseruationē retis (procidit à genua Iesu dicens. Exi à me: quia homo peccator sum domine) Recordabatur enim vt dicit Ciril. præteritorū delictorum & timebat esse cum tanta sanctitate (Stupor enim circundederat eum & omnes qui cum illo erant in captura piscium quos cœperāt. Similiter autem & Ioannē & Iacobum filios zebe

A dedei qui erant socii Somonis. (Secundum autem ꝙ dicit Aug. de cons. euan. ibi fuit Andræas: quod probat ex narratione Mat. & mar. Ex quo patet quod Aug. tenet quod secunda & tertia vocatio fuerunt eadem & hoc etiam expresse quibusdam interpositis videt sentire (& ait ad Simonem Iesus. Noli timere. Ex hoc). s. tēpore. i. ab hic retro. (eris homines capiens) verbo sanctæ prædicationis: quod assimilatur hamo piscationis. qui non capit piscem nisi capiat à pisce. Et idem est de verbo dei) Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum). s. Petrus & Andreas: & duo filii zebedei. vt dicit Aug. Sed contra quia in Mar. & Mat. dicitur dixisse dominum non solū petro vt hic sed omnibus ꝙ futuri essent piscatores hominū. Et respondet Aug. ꝙ his similia dns dixit semel petro cū timeret deinde aliis. Quamuis vt dicit possit intelligi ꝙ post istam vocationē sit facta illa de qua dicit Mat. & Mar. nunc vero tantum associauerant eum paululū. ad propria tñ reuersuri. Nota vero triplicem horum fuisse vocationē à Christo Prima fuit ad simplicē notitiā de qua Io. j. Secunda vero ad familiaritatem, de qua hic. & Tertia ad apostolatū de qua Mat. iiij. & Luc. vj. ¶ Allegorice secundum Aug. per Petrū significant carnales & vitiosi qui sanctos christi minis tros verent & suis morib' à se discedere suadent ne per bonos & sanctos regantur quamuis eos honorent verbis: quod significat ad genua cadere. Beda. Confortat autem dns timorem carnalium ne quis vel de suę cōscientiæ culpa tremens vel de eorū innocentia studeus: sanctitatis iter formidet aggredi. Nolite timere. Hæc ille. Significauit autem Christus nō recedens ab eis vt dicit Aug. de cons. euang. non esse in sanctis viris competentē hanc voluntatem vt peccatis turbarum commotarum quo quasi securius tranquilliusq; viuant, munus ecclesiasticum deserunt Hæc ille. Quod verō dominum omnibus dimissis secuti sunt significat secūdum eundem eos qāq; ab hoc seculo ad dominum migraturas. moraliter sic dicit Ambr. Dic & tu exi à me dñe, quia peccator sum respondeat tibi deus. Noli timere. Indulgēti domino peccatum fatere. Vides quam bonus dominus qui tantum tribuit hominibus vt vindicandi habeant potestatē. Hæc ille. Deinde facta confessione debemus dominum sequi toto corde omnibus (animo saltem) derelictis.

Dominica. vj. post Trinitatem. Mat. v.

NIsi abūdauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & phariseorum non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis quia dictū est antiquis. Nō occides. Qui aūt occiderit reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis oīs qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Qui aūt dixerit fatue: reus erit gehēnę ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare: & ibi recordatus fueris: qa frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare:

&

I & vade prius reconciliari à fratri tuo,& tunc veniens offeres munus tuum.

NISI ABVNDAVERIT IVstitia vestra &c.)Mat.v. In presenti euang. tanguntur tria puncta.quæ sunt comparatio:probatio:& monitio. ¶ Quantum ad primum comparat christus iu-
K stitiam eorũ qui saluandi sunt ad iustitiam scribarum & phariseorum : dicẽs discipulis suis./Nisi abundauerit iusti. vestra).i.nisi fuerit magna & copiosa (plus quàm scribarum).i. legis mosaicæ doctorum(& phariseorum).i. quorundam religiosorum qui apud iudeos iustissimi videbantur.Erat autem iustitia horum primo in præsumendo de se & condẽnando alium .vt patet de il-
L lo qui dicebat Lu.xviij.Ieiuno bis in sabbato &c.Secundo erat in ostentatione operis.& non in rectitudine intentionis.Tertio in munditia exteriori:nõ interiori.Quarto in afflictione corporis per ieiunia sed nõ in obseruatione charitatis.Et quinto erat in minimis:
M vt puta in soluendo decimam de mente:& non in magnis puta abstinendo à morte christi:quem nouerant heredem vineæ fore.Hæc omnia exscriptura colliguntur.Si igitur o discipuli mei (inquit christus(talẽ iustitiam habueritis & non maiorem(non intrabitis in reg. cœlorum)Hic autem sumitur regnum cœlorum pro ecclesia triumphante & non pro militante in qua sunt multi pharisei & eis forte peiores. ¶ Est autẽ ad intellectum prædicatorum sciendũ ꝙ magna ignorantia regnauit in populo iudaico. Credebant enim peccata animi & voluntatis non esse peccata: nisi vbi lex talia spiritualiter prohibe-
N ret:vt facit de concupiscentia auaritiæ. Sola autem exteriora opera in aliis credebant diuina lege prohiberi. Vnde dicit Aug.contra Faustũ,quòd non intelgebant homicidium nisi per emptionẽ corporis humani. Sed contra quia.S. Tho.j.ij.q.cviij.ar.iij.ad primum dicit quòd concupiscentiam adulterinã scribæ & pharisei non credebant peccatũ:
O & tamen ista specialiter prohibentur in lege:cum dicitur. Non concupisces vxorem &c.Sol.sicut probat Nico. de lyra.Exo.xx.iudei dicunt vnum precceptum esse quo prohibetur vxoris alienę & aliarum rerum concupiscentia. ita.s.quòd secundũ eos non prohibetur ibi concupiscentia vxoris propter venerem sed propter auaritiam. Vnde cõ-
P cupiscentia adulterina quam secundũ S.Tho.non credebant peccatũ:est quę prohibetur : non specialiter sed simul cum opere per illud præceptum. Non mechaberis.Quidam autem dicunt ꝙ nullam cogitationem iudei credebant esse peccatum:& ad hoc probandum in-
Q ducunt:quia iosephus.xij. antiquitatũ reprehendit Polibium historiographũ dicentem:ꝙ Antiochus epiphanes misere est defunctus : quia tentauit templum quoddam expoliare dianæ.Nam inquit iosephus qui nullatenus egit peccatũ sed tm cogitauit nullo reatu factꝰ tenetur.Hæc ille.Non videtur aũt verisimile ꝙ tãtus vir quatus erat iosephus
R facerdos.s.& doctissimus:ignoraret illud præceptum legis in qua educatus erat.nõ cõcu.ré prox.t.Ideo nõ voluit dicere quin talis princeps vere esset apud deum reus pœnæ sed ꝙ nõ est verisimile eũ talẽ qualem deus intulit el meruisse exiolo motu voluntatis:quia non legitur deus talia cõsueuisse iudicia facere.Relinquitur ergo vt dictum est ꝙ

A est ꝙ sola exteriora opera intelligerẽt prohibita vbi concupiscentia vel volũtas non prohibebatur vt innuit Augu. Et hoc etiam patet ex alio.nam sicut dicitur.S.Tho.in.j.ij cũ in lege veteri essent præcepta iudicialia: cerimonialia & moralia.j.x.præcepta decalogi : prima christus reliquit in arbitrio principum:secunda exhibendo veritatem cũ
B essent vmbratica aboleuit.tertia vero confirmauit di.Si quis soluerit vnum ex mandatis illis minimis:minimus vocabitur in regno cœlorũ.i. secundùm Chryſ.non intrabit in illud. Quomodo ergo debet nostra iustitia superabũdare si nõ sunt noua præcepta addita:
C nisi quia moralia declarauit vt essent nobis præcepta:etiã quo ad interiores motus quòd iudei non credebant : nisi vbi lex specialiter hoc prohibuisset. Et
D hoc plane christus in secunda parte huius euangelii innuit vt patebit.Nec valet dicere quòd sunt super addita consilia,quia illa non sunt necessaria ad ingressum regni cœlorum cum tũ christus hic dicat nisi abũdauerit &c.¶ Sed
E contra præmissam doctrinã videntur esse verba Chryſ.& persona christi dicẽtis.Nisi quis supra legis mandata etiã
F hic mea præcepta quæ apud illos minima existimantur impleuerit:non intrabit in regnum cœlorum. Hæc ille. Ergo christus super præcepta de calogaliã addidit.Ad hoc dico ꝙ addidit
G alia secũdùm opinionem scribarũ qui credebant in aliquibus eorum sola exteriora prohiberi nõ autem addidit secundũ veritatem.Vnde dicit idem.Superplectiones.i. cõpletæ pfecte implectiones mãdatorũ moysi sunt mãdata christi.Vel põt dici ꝙ dupliciter aliquid moyses prohibebat Vno modo si
H tior pertinẽs ad forũ iudiciale & cõtiosum.Alio modo secundùm cõsciẽtiã & quo ad forũ dei.Et primo quidã modo sola exteriora prohibita.Secũdo vero tam exteriora quã interiora. Vnde dicit idẽ.Illa mãdata de pœna liberãt quæ legis transgressoribus debebantur sed non introducunt ad regnum.Quãuis dici possit ꝙ ideo sic dicit quia in illis decem charitas non mandatur neq; præcipitur.¶ Moraliter sciendũ est ꝙ vita veri christiani debet esse omnino vniuersa à vita & conuersatione scribarũ ac phariseorũ. Licet aũt debeat ei aduersari in omnibus in quibus illa vita non fuit bona:tamen pręcipue quãtũ ad tria.Primum est quia vt colligitur ex textu euangelistarum vita illorũ fuit simulata quo ad deum quia falso ostendebat se habere bonas orationes.vt patet.Mat.vj.& hoc quo ad proximũ:quia falso ostendebat se facere eleemosynas propter deũ:vt pater ibi dem & quo ad se ipsus:quia simulabãt se magna seruare ieiunia:vt etiam ibi elicitur.Vt aũt ibidem patet orationes christianorum debent esse cum cordis attentione eleemosynæ cũ recta intentione & ieiunia cũ cordis & vultus exhilaratione.Secundum quia illorũ vita seu iustitia fuit mercenaria:quia legis mandata propter temporalia conse
quenda obseruabant.Tria enim seruãtibus ea tunc promittebantur vt colligitur ex scriptura.s. Corporaliũ diuitiarũ copia:lõgitudo vitæ naturalis:& pax.Sed iustitia christianorũ expectat diuitias gloriæ & vitã immortalẽ & pacẽ cõsciẽtiæ in præsenti & in futuro. Multi tamen sunt hodie pharisei in populo christiano.Tertium quia eorum iustitia & vita erat nimis seuera. Mathæ.v.Audistis quia dictũ est antiquis Oculum pro oculo:sed iustitia euange

lica

I lica debet esse pia.¶ Nota ꝙ tunc deus habuit duos officiales seueros scilicet veritatem in discutiendo culpam:& iustitiam in puniendo: sed deus eisdem dedit duos consiliatores.s.veritati misericordiam quæ consuluit ei diligenter inspicere in quis ignorantia vel infirmitate humana aut diabolica suggestione peccauerit & iustitiæ pacem quæ ei consuluit ne intendat confusioni sed
K tiõ reconciliationi cũ deo:& pacificationi cum proximo: & tranquillitati in seipso iuxta illud Hiere.ix.Et cogito cogitationes pacis & .pꝫ. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi per concordiam.scilicet idem sentiendo.iustitia & pax osculatæ sunt.s.per amorem idem volendo.¶ Quantum ad secũdum christus probat quod dixerat de declarando præceptum homicidii di. (Audistis
L quia dictum est). i. præceptum (antiquis)patribus(non occides) Non autẽ hic prohibetur occisio plantarum aut brutorum secũdũ ꝙ dicunt manichei. quia vt dicit Aug.xij.de ci.dei.Iustissima ordinatione sicut plantæ vsibus brutorum: ita planta & bruta vsibus nostris subduntur sed occisio prohibetur hominis:siue sui siue alterius. Nec tamẽ cõtra hoc facit vt idem dicit:q̃ au
M thoritate dei hoc facit siue deo hoc personaliter mãdãte alicui vt Abraam iustæ voluit occidere Isaac.siue deo mãdãte per legẽ Sanson verò occidẽdo seipsum cũ inimicis:vt idẽ dicit:nõ excusatur rationabiliter nisi quia hoc spiritussanctus iusserat.Sed nunquid iuste potest deus mandare id quod ego iuste facere nequeo:puta innocentem iugulare.Ad hoc dico ꝙ id quod alicui est malũ.nõ est alteri malũ:sicut arborem meũ ego licite succido:nõ autem proximus meus,qui tamẽ autoritate mea iuste eã succideret.Et sic est in propoſi N
to.Nam deus est princeps vniuersi qui omnes homines iuste potest ad mortẽ iudicare:vt dicit.S.Tho.j.ij.q.xciiij.ij. ij.q.lxiiij.&.j.di.xlvij.&.j.artic.vj.(qui autem occiderit:reus erit iudicio) Iudicium aũt dupliciter sumitur.Vno modo pro sententia data secundũ probata & allegata.Alio mõ pro processu quo dicta sententia inuestigatur qui consistit in accusatione probatione: defen- O
sione:& huiusmodi.Et sic sumitur hic quia nõ omnis occidẽs plectebatur per legis sententiã:sed quædã absoluebãtur (Ego aũt dico vobis)tanquã dñs & ibens.Isto enim loquẽdi modo quo vsus alius homo vsus est ostendit se: vt dicit Chryso.in homi.esse legislatorem (quia omnis q̃ irascitur fratri suo reus erit iudicio).i.discutione inuestigativa P
sententiæ dãdæ in foro dei. Quæritur autem:vtrum omnis irã sit peccatum. Videtur enim ꝙ sic:quia dicit bea.Hiero.ꝙ quidam textus habent:qui irascitur sine causa:sed tamen verus textus hoc nõ habet:vnde vt dicit ira penitus tollitur.Si enim iubemur orare:vt diC cit pro inimicis:etiam tenemur non ira sci:quia ira viri iustitiam dei non operatur.Cõsimiliter quia sic etiã sentiũt stoici.Nam sic dicit Aug.x.de ciui. dei. Duæ quidem sunt sententię de animi pasionibus.Stoicis enim nõ placet huiusmodi pasiones cadere in sapientẽ. Peripatetici vero has pasiones in sapientem cadere dicũt:sed moderatas rationiq; subditas.Hæc ille.Ad hoc autẽ dic.S.Th ij.ij.q.clviij.ꝙ in pasionibus est peccatũ dupliciter.Vno mõ ga pasio est mala de se & sic pcẽ est inuidia:sed nõ ira:q; cũ sit appetitus vindictæ põt aliq̃n esse licita.I. si appetat ita vt puniat̃ is q̃ meruit:& quãtũ meruit:& ab eo q̃ punire de iure põt:& ad honestũ & bonũ finẽ:puta emẽdationẽ delinquẽtis aut aliorũ. Alio modo ga pasio est immoderata. Et sicomnis pasio põt esse mala:quia rõnẽ perturbat. Qñ ergo vindicta debite appetit:& motus ire ratione regulatur:quã nõ præcedit sed sequitur & sub ea frenatur est ira per zelũ q̃ bona est.alias est ira per vitiũ quæ est mala:vt puta: quia iniustum appetitur:aut pasio rationẽ præcedit aut taliter sequitur ꝙ secũdũ eã & non secundũ rationẽ iudicat. Vñ dicit Chry.Qui sine causa irascitur reus erit.qui vero cũ cã,reus nõ erit.Nam si ira nõ fuerit nec doctrina perficit: nec iudicia stant:nec crimina cõpescũtur. Et infra.Patiẽtia irrationabilis vitia seminat:negligentiam nutrit:& non solũ malos sed etiã bonos inuitat ad malũ. Hæc ille.Ad motiuũ Hier.dicit primo Chry.ꝙ iracundia quæ est cũ causa nõ
C est ira sed iudiciũ: quia iracũdia proprie intelligitur comotio pasionis & intendit ꝙ irasci est appetere vindictã ex pasione & non ex iudicio rationis. Secundo dicit Aug.lib.retra.ꝙ qui iracitur non fratri sed peccato ira dei.Irasci fratri vt corrigatur nullus sanæ mentis reprehendit. Huiusmodi enim motus de amore boni & sancta charitate venientes vitia dicenda non
D sunt cum rectam rationem sequãtur. Hæc ille.Ad id vero quod de stoicis dicitur rñdet.S.Th.j.ij.q. xxiiij.ꝙ stoici non oẽm motũ dicebãt pasionem: sed immoderatũ vnde eadẽ est sententialiter stoicorum & peripatericorum opinio vt ibi dicit(qui aũt dixerit fratri suo racha)subaudi sine cã.Sicur aũt dicit aug.quidã dicũt ꝙ racha dicitur Panolus eo ꝙ grece rachos pãnus dicit sed probabilius est vt ait:ꝙ nihil signi E
ficet:sed est hebraica interiectio significãs indignati animi motũ.vt dicit se à quodã hebreo audiuisse. Vel secũdum Chry.est verbũ contẽptus:sicut nos famulo dicimus:tu & nõ vos. Nam qui syrorum vtuntur lingua pro ly tu vtũtur ly racha vt dicit.Vel secũdũ.s.Hiere.est hebraica dictio.& significat inanẽ aut vacuũ:quod nos posiumus sine cerebro vulgata iniuria dicere Ista aũt est veritas.Quia tamẽ ista valuitas de F
qua Hie.dicit sumitur pro vacuitate cerebri & rerum familiariũ:ideo aliq̃n racha stat pro fatuo si est expressa iniuria aliq̃ pro inope:vt iudicũ.xj.vbi dicitur:ꝙ ad Iepte congregati sunt inopes in hebreo habetur rachim:quod est plurale huius nois racha(reus erit consilio).i.collatione iudicũ qua de genere pœnæ decernitur(qui aũt dixerit fatue)subaudi fratri suo & sine causa secũdũ aug.(reus erit gehẽnæ ignis.) Est G
aũt sciendũ ꝙ he nõ est nomẽ propriũ: geos vero terra,Inde dicta est vallis gehẽ nõ quasi terra hẽnõ q̃dã vallis iuxta hierusalẽ olim idolis & demonũ cultui cõsecrata in qua filios suos demonibus imolabãt.& plena erat cadauerib⁹ mortuorũ.Et ab hac sicut dixit.Rab.q̃dẽ dicta putãt gehẽnã in qua sunt mortui sempiterni.Est aũt sciẽdũ: ꝙ prædicta tã varie exponunt̃ vt auditorib⁹ ipa ex
positionũ varietas intelligẽtia quodam H
mõ neget.Omissis ergo oĩbus secũdũ aug.dicẽdũ est sic.Nã ipsetres grad⁹ irę põt se includẽtes.Vn⁹ est cũ ira adhuc manet in corde nec voce propalatur. Secundo cũ ira exprimit in voce: sine tamẽ contumelia:vt dicẽdo racha quod est secũdũ eũ interiectio indignatis. Et si secundũ alios importet vacuitatẽ tũ põt dici cum iniuria & sine:vt patet ex

dic

dictis: & maxime quia licet ex institutione sic significaret: tñ ex vsu sumebatur forte vt interiectio. & sic cõcordatur Aug. cũ Hier. Tertius cũ exprimitur etiã ipsa vituperatio. Per iudicium autem & cõcilium: & gehennã intelligũtur tres pœnarũ gradus. quorum secũdus maior est primo. & tertius secũdo. Nam in iudicio adhuc est defensioni locus: nec certũ est quæ sententia sit danda. s. cõdemnationis vel absolutionis. In consilio autẽ iam præsupponitur quòd damnãdus sit reus: sed inquiritur inter iudices de generę pœnæ inferendæ. In gehenna autẽ iam certa est damnatio & pœna damnati. Et ex his quæ Aug dicit patet ꝙ iustitia Christi phariseorũ iustitiam superat: qui de interiori motu nullũ credebant puniendum: quod falsum est secundũ Christi legẽ: quia qui iudicio dignus est si reus inueniatur puniendus est. De his sic dicit Chry. in homi. Multis hoc graue videtur: si pro solo verbo tantã patimur pœnã. Propter quod quædã dicunt hic hyperbolice dictum esse: sed timeo ne verbis nosmetipsos decipientes hic illic opere vltimũ patiamur supplicitũ. Nõ ergo estimetur hoc onerosum. Plures enim pœnarũ & peccatorũ à verbis habẽt principiũ. Et enim parua verba multoties homicidiũ pepererunt: & ciuitates integras euerterũt. Non parum existimes fratrẽ tuum vocare stultum: auferẽs ei prudentiam & intellectum quo homines sumus & ab irrationabilibus distamus. Hæc ille. Sed cõtra quia Christus discipulos suos stultos vocauit. vt patet Lu. vl. O stulti &c. Ad hoc dico quòd secundum. S. Tho. peccatores ex intẽtione suam grauitatẽ fortiuntur. Dicere igitur cõtumeliam vel opprobriũ bono fine: puta ad correctionem nõ est malum. qnando fit cũ aliis debitis circunstãtiis. Sed quando non fit aliquo bono fine: sed solũ ad inferendum proximo confusionẽ vel damnum aliquod notabile est mortale. Et sic intelligũtur quæ dicũtur hic. Vnde Isid. de sum. bo. dicit. quòd ratio loquẽdi quadriperdita eum. Nam aliquis loquitur bonũ bene. vt qui recta humiliter annũtiat aliquis malũ male: vt qui flagitiũ aliquod conatur suadere: aliquis bonũ male: qui. s. aliquod bonum prædicat arrogãt & aliquis malũ benevt qui aliquod vitium narrãdo detestatur. Et sic Christus malũ. i. verbũ opprobriosum dixit bene. i. ad correctionẽ. & sic etiam secundũ. S. Tho. & alios licet habentibus prouidẽtiam familiæ dicere opprobria dummodo fiat principaliter bono fide & cũ magno moderamine: licet aliqualis surrepat ira. Sed tamen frequẽter delinquunt: qui cũ opprobriis corrigũt: vt experientia docet: quia ira qui deberet ratione duci frequenter ducit rationẽ. ¶ Quantum ad tertium tangitur admonitio quã Christus ex dictis corollariè infert. cũ dicit: (Si ergo offers) si enim vt Aug. ait iracsci fratri non est fas: aut dicere racha: aut fatue: multominus animo tenere aliqui vt in odiũ indignatio cõuertatur. Hęc ille. Ideo subditur. (Si ergo offers munus tuũ). i. sacrificiũ vel omne quod Deo offerẽ: siue decima siue oratio vt dicit Aug. (ad altare) vt immoles Deo per te vel per aliũ puta sacerdotẽ. Per quod altare etiã ipsa fides intelligitur qua Deo aliqua offerimus (& ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduer. te) Secundum autẽ Aug. Hie. & Cyril. ille qui est læsus habet aliqd aduersus aliũ: ideo ire ad aliũ nõ tenetur: sed è cõuerso vt hic dicit: sed

sed tamẽ habet habet dimittere & petere bffensam. Si tamen lęsus prius rogauerit Chry. magnam habebit mercedem. (Relinque ibi munus tuum ante altare: & vade prius reconciliari fratri tuo.) Vade inquam gressu corporis si commode potes sinautem non potes: quia forte est vltra mare vade secundũ Aug. saltem gressu mẽtis iturus gressu corporis tẽpore oportuno (Et tunc ve. of. munus tuum) & Deo acceptum erit Chry. super Matt. Ecce Deus à discordantibus nõ vult accipere sacrificium. Hic ergo perpendite quantum sit malum discordiæ propter quod & illud abiicitur per quod culpa relaxaẽ. Vide autẽ misericordiam Dei quomodo hominũ vtilitates aspexit amplius quàm suos honores. Plus enim diligit concordiam fidelium quàm munera. Quãdiu enim fideles homines aliquam dissentionẽ habuerint munus eorum non suscipitur oratio non exauditur. Nemo enim inter duos inimicos potest esse fidelis amicus amborum. Ideo & Deus non vult esse amicus fidelium: quandiu inter se fuerint inimici & nos ergo fidẽ domini non seruamus si inimicos eius diligimus & amicos odimus. Qualis autem præcesit offensa talis debet sequi recõciliatio. Si cogitatu offendisti: cogitatu reconciliare: si verbis offendisti verbis recõciliare. Si operibus offendisti: operibus reconciliare. Omne enim peccatũ quomodo committitur: eo modo & pœnitentia de eo agatur. Hæc ille. ¶ Moraliter sciendũ est quòd secundum scripturas & sanctos quadruplex est munus quod Deo offerre nos decet & oportet. & nullum eorum sine proximi charitate gratum est Deo. Primum est munus à manu quod in eleemosynarum largitione consistit. Secundum est ab obsequio. quo. s. totum corpus nostrũ in Dei seruitio mãcipamus. Tertiũ est munus ab ore: quod est munus orationis Deo valde odoriferum. Quartum est à corde quod est munus amoris: sine quo nullũ aliud munus acceptum est. In primo autẽ munere altare est cor nostrũ super quo eleemosynã immolamus quando fit cũ hilaritate: cum cõpassione: cum recta intentione: & fratres sunt angeli quos offendimus nõ assentiendo inspirationibus eorum: & recõciliamus: cum eisdẽ assentimus: & tunc eleemosynas nostras deferunt ante Deum. Dicuntur autẽ fratres nostri quia eundẽ habent patrẽ: & ad eundẽ imaginẽ sunt facti: & ad eandem hæreditatẽ vocati. In secundo autem altari est fides qua hanc vitã propter aliam perdere nõ timemus. Frater verò noster est spiritus noster quẽ offendimus cũ ei sensualitatẽ præponimus: & recõciliauimus quando post ponimus. In tertio vero altari est Christus super quo offerimus orationes dicentes per Christũ &c. quia fuit altare terreũ ratione carnis mortalis & æreũ ratione animæ inuictæ: & aureũ ratione deitatis pretiosæ. De his enim tribus altaribus legimus in scripturis. vt Exo. xx. iiij. Ae. xvj. & Apoc. viij. Frater noster est ipsemet quẽ offendimus peccato, & cõfessione vera reconciliamus. In quarto autẽ altari est altitudo trinitatis: de quo Exo. xxvj. Non ascẽdes ad altare meum per gradus In trinitate enim nõ sunt gradus: sed omnia æqualia: frater autẽ noster est quilibet Christianus quæ recõciliare debemus alias etiã ipsa si qua esset Dei dilectio nõ esset sufficiens ad salutẽ: quia non est vera. Io. iiij. Si quis dixerit quoniã diligo Deum & fratrẽ suum odit mẽdax est.

I *Dominica. vij. post Trinitatem.*
Marc. vij.

CVm turba multa esset cum Iesu nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me: nec habēt K quod manducent. Et si dimisero eos iciunos in domū suam: deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et respondērūt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt. Septem. L Et præcepit turbę discumbere super terram & accipiens septem panes gratias agens: fregit & dabat discipulis suis vt apponerent & apposuerūt turbæ: & habebant piscículos paucos: & ipsos benedixit: & iussit apponi. & manducauerūnt & M saturati sunt. & sustulerunt quod superauerat de fragmentis septem sportas, erant autem qui manducauerāt quasi quatuor milia: & dimisit eos.

CVM TVRBA MVLTA esset cū Iesu &c.) Mar. viij. In præsenti Euan. tangūtur tria puncta quæ sunt. Necessitatis intimatio. Impossibilitatis N expositio: & diuinitatis operatio.

¶ Quantū ad primum Christus exponit turbæ necessitatē. ¶ Pro quo sciendum ꝙ bis Christus circa panes miracula fecit semel. s. prope paschа quādo ex. v. panibus satiauit quasi quinq; milia hominū, vt habes dūica vlt. post festum trini. Secūdo post Pente. secundū magistrum. & de hoc in præsenti Euāg. agitur. Dicitur ergo. (Cum tur. multa esset cū O Iesu). s. in deserto (nec haberent quod manducarent.) Sicut enim dicit Chrysostomus attracti dulcedine vultus & morū & doctrinæ eius & miraculorū gloria. Sicut enim dicit beatus Mar. tūc sanauit multos cecos: mutos & claudos (cōuocatis discipulis suis) vt ostendat ꝙ maiores debēt minoribus sua cōmunicare P cōsilia: in quo apparuit humilitas Christi. Misereor super turbā) Misereor illis. Misereor super turbā) Misericordia proprie est tristitia cordialis de aliena miseria: cui cū possumus subuenire cōpellimur. Est ergo proprie sensitiua passio: & fuit vere & proprie in Christo inquantū homo. inquantū vero Deus erat: fuit in eo effectus misericordiæ: qui est subuētio: & etia affectus Q vt ad voluntatē pertinet: vt. s. est propositum liberādi à malo nō autē vt pertinet ad sensum quia sensus non est vbi nō est corpus. (Quia tā triduo subsistēt me). i. expectāt: (nec habēt quod mādūcent). Sicut tā dicit Theo. Christus circa alimēta non faciebat faciliter miracula: ne propter cibū illū sequerētur. Secut illi quibus ipse dicit Io. vj. Quæritis me nō quia vidistis signa sed quia manducastis ex panib⁹ & saturati estis. Erat enim panes quos Christ⁹ faciebat suā-

A uissimi plus quàm alii. Sed tūc incumbebat necessitas faciēdi miraculū: nam subdti. (Et si dimisero eos) à me (in domum suā). i. ad domū suā ire (deficiēt) lassitudine & fame in via quæ prolixa erat. (Quidā enim ex eis de lōge venerunt). Ecce' prouidētia diuina: quomodo se diligentiū curam & sollicitudinē gerit. ¶ Moraliter autē sciendū est primo quòd quatuor sunt hominū genera B quæ maxime ieiuniū corporale refugiunt. s. de magna ægritudine cōualescentes: itinerātes: pueri: & senes. Qui autē nouiter ad pœnitētiam cōuertuntur sicut cōualescentes de infirmitate peccati & aggressi sunt viā paradisi: & sunt pueri nouiter in gratia renati: & interdum senes in peccatis inueterati. Igitur indigēt frequētissima diuini verbi refectione. Sciendū est secundo moraliter ꝙ olim fuerūt quatuor sine misericordia dura: sed Christus ea, sua C pietate mollificauit. Vide de hoc. s. dominica. ij. quadragesimæ. ¶ Moraliter etiam sciendū est tertio quòd qui vult cœlesti pane vesci: debet cum Christo esse in deserto & solitudine pœnitētiæ tribus diebus qui sunt tres pœnitentiæ partes. s. cōtritio: cōfessio: & satisfactio. Vel ad litera debet esse quantū potest: & quantū licet solitarius: quia dicitur Osee. ij. Ducā eam. s. animā deuotā in D solitudinem & loquar ad cor illius. ¶ Quantū ad secundū tāgitur quomodo apostoli exposuerūt Christo impossibilitatē satisfaciēdi necessitatib⁹ turbarū cum dicitur. (Et rūderunt ei discipuli) qui vt dicit Theo. adhuc nō intelligēbāt nec virtuti eius propter priora miracula credebāt. Vnde istos poterit quis hic saturare panib⁹ in solitudine. Et intellige quòd nō credebant virtutē Christi plene & perfecte tantū quantū ipse merebatur: nec tātum quantū ipsi postea fecerūt vel nō ita firmiter The. Ipse autē dominus nō eos vituperat. ex hoc instruens nos ꝙ nō debemus ignorantibus & nō intelligētibus graviter irasci: sed eorū ignorantiæ cōpati. Hæc ille. (Et interrogauit eos) nō ex ignorātia vt dicit sanctus Remigius. sed vt ex eorū respōsione miraculū clarius appareret. Quot panes habetis? Qui dixerunt: septē. Et præcepit turbæ discumbere super terrā. & non super fenū. Si- F cut enim dicit mag. hist. ex feruore solis in terra illa iam post Pētecostem nō erat fenū sicut prius quādo prope pascha Christus aliquid simile legitur fecisse. Sic ergo patet quomodo naturaliter erat impossibile ꝙ apostoli turbæ satisfacerēt de alimentis: ideo oportebat adesse tertiū. i. operationē deitatis. ¶ Pro hoc autē sciendū est ꝙ secūdum Dio. ad prouidētiam diuinā spectat nō destruere rerū naturas sed saluare. Super quibus verbis & multis aliis ego co- G gito ꝙ sicut homo nō debet sine necessitate inuocare Deū, vt miraculose faciant, quod aliter fieri potest. ita etiam nec Deus hoc facit: ita quòd facit miracula ad subueniendū necessitatibus hominū nisi vbi deficiunt causæ secūdæ sicut nec sapiens dās exequitur officia seruorū nisi vbi illa non suppetunt. Et si dicatur quòd interdum facit aliquid miraculose ad fidem astruendā: quod aliter fieri poterat: sicut quando sanauit socrum simonis. Dico primo quòd H loquor de miraculis factis ad hominum temporalem subuentionem: & secundo quòd secundæ causæ non poterant facere id quod tunc miraculose factum est & fieri (vt in Euāg. Mat.) oportebat sicut est ipsa sanatio mulieris ifirmę: approbatio doctrinę christi:

I consolatio discipulorum &c. ¶ Morale autem documentum est hic ꝙ Christus docuit cum prius requisiuit de numero panum: ante quã aliquid diuinitus efficere voluerit scilicet vt nullus ita in diuina prouidentia, & virtute cõfidat: quin prius omni modo & via faciat quod facere potest. vt habeat oportuna. Sed cõtra: quia beata Agatha medicinam carnalem sui corpori exhibere recusabat. Ad hoc dicit beat. Tho. ij. ij. q. xcvij. art. j. ad tertiũ ꝙ beata agatha exparte erat diuinam benevolentiam erga se. vt vel non pateretur infirmitates pro quibus corporali medicina indigeret: vel statim sentiret diuinæ sanationis effectum. Hæc ille. Et esset simile de omni alio in simili casu. Nec tamẽ est peccatũ si quis in his quæ facere potest oret deũ vt sibi assistat & se adiuuet: quia in his etiã quæ
L possumus impedtri multipliciter possumus & deficere. ¶ Quantum ad tertium tangitur operatio deitatis: cum subditur. (Et accipiens septem panes gratias agens) in signum vt dicit Remigi. ꝙ de omnibus beneficiis gratias gratias deo refert debemus (fregit & dabat discipulis suis vt apponerent: & apposuerunt turbæ) Ipsi apostoli immediate in signum ꝙ diuina ad inferiores per superiores deriuãtur: iuxta doctrinam. s. Tho. & Dio. (Et habebant pisciculos paucos.) Erant ergo pisciculi. i.
M parui pisces quo ad quantitatẽ continuam: & pauci numero quo ad discretam. Et ipsos benedicens) Ipsa aut cõiunctio: & notat etiam panes fuisse benedictos. ¶ Est aũt cibus benedicendus propter tria. Primo ne cum eo diabolum glutiamus sicut eum deglutiuit monialis in lactuca. vt Gregorius narrat in lib. dialogus. Secundo contra venenum & alia corporaliter no-N ciua, vt idem narrat de beato Benedicto ibidem qui signo crucis cõfregit vas in quo ei potꝰ eũ veneno erat oblatus. Tertio vt ex iudina virtute cibus nobis fiat amplius salubris. (Iussit apponi. Sequitur autem diuina operatio cum subditur. (Et manducauerunt: & manducauerũt. & saturati sunt.) Quo
O aũt fuerint isti panes à Christo mirabiliter augmentati: vide infra dominica vlt. quia eodẽ modo & isti & illi fuerunt multiplicati. (Et sustulerũt quod supererat de fragmentis septẽ sportas) ad maiorem euidentiam: facti propter quam etiam euidentiã. subditur. (Erãt autem qui manducauerant quasi quatuor milia: & dimisit eos) saturatos in tuor milia: & dimisit eos) saturatos in domum suam. ¶ Sed contra quia beat' Matt. dicit eos fuisse quatuor milia extra mulieres & paruulos. Quomodo ergo dicũtur fuisse quasi quatuor mi-P lia: cum ly quasi videatur diminutionem importare? Ad hoc ꝙ ly quasi aliquando diminutionem: sed non semper. Nam aliquando dicit similitudinẽ vt. ij. ad Corin. vj. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Aliquando veritatẽ. vt Io. j. Quasi vnigeniti a patre & sic sumitur hic. Quãuis dici posit ꝙ non erant complete quatuor milia & tamẽ dicuntur fuisse quatuor milia: quia de Q erat parum. ¶ Allegorice aũt sciendũ est secundũ Bedã ꝙ per quinque panes hordeaceos de quibus habes infra dominica vlti. significata est litera veteris test. spiritualis gratia plena: sed in præsenti refectione gratia & veritas nouit, estamẽti Triduo vero dominum expectantes secundũ Theo. sunt quæ trina immersione baptizantur. quos vt Gre. dicit in li. mor. dominus vult verbi dei pabulo refici ne deficiant in præ-

A sentis vitæ laboribus de longè venientes secundum Bedam sunt quæ ex gentibus idolatris crediderunt: de prope vero qui ex Iudæis fide. Et in priori quinque panum refectione quæ statũ sub lege significabat super feno sedebant conuiuæ vt dicit Bed. quia carnis desyderia cõprimere lex iubebat. Hic
B vero super terram: quia in nouo testamento ipsas quoque terrenas facultates contẽnere consuluit dominus. Septem panes secundum Hiero. septem sunt dona spiritussancti. & horum fragmenta sunt mystici intellectus huius septenarii secundum eundem: vel sunt diuersæ participationes eorũ à diuersis hominibus post statum primitiuæ ecclesiæ: in quo illa dona plenissimẽ: &
C vt ita dixerim ad satietatem sunt habita in visibili spiritussancti missione. Frangere panes secundum Bed. est aperire sacramenta. Grarias agere est de salute humani generis congaudere: per discipulos distribuere est ad nos per illos cœlestẽ scientiã deriuare. Discipuli secundum Hier. sunt libri noui testamenti: quoniam partem piscis assi dominus resurgens postulat. Septem sportæ ab apostolis collectæ septẽ sunt
D ecclesiæ secundum Hier. Et per septem intendit Hie. vniuersitatẽ ecclesiarum. Quatuor milia secundum Theo. sunt quatuor virtutibus perfecti vnde & ve but fortiores plura comederunt paucio ra reliquerunt quia hic septem sportę sed duodecim cophini super sunt & hoc quia quinq; milia erant. i. quinq; sensibus seruientes. Omnia prædicta in continuo sunt noui testamenti. ¶ Moraliter sciendum est secundum Bedam quod
E id quod turbã comedere. i. operati nequit apostoli. i. perfectiores colligunt si be operantur. Saturatur tũ turba quia si seruet mãdata ad vitam puenier etiã si concilia non obseruet. item moraliter sic dicit Ambr. super Luc. cũ dominus panes frãgat & det discipulis. si tu manus non extendas tuas vt accipias tibi escas deficies in via: nec poteris in eum culpam. referre qui misereatur & dederit. Hæc ille.

Dominica. viij. post Trinitatem.

Mat. vij.

F ATtendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas? aut de tribulis ficus? Si omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autẽ arG bor fructꝰ malos facere: neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur: & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum. sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est ipse intrabit in regnum cœlorum.

I ATTENDITE A FALsis prophetis &c. Matt. vij. In præsenti euã. in quę de falsis Prophetis Ma. vij. In præsenti Euã. in quo de falsis prophetis agitur tanguntur tria puncta quæ sunt. Præmonitio notificatio: & cõminatio. ¶ Quantum ad primum præmuntiat Christus discipulis suis: & per illos toti ecclesiæ affuturos falsos prophetas mouens ab eis esse cauendum.

K Causas autẽ huius admonitionis multipliciter reddit. Primo secundum Chry. sic. Nam dixerat dominus ecclesiasticas orationes & ieiunia non esse coram hominibus facienda: sicut hypocritæ faciunt vt ergo ostenderet talis ergo ostenderet talis in ecclesia posse fieri per hyprocrisim: admonet cauendos falsos prophetas, id est, hypocritas. Sciẽdum ꝙ sub lege cõmuni ter serui dei & sancti erant: erãt etiam

L prophetæ ex decursu scripturæ patet. Erant autem multi prophetæ falsi qui visiones suas nõ a deo sed diabolo suscipiebant: & populum adoertebant a via dei: & tamen sanctitatem simulabant. ideoque simulatores sanctitatis hypocritas prophetas Christus dicit sed falsos: nõ quia visiones a diabolo semper videant sed quia sanctitatem quæ prophetarum quodammodo videbatur ficte prætendunt & intẽ

M dunt fallere plebem. Secundo secundũ Aug. sic. Nam dixerat dominus paucos ingredi per arctã viam. Quia ergo hęretici cõmuniter pauci sunt respectu fidelium: ne credant & dicunt se illos esse qui arctam viã gradiuntur: admonet ab huiusmodi cauere & eos cognoscere. Hos aũt ratione etiã dicta falsos appellat prophetas. Semper em hæretici sunt hypocritæ. Tertio iterũ secũ- N dum Chry. sic. Nã dixerat arctam esse viã vitę: & paucos per eã intrare. Licet autẽ ita sit: tamẽ muti sunt quæ istam vitam peruertũt: vt falsi doctores qui falsi prophetæ appellãtur. Sed contra ꝙa Mat. xj dicit ꝙ lex & ꝓphetę vsque ad Ioãnẽ ergo post Christũ nõ erãt futuri prophetæ. Ad hoc dicit primo vt supra dictũ est. secũdo etiã dicit Chry. in homi. quia propheta quis dicitur: & quia pronuntiat de Christo se quia interpretatur & elucidat prænũtiata: vt O doctores Christũ secuturi. Neque ei vt ait põt quis interpretari prophetica sensus nisi per spiritũ prophetiæ. Possumus autẽ omnes has causas in vnũ colligere & dicere: ꝙ quia via arcta est cauendum est a falsis prophetis. i. a seductoribus quicunq; sint illi. Sunt aũt secundũ Tho. super Mar. falsi prelati qui decipiunt ex intẽtione vel affectu P malo & hypocritæ intẽdẽtes ruinã aliquorũ & hereticí falsa docẽtes. Hęc ille. Et nota ꝙ hypocritarũ venenũ est valdæ nociuum: quia sub colore boni omnia mala quodã modo persuadent. Ecclesia quidẽ bellũ tyrannorũ vicit ꝙ patientiã hæreticorũ aũt ꝙ sapientiã: sed hypocritarũ bellũ vincere nõ põt ꝙa occultũ & domesticũ est. Dicit ergo (Attẽdite) Nõ aũt dicit videte: ꝙa tales (Attẽdite) Nõ aũt dicit videte: ꝙa tales nõ erant futuri manifesti: sed occulti Q sub ouina pelle. Nã vt ait Chry. in ho. Vbi res certa est aspicit. i. simpliciter vẽ: vbi aũt icerta est attẽdit. i. caute cõsyderat. Itẽ dicit attẽdite. ꝙa firma tentela est scire. quẽ fugias. Nõ aũt sic dicit attẽdite quasi iuito dño diabol⁹ hęreses introducat sed eo ꝓmittẽte. Quia eũ nõ sine iudicio vult seruos suos hãc ideo ꝓmisit tẽtationẽ ꝙa vero nõ vult eos ꝓ ignorãtiã perire ideo pręmonet. Hęc ille (a falsis ꝓphetis. i. ab oĩb⁹ qui vo-

A volũt aĩas à veritate puertere & ꝑcipue hæreticis. Et ne dicerẽt heretici ꝙ de iudæorũ vel gẽtiliũ doctorib⁹ loquitur dãs ideo secũdũ Chr. in ho. subdit (Qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ) ouile ꝙppe vestimẽtũ: vt ait. est species Christianitatis & simulatę religionis. Nulla aũt sic exterminat bonũ sicut simulatio. Nã malũ sub specie relatum non cognoscitur: non cauetur.

B Hæc ille. Ne aũt rursus dicãt hereticí ꝙa de veris doctorib⁹ sed peccatorib⁹ loquit dãs: ideo secũdũ eũdẽ subditur (Intrinsecꝰ aũt sunt lupi rapaces. Catholici enim doctores vt ait & si propter peccata sua serui carnis dicãtur: nõ tã dicunt lupi: ꝙa Christianos pderenõ ꝗrũt. ¶ Moraliter ista vestis ouina sub qua lupi i. hæretici absc̃ondũtur est tripiex: sicut ex moribus lupinis colligii. Prima est simulata locutio: quia

C lupus vt dicitur in li. de animalib⁹ alit fingit vocẽ caninã vt credat canis. sic aliqã heretici fingũt verorũ catholicorũ. i. prædicatorũ verba: dicẽtes aliqua vera: vt sic ꝓtrahãt ad falsa Rom. xvj. Per dulcens sermones & bñdictiones seducũt corda innocẽtiũ. Secũda est simulata cõuersatio in moribus: quia vt

D humanas effingit vt hõ credat. Et sic hæretici fingũt cõuersationem humanã. i. humilẽ ac modestã. Tertia est simulata operatio: ꝙa lupus sub virtẽtib⁹ foliis se absc̃ondit: vt pascentes oues deũtiat. Et sic heretici sub foliis bono rum operũ se absc̃ondũt quæ tũ faciunt intẽtione peruersa: vt homines electos decipiat. ij. Timo. iij. Habentes quidẽ speciẽ pietatis: virtutẽ aũt abnegãtes. Qui aũt nõ vult lupꝰ diabol⁹: sed Christus existere debet verba bona & mores humanos & opera recta absq;

E omni simulatione exercere. ¶ Quantũ ad secũdũ Christ⁹ tales nobis ꝑ signa notificat: ꝙ necesse erat si eos debuit agnoscere: ꝙa occulti sunt. Latent eĩm vt lupi sub ouina specie & vestẽ. Dicit ergo dãs (A fructib⁹, eorũ cognoscetis eos) Sed cõtra: ꝙa dictũ est ꝙ dãs de hæreticis potissime loquitur. Apud hereticos aũt aliqũ inueniuntur bonorũ operũ fructꝰ apud istos aũt de ꝙbus

F dominꝰ loquit nũquã ad hoc dicit secũdũ Aug. de ver. do. ꝙ isti fructꝰ à ꝙibꝰ tales cognoscẽdi sunt, bona opera ꝙ isti exteriꝰ ptẽdũt. Talia eĩm cũ bono aĩo fiunt sunt vestimẽta ouiũ: oues tegẽtes seu protegentes cũ vero fiũt malo aĩo: sunt ouiũ quidẽ vestes: vt ait: sed lupos tegũt. Isti ergo fructꝰ ꝙbꝰ agnoscimur (vt ait) sunt illi de ꝙbꝰ ait apo. Gal. v.

G Manifesta sunt opera carnis ꝙ sunt fornicatio ĩmũditia &c. Et intẽdit Au. dicere id ꝙ. s. Tho. dicit expꝛe. i. ꝙ sicut apparẽtia opera bona sunt vestes ouiũ ita occulta opera mala sunt fructus quibus isti cognoscunt. Sed si sunt occulta: quomodo possunt deprehendi? Ad hoc dicit. s. Tho. ꝙ nullꝰ hypocrita diu latere potest si prudenter, & diligenter omnia eius opera consyderentur. Cognoscatur autem maximẽ eorum malo opera. Primo, secundum

H sanct. Tho. in repentinis: quia tunc secũndum habitum operantur, & non cauent. Secundo secũndo secundum Greg. imo quando emergit tribulatio: aut tentatio. Tertio, secundũ Augu. Aug. de sermo. do. quando consequi ne queunt suum propositum. Quia ergo difficulter cognoscunt dominus dixit: Attẽdite. i. diligẽter cõsyderate. Tunc enim etiam apud hæreticos ista cognoscemus. Sed cõtra arguit ꝙa possibile est esse hæreticũ qui ex ignoran-

I tia fallatur & omnia opera bona habebat etiam occulta. Ad hoc dico quod secūdum S. Th. ij. ij. q. xvij. hæresis semper nascit ex superbia vel alia concupiscentia. Ideo si quis habet bona opera, & bonam voluntatē & solū ex ignorantiam erret iste nunquam efficietur formaliter hæreticus. s. obstinatus quia suaderi potest ei. & consequent non est lupus sed ouis errans. Si tamen possibile est hoc aliquando esse raro est & in
K paucioribus, Dominus autē loquit de eo quod in pluribus accidit. Itē contra quia secūdū Bed. hoc ꝙ hic dicit. A fructibus eorū &c. de manifestis operibus intelligit de quibus licitum est iudicare ergo modo non sunt dicenda opera occulta. Ad hoc dico ꝙ Beda manifesta dicit non ea quæ sunt publica sed quæ sunt certa etiam si vnus solus sciat nos autē talia dicimus occulta nō quia nulli sint certa sed quia non sunt publica.
L Ne verò aliquis dicat ꝙ impossibile est cognoscere tales: ideo secūdū Chry. rursus rationē; ab humano exēplo ponit. di. (Nunquid colligūt) homines coloni (de spi. vuas aut de tri. fi.) q. d. Sicut spinæ & tribuli qui etiā sunt genus spinarum non possunt producere fructus bonos cuiusmodi sunt vuæ & ficus sic etiā nec isti seductores possunt producere bona opera nisi fortè in conspectu hominū apparēter tm̄ & non ve
M re: neq; bono fine sed malo ideo subditur. (Si oīs ar. bona. i. bona volūtas (fructus bonos). i. bona opera facit (inquantum est bona in sensu composito (mala autē) inquantum mala (fructus malos facit). i. mala opera. ¶ Sciendū est autē quod duplex est arbor fructifera scilicet, in genere naturæ vt anima ex qua pullulant potentiæ: & gñaliter oē subiectū ex quo proueniūt accidētia & materiales arbores ex quibus prodeūt fructus. Et isto modo omnis arbor est bona, & omnis fructus bonus. Alio modo est arbor in genere moris: & sic voluntas est arbor. Et sic arbor est quidē bona in sua natura tam in homine quam in angelo, sed ex sua libertate potest ipsam facere malā statuendo sibi malū obiectum aut malum finem: quo facto omnes fact°. i. omnes operationes quas
O per seipsum elicit vel imperat aliis potentiis inquantum est mala. i. in ordine ad malum obiectum vel finem sunt mali. ¶ Sciendum est vero ꝙ aliquid dicit impossibile absolutè vt hominem esse æquum & ex suppositione vt rem albā effici nigram suppositō ꝙ stet alba. Et sic oportet intelligere quæ sequuntur. (Non potest arbor bona) manens bona & inquantum bona (fructus malos facere) secus si mutetur à bonitate. Item fructus inquantū est nō bona: sed mala. Nihil enim prohibet voluntatem perseverante in bonitate habituali quo ad aliquod obiectū vel finē esse malā actu vel habitu quo ad alia & econuerso. Vnde quæ de fornicatione non pœniter: id denuo intendit fornicari pōt dare elemosinā quod est bonum ex genere: sed non dat inquantum fornicator & econuerso vir misericors quo ad hoc bonus
P potest loqui otiosa. Vnde eodem modo intelligitur ꝙ sequit (neq; arbor mala fruct° bonos facere.) Deinde falsi-
Q phetis comminat dicens. (O is arbor) ideſt omnis voluntas seu homo qui habet voluntatē (quæ non fa. fru. bo. ecidum Chry. duæ notant pœnæ. s. exidi à regno: & includitur in gehenna ignis. Vnde ait. Qui comburit, & à regno excidit omnino quæ pœna difficilior est. Multi aūt solū gehennā exhorrent ꝙ

A autem casum illius gloriæ multo amariorem pœnam gehēna esse dico. Quis enim paruum vel magnum malum nō suscipiet pater vt videant & potia dilectissimo filio hoc itaque in gloria illa putemus. Nō enim aliquis filius suus est patri vtiliorū beatorum requies & dissolui, & esse cū xp̄o. Intolerabilis pœna est, & gehenna. Sed si quis decem milia ponat gehennas: nihil tale dicet
B quale est à beata illa gloria excidere, & odio haberi à christo. Hæc ille. Concludit autem finaliter, dās ex dicta similitudine id quod in ista parte intēdit dicere. (Moraliter hęretici, & hypocritę qui ex veste ouina cognosci non possunt cognoscunt ex fructibus qui sunt præcipue tres vt colligitur ex scriptura. Primus est doctrina pestifera. Cum enim quis docet dissonam scripturā & sanctis
C non est habendus pro bono, sed est hoc signum lupi latentis sub pelle ouina. Mat. xij. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Secūdus est vita elata. Nec dico elata patenter quia iam non laterent sub veste ouina: sed elata latenter. Veri enim serui Dei in opinionibus quæ gloriam afferūt quę-
D runt latere: hypocritæ fingunt se velle latere: sed latenter quærunt oēm viam apparendi. Mat. vj. apparendi. Matt. vj. Exterminant enim &c. Tertius est im-
E gola philosophiæ: quia omne agens agnos educant sunt viri maligni inuidi obliquentes &c. etiā patres eorum sunt similes. Sap. iiij. Ex iniquis omnes filii qui nascuntur testes sunt nequitiæ aduersus parētes suos. ¶ Quantum ad tertium christus comminantur nō solum falsis prophetis, sed omnibus Christianis simul qui facta consentanea operibus non habent dicēs. (Non omnis qui dicit mihi dñe, dñe). i. qui mihi verbis honorem exhibet: vera & non falsa docendo) intrabit in regnum cœlorū) nisi verbis facta concordent. Sed cōtra istā expositionem arguit Aug. de ser. do. Nā nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Ergo omnis dicens christo: dñe, dñe habet spiritum sanctū: ergo intrabit regnum cœlorum. Adhoc tripliciter respondetur. Primò, secundū Aug. ibidē ꝙ Paulus accipit dicere pro
F priæ. s. ꝙ est enuntiare vocē secundum quod intellectu concipitur, & amare, seu desyderatur voluntate. dās autē hic accipit dicere generaliter pro sola vocis expressione: secundū ꝙ dicens nec vult nec intelligit plenè quod dicit. Secundo, secundum Hie. ꝙ cum moris sit scripturarum dicta pro factis accipere iuxta illud. Factis autem negant apostolus de factis loquit, & redit ista expositio in idem cum priori. Tertio, se-
G cundum Amb. dicitur. ꝙ à quocunque dicat veritas est à spiritu sancto. Et intendit quod possibile est vt aliquis loquatur veritatem motus à spiritu sancto ꝙ tū caret gratia spiritus sancti. Nō ergo valet ista argumentatio. Dicit dominus Iesus. i. prędicat de christo quod ipse sit dominus ergo habet spiritū sanctum per gratiam ad meritoriè operandū: & si habeat ad verè loquendū. (Sed
H qui facit voluntatem patris mei) Non dicit autem voluntatē meam nisi latenter vt pote quia eadem est Patris, & Filij: sed dicit patris mei secundū Chrys. quia hoc gruebat auditoribus vt prius sic crederēt cum essent imbecilles (qui in cœlis est) per manifestationem specialem suæ gloriæ. Nam illa corpora tanquam nobilissima arguūt maximè potentiā & sapientiā artificis ibiquoq;

I sunt spiritus nobilissimi, & ibi se ad fruendum omnibus beatis exhibet, & ibi vt dicit S.Tho.j.par.q.lxvij.ar.iij. gloria spiritum à principio mundi incœpit angelis & gloria corporũ futura incœpit in ipso cœlo empyreo: quod lucidũ est. Tota enim corporalis creatura elucidanda est suo modo; exceptis infernalibus partibus. Per essentiã autẽ potentiam, si præsentiã deus vbiq; est: vt habes.j.q.viij.quia cœlũ & terra ego impleo: dicit dñs Hiere.xxiij. (Ipse intrabit in regnum cœlorum). Hila. Cælestis enim regni iter obedientia voluntatis dei: non nuncupatio repertiora. est. ¶ Moraliter qlibet conari debet esse arbor fructuosa: quia bonorum operum fructibus quis apud Christũ adeo magnificatur vt eum secum facias corregnare. Sed sciendum est quod vt ex præsenti euan. colligitur triplex est arbor. Prima est sterilis quæ non fructificat de qua dicit. Omnis arbor quæ non facit fructum &c. Sunt autẽ tres causæ arboris non fructificandæ. Prima. s. nimia frondositas foliorum. i. verborum quia. s. humor qui debebat in fructus conuerti: transit ad folia. Isti sunt ficulnea maledicta à domino. Matt. xxj. Et secunda nimia proceritas: quia humor ad plura dilatatur. Isti sunt magni, & prælati qui dant vanitatibus quæ debẽtur pauperibus. Tertia nimia vetustas. M Dicit autem Arist. quod si perforetur amigdalus vetus humor in medulla depuratur. & efficitur arbor fertilior. Sic inueteratus in peccatis debet in suo corde tria foramina facere, contritionis, & satisfactionis &c. Secũda arbor est quę facit fructus sed insipidos & malos. De qua dicitur mala arbor &c. Sunt autem necessaria multa vt bi fructus fiant boni. s. labor transplantatio, tempus plantationis, & sulculus. Nam secundũ Ari. N arbores syluestres aliqñ fiunt hortẽses labore. i. cultura. & secundum eundem arbor alicubi infructuosa fructificat alibi & secundũ eundẽ plures plantæ plantantur in veræ iuuentutis paucæ in autũno perfectæ ætatis, pauciores in hyeme senectutis pauciſsimę in æstate malæ consuetudinis: quæ feruoré ad vitia facit. Surculus autẽ est verbũ Dei. Tectia arbor est bona. de qua scđm Chryſ. O nascuntur gẽmæ bonarũ cogitationũ & flores bonarũ deliberationum & fructus bonorum operũ. ¶ Quia vero totũ præsens euangeliũ principaliter adhoc tendit vt hæreticorum fugiamus errores adeo impræsenti passu re citare volo hæreticos & hęreses secundum ꝙ ex variis locis doctrinæ. S. Th. colligunt. Hæresis igitur vna Sabelli est, ꝙ in di uinis pater est filius vt natus de virgine & Spiritussanctus vt sanctificat creatũrã, & habeť. iiij. contra Gen. c. v. & vj. Hęresis Arrii ꝙ filius dei est minor patre secundũ deitatẽ & est creatura. Ibidem. Alia hæresis Arrii ꝙ solum pater est inuisibilis omni creaturę & filius visus est à prophetis. Io. xij. lec. vj. Hæresis prima. Originis ꝙ verbũ dei non est deus essentialiter sed participatiõe nã Io. j. lec. v. ꝙ spiritussanctus est creatura facta per verbum dei. Ioan. j. lec. vij. Quod anima christi cum aliis spiritibus & à verbo assumpta, & in fine vnita est corpori. iiij. contra Gen. c. xxxiij. Quod animæ creatæ fuerunt omnes ante corpora: & diuersis corporibus vnitæ secũdum diuersita tẽ peccatorum quæ commiserunt ante quòm corporibus vnirẽtur. j. par. q. xxiij. Quod sanctorũ beatitudo, & damnatorũ tam hominum quã demonum damnatio aliqñ possibiliter termi

A terminabiť. j. par. q. lxiiij. Hæresis eius & Arii. ꝙ diuinæ personæ deferunt in essentia. j. q. xxxij. Hæresis prima mani chæi. ꝙ principia rerum duo sunt. Vnũ bonorum & spirituum tantum. s. Deus. Alterum quod est principiũ malorũ, & poralium. s. diabolus. ij. di. j. q. j. Quod deus noui testamenti est pater Christi. non autem deus veteris: sed est diabolus. Io. ij. lec. ij. Quod diabolus natura, B & non voluntate est malus Io. viij. lec. vj. Quod diabolus est generatus & habet patrem Io. ij. lec. vj. Quod quædam animæ sunt ex bona creatione: quædã ex mala ibidem. Quod quædã animæ sunt de substantia dei. Io. xj. Quod libe rum arbitriũ ad peccatũ cogiť: & illud vitare non potest de veri. q. xxiiij. arti. xj. Quod non licet comedere carnes, nec ouа: quia natura Dei commiscetur eis. j. Timo. iiij. Quod in toto veteri te C stamento nulla est prophetia de christo & quicquid introducit in nouo de vete ri est ex corruptione sup Matt. (Quod deus est corpus & lux infinita & Christus est iste sol visibilis. Io. viij. Quod non est curandum de fide: sed de operibus nec credendum est supra rationem Heb. xij. Quod omnes patres veteris te stamẽti tam Patriarchæ quàm prophetæ fuerunt mali, & damnati. Io. x. lec. ij. D Quod charitas, vel gratia semel habita amitti non põt quodlibet. iij. q. v. Quod omne matrimonium est damnãdum. j. Timo. iiij. Hæresis manichæi, & Montanistæ & Priscillæ. Quod promissio Spiritus sancti non fuit completa in apostolis sed in eis: ideo negant actus apostolorũ in quibus in apostolis narratur cõpleta. ij. ij. q. cvj. Hæresis Pelagii quod omnia dei præcepta sine gratia obseruari possunt. j. Corin. xij. Quod principium bene operandi est ex nobis sed consummatio ex deo. j. q. xxiij. Quod E homo potest mereri sine gratia. ij. dist. xxviij. Quod pueri Christianorum nõ contrahunt originale peccatum sed baptizantur propter regnum Dei. Io. iij. lec. j. Quod pueri non baptizati erunt in domo dei: sed non in regno. Io. xiiij. Hæresis Iouiniani quod homo necessario bene operatur nec potest peccata committere. ij. di. xxviij. Quod omnes beati sunt æquales in præmio opu. xix. Quod matrimonium æquat virginitati. ij. ij. q. lij. Hæresis Nestorii quod in F christo est tantum vna natura Dei, & hominis. j. Corin. v. Quod beata Maria non est mater dei Gal. iiij. Hæres. valentini quod verbũ dedit causam creatori quod mundum crearet. Io. j. lec. vj. Quod principia rerum sunt sex scilicet profundum id est pater, silentium, intellectus veritas, verbum, & vita: ex quibus sunt. xxx. secula. Ioan. primo lec. x. in princi. Hæresis Eulicetis quod G in Christo est tantum vna natura composita ex diuina, & humana. Ioan. lec. xvij. Quod corpora resurgentium & Christi non erant palpabilia: sed vt ventus quarto contra Gene. cap. lxxxiiij. Hæresis Hebionis quod Christus conceptus est ex semine viri quarta distinct. xxx. Hæresis Hebionis, Fotini, Cherici: & Pauli famosaceni: quod Christus non fuit ante matrem: sed purus homo meruit deitatem. tertia par- H te quæstione decimasexta. Hæresis Gabaonitarum, quod Christus est compositus ex natura diuina, & humana ideo est semper immortalis, quodlibet quarta quæstione quinta Hæresis. Priscianistarum quod omnia facta hominum etiam Christi certis horis subiecta sunt Ioan. ij. Hæresis Theodori Mopsuesteni: quod in veteri testamento nihil

ex

I expresse dicitur de christo. In prologo super Psal. Hæresis Eunomii: ꝙ filius dei est omnino dissimilis patri. Io. lec. viij. Hæresis Nazaranorum quod fides christi sine operibus legis Moysi nō sufficit ad salutem opti. iij. Hæresis Heluidii. Quod mater christi non māsit virgo post partū. iiij. di. xxx. Hæresis Vigilantii impugnantis voluntariam paupertatem. iij. contra Geñ. cap. cxxj. Hæresis Desyderii lombardi de secta Catharrorū dānantis statum egentium cū
K christo facultatibus relictis. opu. xix. Hæresis vilielmi de sancto amore. ꝙ paupertas habituatis est licita: non aūt actualis. ibidem. Hæresis Pauperum de Lugduno, quod quilibet iustus est sacerdos: & quilibet sacerdos iustus Heb. vij. Hæresis Græcorum ꝙ sancti nō vadūt ad paradisum vsque ad diem indicii. iiij. cōtra gentiles. ca. xcj. Hæresis Motani ꝙ prophetæ nō habent lumen ad
L iudicandū: sed sunt arrepticii. de veri. q. xij. Hæresis incepit apud Iudæos: & venit inter Christianos ꝙ serui dei nō dei non debent esse serui hominum. Titum. ij. Hæresis Nouatianorum ꝙ peccans post baptismū non potest resurgere ad gratiam per pœnitentiā. iij. parte q. lxxiiij. Hæresis Catafrigarum. ꝙ mulier pōt habere ordines sacros. j. Tim. iij. Hæresis Abbatis Ioachim ꝙ in diuinis essentia generat essentiam: sicut de
M generat deum. j. q. xxxix. Hæresis Macedonii ꝙ Spiritussanctus est minister patris & filii. Roma. vij. Hæresi Simonis magi ꝙ gratia spiritussancti est venalis. ij. ij. q. c. Quod mundus est factus à quadam superna virtute: non à deo. ibidem. Hæresis Petri albaialarei. quòd deus non pōt facere nisi quæ facit propter ordinem iustitiæ & sapiētiæ eius. vel quia agit ex necessitate naturę depo. q. j. art. v. Hæresis Articlinitarū ꝙ N in sacramento Eucharistiæ materia offerenda est panis, & caseus. iij. q. xliij. Hæresis Catafrigarum & Decianorū ꝙ in eodem offerēdus est panis, ex puri sanguine confectus. ibidem. Hæresis Aquarior ꝙ in eodē aquā offerenda est sine vino. Ibidem. Deum non esse auto
rem omnium bonorum est hæreticum. Matt. q. viij. Deum non videri per essentiam à beatis est hæreticum. j. dist. xxiij. In deo esse cōpositionē, vel accidēs: vel aliquid præter deum esse æternum est hæreticum de po. q. viij. ꝙ aliquid sit non creator neque creatur est hæreticum. de po. q. viij. Diabolum nō esse factum per verbum dei est hæreticum Io. lec. vj. Omnia redire eadem numero post multa tempora est hæreticū iiij. cōtra gen. c. lxxxij. Dimensiones sacramentales esse æquales dimensionibus corporis christi est hæreticum. opu. xj. fuisse aliquid in Adam non infectū originali peccato ex quo formatum sit christi corpus est hæreticum. Ioān. iiij. Beatam Mariam nō esse matrē dei est hæreticum. iij. q. xxxv. Melchisedech fuisse filium dei est hæreticum. He. vij. Gratiā dari ex meritis, est hæreticum. Ma. q. viij. ꝙ actus meritorius nō excedat facultatem naturę: est hęreticū. Virtu. q. ij. quòd Angeli aliquid creēr est hæreticum. ii. dist. xviij. Animas deficere à comparibus stellis: est hæreticū. opu. xxviij. Non omnes esse obligatos obedire Papæ est hæreticum. opu. xix. Episcopum non differre à simplici sacerdote: est hæreticum. ij. ij. q. clxxxiij. Aliquid in sacra scriptura esse falsum est hæreticū. Io. xiij. Quod homo non resurgat idem numero est hęreticum. Io. xiij. Quod homo non resurgat idē numero est hæreticū. iiij. dis. xliij. Quod hom

A homo mouetur de necessitate ad aliquid eligendū: est hęreticum. Mat. q. vj. quòd melius est in seculo manere, & operibus pietatis vacare quā intrare religionem: est hæreticum, & diaboli-
cum quodli. iij. q. v. Votum vel iuramē tum. de aliquo bono posse sine peccato dimitti: est hæreticum. quodlib. iij. q. v. Omne iuramentum esse peccatum: est
B hæreticum. ij. dis. xxix. Non esse peccatum illud quod est contra præceptum dei: est hæreticum. quodli. iij. q. v. Negare prouidentiam dei circa ista inferiora est hæreticum. j. q. viij. Fornicationē simplicē nō esse peccatū: est hæreticū. quodli. iii. q. v. Omnem actum matrimonii semper esse peccatum est hæreticum. iiij. di. xxvj. Aliquem descendere ex Adam per commixtionem viri, & mulieris: & non contrahere originale peccatum est erroneum. xij. quæstio.
C vij. artic. iij.

Dominica. ix. post trinitatem. Luc. xvi.

HOmo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se, Quid faciam? quia dominus meus aufert à me villicationē. Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo, Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centū cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuam: & sedecito, et scribe quinquaginta. Deinde alio Dixit, Tu vero quantum debes? Qui ait, Centum choros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octaginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudentiores filii lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis, Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cum deficeritis recipiant vos in æterna tabernacula.

E F G

HOMO QVIDAM erant dines: qui habebat villicū &c.) Luc. xvj. In præsenti euangelio cōtinētur tria pūcta: quę sunt: Dura exactio, Astuta cautio, & Amplectuda cōclusio. ¶ Quātū ad primum tangitur exactio: quā dominus fecit à villico super ratione reddenda. Et quia euangelium parabolicē est: literalem sensum oportet ex methaphorica significatione suscipere. Dicit ergo (Dixit Iesus discipulis suis parabolā hāc.) Quidam autem sit parabolam: & quare dominus parabolice loquebatur: habes dominica vlt. post epi. (Homo quidam

H

I dam erat diues(Iste secundū Chry. est deus qui est diues in thesauris corpora libus.ij.Corinth.iiij.Pro nobis egenus factus est cū esset diues. Et spiritualibus.Eph.ij.deus aūt qui diues est in misericordia.Et cælestibus.Ps. Gloria, & diuitiæ in domo eius.Vel secūdū alios est christus.Sed siue deus sit siue christus:solus est diuitiarū dominus. Nos ei non domini sed dispensatores earū sumus:ideo subditur.(Qui habebat vil
K licum.i.hominem cui diuitias deus dedit:secundùm Theo.Et hic christi villicus secundùm Gorram est triplex.s. prælatus in spiritualibus:& princeps in temporalibus,& quilibet christianus in vtrisque.Est autem secūdū Bed.& Hiero.villicus propriè villæ gubernator.œconomus aūt pecuniæ,& frugū, & omnium habet dominus dispensatorem.Ex quo patet quòd villicus est quē nos castaldū dicimus:quasi ville custo
L stodem.œconomus aūt est factor vulgariter dictus. Sumitur aūt hic villicus pro œconomo:vt dicit magister hist. (Et hic diffamatus est apud illum).s. dominum suum(quasi dissipasset bona illius)expendēdo in vanitatibus Theo. Dum nō exercemus dispensationē opū ad libitum domini:sed ad proprias ille cebras:cùm ipsis abutimur, criminosi villici sumus Hæc ille.Diffamatur aūt homo apud deum:nō quasi angeli vel
M homines annuntient deo occulta crimina quæ lateant eum:sed quia homo est causa sine qua non q deus ista nouerit dum facit esse quod deus scit esse factū Si enim non homo peccaret:deus nunquā sciret eū peccare.Et quia homo peccare,& nō peccare, pōt etiā facere q de⁹ sciat,vel nesciat tuas iniqtates & hoc loquēdo absolute. Supposito tū q de⁹ sciuerit aliquē peccaturū:iā iste nō pōt facere q deus hoc nesciat. Sed tā N nō est necesse q deus sciuerit in præterritū:quia nihil apud deū trāsit:vñ semp est liber in sciēdo vel nō sciēdo. Vide de his capreolū.j.di.xl.& infra in qōnibus Et nota q ista diffamatio,vel accusatio fit multiplici testimonio. primo, remorsu conscientiæ.Ro.ij. Testimonium reddam.&c. Secūdo,euidētia operū.Gen.viij.Clamor. Sodo.& Go.&c. Tertio clamore vicinorū. Prouer.xj. Qui abscōdit frumēta maledicet in po O pulis.Quartò, querela pauperū penetrat occisorū fame. Gen.iiij. Vox sanguinis fratris &c.(Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te.)Vocataūt dns villicū secūdū Chry.qñ cū timore mortis sentit tūmodo vita facere pōt,nō in futura Chry.post trāsmigrationē hinc fas fūā nō est tempus operandi. Vita præsens habet exercitiū mā datorū, futura verò solatiū. Si nihil operatus es hic:frustra in futurū curas.Sed nec mēdicādo proficies.Huius iudiciū sunt virgines P fatuæ:quæ imprudenter à prudētibus mēdicauerūt:sed reuersæ sunt vacuæ. Quilibet enim suā cōuersationē vt tutiorē induit.Nō est aūt exuere,nec cābi cū alio.Hæc ille.¶ Quātū ad secundū tangitur qūo villicus fuit cautus:cū dicitur.(Ait aūt villicus).i.homo diues, Q & malus(intra se)timore mortis dante cōsyderare de futuris. (Quid faciam: quia dns meus aufert).i. vult auferre, vel auferet cito(a me villicationem).i. R vitam diuitiarum mearum. q.d. Quid erit de me cū vita ista fuerit terminata & deū pro malè dispēsatis facultatibus inimicum habebo? Fodere non valeo proprijs naturę meæ viribus nō posum mihi de salute post mortem prouidere(mēdicare)a religiosis,& seruis dei gratis petēdo spiritualia suffragia(eruboresco).Erubesco.et eū diues nisi sit stultus velle à religiosis obtinere suæ animæ consolationem quibus subsidia tē-

A uiderent.(Iam enim nō poteris villicare).i.bona temporalia dispensare. Nam post mortē si anima est separata nō vtitur tēporalibus:similiter neque si reassumpserit corpus:quia ille status .s.resurrectionis non est animalis.vt tempo ralibus egeat ad victum,aut vestitum. Sciēdū est aūt q villicare secundū anB tiquos dictum est:modo autem villicor dicitur.¶ Moraliter iste villicus quēlibet hominē significat,cui deus curā vil lę.i.proprii corporis cōmisit,& virium animæ:vt hæc exercēs domino fructus bonorū operū reddat.Hoc aūt in præsenti tūmodo vita facere pōt,nō in futura Chry.post trāsmigrationē hinc fas fūā nō est tempus operandi. Vita præsens habet exercitiū mā datorū, futura verò solatiū. Si nihil operatus es hic:frustra in futurū curas.Sed nec mēdicādo proficies.Huius iudiciū sunt virgines C fatuæ:quæ imprudenter à prudētibus mēdicauerūt:sed reuersæ sunt vacuæ. Quilibet enim suā cōuersationē vt tutiorē induit.Nō est aūt exuere,nec cābi cū alio.Hæc ille.¶ Quātū ad secundū tangitur qūo villicus fuit cautus:cū dicitur.(Ait aūt villicus).i.homo diues, D & malus(intra se)timore mortis dante cōsyderare de futuris. (Quid faciam: quia dns meus aufert).i. vult auferre, vel auferet cito(a me villicationem).i. E vitam diuitiarum mearum. q.d. Quid erit de me cū vita ista fuerit terminata & deū pro malè dispēsatis facultatibus inimicum habebo? Fodere non valeo proprijs naturę meæ viribus nō possum mihi de salute post mortem prouidere(mēdicare)a religiosis,& seruis dei gratis petēdo spiritualia suffragia(eruboresco).Erubesco.et eū diues nisi sit stultus velle à religiosis obtinere suæ animæ consolationem quibus subsidia tēporalia pro vita corporali eorum sustē II tanda non exhibet.Statim autem quòd diues ita consyderat non deest cœlestis inspiratio,vt bonum consilium sumat: vnde sequitur.(Scio)deo scilicet intrinsecus inspirante,& adiuuante(quid faciam)dum est tempus villicandi.Cogitat enim per diuitias quibus malè vtendo acquirebat dānationem dando ex eis elemosynas pauperibus æternam acquirere salutem,vt pauperes eum recipiant ideſt sint ei causa quòd recipiaF tur in vita æterna:vnde ait(vt cum amotus fuero à villicatione(in die ratiocinii ideſt mortis (recipiāt me) ipsi pauperes:meis copiis recreati (in domos suas) in cœlestes mansiones :quæ pauperum sunt qui in hac vita mala suscipiunt: vt Lazarus de quo Luce. decimosexto habetur.In has autem domos pauperes diuitem misericordem suscipiunt dupliciter. Primò, secundùm Chrysostomum inquantum coG ram iudice præbent testimonium de diuitis bonitate:non vocibus:sed ostensione bonorum.Alio modo:quia meritis,& orationibus eorum deus aliquando de congruo diuiti contritionem,& gratiam largitur.iuxta illud Psalmo gra.cor contritum & humiliatum &c. non tamen merita sufficiunt.

¶ Ad intellectum verò sequentium sciendum est:quòd similia non oportet in omnibus esse similia. Vnde quia H parabola est similitudo non oportet: vt dicit Augustinus in parabolis omnia significatiue sumere, & scrutari. Quæ ergo sequuntur de conuocatione debitorum dupliciter exponi possunt. Vno modo vt dicatur quòd non est similitudo inter villicum istum, diuitem quò ad omnia:sed solū quo ad hoc quòd sicut ille per diuitias acquisiuit:

sicut

I sicut mansiones in aliena domo: ita & iste. Alio modo vt similitudinem quo ad omnia ferè excogitemus, & dicamus: quòd vt dicit Chry. nihil est nostrum: sed omnia sunt ditionis diuinæ. Hæc ille. Ex hoc autē sequitur: quòd illi quos debitores nostros dicimus sint principaliter debitores Dei. Sunt autē debitores nostri inquātum nos sumus œconomi Dei dines ergo timens mortem, & volēs sibi prouīdere, statuit pau
K peribus facere misericordiā, dādo eleemosynas: vel quod idē est relaxādo debita. Ideo dicitur (cōuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui). i. qui debebant sibi tāquàm œconomo Dei dicebat primo. (Quātum debes dño meo). i. mihi qui sum dispēsator domini mei. (At ille dixit, Centum cados olei.) Hoc exempli gratia positū est. Sicut autem dicit Beda cados græcè, latinè amphora dicitur continens vrnas tres. i. tria
L quartaria. Vnde vt alii dicunt est idem quod barrile. (dixitq; illi. Accipe cautionem tuam). i. librum ratiocinii in quo cauetur à deceptione (& sede citò, & scribe quinquaginta.) Dicit autem citò: significans quòd prompte eleemosyna sit exhibenda. (Deinde alii dicit: Tu verò quantum debes. Qui ait, Centum choros tritici. (Licet autem chorus multa significet, vt puta multitudinem psallentium, & quendam ventum.
M tamen hic sumitur pro mensura decem modiorū. (Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis) non de sua iniquitate: qua prius malè diuitias commissas expendebat: sed de sua prudentia, & sagacitate (quia prudenter fecisset) pro se, & non pro domino. Sumitur autem secūdum Originem prudentia hic pro astutia, & calliditate, ad malum inclinationem habēte. ¶ Scien- N
dum est autem quòd hic est dissimilitudo inter materialem, & spiritualem villicum: quia materialis fuit iniquus dupliciter. s. dissipādo bona domini sui & debitoribus sine eius autoritate relaxando. Spiritualis autem est iniquus primo modo tantum: sed secundo modo est iniquus: sed misericors. Licet enim ea quæ sunt diuitis sint Dei: tamen potest ea liberè pauperibus relaxare: quia dominus hoc gratum habet. O
Sicut autem dicit Aug. de consen. Euā. & Magister Historiarū intendit dominus inferre, quòd si iniquus villicus callidè sibi prospiciens, laudari potuit à decepto domino: quanto magis, qui sine iniquitate, & dāno domini sui has diuitias pauperibus largiēdo sibi amicos facit, poterit laudari. ¶ Ideo autem prudenter fecit villicus. (quia filii hu- P
ius seculi). i. qui huius seculi opera sectantur secūdum Bedā: vel (quod idem est) qui quærunt quæ sibi cōmoda sunt in terra secundum Theo. Dicūtur autem mali: filii huius seculi. Primo: quia huic seculo se conformāt contrà illud Ro. xij. Nolite cōformari. &c. Secundò: quia in secularibus se occupant. ij. Tim. ij. Nemo militans &c. Tertiò: quia in hoc seculo hæreditatem desyderent. Tit. ij. Abnegātes omnem impietatem, & secu- Q
laria &c. Quarto: quia seculum diligunt: cum dicatur Iac. iiij. Qui enim voluerit esse amicus &c. Boni autē dicuntur filij lucis. Primò: quia faciunt opera lucis ad Ephe. ij. Fructus lucis in omni bonitate. Secundò: quia habent conuersationem lucis. Roma. xiij. Abiciamus opera tenebrarū. Tertiò: quia sunt amatores lucis: quia qui malè agit odit lucem. Ioan. xiij. Ergò à contrario sensu &c. Quartò: quia sunt hæredes lucis.

A lucis. Tobiæ. xiij. Lucida splēdebis &c. (Prudentiores filii lucis). i. his qui spirituales opes pertractant secundum Theo. (in generatione sua sunt) id est, in genere suo secundum Orige. Non enim sunt prudentiores simpliciter: sed in malo sunt prudentiores, quàm isti in bono. Theo. Inuenimur autem in humanis quidem administrationibus prudenter propria disponentes: ac summopere satagentes vt si desierimus ab ad-
B ministratione: habeamus vitæ refugiū. Cūm vero dispensare debemus diuina non præmeditemur quæ nobis postmodum sunt futura. Hæc ille. ¶ Moraliter exēplo illius villici: quilibet debet meditari se rediturum rationē domino suo: atq; semetipsum diligenter discutere: & secum meditari quid faciturus sit. Et quidem si potest facere. i. multa bona opera exercere, seruiendo Deo: de rebus corpore, & anima hoc fa-
C ciat exemplo formicæ, quæ grana primò congregat in æstate siue messe: & secundo ea perforat ne germinent sub terra. Vnde non dicitur solùm formica quasi ferens: sed etiam quasi forās mittens. Tertiò, ea decorticat eadem causa: vel vt sapiant magis. Et quarto si fuerint humectata exponit soli ne putrescant. A Estas, vel messis est tēpus præ-
D sens, hac ratione: quia possumus laborare, non hac ratione: quia colligimus: quia sic æstas est vita beata. Perforatio est auditio verbi Dei quod est glacies: quia sine eo opera bona putrescendo germinant, & perdunt meritum
E suum homines dum labuntur in putredinem peccati. Decorticatio est expurgatio peccatorum. Siccare verò ad solem est iugiter intueri vitā Iesu Christi cuius intuitus siccat humiditatem
F effectus terrenorum. Si verò non potest fodere, & erubescit mendicare: iam vacet eleemosynis quantum potest damno bona domini sui. i. sibi à domino suo commissa. Nam sic facienda prouidet sibi in vita: quia eleemosyna est ignis expurgans facinora. Eccl. iij. Sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. Et in morte: quia animam associat. Ambro. Non sunt hominis bona quæ secum ferre non potest: sola misericordia comes est defunctorū. Et post mortem: quia liberat ab inferno. Tob. F
iij. Eleemosyna non patitur animam ire in tenebras. ¶ Quantum ad tertium ponitur conclusio, quam omnes debent amplecti saltem voluntate si qui actu non possunt, vt pauperes. De hac dicit Greg. in lib. moral. Vt ergo in sua manu homines post mortem quicquam inueniant eis ante mortem suam dicitur, diuitias suas in quorum manibus ponant: cum subditur. (Et ego dico vobis: facite vobis amicos de mammona G
iniquitatis) Hæc ille. est autem mammon dæmon quidam de diuitiis tentans. Inde dicitur māmona Hebraicè, quod Latinè, secundum Aug. sonat diuitiæ. Dicuntur autem diuitiæ mammona iniquitatis: multipliciter. Vnde modo secundum Magi. Histo. quia de iniquitate colligi solent. Vnde, vt ait vulgata sententia, dicitur omnis dies, aut iniquus, aut hæres iniqui. Alio mo-
H do secundum eundem vt diuitiæ iniquitatis dicantur quas tenemus contra æquitatem quam proximo debemus: illæ, scilicet quæ nobis sumpta necessitate superfluunt. Tertiò secundum Aug. de consen. Euang. dicuntur diuitiæ iniquitatis: quia solis iniquis sunt diuitiæ. Iusti enim & si ista possideant: tamen diuitias non habent nisi cœlestes. Quartò, possunt sic dici: quia sunt

I nterdum iniquitatis occasio. Vnde dicit Ambr. Sicut diuitiæ impedimenta sunt reprobis: ita probis sunt adiumẽta virtutis. Hæc ille. Quintò, quia interdũ illicito actu, vel affectu acquiritur: vt puta per meretriciũ: quãuis ipse tũc licitè percipiãtur. Qualitercũque aũt dicãtur dũmodo nõ dicãtur iniquæ: quia iniusto titulo tenẽtur tãquã alienæ res de quibus certũ est cuius sint, de eis po test: & debet eleemosina fieri. Quidã ta K men vt testatur Augu. & magi. hist. ista malè intelligentes rapiũt vni, vt largiãtur alteri: non intelligẽtes q̃ qui offert sacrificium de substantia pauperis. acsi victimet filiũ in cõspectu patris. Vt cũ defeceritis, per mortẽ recipiãt vos in ẽterna tabernacula) Hoc aũt dupliciter intelligitur. Vno mõ vt nostri receptores sint ipsi pauperes: quos amicos per eleemosinas facimus. Et sic videtur intelligere Aug. & Chry. recipiunt autem isti nos in æterna tabernacula dupli- L ter, vt dictũ est, scilicet testimoniũ reddendo pro diuite misericorde. & etiam suis meritis, & precibus iuuãdo si beati sunt, & iusti. Alio modo secundũ Amb. intelligitur vt recipiãt nos nõ ipsi pauperes, sed angeli, & sancti patriachę qui efficiuntur nobis amici dũ pauperũ miseremur. ¶ Sed q̃o sancti suscipiũt animas. Dico q̃ suscipiunt, primò, coasistendo deo suscipiẽti tanquã amici: & M gaudẽdo de suscipiẽti tanquã amici: & gaudendo de susceptione. Secũdò, quia in ipsa hora mortis ad sunt angeli vtde Lazaro suprà patuit. & animas ad cœlum deferunt, vel saltem associant, vt lætitiam ostendant, & vtĩã dæmonibus defensent. Tertiò, quia allegant merita quibus animæ sunt dignæ suscipi, & pro eis ferunt testimoniũ. ¶ Sed quæ ratio. Quæ, & vbi sunt ista tabernacula. Non enim possunt esse in cælo, quia N esset foraminibus plenum: quod est irrationabile. Ad hoc dico quod secundũ doctrinam sanctorum, & precipuè. S. Tho. in multis locis: cœlum est incorruptibile: & consequenter nõ frangibile: ideò beatum corpus nõ diuidet ipsum cœlum: sed sine diuisione penetrabit: ita quòd duo corpora erunt simul. vt idem dicit. in multis locis. Nulla igitur erit actualis superficies cœli infra con O cauam, & conuexam eius: sed in potentia tantùm. Tarbernaculum ergo cuiuslibet sancti proprium est ipsa superficies potentialis in cœlo, quã imaginamur æqualẽ superficiei corporis eius. Pro hoc vide Capreolũ. ii. di. ii. Tabernaculum autem commune est ipsa superficies cœli conuexa. Erũt ista tabernacula Viciniora, aut remotiora à loco seu tabernaculo, in quo est christus secundũ differentiam meritorum: vt dicit Io. nider vnde in cœlo post resurrectionẽ erit etiam corporalis ordo. ¶ Sed P dubitatur vbi erit sedes regia christi, vt circũquaque sanctorũ corpora possint assistere. Dico probabiliter quòd erit in ea parte cœli quæ est suprahierusalem vnde ascendit, & vbi iudicabit. Hęc ergo tabernacula per eleemosinas Christus vult nos assequi. Cyr. Sic ergo docebat Christus affluentes diuitiis sum- Q mopere diligere amicitiam pauperum & thesaurisare in cœlis. Hæc ille. ¶ Moraliter saluator in hoc euangelio docet nos amicitiam facere. Dicit ergo primò, quòd amicitiam faciamus. Sed quando est amicitia bonorum cum bonis: quæ sola est vera amicitia, secundum Tullium. Sed tamen oportet obseruare hæc quæ obseruant qui volunt argentum per alchimiam incorporare cum

I cum auro impedimenti veram, vnionẽ scilicet ventũ. id est superbiã, & paduc res, id est, cupiditatem: & humiditates, id est, obscæna. Aliquãdo est bonorum cum malis, & e conuerso, quæ est perexiosa bonis licet aliquando malis sit fructuosa: quia corrumpuntur in vita, inquinantur in conscientia, & offuscantur in fama. Sic vinum, secũdum Chry. super Mat. corrumpitur ab aceto: non conuerso. & lutũ farinam coinquinat, non econtrario. & aurum palescit argẽto, non est econuerso. Tertia est malorum cum malis, quæ raro cedit in bonum. Secundo docet quomodo eam faciamus: quia de mammona iniquitatis id est, dando magis quàm accipiendo, si possibile est. Nam amicitia tantò est perfectior quantò diuino amori similior qui non est gratia accipiendi sed dãdi. Deus enim operatur propter suã bonitatẽ cõmunicandam: nõ autem acquirendam: cũ eam habeat, neque perficiendã: cùm sit infinitè perfecta. vndesecũdũ Auicennã solius primi principii actio est merè liberatis: quia omnis creatura operando intendit suam perfectionem acquirere, vel augere: licet nõ semper intendat commodum corporale. Tertiò, ostendit propter quid sit faciendum cum pauperibus: quia vt cùm defeceritis recipiam vos in æterna tabernacula, quæ, scilicet nos ædificamus eleemosynis. Vbi nota quòd aliqui sibi ædificant domum in inferno, vt valde mali. Quidam in cœlo, vt valde boni ædificantes auro amoris dei, & argento amoris proximi, lapidibus prætiosis bonorum operum. Quidam vero in cælo igne, & in purgatorio, vt mediocriter boni. Aedificant autem in purgatorio de ligno, fœno, & stipula vt patet. j. Co rum. iii. Per quæ quidam gradus peccatorum designantur igne purgatorii R purgandorum.

Dominica. x. post Trinitatem. Luc. xix.

CVm appropinquaret dominus Hierusalem, videns ciuita S tẽ fleuit super illam dicens, Quia si cognouisses & tu. Et quidẽ in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangusta bunt te vndique, & ad terram prosternẽt te, & filios tuos qui G in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum cœpit eijcere vendẽtes in illo & ementes, dicens illis, Scriptũ est, quia domus mea domus orationis est: Vos autẽ fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie H in templo.

CVM APPROPIN quasset Iesus Hierusalem &c.) Luc. xix. Sicut dicitur in libro. mitrali. præsens euange. mense augusti recitatur quia in

I menſe tali ciuitas Hieruſalē prius à Nabuchodonoſor rege babylonis: poſt ea à Romanis euerſa eſt. In eo aũt tanguntur tria puncta, quę ſunt Cordialis cõpaſsio: Prophetalis præmonitio, & mortalis occaſio. ¶ Primum igitur eſt qũo Chriſtus huic ciuitati cõpaſſus eſt ¶ Et quỏ ad literalẽ qdẽ ſenſum ſciẽdũ eſt ꝙ iſte aduẽtus domini ad Hieruſalem eſt ille in quo cũ ramis oliuarũ, & K populi clamorib⁹ intrauit, vt patet ex Euangelio Matt. xxj. & Luc. xix. ¶ Ad intellectũ quoque prẽſentis Euangelii præſupponunt oĩa quæ ſcripſimus in prima dominica de aduẽtu domini. Cũ ergo dominus deſcẽdẽs de mõte olineti cũ tãta gloria ciuitati ꝓpinquaſſet, & vidiſſet eã, ex cõpaſsione fleuit. Nota ꝙ Chriſtus legitur fleuiſſe pluries. Primo, i natiuitate ſua. iuxta illud Sapien. vij. Primã vocẽ ſimilẽ omnibus emiſi plorãs. Secũdỏ, in Lazari ſuſcitatione. Io. xj. Et lachrymatus eſt Ieſus. L Tertiỏ, in hac ſoleni ꝓceſsione. Quartỏ, in ſua paſsione. Heb. v. Cũ clamore valido, & lachrymis &c. Hæc ſunt quatuor flumina q̃ de paradiſo ꝓdierunt Ge. ij. ad toti⁹ mũdi ablutionẽ, & refrigerationẽ, ſecũdationẽ, & potatio. Sed videtur ꝙ hic incõgruẽ fleuerit: qa ſeM cundum Pſal. lætabitur iuſtus, cũ vicum viderit vindictam. Ad hoc dirit Gorrã ꝙ cũ peccatores affliguntur: licet ſit congaudẽdũ æquitati punientis: tamen etiã eſt flendũ compatiendo naturæ patientis. Vel vt idẽ dicit: licet flere pro periclitantibus: ſed pro dãnatis iam periclitatis congaudendũ iuſtitiæ & æquitati diuinę cõtra eorũ pertinacẽ malitiam. ¶ Nota etiã ꝙ ciuitas tota videri poterat ex ipſo mõte oliueti quo ad ædificia ſed Chriſtus ei appropinquans aliter eam vidit puta: quia vidit homines ciuitatis in N ſpectaculis lætos: quos breui tempore nouerat ſua mala deploraturos. Gre. in homi. Fleuit pius redemptor: ruinã perfidæ ciuitatis quã ipſa ciuitas ſibi non cognoſcebat eſſe venturam. Hæc ille. Cyrill⁹. Miſerebatur illorũ Chriſtus qui omnes homines vult ſaluari, quod nobis nõ patuiſſet niſi per aliqd humanum fleret euidens. Effuſæ tãtũ O lachrymæ ſunt ſigna triſtitię. Hęc ille Sequitur (dicẽs, Si cognouiſſes & tu) ſcilicet fleres mecum ỏ Hieruſalem: quæ modo. quia futura mala non noſti, lætaris. ¶ Sciendũ autem ꝙ noſtra ſunt quibus ad libitum vti poſſumus. Dies ergo dicitur noſter. & non Dei in qua complemẽtum habemus propriæ voluntatis in voluptatib⁹, & virP tus Hieruſalẽ ergo in tali ſua die habebat ea quæ pertinebant ad pacẽ eius temporalẽ diuitias. ſ. & delitias mundanos honores. Vnde ſubditur (Et quidem in hac die) non dicit: in hoc ano: vt oſtendat tẽporis breuitatẽ (tua) in qua. ſ. tuam cõples voluntatẽ ỏ Hieruſalem, habes (quæ ad pacem tibi). i. ad tuam pertinent pacem. Vel aliter. ỏ Hieruſalem) & quidẽ in hac die tua) lætaris (quæ) dies (ad pacẽ tibi) eſt. Q Cauſa verò pſentis lætitiæ erat ignorantia futuri mali. q. ſ. nõ cõſyderabat offenſam dei præteritã, & præſentem & futuram quo ad mortẽ Chriſti: & & conſequenter etiã nõ cogitabat ſui deſolationẽ, ꝙ peſte, fame, ferro, & flãmis euertenda eſſet. Ideo ſubdit (Nũc autẽ abſcoudita ſunt ab oculis tuis). ſ. furtua mala. Gre. Si à cordis eius oculis mala quæ iminent abſcondita non fuiſſent læta in præſentibus proſperis non fuiſſet. Hæc ille. ¶ Quantum vero ad ſenſum allegoricum ſciendũ eſt ꝙ

A ꝙ Hieruſalem ſignificat eccleſiã militantem: quæ per orbẽ diſperſa eſt: quã Chriſtianitatẽ dicimus. Huic eccleſiæ Chriſt⁹ appropinquat tripliciter. vno modo per carnis aſſumptionẽ: qa frater noſter effectus eſt. Ber. Puto, ꝙ me iam deſpicere non poteris os ex oſsibus meis, & caro ex carne mea. Alio B modo per miſericordiam. Vnde dicit Zacha. j. Cõuertimini ad me dixit dominus exercituum. ſ. per pœnitentiã, & ego conuertar ad vos. ſ. clementer, per miſericordiã: & veniã. Alio modo per fidẽ. Fides enim eſt ianua, per quã intrat Chriſtus ad animã. Vnde mot⁹ fidei in iuſtificatione impii eſt primũ. ſecundũ. ſ. Tho. in. iiij. ſententiarũ. Et ſine fide impoſsibile eſt placere Deo: ad Heb. xl. Chriſtus ergo ſedens ſuper C aſinã noſtræ humanitatis, & veniẽs ex monte oliuarum, id eſt, miſericordiæ qua diu nos tolerauit: & exercens per miniſtros ſuos officiũ ſanctæ prędicationis quo de credẽdis, & agendis docemur: appropinquat eccleſiæ militãti. Et videns eam virtutibus vacuam quỏ ad multos, & plenã vitiis. i. luxuria ſuperbia, auaritia. ſimonia, iniuſtiD tia, & huiuſmodi. Videns quoque quia in exilio lætaꝫ vane & inaniter: igno rans quæ mala ſunt ei ventura: quo ad ſingulos in vita, & in morte & quo ad omnes per bella, & famẽ, & peſtem, & perſecutionem antichriſti fiet ſuper illã, non quia vere doleat: quia neque Deus, neque homo beatus poteſt dole re ſed quia ad modũ flentis ſe habet. Iſto enim modo poſſumus etiã dicere illud Hie. xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. Vellent eñ Deus, & beati noſtrã ſalutẽ volũtate antecedente. & ſi non conſequẽte: vt patet ex. ſ. Tho. j. par. qõ. xix. arti. vj. Plorat etiã Chriſtus verè ſuper eccleſia ſua non per ſe E ſe ipſum: ſed per ſeruos ſuos: quos replet amaritudinẽ ſuper iniquitatibus quæ fiunt in clero. & in populo: quem ſibi ſuo cruore comparauit. O quantũ modo eccleſia deflẽda eſt: ſed poſt tenebras ſpero lucẽ. Verè annum nunc agimus. Mcccc. quando hoc opus vltimo caſtigatum eſt vere annũ agim⁹ Iubilæi in quo taliter in Chriſtianos a gunt Chriſtiani: vt inimic⁹ fidei teF cer qui iã in viſcera Italiæ parat irrumpere: pro remedio expectẽ imo, & expectatur, Sed omnipotẽtia, & infinita miſericordia dei noſtri, & ſaluatoris Ieſu Chriſti, ex malis ſummis, vt credo, elicient maxima bona. Credo enim in vnum deũ, patrem, filium, & ſpiritumſanctum. Credo filium dei de virgine natum, crucifixum mortuum, & ſepultum reſurrexiſſe, & ſedere ad G dexteram dei, ac ſpõſam, quã ſibi ſuo ſanguine comparauit dulciter amare. ¶ Quantum vero ad ſenſum Anagogicum ſciendum eſt ꝙ quando aliqd eſt figura alterius non eſt neceſſe imo aliquando eſt impoſsibile: ꝙ ea quę dicuntur de figura verificentur de figurator ſed quæ de figura dicũtur inquantum eſt figura, illa dicuntur etiã de figurato. Exemplum huius eſt ſi Hercules habeat marmoream ſtatuã: H ſi dicas hæc ſtatua vel mago habet naſum aq̃linũ, vel faciẽ venuſtã eadẽ, & de hercule dici poterũt Sec⁹ vero ſi dicas hæc ſtatua eſt marmorea, non enim Hercules erat marmoreus. Eodem modo cum Hieruſalẽ ſit figura ſupernæ patriæ: quæ dicuntur de Hieruſalem materiali inquantum differt à cœleſti vt puta ꝙ eſt ſcelerata ciuitas aut ꝙ eſt à Deo puniẽda iſta non poſſunt intelligi de cœleſti.

I ¶ Sciendum etiam est ꝙ quæcũq; sunt in ali quo similia : necessario etiam sunt dissimilia,in alio. Si em̃ in nullo essent dissimilia iam non distinguerentur in aliquo,& consequenter non essent plura,& consequenter etiã non essent similia. Vnde & boni dialectici concludunt:ꝙ quæ sunt similia,inquã tum sunt similia,sunt dissimilia.stãtely & inquantũ replicatiuè & non specificatiuè. Ex his sequitur ꝙ iste passus

K Euangelii non potest exponi anagogicè quantum ad omnia , vt puta quãtũ ad hoc quod dicitur ꝙ abscõdita sunt mala ab oculis eius sed solũ quãtum ad aliqua puta ꝙ Christus appropinquabat ei,& huiusmodi. Dicamus ergo ꝙ superna Hierusalẽ quando Diabolus peccauit fuit destituta suis ciuibus non qui iam illam intrauerant : quia diabolus nunquã fuit Beatus,vt patet. j.q.lxj.ar.iiij.sed qui illã mox fuerãt,

L ingressuri : quia Angelus :per vnicum opus meritoriũ meretur felicitatem: quã & statim accipit nisi præstituatur impedimentũ vt patet.j.q.lxij.art,v. Hinc est ꝙ saluator noster in parabola de habente centũ oues quarũ nonagintanouẽ reliquit in deserto : ipsum cœlum appellauit desertũ.i.de relictũ secundum beatum Gre. Saluator ergo noster ex sua misericordia.vt pote descendens ex mõte oliuarũ ? ascendens

M asinæ nostræ mortalitatis per incarnationem:& iter per mundũ faciens bene faciendo,& sanando omnes oppressos à Diabolo : vt dixit beatus Petrus Actuum.x. Appropinquauit Hierusalem cœlesti.quia in omnibus suis operibus deliberatis merebatur , vt patet iij.in di.xxiij.veri.q.xxvj. Gælesti autem patriæ per merita appropinquamus. Et licet semper Christus fleuerit ruinã supernæ ciuitatis.i.desyderauerit eius restaurationem:hoc tamẽ maxim̃è fuit quãdo ei erat propinquus vt puta tẽpore suæ benedictæ passionis quando dixit sitio De hoc fletu.i.desyderio restaurandæ celestis Hierusalẽ quod Christus habuit.dicit sic.Aug.in li.supputationum. Quã benignus amator hominum filius tuus Deus noster cuius piis visceribus non latis visum est vt se inclinaret factus homo de ve- O ra virgine natus :nisi etiã subiret crucis suspendium,effuso sanguine propter nos,& propter nostram salutem. venit pius Deus pro pietate: q̃rere sal num facere ꝙ perierat quæsiuit ouem perditam,quæsiuit , & inuenit in humeris suis ad causas gregis portãs pius deus , & verè pius pastor. Hæc ille, & multa alia.quæ prudentes prætermitto. ¶ Quantum vero ad sensum mõ- P ralem sciendum est quod Iesus.interpretatur saluator.& significat eum qui se, & alios cupit salubri . In hoc ergo quòd Iesus fleuit in tanta gloria posit, docetur quilibet qui vult ad cœlestẽ proficisci:vt lætitiã suum mundanã,& tpalẽ Hierusalẽ tẽperet cogitanda liquid triste.puta si quis habet lætitiã de vxore debet cogitare ꝙ poterit esse impudica. Ideo dicitur.Eccle.xj. In die Q bonorum ne immemor sis malorũ.Similiter etiam quilibet talis debet flere super Hierusalẽ.i.animam destitutam gratia dei:quæ effusa in lætitiam & vanitates non cogitat ventura sibi mala, & nota vt dictũ est ꝙ Christus fleuisse negitur quinquies : licet in scriptura non nisi quater tantũ scilicet . Primò, in infutili necessitate: & Secũdò,ex eo passione vt hic:& tertio ex amore : vt super Lazaro mortuo.Io.xj.Et quartò, ex pietate viscerosa super peccato Ie-

A dæ proditoris vt testatur Aug.in quodam sermone & Euãgelista innuit qui dicit ꝙ turbatus dixit. Vnus vestrum me tradet:quod tamẽ ex scriptura non habetur . Quintò , existens in cruce. Heb. v. Et hoc fuit ad significandum ꝙ quinque debemus plãgere.i.miseriam huius vitæ.& proximi calamitatẽ , & eos qui sunt in peccatis mortui,& prælatos,& clericos cadentes.velut Iudas,

B & etiam peccata nostra in cruce pœnitentiæ positi. Et hæc de primo punsto Euangelii de quo diffusius dictum est: quia ab hoc euangelio nostram aureã rosam edere cœpimus. ¶ Secundum punctum quod tangitur in euangelio, et quomodo Christus prædixit huius perfidæ ciuitatis ruinam cum dicitur (quia venient dies &c.) Et quantum ad sensum quidem literalem sciẽdum C est,ꝙ circa.xlij.annũ à passione domini. Nero imperator Vespasianũ misit vt Idæam rebellẽ subiugaret imperio Quiussa complens postquã omnem Iudææregionẽ armis occupauit excepta Hierusalem,creatus est imperator & Titus eius filius bellũ pro parte susceptt. Et obsidẽs in hierusalem,& tres ageres. i.fortalitia ex lignis,& terra, & omni materia , quæ modo vocãtur bastioni fecit,& vallum super eos.i.reparam ex vallis.i.palis. Destructis aũt D aggribus per Iudæos edificauit murũ in circuitu muri ciuitatis cum tredecim castellis,seu fortalitiis. Hæc enim omnia asserit Iosephus lib.v.de bello Iudaico. Et hoc est ꝙ dicit Saluator. (quia venient dies in te) .i.contra te (& circundabunt te inimici tui vallo) i Romani. Dicitur aũt hic vallum secũdum aliquos fossa licet sumi possit etiã pro reparo facto ex vallo.i.palis , vel generaliter pro quacunque clausare(& circundabunt te) vallo vt dictũ est,& E coaugustabant)sagittis armis (te vndique)vt ex nulla parte possis tibi accipere alimenta(& ad terram prosternent te)subuersis muris , & combusto templo,& palatiis (& filios tuos qui in te sunt) idẽ ciues tuos qui fuerũt occisi,vel capti. ¶ Est autẽ sciendũ ꝙ peracto Bello Iudæi qui latuerant in cauernis : sicut historiæ docent : reuersi sunt ad habitandum Hierusalem. Propter quod Romani indignati: miserũt F Helium adrianum:qui ciuitatem sunditus vsque ad fundamenta dissipauit & ædificauit ibi prope ad aquilonem ciuitatulam:quã appellauit Heliam ,& multo tempore sic dicta est . Et locum putibuli,seu iustitiæ quæ erant extra ciuitatem inclusit intra muros , Ideo subiungitur.(Et nõ relinquent in te lapidem super lapidẽ.)Subiungit autẽ causam euersionis eius , dicens (eo ꝙ non cognoueris tẽpus visitationis tuę) G id est,incarnationis:qua eam Christus personaliter visitauit. Hoc enim,miste rium hæc ciuitas non cognouit.i se nõ cognoscere ostendit : quia Christum non suscipit:sed occidit. Sed tamen re vera cognouerunt maiores eum esse hæredem & Christum in lege promissum:vt patet per sanctum Tho.iij.q: xlvij. ¶ Est autẽ sciendum secundum Iosephum,vij.de bello Iudaico . c. xxv.ꝙ toto tempore obsidionis cęsa fuisse dicuntur decieścentena milia Iudęo H rum,& captiuata nonaginta & septem milia,vel circa.iia ꝙ vt dicit Hug.Floriace.non defuerunt qui trignita mancipia vno numismate.mercarentur. Et ne ista alicui videantur incredibilia : hoc ibi Iosephus.

¶ Probat:quia circa festum Paschæ facta est obsidio,& intra ciuitatem con-

I. clusus est ferè omnis populus Iudeorũ
Nec debet alicui iste numerus videri
impossibilis : quia sicut idem dicit cir-
ca dies azymorum obsessa est ciuitas:
quando maxima multitudo ex longin-
quo ad sanctum Pascha aduenerat. Vn
de & idem dicit quod alias super cestio
in festo paschæ immolatæ sunt hostiæ
ducentæ quinquaginta sex millia & ta-
men ad quamlibet hostiam comeden-
dam saltem decem homines mundi cõ-
K currebant. In ciuitate autem obsidio-
nis tempore fuerunt seditiones maxi-
mæ & tanta fames, vt mater filium suũ
comederit vt testatur qui. s. ¶ Quantũ
ad sensum autem allegoricum sciendũ
est quod Christus est res, cuius regnum
non est de hoc mundo. i. non est tempo
rale sed spirituale: & habet duas prouin
cias. s. ecclesiam militantem & triũphã
tem & vtraq; dicitur regnum cœlorũ.
In vna regnat christus personaliter. in
L alia per vicarium suum. Vtrunq; autẽ
regnum æternum est, quia etiam ipsi
ecclesiæ militanti nunquam in hoc mũ
do succedet aliud regnum quia nauicu
la beati Petri periclitatur, sed non sub-
mergitur. Ista sententia patet Dan. ij.
vbi ad literam loquens de regnis huius
mundi ait. In diebus autem regnorum
illorũ suscitabit deus cœli regnũ quod
in æternum non dissipabit : & regnum
eius populo alteri nõ tradet. Cõminuet
M autẽ & consumet vniuersa regna hic &
ipsum stabit in æternum. Et infra c. vij.
loquens de monarchis quatuor mundi:
subiungit de regno christi dicẽs pote-
stas eius, potestas æterna quæ non au-
feret & regnũ quod non corrũpet. Et in
fra in eodẽ. c. loquẽs de fine monarchię
Romanorũ & principio ecclesiæ, ait Re
gnum autẽ & potestas & magnitudo re
gni quæ est subter omne cœlorum det
populo sanctorũ altissimi: cuius regnũ N
sempiternũ & oẽs reges seruient ei, &
obedient. Vnde, S. Th. j. ij. q. vj. ar. vlti.
ad vltimũ & semper epistolã ad Ro. c.
x. lectione. iij. tenet cũ Aug. in epistola
ad Eusichiũ q̃ adhuc prædicabit euan-
gelium in toto mundo cũ pleno effectu
ita. s. q̃ ecclesia fundabit in toto orbe:
quo facto veniet mundi consummatio.
Licet autem ita sit tñ ecclesia passa est
multas tribulationes & patiet in poste-
rum quo ad aliquas sui partes propter O
cleri populiq; flagitia. Et isto mõ chri
stus allegoricè pronuntiat ruinam ec
clesiæ eo quod ipsa non cognoscit tem
pus suæ spiritualis visitationis quã
christo visitatur per religiosos diuer-
rum ordinum magnæ sanctitatis &
strinæ & eloquentiæ. Quibus dum cir-
uitates aures non præbent interdũm
ditus destruuntur. Aug. Omne bonum
genus præcepta vitæ accepit quæ ab P
omnibus seruarent respublica lorta. &
magna pace potiretur. Sed quoni no-
luimus audire prædicatores sentimus
barbaros vastatores. Hæc ille. Sensum
anagogicum in hac parte non vido. Et
ideo quantum ad moralẽ. Sciendum est
quod Hierusalem ciuitas iniqua ani ma
significat peccatricẽ ad quam christus
loquitur dicens Infelix anima veniet
dies in te. i. dies mortis & circundabũt
te inimici tui. i. dæmones: vallo dispe- Q
rationis obiiciendo tibi vndiq; pecca-
ta. Et ad terram prosternent te quia ca
ro in sepulchro: & tu in inferno sepelie
ris. Et filios tuos qui in te sunt, id est
opera tua vel imitatores tuos vt tecum
sint in pœna. Et non reliquent in te la-
pidem super lapidem : id est cogitatio
nes omnes discutient & obicient tibi
eo quod non cognoueris, id est cogno
scere nolueris, tempus visitationis tuæ,

quando te deus inspirabat ad bonum.
Et hæc de secundo. ¶ Tertium punctũ
quod tangitur in Euangelio est : quia
Christus ostendit: vnde originem tra-
xit exitialis malitia populi à sacerdo-
tibus scilicet colentibus Deum in tem
plo. & hoc ibi. Et ingressus in templum
&c. ¶ Quantum ergo ad sensum litera
lem vide primo quæ de templo scripsi
mus feria secunda, quartæ dominicæ
quadragesimæ. Deinde scito q̃ Chrys.
hoc dicit in homil. Quia narrauerat ma
la ventura protinus templum ingres-
sus est vt de illo vendentes & ementes
eiiceret ostendẽs quia ruina populi ma
xim è ex culpa sacerdotum fuit. Hæc il
le. Sacerdotium enim vt idem dicit: est
sicut stomachus in corpore quo languẽ
te non potest esse sanitas. ¶ Notandum
etiam est vt ex euangelio elicitur quod
Christus bis eiecit vendentes de tem-
plo semel post conuersionem aquæ in
vinum in festo Paschę vt solus Io. testa
tur. ij. ca. & alia vice in die palmarum.
de qua loquitur Lu. & Mar. xj. & Matt.
xxj. Alia autem pertinentis ad sensum
literalem huius partis dicimus vbi. s.
¶ Quantum autem ad sensum allegori
cum sciendum est quòd per templum
significatur ecclesia in qua vendentes
sunt simoniaci qui vendunt gratiã Spi
ritussancti, seu ordinata ad gratiam. i.
res sacras. Vnde isti venditores dicunt
vendidisse columbas vt testatur Matt.
xxj. Per columbam autem significatur
spiritussanctus qui super christum ap
paruit in columba. Hos Christus eiicit
aliquando per mortem aliquando pri-
uando eos beneficiis de facto, vel saltẽ
de iure & priuando gratia sua & infli-
gendo multas pœnas de iure & aliquã
do de facto. ¶ Quantum ad sensum ana
gogicum hæc pars non videtur habere
sensum multum congruum eo quod de R
cœlesti patria nullus possit expelli.
Ideo moraliter sciendum est quod tem
plum ecclesiam significat quæ ad qua-
tuor est facta vt in præsenti euangelio
colligitur. Primo vt sit habitatio Dei:
ideo dicitur, (Domus mea). i. mihi ad
habitandum electa. Secundò vt in ea
Christum oremus: ideo subdit (domus
orationis est.) Tertio, vt in ea Christus
laudetur: vnde Matt. xxj. dicitur quod
pueri laudabant Christum templo cla- S
mantes Osanna filio Dauid. Quartò,
est facta ad docendum, vnde subditur.
(Erat quotidie docens in templo) Nul-
lus ergo debet ecclesiã ingredi in qua
Deus habitat: qui in sit amicus dei per
dolorem de peccatis suis neq; debet ibi
esse nisi oret vel laudet deum vel au-
diat verbum dei quod est laudare deũ:
& suæ exhortationi consulere.

Domini. xj. post Trinitatem. Luc. xvij. G

DIxit Iesus ad quosdam qui in se confi
debant tanquam iu
sti, & aspernabãtur
cæteros parabolam istam, Duo
homines ascenderunt in tem-
plum vt orarent: vnus phari
seus: & alter Publicanus. Pha- H
risæus stans, hæc apud se ora-
bat, Deus gratias ago tibi quia
nõ sum sicut cæteri hominum,
raptores, iniusti, adulteri velut
etiam hic Publicanus. Ieiuno
bis in sabbato decimas do o-
mnium quæ possideo. Et pu-

I blicanus quę longé ſtans nole/bat nec oculos ad cœlum leuare ſed percutiebat pectus ſuum dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Amen dico vobis deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur.

K DIXIT IESVS AD quoſdam qui in ſe cõfidebãt &c.) Luc. xviij. Theo. Quia ſuperbia pluſquam aliæ paſſiones vexat hominum mentes: ideo dominus crebrius de hac monet. Hæc ille. Præſens ergo euangelium totum eſt contra ſuperbos. Et in tanguntur tria puncta quæ ſunt. Exaltatio: humiliatio iuſtificatio. ¶ Quantum ad primum literaliter ſciendum eſt quod ſicut teſtatur Ioſephus & Mag. hiſt. apud Iudæos tres fuerunt religioſorum ſecte à communi conuerſatione reliquorum vita, & opinione diſtantes. Phariſæi quidem id eſt diuiſi dicti ſunt quia à reliquis erant diuiſi in habitu quia habebãt decem præcepta legis ſcripta in chartis: quas in fronte, & manibus portabant oſtendentes ſe Dei legem in corde, & opere velle habere. quæ chartæ dicebantur phylacteria: à phylaxo quod eſt ſeruare & rhorath, quod legem ſonat. Habebant etiam in angulis palliorum fimbrias maiores aliis quibus alligabãt ſpinas vt dum ambulando purgarẽtur in calcaneis diuinæ legis recordarentur. Iſti fuerunt ſuperbi auari. & hypocritæ & tantæ autoritatis in populo vt tradit Ioſephus vt facile poſſent ſuadere quæ voluiſſent. Hi licet ponãt liber

L

M

tatem arbitrii: tamen dicunt fatum, id N
eſt influxum ſyderum multum homi-
nem iuuare, vel impedire. Iudicium e-
ſe futurum dicũt & animas hominum
ſolas immortales, ſolas autem animas
bonorum in morte tranſire ad alia cor-
pora viuificanda vſque ad reſurrectio-
nem malorum autem animas æternis
carceribus detrudis affirmant. Sadu-
cæi vero negant fatum omnia conſiſte O
re dicentes in hominis arbitrio. Ani-
marum poſt mortem generaliter ne-
gãt, vel ſupplicia, vel honores. Animas
etiam cum corporibus mori putantes
reſurrectionem futuram negant. Hi
ſeueri nimis erant nec inter ſe ſociales
ob quam ſeueritatem ſaducæos, id eſt,
iuſtos ſe nominabant. Eſſæi vero fere P
in omnibus ducebant vitam monaſticã
nuptias faſtidiantes adeò vt rari nube-
rent: non quia connubia perimenda
cenſerent: ſed cauendam intemperan-
tiam fœminarum: nullam earum fidẽ
ſeruare putantes. Hi viuebant in com-
muni: & cum ſilentio manducabant. Ia-
mentum habebant pro periurio. Se-
ctæ ſuæ nullum adhibebant niſi ſob an-
ni probatione receptum verò duobus
annis experiri volebant. Deprehẽſam
in peccatis à ſe depellebant: & more pe-
cudum herbas comedentes vſque ad
mortem pœnitent. Cum decem ſimul Q
ſederent nullus loquebatur niſi nouem
conſentirent. Adeo obſeruabant ſabba-
tum quod ea die aluum non purgabãt.
(Cum egerebant ſuperflua: obtegeban-
tur vndique veſte: ne ſplendorem di-
uinitatis offenderent: egeſta vero ſpe-
liebant in foſſa prius ad hoc parata.
Mortem pro iuſtitia iudicabant immor-
talitatem meliorem. Omnes animas à
principio dicunt creatas: ſed pro tem-
poribus incorporari bonas exutas cor-
po

A poribus vltra mare in locis amenis le-
tari dicunt: malis loca procelloſa, & hy-
berna deputantes pœnam. Hæc omnia
habent à ſupradictis. Volens ergo Chri-
ſtus dare exemplum vel ſimilitudinem
de aliquo ſuperbo induxit phariſæum
in medium. Theo. Parabolam propo-
nit oſtendens quod iuſtitia quamuis ap
proximet deo: ſi tamen aſſumat ſuper-
biam ad infimum deiicit homines. Hęc
ille. Dicit ergo euangeliſta. (Dixit au-B
tem ad quoſdam qui in ſe confidebant
tanquam iuſti.) Secundum Theo. iſti
ſunt ſuperbi qui ſibi & non deo aſcri-
bunt bona quæ faciunt. Notanter autẽ
dicit ad quoſdã id eſt ad ſuperbos quia
multi ſunt alii tanquam iuſti, & non ve-
rè iuſti. Quia quadruplex eſt iniuſtitia
non iuſta. Prima eſt præſumpta. Rom.
x. Ignorant Dei iuſtitiam, & ſuam &c.
Secunda falſa: de qua Greg. Vera iuſti-
tia compaſſionem habet &c. Tertia ſi-C
mulata de qua Aug. Simulata æquitas
non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas.
Cenarta ſuperſtitioſa: de qua Eccles.
vij. Noli eſſe nimis iuſtus. (Et aſperna-
bantur cæteros) id eſt, contemnebant
(parabolam iſtam dicens.) Ex hoc pa-
tet quòd non fuit vera hiſtoria: & con-
ſequenter ſenſus literalis nõ eſt quem
voces proprię ſignificant: ſed quem me-D
taphoricę: quia per phariſæum intel-
ligitur ſuperbus: publicanum humilis:
& hoc literaliter. (Duo homines aſcen-
debant in templum.) Ad literam tem-
plum erat in monte, & per gradus aſcẽ-
debatur in illud vt patet ex Ioſepho in
multis locis (vt orarent) ſed vnus ora-
uit: alius merita iactauit. (Vnus Phari-
ſæus) qui ſcilicet tanquam religioſus,
erat iuſtus in oculis ſuis (alter Publi-
canus.) Quidam Publicanos credunt
dici publicos vſurarios, & ob hoc bea-E
tum Matthæum tanquam publicanum
vſurarium fuiſſe aſſerunt: ſed hi fallun
tur: quia publicani dicti ſunt qui publi
ca vectigalia exigebant: quos nos datia
rios dicimus. Iſta enim eſt ſentẽtia ſan
cti Th. iiij. di. xvj. & Nico. de ly. & Hug.
Cardinalis, & glo. Matt. v. & Remigii
Communiter autem tales viri ſunt ho
mines diabolici. Sequitur (Phariſæus
autem ſtans) ſcilicet, ſuper pedes ſuos
cum ſe debuiſſet coram deo humilian-
do proſternere. Theo. Per hoc quod di-F
cit ſtans elatum eius animum notat.
Ipſo enim habitu ſuperbiſſimus vide-
batur. Hæc ille (apud ſe orabat.) Baſi-
lius Dicit autem apud ſe orabat quaſi
non apud deum quia ad ſeipſum redi-
bat per peccatum ſuperbiæ, vnde ſequi
tur. (Gratias tibi ago &c.) Hæc ille.
¶ Eſt autem ſciendum quòd iuſtitia ha
bet duas partes quibus integratur: &
perficitur: quæ ſunt declinare à malo,G
& facere bonum. Vtrunq; autem ſibi
iſte ſuperbus aſcribit. Et primò, dicit ſe
male declinaſſe dicẽs. Gratias tibi &c.
Aug. de verbis dñi. Non reprehenditur
quia deo gratias agebat: ſed quia ni-
hil ſibi adiici cupiebat. Ergo iam ple-
nus es, iam abundas: non eſt quod di-
cas dimitte nobis debita noſtra. Hæc
ille. ¶ Et nota quòd iſte non fuit bonus
ſacerdos: quia primò, ſe accuſaſſet per
confiteor: deinde oraſſet: deinde vltimo
retuliſſet gratias, vt ſacerdos, dicendo,H
Ite miſſa eſt: deo gratias Sequit (quia
non ſum ſicut cæteri hominum) Au-
guſti. vbi ſuprà. Diceret ſaltem ſicut
multi homines. Proh Deum immorta-
lem, iſte immeritis ſe laudibus effert
cum eſſet peccator & improbus & no-
cens, & vitioſus. Quid eſt cæteri ho-
mines: niſi omnes præter ipſum?
Ego, inquit, iuſtus ſum cæteri pec-

cato

I catores.Hęc ille(Raptores,iniusti,adulteri.)Ecce ꝙ aliis à se tria vitia imponit(Sed quia iusta se Publicanum vidit:fuit ei secundùm August. de verbis doioris tumoris occasio.vnde subditur (Velut etiam hic Publicanus) Chrys. Non satiauerat eius contemptum tota humana natura:sed & Publicanum aggressus est.Hæc ille.Gre.xxiij. moral. Quatuor sunt species quibus omnis arK rogantium tumor demonstratur cùm bonũ aũt semetipsis habere se æstimãt: aut si sibi datum desuper credunt pro suis hoc accepisse meritis putant: aut certè cùm iactant se habere quod non habent:aut despectis cæteris singulariter videri appetunt habere quod habẽt Vnde & Pharisęus hic bonorum operũ sibi merita tribuit.Hæc ille.¶ Cum aũt superbia dicatur tripliciter.s. inclinatio ad superbiendũ:quæ est radix vel L initium omnis peccati:& elatio contra præceptum: & appetitus excellentiæ inordinatus.Loquendo de ea vt est peccatum.s. secundũ.s.secundo, & tertio modo dicendũ est secundùm doctrinã sancti Tho.ij.ij.q.clxij. & mag.q.viij. ar.ij.ꝙ superbia est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ. Et vt patet ij.di.v.q.j.ar.iij.&.j.ij.q.xliij.arti.ij.& in aliis locis præallegatis:superbia quę est peccatum:& est inordinatus appeM titus excellentiæ:dupliciter dicitur, & est peccatum.Nam si iste inordinatus appetitus sit circa excellentiã, cui exhibetur honor puta vestes,& diuitias & huiusmodi:sic superbia est speciale peccatum. Si verò sit circa excellentiam in vna quaque re:puta delectatione formationis:& sic de aliis.sic est quaddam generale repertum in omni peccato: quia est actualis eleuatio contra præceptũ superioris.Hoc enim est inordinate appetere excellentiam,velle habere N aliquid contra legem superiorum, cui debet subesse.Iste enim appetitus excellentię generaliter si sit ordinatus nõ est peccatũ:sed est naturalis-Est autem inordinatus quando exceditur regula & mensura:secũdũ quam deus vult nos appetere excellentiam,vt si pauper, & vilis appetat vti auratis vestibus, vel habere diuitias per rapinam:vel habere veneream delectationem extra matrimonium:aut si generaliter aliquid O vellet quis lege prohibente. Peccatũ est quod est superbia generalis est contemptus diuinæ legis,vel diuini præceptum quod excedimus.¶ Est aũt diligenter considerandũ ꝙ dupliciter quis cõtenit diuinam legem.Vno modo secũdũ effectum vt quando quis fornicatur ex fragilitate:dolẽs tamen aliquo modo ꝙ deum offendat,& agat contra diuinam legem:ita quòd libentissimè si posset vellent complere desyderium P suum sine offensa dei.iste contemptus est quidem peccatũ superbiæ materialiter:sed non est ex superbia nec per superbiam:sed ex infirmitate. Isto modo superbia inuenitur in omni peccato & est quoddam generale:vt dictum est quia in omni pecato quis prosequitur excellentiam aliquam vltra diuinam legem puta excellentiam voluptatis, Q aut diuitiarum,aut bonorum,vel huiusmodi.sed isto modo non est maximum peccatum.alio modo quis contemnit diuinam legem,& regulam secundum affectum:quia scilicet non peccat & infirmitate,vel ignorantia:vel huiusmodi:sed ipsam legem dei despicit & in despectum dei operatur.& hoc proprię est superbire formaliter,& ex superbia peccare vnde dicit Boetius quòd cætera vitia fugiunt à deo:sed superbia se op

A se opponit.Vnde etiam Iaco.iiij dicitur deus superbis resistit.Resistẽtia autem non est nisi ad contraria pugnantem. Isto modo est maximum peccatũ:quia aggranat omne peccatum cùm nullum sit ita magnum de se quòd non fiat grauius si ex cõtemptu fiat.Quomodo autem intelligendæ sint species quas assignat Grego.& ad quem superbiam pertineant:vide sanctum Tho. vbi suprà.

B Quia ergo Pharisæus se dixit declinare à malo:consequenter se dicit prosequi bonum:secundum Theo.Nam sequitur (Ieiuno bis in sabbato).in septimana scilicet feria secunda,& quinta:secundum Theo. His enim diebus, vt dicit ieiunabant Pharisęi.Sabbatum enim tripliciter sumitur.Primò, quòd septima die septimanæ vt Exo.xx.Memento,vt diem sabbati sanctifices. Secundò,pro tota septimana vt hic.Terò.pro qualibet die septimanę vt Mar. xvj.Valde manè vna sabbatorum. Vide quæ de hoc dicuntur in sabbato sancto.(& decimas do omnium quæ possideo.) Pharisæi enim decimabant menthã,& cyminum Mat.xxiij.ad quæ secundum aliquos non tenebantur. Ex his autem patet quòd iste se perfecte iustum asseruit:quia scilicet non erat maior per peccatum:sed bonus per opera bona. ¶ Allegoricè iste Pharisæus fuit religiosus, & superbus, & in se confidens.Significat autem populum Iudaicum religiosum ratione acceptæ legis a Deo,& consequenter superbum.Gregor.Gentilem quenquam ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat.Hæc ille.Fuit etiam in se confidens propter sanctitatẽ suorum patrum.Vnde Mat.iij. Ne velitis dicere patrem habemus Abraham &c. Ide.populus despiciebat gentilem cũ ascẽdisset in templum.i.ecclesiam primitiuam quia vt testatur Hiere.in prologo super epistolam ad Ro. allegabãt multa sua merita postea concludebãt. Ergo ne æquum est vt hodie idola deferentes quibus ab iuitio deseruistis nobis comparamini & non potius in proselyteorum locum ex legis autoritate, & consuetudine deputemini. Hæc ibi. ¶ Anagogice iste Pharisęus.id est diuisus significat hæreticos. Hęresis enim idem est quod diuisio,& omnes diuisi a F vera fide sunt vt Sarraceni,& Iudæi. Isti credunt se saluari:& fidẽ suam esse bonam:eo quòd ipsi viuant morigerate. Iactant enim merita dicentes se esse misericordes,sollicitos in mandatis dei & despiciunt christianos dicentes quòd sunt omni vitio pleni.Et nonintelligũt miseriꝙ diabolus eos permittit multa bona facere,vt teneat in vno malo infidelitatis:propter ꝙ ,damnantur. Vnde ante aduentum christi quod populus G Iudæorum saluabatur per veram fidẽ erant peiores quàm modo, peccato infidelitatis excepto,& his quæ consequẽtur:scilicet odio,& inuidia in christũ, & christianos:hoc ideo : quia diabolus tunc eis inuidebat . Modo autem sinit eos facere bona:quia habet eos ligatos in vno malo:ad quod ferè ordinant omnia opera bona:& consequenter non solum peccant in malis:sed etiam in bonis,malo fine factis.¶ Moraliter in- H struimur primo,ꝙ ad templũ.i.ecclesiã quilibet debet ascendere, vt oret non vt contempletur domicellas.Aug. nemo in oratorio aliꝙd agat nisi ad quod factum est.Hæc ille.Secundoꝙ si reprehensibilis est ille qui superbe gratias agit deo:multo magis est reprehensibilis ille qui impie oppugnat gratiã Aug.de verbis domini.Quis est igitur

qui

qui impie oppugnet gratiam si reprehẽ
ditur qui superbè agit gratias? Audiant
qui dicunt: deus me hominem fecit e-
go me iustum facio. O peior, & detesta
bilior Pharisæo qui superbè iustum se
dicebat: sed tamẽ inde deo gratias age-
bat. Hæc ille. Tertiò, quòd nullũ despi-
cere debemus, aut irridere. Est eñ q hu
miliat, & exaltat: circunspector Deus.
Quartò, mouemur vt caueamus ne ha-
beamus bonum principium, vt iste Pha
risæus, in nostris operibus: & post ma-
lum progressum, & pessimum exitum.
Aug. de verbis domini. In verbis eius
nihil inuenies quòd deum rogauerit.
Ascendit quidem orare noluit deũ ro-
gare: sed se laudaretur roganti insulta-
re. Hec ille. ¶ Quantum ad secundum
sciendum est quòd vt dicit Theo. Pu-
blicanus, cum Pharisæo in hoc conue-
niebat quod stetit: sed in multis differe
bat: quæ sunt humilitatis signum. Pri-
mum, quia à lõge stabat. Secundũ: quia
tanquã indignus non audebat oculos
ad cœlũ leuare. Tertiũ: quia percutie-
bat pectus suum. Quartũ: quia confite-
batur se pecatorem. Quintũ: quia roga
bat deum vt sui misereretur. Ideo dici
tur (Stans autem à longe Publicanus
non audebat nec oculos ad cælum le-
uare: sed percutiebat pectus suum di.
Deus propi. esto mihi pec.) Imo vt di-
cit Chry. audiuit Pharisęum qui eum
despiciebat dicentem: velut hic Publi-
canus: & tamen tanta fuit eius humili-
tas ꝙ exhoc, vt ait idem. non indigna-
tus est: sed compunctus. Augu. de ver-
bis domini. Quid igitur miraris si deus
ignoscit: quando ipse ignoscit de lon-
ginquo stabat: deo tamen propinqua-
bat, & eum dominus de prope attende-
bat. Excelsus est enim dominus, & hu-
milia respicit. Nec oculos ad cœlũ le-
uabat, vt respiceret. Tremebant cõsci-
entia: spes subleuabat. Percutiebat pe-
ctus suum: pœnas de seipso exigebat:
propterea dominus cõfitenti parcebat.
Hæc ille. ¶ Allegoricè hic Publicanus
Gentilem populum significat in iniqui
tatibus, & erroribus inuolutum. Sed
postquã ad tempus. ideest ecclesiam per
fidem oraturus venit: pecata sua confi-
tetur deo ideo vicario Dei sacerdoti:
& memor suarum iniquitatum miseri-
cordiã domini deprecatur. ¶ Anagogi-
cè vero fidelem populum significat qui
multa peccata facit: nouit tamen vnde
iustificetur: quia sacramentum pœnitẽ
tiæ habet ecclesia: vnde peccata omnia
abolentur, vt fidelibus pecatoribus pa-
teat salus per pœnitentiam. quæ sibi
met iustis infidelibus denegatur. ¶ Mo-
raliter sciendum est ꝙ conscientia ho-
minis est quoddam speculum spiritua-
le in quo homo suam pulchritudinem
fœditatem potest inspicere Aliquando
aũt speculũ deprauatur per tumorem
superbiæ: & tũ est speculũ mẽdax quia
nõ indicat speculũ homini veritatẽ. &
tales significantur per istum Pharisęũ
qui sibi videbatur iustus, & erat iniqus
Et significantur etiam per Naamã ily.
Reg. v. qui interpretatur decorus sibi
cũ tamen esset leprosus. Aliquãdo ve-
ro tale speculum nullo modo est sanũ
uatum sed homini verè ostendit suam
fœditatem. Tales significantur per pu-
blicanum. Vterq; tamen horum datus
est nobis in speculum scilicet probari
seu, vt videamus quãtum elatio sit fu-
gienda: publicamus vt videamus quan
tum sit humilitas, & pœnitentia ample
ctenda. ¶ Quantum verò ad tertium di
cit Augu. de verbis domini. Audistis ver
perbum accusatorem. audistis humilẽ
reum, audite nunc dicentem iudicem

Amen

(Amen dico vobis descen. hic iusti. in
do. su. ab illo) Hæc ill. Nota iustificatus
scilicet à pecatis In pecato duo sunt sci
licet culpa, siue offensa: & reatus seu
obligatio ad pœnã: vt patet. ij. di. xlij.
& ij. q. vij. Cõtritio ergo semper delet
peccatũ quo ad primum totaliter: quia
remissio peccati est effectus contritio-
nis: vt patet. iiij. di. xvij. q. ij. non autem
semper totaliter quò ad secundum hoc
etiã patet in humanis: quia offensus ab
aliquo aliquando facit pacem. & resti-
tuit amicitiã, & tamen vult post ꝙ sol-
uat expensas. Sic & deus statim ꝙ ho-
mo per verã contritionem ingemiscit:
iustificat eũ: ita ꝙ iam non est in mor-
tali, quãuis non sit confessus: sed habe-
at solum propositũ confitendi tempo-
re suo: & tamen post vult ꝙ faciet pœ-
nitentiã. Iste descendit iustificatus sal-
tem quo ad primum (Ab illo) ideſt plus
quã ille vt cõmuniter exponitur ideſt
plus quã Pharisæus. Vel possumus di-
cere (ab illo) ideſt à deo à quo viuifica-
ri postulabat. Subiungitur aũt causa:
(quia omnis qui se exaltat, humilitabi
tur: & q se humiliat exaltabitur) Chry-
so. Sicut humilitas per sui eminentiam
peccati pondus superat, & saliens attin
git deum sic superbia ob sui molem de
facili iustitiam oppimit. Si ergo plura
fortia strenuè geras, puta autem te posse
præsumere tota caruisti oratione: si ve
rò mille feras in conscientia faces rea-
tuum: & hoc solũ de te credas ꝙ es in-
firmus omnium multum obtinebis ante
deum fiduciam. Hæc ille. ¶ Nota ergo
quod qui se exaltat per superbiam, hu-
miliabitur per pœnam. Et qui se humi
liat per peccatorũ cognitionem, & pœ
nitentiam: exaltabitur in præsenti per
gratiã, & in futuro per gloriam. Mouet
aũt hic Theo. dubiũ quare, scilicet iste
Pharisęus se parum laudauit, & fuit re-
probatus. Iob verò multũ se laudauit:
nec tamen deus eum reprobauit. Et re-
spondet ipsemet Iob illud non fecit ex
superbia: sed ad laudẽ dei, vt homines
prouocarentur ad virtutes, & ad hoc
fuit coactus ab amicis, qui ei impone-
bant multa crimina. Et addit Gre. quia
etiam hoc facit ad seipsum confortan-
dũ: quia timuit ne propter magnos do
lores quos vndiq; patiebatur, & afflictio
nes animi laberetur in desperationem.
¶ Allegoricè hic significatur ꝙ Genti-
lis populus est per fidẽ iustificatus He-
braicus verò reprobatus non tamen ex
toto annihilatus: sed solũ dispersus: &
hoc propter tria, propter etiam ecclesia
eos nõ persequitur. Primò quia omnes
in fine mundi cõuertentur, vt alibi di
ctum est. Secundò, vt sint nobis memo
riale passionis Christi. Quoties enim
eos videmus toties de morte christi re
cordamur. Ideo ipse christus in Psal. di
cit dominus ostendit mihi super inimi
cos meos scilicet Iudeos Et quid osten
dit subiungit. Nec occidas eos ideſt nõ
occides ne, quando ideſt ne aliquando
obliuiscantur, scilicet passionis meæ
populi mei ideſt populi fideles. Dein-
de alloquitur patrem di. Disperge eos
in virtute tua scilicet per mundum: &
depone eos de regno. Quot sunt qui ho
die non crederent christum passum ni
viderent Iudæos qui afferunt se illum
in suis partibus occidisse. Tertiò, quia
sunt librarij nostri. Vñ Aug. super Psa.
Ne fortè Pagani nobis dicãt, vos christi
ani literas istas cõposuistis: pferimus
codices à Iudeis inimicis, vt confunda
mus alios inimicos. Codicẽ portat Iu-
dæus: vt inde credat christianus. Libra
rij nostri facti sunt qũo serui post do-
minos codices ferre solent. Hæc ille.

¶ Anago

I ¶ Anagogicè patet ex dictis,& similiter moraliter. Nam qui vult à Deo iustificari,& obtinere quæ postulat in sua oratione: non imitetur Pharisæum, qui opera bona considerabat: sed publicanum suas miserias commemorantem, damnabat. Vnde & sacerdos immolaturus sacrificium aute omnia, sua peccata confitetur. Vnde & in vita ve spalegitur: quòd interrogãs quispiam vnũ ex senioribus quomodo deberet orare, K tale responsum accepit, Pauperes hoc me docuere: qui non vestes pulchras, non vires magnas ostentant: sed paupertatem, ac vulnera.

Dominica. xij. post Trinitatem. Marc. vij.

EXiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonẽ ad mare Ga L lilææ inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei surdum & mutum: & deprecabãtur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digittos suos in auriculas eius: & expuens: tetigit linguã eius: & suspiciens in cœlũ, ingemuit, & M ait. Epheta, quod est ad aperire, & statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculũ linguæ eius: & loquebatur rectè: & præcepit illis ne cui dicerẽt, Quanto autẽ eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabãt: & eo amplius admirabãtur: dicentes, Bene oĩa fecit: & surdos N fecit audire, & mutos loqui.

EXIENS IESVS DE FI- nibus Tyri venit per Sidonem &c. Marc. vij. In isto Euang. tanguntur tria puncta quæ sunt deprecatio, Exauditio, Glorificatio. ¶ Quantum ad primum sciẽdum est literaliter quòd filii Israel intrantes terram promissionis Dei: & O armorum virtute, Deo disponente, non potuerunt totam illam regionẽ armis occupare: sed multæ remanserunt ciuitates per Gentiles habitatæ inter quas fuerũt Tyrus, & Sidon quæ prope motem libani sunt. Tyrus quidem fuit ciuitas fortissima in mari sita tanquã insula: quamuis parũ à terra distaret. Hæ fuit ditissima: quia fuit optimus portus nauium deferẽtium merces. Rex Tyri tẽpore Salomonis fuit cõfœderatus populo Dei Israel sed quãdo populus Israel fuit per Nabuchod. captiuatus ista ciuitas debuit compati ei ratione antiquæ amicitiæ, & nõ fecit: sed gaudia eis & insultauit ei. vnde contra eam venit Nabucho. & voluit replere lapidibus & lignis illud spatium maris quod erat inter illam, & terram: & nõ potuit. Vnde cœpit eam nauali prælio, & destruxit. Sed post septuaginta annos reedificatam Alexãder magnus eam fecit cõ tinguã terræ: repleto spatio prædicto & eam sine nauigio cœpit, & destruxit. postquam AEgyptũ subiugauerat. Nã autem id tẽrauit, & perficere nõ potuit. Deinde denuo ædificata est. Sidon autẽ fuit etiã ciuitas: quæ dicta est à primo filio Chanaan: qui dictus est Sidon: & ab eo Sidones: & Sidonia prouincia. Sidũ ciuitas. Iesus ergo in finibus Tyri prædicauerat: recedendo à Pharisæis qui

A qui calũnias ei inferebãt: vt patet Mat. xv. Sed vt dicit Theo. ibi moram non traxit: ne Iudæi tanquam legis transgressorẽ calumniarentur eum: eò quòd gentibus se immiseret. Ideo dicit Mar. (Exiẽs Iesus de finibus Tiri), scilicet cito postquã intrauerat. ¶ Sed contra: quia ipse Mat. xj. præceperat discipulis di. In viam gentiũ ne arbieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueri tis. Respondeo vt elicitur ex doctrina. B Tho. super Matt. gentes erant in dupli ci differentia, quædã erant extra terrã promissionis: & dicebãtur absolutę gẽtes: quædã verò in terra promissionis: & dicebãtur Samaritani: saltẽ pro maiori parte. Sicut etiã dicitur ibi: cõueniens fuit prius prædicari Euãgelium Iudæis, deinde gentibus: quia oportet prius seruare iustitiam, qnàm exhibere misericordiã. Quod autẽ Christus prędicaret Iudæis hoc iustitia quodãmodo exigebat inquantũ hoc erat promissum eis à Deo: secus de gentibus. Ideo dicitur Rom. xiij. Dico Christũ Iesum ministrũ fuisse circũcisionis. i. Iudæorum: qui soli circuncidebãtur propter iustitiam Dei, ad confirmãdas promissiones patrũ: gentes autẽ super misericordia honorare Deum. Voluit ergo Christus quòd vsq; ad suam passionẽ tantũ in Iudæa fieret prædicatio Euãgelii: sed quia vt dicit. S. Tho. vbi. s. per Iudæam ire non poterãt discipuli: nisi per vias incederẽt Samaritanorũ: quia illę viæ erant cõmunes: ideo nõ dixit: in viam Samaritanorũ ne abieritis: sed prohibuit ingredi ciuitates eorũ: quo ad alias autẽ gentes extra terrã promissionis existẽtes prohibuit vtrunq;. Dicendũ est ergo quòd Iesus nõ exiit de Tyro: sed de finibus Tyri: quia fortè nõ prædicauerat in ciuitate: sed in finibus eius per loca vbi erãt aliqui Iudæi inter gẽtiles habitãtes. Et isto modo etiã soluit Hugo card. Sed restat dubiũ: quia Ioã. iiij. habetur quòd ipse intrauit Sichar: quæ erat Samaritanorũ ciuitas: secundũ quòd significat Magi. Histo. Sed ad hoc dicendũ est quòd. S. Tho. & Hugo. intẽdunt quòd Christus prohibuit intrare discipulos ad tẽpus ciuitates Samaritanorũ ex principali intẽtione secus ex secũdaria: vtpote qũ euntes ad alia loca habebãt pertransire per loca eorũ & sic Christus ingressus est aliquando ciuitates eorũ: & ista est expressa sentẽtia. S. Tho. super Ioã. Sequitur (venit per Sidonẽ) fortè intrãdo ciuitatẽ, & annãtiando eis regnum Dei: quãuis esset ciuitas gẽtilium: quia erat in via vt iret (ad mare Galilææ). Secundũ Bedam. istud mare erat lacus aquę dulcis: sed dicitur mare Hebraico more: quo omnis aquarũ congregatio, mare nũcupatur: siue sit dulcis, siue salsa. Et hoc mare habet tria nomina secũ dum eundẽ Bed. dicitur enim mare Galilææ à Galilęa prouincia quæ illi est cõiuncta: & mare Tyberiadis à quadã ciuitate quæ olim Genereth dicebatur: sed ab Herode tetrarcha instaurata Tyberias in honorẽ Tyberii Cesaris appellata est. Dicitur etiã tertio mare Genesareth gręco vocabulo à proprietate sua Genesar enim dicitur quasi generans aurã, siue ventũ: quia illa aqua H nõ est quieta: sicut aqua stagnorũ, seu paludosa: sed vẽtis agitatur qui de ipso lacu nascũtur. Dicit tamẽ Iosephus q; sic dictus est à regione Generasa, sed hoc nõ est cõtra Bedam: quia talis regio sic dicta est propterea q; sibi aquam generet mediante lacu illo. Vnde prima ratio huius vocabuli tam in regione quàm in lacu est generatio auræ: à

I qua primo nominata est religio quasi totũ.& deinde loc⁹, quasi pars regionis in qua generat aura.Generatur aũt iste vẽtus secũdũ.s.Tho.ex resolutiõibus a quæ.Et sicut dicit idẽ super Psal. vẽtus non ascẽdit vt appetit:quia reflectitur à frigore medii.s.interstitii aeris nec ta mẽ descẽdit:quia ab eo totaliter nõ vin citur:ideo fertur medio modo.Erat aũt hoc mare in longitudine distensum sta diis,cxl.in latitudine verò quadragin-

K ta:& per illud transit Iordanis fluuius. (Inter medios fines decapoleos.) Decapolis dicitur à deca quod est decẽ,& polis ciuitas.Inde dicitur decapolis regio habẽs in se decem ciuitates secundum alios ciuitas habẽs sub se decem ciuitates.Et facit in genitiuo decapolis, vel decapoleos vlima acuta secundũ grecũ idioma.Ista ergo decapolis secnndum Magistrũ hist.est trãs Iordanẽ ad orien

L tem eiusdẽ maris.Secundũ verò Nico. de Lyra est ista regio ex vtraq; parte lacum includens.(Cũ ergo dicitur dominus venisse per medios fines decapoleos:secundum Nic.de ly,intrauit prædictos fines:non autẽ secundum Magi. histo.sed tantum venit ad littus maris ex opposito prædictæ regionis.Et cũ eo sentit Beda: qui ait dominum venisse ad locum qui medios fines decapoleos ex alia parte maris positos respiciebat.

M (Et adducunt ei surdum,& mut)qui se cũdum Theo. non patiebatur istam à natiuitate:sed à demonio(& deprecabantur eum).s.homines regionis(vt imponat illi manum) firmiter credentes quòd inde reportaret sanitatem. Ecce ergo petitio qua petunt simul tria mira cula fieri scilicet restituere loquelam, & auditum, & effugari demonem oppressorem infirmi.¶ Allegatoricè scien

N dum est quòd nunc Christus in gentibus ei prædicat per seruos suos sed circa finem mundi reuertetur ad Iudæos ad conuertendos:& tunc angeli,& sancti qui sunt patria,& qui erunt tunc in via rogabunt pro populo Iudeorum: surdo audiendam veritatẽ propter suã obstinationem,& muto ad laudandum Christum:sed non ad blasphemandum & possesso à diabolo propter infidelita

O tem.Rogabant,inquam, vt imponat ei manum suæ misericordie, & sanetur. Potest etiam alia allegoria assignari. Nam iste infirmus est genus humanum secundum Hie.& Grego.quod in Adã peccauit,& diabolo arreptum est,sed Christo veniente ad mare huius seculi ad prouinciam Galileæ quę interpretatur tota.& significat volubilitatem no

P stræ mortalitatis.Christum exorant angeli,& sancti vt sanare dignetur infirmum.¶ Anagogicè sciendum est quòd in hac vita omnes etiã sancti sunt quasi surdi:quia pauca .i. sensibilia solum cognoscimus quantum ad quidem:vt patet per Pal.Tho.j.q.lxxviij.& ista

Q etiã pro maiori parte ignoramus. Credimus autem aliis puta deo quædam quæ non videmus nec doceri possumus.i.ea quæ sunt fidei.Sunt ergo omnes surdi:quia oon possunt scientificè doceri de omnibus.imo quasi de nullis possumus habere scientiã. Sunt etiam muti,quia ea pars temporis qua laudat deum vt plurimũ est minima propter alias occupationes, & etiam à demone vexantur per varia tentamenta. Sed Christo veniente ad prouinciam de Ga lileæ,id est rotæ vel transmigrationis: sic enim interpretatur quod sit in transitu mortis: deprecantur sancti patrie, & iusti viæ vt Christus imponendo manum morienti doceat eum scientiam beato

A beatorum & perducat ad laudes angelorum:& liberetur ab insidiis diaboli. Quod vtique Christus facit si morituros efficaciter desiderat coram actu, vel habitu.¶ Moraliter iste infirmus significat quemlibet peccatorem. Talis enim est surdus,quia non audit inspirãtem,nec præcipientem, nec exhortantem, nec comminantem. Tria autem sunt quæ auditum corporalem impe-

B diunt.s.inflatura,si nascatur in aure,& terra si ingrediatur illuc,& putredo si sibi generetur,Et ista tria significant superbiam que turget.& auaritiam quæ terram,id est aurum insequitur:& luxuriã putrescentem coram deo & homini bus.¶ Legitur quòd aspis quando incãtatur tres habet astutias.Vna quia stat firmus in cauerna.etiam si sit putrida. Secunda:quia obturat vnam aurem cũ terra.Tertia quia aliam claudit cum

C cauda.Incãtator volens aspidem.i. peccatorem trahere ad deum:est prædicator.Sed primam astutiã habet luxuriosus:quicũm audit prædicatorem, cogitat quãtum dulcis sit ei putrida cauernã luxuriæ.Secundam autem auarus, qui de auro cogitat.Tertiam superiori bus & omnibus alius peccator:quia credit se longam habi urum vitam:& cum

D sit se longæ caudę.j.vitæ,claudit aurem. Est etiam mutus:quia nec deum laudat nec sua peccata cõfitetur. Iste debet offerri Christo à prælatis:quibus non sufficit venire ad Christum: sed tenentur adducere alios:& debent pro eo rogare Christum,& deprecari.¶ Quantum ad secundum literaliter sciẽdum est quòd Christus exaudiuit istos.(Idco appre-

E hendens eum de turba,seorsum).Secundum Chrysо.Christus facturus miracu lum:seorsum à turba voluit secedere: vt doceret inanem gloriam esse fugien dam.Sed contra hoc arguitur,sic. Christus enim faciebat miracula ad confirdam suam doctrinam, probandam suã diuinitatem.Ergo illa miracula debebat facere coram eis quibus prædicabat suam doctrinam, & quos volebat credere suam deitatem. Non ergo debebat illa facere seorsum: quia impediebatur finis eius. Ad hoc dicitur quòd argumentum probat quòd illa miracula debebant esse multitudinima

F nifesta.Est autem possibile quòd aliquis curetur in occulto: & tamen post sciatur ab omnibus: puta quando omnes sciebant talem esse mutum, & surdum. Seorsum ergo Christus curauit vt doceret inanem gloriam declinare: & tamen eo volente miraculum fuit publicatum ad cõfirmationem suæ doctrinæ.Sequitur.(Misit digitos suos in auriculas eius) quamuis solo verbo curare posset:& hoc secundum Chrys. vt ostenderet suam humanitatem or-

G ganum, & instrumentum esse diuinitatis cui erat vnita:& consequenter ostenderet humanam naturam per ipsum esse à suis passionibus liberandam quæ iam in ipso tantæ erat dignitatis vt per eam sanarentur infirmi.Et expuens tetigit linguam eius).Theo.)Vt,scilicet ostenderet quòd omnia membra sacri corporis eius diuina existunt,& sancta sicut & spiritum quod vinculа linguæ,

H dissoluit.Et enim omne spiritum quidem est superfluitas:sed in domino omnia diuina fuerunt.Hæc ille.Ad intelligendum autem verba Theo est sciendum,quòd virtus spiritualis & supernaturaliter operãs non solùm potest esse in anima & membris animatis: sed etiam in rebus inanimatis: vt patet de aqua baptismali: quæ tantam in se habet virtutem quòd expel-

lens peccata,inducit gratiam.Est ergo sententia Theo.q̄ Christus voluit ostendere talē virtutē in suo sputo esse: vt cōsequenter argueret q̄ multò maior erat in suis mēbris.Nō autē dicere voluit q̄ sputū esset diuinum.i.diuinitati vnitum:cū non sit de veritate humanæ naturæ:sed q̄ esset diuinū,id est,habens in se quādā diuinam,& super naturalē virtutē.Vel fortè potest dici q̄ dominus expuit propter mysterium q̄ in allegoria dicemus Sequitur.(Et suspiciens in cœlū)secundū Bedā vt doceret de cœlo omnem infirmorum medelam esse quærendam (ingemuit Beda. Non quia ipsi opus esset aliquid petere à patre:sed vt nobis gemēdi daret exemplum:cū vel pro nostris, vel pro nostrorum erratibus proximorū supernæ pietatis præsidia inuocamus. Hæc ille.¶ Est autē sciendum secūdū quod dicit.s.Tho.iij.par.q.xlvij. quòd Christus aliquando in miraculis faciēdis orabat,vt se ostenderet à Deo missum:ad quem recurrebat.Sed hoc, vt dicit,faciebat in minoribus:non autē in maioribus, puta quando remittebat peccata, aut suscitabat mortuos: sed tunc suo imperio & potestate faciebat miracula:vt ostenderet se æqualem deo patri.Et si obiciatur q̄ quando voluit suscitare Lazarum,orauit:vt patet Io.xj.dicit idē:q̄ hoc fecit propter exemplum circunstantium.Vnde ibi dicitur vt credant quia tu me misisti.Hæc ex san.Tho.qui intendit quòd si Iudæi astantes credidissent Christū à Deo missum non ostendisset se illo missum orando:sed esse ei æqualem imperando.Quia vero illi necdū credebāt eū à deo missum:ideo ad hoc ostendēdum orauit.Conueniens enim erat ordo vt prius crederent eum esse bonum,& iustū quā quod esset æqualis Deo.Sequitur, & ait imperativè. (Epheta, quod est ad aperire) & hoc quo aures,secundū Bedā.Lingua enim non erat aperienda:sed soluēda(Et statim apertę sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebat rectè (Et sic secundum Bed. ingemiscendo,& suscipiēdo in cœlum docuit se esse hominem: sed imperando deū. ¶ Allegoricè sciendū est digitus Christi significat dona spiritussancti:secundum Hie.& Gre.Nā vbi Lu.xj.dicitur. Si in digito dei eiicio demonta. Mat. xij.dicit Si in spiritu dei eiicio demones.Saliua vero Christi secundū eundem significat sapientiā:eo quod sicut saliua à capite ad os & ad ventrē fluit: ita sapientia omnis à Deo est qui est caput omnium & inde descendit ad vētrem nostræ mentis.Sanatur ergo populus Iudęorū à Christo:vel genus humanum:quādo per sapiētiā perficitur intellectus,vt rectè credat: & per ardorem Spiritussancti voluntas inflāmatur: vt feruenter amet.¶ Anagogicè autem sciendum est quòd ex dictis patet sensus anagogicus huius partis.Sicut enim in via perficitur intellectus noster per sapientiam fidei: & volūtas per amorē viæ qui est tenuis & modicus:ita in patria perficitur intellectus per sapientiam visionis:& volūtas per amorē cōsummatę gratiæ quo anima tota manet ebria.ita vt postmodum ęternum laudet deum.Psal.beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorū landabunt &c. ¶ Moraliter peccator surdus sanatur per immissionem digiti in auriculam.i. per hoc q̄ amor spiritussancti tangit cor. Statim enim frangitur inflatura superbiæ: vt patet in paulo elato:qui prostratus de

de lapo in agnū est conuersus:& abiit terra auaritiæ vt patet in Matthæo qui in terrenis lucris inhiabat: & statim ad huius digiti tactū reliquit omnia:& similiter emundat fetorem luxuriæ:vt patet in Magdalena. Mutus vero sanatur per saliuā.i. sapientiam. Est autem saliua medium,vel dispositiua medii per quod gustus sentitur.Vnde si fuerit saliua corrupta, gustus male iudicet. vt patet de febricitāte, qui propter amaram saliuam quā habet in lingua iudicat dulcia amara.Est autē triplex saliua.s.amara,insipida, & dulcis:quæ facit cibum apparere amara insipida,& dulcis:quæ facit cibum apparente amarum,insipidum,& dulcēs. Et significat triplicem sapientiam.Prima enim est diabolica,qua quis sapiēs est in peccādo. Secunda est humana, vel mundana:vt sapientia in acquirendis diuitiis vel cum quis est magnus philosophus.Tertia est diuina.Prima facit q̄ dulcia opera pietatis,& virtuosa videntur amara.Secunda facit qđ videantur insipida.Tertia verò iudicat de rebus vt sunt ita q̄ spiritualia iudicat dulcia,& carnalia amata: ista operit os muti,vt laudet deū,& confiteatur sua peccata.¶ Quantum ad tertium dicit Euangelista (quod præcepit illis,ne cui).i.alicui (dicerent) & hoc vt doceret inanem gloriam fugiēdam esse secundū Chrys.& Hie.vt.s.dictum est.& ne ante tempus accēderēt Iudæos ad homicidium in se per inuidiam perpetrandū:secundum eundem Chry.Sed contra ista arguitur vt.s.q̄a Christus per hoc hoc præceptum impediebat finē suū.s.manifestationē suę diuinitatis, & confirmationem suæ doctrinæ:q̄ non debuit facere præsertim:quia ei quē à dæmonio liberauerat præcepit dicens.Mat.v.vade in domum tuam ad tuos,& narra quāta tibi fecerit Deus.Ad hoc dicit secundū. s.Tho.iij.par.q.xliij.& secūdū Chry. q̄ duplex gloria in nostro opere cōsiderat.s.nostra,& diuina Cū ergo præcedit nec cui dicatur docet propriā gloriam fugere cum verò præcipit vt res gesta prædicetur docet gloriam quærere Dei. Non autem sunt ista cōtraria.s.nolle aliquid dici: ad gloriā propriā & velle illud dici ad gloriam Dei.Et videntur velle isti doctores q̄ Christus prohibuit laudari opus suū: vt ostenderet se nō quærere gloriā de illo:& tamē sciebat q̄ sine peccato illi publicarent.& sic sua deitas,& doctrina approbaretur.Forte autem q̄ possumus aliter dicere.Sciendum enim est quod miracula tripliciter fiūt.Aliqua enim fiunt ad confirmādā doctrinā fidei.Isto modo mali possunt facere miracula, & de facto quādo fides primo fundabatur multi pessimi fecerūt miracula.Vnde dicitur Mat.vij.Multi dicent mihi in illa die.s.iudicii.Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & demonia eiecimus,& virtutes multas fecimus,Et tunc confitebor illis:ga nūquā noui vos.Prædicātes verò falsum non possent isto modo miracula facere:quia Deus nō pōt reddere testimonium falsitati.Aliqua vero fiūt ad probandā sanctitatē alicuius. Et isto modo post fundatā fidem sancti faciūt miracula cōmuniter.Vnde quādo sanctus est approbandus,seu canonizādus fit inquisitio de miraculis.Alio modo fiunt ad consolationē fideliū:qui postulantes aliquid siue à Deo immediatè, siue mediante aliquo sancto aliquādo merentur:exaudiri possumus ergo dicere quòd Christus multoties illa pa-

I tria prędicauerant,& miracula fecerat vt patet ex Histo.Euangelia.ideo credebant in eū omnes:vel saltem habebant credendi causam.Vnde hoc miraculum non fuit ad confirmandū doctrinam eius,vel deitatem asserēdam: sed ad exaudiendum deprecātes.Ideo in tali miraculo voluit ostēdere se gloriam Dei,& nō suā quærere : & in illo & in aliis sequitur:& in illo & in aliis. Sequitur.(Quanto autē p̄cipiebat eis
K tantò amplius p̄dicabāt) Sed si Christus sciebat q̄ ita facturi erant: quare præcipiebat ne facerent.Ad hoc respō det Aug.de consen.euan.dicens,q̄ hoc fecit.vt excitaret pigros.Si enim isti quibus prædicatio prohibebatur prædicabant quid facere debuerāt illi quibus iniungebatur vt prædicarēt.Vel possumus fortè dicere q̄ Christus sic præcipiebat vt ostenderet q̄ quātum in se erat laudes ꝓprias nō q̄rebat.Sed
L cōtra prædicta arguo sic aut xp̄s volebat q̄ isti obedirent.aut nō.Si primū isti peccauerunt:quos tū euāgeliū vr̄ comēdare.Si secūdū sequit q̄ in Christo fuerit duplicitas:quæ præcipiebat quod nolebat obseruari.Ad hoc dico q̄ sicut patet per magistrū sentētiarū. j.di.xlv.Duplex est in deo volūtas :& similiter in Christo. Voluntas.ſ. beneplaciti qua aliq̄d vult esse vel nō esse.
M Et volūtas signi qua nihil vult esse vel nō esse:sed si habet sicut aliquis volēs aliquid esse vel non esse.Nos enim si volumus aliquid esse: præcipimus vt fiat ideo quādo Deus aliquid præcipit:sed aliq̄ illud esse nō velit tamen se habet vt homo volēs Et istud p̄ceptum quod Deus facit dicitur volūtas signi.quia scilicet præceptū est signū volūtatis in nobis quāuis nō in deo.Si enim Deus nō vellet fieri omnia quæ præcipit null⁹ posset agere cōtra præcepta dei:sicut nullus potest eius volūtati resistere.Volūtas ergo beneplaciti semper impletur : non voluntas signi. Ad hoc argumentū ergo dico q̄ Christus non voluit illos tacere voluntate bā placiti:q̄a oīno tacuissent:nec etiā volūtate signi quasi eos obligaret ad peccatū:q̄a dicit.ſ.Tho.sup Mat.q̄ rales nō peccauerūt.Nec tū in Christo fuit duplicitas:q̄a i suo p̄cepto nō oī-
debat nisi q̄ ipse quātū i se erat appetebat latere:nō aūt oēdebat se eos velle obligare vñ ipsi vidētes q̄ ex hūilitate p̄cipiebat:acceperūt illud p̄ceptū quasi depcationē : & nolētes eū exaudire ne ipsi ingrati viderēt:sicut ille videbat humilis:magnificabāt eū:& publicauerūt factū.Vñ secuta est magna laus christo in turba.Vnde subditur.(& eo amplius admirabantur).ſ.tā isti quā turbæ q̄ de humilitate christi,& miraculis eius stupebant dicentes. (Bene omnia fecit:& surdos fecit audire & mutos loqui.) ¶Moraliter docemur q̄ q̄runt gloriā,humiliarī:& q̄ humiliāt seexaltant ab aliis,vel à Deo.Hic:Ciuitas in mōte posita vndique circūspecta absconditī nō p̄t & humilitas semp p̄cedit gloriam.Hęc ille.Itē instruimur iuxta doctrinā Theo.dicētis,Docemur aūt ex hoc sicut būficia elargiunt minimè applausus,& laudes appetere.Cū verè accipimus būficia bēfactores p̄dicare,& laudare:quāuis noluerint.Hæc ille.

Domin.xiij.post Trinita.

Luc. x.

BEati oculi qui vidēt quæ videtis. Dico enim , vobis quod multi prophetæ,& Reges volunt videre quæ vos videtis,& non viderunt:& audire,quæ auditis,& nō audierunt.Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans illum,& dicens.Magister,quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum , In lege
a quid scriptum est, Quomodo legis?Ille respōdens dixit,Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo , & ex tota anima tua,& ex omnibus viribus tuis,& ex omni mēte tua: & proximum tuum sicut te ipsum dixitque illi.Rectè respōdisti:hoc fac,& viues.Ille aūt
c volēs iustificare se ipsum ,dixit ad Iesum.Et quis est me? proxim⁹? Suspiciēs aūt Iesus dicit , Homo q̄dā descēdebat à Hierusalē in Hierico , & īciditī latrones q̄ etiā despoliauerūt eū:& plagis impositis abierūt semiuiuo relicto.Accidit
d aūt vt sacerdos q̄dā descenderet eadē via,& viso illo prēter iuit.Similiter,& leuita,cū esset loc⁹ locū,& videret eū,pertrās ijt . Samaritanus aūt q̄dā iter, faciēs,venit sec⁹ eū:& vidēs eū misericordia mot⁹ est Et appropinquās
e ligauit vulnera eius,infundēs oleū,& vinū:& imponēs illū, in iumētū suū,duxit in stabulū : & curā eius egit . Et altera
f die protulit duos denarios, & dedit stabulario,& ait, Curam illius habe:& quodcunque superogaueris , ego cū rediero reddam tibi.Quis horū triū videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones ? At ille dixit,Ille qui fecit misericordiā in illū.Et ait illi Iesus, Vade,& tu fac similiter.

BEATI OCVLI Q VI vidēt q̄ vos videtis &c.Lux.Sicut dicit bea.Amb.lib. de officiis multiplex olim fuit de felicitate opinio. Quidā enim illam posuerunt in corporis voluptate,vt Epicur⁹.Qui quāuis diligēter excoluerit virtutes,vt testatur.ſ.Tho.super lib.Eth.tū hoc ideo fecit ,vt quietior frueretur corporis voluptate.Qui dam vero illā posuērūt in animi virtute,& quadā exteriori honestate,vt Peripatetici.Quidā vero in cognitione Dei,& visione,vt Christiani cū quib⁹ tamē etiā Peripatetici,potissimē Aristoteles conueniunt:quia principaliter dicūt illā cōsistere in nobilissima operatione:nobilissimæ potentię respectu nobilissimi obiecti,vt patet in li.Ethi. quāuis secūdario consistat in aliis virtuosis operibus.Ista autē nobilissima operatio est intellectio Dei quia intellectus est nobilissima potentia,& Deus nobilissimum obiectum . Hanc ergo opinionem saluator confirmat in præsenti Euange.in quo tanguntur tria puncta.quæ sunt Instructio, Tentatio , Justificatio.

¶ Quantum ad primū literaliter sciēdum est : q̄ Christus nos instruit vbi

I sit vera felicitas,& beatitudo dicens ad discipulos suos,(Beati oculi qui vident quæ vos videtis.) Sed contra:quia beati qui non viderunt,& crediderunt.Io. xx.Solutionem vide dominica in octa. Paschæ.Vbi sciendum est quod apostoli duo videbant.s.diuinitatem christi secundum mentem,& humanitatem eiusdem secundū corporales oculos. In his autem duobus consistit felicitas & præmium nostrum.In primo quid est felicitas essentialis in secundo vero accidē talis.Et licet humanitas Christi videat oculo corporali : tamen potest videri oculo non glorificato: vt viderunt apostoli: & glorificato vt videbunt sancti patria. Similiter diuitias potest videri per apertā visionem patriæ & per fidē viæ.Qui ergo videt diuinitatem Christi per visionem patriæ & eius humanitatem per oculum gloriosum est perfectissimè beatus. Qui autem videt diuinitem per fidem puram,& viuam beatus est in spe,& si nō in actu.Vndepsal. Beati immaculati in via. Et si talis videat etiam christi humanitatem,vt faciebant apostoli : talis erit adhuc beatior.Viderūt enim apostoli christi gratiosam præsentiam verbi in assumpta humanitate vt patet.j.Io.j. Secūdo sanctitatem vitæ in eius conuersatione, iuxta illud.Baruch.iij.Postea in terris visus est , & cum hominibus conuersatus est.Tertio eius potestatem in miraculorum operatione.Luc.ij. Repleti sunt timore magno dicentes , quia vidimus mirabilia hodie. Quarto eius gloriā in transfiguratione vt patet Lu.ix.Quintò eius pietatē in pauperū miseratione Mat.viij. Misereor super turbā. Sextò eius mansuetudinē in opprobriorū supportatione.Io.ix. Vos ihonorastis me. Et sequit. Ego non quæro gloriā meam

Septimò eius feruorem in prædicatione Io.viij.Iterum diluculo venit in templum.Vnde vt patet ex euangelistarū decursu per multos annos continue & incessanter docuit & discurrebat pedes Octauo eius patientiam in vulneribus & passione.Vnde dicitur Mat.xxvij.Iesus autem nihil loquebatur ita vt miraretur præses &c.Omnia aūt hæc fide & certitudine videbant. Et sic christus beatos dicit apostolos. Non autem fuerunt beati Pharisæi:quia non viderunt diuinitatem per verā fidē & sed beati potius à christo dictis sumus nos qui fide videmus,quæ apostoli fide & corporeo sensu viderunt.Cyrillus.Multi Iudeorum viderunt christum diuina operantem corporali intuitu : nec tamē omnibus beatificatiocōuenit.Non enim crediderunt neq;, viderunt gloriā eius oculis mentis. Beatificati ergo sunt oculi nostri qui fide videmus verbum pro nobis hominem factum. Hæc ille. Et licet beatiores fuerint apostoli quā prophę & reges tū etiam illi fuerūt beati:quia per fidem viderunt & desyderauerunt videre oculo corporali christū sed non viderunt. Vnde subditur(Dico enim vobis quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis)scilicet me incarnatum (& non viderunt,& audirent quæ vos auditis),s. secreta cœlestia ex ore meo(& non audierunt.)Et notanter euangelista dicit multi,& non oēs secundum Origenem quia viderunt christū ali qui eorū licet pauci. Vnde & Abrā dicit ꝙ vidit diē christi & gauisus est.vt dī Ioā.viij. Vel secundum Chry.cum dicit multi debemus intelligere oēs quia licet aliqui eorum viderint christū non tū viderunt quæ viderunt apostoli.s.conuersantem Deum inter homines & loquentē eis ut

cut frater loquit ad fratres.¶ Moraliter instruimur quod semper debemus christum & eius doctrinam atq; opera contemplari & quia beati sunt talium oculi.Vnde dicit apostol⁹ ad Heb.xij.Aspicientes in autorem fidei, & consumma torē Iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione cōtempta. ¶Quantum ad secundū literaliter sciendum est quod saluator dixerat ꝙ nomina discipulorum erant scripta in cælis ideo secundum Bedam quidam legisperitus. i. doctor in lege Moysi in hoc sumpsit occasionem tentandi christum idest sumendi experimentū de eo quantum sciret,& quantum nesciret. Vnde sequit.(Ecce quidam legisperitus surrexit tentans eum & dicens.)Iste secundum Ciril. erat de numero aliquorum loquacium qui circumibant regiones detrahentes christo & dicentes ꝙ inutilia loqueretur.Voluit ergo eum prouocare vt dicit idem Ciril. quatenus aliter quid dicecet contra Moysen di.(Magister quid faciendo vitam æternam possidebo:) in qua. s. sunt scripta nomina iustorum.Sequitur.(At ille dixit ad eū In lege quid scriptum est quomodo legis)Ad intellectum autem responsionis quam legisperitus respōdet sciendum est iuxta doctrinam.S.Tho.ij.ij.q.xlij. quod Deut.vj.præcipitur vt deus diligatur ex toto corde ex tota anima , & ex tota fortitudine.Sed Mar.xij. & Lu. x.ponuntur eadem tria.s.cor,anima, & vires seu virtus quod idem est quod fortitudo & additur mens. Sed Mar. xxij. ponuntur duo.s.cor,& anima & dimittitur ex tota fortitudine : &, additur ex tota mente. Oportet ergo vt declarentur quatuor.s.cor, animam fortitudinem & mentē:quia si aliquod horū alicubi omittit hoc est quia in aliis intelligitur.¶ Est ergo sciendū quod per cor hic significatur volūtas. Nam sicut cor est principium omnium corporalium motuum : ita voluntas est principium omnium spiritualium maximè quantū ad intentionem finis quæ est obiectum charitatis. Tria autem sunt principia spiritualia actuum quæ principia ad operandum ex voluntate mouent.s.intellectus qui hic dicitur mens,& appetitus sensitiuus qui hic dicit anima , & vis executiua quę hic dicitur fortitudo siue virtus vel vires. Præcipitur ergo nobis quod intentio nostra ferat in deū quod est Deum toto corde diligere , & quod intellectus subdatur deo credendo ea quæ Deus iubet credere & quod appetitus sensitiuus regulet secundum Deum & quod actus exterior obediat deo.Dicitur ergo.(At ille rādens dixit) supple in lege sic lego. (Diliges dām deum tuum ex toto corde tuo)ita quod tuus finis sit deus(& ex tota anima, tua ita quod tuus affectus sensitiuus, regulet secundum rationē(& ex omnibus viribus tuis)ita quod actus tui exteriores sint secundum legem dei(& ex omni mente tua)ita quod intellectus tuus subdatur deo.Sed contra quia hoc mēbrum non inuenitur in tota lege veteri Ad hoc dicit Gorram quod ideo dicit ibi scriptum & quia deducit ex scriptis (& proximum tuū sicut te ipsum.) Est autem sciendum quod ly sicut aliquando importat æqualitatem & sic amare proximum sicut seipsum est amare illū tantum quantum quis seipsum amat. Isto autem modo nullus tenet amare proximum vt seipsum quia ordo charitatis requirit vt quis se plus quàm proximum amet vt patet.ij.ij.q.xxvj.Aliquando vero ly sicut importat similitudinem & sic ille amat proximum vt se-

ipsum qui illum amat ad eundem finē vltimum secum, quia. ſ. vult ei felicitatem æternam & illa per quæ ad illam venit. ſ. virtutes & gratiam Dei & alia inquantum sunt pro bono animæ eius. Et isto modo tenemur amare, proximū sicut nosipsos. i. eo modo quo nosipsos amamus: sed non tantum quantum nos amamus. Sed nunquid potest homo ista in hac vita implere. Respondet S. Th. ij. ij. q. xliiij. quod possumus implere imperfectè nihil. ſ. agendo quod repugnet perfectæ vnioni animæ ad deum quæ est finis dei in hoc præcepto non autē possumus implere perfectè pertingendo. ſ. ad prædictum finem: sed hoc erit in patria. Dupliciter enim potest aliquod præceptum impleri, puta si dux præcipiat vt pugnet. Vno modo perfectè perueniendo scilicet ad finem præcipientis: puta victoriā. Alio modo imperfectè quia. ſ. licet nō perueniat quis ad finē puta victoriam tū nihil facit repignans victoriæ vt puta si pugnet secundum ꝙ pugnare debuit. i. secundum disciplinam militarē. Sicut ergo nō peccat miles qui rectè pugnat, & tamen nō vincit, ita & qui nihil facit contra Deū siue qui nullum mortale cōmittit & tamen non toto corde vnitur deo eo modo quo vniemur in patria non peccat: quasi hoc præceptū nō obseruet. Quia verò omnia præcepta diuina ordinant ad dilectionē dei & proximi. iuxta illud Mat. xxij. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. ideo subiungit (Dixitq; illi. Rectè rādisti: hoc fac, & viues) vita æterna, & immortali. ¶ Moraliter docemur ꝙ nō est semper respondendum durè interrogantibus ex mala voluntate. Nam saluator tentanti se benignè rādit: & dicta eius commendauit. ¶ Quantum ad tertium

literaliter sciendum est quod tempore illo fuit magna quęstio inter phariseos & scribas quod esset maximū mandatū legis. Quidā enim dicebant ꝙ sacrificare deo erat maximum opus quod pertinet ad latriā. Quidā verò præferebāt opera pietatis. Iste ergo scriba siue doctor interrogauit Christū de duobus. ſ. quid faciendo vitā æternā possideret, vt dicit hic Lu. & quod esset maximum mandatum in lege vt dicit Mar. xxij. & Mar. xij. Et hoc dico supposito ꝙ fuerit idem scriba de quo iste & illi loquūtur quod tū non habeo certū: quamuis teneāt cōiter expositores. Iste ergo scriba secundum Ciril. audita christi rāsione eum commendantis in superbiā elatus est sed secundum Nic. de ly. & aliquos alios non est elatus in superbiam sed cōpunctus est in verbis christi quā in principio interrogauit malo fine Vnde christus dixit ei. Non longe es à regno dei vt patet Mar. xij. Secundum ergo has duas opiniones dupliciter exponitur quod sequit. ſ. (Ille aūt volens iustificare seipsum.) Nam qui dicūt eū superbiisse dicūt ꝙ voluit se iustificare id est ostendere iustum quasi nullū haberet proximum. i. sibi in iustitia cōparandum vel ꝙ voluit se iustificare quantum credidit se habiturū tale rādsum à christo per quod ostenderet se iustificare seipsum vere operæ adimplendo mandatū de dilectione proximi. Veruntamen etiā dato ꝙ sit idem scriba vt tenendum cum sanctis ꝙ non sit cōpunctus: sed elatus potius. Neq; hoc probat per illud non longe es à regno Dei. ¶ Pro quo sciendū est ꝙ ille interrogauit quod esset maximū mandatū in lege. & christus rādit ꝙ erat mandatū dilectionis, & non sacrificii. Et quia ille

doctor tenebat hanc opinionē cōmendauit opinionis Christi di. In veritate magister rectè rādisti vt patet Mar. xij. Et è contra Christus videns ꝙ sapiēter ille respōdisset, dixit. Non lōge es à regno dei: quod ideo dixit non quia esset cōpunctus: sed quia rectā opinionē sequebat in prædicta quæstione. Et ideo dicit glo. ꝙ longius distant ignorantes quam scientes. Et Chryso. dicit ꝙ licet non esset longe, tñ distabat à regno dei. Sequit. (Dixit ad Iesum. Et qs est meus proximus) quasi diceret i animo suo secundū Cyril. & Theo. Parē non habeo in iustitia vt posit mihi esse proximus Vel sēm alios vt statim subiūgat, hūc se semper dilexisse si christus rādisset, vt cogitabat. ¶ Notandum vero ꝙ proximus dicit primo carnali propinquare psal. Amici mei, & proximi mei aduersum &c. Secundò religione vt oēs christiani. Eccl. xv. Exaltauit illū apud proximos suos. Tertiò pietate vt soli boni, vt patet hic. Quartò naturę cōfortatę vt oēs homines vt hic Christus concludere exceptis dānatis. (Suspiciēs aūt Iesus dixit.) Fortè suspexit dās ad celum suspirando quia id ꝙ volebat dicere significabat calamitatē humani generis. Nam sequitur. (Homo quidā.) Secundum aliquos istud nō fuit res gesta, sed parabola, sed secundū alios fuit res gesta quia inter Hierusalē & Hiericho erat sylua magna, seu desertum in quo latrones cædes & prædas exercebant. Sed siue sic sit siue sic sciendū secundum Gorrā ꝙ statim saluator potuerat rādere & dicere. oīs homo est proximus tuus: sed voluit inducere exemplū vt ex responsione Scribæ conuinceret eum de falsa sua opinione. Iudæi enim nullū existimabāt ꝓximū nisi Judæos. Christus aūt voluit probare ꝙ omnis homo est ꝓximus omni homini argues à maiori vt patebit. Dicitur ergo ꝙ ille homo (descendebat à Hierusalē in Hiericho.) Hierusalē enim est in montibus & hiericho in cāpestribus (& incidit in latrones qui etiā despoliauerūt eum & plagis impositis adierunt semiuiuo relicto) vel quia ille voluerat se defendere, vel quia ab eo latrones cognoscebātur & consequenter timentes, ne prodere eos voluerunt illū occidere. His eñ de causis consueuerunt vulnerare. (Accidit autē vt sacerdos quidā descenderet eadē via.) Iste qui fuerat vulneratꝰ credit fuisse Iudeus & hoc tenet Hugo. car. & videtur idem sentire. Aug. de verbis dāi. & consequenter ipse, & sacerdos qui illac transibat erant eiusdem gentis (& viso illo prætermisit) durus, & crudelis. Iste sacerdos videtur fuisse crudelior feris. Dicit enim Bea. Tho. super Psalm. xxxvij. quod nullus est, ita crudelis qui non compatiatur naturaliter afflicto. Vnde vt idem ait, & experientia docet: carnis non mordet iacentem. Iste ergo fecit contra naturam, & videtur fuisse crudelissimus. (Similiter & leuita.) Leuita est persona sacra quæ sacerdoti immediatè submistrat in sacrificiis diuinis. (Cùm esset secus locum, & videret eum pertransiit) quamuis esset ei genere propinquus: secundum Theo. & August. de verbis domini. (Samaritanus autem quidam) Samaritani & Iudæi intantū fuerunt inimici quod nō concilibātur. Vnde & mirabatur mulier Samaritana quod christus qui Iudęus erat postularet ab ea aquam literi faciens.) Erat enim extra regionem suam & peregrinus & consequēter cū magno incōmodo poterat gerere curam vulnerati, & tamen (venit secus eū) vt videret quid

nam

I nam haberet (& videns eum) intantis doloribus(misericordia motus est)quã uis esset de gente,& populo inimico(& approprians).i.appropinquans secundum locũ,& compassionem(Alligauit vulnera eius infundens oleũ)ad dulcorandum(& vinum)ad purgãdum(& imponens illum in iumentum suum) ipse enim pedes iuit,& fortè lætior quã ante iret in equo:quia amor fraternæ cõpassionis portabat eum(duxit in stabu
K lum.)Stabulũ dicitur statio boũ.&secũdũ aliquis erat locus pastorũ in deserto,sed reuera videtur fuisse hospitiũ in quo itinerantes pausant,& reficiuntur. Hoc enim expresse innuit Chry.qui stabulum ecclesiæ cõparans,ait.Est enim stabulum ecclesia quæ itinere mundi lassatos suscipit,& vbi viator lassus reficitur. Hæc ille (& curam illius egit. Et altera die protulit duos denarios,& dedit stabulario).i.hospiti (& ait Curã
L illius habe).Denarius propriè fuit nũmus argenteus valens decem nummos vsuales.i.paruos sed tamẽ ampliato vocabulo omnis nũmus argenteus dictus est denarius.Vnde denarij quos iste obtulit pro salute,& expensis infirmi creduntur fuisse magni valoris:sicut alicubi sunt nummi argentei valoris magni. Vt quid enim iste samaritanus quividetur fuisse homo nobilis:postquã in hoM spitio habuisset infirmum per vnam diem protulisset.xx.obolos pro expensis factis,& faciendis.Fuisset enim deri sibile hoc,& rusticum.Sed credo quòd duo denarij fuerant duo argentei : qui argentei valebant duos aureos,vel circa.Et idem credo de argenteis quibus, christus venditus:& agerAcheldemach emptus est.(& quodcunq; super erogaueris ego cùm rediero reddam tibi)ad ductũ ergo exemplo christus intendit concludere propositũ suum.i.istam cõclusionem:q̃ omnis creatura rationalis cui possumus exhibere miam,vel à quia possumus misericordiã suscipere est noster proximus. Dicit ergo (ex horum trium videtur tibi proximus fuisse & qui incidit in latrones.) Vtrũ ne fuit sacerdos,aut leuita q̃ erantgene re vicin' aut Samaritanus qui erat inimicus.(At ille dixit.Qui fecit misericordiã in illũ.) Ex hoc arguit dupliciter. Primò sic. Si quis homo esse posset quO non esset noster proximus:ille maximè esset inimicus.Sed hoc est falsum: quia Scriba testatur quòd Samaritanus fuit proximus Iudæo vulnerato inimico. Ergo nullus homo est quẽ nõ sit noster proximus. Si enim inimicus est proximus:multò magis alij.Secundò,arguit Augu.de doc.christiana sic. Proximus est cui exhibẽda est misericordia : sed exhibẽda est oĩbus quibus põt exhiberi etiam inimicis,dicente do mino. Benefacite his qui oderũt vos. Ergo proximus est omnis cui potest exhiberi. Et quianon possum esse proximus tibi nisi tu sis proximus mihi:cũ ista sint correlatiua sicut & vicinus.ideo sequitur q̃ etiã proximus sit qui põt misericordiã facere. Ex his sequitur q̃ proximi nostri quos diligere tenemur sint.Primò ipse Iesus christus saltem inquantũ homo,quicquid sit in quantũ deus.Secundò angeli beatitiò beatæ animæ.Hi sunt proximi qui possunt impendere nobis misericordiã Quartò animæ quæ sunt in purgatorio.& Quintò omnes viuentes in carne.Hi aũt sunt proximi:quia eis possumus impendere misericordiam. Diabolus aũt & omnes dãnati non sunt proximi nostri.ideo tandẽ concluĩt saluator.(Hoc fac,& viues).i.impende misericordiam

A ricordiam:quia illa facit esse proximũ potius quã generis propinquitas. Hæc omnia sunt de mente Aug. vbi.s. ¶Est aũt sciendum q̃ si prædicta nõ fuerunt res gesta:sed parabolam dixit saluator: assignatur alius sensus literalis qui tamen esset allegoricus si res istę verè fuerunt gestæ.Sine ergo fuerit sic siue sic.Dicamus sic(Homo quidã). i. Adã secundũ Orig.vel genus humanũ secũ
B dum altos (descẽdebat) per peccatũ(ab Hierusalem). ãcælesti vita,& felicitate secundũ Aug.de cõsen.euang.vel à paradiso in quo omnia quæ videbat erant ad pacem eius secundùm eundẽ contra Pela.(Hiericọ).i.in mundum se cundùm eundem contra pelagi. Hieri co enim interpretatur Luna : significat huius seculi variationem(& incidit in latrones).i.in diabolum,& angelos eius secundùm Chry.Amb.& Aug . contra
C Pelagium(qui etiam despoliauerũt eũ) bonis.s. morũ ornamentis : & iustitia originali,& gratia dei:& omnibus virtutibus moralibus infusis:&breuiter secundũ Amb.omnibus indumentis gratiæ spiritualis(& plagis impositis) quã rum ad malas inclinationes quæ in natura remanserunt (abierunt semiuiuo relicto)secundũ Aug.cõtra Pela.homo aũt post peccatũ fuit semiuiuus.i. pro
D dem liberũ arbitrium: sed non taliter vt posset redire ad ęternam vitam quã perdiderat.ideo carens propriis tribus facebat.Vel.secundũ Theo. semiuiuus est:quia anima quidem immortalis est sed corpus mortale.Vel semiuiu':quia plenè non poterat operari opera viui. virtuosa:quia licet ab eo non fuerit sublata natura:fuit tamẽ diminuta habilitas ad bonum in natura sua,& fuit inducta mala concupiscentia. Negligẽ
E tia aũt ad bẽne operandũ,& inclinatio ad malũ:sunt causa iacendi sine operibus.Secundũ Chry. aũt per sacerdotẽ intelligitur Aaron:& per leuitã Moyses:& neuter potuit curare vulneratũ. Vel secundũ Aug.per sacerdotem intelligitur tempus legis in qua mandabãt sacrificia.per leuitã vero tempus prophetarum:per Samaritanũ verò intelligitur christus secundũ Aug.de verbis
F domini:quia Samaritanus interpretatur custos.hic Samaritanus secundum Amb.descendit non per peccatum:sed per incarnationis misterium:& venit cæcus.i.prope infirmitũ secundũ Aug. eo q̃ venerit in similitudine carnis peccati:quãuis non in carne peccati. Alligare vulnera secundũ Aug. est cõdonare,& pacere peccata. Oleum secundũ ipsum est consolatio spei. Sed vnũ est exhoratio ad operandũ. Vt oleum secũ
G dum Amb.est remissio peccatorũ Vnũ vero est præceptum quo malacohibentur.Vel oleum secundũ Gre.est pietas. vinumverò iustitia,&timor iudicij.vel oleum secundũ Theo. est conuersatio humana christi.Vinũ vero diuina quo vtroq; nos saluat christus.Vel secundũ Chry.oleũ est Chrysma:vinum est sanguis passionis.Iumentũ secundũ Amb.
H est caro cui nos imponit dũ pro nobis in cruce patitur.Stabulum est ecclesia secundũ Chry.in qua peregrini, & qui escunt in spe cælestiũ à terrenis laboribus,& reficiũtur verbo dei.Altera dies secundum Amb.est dies resurrectionis duoverò denarij secundũ eundem sunt duo testamenta quæ imaginẽ perferũt æterni regis. Stabularius est ecclesiæ prælatus Ambr. Beatus ergo stabularius qui alterius vulnera curare potest Beatus ilie cui dixit Iesus quodcunque supererogaueris reddã tibi.Nã quãdo

reuerteris

I reuerteris domine.nisi iudicij die. Nã licet vbiq; sis semper &stans in medio nõstrũ auertens à nobis.Erit tamen tẽpus quo vniuersa caro te respiciat reuertentem. Reddes ergo quod debes. Beati quibus es debitor. Vtinam nos simus idonei debitores: si quod accipimus posſimus exoluere.Hæc ille.¶ Moraliter prædicta exponuntur de peccatore quolibet descendens de statu iustitiæ in peccatũ mortale. Hic spoliatur X à demonibus bonis gratiæ & vulneratur in bonis naturæ: & relinquitur semiuiuus:quia tollitur ab eo vita gratię remanente vita naturę. Cui christus appropinquans in sacramento pœnitẽtiæ alligat vulnera eius:infundẽs oleũ misericordiæ cũ vino iustitiæ ducitq; in stabulum.i.ecclesiam vbi simplices recipiũtur.Et altera die.i.in die cõfessionis:prima enim fuit contritionis:& tertia satisfactionis. Dedit prælato L duos denarios idest intelligentiã diuinæ & humanæ legis dicens.Curã illius habe salutarem pœnitentiam imponendo. & quodcunq; supererogaueris vltra præcepta ad quæ quilibet tenetur. reddam tibi in vita æterna.

Domi.xiiij.post Trinitatem.

Lucæ.xvij.

M Vm iret Iesus in hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galileam. Et cum ingrederetur quoddã castellum,occurrerunt ei decẽ viri leprosi,qui steterunt à lõnge:& leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri,Quos vt vidit,dixit, Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent,mundati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est:regressus est, cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius,gratias agens. Et hic erat samaritanus Respondens autem Iesus, dixit,Nõne decem mũdati sunt? Et nouem vbi sunt Non est inuentus qui rediret.& daret gloriam Deo,nisi hic alienigena, & ait illi,Surge,& vade:quia fides tua te saluum fecit.

N

O

P

Cvm iret iesvs in hierusalem transibat per mediã Samariam & Galileam.Luc.xvij. In presenti euã.tanguntur tria puncta,quæ sunt.Postulatio,natio reprehensio.¶ Quantũ ad primã literaliter sciendum est ꝙ Samaria aliquando significat regiã ciuitatem: aliquando prouinciã. Nam cum populus dei.xij.tribubus cõtineretur sub Roboã filio Salomonis stulto diuisum est regnum eius:& remanserũt sibi duæ tribus scilicet Iuda,& Beniamin. reliquæ aũt.x.fecerunt sibi regem hieroboam: vt patet.iij. Reg.xij. & sedes regni. x. tribuũ fuit Samaria ciuitas. Sed captiuatis.x.tribubus per Nabuchodo. regẽ Baby.misit idem rex gentes quæ colerant terram illã,& dicti sunt Samaritani ab illa ciuitate vel prouincia. Et illi colebant simul deum, & idola. saltem aliquo tempore.Nam cũ prius colerẽt idola deus immisit bestias infestantes eos:ideo sunt coacti colere deũ.Et semper fuerunt Iudæorũ inimici: & recipiebant quinq; libros Moysi: sed non prophetas.Dicitur ergo.(Dum iret Iesus in Hierusalem)scilicet vltima vice quãdo ibat ad mortẽ (transibat per mediam Samariã)sumendo Samariã pro prouincia(& Galileam)Quomodo aũt transiuit Iesus per vias,&ciuitates gentium.vide.ſ.dominica.xij.(& cũ ingrederetur quoddã castellum) vt ibi effunderet cibũ animarũ.i.doctrinam suam (occurrerunt ei decem viri leprosi) in ipso,scilicet ingressu castelli:quia secũdum Titum extra ciuitates tanquã immundi morabantur.Occurerũt inquã, quia audierant famã miraculorũ eius (qui steterunt à longe)propter reuerentiam christi.&etiã quia sanis appropinquare verebantur propter immunditiã suã erubescentes secundũ Theo.(& leuauerunt vocem) lamentationis, & deprecationis ex magno desiderio sanitatis(dicentes Iesu præceptor.) Secundũ Theo.in hoc ostendũt se Iesum deũ esse credere. Vnde subditur (miserere nostri).q.d. Potes nos solo verbo curare. ¶Allegoricè secundũ Aug.de cõſ.euã. & Bedã isti leprosi sunt hæretici: qui in exterioribus.i.in verbis ostendũt varium colorem:dũ dicunt quædã vera, quædã falsa.Lepra enim est vitiũ coloris in superficie prætendens varietatẽ. Sic aliter sunt ab ecclesia vitandi. vt ipsa exclusione coacti Iesum præcepto rem magnis vocibus clament: & bene præceptorem Iesum appellãt: quia in eius verbis errauerant. ¶Moraliter lepra significat generaliter omne peccatum mortale:quia est morbus incurabilis abominabilis,& vilis. Si peccatum mortale non potest curari nisi virtute diuina.Vt patet.iij.dist.xix.arg.j.& facit abominabilem apud deum,& corrũpit vniuersaliter omnia dona cõsequẽtia gratiam dei:quia ipsum tollit gratiam.Spiritualiter tamen significat luxuriam,auaritiam,& superbiam: quia est morbus fœtidus sitibundus,& cõtagiosus.Modus autem quo isti tales curandi sunt est.Primò per humilem sui cognitionem : quia steterunt à longe velut Publicianus.Et secũdò per intensum desyderium, & clamosam orationem:quia leuauerunt vocem. Et tertiò per puram confessionem : quia missi sunt ad sacerdotes: vt videbitur.

¶Quantum ad secundũ literaliter sciendum est. ꝙ lex Mosayca mandauit Leui.xiiij.vt mundati à lepra ostenderent se sacerdotibus propter duo. Primò:quia sacerdotis erat iudicare vtrũ essent verè mundati,vel non. Secundò vt offerrent pro sua mundatione sacrificium in lege statutum.Legalia autem habuerunt cursum vsq; ad christi passionem in qua dixit.cõsummatum est. Vnde christus ea seruauit.vt patet in circuncisione, purificatione, & imolatione agni.Ideo quos à lepra sanabat, ad sacerdotes mittebat. Sequitur ergo (quis vt vidit dixit.Ite ostendite vos sacerdotibus) vt scilicet illi quorum interest experiantur vestram emundationem,secundùm Theolog.& vt operatis legale sacrificium purgationis secũ dùm Cæril.& vt publicetur miraculum secundùm Gorram. Vnde dixit sacerdotibus non sacerdoti, & vt ostendatur spiritualis curationis ordo vt sicet post contritionem sequatur cõfessio.Dicit autem quædã gl. ꝙ vitia alia ab infidelitate dominus per seipsum sanat in mente:sed per hoc non intendit excludere secretã confessionem sed publicã reconciliationẽ secundũ Gorrã.

Notat

E

F

G

H

I Notat autē etiam idem hoc quòd sicut alienum:ita & proprium delictū ei soli debemus pādere qui posit,& velit pro desse.Et vt dicit Theo.dominus in hoc suo præcepto ostēdebat eos esse curandos aliàs ad quid eos misisset vt iudicarentur de emūdatione. Vnde sequitur. (Et factum est dū irent mūdati sunt)diuina virtute,cōcurrente fide eorum, & obedientia ad Christum. Cùm autē decem essent vnus eorum erat samaritanus.& secūdū Theo.reliqui iudæi. Sed K Samaritanus statim vt se mundum vidit:regressus est ad regratiandum Christo.Io sequitur.)Vnus autem,ex illis vt vidit quia mūdatus est regressus est,cū magna voce magnificās deum.)Titus. Dedit autem ei appropinquandi fiduciā susceptā purgatio. Vnde subditur. (Et cecidit in faciem suam ante pedes eius,gratias agēs)fidem suā simul cum benevolentia pandens.Hæc ille. Et hic L erat Samaritanus).Theo.Hic pōt cōii cere quòd mihi impedit quemquā placere Deo:etiam si de genere prophano processerit dūmodo bonum gerat propositū.Nullus etiā natus est sanctis superbiat nouem enim qui Israelitæ erāt ingrati fuerunt.hæc ille. ¶ Allegoricè sciēdum est quòd peccatori nō sufficit contritio,seu dolor de pctō vbi pōt habere copiam confessoris: quia tenetur cōfiteri,vt patet per omnes theologos. M Iubet ergo dominus eos qui misericordiampetūt à deo ire ad sacerdotes:vt.s. confiteantur iniquitates suas:sed dum vadunt mundantur:quia cōfessio iustificat in ꝓposito:habita antequā habeatur in actu:dūmodo dolor,sufficiens,sit vt patet per,san.Tho.in.iiii. dist. xvij. ¶ Moraliter instruimur quantum debeat regratiari deo qui liberatur, à lepra pctī.Pal.Dirupisti vincula mea,tibi sacrificabo hostiam laudis.Sed multi reperiuntur indeoque recidiuare permittuntur. ¶ Quantum ad tertium literaliter sciendum est secundum Nico. de Ly.quòd isti nouem leprosi qui erāt Iudæi non sunt regressi ad gratias agēdum Christo:quia decepti fuerunt à sacerdotibus qui doctrinæ Christi, & miraculis detrahebant:& secundum eorū informationem attribuerunt emundationem suam obseruationi legis,& non virtuti Christi.licet à principio fideliter,& deuotæ,petiuissent ab eo sanari. hos ergo reprehendit Christus tanquā ingratos cùm dicitur.(Et respōdens Iesus,dixit.Nonne decem mūdati sunt.) Non interrogat vt discat quod nescit sed vt'ostendat se scire quòd scit(& nouem vbi sunt.Non est inuētus)ex illis decem (qui rediret,& daret gloriā deo: nisi hic alienigena),id est aliunde quā in populo dei genitus. Legitur autem dominus in Samaritanis tria laudasse. primò fidei facilitatem.Io.iiij. Videte regiones:quia iā albę sunt ad messem. Secundò misericordiæ pietatem vt patet Lu.x. de eo qui allegauit vulnera sanciati.Tertiò beneficii recognitionē: vt hoc.Quilibet igitur conetur esse bonus Samaritanus,id est. custos animæ suæ per hoc tria. ¶ Sed hoc est vna dubitatio.Tenent enim, sanctus Thomas iij.q.xliiij.quòd Christus nunquām aliquem sanauit in corpore quē nō prius sanaret in anima:faciebat enim miracula virtute diuina.dei autē perfecta sunt opera:vt dicitur.Deut.xxxij.ca.& consequenter talia opera pertingunt ad finem operantis.Finis autem Christi curantis corpora : quia erat salus animarū principalius venerat animas curare quā corpora : sed cōtra ista videtur esse instātia de istis nouē leprosis,& etiā de illo

P de illo seruo cui Christus abscisam auriculā restituit de quo nō habetur ꝙ fuerit iustificatus. Ad primū horum dicitur dupliciter. Primò, ꝙ isti leprosi fuerūt prius iusti in anima quàm mūdati, vel tēpore, vel natura. sed tamen post emundationē peccauerunt mortaliter:quia perdiderūt fidē suam si à sacerdotibus secundum quosdā. Secūdò, dicitur ꝙ fortè isti nō peccauerunt per infidelitatē : sed per ingratitudinē tan- O
R tum:quæ tamē fortè nō fuit peccatum mortale.vt patet ex his quæ de ingratitudine dicit.S.Tho.ij.ij.q.cvij. Iustificatio autē quam Christus faciebat:nō cōstituebat homines impeccabiles venialiter.imo nec mortaliter:vt patet in Petro negāte:de quo dubium nō est ꝙ mortaliter peccauit.vel si hæc ingratitudo fuit peccatū mortale tamen prius fuerunt iusti.vt dictū est. Videtur autē rationabilius ꝙ mortaliter peccauerunt : sic,vel sic : quia nō est probabile Christū pro veniali sic eos reprehēdisse. Ad secundū de seruo dici potest similiter dupliciter.Primò,quòd fuit iustificatus & licet hoc Euāgelio non habeatur:nō tamen habetur oppositū.Secundò,ꝙ dictū.S.Tho.intelligit de his quos Christus curabat quasi exhibēdo beneficium.hunc autē curauit quasi satisfaciens debito apparēter.Nam actus Petri videbatur iniustitiam continere apud illos qui Christū non nouissent: & consequēter Petrus tenebatur apparenter tali satisfacere : etiā pro mēbro abscisso si potuisset.sed quia nō poterat, satisfecit pro eo Christus. (Et ait illi. Surge,& vade:quia fides tua te saluum fecit)dispositiuè & ex cōgruo,Dei autē virtus effectiuè. ¶ Allegoricè secūdum Titū hic significatur ꝙ gentiles susceptis beneficiis à Christo ad eū deuotè confugerūt. Iudęis in sua duritia permanētibus. ¶ Moraliter in hoc ꝙ iste q fuit cōmendatus à Christo tanquā saluus clamauit ante suā mundationē, & post innuitur ꝙ peccator debet clamare ad Deū per orationē ante suā cōuersionē:vt cōuertatur,& post conuersionē vt cōseruetur. Nam quatuor sunt propter quæ clamat homo. Clamat eñ à facie ignis, à violētia furis, ab impetu aquarū,à terrore hostiū. In nobis autē post conuersionē adhuc est ignis cōcupiscētiæ : & sunt in nobis fures.i.oculi P & aquæ tribulationū,& cōtinuum bellum aduersus inimicos. ¶ Est etiā moraliter sciendū ꝙ lepra quinq; modis legitur fuisse mūdata primo per occultationē : vt patet in manu Moysi.Exo. iij. Et secundò,oratione:vt patet de lepra mariç.Nume. vij.Et tertiò,ablutione vt lepra Naamā.iiij.Reg.v.Et quarto tactu manus diuinæ,vt patet Matth. viij.Et quintò,impletione obediētię:vt hic.Hæc autē significant quinq; requisita ad mūdationē spiritualis lepræ saltem de bene esse.Primū suiipsius abscōsio à peccatis,& secūdū intercessio sanctorū, & tertiū lachrymosa cōtritio, & confessio,& quartū infusio gratię diuinæ, & quintum est humilis satisfactio. G

Dominica.xv.post Trinitatem. Matth.vj.

H NEmo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget:aut vnū sustinebit, & alterum cōtemnet. Non potestis Deo seruire, & māmonæ.Ideo dico vobis, ne solliciti

I sitis animæ vestræ quid mãducetis: neque corpori vestro qd induamini. Nonne anima plus est quàm esca? & corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli quæ non serunt neque metũt, neque cõgregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluralis estis illis? Quis autẽ vestrum cogitãs, potest adiicere ad staturã suam cubitũ vnũ? Et de vestimento quid solliciti estis? Consyderate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autẽ vobis quoniã nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnũ ex istis. Si autẽ fœnũ agri quod hodie est, & cras in clibanũ mittitur, Deus sic vestit: quãto magis vos minimæ fidei. Nolite ergo soliciti esse dicentes, quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quoope riemur? Hæc enim omnia gẽtes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.

NEMO POTEST DVOBVS dominis seruire &c.) Mat.c. vj. In præsenti Euãg. Christus docet istã conclusionẽ, s. Nullus debet habere sollicitudinẽ superfluã, vel anxiã circa tẽporalia: puta cibũ, potũ, vestitũ, & huiusmodi. Et tãgit tria pũcta quæ sunt. Ratiocinatio, Exẽplificatio, & correctio. ¶ Quantũ ad primũ literaliter sciendũ est: ꝙ duplici ratione Christus conclusionẽ suã probat. Et prima est talis. Quando cũ fuerint duo dãi cõtrarii, cõtraria iubẽtes, eligendũ est seruire meliori: cùm nõ sit possibile seruire vtriq;. Si Deus, & mãmona. i. demon qui diuitiis præest: seu ipse diuitiæ qũ dominãtur affectui: sunt dãi cõtrarii: quia Deus iubet iustitiam, alius rapinã. Ideo eligendũ est seruire meliori. i. Deo p deuotionẽ: & non mãmonæ per superfluã sollicitudinẽ. Hanc ergo rationẽ tagit Christus, dicẽs, (Nemo potest duobus dominis seruire) qã s. sunt cõtrarii, aut disparati & nõ sibiinuicẽ positi: vt in proposito: quia auaritia quę est seruitus idolorũ nõ potest stare cũ diuino obsequio: nec voluntas diaboli est cõformis volũtati Dei. Ad intellectũ autẽ sequentiũ sciendũ est qꝺ Deus secundũ se à nullo potest odio haberi vt patet per. S. Tho. iiij. di. l. & j. q. lx. & per Capreo. j. di. j. q. ij. & ratio vna est: quia Deus est essentialis, & prima bonitas. Nullus autẽ potest odire purã, & primã bonitatẽ: qua glibet vult bonum necessariò: & cõsequenter glibet amat ipsam bonitatẽ qua bonũ amatũ est bonũ. & cõsequẽter amat primã bonitatẽ quia oĩs bonitas est bona. i. Deũ. Alia ratio est: quia Deus est essentialis bonitas: ergo nullo modo habet rationẽ mali. ergo nullo modo est odibilis. In suis autẽ effectibus Deus odiri põt inquantũ illi apprehẽduntur vt mali: vtputa pœna quã infligit. Odit ergo ipsa pœna, & cõsequenter Deus illator eius oditur per accidẽs inquantũ punitor: & non

A nõ secũdum se vel p se. E cõuerso autẽ diabolus in se cõsyderatus, i. sine suo effectu: licet non sine sua mala volũtate est odibilis: quia est inimicus noster ad quẽ naturaliter, vt inimicus est, odiũ habemus: vnde nõ est ꝓximus noster: nec tenemur: imo nec debemus illũ ex charitate diligere: vt patet p. S. Tho. in. ij. ij. In suo tũ effectu aliquãdo diligit vt cum homini ꝓcurat diuitias, aut corporis voluptates. Dicit ergo saluator. (Aut enim vnũ odio habebit). s. diabolũ: q in se nõ est amabilis sustinet autẽ sicut dicit Aug eo modo quo aliqs odiens dominũ & diligẽs ancillã eius sustinet duram seruitutẽ propter amorẽ ancillæ. Sic etiam vani hoĩes amore voluptatũ sustinẽt durã seruitutẽ diaboli quẽ non amant. (Et alterũ cõtemnet). i. Deũ. Et nõ dicitur odio habebit: quia Deus nõ est odibilis. Contemnũt autẽ eum homines vani quasi de eius mãsuetudine, & bonitate securi, vt dicit beatus Aug. Exprimit autẽ specialiter saluator qui sint isti domini dicẽs, (Nõ potestis Deo seruire, & mãmonæ. Mãmona Syriacè latinẽ dicit diuitiæ. Per mãmona ergo secundũ Hier. intelligũtur diuitiæ: quibus simul cũ Christo seruire nõ potest. Sed secundũ glo. per mãmona intelligitur quidã demõ: sic dictus quia præest diuitiis: nõ quia possit eas dare nisi vt Deus ꝓmittit: sed quia per eas hoĩes fallat: vt eadẽ glo. dicit. Sed reuera secundũ Aug. qui seruit diuitiis vt dicit Hiero. seruit etiã demoni: vt dicit glo. Sunt autẽ hic duo sciẽda. Primũ est, ꝙ vt colligit ex variis scripturæ locis, & dictis sanctorũ Lucifer habet septẽ duces: qui tẽtant de septẽ vitiis capitalibus. Leuiathã quidẽ de superbia, Mammona de auaritia, Asmodeus de luxuria, Belberit de ira, Belphegor de gula, & Beelzebub de inuidia, & de accidia Astaroth. Secundũ est ꝙ nõ dixit Christus: nõ potestis Deo seruire, & habere diuitias: ꝙa aliud est habere diuitias, & aliud est seruire diuitiis. Hie. Qui diuitiarũ seruus est, diuitias custodit, vt seruus: qui autẽ seruitutis excutit iugũ distribuit eas, vt dãs. Hæc ille. Quidã cũ amãt diuitias supra Deũ, vt auari & serui illarũ sunt quidã amãt eas: sed infra, seu minus quàm Deũ, vt viri imperfecti. quidã eas nõ amant: sed tenẽt propter Deũ: vt seruiãt de eis pauperibus, & familiæ: vt viri perfecti. Deinde saluator conclusionẽ suam probat secũda rõne quæ talis est secundũ Hier. Chry. & S. Tho. sup Matt. Quicunq; dat maiora: dabit etiã minora: sed Deus dedit animã, & corpus quę sunt maiora cibo, potu, & vestimẽto. igit ista minora dabit sine supflua sollicitudine. Hãc saluator tangit dicẽs, (Ideo dico vobis ne solliciti sitis animæ vestræ quid mãducetis) secundũ Hier. in aliqbus textibus additur neq; quid bibatis. Sed posito ꝙ nõ sit de textu, saluator in cibo cõclusit etiã potũ: quẽ cibus necessario requirit. (Neq; corpori vestro qd induamini.) Aduertendũ est autẽ ꝙ secundũ Chry. hic p animã accipit ipsa anima rõnalis cui mãducamus: nõ quasi ipsa egeat cibo: sed ꝙa sine cibo deficit corpus & cõsequẽter illa in corpore stare non põt. Sed secũdũ Aug. p animã hic accipit vita corporalis, & aialis: sicut & ibi: qui amat animã suã pdet illã. Hæc aũt anima p cibũ cõseruat in corpore. Aduertendũ est secũdò, ꝙ quidã hęretici Euchitę appellati Aug. teste li. de hęret. & li. de operib⁹ monachorũ: ex his verbis dãi dicũt, ꝙ viro apostolico vtputa religioso nõ licet opari manib⁹, & lucrari panẽ suũ. Quorũ error ex hoc ipso de-

I struitur: quia scriptura teste in multis locis beatus Paulus operabatur manibus suis, lucrādo sibi victū ne grauaret pauperes Christianos, & vt daret, exēplum pseudoapostolis: qui indebitē volebant à suis auditoribus stipēdia surripere. Licet ergo ista procurare: imō quilibet qui nō habet tenetur procurare sibi victū. Quilibet enim tenetur se amare quia proximum. quilibet tenet amare sicut seipsum. ergo quilibet te-
K netur conseruare vitā suā sicut & vitā proximi: & magis. & consequēter quilibet tenetur sibi prouidere de his sine quibus viuere nō potest. Vnde qui ex notabili negligētia permitteret se mori fame: esset dānatus. Quod vero dicit (ne solliciti sitis) sic debet intelligi. Ne solliciti sitis. s. superfluē & inordinatē & anxiè. Sicut enim habetur ex
L doctrina sancti Tho. super Matt. & ad Phil. iiij. & ij. ij, q. lv. & j. q. cviij. & iiij. dist. xv. & iij. contra gen. cap. cxxxv. & in variis aliis locis: sollicitudo dupliciter sumitur: Vno modo pro diligentia quærendi quod deest. Alio modo sumitur pro anxietate animi cum defectu spei & ista prohibētur: nec vnquā potest esse laudabilis. Prima autē potest esse laudabilis: sed est vitiosa multis modis vt elicitur ex locis præallegatis. Primō, si ponatur finis in requisita: & nō in deo: tunc enim est pec-
M catum mortale. Secundo si quæratur superflua nec̄ssitati & decentiæ status. Tertio si quærantur necessaria cū superfluo studio nimis īmergendo mētem in talibus. Quartò si quærantur necessaria: cum debito studio: sed tamē cum diffidentia diuini auxilii ita. s. q̄ homo nō speret q̄ sit ipse faciat: q̄ pōt Deus debeat supplere. Hier. Præcipit nobis ne solliciti simus quid comedam⁹ Et quia in sudore vultus præparamus N nobis panē labor exercendus est: sollicitudo tollēda Hæc ille Chry. super Mat. Non enim sollicitudinibus spiritualibus sed laboribus corporalibus acquirendus est panis: qui laborantib⁹ pro præmio diligentiæ domino præstante abundat & negligentibus pro pœna deo faciente subducit. Hæc ille. Sequitur (Nonne anima plus est quā esca). i. maioris pretii (& corpus plus O quā vestimentū). q. d. secundū Hiero. Deus qui dedit maiora: dabit etiā minora. Sicut etiā dicit Chry. Si deus fecit hominē vt sit: cū esse nō possit sine alimento vtique exhibebit ei alimētū. Quod intelligendū est si homo faciat q̄ in se est quia Deus nō fecit hominē vt sit, & vinat contra suā voluntatem: sed vt sit, si velit esse. ¶ Quātum ad sē-
P cundum sciendū est q̄ Christus cōclusionem suā probat exemplariter: & adducit duo exēpla. Primū de cibo, & potu, cū dicit (Respicite volatilia cœli) i. cōsiderate aues quæ volāt in cœlo. i. in aere.) Nō serunt, neque metūt, neq; congregāt in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa (Sicut autē testat) Aug. quidā dicūt q̄ exēplo cœlestium auium laborandū nō est: sicut illę, non seminant, neque metunt. sed vt idē aiunt tales nolūt cōsiderare q̄ sequit̄ neque congregant in horrea. Tales eū volāt habere man⁹ otiosas, & repositoria plena. Intendit ergo saluator vt idē inuit q̄ sicut Deus pascit aues q̄rētes cibū sē cundū sollicitudinē suæ naturæ debitam: ita pascet homines facientes q̄ in se est: q. a homo dignior est oīb⁹ aialib⁹ Ideo subditur (Nōne vos pluris estis illis). i. carius valetis secundū Aug. de ser. domini. seu maioris estis pretii & consequenter multo magis Deus vos ser-

A conseruabit si faciatis q̄ in vobis est. Sicut autē dicit Hie. q. dē nimis alta sapientes q̄ volueres accipiunt Angelos: non intelligentes q̄ tunc falsē dicerēt: nonne vos pluris estis illi. Possumus tamen secundū Hilar. per aues demones intelligere. q. s sine sollicitudine Deus conseruat. & sunt minoris pretii quā sint homes serui Christi: & hoc in esse gratiæ: sed non in esse naturæ. Cō-
B firmat autē dominus q̄ dixerat p quod dam expertū: vt dicit gl. cū subditur. (Quis autē vestrū cogitāt). i. cogitādo (potest adiicere ad staturā suā cubitū vnū). q. d. nullus deus per singulos dies nutrimēta tui corporis facit Si ergo i seipso quotidie dei prouidētia operat: quō in necessariis tuis cessabit? Si autē vos autē cogitando modicā partē corpori vestro addere nō potestis quō cogitando saluandi estis in toto. Hæc ille.
C ¶ Oportet ergo excludere à nobis anxiam cogitationē, & superfluā. Secūdū exemplū est de vestitu: qui nō est ita necessarius sicut victus cū dicitur. (Et de vestimento quid). i. quare solliciti estis. s. cū superfluitate, & anxietate quasi diceret. Nulla est causa q̄ ita sollicitemini. q̄nāuis per hoc nō excludat sollicitudo debita vt di. Chry. (Cōside-
rate lilia agri.) Chrys. non autē vtitur exemplo: volucrū vt induceret pauo-
D rem, vel cignū à quibus erat similia exēpla accipere: sed vtit exēplo liliorum. Vult em̄ ex duobus mōstrare superabūdantiā à magnificentia pulchritudinis & villitate participantiū tali decore. Hęc ille. Itē Chry. super Ma. ostē dit q̄ sit liliorū pulchritudo. di. lilia em̄ statuto tēpore formanī in frondib⁹: vernanti candore, implenī odorib⁹: q̄ tempestas nō dederat, deus inuisibili opere largitur. Hæc ille. Si quis autē dicat q̄ iste liliorū ornatus non est ex diuina pro- A
uidentia, sed à casu, seu à fortuna. Cōtra hoc arguitur: quia ea q̄ à casu sunt rarò eueniunt: vt patet per Ari. ij. phy. Lilia autē semper eodē modo vestiunt: & omnia lilia similiter Chryso. super Matt. in omnibus autē eadē plenitudo seruatur vt nō ab euētu facta putent: seruatur vt nō ab euētu facta putent: sed dei prouidētia intelligātur esse disposita. Hæc ille. Sequit̄ (nō laborāt) vl viri (neque nent). i. filant vt fœminę. Et vt magis in eis cōmendentur di- B
uina prouidentia: subditur cōparatio de Salomone: qui fuit glorioſiſſimus. Nam fuit potentiſsimus: quia viuente Dauid patre suo factus est rex totī⁹ populi Dei. i. duodecim tribuum. Omnes autē reges alii post eū habuerint tantū duas tribus. Et vltra hoc regnū vt dicitur. iij. Reg. iiij. erat habens secū in dition omnia regna à flumine terrę Philistim: vsque ad terram Aegipti. Ha- G
buit etiam tantā familiā q̄ vt ibidē dicit scriptura per singulos dies sua curia volebat. xxx. choros simile. Chorus vt dicit dominus Archiepiscopus est mille librarū &. lx. choros farinę: &. x. boues pingues. &. xx. pascuales. i. vitulos, vt credo, & centū arietes excepta venatione caprarum, & ceruorum, & bubalorū, & auiū. Ista non sunt vana: quia scriptura sic testatur. Vnde vt dicit quæ. s. satis est rationabile, q. xxx. milia personarū haberet in atrio suo. H
Habebat enim. xl. milia equorū curruliū: quos nostri leues appellāt & xij. millia equestrium. Fuit etiā ditissim⁹? quia vt cōputat qui. s. ex his quę dicit scriptura vbi. s. suus introitus annualis certus erat. xlvij. millia non gente quinquaginta duæ libræ auri, Libra autem auri valet circa xc. ducatos. De

his omnibus vide,si vis,Archiepiscopum.ij.parte tit.v.Fuit etiã sapiẽtissimus:quia habuit sapientiam infusam à Deo:vt dicit scriptura.Quesiuit etiã complacere mulieribus in omnibus: quia propter amorẽ earum cũ iam esset senex:visus est sapientiã perdidisse & adorare idola:& consequenter vero simile est ꝙ se quãtũ potuit ornauerit: & tamen nunquã æquauit lilia:ideo dicitur,(Dico aũt vobis ꝙ neque Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis)Hic.Reuera ꝙ sericum qui regũ purpura: quæ pictura textricũ põt florib' cooperari.Hęc ille Chrysostom.Quid ita rubet vt rosa:quid ita candet vt lilium.Violæ vero purpura nulla superari muricę:oculorũ magis quã sermonis iudicio est. Quantum enim ad veritatis mẽdaciũ tm vestimẽtorũ & florũ differẽtię.Hęc ille.Et notãter;dicit in omni gloria sua quia vt dicit Chry.non solum interdũ Salomon superatus est à florum decore sed semper ita ꝙ nec vna quidẽ die æquatus est eis in pulchritudine.¶ Est autem notandum ꝙ tria sunt agentia subordinata quorum vnum est nobili' altero deus.s.naturã,& ars.Vnde ars nunquã ita perfectè operatur, vt natura, neque natura, vt Deus. Ideo nunqnam fuit ita bonũ vinum, vt illud quod fecit Christus Deus,secundum sanctos neque ita pulchri flores, vel colores:vt illi quis facit natura:nisi eos faceret deus: Vnde Salomon non æquauit lilia in decore.Et vltra hoc vestes Salomonis non fuerunt sine mole stia factæ,vt vestes liliorũ.Chry.super Math.Salomon & si non laborabat vñ vestiret tamen videbat.Vbi autem est visio illic & ministrãtiũ offensa,& iubentis ita frequẽter inuenitur.Hęc ille.

(Si autẽ fœnũ agri.i.ilia quę appellat fœnum secundũ Chry.vt ostẽdat eorũ vtilitatem respectu hominũ (ꝙ hodie est) pulchrũ.i.& decorũ (& cras).i. quasi immediatè post suã pulchritudinem.Vel cras secundũ Hiero.sumitur pro futuro,secundũ consuetudinẽ scripturarũ (in clibanũ mittitur.i.in fornacem ignis:quia alicubi teste.s.Tho. super Ma.pro lignis habentur stipulæ. Vel vt dicit gl.alii textus loco clibani habent aceruum quiest similis clibano cum eleuetur ad modum monticuli:sicut & clibanus qui à clino dicit (deus sic vestit)sine eius superflua cura quã tò magis vos modicæ fidei. Videt aũt hic sumi fides pro quadã confidentia: quãuis possit sumi pro vera fide:quia ex magna fide magna confidentia nascitur.¶ Ex his patet ꝙ opinio illorũ qui dicunt Deum non habere prouidẽtiam de omnibus in singula est hęretica:quia est contra diuinam scripturã: vt hic patet de auibus,& liliis. Et etiã ista opinio stolida:quia est expresse cõtra Philosophicã rationẽ:ꝙ sic patet. Suppono enim primò, id quod dicit Aristo.lib.j.Phy.& experientia docet: ꝙ omne agẽs aliquid,aut mouẽs agit & mouet illud ad aliquem finẽ.Et probatur omne agens aut agit per voluntatẽ:vt homo,angelus,& deus:aut per naturam,vt bruta,& alia.vtrũque autem horum agit propter finem. Vel sicut se mouens in finem vt homo:vt sicut motum,& directũ ab alio,vt sagitta.Secundò,ꝙ omne quod fit,& mouetur fit,& mouetur ad aliquem finem.Hoc enim sequitur ex primo.Tertiò quod causa principalis est causa effectus causæ secundariæ:vt puta Socrates tenens baculum manu per illum voluat lapidẽ non solum baculus:sed & Socrates dicitur

citur mouere lapidem imò magis quã baculus : quia causa primaria plus influit quam secunda : iuxta regulã Philosopriæ traditã in libro de causis. Et ratio est quia secunda causa habet totã virtutem suam à prima. Vnde consueuit dici,& verũ est : quod quicquid est causa causæ,est cã causati p se.quartò qđ est vna prima causa effectiua quæ & nulla alia mouetur vt probatur.ij. Meta. Ista autẽ causa effectiua immobilis est:in quã vna: vt probat Aristo. Eleles,vij.Metap.&.viij.Phy.& hoc ipsem isti cõcedunt. Ex hoc aũt sequitur ꝙ omnis alia causa mouetur ab ista qa si vna esset quæ nõ mouetur ab ista:lã essent duæ causæ immobiles contra suppositum. Quintò,ꝙ Deus quæcũq; facit per intellectum:& voluntatẽ facit in creaturis:quia est spiritꝰ: & aliã non habet potẽtiam. Sextò,quòd prouidentia sit ratio,seu conceptus mẽtis factus de rebus ordinandis in finem. Executio autem prouidentiæ est res ordinare in finem secundum prædictum conceptum vt patet ex sanct,Thom.j. parte quæstio.vigesimasecunda.

¶ Tunc arguo sic, Deus facit omnes causas per quartum prẽsuppositum:ergo facit omnes effectus per tertiũ prẽsuppositum:ergo facit omnia quæ fiũt à quocunqne propter aliquem finem per primum & secundum præsuppositum:ergo conceptũ habet ordinis omnium in fines eorum per quintum prẽsuppositum. Si enim per intellectũ facit,oportet vt concipiat:sicut & quilibet artifex ideo Deus, nouit omnia quæ fuerunt, qui sunt,& qui erunt,& quæ esse possunt : & eius scientia est infinitorum. Patet ergo quòd Deus habet prouidentiam de omnibus quæ sunt; imò ipse exequitur prouidentiã suam : quia ipse mouet in omni mouẽte,& sine eo tota natura non posset mouere capillum:sicut neque baculus lapidem sine manu : nec manus sine brachio: nec brachium sine homine. Mouere autem aliquid ad suum finem per intellectum : est habere & exequi prouidentiam circa talem rem motam.¶ Quantum ad tertium Christus hortatur nos ad firmiter tenendum conclusionem suam, dicens, (Nolite ergo soliciti esse) id est,superfluè & anxiè vt dicit gloss. (dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur) Sic enim quærere pertinet ad eos qui diuinam prouidẽtiam negant circa singulares hominum actus : vt dicit san. Thom. super Matth. ideo subditur. (Hæc enim omnia gentes inquirunt.) Quia scilicet in rebus humanis credunt esse fortunam,& non prouidentiam vt dicit Chrysosto.super Matth. Et subditur, Qui autem credit se iudicio Dei gubernari, escam suam in manu Dei committat cogitat autem de bono & de malo.de quo nisi sollicitus fuerit neq; malũ fugiet:neq; bonum apprehendet.Hæc ille.Et nota ꝙ per victũ, & vestitũ omnia necessaria intelligũtur pro quibus sperare debemus in dño faciẽdo ꝙ in nobis est:ideo subditur.Sic enim Pater vester qa his omnibꝰ indigetis.Et secũdũ Chr.nõ dixit scit deꝰ:sed scit Pater:vt nos magis ad amorẽ & spẽ ducat:qualis eñ est pater qui sustinet necessaria filio nõ dare Si aũt essent superflua nõ ita oportere fidere.Hæc ille.(Querite ergo primũ) id est ex principali intentione secũdũ Aug.(regnũ Dei).i.vitam æternam quæ est finis noster debitus (& iustitiam eius).i.viã per quam venitur ad illud

illud regnum secundum Chry.(& hæc omnia).s.temporalia secundum Augu.(adiicientem vobis) secundum ꝙ erit vobis expediens secundum Aug.suppo sita tamen debita sollitudine: quæ secũ dum Augu.notaꝫ in hoc ꝙ dicit primũ Significatur enim ꝙ secũdario tempo ralia sunt quærenda aliter deum tenta remus. Patet ergo conclusio intenta ꝙ sollicitudinem superfluã & anxiam vi tare debemus.Ex qua sequit corolariè: quod si quis ambulet in veritate coram deo, & faciat quod potest aut non deficietur in necessariis:aut veritas mentita est. Est & aliud ex dictis notandum quod hominẽ in omnibus aduersis sufficit consolari.s.quod deus habet omnẽ etiam in speciali prouidentiam. Hoc enim est dicere ꝙ nulla res tibi accidit quamtuncunq; minima nisi deo scien te,& volente vel saltem permittente ad aliquem bonum finem.

Dominica.xvj.post Trinitatem.Luc.vij.

IBat Iesus in ciuitatẽ quę vocatur Naim: & ibant cum illo discipuli eius,& turba copiosa.Cum autẽ appropinquaret portæ ciuitatis ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. Et hæc vidua erat,& turba ciuitatis multa cũ illa. Quam cum vidisset Iesus misericordia motus super eam dixit illi.Noli flere.Et accessit, & tetigit loculum.Hi autẽ qui portabant steterũt,& ait. Adolescens tibi dico,surge.Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illũ matri suæ. Accepit autem omnes timor& magnificabant Deum dicentes Quia propheta magnus surrexit in nobis & quia Deus visitauit plebem suam.

IBAT IESVS IN CIuitatem quæ vocatur Naim &c.)Lu.vij.Circa suscitationem adolescentis de quo in præsenti euangelio fit mentio,tria puncta tanguntur,quæ sunt Magna desolatio magna miseratio & magna consolatio. ¶Quantum ad primum literaliter tangitur magna viduæ desolatio cum dicitur.(Ibat Iesus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim.)Est autem Naim secundũ Bed.quædã parua ciuitas Galileæ: secundo milliario distans à monte Thabor. Et ibant cum eo discipuli eius,& turba copiosa)ex diuina ordinatione secundum Bede. vt essent tanti miraculi testes.Ibant etiã turba cum Iesu quantum erat ex se propter varias causas dictas sæpissime, sed ꝑcipuè propter deuotionẽ ad doctrinã & miracula eius. (Cum autẽ appropinquaret portæ ciuitatis ecce defunctus efferebaꝫ) ad sepulturã quæ antiquitus erat extra ciuitates ne ex corruptione & putrefactione cadauerũ inficeret habitatio (filius vnicus).i.sol⁹(matri suæ & hæc vidua erat)Greg.nisi Aerumnæ molẽ breuibus verbis explicuit. Mater vidua erat quæ non sperabat vlterius filios procreare. Non habebat in quem aspectũ dirigeret.Hunc solum habuerat:solus aderat alacritatis causa in domo. Nihil matri dulce ac pretiosum nisi hic solus extiterat. Miseranda passio & ad fletum & ad lachrymas potens prouocare.Hæc ille.¶In hac parte est documentum vt pietatis opera libenter sectemur.Turba enim huius ciuitatis:quia defunctum efferebat meruit videre mirabilia christi. ¶Est etiã documentũ quia iste mortuus erat adolescens ideo caueant adolescentes quia sunt aliis ad mortem animæ proniores & frequentibus moriuntur nisi conentur habere conditiones virtuales refrenantes eorum conditiones naturales. Conentur igitur contra ætatem lasciuiorem habere disciplinatam conuersationem maximè per obedientiam ad seniores.Et secundo contra suam pulcritudinem habere elongationem à personis malè appetentibus maximè adolescentulæ. Et tertio faciliter assuescunt debent conari vt sua consuetudo sit circa bona iuxta illud Thren.iij.bonum erit viro cum portauerit iugum dñi ab adolescentia sua.Et quarto : quia parũ sunt experti debent esse tardi & rari loquendo.Et quintò, quia sunt agiliores & magis in motu debent esse etiam seruitiales vt motus suos exerceant in seruitio seniorũ maximè in religionibus vbi patres occupãtur circa maiora puta studia & prædicationes & orationes & huiusmodi in quibus iuniores non possunt esse ita fructuosi. Vnde in signũ huius ad imperium dñi iste etiã à mortuis resurrexit & multo magis ad præceptum seuioris debet adolescẽs à dormitione statim & alacriter euigilare. ¶Quantum ad secundum dicit.Quam cũ vidisset dñs misericordia motus super illam.) Christus enim sicut verè naturam humanam assumpsit omnes naturales effectus qui naturam consequũtur. Ideo fuit etiam inquantum homo naturaliter valde pius & compatiens: quia natus est de matre misericordiæ: & de patre misericordiarum & totius consolationis vt dicitur.ij.Cor.j.(Dixit illi.Noli flere)quasi dicere secundũ Bedam. Desiste quasi mortuum flere, quem mox resurgere videbis. Hæc ille.(Et accessit & tetigit loculum).i.feretrum. Vt autem suam humanitatem ostenderet organum esse diuinitatis secundum Cyril.loculum tetigit cũ posset solo verbo sanare. Sicut enim vt idé ait:ferrum adiunctũ igni perficit opus ignis sic caro coniuncta verbo effecta est viuificatiua & mortis expulsiua.(Hi autem qui portabant steterunt) fortè sperantes quod futurum erat. ¶In hac parte est documentum quod in funeribus nostris debemus ex futura resurrectione solatium capere.Titus iubemus autem cessa à lachrymis qui cõsolatur mœstos monet nos præsentibus defunctis consolationẽ recipere resurrectionem sperantes.Hæc ille. ¶Quãtum ad tertium dicit Titus. Non est saluator similis Heliæ flenti filium Sareptanæ: nec qualis Helisæus qui proprium corpus super corpus posuit defuncti : nec qualis Petrus qui pro tabita orauit sed ipse est qui non entia velut etiam auocat qui mortuos & viuos alloqui potest.Hæc ille. Vnde sequitur. (Et ait, Adolescens) Sicut dicit S.Th.iij. dist. xl. sex sunt hominis ætates secundum sex notabiles varietates in statu eius. Prima est infantia vsq; ad septimũ annum.Secunda pueritia vsq; ad decimũ quartum. Tertia adolescentia vsq; ad vigesimumoctauum. Quarta iuuentus vsque ad quinquagesimum.Quinta senectus vsque ad septuagesimum.Sexta vsque ad finem. Iste ergo ingrediebaꝫ florem ætatis.Et sicut dicit Greg. nisi.

I incipiebat emittere barbam.(tibi dico) propria autoritate non orando vt Helias(surge)à statu mortis ad statum vitæ.Titus.Incunctanter autem erectus est cui sunt mandata directa. Diuina enim potestas est irrefragabilis nulla mora nulla orationum instantia. Hæc ibi.Vnde sequitur. (Et resedit qui erat mortuus & incœpit loqui) in signum veræ resurrectionis, secundum Titu. Vnde & de Simone Mago legit quod K mortuum suscitauerit apparenter: sed loqui non potuit.Quomodo autem locutio,& ambulatio,& comestio, & huiusmodi possint esse signa efficacia veræ resurrectionis vide fe. iij. post Pascha.(Et dedit illi matri suæ) & cum filio dedit ei consolationem infinitam. quædam modo.(Accepit autem omnes astante (timor) admirationis. Vnde & hoc factum vt dicit euangelista.fuit diuulgatum tanquam mirabile per totã L Iudæam & in circuitu regionis (& magnificabant deum)in Christo filio eius (dicentes,quia propheta manus)antonomastice.i.ille de quo prędixerat Moses Deut. xviij. Prophetam suscitabo eis quod de christo Messia intelligitur (surrexit in nobis) Dicuntur autẽ spirituales viri surgere quando eleuãtur ad aliquam excellentem sanctitatem, vel aliud domum Dei. Sic enim eleuantur à communi statu hominum ad altiorẽ. M (Et quia Deus visitauit plebem suam) mittendo ei saluatorem expectatũ diu. ¶Est autẽ notandum ꝙ sicut dicit Maximus idoneum est dicere ꝙ septem resurrectiones ante dominicam narrãtur quarii prima est filii Sareptanæ. Secũda filii Sunamitis. Tertia quæ facta est in reliquiis Helisæi. quarta quæ facta est in Naim.quinta filię archisynagogi Sexta Lazari.septima in christi passione multa nanq; corpora surrexerunt. N Octaua est Christi. qui expers mortis remansit vlterius in signum quod cõs resurrectio quæ futura est non tolletur morte, sed indissolubilis permanebit. Hæc ille. Vtrum autem qui in Christi passione suscitati sunt sint iterum mortui sicut dicit hic Maximus est dubium apud aliquos. Nam sicut dicit S. Tho. iij.par. q.liij. Hier. hoc sub dubio reliquit Augu. autem ad œno.dicit ꝙ sunt O denuo mortui cuius suscitationes sunt efficaciores quãm rationes.Hier. Ideo tenet.S.Th.ꝙ christus fuit primus qui surrexit non moriturus. Et etiam ipse Hiero.dicit quod si illi surrexerunt immortales: surrexerunt post Christum. In hac parte exemplum habent viduæ desolatæ sperandi in christum & recurrendi ad ipsum & cõsolabitur eas,quia non minus est misericors modo: quãm tunc esset quando flentẽ viduã consolatus est.Vnde.j.ad Tim.v.Quæ verè vi P dua est & desolata speret in dño & instet orationibus & obsecrationibus nocte,& die.¶Moraliter secundum omnes sanctos iste defunctus significat peccatorem.Est enim peccator ad instarmortui primo frigidus quæ frigiditas prouenit ex vento aquilonari suggestionis diabolicæ & ex frigido veneno peccati & extinctione ignis diuini amoris. Se- Q cundò,est ponderosus adeo quod Deus ipsum substinere non potest sed mergitur de peccato in peccatũ Gre.Peccatũ quod per pœnitentiã non diluit mox suo pondere ad aliud trahit.Hæc ill.Et tandẽ mergit in abyssum. Tertio est fetidus.Vnde & per porcos significantur peccatores in quos diaboli petierunt mittti.Monumentum autẽ peccatoris est mala consuerudo:à qua quis cũ magna difficultate reuocat in cuius signũ dis-

A resuscitaturus Lazarũ fleuit & orauit. Portitores autẽ ad mala consuetudinem deferentes sunt quatuor qui faciunt in peccato perseuerare.s. fiducia diu viuẽdi confyderatio alienæ culpę fiducia in misericordia dei & blanda adulatio. Vel sunt quatuor genera passionũ animæ quæ nos ad mala impellunt. Primũ est existentiũ in irascibili respectu boni: vt amor desyderium delectatio vel gaudium. Secundũ existentiũ ibidem respectu mali vt odium fuga dolor vel tristitia.Tertiũ est existentiũ in irascibili respectu boni vt spes,& desperatio. Quartum verò existentiũ ibidẽ respectu mali vt timor audacia & ira. De his vide.j. ij.q.xxiiij.Porta autẽ extra quã ferebat scdm Bedã est quicunq; corporeus sensus per quẽ exercet. Vidua autẽ sui spõsi presentia destituta est sancta matre ecclesia quæ sup peccatoribus plãgit.Ad cuius lachrymas sæpe christus suscitat mortuos verã tribuẽs eis pœnitentiam quam sine diuino auxilio facere nequibissent.Cõfert autẽ ad hoc turba q̃ erat cũ vidua.i.facti q̃ sunt in via, & q̃ erat cũ christo.i.sancti patriç qui pro nobis orant.¶Est autẽ notandũ ꝙ tres tm̃ xps mortuos legit suscitasse quamuis scdm Aug.multò plures fuerint & hoc ꝙ magno mysterio scdm sanctos:nã filia Archisynagogi fuit suscitata adhuc existẽs intra domũ iste autẽ adulescẽs extra domum sed non de sepulcro lazarus autẽ de sepulcro. Per bos autẽ significantur tres peccatores. Primus est peccator in cogitatione tm̃ quasi in domo qui. s.cõtenãt quidẽ in peccatũ sed nõ executus est illud. Secũdus est in opere tm̃ & nõ habẽs cõsuetudinẽ malã per sepulchrũ significatur. Tertius est q̃ iam intrauit hoc fetidũ sepulcrũ & magno difficultatis lapide claudit̃, Nullus autẽ istorũ fuit suscitatus fletu sed maior fuit in suscitatione tertii. Nam in primo mortuo vt dicit Mar.v. fuit fletus. s. parentum & similiter hæc flebant. Sed circa lazarũ fleuit Martha fleuit Maria fleuerunt Iudei fleuit xps. quia tales peccatores cũ maiori difficultate curantur. E

Dominica.xvij.post Trinitatem.Luc.xiiij.

F

CVm intraret Iesus in domum cuiusdã principis pharisæorum sabbato manducare panem,& ipsi obseruabant eum,ecce homo quidã hydropicus erat ante illum. Et respondẽs Iesus dixit ad legisperitos,& pharisæos dicent.Si licet sabbato curare? Ait illi tacuerunt: Ipse vero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et rñdens ad illos dixit. Cuius vestrum bos aut asinus in puteum cadet & non cõtinuò extrahet illum die sabbati. Et non poterant adhoc rñdere illi. Dicebat autem & ad inuitos,parabolam intendẽs quomodo primos accubitus eligerent:dicẽs ad illos cũ inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco: ne fortè honoratior te sit ab illo inuitatus: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum. & tunc G H

incl

incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade recumbe in nouissimo loco: vt cùm venerit qui te inuitauit dicat tibi Amice, ascende superius. Tũc erit, tibi gloria coram simul discumbentibus: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & K qui se humiliat, exaltabitur.

CVM INTRARET IESVS in domum cuiusdam princ. &c.) Luc. xiiij. In præsenti euan. tanguntur tria puncta quæ sunt. Malignatio, cõfirmatio, & admonitio. ¶ Quantum ad primum tangitur magna Phariseorũ malitia aduersus christum. ¶ Est autem aduertẽdum ꝙ Pharisæi fuerunt apud Iudæos religiosi magnæ opinionis: & qui extrinsecus prætendebant magnam sanctitatẽ: L sed erant hypocritæ, & auari, & superbi, & omni vitio pleni. Dicit ergo (Cũ intraret Iesus) inuitatus (domum cuiusdam principis). i. viri nobilis (Phariseorum). i. qui erat de secta Pharisæorum sabbata. i. in die festo: in quo non licebat operari (manducare panem). i. reficiebat. Nam panis & aqua nomine inscriptura intelliguntur omnia quæ veniũt M in cibum, & potum hominis. Vnde. iiij. Re. vj. dicitur Pone panem, & aquam coram eis & sequitur. Et apposita est ciborum magna præparatio. ⟨ Et ipsi). s. Pharisæi obseruabant cum. Ex quo videtur ꝙ malitiosè cum inuitassent. Sed quare iuit Respondet Cyril. Quamuis, inquit dominus malitiam Phariseorũ cognoscceret: tamen ad eorum vadit cõuiuia: vt prodesset præsentibus per verba, & miracula. Hæc ille. Sed quid obseruabant? Dicit Cyrillus ꝙ obseruabant si aliquid faceret eorum quæ erat prohibiti in sabbato: & præcipuè si curaret, seu faceret miracula circa infirmos, vt dicit Magister historiæ. Vel si aliquid diceret aut faceret in quo possent eũ notare tanquã veri inuidi & eius inimici. Ecce ergo eorum malitia: quia cum pascebant cibo: & volebant eũ infamia mordere. Sed Christus volens eos in totum confutare: fecit vnũ O miraculum. Nam sequitur. (Et ecce quidam hydropicus) Est autem hydropisis morbus Bed. & Mag. hist. testibus humor succutaneus de vitio vesicæ natus cum anhelitu fœtido, & inflatione turgente. Vnde hic morbus ab aquoso humore dicitur. Græcè enim hydor: latine dicitur. (erat ante illum) fortè nè aqua dicitur. (erat ante illum) fortè insidiosè adductus à Pharisæis, vel fortè ex se venerat ad medicum, vt sanaretur. Et misericordiam petebat eo ipso P quòd ante medicum se ponebat. Nõ audebat petere verbo propter Phatem eum christus misericordia motus Videns autem christum secundum Cyrillum est. Vnde sequitur (Et respondens Iesus) Contrà quia nullus loquebatur cũ eo. Ad hoc dicit. Bed. ꝙ loquebantur cu eo cogitationes istorum (obseruantiũ cum quas ipse nouerat. quãuis dici possit quòd hic ponitur responsio pro iocutione. (dixit ad legisperitos). i. legis Q doctores, seu Scribas (& Phariseos. Si licet subbato curare?) i. sanare infirmos Et in hoc secundùm Theo. tanquã amẽtes eos deridet: quia illa dies est à domino benedicta, & cõsequenter in qua debent bona opera fieri. Dies autẽ quæ bona opera non admittit est maledicta. Vnde etiam Mag. hist. dicit quòd mirum est de ipsis: quòd cũ in traditionibus

A bus suis habeant circa septuaginta genera operum quæ sabbato non licet: inter inter illa non habent curam infirmorum maximè quæ flebat solo verbo vt plerunque christus faciebãt. (At illi tacuerunt) Beda. Merito interrogati tacent quæ contra se dictum quicquid cixerint vident. Nam si licet sabbato curare: quare saluatorem an curet obseruant? Si non licet quare ipsi sabbato B peccora curant. Hæc ille. Iesus ergo ne glexit eorum insidias: & non interroga uit etiã infirmum secundùm Cyri. quia videbat eum effectuosè desyderare, & sperare salutem quam phariseorũ me moretenus petere non audebat. ideo se quitur (Ipse vero apprehensum sanauit eum, & dimisit) The. In quo nõ hoc prospexit dominus ne scandalizaret phariseos: sed vt benefaciat egenti re mediis. Decet enim nos cùm magna re C sultat vtilitas, non curare si stulti scandalizantur. Hæc ille. ¶ Moraliter iste hydropicus significat multa peccatorũ genera. Nam hydropicus secundũ Bedam habet tres miserias. s. inflationẽ q̃ significat superbiam: & inextinguibilẽ, fatim quæ significat auaritiam: & exhalationem fœtoris quæ significat luxuriam. Hos christus apprehendit quando de faucibus diaboli per contritionẽ D de absoluit (maximè si præcedens dolor non fuerat perfectus. Tunc enim perficitur per claues Petri apostoli. Et dimittit completa satisfactione: vt liberi ad cœlum possint euolare. ¶ Quantum ad secundum ponitur phariseorũ confutatio cùm dicitur, (Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non extrahet illum continuò). i. statim (de sabbato) q. d. magna est stultitia dicere ꝙ licet animali succurrere ex auaritia, vt E facitis vos & quòd homini nobilissimę creaturæ. non licet succurre ex charitate. (Et non poterant ad hæc respondere illi.) ¶ Moraliter isti Pharisæi magis de asino quã de homine curantes: significat eos qui nõ habent curam de anima sua quam in peccatorum sordibus volutari patiuntur: & tamen multũ curãt de corpore quod tanquã asinus pigrum est ad bonũ. Volunt enim tales omnia ad corp⁹ spectãtia habere pulcherrima F & de animæ pulcritudine non curant. Sed confundentur sunt isti à christo in die iudicii: taliter vt respondere nõ possint. ¶ Quantum ad tertiũ ponitur monitio quædã spectãs ad humilitatẽ contra Phariseorũ superbiã. Non solũ eñ erant auari, sed & ambitiosi: quia multum curabãt de primo loco in locis vbi plures cõueniebãt. Dicitur ergo. (dicebat aũt & adinuitatos) ab ipsorum Pharisæorum principe (parabolã.) Est autẽ G hic aduertendum ꝙ parabola vt habes dominica vltima post octa. Epi. propriè est quando aliquid ad significandum fingitur. de quo siue fuerit, siue nõ non curamus. Et tunc vt ibi, dictum est sensus literalis non est quem propriæ voces exprimunt: sed quem metaphoricę. Largè tamen aliquando parabola dicitur quæcũq; cõparatio rerum genere dissimiliũ etiam si vtrunque sit vera res: vt si dicam. Sicut Moyses exaltauit H serpẽtẽ in deserto: ita exaltari oportet filium hominis, Et tunc illa parabola habet duplicem sensum: vnũ qui propriè per voces exprimitur aliũ qui metaphoricè. Et ita est in proposito. Dixit ergo christus parabolam. i. aliquid simile alteri intendens significare duo: vnũ propriè: aliud transsumptiuè. Propriè quidem locutus est de materialibus cõ-

uiuiis

I uiuiis,aut nuptiis(intendens).i. intelligens ſecundum aliquos:vel intendens ſupple docere(quomodo primos accubitus).i.ſedes ad comedēdū.Quia enim antiqui comedebant in lectis, aſsidentes menſæ dicuntur accumbere:& ipſe ſedes accubitus(eligerent dicens ad illos,Cùm inuitatus fueris ad nuptias:nō diſcūbas in primo loco)Cyril.Proſilire enim prompte ad honores quæ nobis
K non cōueniunt iudicat nos temerarios & facta noſtra vituperio replet.Hæc ille.Vnde ſequitur.(Ne forte honoratior te ſit ab illo inuitatus,& veniens is qui te & illū vocauit dicat tibi.Da huic loeum:& tūc incipias cū rubore nouiſsimum locū tenere.(¶ Eſt aūt notandum ℣ nō debemus eſſe præſumptuoſi in poſsidendis incōgruis honoribus.Primò,quidem quia malū eſt & diſplicens deo.Secundo autem quia dato ℣ deum
L non timeamus adhuc eſt malū ſecundū id quod quærimus:quia vt dicit Chryſatagens vt abundet honoribus non honoratur.Hæc ille.& ſi aliquando honoretur loco tamen apud mentes hominū aliqñ cōtennitur:vel ſaltem ſe exponit periculo cōfuſionis.Iſtis ergo qui deū non timebāt:ſaluator ſecundā adduxit cauſam fugiēdi talia.(Sed cum vocatus fueris ad nuptias:vade,& recūbe in nouiſsimo loco.) Primo quidem propter
M deū,& humilitatē deinde ſi deū nō times:ſed vis omnino honorari:etiā ſic eſſet tibi faciendū maximè inter perſonas ciuiles(vt cū venerit qui te inuitauit,dicat tibi.Amice aſcende ſuperius: & tunc erit tibi gloria corā ſimul diſcūbentibus.In his autem verbis non hortatur ſaluator vt vltimum locum teneamus finaliter propter hominū gloriam:inde ſequentem:ſed ex preſuppoſitione loquitur:ac ſi dicat.Si gloriam quæris:ſtult' es facere id propter quod N confundaris.Vel loquitur de gloria q̄ prouenit ex actu bonō, & bene facto: quam tamen poſtmodū in deū referre debemus.Sic enim quærere gloriam vt glorificetur deus in bonis noſtris non eſt malū,ſed bonum:licet ſit infirmis & inſipientibus periculoſum(quia omnis qui ſe exaltat)præſumptuoſe vltra debitum:non ſolum in loco:ſed in aliis(humiliabitur)non ſolum à deo infuturū: ſed interdum etiam ab hominibus in O præſenti qui ægreferunt tales temerarios.Et e cōuerſo(qui ſe humiliat exaltabitur)ab eiſdem.¶ Eſt enim ſciendū ℣ quādo aliquid eſt in communi conſuetudine hominum vniuerſaliter dicimus ſic fieri vel eſſe:quāuis aliquando ita non ſit.Vt ſi dicam ℣ omni anno fructificant vites,vel ℣ omnis homo primo bonum vinum ponit.Et ſimiliter eſt cum dicitur.Omnis qui ſe exaltat,humiliabitur: vel extrinſecus, vel P ſaltem apud mentes hominum deſpicientium tales.Alius aūt literalis ſenſus eſt hic tranſſumptiuè.Pro quo ſciēdum eſt quòd per nuptias intelligitur eccleſia militans:ad quas nuptias quis per baptiſmū ſ̄greditur. Per primum locum autem intelligitur omnis dignitas ad quam nullus ſe debet ingerere: ſed debet quosq; ſe meliores ſibi ꝓ- Q nere quātū in ſe eſt dūmō ceſſet obſtinatio:q̄a ait Baſi.℣ maius eſt ex repulſa accubitu:qñ eū cū impio obtinemus. Hæc illic.Si aūt ita nō egerit inuitator principalis.ſ. de' a quo eſt oīs prās.& dignitas:deiiciet talem à ſua dignitate ſaltē ſpiritualiter per ſententiā dānationis:aliqñ etiā talē deiicit ꝛpali depoſitione.Si aūt aliquis humiliter refugiēs promotiones:ſicut patres antiqui facile

A bant:tandē ex obediētia ſuſceperit dignitatem:& ex charitate fraterna bene vſus fuerit ea:tandem cœleſtem gloriē obtinebit.Ideo dicitur.Et erit tibi gloria &c.cuius ratio ſubdit. Quia omnis qui ſe exaltat præſumptuosè ſe dignitatibus eccleſiaſticis ingerendo, humiliabitur mō prędicto:& qui ſe humiliat verè & non fictè:exaltabit hic p gratiā & in futuro per gloriā.¶ Eſt aūt notan
B dum ℣ in religionibus.multicū magna potius obſtinatione quā humilitate recuſant prælationis dignitatē:quos non eſt dubium malè agere:quia ſunt tardi ad obediētiam:quæ ſe extendit ad indignitates,& dignitates.Et ſi obiiciatur ℣ ſancti ita fecerunt:dico ℣ verum eſt quādo nō à ſuis ſuperioribus promouebantur:ſed populus aduerſus maiores aūt nullus ſanctus eſt obſtinatus in his in quibus certus eſt ℣ bene facit obediendo,vel ſaltem eſt dubius.Et ſi quis
C reſtē ſcrutetur,talis obſtinatio venit ex amore ſui,quem præponunt amori diuino.Nā ſi diligis me:paſce oues meas Eſt enim opus maximæ charitatis ℣ qui ſibi vocare vellet ſuam conſolationem negligat propter vtilitatē animarum.Iuſtificanda eſt ergo in prælatione intentio:& deinde humiliter debet quis ſuſcipere iniūctionē & patienter: imo alacriter ferre abſolutionem . Sed
D iniunctionem proteruè recuſare: & de abſolutione murmurare,imò in ſuo cor de dolere: hypocritarū eſt,ac ſuperborū.

Feria.iiij.quatuor temporum.

Mar.ix.



Reſpondens vnus de turba dixit ad Ieſum,Magiſter,attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum: E Qui vbicunque eum apprehēderit,allidit eum,& ſpumat & ſtridet dentibus,& areſcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eiicerent illum,& non potuerunt. Qui reſpondens,eis dixit,O generatio incredula quādiu ero apud vos:quàm diu vos patiar? afferte illum ad me,Et attulerunt F eum. Et cum vidiſſet illum,ſtatim ſpiritus conturbauit eum: & eliſus interram,volutabatur ſpumans. Et interrogauit patrem eius, Quātū temporis eſt ex quo hoc ei accidit? At ille ait,Ab infantia: Et frequenter eum in ignem & in aquā miſit G vt eū perderet. Sed ſiquid potes,adiuua nos,miſertus noſtri. Ieſu aūt ait illi,Si potes credere omnia poſsibilia ſunt credēti. Et cōtinuò exclamās pater pueri,cū lachrymis,aiebat, Credo Dñe:adiuua incredulitatē meā Et cū videret Ieſus cōcurrentē H turbā,cōminat? eſt ſpiritui,mū do dicēs illi,Surde,& mute ſpūs ego tibi præcipio tibi exi ab eo & amplius ne introeas in eū. Et Et clamās,& multū diſcerpens eū:exiit ab eo:& fact? eſt ſicut mortu?:ita vt multi dicerēt,qa mortuus eſt.Ieſus autem tenens

man

I manum eius eleuauit eū. & surrexit: Et cum introisset in domum, discipuli eius secretò interrogabant eum, Quare nos non potuimus eijcere eum? & dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione & ieiunio.

K MAGISTER ATTVLI FIlium meum &c. Mar. ix.) In hoc euā. tanguntur tria puncta, quæ sunt præparatio, Perpetratio, & Consultatio. ¶ Quantū ad primum tangitur præparatio ad faciendum miraculum. Pro quo sciendū est quod ante hoc euangelio sic dicit. Mar.) Iesus veniēs). s. de mōte Thabor in quo fuerat trāsfiguratus (ad discipulos suos) non omnes. sed ad eos quos nō assumpserat secū in monte (vidit turbā
L magnā circa eos) quia ibi aderat demoniac⁹ quē discipuli curare volebāt. Nec poterāt (& scribas). i. doctoree legis (cō querentes). i. disputātes cum illis. Et in his notatur, præssura, discipulos ꝓpter erubescentiā: quia curare non poterant quod eis tantò erat grauius quātò erat ibi turba copiosior: & quia æmuli scribe stimulabāt. (Et cōfestim omnis populus videns Iesum stupefactus est: &
M expauerūt) & hoc secundū aliquos recitat Theo, quia ex transfiguratione effectus erat splendidior (Et occurrentes salutabant eum) quod tamen Scribæ non fecerunt qui prius deridebant discipulos non valentes curare (& interrogauit eos) non ex ignorantia: sed vt haberet responsum, & cōfessionem proprie necessitatis à patre pueri curādi (quid conqueritis inter vos? Et respondens
N vnus de turba dixit Magister attuli filium magister attuli meum ad te) sed supple te non inueni (habentem spiritum mutuum). i. causantem istam passionē in corpore obsessi. Matthæus atē dicit quòd erat lunaticus, quia. s. demodo tempore nouilunii magis vexabat eum. Primo: quia cerebrum dispositius est ad malas impressiones. & Secundò: vt lunam infamaret quasi malā: & per lunam factorem lunæ: secūdum
O Aug. & Rabba. (Qui vbicunq; eum apprehēderit allidit, & spumat, & stridet dentibus, & aresicit) diabolo ad omnia hæc impellēte. Imo vt dicit Mar. sæpe cadebat in ignē, & crebro in aquā. Ex his autē patet acerbitas morbi: sed difficultas curationis eius exprimitur cū subditur. (Et dixi discipulis tuis vt eicerent illū, & non potuerunt) Ibi enim vt dicit Chrys. nō erant tres columnæ
P qui fuerāt in monte cum domino. s. Petrus, Iacobus, & Ioannes. Huius autem impossibilitatis causa fuit. Primò: difficultas morbi: quia hoc genus nō eiicitur &c. Secundò: imbecillitas apostolorum secūdum Chry. Sed cōtra. quia Lu. ix. dederat eis Christus potestatem
Q super omnia demonia. Ad hoc dicitur secundum aliquos: quòd illa potestas fuit quò ad illos qui erāt digni curari: cuiusmodi nō erat hic. Sed quare Christus curauit indignū? Quia lachrymæ
R patris hoc meruerūt. Tertiò, fuit incredulitas curati & infidelitas petētis secūdum Hier. Vnde dicit Chry. quòd quia pater ascribebat causam huius apostolis qui curare non poterant. Christus ascribit eam illi etiā dicens. (O generatio incredula) quātum ad fidem (& peruersa) vt dicit Mat. quātum ad mores: & in hoc totum genus Iudæorū reprehendit.) Quandiu apud vos ero? Chry.

In quo

A In quo ostēdit & mortē se desyderare, & graue ei cōuersari cum illis. Hæc ille. Hanc autē grauedinem cōuersationis subdit dicens (Quādiu vos patiar?) Et in hoc habemus exemplū patienter sustinendi socios in sua conuersatione onerosos: q̄a vt ait. Bern. Christus istos non verbis cōtradictores, in factis obseruatores: & in suppliciis sustinuit illusores. ¶ Quantū verò ad secūdum id
B est perpetrationē miraculi dicitur (Afferte illum ad me. Et attulerunt) vnde innuitur q̄ demon priuauerat eū gressu (Et cum vidisset illū: statim spiritus conturbauit illū.) Sed videtur q̄ potius debuisset tremere ad præsentiā Christi. Quare ergo hoc fecit? Ad hoc dici potest q̄ hoc fecit. Primò: quia Christus sic voluit ad euidētiam miraculi.
C Secundò: quia vidit se expellēdum: & cōsequenter voluit ei nocere dum poterat. Tertiò: quia fortè Christus aspiciendo aliqua spirituali virtute demonem afflixit qui ad p̄sentiā contrarii exanduit in furorē: sicut fortificāt frigora ad præsentiā caloris per antiperistasim. i. cōtra resistentiā sicut in æstate
D humor in nube ita fortiter cōgelatur, vt fiat grādo: & loca subterranea quādo aer est calidus sunt frigida: & quādo frigidus, calida: quia. s. cōtrarium fortificatur in visceribus terræ. (Et elisus in terrā volutabatur spumans.) O pietas
E tem. Sed quare fons clemētiæ non statim curabat eum? Ad hoc dici potest quàm hoc fecit. Primò: vt curaret meliùs astātes per miraculū euidentius. Et secūdò: vt magis accenderet desyderiū
F patris: propter q̄ etiā subditur. (Et interrogauit patrē eius: quantum tēporis est ex quo hoc ei accidit. At ille ait) Ab infantia. Et frequēter eum in ignē, & in aquā misit: vt eum perderet (Sed & si quid potes adiuua nos, miserē nostri.)
G Ecce imperfectionē fidei eius: quia cōditionaliter loqui est dubitātis. (Iesus autē) volens eius desyderiū, & fidē adhuc augere (ait illi. Si potes credere: omnia possibilia sunt credēti). q.d. secūdum Chry. Ego quidē possum similia & maiora: dūmodo in te fit talis dispositio vt hoc merearis: imò & cōtra merita illius hoc absolutè potuisset: sed nō expediebat. Et cōtinuò exclamans
H cū lachrymis pater pueri: aiebat (Credo dñe). s. debiliter: ideoq; (adiuua incredulitatē meam). s. debilē fidem confortā: secundū Chry. & Be. (Et cùm videret Iesus cōcurrentem turbā) ne videretur inani gloria expectare multitudinē populi (cōminatus est spiritui immūdo) Mat. dicit q̄ increpauit eū. & glo. Bedæ dicit eū. i. puerū. quia vt dicūt aliqui licet ab infantia peccato parentū vexaretur: tamen factus adultus addidit peccata peccatis. Chry. tamen
I dicit q̄ nō increpauit puerū, sed demonem: quod aliqui exponūt principaliter & bene: quia secūdum textū Matth. dicētis, & increpauit eum Iesus, & exiit ab eo demoniū: est necesse dicere q̄ increpauerit puerū (dicens illi: Surde, & mute spiritus) Ex quo patet quot mala patiebatur (ego tibi præcipio) propria. s. autoritate (exi ab eo, & amplius ne intro eas in eum. Et clamās). s. clamore cōfuso modo muti: cū adhuc esset mutus (& multū discerpēs eum) & etiā peiora facturus si potuisset (exiit) ab eo (& factus est sicut mortuus) ex vehemētia doloris illati à demone discerpēte (ita vt multi dicerēt q̄a mortuus est). ¶ Ex quo patet quòd acrius eum cōturbauit quàm prius. ¶ Et in hoc est documentū quod tāgit Rab. di. Dum de corde expellitur demō: acriores tērationes exci-

I tat. Quod autē dicitur Io. vij. In mūdo pressurā habebitis, intelligit exterius. in me autē pacem: scilicet interius. vnde subditur (ꝙ Iesus tenuit manū eius & surrexit) quia. s. militē suum Christus semper in statu rectitudinis mētalis sistit, & cōseruat. ¶ Quantū ad tertiū dicitur. (Et cùm introisset in domū: discipuli eius) qui secūdum Chry. timebant ne gratiam quā acceperāt perdidissent (secretò interrogabāt eum.) Secretò inquàm: ne Christus corā turba eos de aliqua imperfectione reprehēderet. (Quare nos nō potuimus eiicere illum). s. non obstāte incredulitate patris, sicut & tu. (Et dixit illis. Hoc genus). s. lunaticorū (in nullo). i. à nullo (potest exire). s. violēter impulsus: vel in nullo pōt exire. i. cogi ad exitū (nisi in oratione). i. p orationē (& ieiunio.) ¶ Pro quo sciendū est: quod demones oēs nō sunt æqualis potētiæ. Vnde quidā difficilis expellunt: nō ex parte virtutis Dei quæ eū sit infinita facillimè oīa pōt: sed ex parte hoīs in quo maior depositio requirit ad hoc vt cōgrue p illū Deus operet ad expulsionē huius demonis: quàm ad expulsionē illius: vā hoc genus lunaticorū nō expellit nisi expellēs habeat corpus subiectū spiritui p ieiuniū: & spiritū eleuatū in Deū per orationē. Huius tā causa Matt. vij. dicit fuisse incredulitas apostolorū. Et reuera vtraq; causa fuit: quia & prēsente spōso nō ieiunabāt: & nōdum recepto Spiritusancto erāt imperfecti. Principaliter tamē causa dicit fuisse infidelitas, & indispositio Patris & filii. ¶ In hac autē parte est documentum: ꝙ qui demonem de suo corde vult expellere oret, & ieiunet: & sit firmius in fide.

Feria. vj. quatuor temporum.

Luc. vij.

ROgabat Iesum quidā Pharisæus vt manducaret cum illo &c.

ROGABAT IESVM QVIdam Pharisæus &c.) Lu. vij. vide feria. vij. post dominicam de passione.

Sabbato. Luc. xiij.

ARborem fici habebat quidam plantam in vinea suā: & venit quærens &c.

ARBOREM FICI HABEbat quidā &c.) Lu. xiij. Totū hoc Euāgeliū ex his paucis quæ dicentur est patēs. Hæc ēm parabola dicta fuit à Christo ad significandū destructionē populi Iudaici: vt patet Luc. vbi. s. Per ficū igit̄ significat synagoga seu populus Iudæorū plenus verborū solus & vacuus fructib⁹ operū bonorū. Vinea est terra Iudææ: & promissionis in qua iste populus habitabat. Cultor est angelus custos habēs illius populi: qui fodit circa illā qū inspirat ad perscrutandū secreta cōscientiæ: & mittit stercora qñ ad mentem eius reducit putredines suorū vitiorū, vt inde educat displicentiam eorum, & fructus bonorū operū. Hæc arbor tandem per Romanos succisa est.

Dominica. xviij. post Trinitatem. Matt. xxij.

PHarisæi audientes quòd Iesus silētium imposuisset Saducæis: conuenerūt in vnum. Et interrogauit eū vnus ex eis legis doctor, tētans eum: magister, quod est mandatum magnum in lege: Ait illi Iesus, Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximū & primū mādatū. Secundum autē simile est huic. Diliges proximū tuum sicut teipsum. In his duobus mādatis vniuersa lex pēdet, & prophetæ. Congregatis autē Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens? Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicūt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eū dñm, dicēs, dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorū? Si ergo Dauid vocat eum Dominum quomodo filius eius est? Et nemo poterat rndere ei verbū: neque ausus fuit quisquā ex illa die eū amplius interrogare.

AVDIENTES PHARIsæi quòd Iesus silentiū &c.) Matt. xxij. In præsenti Euā. tanguntur tria puncta quæ sunt, Interrogatio, Rcsponsio, & Confutatio. ¶ Quantum ad primum literaliter tangitur vna maligna & insidiosa interrogatio quā Pharisæi Christo fecerunt. Qui autem fuerunt Pharisæi: & qui Saducæi habes dominica xj. post festum Trinitatis. Quantum verò spectat ad præsens Euang. sciendum est quòd Saducæi fuerunt religiosi hæretici in lege Iudæorum. quia vt Iosephus refert credebant animam cum corpore mori, & nunquam futuram esse corporum resurrectionē. Istis Christus sic imposuit silentium. Nam vt dicit Matth. xxij. Pharisæi tentauerunt quadam die Christum vt eum caperent in sermone dicentes: Licet censum dari Cæsari, an non? Quibus ille ita respondit: quòd remanserunt muti. Et in eodem die vt ibidem dicitur: Saducæi qui erant inimici Pharisæorum conuenerunt & ipsi vt Christum confunderēt. Et quia Christus prædicabat resurrectionem mortuorum quam ipsi non credebant: crediderunt se facturos argumentum insolubile. ¶ Pro quo aduertendum est quod in lege Mosayca quando aliquis accepta vxore sine liberis moriebatur frater eius relictā debebat accipere vt nomine fratris mortui filios generaret. Argumentati sunt ergo sic vt dicit Matth. ibi. Magister, Moyses dixit: si quis mortuus fuerit non habens filium: quòd ducat frater eius vxorem illius vt suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres. Et primus vxore ducta defunctus est: & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo. similiter secundus, & tertius vsq; ad septimum. Nouissimè autē omnium etiam mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor. Omnes enim habuerunt eam. Isti ergo volebant ex hoc concludere quòd mortui non resurgent: quia videbatur eis sequi quòd ista vxor tāc septem haberet viros, aut nullū: cum eadē sit de omnibus

I bus ratio:& vtrunque reputabant inconueniens. Christus aũt voluit dicere ꝙ ligamen matrimonii durat solum vsque ad mortem: & ꝙ in illo statu vbi nullus mouetur non oportebit ꝙ aliquis nascatur. ideo ibi non erit matrimonium (Ait ergo eis. Erratis nescientes scripturas, neque virtutẽ Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut Angeli dei in cœlo) & sic Christus soluit argumentum eorũ. Et deinde probauit K eis ex scriptura: ꝙ mortui resurgunt: taliter ꝙ nesciuerunt quid dicerẽt. Vnde eis filẽtiũ imposuit: de quo Pharisęi doluerunt: quia licet essent inimici Saduceanis: tamẽ cõcordes erãt in persequendo ideo dicitur. (Audientes Pharisæi. i. quidã Religiosi Iudæorũ (ꝙ Iesus imposuisset Saducæis). i. quibusdã aliis religiosis eiusdẽ gentis Iudæorũ (cõuenerunt cum ipsis Saducæis) in vnum (vt simul Christum impugnarẽt L Hier. Pharisæi & Saducei qui inter se contrarii sunt ad tentandũ Iesum pari mente consentiunt. Hæc ille. Chrys. Conuenerunt autem in vnũ vt multitudine vincerent quẽ rõne superare non poterant. A veritate vt nudos se esse professi sunt qui multitudine se a amauerunt. Dicebãt enim apud se. vnꝰ loquẽtur pro omnibꝰ: & oẽs loquamur per vnũ vt si qdẽ vicerit oẽs videamur M uicisse. si aũt victus fuerit vt solꝰ videatur confusus. Hæc ille. Ideo sequit, & interrogauit eũ eis legis doctor tẽtãs eũ qa Mat. xij. dicit ꝙ Christus huic doctori dixit: non longẽ es à regno Dei: non ergo tentabat dominus. Ad hoc dupliciter de mente Ang. libr. de consen. Euã. Primò, ꝙ iste doctor in principio mala intentione venit ad interrogãdũ sed postea audita Christi responsione vera, & conformi suæ opinioni pœnituit, & approbauit dictũ Christi, dist. Magister veritate benedixisti: vt habet ibi Mar. xij. & tunc Christus subiũxit. Non longe es à Regno dei. Simile habetur Io. vij. vbi dicitur ꝙ principes & Pharisæi miserunt ministros vt caperent Iesum. Qui audientes eius prædicationem pœniterunt. & sic ad principes sunt regressi. A quibus dum percontarentur quare eum non adduxissent, dixerunt, Nunquã sicut locutus O est homo. Alio mõ vt ipsa tẽtationoac cipiat in malũ: sed in bonũ vt esset non decipere volentis sed volẽtis experiri ignotum. i. si talis erat Christus qualis prædicabatur: & hoc nõ fuisset malum secundum. s. Tho. Potest enim dici: ꝙ ꝙ non erat longe à Regno Dei: quia circa præsentẽ quæstionẽ cũ intẽtione mala habebat bonã opinionẽ (Magister, quod est mãdatũ magnũ inter om P nia. i. maximum (in lege.)

¶ Est autem sciendum: ꝙ vt testatur Hugo cardinalis & Magist. Histo. tẽporis erat quæstio quid præmineret, aut opera dilectionis, aut operã legis seu sacrificiorum quæ mãdantur in lege Et iste doctor tenebat ꝙ præcellerent opera dilectionis & de hoc mouit quæstionem. Et si quidẽ malitiosè tentauit, vt probabilius creditur cum fuerit in societate inimicorum Q Christi. cogitauit ꝙ Christus statim responderet de mandato primo primæ tabulæ. s. non adorabis deos alienos: & tunc statim habuisset argumentũ contra eum de præcepto charitatis ꝙ maius est sicut & charitas maior est fide, &latria sic ergo patet prima pars euãgelii. In qua hoc est documentum: ꝙ passiones faciunt hominem cœcum. & inuerecundum. Vnde Hic. Quia supra Phari

A Pharisæi in ostensione denarii fuerãt confutati: & aduersę partis viderant fictionem subruptam debuerunt exemplo moueri ne vltra molirentur insidias: sed maleuolentia & liuor nutrit impudentiam. Hæc ille.

¶ Quantum ad tertiũ tangitur Christi responsio, cũ dicitur. (Ait illi Iesus, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua.) Quomodo autem ista B sint intelligenda vide. s. dominica. xij. post fe. Tri. (hoc est maximum, & primum mandatum: quia etiam charitas est potissima virtus, & Deus est eius potissimum obiectum: sicut proximus secundarium. Hoc autem mandatũ ponitur Deu. vj. ¶ Est autẽ sciendum ꝙ Deus hoc mandatũ de dilectione principaliter dedit. primo propter facilitatem amandi & secundò propter eius C suauitatem: quia omnia falcit dulcia. & Tertiò propter eius gloriositatẽ: quia amor ita Deo placet quod omnia alia facit placere. Nec hoc mãdatũ dicitur primũ generatione vt fides: sed perfectione. Debemus autem conari diligere Deum & Iesum Christũ multiplici D ratione. Primò. quia nos propter nostram vtilitatẽ creauit. Et tamen dicitur fecisse omnia propter suam bonitatem. s. cõmunicandã, & nõ acquirendã, suam quam. s. vult de creatura ad vtilitatem creaturæ & nõ sui. Secundò, qa de nostro patre est effectus noster frater. Tertiò, quia pro nobis sanguinẽ & vitã exposuit. Quartò quia dedit nobis angelos tutores & custodet. Quintò: qa nos rebelles clementer ad pœnitentiã expectat. Sextò: quia faciliter culpã, & pœnam nobis pœnitentibus remittit & eternam commutando in temporalem & temporalem purgatoriam: in tempo ralem in hoc mundo ex plebilẽ. Septi- E mo: quia cessantibus omnibus prædictis est summa bonitas: ita ꝙ sicut nihil diligitur nisi inquãtũ bonũ ita non diligitur aliquid nisi inquãtũ participat de diligibilitate dei. (Secundũ autem simile est huic. Diligens proximũ tuum). i. omnẽ creaturã cui potes exhibere: aut à qua potes susципere misericordiam secundũ Augu. de doct. Christiana vt pura Christũ inquãtũ homo: & omnes Angelos, & omnes beatos, & F existentes in purgatorio. & in hoc mũdo non autem in inferno. (Sicut seipsum). i. ad illum finem ad quem te deligis. s. beatitudinis, secundum. s. Tho. non autẽ sicut. s. tantũ quãtũ te ipsum. Dicitur aũt secundum Ghry. hoc mandatum simile primo: quia cũ homo sit imago Dei: in homine amato amatur Deus. (In his duobus mandatis: tota lex pendet & Prophetæ). i. secundum Raba. & Augu. de consen. euan. omnia G dicta legis, & prophetarum ad hunc finem ordinantur. vt diligatur Deus, & proximus. Vnde & præcepta decalogi ita diuiduntur: vt ea quæ sunt primæ tabulæ ad dilectionem dei pertineant: quæ vero secundæ ad dilectionẽ proximi. ¶ Est autẽ sciendũ secundũ Aug. de consen. Euã. ꝙ licet ista præcepta sint duo. propter duo charitatis obiecta: q̃ sunt deus. & proximus tamen aliquando vnum ponitur pro vtroque tanquã includens aliud: vt cum dicitur, omnis H lex vno sermone impletur. Diliges proximum tuum, & diligentibus deũ omnia cooperantur in bonum. Et ratio est: quia ex vna eadẽque charitate deum propter seipsum diligimus: nos autem & proximum propter Deum Et sic patet secundum. In quo hoc habetur documentum quod Chryso. tan-

I git dicens, Diliges inquit, non timebis. quia diligere magis est quã timere. Timere enim seruorũ est. diligere filiorũ. Timor sub necessitate est, dilectio in libertate. Quj in timore seruit deo, pœnem quidẽ euadit: mercedẽ vero iustitiæ non habet: quia inuitus fecit bonũ propter timorẽ Non vult ergo Deus: vt timeatur seruiliter ab hominibus, quasi dominus: sed vt diligatur. quasi pater: quia adoptionis spiritum K donauit hominibus. Hæc ille.

¶ Quantum ad tertium tangitur conſutatio Phariſæorum, cum dicitur (Cõgregatis autẽ Phariſæis) Sed qua re dicit cõgregatis: quia ſupra dictum eſt ꝙ cõuenerant in vnum. Ad hoc põt dici ꝙ cõuenerant in vnum in ſecreto, vbi inter ſe ſunt cõſiliati: ſed ad Chriſtum ſunt paulatim congregati donec ille doctor interrogabat non autẽ venerunt omnes ſimul, nec patefacerent inL ſidias ſuas. Congregatis ergo eis, vt dictum eſt (interrogauit eos Ieſus) dicens (Quid vobis videtur de Chriſto cuius filius eſt? Hæc quæſtio fuit difficillima: qui dicitur Eſa. xlv. Generationem eius quis enarrabit. Fuit etiã congrua: quia æſtimabant. ꝙ eſſet purus homo, & non Deus: quia ſic non tẽtarent eum, (Dicunt ei, Dauid.) Et ſic inſufficienter reſponderunt quia cum in Chriſto duplex ſit generatio ſcilicet ſecundũ diuinitatẽ, & ſecũdũ humaM nitatem ipſi reſponderunt de ſecũda tantum. Iõ Chriſtas arguit contra eos ex autoritate Pſal. dicẽs, (Quomodo ergo Dauid in ſpiritu). ſ. ſancto ſecundum Hiero. vt tollatur omnis erroris ſuſpicio (vocat eũ. Dominum, dicens, Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis: donec po. mi. tu. ſca. pedum tuorum.) Si ergo Dauid vocat eum dominum. quomodo illius eſt? Ar N gumentum domini in his verbis eſt tale. Omnis dominus eſt maior ſeruo ſed Chriſtus eſt dominus Dauid: ergo eſt maior Dauid. Nullus autem filius eſt maior patre ergo vel Chriſtus non eſt filius Dauid: vel habet vnam naturam qua eſt filius eius: & aliã qua eſt eo maior: quæ eſt diuina, In hac autẽ autoritate allegata patet. Primò præeminentia Chriſti ad ſanO ctos: quia dicitur dãs Dauid: & conſequenter aliorũ ſanctorum. Secundò æqualitas eiuſdẽ ad patrem. Nam dixit Domin⁹ pater domino meo Chriſto: ſede à dextris meis. i. in æqualitate ad me. Beda. A dextris dei ſedere eſt in honore æquali paternæ dignitatis manere. Hoc autẽ dicere ſecundũ. ſ. Tho. patris ad filiũ, nihil eſt aliudP quã patrẽ filium in æqualitatẽ dicendo producere. Tertiò, tangitur quid agatur de inimicis Chriſti. i. de infidelibus. vel rebellis: quia ponentur ſcabellum pedum Chriſti. i. totaliter ei ſubiicientur. Et nota ꝙ ly donec non importat determinantum tempus ſecũdum. ſ. Tho. ſed in infinitũ. ¶ Eſt autẽ notadũ ſecũdũ Hier. ꝙ Iudæi Chriſti deitatẽ negantes multa confingũt, vt hãc euadant autoritatẽ. Dicunt eñ ꝙ intelligitur de Abraã: & ꝙ Helizer diQ penſator eius fecit hũc pſalmũ: agẽs deo gratias pro victoria quã habuit Abraã de quinque regib⁹ vt habetur Gen. xiiij. Et ſic exponũt. Dixit dãs. i. Deus dño meo. i. Abraæ ſede ad dexD tris meis: quia, ſ. cõfortauit eũ dicens, Noli timere Abraam. Sed contra arguit Hie. quia de Abraã dicere nõ poſſunt quæ ſequuntur. ſ. ꝙ ante Lucifer um ſit genit⁹. nec ꝙ fuerit ſacerdos in æternũ ſecundum ordinem Melchiſedech

A dech eũ pro eo Melchiſedech obtuleriſ ſacrificium. Item poteſt argui ex titulo pſalmi ꝙ in hebræo talis eſt Pſal. Dauid. (Et nemo poterat ei rñde re verbũ neque auſus fuit quiſquã ex illo die eũ amplius interrogare) quia xp̃s ſuperauit eos reſpondẽdo, & oppo nẽdo. In hac prẽ eſt documẽtũ ꝙ Rab. tãgir, di. Et hoc intelligim⁹ venena inB uidię ſuperari poſſe: ſed difficile qeſce re. Hæc ille. Et intẽdit ꝙ illi ſiluerunt cõtra ſuã volũtatẽ: qa nõ habebant qd dicerẽt ſecũdũ Chry. non autẽ ſiluerũt amore veritatis qua ſapiẽtia diuina docuerat: qa iuidię venena prohibebant.

Dominica. xix. poſt Trinitatem. Mat. ix.

C Ascẽdẽs Ieſus ī nauiculã trãſſretauit & venit ī ciuitatẽ ſuã. Et ecce offerebãt ei paralyticũ iacẽtẽ ī lecto. Et videns Ieſus fidẽ illorũ, dixit paralytico. Cõfide fili: remittũtur tibi peccata tua. Et ecce qdã de ſcribis dixerũt intra ſe hic blaſphemat. & cũ vidiſſet, Ieſ⁹ cogitationes eorũ, dixit, vt qd cogitatis malaī cordib⁹ veſtris. D Quid eſt facilius dicere dimittũtur tibi peccata tua, an dicere ſurge, & ãbula, Vt autẽ ſciatis quoniã filius hoĩs habet poteſtatẽ ī terra dimittẽdi peccata. Tunc ait paralytico, Surge, tolle lectũ tuum, & vade in domũ tuã. Et ſurrexit & abiit in domum ſuam. Videntes au E tem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

Ascendens Ieſus in nauiculam &c. Matt. ix. in præſenti euange. tanguntur tria pũcta quæ ſunt. Remiſſio, Detractio, Confirmatio.

¶ Quantũ ad primũ literaliter tãgitur remiſsio peccatorũ, quã Chriſtus paraF lytico fecit. pro quo ſciendũ eſt: vt ex textu patet euangelii ꝙ Chriſtus quãdo recedẽs de Galilea aſcendit nauiculam, & facta eſt in mari tempeſtas magna tunc trãſiuit mare. i lacũ Galilęę, & venit in regionẽ Heraſenorũ. Et ibi eiecit demones de illis duobus hominibus habitãtibus in monumẽtis, & miſit eos in porcos: qui ſe præcipitauerũt in mare & ſuffocati ſunt. Et tũc incolę religionis reputãtes ſe indignos tanta & G ſanctitate rogauerũt Chriſtũ, vt diſcederet ab eis. Et aſcendens nauẽ reuerſus eſt in Galilæã. Et hoc eſt ꝙ in peæ ſenti euangelio. Recitatur. Dicitur ergo. (Aſcendens Ieſus in nauiculã) vt recederet à Heraſenis: & veniret in Galilæam (tranſſretauit). i. trans fretum ſiue trans mare (& venit in ciuitatem ſuam). Ioãnes epiſcopus. Creator mũdi, orbis terræ dñs poſtea quã ſe ppter nos nr̃a anguſtiauit carne cœpit hũanã patriã cœpit ciuitatis Iudaicæ H eſſe ciuis: parẽtes habere cœpit omniũ ipſe parens: vt attraheret charitas, vince ret amor, quos metus diſperſerat. Hæc ille. Sed contra quia iſtud miraculum quod Chriſtus fecit: eſt factum in Capharnaũ vt habetur Mar. ij. Capharnaũ autẽ non erat ciuitas Chriſti, ſed Nazareth. Ad hoc dicit ꝙ iſta ſua

I ciuitas ad quam venit secũdum doctores aliquos.s.Aug.& S.Tho.'potest esse Capharnaum : & potest esse Nazareth. Et si quidẽ teneamus quod sit Capharnaum:sic dicit Chry.& S.Tho.quod sicut Bethlæem fuit christi ciuitas ratione natiuitatis : sic & Nazareth ratione nutritionis & Capharnaum ratione cõtinuæ habitationis & operationis & miraculorũ. Vnde & ciues Nazareth dicebant ei.Lu.iiij.quanta audiuimus facta

K in Capharnaum.fac& hic in patria tua vel potest dici sicut dicit Aug. de cons. euan.& Mag.hist.& S. Tho. quod Capharnaum erat principalis ciuitas Galileæ.Nazareth verò erat quasi quoddam oppidum,vel castrum,aut villa respectu eius.Io.qui erant de Nazareth: poterãt dici etiam de Capharnaum eo modo quo existens de aliqua villa vicina Parisius dicitur de Parisius. Si vero teneamus quod hæc ciuitas sit Naza-

L reth vt Hiero. videtur sentire dicendũ est sicut dicit S.Th.& Aug.de cõ.euan. quod christus primò venit in Nazareth deinde Capharnaum, vbi hoc miraculum fecit.Euangelista autẽ dicit eũ venisse in ciuitatem suam : & statim subiungit de miraculo quod non in ciuitate sua sed in alia.i.in Capharnaum fecit.Solent enim euangelistæ tacito aliquo medio quædam extrema ponere: quasi vnum sine medio consequatur ad

M aliud.(Et ecce offerebãt ei paralyticũ) idest dissolutum membris modus autẽ offerendi tangit Mat.ij.Portabãt enim à quatuor. Et non valentes peruenire ad præsentiã Christi præ turba,prædicabat enim in quadam domo,ascenderunt tectum & inde submiserunt eum cum lecto suo seu grabato: vt ibi, dicit ideo sequitur(iacentem in lecto). i. in grabato quod est lectus pauperum : in quo capiti tantum aliquid imponitur, dictum à graba quod est caput secundũ Mag.hi.¶ Et nota secũdum Chry. quod iste paralyticus nõ est ille de quo narrat Io.quia ille iacebat in natatoriis,& carebat famulis. Iste autem erat in Capharnaum & habebat sui curam gerentes. Videtur autem velle Chryso.in his verbis quod probatica piscina esset de qua dictũ est vade ad natatoria Siloe. (Videns autem Iesus fidem illorũ). s. N

O ofterentium,secundum Hier.& epicopum & non languidi. Non enim vt dicit Chrys.dñs semper exigebat fidem à languidis, vtpote quando fuissent insaniunt aliter propter ægritudinem in excessu mentis. Vel secundum aliosme lius dicitur illorum.i.offerentiũ & paralytici quia etiam vt Chry.subiunxit. Non dimisisset se submitti nisi credidis

P set(dicit paralytico.Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.) Ex quo patet quod paralyticus credebat. Licet enim vt dicit Chry.corporalis sanitas sinde de infirmi aliquando conferat secundo spirituali quæ est per remissionẽ peccatorũ & hoc in adultis. Sed cum iste habuerat ægritudinis causam vt post i ceret sanitatẽ vnde Hic.O mira humilitas despectũ & debilẽ totis membris compaginibus dissolutũ filiũ vocare sacerdotes nõ dignabant attingere certe ideo filiũ quia dimittunt ei peccata sua vbi dat nobis intelligentia propter peccata plerisq; euenire corporis debilitates: & idcirco forsitam prius mittuntur peccata vt causis debilitatis ablatis sanitas restituat.Hæc ille.Et tamen sciendum est ꝙ corporal infir-

A mitas à deo multis de causis infligitur. Primò propter peccati punitionẽ sine peccati purgatione & sic talis infirmitas est quoddam præambulum gehẽna lis tormenti.isto modo fuit punitus Herodes Act.xij.qui propter elationẽ fuit corrosus statim à vermibus & expirauit,& Pharao qui inter flagella est peior effectus. Secundò propter peccati commissi purgationẽ sicut Nabucho-

B donosor fuit percussus amentia ad tps. Dan.iiij. & secundum aliquos Maria magdalena fuit oppressa à diabolo.Tertiò ad gloriam dei manifestandã vt patet in cæco nato Io.ix.Quartò ad conseruationẽ humilitatis vt patet de Pau lo.ij.Cor.ij.Ne magnitudo (inquit)relationum extollat me datus est mihi stimulus carnis meæ &c. Quintò pro-

C pter probationem & ostensionẽ patientiæ:sicut patet de Iob.ij.c.eiusdẽ, vnde versus Iob.probat inclinat Paulũ sese manifestat. In cæco purgat Mariã pudit Herodẽ. ¶ Moraliter ista nauis per quã christus.i.qui animam suã & aliorum quærit saluare vadit ad patriam suam est pœnitentia quã qui ascendet peruenit Capharnaum.i.ad villam consolationis cœlestis. Vel significat religionẽ propter tria vota quę ibi obseruantur cũ habeant nautæ parcũ vi

D ctum nauclero oẽs obediant,& siue vxo tibus fiat nauigatio.Quatuor autẽ venti hanc nauem exagitant. s. inanis glotia quæ ab oriente flat. Procedit enim cõiter vel ex carnis origine vel lumine scientiæ.Et carnalis cõcupiscentia quę flat ab occidente.i.à carne tendẽte quotidie ad eccasum.Et auaritia quæ flat à meridie,propter æstum terrenorum.Et accidia quæ flat à septẽtrione propter suam frigiditatem. Imminente autem tentationis tempestate debemus proii-

E cere onus peccatorum & deponere velum elationis & figere anchorã spei, & inuocare sanctos vt faciunt nautæ.Mare autem significat mũdum propter inquietudinem & propter in satiabilitatem absorbet enim omnia flumina & propter amaritudinẽ qui ergo per pœnitentiã aut religionem nauigat ad patriam tendit vbi infirmitates curantur vt videbitur statim. ¶ Quantum ad secundum tangitur detractio facta christo à Scribis.i.doctoribus legis cum dicitur.(Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se). s. cogitando. (Hic blasphemat) Blasphemare propriè est attribuere deo quod ei non conuenit vel abeo remouere quod ei non cõuenit.Qui autem attribuit creaturę ꝙ est propriũ dei remouet à deo quod ei cõuenit. Est autem proprium dei remittere peccata iuxta illud Esa. xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Isti ergo secũdum Hier.quia Iesum purum hominem putabant cum remittere peccata se dicebat,crediderunt blasphemare.Vnde sicut dicit Beatus.Mar.dicebãt. Quis potest remittere peccata nisi solus Deus? Christus autem vt dicit Hier.voluit se ostendere esse Deum primò per hoc ꝙ cordis eorum secreta penetrabat quod solius dei est ideo sequitur.(Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum dixit. Vt quid cogitatis mala de me,in cordi

H bus vestris(credendo.s.me esse blasphemum & malum.Deinde secundo ostendit se deum in sanatione paralytici & hoc duplici ratione.Primò inquantum illum sanauit propria virtute.Secundo quantum illum sanauit in testimonii, quod ipse qui deum se dicebat verum dicere Illud enim miraculum non potuit esse nisi à deo cum per naturam in firmitas illa esset incurabilis. Si ergo

est factum ad approbandum christi doctrinam qua se deum dicebat: oportet quod illa doctrina sit vera aut ꝙ Deus qui miraculum in testimonium eius fecit asseruerit mendaciũ esse verũ quod est impossibile cum sit veritas prima, & essentialis. Dicitur ergo. (Quid est facilius dicere remittuntur tibi peccata, an dicere surge, & ambula). i. quid est maius remittere peccata aut sanare insanabilem q.d. secundum Hie. Vtrunq; est æqualis virtutis: quia vtrũq; requirit diuinam & infinitam potentiam sed in hoc differunt ista quia si sanatur corporaliter languidus vos potestis aduertere: non autem si ei remisero peccata. & ideo volo quod cognoscatis vnum per aliud. Vnde subditur. Vt autẽ sciatis ꝙ filius hominis). i. ego ipse qui sic se appellabat vel quia vnus tantum hominis erat filius. i. virginis vel causa humilitatis: cum se posset filium Dei appellare (habet potestatem in terra remittendi peccata) autoritatiuè inquantum Deus & per potestatẽ excellentiæ inquantum homo dãs humanitatẽ vnitam diuinitati. iij. par. q. lxiiij. (tunc ait paralytico. (Est autem sciendum secundum gl. & S. Th. ꝙ illa verba. Vt sciatis &c. possunt esse christi vel euangelistæ quasi euangelista di. Ipse Scribæ dubitabat eum posse peccata dimittere: sed vt sciatis vos qui de christo estis andituti: quia filius hominis habet potestatem domittendi peccata ait paralytico &c. Si autem christus dicat pronuntiasse hæc verba sic sunt intelligenda. Vos dubitatis me posse peccata dimittere sed vt sciatis, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata supple ego sanabo istum. Vnde est oratio imperfecta. Quod aũt sequit tunc ait paralytico sine dubio sunt verba euangelistæ narrantis actum Christi postquã orationẽ imperfectam dixerat & sunt interpositio per parenthesim respectu verborum christi quæ statim postquã dixerat vt sciatis &c. conuersus ad paralyticũ ait. (,Surge tolle lectum tuum & vade in domũ tuã.) Hæc autẽ omnia mandauit secundũ Chry. vt miraculem videret verũ & non phantasticũ seu apparens tm̃ (Et surrexit, & abiit in domũ suã (virtute & imperio christi. Sicut autem per literã habentem sigillum declaratẽ scribentis voluntas sic per miraculum ostendit virtus diuinitatis quasola miracula fiunt quæ tũc apparet esse in faciente miraculum: qũ neq; orat deũ, neq; imperat ex parte dei sed propria autoritate. Itaq; se deum esse clarius hoc facto monstrauit. (Videntes autẽ turbæ timuerunt) timore admirationis, & reuerentiali Scribæ autẽ contempserunt & glorificauerunt Deum (qui dedit potestatẽ talẽ hominibus). s. remittẽdi peccata q̃ conuenit soli deo autoritate & xp̃o homini excellẽter ministris aũt eius sacerdotibus ministrat ter vt pater. iij. par. q. lxiiij. Et sic patet secunda, & tertia pars euangelii simul. ¶ Allegoricè sciendũ est secundum doctrinam, & mentẽ Hila. & Io. epi quod in hoc quod christus repudiatus in Judæa: venit in Galilæã quæ transmigratio interpretat vel rota significat ꝙ populo iudaico non credente & gentilis transmigraret per fidẽ ab idolis ad deũ & quod in ciuitate sua. i. ecclesia militi remittit peccata, & sanat infirmos spiritaliter blaphemãtibus Iudæis: & Gẽtilium turbis eum mirantibus. ¶ Anagogicè verò significat ꝙ christus transito mari huius seculi per nauim. i. lignũ crucis venit in Capharnaum. i. villam cõsolationis cœlestis & ibi sanat infirmos

mos ab omni penitus miseria liberãdo eos sibi per sanctos angelos tanquã iusti præsentanẽ & ibi laudat à beatis, & à damnatis blasphematur quorũ figuram & typũ Scribæ præsciti præ se ferebant. ¶ Moraliter sciendũ est ꝙ paralysis causat aliqñ ex frigiditate cõstringente aliqñ ex humore opilante aliqñ ex vulnere neruos incidentẽ. His enim impedit transitus spirituũ ad sensuum instãa. Iste ergo paralyticus est auarus ratione frigiditatis: quia nihil habet de igne charitatis ad proximũ & luxuriosus ratione humiditatis in cibo, & potu & aliis, superbus verò rõne incisionis, & separationis à deo. Ad istam aũt infirmitatem sequit primò tremor. s. faciendi pœnitentiã. Et secundo immobilitas. s. per bonorũ operum viã. Paralyticus enim ait non mouet aut retrocedit: aut vnum passum facit ad dextram & alium ad sinistram. Et tertio, insensibilitas. Paralyticus enim spiritualiter non sentit diabolicas tentationes: quia eis statim consentit. Nec sentit diuinitatis suauitates, nec suas imperfectiones. Hinc Christus iubet vt surgat. Raba. Surgere, est animam à carnalibus desyderiis abstrahere. Lectum tollere, est carnem à terrenis desyderiis ad volũtatem spiritus tollere. Domum ire est ad paradisum redire: vel ad internam sui custodiam ne iterum peccet. Hæc ille.

Dominica. xx. post Trinitatem. Mat. xxij.

Similе factum est regnum cœlorum homini regi, q fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias & nolebant venire. Iterũ misit alios seruos dicens, Dicite inuitatis. Ecce prandiũ meũ paraui, tauri mei, & altilia sunt occisa & omnia parata venite ad nuptias. Illi autem neglexerũt & abierunt alius in villã suã alius verò ad negotiationẽ suã: Reliqui vero tenuerunt seruos eius & contumeliis effectos occiderũt. Rex autẽ cũ audisset, iratꝰ est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos & ciuitatẽ illorũ succẽdit. Tũc ait seruis suis. Nuptię quidem paratæ sunt sed qui inuitati erãt nõ fuerũt digni. Ite ergo ad exitꝰ viarũ & quoscũque inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias cõgregauerunt oẽs quos inuenerunt bonos & malos & impletæ sũt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem Rex, vt videret discumbentes & vidit ibi hominem non vestitum veste veste nuptiali: & ait illi, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialẽ? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus,

&

& stridor dẽtium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

SIMILE EST REGNVM cœlorum homini reg.&c.) Matt.xxij.in præsenti euan. tanguntur tria pũcta quæ sunt inuitati, vindicatio,& condemnatio. ¶ Quãtum ad primũ tãgitur inuitatio, quam fecit rex ad conuiuium nuptiarum filii sui. Sed quia euangelium est parabolicũ: oportet literalem sensum sumere iuxta significatum metaphoricum dictionum. ¶ Est autẽ sciendum ꝙ ante præsens euange. vt patet ex textu Mat. christus dixerat multas parabolas principibus sacerdotum & maioribus populi: post suum vltimum aduentũ in Hierusalem instante passione. In quibus parabolis illi intellexerunt quòd ad eos loquebatur: & ꝙ eis imponebat quòd occisuri essent christum ideo irati sunt valde & voluerũt occidere illum nisi ipse habuisset fauorem populi, qui pẽdebat ab ore eius & tanquã prophetã illum habebat. Christus ergo magis volens eis notificare peccatum eorum & pœnã, quam paterentur non solum in futuro seculo. sed in præsenti dixit parabolam nuptiarũ. Sed quia beatus Luc.xiiij.c. narrat parabolam huic similem solet esse dubitatio: vtrum eadem, vel alia sit: sed breuiter secundùm Aug.& Greg. non est eadem, sicut patet ex ordine narrandi: sed Luc. loquitur de nuptiis ecclesiæ triumphantis: vnde nullus ibi dicitur expulsus. Mat. verò militantis: vt patet quia ibi fuit quidam malus. Dicitur ergo (Simile est regnum cœlorum).i.status ecclesiæ militantis, seu christiani tatis. Quot modis autẽ dicatur regnũ cœlorũ vide dũica vl. post Epiphaniã (homini regi).i.deo patri qui regnat in cœlo, per gloriã. in hoc mundo, per gratiã: in inferno per iustitiã. Secundũ Orig. aũt regnũ cœlorũ simile est homini regi quãtũ ad regnantem in illo: quantũ aũt ad corregnantẽ est simile filio regis: sed quãtum ad eos super quibus regnat est simile iuitatis ad nuptias. Hęc enim tria inueniuntur in regno cœlorum. Regnans, corregnans,& serui regis (qui fecit nuptias filio suo) Istæ nuptiæ secundũ Gre. factæ sunt, quando deus humanã naturã tanquã sponsam filio suo in vtero virginis, tanquam in thalamo cõiunxit. Sed contra: quia cõiunctio nuptialis, seu matrimonialis est inter duas personas: ergo sequitur quòd alia sit persona diuina & alia humana in christo: quod nõ est secundùm sanã doctrinam. Ad hoc dicit beatus Gre.ꝙ christus ex duabus naturis,& in duabus naturis existit: sed nõ ex duabus personis cõpositum dicimus: quasi velit dicere, ꝙ istud matrimoniũ non fuit inter duas personas sed inter vnã personã,& vnã naturam. Subiungit tamẽ ꝙ secundum possumus dicere ꝙ hoc matrimoniũ est inter christum & sanctã ecclesiam celebratũ in eodẽ virginis vtero tanquã in thalamo: de quo christus tanquam sponsus processit (& misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias.) Isti inuitati secũdũ Hie.& Chry. fuerũt Iudæi qui fuerũt inuitati ab Abrahã secũdũ Chry. cui promissio de christo facta est. Serui aũt missi ad vocãdũ prius inuitatos secundũ Hie. fuerũt prophetæ qui clarius pronuntiauerũt de christo quæ in lege obscurius cõtinebantur: & hortabãtur populũ ad expectationem christi,& ad crẽdẽdũ in ipsum per fidẽ & opa bona. Quidã tã textus habẽt: ferum suũ: vt dicit Hie.& tũc ad Moysen vt dicit referendum est (& noluerunt venire) quia verbis prophetarum nolnerũt obedire. vt patet ex libris sanctis. (Iterũ misit alios seruos, dicẽs) Isti secũdũ Chry. sunt apostoli. Idem dicit Hie. supposito ꝙ textus supra habeat: seruos & non seruũ. Et cum apostolis debemus etiã Ioannẽ intelligere: qui se tenet cum lege noua vt dicit. S. Th. iij. part. q: xxxviij. licet fuerit medius inter nouã,& veterẽ secundũ Ori. tamen per seruos primo missos possunt intelligi primi prophetæ: per eos verò qui sunt missi secundo loco: alia cõgregatio prophetarũ posterior. Vel secundum Hila. primi serui sunt apostoli qui vocauerunt inuitatos à prophetis. Secundi verò sunt apostolorũ successores (dicite inuitatis).i.obstinatis (ecce prandium meũ paraui) Istud prandiũ sunt ea quibus christus sponsus animas reficit: doctrina. s. euangelica: secũdũ Hie.& Ori. & ecclesiastica sacramenta secundũ alios potissimè eucharistiæ sacramentũ in quo nobis exhibetur corpus christi in cibũ: & sanguis in potũ (tauri mei & altilia occisa sunt) Altilia propriè significant aues saginatas siue impinguatas. secũdũ Greg.&.S.Th. Dicta enim sunt altilia, quasi altilia vel quasi alita. Secundum Ori. ergo cũ per prandium intelligãt doctrina scripturarũ Tauri, sunt rationes, vel autoritates fortes. i. firmæ & validæ ad sacrã doctrinã pertinẽtes: sed suaues & delectabiles affectui: sunt saginata siue altilia. Ista aũt dicũtur occisa qũ ita sunt in prædicatorum cordibus: vt propter possint.& velint ea populis, tanquã spirituales delitias, apponere. Vel aliter secundum Greg. Per tauros inquit patres veteris testamẽti figurant: qui ex pmissione legis inimicos suos virtutis corpore cornu feriebant. Per altilia vero patres noui testamẽti, qui dũ gratiam pinguedinis. i. interuæ dulcedinis percipiũt à terrenis desyderiis ad sublimia cõtemplatiõis suæ pœna subleuantur. Dicit ergo, Tauri mei, & altilia occisa sunt: ac si dicatur. Patrũ præcedentiũ mores aspicite & remedia vitæ vestræ cogitate. Hæc ille. Est aũt notandũ ꝙ in prima inuitatione nõ fit mentio de tauris,& altilibus sicut in secunda: quia vt dicit Greg. Omnipotens de° cũ verba eius audire nolumus adiungit exẽpla. Hæc ille. Vel per tauros secũdũ Th. intelliguntur sacerdotes: quia taurus est animal immolatitium: per altilia vero prophetæ ꝙ fuerũt saginati sapina dei,& cõsolatiõibus spũssancti. Et oĩa parata sunt.) Chrys. quia. s. quicquid quæritur ad salutẽ iam adimpletũ est in scripturis. Qui ignorans est: inuenit ibi quod discat: qui cõtumax quod timeat: ꝙ nõ laborat, promissa quibus excitetur ad opus. Vel omnia parata sunt. i. introitus regni apertus est per fidẽ meæ incarnationis: qui ante fuerat clausus. Vel omnia parata sunt quæ pertinẽt ad mysteriũ dominicæ passionis & nostræ resurrectiõis. Venite ad nuptias nõ pedibus: sed fide,& moribus. Hæc ille. (Illi aũt neglexerũt) quia Iudæi pro maiori parte remanserunt obstinati: christo & eius apostolis prędicãtibus. (& abierũt: alius in vineã suã (se occupãdo interrenis & corporalibus laboribus (alius vero ad negotiationẽ suã) se occupãdo in lucris terrenis. Greg. Qui intẽtus labori terreno: vel mũdi actionibus deditus mysteriũ incarnationis dũicæ pensare & secũdũ illud viuere dissimulat: quasi ad villam & negotiũ pergens venire ad regis nuptias recusat. Hæc ille. Vel secundùm Chrys. populares Iudæorum sunt qui abie

I abierunt in villã:sed sacerdotes & ministri templi quos auaritia separauit à fide abierunt ad negotiationem suã.Et de omnibus istis non dicitur ꝙ sint malignanti sed ꝙ venire renuerunt: sed qui odio:vel inuidia occiderunt christum,aut apostolos malignati sunt de sua tamen morte dominus tacet: quia in priori parabola dixerat. De malignis ergo dicit Greg. Et plerũq; quod est grauius nõnulli vocat ad gratiam K non solùm respuunt, sed etiam persequuntur.Hæc ille.Vnde subditur(Reliqui vero tenueruut seruos eius).i.Iohannem Stephanum,& apostolos & cõtumeliis)imo etiam flagelliss vt patet Act.iiij.(affectos)prius:postmodũ etiã quosdam:puta Ioannem & Stephanũ & Iacobum maiorem & minorem.¶ In hac parte habemus hic exemplum de patientia & misericordia cõditoris qui L multoties animas ad nuptias.i.ad fidẽ & bonos mores reuocat Greg.Ecce pecando autori terga in faciem dedimus: & tamen vt reuertamur admonemur. Et quos ferire aduersantes potuit:vt reuertamur munerare promittit. Tanta ergo misericordia conditoris emoliat duritiam nostri reatus.Hæc ille.¶ Quãtum ad secundum tangitur vindicatio facta per regem cùm dicitur.(Rex autem cùm audisset,iratus est.) Ira prio- M riè,& formaliter est appetitus sensualis vindictæ Dicit tamen.S.Tho.ij.cõtra Goñ.c.lxxix. ꝙ nomina passionum animæ dupliciter sumuntur. Vno modo pro actibus appetitus sensitiui.Alio modo pro actibus voluntatis. Si igitur sumatur ita pro appetitu sensitiuo vindictæ:sic non potest esse in deo:sicut neque sensus. Secus si sumatur pro volũtate, seu volitione vindictæ:sic enim ira est in deo:vt idem dicit.iij.di.xv. N quia deus vult aliquorum vindictam. Attribuitur etiã deo ira quantum ad ipsum effectum: quia punit.Et missis exercitibus suis,perdidit homicidas illos:& ciuitatem eorum succendit)Hic. Per hos exercitus Romanos intelligimus sub ducibus vespasiano,& Tito: qui occisus Iudææ populis prævaricatricem incẽderunt ciuitatem.Hæc ille. Et secundùm Chry.illi exercitus fue- O runt dei:quia domini est terra & pleni tudo eius:& quia ad destruendũ Hierusalem eos:dominus excitauit:Vel secũdùm Greg.isti exercitus sunt angelorum agmina per quæ in hominibus exercet iudicia sua.Qui etiam exercitus perdunt homicidas:dum fidei persecutores interimunt. Incenditur autem talium ciuitas:dum corpus in quo habitarent flamma gehẽnæ cõsumit. Quomodo aũt fuerint Iudæi occisi per di- P ctos principes & Hierusalem combusta dictũ est alias.s̃.dominica.x.(Tunc ait rex seruis suis).i.apostolis aut angelis qui præerunt vocationi gentium,secundùm Orig.(Nuptiæ quidem).i.nuptiarũ prandium(paratæ sunt:sed inuitati erant).i.Iudæi(nõ fuerunt digni:quia dei iustitiam ignorantes, & suam statuere volentes:indignos se iudicauerũt æternæ vitæ.Act.xiij. Quia vero iudaicus populus repulit euange- Q licam doctrinam apostoli ex mandato domini fuerunt, gentibus prædicare. Vnde Act.vbi.s̃.dixit Paulus Iudæis induratis.Vobis quidem oportebat primum loqui verbum dei:sed quoniã repelletis illud:& indignos vos iudicatis æternæ vitæ:ecce conuertimur ad gentes:sic enim præcepit nobis deus. Et hoc est quod subditur (Item ergo ad exitus viarum).i.ad populum Gentilẽ.

A Hier. Gentilium namque populi non erant in vias sed in exitibus viarum.i. in suis erroribus secundùm Remi. Vel secundùm Chry.vitæ sunt omnes professiones:puta philosophiæ : musicæ & huiusmodi.Ire ergo ad exitus viarum: est ire ad homnes hominum varietatis Vel aliter secundùm Greg. Nam viæ sunt actiones,exitus viarum sunt defectus in actiõibus.In exitibus ergo sunt B viarum qui in suis actionibus aduersa patiuntur.Et tales plerunque facilius conuertantur ad deum.(& quoscunque inueneritis(in populo gẽtili secundùm Hiero.vel quacunque arte,seu professione secũdũ Chry.vel in quacunque aduersitate secundùm Greg.(vocate ad nuptias).i.ad fidem Iesu christi (Et egressi serui eius).i.apostoli Hierusalem egressi in vias).i.per vias. Licet enim serui iuerint ad exitus viarum : tamen C iuerunt per vias.i.per veram fidem & bonos mores(congregauerunt omnes) gentiles(quos inuenerũt volentes venire ad fidem bonos& malos.(¶ Sed cõtra quia omnes gentiles erant mali, quia idololatrę:quomodo ergo ex eis: congregauerunt aliquos bonos.Ad hoc videtur soluere Hie.quod boni dicuntur quidam eorum ex hoc ꝙ erant inclinati ad bonum.Greg. vero dicit ꝙ hoc dicitur habito respectu ad id quod D fuerunt gentiles post vocationem:quia dato,ꝙ ante omnes fuerint mali : tamẽ post aliqui boni & aliqui mali fuerunt. Possumus aũt dicere ꝙ etiã in ipsis gentilibus erant quidam boni deum colentes:qui vocati sunt ad fidem:vt patet.Act.viij.de eunucho. Cãdacis regiæ quem baptizauit philippum.(Et impletæ sunt nuptiæ discumbẽtium) quia ecclesia sancta vbique terrarum diffusa est:& multo plures venerunt exgentibus quàm Iudæis.¶ In hac parte est documentum quòd licet deus sit E pius & misericors expectando ad pœnitentiam non tamẽ est iniustus:vt iniquitates derelinquat impunitas:sed acrius contẽptores sui exterminat per æternã pœnam gehẽnæ:aliquãdo etiã per temporalem.Vnde Greg. ix.moralium. Quandiu superna longanimitas tolerat extrema iudicii seueritas necat Hæc ille. ¶ Quantum ad tertium tangitur condemnatio eius qui vestibus F fordidis in conuiuio nuptiarum reperitur cum dicitur. (Intrauit tunc rex) non mutando locum secundum Chry. cum vbiq; sit sed exercendo iudicium. Intrat ergo secundum eundem in die iudicii.Quia autem sit duplex iudiciũ, generale. s. in fine mundi futurum : & speciale in morte cuiusq; possumus dicere quod dupliciter rex intrat(vt videret discumbentes) Chuistianos positos ad mensam euangelicæ doctrinæ & sa- G cramentorum nouæ legis.Ista autẽ visio est examinatio & discussio meritorum.(Et vidit ibi).i. in Christianitate seu in ecclesia militanti hominem non vestitum veste nuptiali).i.charitate secundum Greg.Hanc enim dominus habuit vt adsociãdæ sibi ecclesię nuptias veniret.Hæc ille.Angu. Intrat ergo ad nuptias sine veste nuptiali qui in ecclesia fidem habet sed charitatem non habet.Vel qui quærit ibi gloriã non spon H si:sed suam.Hæc ille.Aug.tamen cõtra Fau. videtur dicere quod ista vestis sit gratia spiritussancti : sed reddit in idem:quia sicut splendor cõsequitẽ necessario solẽ ita amor charitatis gratiã spiritussancti.Similiter Hie.dicit ꝙ ista vestis sunt opera bona sed redit in idẽ: quia bona opera sunt quæ ex gratia & charitate procedunt. In veste ergo

nuptiali

nuptiali est q̃ est in gratia Dei,& amat charitatiue Deum,& proximũ: & sanctè viuit,& operatur:si est adultus. Dicitur autẽ iste fuisse vnus in singulare secundum Orig.quia sunt mali & serui vnius generis: quia sunt mali & serui diaboli. Vel dicendum quòd hoc fit vt denotetur paucitas eorũ,qui damnãtur ex vocatis qui venerũt per verã fidem. De hoc vide dominica in.lxx. (Et ait illi,Amice)Amicũ dicit secundũ Hier. K ratione fidei qua vocatus venit.Vel secũdum.S.Tho.quia ipse rex eum amauit:sicut & dominus Iudã se tradẽtem amicũ appellauit. Vel vt idem dicitur amicum appellat, imperãdo vt se amet (quomodo huc intrasti: nõ habens vestem nuptialẽ.q.d.Ingratus es qui honorãtem nõ honoras:& temerarius qui nuptias meas temerare, & maculare præsumpsisti. Sed cõtra. Si rex noluit ibi esse malos:quare vocauit malos? Ad L hoc dicit.S.Tho.quòd vocauit malos vt essent boni. Ideo iste malè fecit intrando malus.s.sed fictus, & indispositus accedit ad baptismũ qui est ianua qua intrat ad fidẽ:sed peius fecit perseuerãdo impœnitens:aut si semel habita innocẽtiæ vestẽ candidam deposuit, & assumpsit sordidã.i.vitiosam(At ille obmutuit)Hier.in tẽpore enim illo nõ erit locus impudẽtiæ nec negandi facultas:cùm omnes angeli & mũdus testes sint peccatorũ.Hæc ille.(Tunc rex M dicit ministris).i.angelis qui diuinã iustitiam exequẽtur in iudicio generali & priuato(ligatis manibus).i.omnibus potẽtiis productiuis bonorum operum quæ bona opera cessabũt post mortem quãtum ad mereri præmium:maximè in malis in quibus nullo modo erunt, vel esse poterunt:in beatis enim erunt quidẽ bonæ operationes:sed non erunt propriè merita:sed pars præmii (& pe- N dibus).i.in omnibus potẽtiis electiuis bonorũ effectuum:quæ sunt pedes quibus ad Deum accedimus:vt pura volũtas,& irascibilis,& cõcupiscibilis. Ipse autem bonæ affectiones & volitiones sunt tãquàm passus:quibus felicitatem adire possumus in vita. Sed post mortẽ in malis cessabit potestas bene volẽdi quia erunt in termino:& semper persequerabunt in desyderio & mala volũta- O te cum qua morientur:vt patet.iiij.di. iiij.& dist.l.(proiiciet eum in tenebras exteriores.)Secundũ Greg.tenebræ interiores sunt tenebræ cordis quas omnis peccator etiã in vita patitur. Exteriores vero sunt tenebræ damnationis quẽlibet Greg.nõ explicet.sunt duplices.s.corporales & spirituales quę sunt priuatio visionis diuinæ.Vel secundum Chry.vtrẽq; tenebræ.s.interiores & exteriores sunt gehennales:sed differunt secundum plus,& minus. Nam vt P dicit ipse:per hoc designatur differẽtia tormẽtorũ in peccatoribus. Sunt enim primæ tenebræ exteriores: interiores autẽ minores & nouissimi loci.Hæc ille.Est autẽ notandum quòd corporales tenebræ in inferno nõ sunt ita densæ: quin damnati oculis corporalibus possint aliqua videre:sed videbunt quæda licet malæ & obscuræ & quæ terrorẽ,& Q dolorem magis quàm consolationẽ ingerant vt patet per.S.Tho.iiij.dist.l.& iiij.cõtra Gen.c.lxxxix.(Ibi erit fletus, & stridor dẽtium.) ¶Est autem notandum quòd motus cœli secundũ doctrinam fidei: quandoq; cessabit:& consequenter cessabit omnis actio quæ dependet à cœlesti motu. Est autem duplex actio in inferioribus corporibus, Vna quę est propria corporis inquantũ corpus est:quæ egit transmutãdo materiã pro-

A per proprium motum. Proprium enim est corporis vt motum moueat trãsmutando materiam de calido ad frigidum & huiusmodi. Alia quoq; quæ cõuenit ei inquãtum participat aliquid de natura substãtiarum separatarum:qua non transmutat materiam:sed similitudinẽ suam multiplicat in medio secũdum similitudinẽ spiritualis intentionis quæ reperitur in sensu, vel intellectu. Isto B modo sol illuminat aerẽ & color emittit speciem & similitudinẽ suam ad speculum. Vtraq; autẽ harum actionũ reperitur in elemẽtis virtute cœli. Vnde si vtraq; prædictarum actionũ cessaret in cœlo cessaret etiã vtraq; in elementis. quia verò cessabit tãtum cœli motus:cessabit etiã motus omnis elemẽtorum:sed nõ alia actio. Vnde post iudicium si esset speculũ in aere oppositũ terræ: adhuc in eo terra videretur. Si C autẽ sit aliquis motus inferiorũ corporum:qui habeat causam quę à cœlo nõ depẽdeat talis motus stãte cœlo poterit esse, si talis forma in suo corpore inueniat.Cùm ergo rationalis anima à cœlo nõ depẽdeat:sed si immediatè à Deo vt etiã vult Philosophus in lib.de animalibus. vbi dicit quòd solus intellectus.i.anima intellectiua est ab extrinseco.i.nõ educitur de potẽtia materiæ ab agẽte naturali:sequitur quòd motus D cantati ab illa post resurrectionẽ esse poterũt. Ideo erit motus cordi & motus localis membrorũ.Hæc omnia sunt S.Tho.sentẽtialiter depo.q.v. Cùm vero ipsemet velit quòd stãte motu cœli cessabit omnis corruptio: vt patet.iiij. cõtra Gentiles.c.vlt.& in multis aliis locis oportet secundũ eius mentẽ dicere quòd fletus erit quidẽ possibilis in damnatis quãtum ad motum localẽ:puta constrictionẽ cerebri:& cõtractionem

vel conturbationẽ faciei non autẽ quãtum ad resolutionẽ lachrymarum:quia illa nõ est sine corruptione. Et sic ipse expressè tenet.iiij.di.l.&.iiij.cõtra Gẽtiles.cap.lxxxix.& quodlibet.viij.¶Est autẽ ad euidentiam prædictorũ sciendũ quòd anima causat motũ cordis in mẽte:sed motũ corruptionis proprii corporis prouenientẽ ab intrinseco causat per qualitates cõtrarias elementorum: quæ ipsam animã cõsequuntur & corpus simul.Ideo stãte motu cœli erit motus cordis possibilis:nõ autẽ ille alius: quia anima sine cœlo agẽte potest agere: cùm nõ sit à cœlo:non autem tales qualitates:quia aliquo modo dependent à cœlo: sicut & corpus nostrũ. Vel potest melius dici quòd in tali statu corpus erit totaliter animæ subiectũ ideo nõ poterit suscipere aliquã formã realem,& absolutã contrariam dispositionibus corporis ad subesse animæ.Poterit autẽ suscipere intentionalẽ: vt sentiendo:& relatiuã vt in motu locali:in quo neq; perditur, neq; acquiritur aliqua absoluta forma & firma quod dico: quia mouẽs localiter imprimit mobili ipsi impetũ in motu saltẽ violento:qui impetus nõ est forma relatiua: sed tamen est quasi intẽtionalis & instabilis. Sed quare in dãnatis erunt ista duo fletus,& stridor? Rñ.S.Tho.quòd ibi erit fletus ex tristitia:& stridor ex ira & impatientia. Vel ibi erit fletus ratione caloris·& stridor ratione frigoris. Transibunt enim ab aquis niuiũ ad caloré nimium.Iob.xxiij. Et intellige q̃ ibi erit stridor quò ad motũ localem dentium: non autẽ quò ad sonum: quia sonus cũ fit per aeri fractionẽ causatus nõ est sine alteratione.Poterit tamẽ ibi esse miraculosè. (Multi autẽ sunt vocati) ad nuptias præsentes in via (pauci verò

electi)ad futuras in patria: quia multi vocati non veniunt: & eorum qui veniunt aliqui inueniuntur in morte sine veste nuptiali. Vtrum autem eorum qui vocantur & veniũt multi eliguntur ad gloriam, vel pauci vide dominica in Septuagesi.

Dominica vigesimaprima, post Trinitatem.

Ioan. iiij.

K ERat quidã Regulus cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Hic cùm audisset quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius. Incipiebat L enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. Dixit ad eum regulus, Domine, descẽde prius q̃ moriatur filius meus. Dixit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat, Iam autem eo descendente, ser M ui occurrerunt ei: & nuntiauerunt, dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit illi Iesus, filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eius tota.

ERAT QVIDAM REGVlus &c.) Io.iiij. In præsenti Euang. tãguntur tria pũcta quæ sunt? Deprecatio, Increpatio, & cõuersio. ¶ Quantũ ad primum tangit literaliter deprecatio quã domino regulus fecit. Ad cuius intellectum oportet prẽcognoscere quòd saluator noster dum primò prædicaret in O Nazareth ciuitate sua cõpatriotæ eius inuidiæ, zelo, & ira concitati cõtra eum voluerunt prẽcipitare. vt habetur Luc. iiij. Qui ascendit in Iudæam & ibi ipse prædicabat. discipuli verò eius baptizabant, & plures discipulos faciebat quàm Ioan. Quod audientes Pharisæi ex inuidia eum persequi cœperunt, sicut & secundum aliquos Ioannẽ. Nam ipsi procurauerunt, vt dicunt, Ioanni P carcerem ex inuidia vt patet: quia dicitur Matt. xvij. de Ioanne Helias iam venit. & fecerunt in eum quæcunq; voluerunt. Vnde Christus recedens à Iudæa venit in Galilęam. dans locum inuidiæ Iudaicæ. Dicitur ergo (Erat quidem regulus) Non erat iste quidã parC uus rex vt nomen sonat: quia sicut ex chronicis patet Romani volentes infringere superbiam Iudæorum priuauerunt eos nomine & dignitate regia: Q diuiso regno in quatuor tetrarchias. Secundum aliquos ergo vt Chrysostat fuit officialis imperatoris: habens aliquam dignitatem: à qua sic dicebatur. Et vt dicunt fuit idem quod centurio: de quo dicit Matth. Sed vt idem dicit non fuit ille. primò, quia ille Iesum volentẽ eius domum ingredi prohibuit: iste autem rogat vt ad domum suam descendat. Secundò, quia ille obtulit Christo descẽdenti de monte in Capharnaum: iste vero in Chana Galilææ. Tertiò, quia illius seruus, & huius filius infirmabatur. Addit autem, Sanctus Thomas, quartum: quia seruus centurionis erat paraliticus: filius autem reguli febricitabat: quia dicitur infrà. Heri hora septima reliquit eum febris. Iste tamen rationes possunt soluendo, quòd. fuit ille dictus centurio à centenario militum quos sub B se habebat, & dictus regulus, id est, paruus rex à regendo ciuitatem Capharnaum: sed alia vice pro seruo: alia pro filio rogauit. quis ergo iste fuerit: certum non est: sed tamen certum est quòd rex non fuit: secundum Chrysostomum, autem fuit aliquis de genere regali, descendens, scilicet ab Herode, vel habebat aliquem principatum: siue centurio, siue alius fuerit. & tunc dicere possumus quòd fuit verè rex: eo C modo quo antiquitus sacra scriptura loquebatur: Reges enim videntur appellati fuisse olim omnes domini habentes aliquod homagium: & talis fortè fuit iste vt pote si ei Romani aliquam ciuitatem tradidissent. Sanctus Thomas autem dicit quòd tribus modis sumitur regulus. Primò, pro eo qui præest paruo regno. Et secundò, aliquis de stirpe regia. Et tertiò, aliquis officialis regis. Et primò modo non sumD tur hic secundum illud Ioannis, decimonono. Non habemus Regem, nisi Cæsarem: nec secundo, & tertio. Fuit igitur quidam de familia Herodis tetrarchæ: siue officialis, siue nuntius imperatoris. Hæc ille. Vtrum autem Gentilis fuerit, vel Iudæus cùm sint variæ sententiæ nulla est certa (cuius filius infirmabatur Capharnaum) id est, in ciuitate quæ erat metropolis in

A uiauit Christo descẽdenti de monte in Capharnaum: iste vero in Chana Galilææ. Tertiò, quia illius seruus, & huius filius infirmabatur. Addit autem, Sanctus Thomas, quartum: quia seruus centurionis erat paraliticus: filius autem reguli febricitabat: quia dicitur infrà. Heri hora septima reliquit eum febris. Iste tamen rationes possunt soluendo, quòd. fuit ille dictus centurio à centenario militum quos sub B se habebat, & dictus regulus, id est, parauus rex à regendo ciuitatem Capharnaum: sed alia vice pro seruo: alia pro filio rogauit. quis ergo iste fuerit: certum non est: sed tamen certum est quòd rex non fuit: secundum Chrysostomum, autem fuit aliquis de genere regali, descendens, scilicet ab Herode, vel habebat aliquem principatum: siue centurio, siue alius fuerit. & tunc dicere possumus quòd fuit verè rex: eo C modo quo antiquitus sacra scriptura loquebatur: Reges enim videntur appellati fuisse olim omnes domini habentes aliquod homagium: & talis fortè fuit iste vt pote si ei Romani aliquam ciuitatem tradidissent. Sanctus Thomas autem dicit quòd tribus modis sumitur regulus. Primò, pro eo qui præest paruo regno. Et secundò, aliquis de stirpe regia. Et tertiò, aliquis officialis regis. Et primò modo non sumD tur hic secundum illud Ioannis, decimonono. Non habemus Regem, nisi Cæsarem: nec secundo, & tertio. Fuit igitur quidam de familia Herodis tetrarchæ: siue officialis, siue nuntius imperatoris. Hæc ille. Vtrum autem Gentilis fuerit, vel Iudæus cùm sint variæ sententiæ nulla est certa (cuius filius infirmabatur Capharnaum) id est, in ciuitate quæ erat metropolis in prouincia Galilææ. Iste secundum E Theologum, fuit præsens quado Christus aquam mutauit in vinum: ideo concepit fidem de eo: quòd si affuisset potuisset suum filium liberare: ideo sequitur. (Hic cum audisset quòd Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæam) fugiens Pharisæorum stimulos (abiit ad eum, & rogabat, vt descenderet) à Chana in Capharnaum (& sanaret filium eius) quia, scilicet, secundum Augustinum, non credebat quòd absens Christus posset conferre sanitatem. F ¶ Allegoricè secundum Origenem, iste duplex aduentus domini in Galilæam vnus ad lætificandum conuiuas ex vini suauitate: aliud sanandum reguli filium pœnæ mortuum. significat primum aduentum Christi in mundum ad redimendum. & secundum in fine mundi ad conuertendum filium reguli, id est, populum Iudaicum filium Abraham qui continuè G orat vt sanetur populus ille. Sicut & de Hieremia legitur. secundi Machabeorũ, vltimo. quòd orabat pro populo Dei. ¶ Anagogicè autem secundum eundem possunt figurari duo aduentus verbi Christi in animam. Primus quidem ex facto vino præbens animæ gaudium spiritualis conuiuii. Secundus verò omnis languoris, ac mortis reliquias amputans. Hæc ille. Et intendit quòd ad animam Christus ad- H uenit per gratiam consolando, & per gloriam beatificando.

¶ Moraliter significatur quòd dicit Theologus, Regulus, inquit, est omnis homo non solùm quia regi vniuersorum propinquus existit secundum animam: sed quia & ipse super omnia principatum sumpsit: vnde & à regendo dicitur. Cuius filius. i. mens febricitat

tat voluptatibus prauis & desyderiis. Accedit autē ad Iesum & deprecatur vt descendat i.vt cū descensu misericordiæ vtatur & parcat peccatis prius quā a voluptatum infirmitate morti ficetur. Sed dominus dixit vade.i.profectum continuū circa bonū ostendas & tunc filius eius viuet. Si autē ambulare cessaueris mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem. Hæc ille. ¶ Quantum ad secundū ponitur increpatio infidelitatis in isto regulo à Christo cū dicitur. (Dixit ergo Iesus) ad eū nisi signa).i.miracula cōmunia (& prodigia).i.miracula maiora secundum.s.Tho. Prodigiū enim importat quoddā monstruosum plenum admiratione. Et vt colligitur ex.ij.ij.q.clxxviij.argu.j,ad tertium & super Io.&.ij.The.ij.miraculū dicitur q a sit supra natura signum: quia diuinā virtutem demōstrat: prodigium verò, vel quia ceriissimè iudicat vt dicaī, quasi porto dictum. vel quia aliquid futurū portēdit: vt dicatur prodigiū quasi procul ostendens effectum futurum. Hæc ille. Secūdo ꝙ porro aliquādo est idē quod certe aliquādo idē quod procul sicut ipse dicit in primo ꝙ prouidētia dicitur quasi porro.i.à longe videntia. Et sumendo primo modo dicitur prodigium inquantū certè indicat præsens. Et secūdo modo inquantū præsignat futurū quomodo etiam aliquod miraculum excellens, vel res mōstruosa dicitur portentū à portendo. quia.s. aliquid in posterum significet (videris) occulata fide (non creditis) Et in his verbis secūdū Aug. Christus arguit istum modicę fidei fuisse, aut nullius: sed quasi vellet tentare quid Christus posset de sui filii sanitate. Alii tamen vt Grego. dicunt quod credidit Ghystum posse suum filium sanare: sed in fide dubitauit secundum Gre. ex hoc quod non credidit ꝙ posse salutē absenti tribuere vel secundū Chrys. quia credidit ꝙ eidem post mortē non posset conferre sanitatem, & vitam mihi videtur ꝙ textus innuit ꝙ dubitauit in vtroque dum dixit: descende prius quā moriatur. Imo dicit.s.Tho. ꝙ iste non solum habuit defectum fidei: quia non credidit Christum virtutē habere diuinam, efficacem etiam respectu distantium: sed etiam quia secūdū Chry. dubitabat an filium suum Christus sanare potuisset: cuius signum est: quia non audit Christum extra terrā suam existentem: sed eius expectauit aduentum: & deinde quasi desperatus adiuit eum nisi volens omittere quod circa hoc facere posset sicut desperantes de salute filiorum etiam medicos imperitos non negligunt. Si enim pro cer toleredidisset christū id potuisse ad eum extra terrā suam perrexisset. Hęc ille. Dicamus ergo quod de diuinitate Christi qua posset operari circa absente etiam non cogitabat, & de virtute suscitandi mortuum desperabatur, & de virtute sanandi infirmum fructuabat, nec credebat pro certo ideoque dicitur credidisse. Et sic omnes doctores concordant. Ex his autem verbis argui Magi. Hist. ꝙ Iudæus iste regulus fuerit: quia Iudæi signa petunt secundum apostolum j.ad Corin,j.& græci, sapiētiā: sed tamen ista ratio nō cogit. Non enim fuit intentio: apostoli dicere quod Greci credant ea quæ sunt fidei propter sapientiā, & nō propter signatur: imo est totum oppositū quia Diony. non credidit propter sapiētiā Pauli: sed propter illuminationē cœci vt patet. in eius Historia: sed intendebat

bat quòd græci tanquam sapientes delectabantur doctrina. & viris doctis cū quo stat ꝙ signo peterent, aliquando ad confirmationem fidei. (dicit ad eū regulus) non attendens ad increpationem: sed iterato replicans suam petitionem sed iterato replicans suam petitionem: (Domine descende prius quā moriatur filius meus) Iste vt quibusdam visum est quamuis non haberet perfectam fidem tamen deuotionē habebat ad Christum vnde & quàm primum audiuit de eo relicto infirmo accessit ad eum existentem in alia terra. Ideo christus simul & semel voluit nō solum eum exaudire in eo quod petebat: sed etiam eius infidelitatem fugare. Vnde (dixit ei Iesus vade) Non dixit veniam: sed filius tuus viuit.i.viuet ceu viuit perfecte.s. potius sanitate. Sed hic est quæstio quā mouet Gre. si licet quare saluator noster rogatus voluit personaliter accedere ad seruum centurionis: ad filium autem reguli rogatus accedere noluit. Videtur enim (licet Gre. hoc non dicat) quā dignior esset regulus (de quo tenetur communiter ꝙ aliquē principatum haberet) quam centurio, quia nihil habebat, nisi centum milites, non suos, sed sub se: & etiam dignior est filius, quā seruus cæteris paribus. Ad hoc dicit Chrys. & s.Tho. ꝙ centurio firmam, & sanam habebat fidem: quam firmare non erat necesse: ideo Christus tantum voluit eius deuotionem patefacere. Iste vero non sanè credebat, & ideo voluit eum ædificare, in fide vt crederet ꝙ etiam absens poterat sananare. Vnde ire noluit. Et potest addi ꝙ dum Christus ostendit se absentē. posse sanare simul etiam ostendit se posse vitā post mortem conferre: quia se Deum ostendit cuius solius est operari suæ voluntatis imperio ad prope, & ad procul. Greg. autem sic dicit. Hinc superbia nostra retunditur quæ in hominibus non naturam quo ad imaginē Dei facti sunt, sed honores. & diuitias, veneramur. Redemptor autem noster, vt ostenderet quoniam quę alta sunt hominibus, sanctis despicienda sunt: & quæ despecta sunt hominibus despicienda non sunt sanctis ad filium reguli ire noluit: ad seruum autem centurionis ire paratus fuit. Hæc ille.

¶ Moraliter quælibet homo est regulus: quia suorum actuum est dominus: sed iste cuius filius infirmabatur Capharnaū. i. in agro pinguedinis & consolationis villa: sicut illi qui languent animo propter corporeas commoditates, & consolationes. Isti quia vellent non esse vitam præter istam sic etiam credunt: aut dubitant vel saltem non firmiter credunt & dicunt ꝙ si videret signa, & miracula crederent. Sed erat magna stultitia illius quia miracula Christi erant rationabiliter, & patentia cum ad hominibus narrarentur. sicut & stulti sunt isti: quia apostolorū miracula adhuc rationabiliter nobis parent. Videmus enim mundū ab idolatria ad Deum conuersum, credendo alta: & sperando ardua. Aut ergo ista conuersio est per miracula facta, aut aut sine miraculis. Si primum ergo fuerunt ista miracula. si secundum ergo ipsa conuersio fuit maximū miraculū mines indi tæ sine miraculis conuertetint mundum. Et si dicas ꝙ isto modo esse posset Mahumet ista quisque argueret: dico ꝙ non est verum. Nam dicit.s.Tho.j.contra cap.vj.vbi prædictum argumentum facit inspectis apostolorum miraculis, non vi armo

I rum non voluptatum promissione: cũ propriæ vitæ periculo inter persecutorum tyrannidem innumera turba etiam doctissimorũ hominũ ad Christianam fidem conuolauit. In qua præ dicantur excedentiam rationem, cohibentur voluptates, & mundus conteni docetur. Mahumet autem via cõtraria ad conuersionem suæ gentis incessit. Promisit enim voluptates & promissis instituens præcepta conformia voluptati habenas relaxauit, & nihil docuit K nisi quod faciliter quilibet capiat: imo fabulosa multa doctrinæ suæ inseruit signa non adhibuit nisi qud etiam possunt esse militum latronum ve, dicens se missum in virtute armorum: & ꝙ omnis alia fidei probatio est inanis. Sapientes vero nulli à principio ei crediderũt: sed homines vel potius bestiæ rationales colẽtes heremũ quib⁹ alios inuam fidem coegit. Sacram scripturam & oracula diuina suis legẽda prohibuit: ne falsitatis autor deprehenderetur. Hæc omnia ex. s. Tho. ibidem vbi latissimè hoc disputat.

¶ Quantum autem ad tertiũ tangitur cõuersio huius reguli ab imperfecta fi de ad perfectam: cũ dicitur. (Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus) Credidit inquãtũ plus quã prius: vt ex dictis patet. Credidit enim absentem sanatum, sed tamẽ secundũ Chry. M non credidit integrè neque sane, vt patebit. (Et ibat) lætus ex concepta spe in verbo Christi: sed tamen fluctuabat in animo. (Iam autẽ eo descendente) quia Capharnaum est ciuitas in valle sita (serui occurrerunt ei) In hoc aũt ꝙ seruos habuit, eius dignitas declara secundũ Ori. (Et nuntiauerunt ei, dicẽtes quia filius eius viueret) ad consolandum eũ & contigisset eũ superfluè defatigare magistrũ. i. Christũ. (Interrogabat ergo horam ab eis qua melius habuerat) Ex quo secũdum Chry. patet ꝙ nõ plene credebat quia volebat scire an hoc præcepto Christi vel alia causa contigisset. (Et dixerunt: quia heri bona septima reliquit eũ febris) statim & perfectè (Cognouit ergo pater ꝙ illa hora erat in qua christus dixit ei Filius tuus viuit. & credidit ipse & domus eius tota.) Beda. Vnde datur O intelligi, & in fide gradus esse: sicut in aliis virtutibus quibus est initium, incrementũ atque perfectio. Huius ergo fides initiũ habuit cũ filii salutẽ petiit: incrementũ cũ credidit sermoni domini deinde perfectionem obtinuit nũtiantibus seruis. Hæc ille. ¶ Moraliter serui reguli sunt actus hominis qui ad partem sensitiuam qui subduntur rationis imperio. Hi annuntiant filium. i. animũ reguli viuere, quãdo occurrunt P domino suo. i. rationi per debitam subiectionem. Moraliter etiam ista febris qua laborat filius reguli. i. animus hominis, est peccatum mortale: ꝙ agitat homines per variationẽ de calore mũdanę cupiditatis ad frigus timoris de aduersitatib⁹. Sunt aũt multæ eius spe cies. Prima est febris quotidiana & significat gulæ peccatũ ꝙ quotidie in se Q quitur. Vel significat peccata venialia Secunda est ephimera dicta ab ephimero pisce: quia eadẽ die nascitur & moritur: & significat subitum iræ motum qui ante solis occasum finiri debet. Tertia est erratica quæ ideo accidit certis hotis: & significat inuidiam qua cum quis laudatur accidit cum vituperatur recedit: & quoties vel quandocunque renouãtur laudatiões renouantur accessiones. Quarta est tertiana: quam patiũtur qui post duas pœ

A pœnitentiæ partes. s. contritionem, & confessionem non volunt tertiã. i. satisfactionem explere. Quinta est continua quæ tollit quietem, & cibũ, & somnũ, & consequenter cito occidit. Ista significat auaritiam, Auarus enim nocte, & die peccat, & maximè vsurarius, & videt peior, Iuda qui vẽdidit Christum: quia ipse vendidit Christum & omnes sanctos eorum festa in vsuris computãdo. Auarus etiã nec quiescit, B nec dormit, nec audet manducare. Sexta est quartana, & significat superbiã que quatuor species habet septima est ethica quæ est radicata in membris. Ista est mortalis omnino: & significat odium: quod est cum tristitia quædam de alieno bono. Prouer. xvij. Spiritus tristis exiccat ossa.

Dominica. xxij. post Trinitatem. Mat. xviij.

C SImile est regnũ cœlorum homini regi qui voluit rationẽ ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationẽ ponere: oblatus est ei vnus qui debebat decem millia talem D ta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eũ dominus venundari. & vxorẽ eius, & filios, & omnia quæ habebat: & reddit. Procides autem seruus ille rogabat eum, dicẽs, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum. & debitum dimisit ei. E Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios. Et tenens suffocabat eum dicens, Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicẽs, Redde quod debes. Et procidens conseruus F eius, rogabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde. Et venerunt, & narraue runt domino suo oĩa, quæ facta fuerunt. Tunc vocauit illũ G dñs su⁹. & ait illi, Serue nequã, oẽ debitũ dimisi tibi, qm̃ rogagasti me. Nõne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum. Et iratus Dominus eius tradidit eũ tortoribus quo adusque redderet vniuersum debitum. Sic & pater me⁹ cœlestis faciet vobis H si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

SIMILE EST REgnum cœlorũ homini regi q voluit rationẽ ponere cũ seruis suis Ma. xviij. In pẽti eua. tãgunt tria pẽcta, q sunt miseratio: malignatio, & castigatio. ¶ Quan-

tum ad primum literaliter tangit̃ miseratio magna.dñi aduersus debitorẽ seruum:qui inducias petebat relaxationẽ integram obtinuit.Est autem aduertendum ꝙ dominus hortatus fuerat discipulos suos vt sibi inuicem offensas remitterẽt vt eorum orationes essent exaudibiles dicens.(Si duo ex vobis consenserint).i.idem senserint per vnanimitatem & concordiã super terram de omni re quancunq; petierint fiet illis à patre meo.Tunc autem beatus Petrus quæsiuit dicens, Domine quoties peccabit in me frater meus,& dimittant ei vsq; septies?Et respondit dominus,Nõ dico tibi vsq; septies sed vsq; septuagiessepties.i.toties quoties peccabit: secundum sanctos quia ponitur ibi numerus determinatus pro indeterminato.Illi tamen duo numeri.s. septuagies & septies dupliciter coniungunt. Vno modo per aggregationem,vt vult Aug. i.lxxvij.vicibus.Alio modo per multiplicationem,vt vult Hier.multiplicando.s.vnũ aduerbium per aliud.i. quadringentis & nonaginta vicibus seu toties in die quoties vix posset peccare. Sed ne dominus videretur aliquod graue nobis iniunxisse in tam frequenti remissione secundùm Chry.adiexit parabolã in qua comparatur patientia dei ad humanam.Vel ideo adiecit secundũ Hier.vt iuxta cõsuetudinem Syrorum maximè Palestinorum loquens facilius memoriæ commendaretur,quod dixerat. Dicitur ergo (Simile est regnum cœlorum).i.status ecclesiæ militantis, seu christianitatis quantum ad eum qui in ea regnat(homini regi) secundũ Remig.cum per hominem regem in regno cœlorum aliquando sumatur pater.vt ibi.Simile est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Aliquando filius hic vterque potest intelligi quia sunt vnus deus qui cuncta quæ creauit regi,& gubernat (qui voluit rationem ponere cum seruis suis.) Secundum.j.Th.& Otig.isti serui sunt prælati.secundum Remig. autem possunt esse omnes homines.Exigit autem Deus istam rationẽ secundum S. Tho. quando immittit aliquam tribulationẽ pro peccatis commissis sed finis huius ratiocinii quod in tribulatione incipit in iudicio consummabitur. Et videtur velle.S. Tho. quod tribulatio sit quasi nuntius vocans ad ratiocinium faciendum deo.i.coram eius vicario qui duplex est.s.confessor & proprius animus apud quem homo se accusat. (Et cum cœpisset rationem ponere).i.examinare conscientiam secundum S.Th.(obla tus est ei vnus qui debebat decem milia talenta).i.'diabolus secundum quosdam vt refert Hiero. sed interpretatio est incompetens quia diabolo non dimittuntur peccata.Vnde ille seruus debet decem milia talenta qui est homo peccans in Deum secundum Chry.vel committens maiora crimina secũdum Hier.vel trãsgrediens decem legis præcepta secundum Aug.Vnde ait de verbis domini. Quia lex in decem præceptis commendatur:ille debebat decem milia talentorum per quod omnia peccata significantur quæ.s.cõtra legẽ fuerint.Hæc ille. (Cum autem non haberet vnde redderet) Remig. Homo sua voluntate & sponte peccans suo conatu nullo modo surgere valet.Et non habet vnde reddat: quia nihil in se inuenit p quod se à peccatis absoluat. Hæc ille(Iussit eum dominus venundari,& vxorem eius.)Sed quo iure potuit ille rex vxorem vendere pro debito mariti,Saluator enim vt videtur non ita loquitur nisi consueuissent vendi vxores. Et fortè dici posset quod antiquitus viri quasi emebant vxores vt patet de Iacob qui pro Rachel seruiuit annis septem in gelu & æstu & cõsequenter eas vendebant maximè quando nõ erant principales sed quasi famulæ emptitiæ. Nunc autem propter fœminarum abundantiam & earum fastidia & importunitates habendi pompas: iam viri vxores non emunt quinimo nec habere volunt nisi sint onustę auro,& maritis ditiores(& filios & omnia quæ habebat & reddi)hic sunt duæ sanctorum expositiones.Prima est Remi.& Augu. & S.Th.quod peccatoris est carnis voluptas vel cõcupiscentia. Filii vero inde generati sunt mala opera. Omnia autem alia quæ habebat sunt dei dona quibus non est bene vsus.Pretium autem quo ista venduntur est ipsa pœna damnati.Iussit ergo dominus istum venundari secundum mentem istorũ sanctorum cum iussit vt traderet diabolo pœnas pro his omnibus soluturus.¶ Et nota quod rectè isti sancti pœnam vocant pretium & quia per eam fit æqualitas eius quod deo per peccatũ subtractum est. Quia enim peccator subtraxit deo quantum in se fuit honorẽdum per pœnam aufertur ei quod suũ erat: puta qui ex sensuum & potentiarum fit æqualitas iustitiæ vt patet per S.Tho. in.iij.Alia est expositio Hier.talis iustus fit iusto iudicio eum venũdari. i. subdi diabolicę potestati ipsum & vxorẽ eius id est malam concupiscentiam,& filios id est opera mala & omnia quæ habebat etiam temporalia.Possumus autem addere tertiã fundatam in dictis Chry so.& S. Tho. quod in parabolicis non oportet omnia scrutari. Nam omnia similia sunt necessariò dissimilia. Debemus ergo principaliter attendere ad id quod loquens intendit.Intendit autem Christus quod sicut rex tẽporalis vult debitum suum.& si subditus non habet vnde soluat iubet vt vendantur bona eius.Ita deus cum ei debemus pœnam pro aliquibus delictis vult quod exoluamus eam in præsenti vel in futuro: nec in hoc est crudelis sed iustus.(Procidens autem seruus ille) cum videret se in periculo damnationis (ad pedes eius rogabat eum dicẽs.Patientiam habe in me:& omnia reddam tibi)Remi. His verbis humiliatio sanctificatio peccatoris ostenditur dum dicitur procidens.In hoc verò quod dicit patientiã habe in me vox exprimitur peccatoris poscentis tempus viuendi spatium corrigendi.Est autem larga dei benignitas & clementia erga peccatores cõuersos: quoniam ipse semper est, paratus per baptismum aut pœnitentiam peccata dimittere.Hæc ille.Vnde sequitur (misertus autem dominus serui illius dimisit eum & debitum dimisit ei), i. relaxauit pœnæ reatum Chrys.Vnde autem diuini amoris superabundantiam. Petit seruus solius temporis dilationẽ ipse autem maius eo quod petit dedit dimissionem, & concessionem totius mutui.Hæc ille.¶ Moraliter est hic documentum:quod ex quo rationẽ habemus reddere teneamus bene computũ nostrum & videamus qualiter tractemus ea de quibus habemus reddere rationem.Quatuor enim bona Deus nobis commisit de quibus conueniendi sumus animam scilicet vt eam honoremus, sicut imaginem Dei: corpus, vt mundum seruemus & temporalia vt pauperibus dispensamus,& tempus vt bene exponamus.De primo malè reddent rationem superbi qui bona animę

per superbiam perdiderunt. de secundo luxuriosi de tertio auari: de quarto otiosi. exigetur etiam ratio de bonis omissis & de malis commissis. ¶ Quantum ad secundum tangitur malignatio & crudelitas quam conseruus exercuit in cõseruum cum dicitur. (Et egressus seruus ille) à facie domini sui: per relapsum & recidiuum in peccato (inuenit) statim post egressum secundum Chry. quod grauius fuit quàm si post aliquot dies id egisset (vnum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios.) Iste debitor centum denariorum secũdum Chry. est ille qui contra hominem peccat: sicut alius decem milium talentorum & qui contra Deum deliquit. Grauiora enim sunt peccata commissa in Deum & ratione personæ vt ait & ratione susceptí beneficii. Vnde ait fecit enim nos esse & omnia propter nos operatus est. Animam rationalem nobis inspirauit filium suum misit, cœlũ nobis aperuit & nos filios suos fecit. Nunquid ergo vnaquaq; die moreremur pro illo retribueremus ei aliquid dignum? Nequaquam. Sed hoc rursum ad nostram vtilitatem pertinet. Nos autem è contrario in legibus eius offendimus. Hæc ille. Secundum Remigium vero & Hier. isti debitores distinguuntur secundum maiora & minora peccata. Vnde ait Hiero. Si quis vestrum cõmiserit adulterium homicidium maiora crimina decem milium talentorum roganti debitum dimittitur: si & ipse dimittat minora peccantibus. Hæc ille. (Et tenens suffocabat eum) Remigium id est, acriter insistebat vt vindictam ab eo exigeret. Hæc ille. Et vt dicit Origin. ideo suffocabat: quia egressus erat à domino, scilicet per peccatum. Si enim non exisset non suffocasset. (Et procidens) id est, ante vel præ oculis cadens: per pœnitentiam (seruus ille rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi) id est dimitte mihi offensam & satisfaciam pro damno, vel iniuria. ¶ Sciẽdum est enim quòd in peccato cõtra proximum sunt duo offensa, scilicet & damnum; illatum in rebus vel honore vel persona. Primum quilibet tenetur dimittere expellendo de corde suo odium & iram tendentem in vindictam iniustam non autem secundum. Vnde restitutus homo ad amicitiam nihilominus ad emẽdam tenetur, sicut etiam & Deus peccatorem post iustificationem, ad purgatorium mittit vt soluat emendam si ante non soluerat: quia quãtum in se fuit damnum intulit honori diuino. (Ille autem noluit) offensam remittere (sed ablit) magis exasperatus secundum Remigium vt vindictam exigeret (& misit eum in carcerem donec redderet debitum) id est vindictam de illo sumpsit secundum Remigium. Vel quod in ipsũ redit: secundum Sanct. Thom. misit in carcerem id est in tribulationem; & in angustiam deduxit animam eius. Ex his autem omnibus apparet quod valde nequam & malus fuerit isto in facto suo. Primò ex eo quod statim tale quid egerit, post susceptam misericordiam. Secundò quia circa conseruum id est, eiusdem domini seruum. Tertiò, quia pro centum denariis. Quartò, quia acriter instetit suffocando. Quintò quia ille procidit, & rogauit. Sexto, quia totum debitum exegitur per carceris tormentum. ¶ Moraliter ex isto inquo debet quilibet debet exemplum ad sui informationem suscipere quomodo debeamus iugiter reddere domino quæ debemus. Si enim ratione peccatorum iste tantum debuit deo multò maiora nos debemus propter peccata commissa, & resuscepta ab eo bẽficia: ita quod secundum philosophum deo non possumus condignè retribuere. Psal. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Bern. O si cognouisses quam multa & quam multis debeas: vt deres quod nihil est quod facis. Primò, debes Christo totam vitam tuam quia ipse pro tua posuit suam. Secundo exigunt præterita peccata futuram vitam tuam vt facias fructus dignos pœnitentiæ & recogites omnes annos tuos in amaritudine animæ tuæ. Quid si tercium debitorem ostendam qui venditet sibi eam? Puto quòd desyderans gloriam quam oculus non vidit. Nonne ad hanc emendante totum & quæcunque poteris dare oportebit & cum omnia compleueris dicens. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quarto debitori debes quod es: à quo totum habens: qui te fecit, & benefecit, & tibi cuncta ministrat. Hæc ille. ¶ Quantum ad tertium tangitur serui nequam castigatio, cum dicitur. Videtes autem conserui eius &c. id est, sancti viri siue ecclesia secundum August. isti enim sicut gaudent de bono, ita de malo tristantur vel secundum Remigium sunt angeli qui de talibus tristantur quod intelligendum est sane. Cum enim angeli dolentes de peccatis sint boni, & non mali. sunt etiam beati & consequenter nec dolent, nec dolere possunt: sed tamen dicuntur tristari: quia vindictam appetunt zelo iustitiæ diuinæ, vel quia effectum faciunt tristati. Vnde sequitur. Et venerunt: non corpore, sed animo: siue fuerint homines, siue angeli (& narrauerunt hæc domino suo (inquantum sui cordis affectiones coram deo producunt petentes vt iustitia fiat (Tunc vocauit eum dominus suus.) Remigi. Vocauit quidem per sententiam mortis: & ab hoc seculo migrare iussit. Hæc ille. Et primò exprobrat ei malitiam cum sequitur. (Et ait illi. Serue nequam) id est qui non es iustus seu æquus. Secundo beneficium illatum dicens.) Omne debitum dimisi tibi quoniam tu rogasti me) non relaxatione: sed dilatione. (Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui: sicut & ego tui misertus sum) & nihil legitur respondisse: quia secundum Chrysosto. in iudicio & post hanc vitam omne argumentum excusationis cessabit. (Et iratus Dominus) id est, appetens vindictam seu volens. Ira enim propriè est sensitiuus appetitus vindictæ: sed largius etiam ipsa voluntas vindictæ dicitur ira. & ista in deo est. Quamuis etiam secundum Remigium dicatur Deus iratus: quia facit effectum irati id est, punit. (Tradidit eum tortoribus.) Remigius Tortores autem dicuntur dæmones: qui semper parati sunt vt perditas animas suscipiant: & in pœna æternæ damnationis torqueant. Hæc ille (quò adusque redderet vniuersum debitum.) Sed nunquid reddito debito euadet tortorum manus? Ad hoc dicitur quod non secundum Chrysostom. quia nunquam reddet totum. Nam illa culpa pro qua quis in inferno punitur semper durabit. & consequenter semper durabit pœna: vt patet per Sanctum Thomam quarta distinctione quartæ quæstione prima tertio quòd secundum Remigium virum doctissimum (qui de rebus diuinis sanctè & religiosè nõ minùs quàm doctissimè scripsit)

dicen

I dicendum est ꝙ non exibit aliquando: quia quousque hic accipitur pro æterno: vnde semper soluet,& nũquã per soluet. Et redit hoc in idem. Sed nũqd peccata quæ prius huic fuerant dimissa redierunt? Videtur ꝙ sic: quia dicit Augu. de verbis domini. Dicit deus dimitte,& dimittet vobis. Si ergo prior dimisi: dimittite vel postea. Nam si non dimiseritis reuocabo: & quicquid tibi dimiseram replicabo tibi. Hæc ille. Itẽ K hic dicitur ꝙ iste seruus coactus est reddere vniuersum debitum. s. prius dimissum. Ad hoc dicitur ex doctrina, s. Tho. iij. parte. q. lxxxviij. &. iiij. distinc. xxij. quod peccata dimissa redire per sequẽs peccatum est necesse dicere: quia multæ sanctorum autoritates hoc sonant. Duo autem sunt in peccato, s. conuersio ad bonum creatum: puta turpem delectationem: & auersio à deo. Ex hac autem parte in est peccanti priuatio gratiæ vel macula,& reatus pœnæ. Clarũ L est autem ꝙ sequens peccatum non reiterat primum quãtum est ex parte cõuersionis: quia interdum primum & sequens sunt contraria: puta prodigalitas,& auaritia: & sic simul homo tenderet ad acquirendum habitum auaritiæ & habitum contrarium. i. prodigalitatis. Clarum etiam est ꝙ sequens reiterat primum dimissum ex parte auersionis? quantum ad hoc quòd est denuo in M inducere priuationem gratiæ & reatũ pœnæ quia ista duo inueniuntur in omni mortali,& sic intelligitur illud qui offendit in vno factus est omniũ reus: quia scilicet ista duo sunt effectus communes omnium peccatorum mortaliũ Sed hic est dubium: vtrum reatus pœnæ & priuatio gratiæ, reiterentur,& redeant propter eandem causam, propter quã prius inerant. i. propter peccatum dimissum. Et quidam dicunt ꝙ sic: sed N dictum eorum stare non potest: quia secundùm hoc opus hominis puta sequẽs peccatum irritum faceret opus dei: puta priorem remissionem quòd est impossibile. Alii dicunt, deus non remittit peccata ei, quem scit postea peccaturũ absolutè: sed tantũ sub conditione, scilicet, ꝙ non peccet decætero: sed & hoc falsum est. Si enim talibus fit remissio sub conditione pendente in futurũ non O fit absolutè: ergo neque causa remissionis. i. gratia est obsolute causa: & consequenter gratia non causat remissionem sufficienter: quod est hæreticum. Redeunt ergo dimissa quò ad duo præ dicta secundùm quid tantum: in quantum. s. peccatum sequens continet virtualiter aliquo modo reatum prius dimissum. Grauius ei est peccatũ sequens quã si nullum fuisset, ante dimissum ratione ingratitudinis. Multa ad istã ma- P teriam pertinẽtia habes vbi suprà Sed ex his patet quomodo intelligendus sit iste passus. Iste enim seruus in inferno non punitur simpliciter pro peccatis dimissis quo ad culpam & pœnæ reatum: sed solum secundùm quid inquantum illa grauius reddiderunt sequens peccatum. Sed quid si alicui recidiuanti: erant priora peccata dimissa quidẽ Q quo ad culpam: non autem quo ad totã pœnam: quia scilicet adhuc tenebatur ad pœnam. vt. x. intensiue & extensiuè vt. xx. quæ vocetur. a. Nunquid iste recidiuans & statim moriens soluet. x. in inferno vsque. xx. solũ. s. temporaliter: vel soluet. x. æternaliter. vel. ȝ. sibi omnino remittitur. Solutio. S. Tho. in. iij. di. xxj. q. j. ar. ij. q. iij. in corpore. q. sic. in. xxj. q. j. ar. ij. q. iij. in corpore. q. sic dicit. In damnatis non potest aliqua culpa dimitti: nec aliquis reatus tollitur cùm careant charitate, per quam & cul-

A pa purgatur,& reatus tollitur. Et ideo culpa venialis in eis semper manebit vel reatus eius. Si etiam ante peccatum mortale veniale dimissum fuisset quãtum ad culpam manente reatu. & propter hoc æternaliter damnari de venialibus punientur. Hæc ille. Ex quibus patet quòd secundùm mentem eius partem pœnæ qui erat in mensa vt. x. & tamen erat temporalis: recidiuans æter- B naliter in inferno soluet. Distinctione autem. x. ij. q. j. ad quintum: quidam dicũt eum scribere opinionem: sed isti bene videant quòd ibi Sanct. Tho. ponit duas responsiones quarum prima, est sua, conformis prædictis. secunda verò est aliorum, qui tenent quòd recidiuans soluet a. in inferno temporaliter tantum, quam doctor sanctus, licet non teneat eam tamen non reprobat: quia sustentabilis est & ipse eam ibi sustentat. Hæc te moueat ꝙ ibi ponit dis- C similitudinem inter à. & pœnam venialis: quia loquitur de veniali non remisso quò ad culpam. Et primum loquitur ex opinione eorum qnos ibi allegat. (Sic & pater meus cælestis faciet vobis nisi remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris) ideſt non D solùm apparenter: sed & cordialiter. Hieronym. Ideo dominus addidit: de cordibus vestris. vt omnem simulationem fictæ pacis auferret. Hæc ille.

¶ Moraliter quilibet nostrum debet exemplo huius serui facilis esse ad veniam largiendum: quia & ob hoc saluator parabolam dixit. Orige. Vult docere nos dominus faciles esse ad indulgendum eis qui non nocuerunt nobis maximè si satisfacientes deprecentur veniam sibi dari. Hæc illæ. Huc pertinet quod not. in. l. Arrianus. ff. de actio. obl. condemnare. E

Domi. xxiij. post Trinitatem. Mar. xxij.

ABeuntes Pharisæi consilium inierunt vt caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos, cum herodianis: dicẽtes, Magister, scimus quia verax es: & viam dei in veritate doces: & non est tibi cura de aliquo. Nõ enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis. Quid tibi videtur? Licet censum dari Cæsari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait, Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus, Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicũt ei, Cæsaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei Deo. G

ABEVNTES PHARISAEI H consilium inierunt &c.) Mat. xxij. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt Inuidiosa consultatio. Insidiosa interrogatio,& Gloriosa confutatio. ¶ Quantum ad primum literaliter sciendum est quòd tangitur insidiosa consultatio Pharisæorum aduersus christum: cùm dicitur (Abeuntes) à prædicatione christi in qua audierunt parabo

I bolam de nuptiis,& conclusionem & multi,iunt vocati.s. Iudæi & gentiles pauci verò electi: quia Iudæi fuerunt increduli.& fortè ista ægre tulerunt) Pharisęi).i.quidam religiosi:dicti à Phares quod est diuisio:quia à reliquo populo,& habitu,& conuersatione erant distincti. Isti fuerunt magni christi æmulatores:quia eos condemnabat sua sancta conuersatione & aperta prædicatione.Et etiam quia, vt dicit Ioseph,erant in magna populi æstimatione:cùm primum aliquis in populo apparebat habens opinionem sanctitatis, qui non esset de sua sectaistatim mordebantur inuidia.Vnde persecuti sunt Ioannem primum,vt dictum est supra:deinde christum.(Concilium inierunt).s. cum Herodianis secundùm Chry.quod hinc patet:quia post simul cum illis miserunt discipulos suos(vt caperent Iesum in sermone)Tum quia in facto eũ capere vel reprehendere nõ poterant. Tum quia facilius est in verbo quàm in opere capere.Ex hoc patet sicut dicit Chry.q̃ affectata malitia aliquando quidem confunditur:sed non emendatur quod duplici exemplo probat.s. aquæ currentis: cui si obturatur vnus aditus,statim alium reperit.Sic & istorum malitia in vno confusa viam aliã mollitur.& exemplo ingnis,qui crescit exadditione lignorum. Et sic animus malus quãtò plus audierit veritatẽ:tantò plus etiam inflammatur ad malitiã. (Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis,dicentes.)Isti Herodiani secundùm Mag.hi.fuerunt milites Herodis Tetrarchę.i.filii Herodis Ascaloniæ qui erat tunc præsens in Hierusalẽ secundùm.S.Tho.cum ista quæstio fuerit facta christo feria.iiij. ante passionem suam & de Herode legitur quòd venerat adsolennitatem Paschalẽ. Vel secundùm eundem fuerunt milites, Herodis Ascalonitæ iam defuncti. Secundum Hierony.verò Herodes Ascaloni ta sub quo descriptio orbis facta est:fuit à cesare constitutus rex,& exactor tribuit in Iudæa.Fuernnt ergo secundũ eum isti Herodiani,vel milites Herodis deputati ad exactionem tributi: vel illi quos Pharisæi illudendo Herodianos appellabant:eo quod censum redderent cesari quem Herodes exigere consueuit,Mittunt autem isti discipulos suos secundùm Chry.tanquam minus cognitos vt non deprehenderẽtur. & Secundò,vt deprehensi minus erubescerent.Subdit autem Chryso. dicens, Discipuli autem illi magistris suis erãt ætate minores malitia autem pares.Nã & pulli serpentum statuta breuiores sunt:veneno autem æquales.Et catuli luporum,& si venationem tenere non possint iam tamen sanguine gaudent, & morsibus ludunt:Hæc ille. Mittunt autem eos cum Herodianis secundùm gloss.vt ignotiores adhuc facilius decipererent:& deceptum per illos milites ea perent,quod per se facere non audebãt timentes turbam. ¶ Moraliter in hac parte quilibet debet sibi sumere exemplum tacendi:quia Pharisæi idest diaboli & diabolici viri diuisi à deo quærunt capere Iesum idest iustum virum in sermone.Si ẽnim conati sunt capere Christum:multomagis te, Cauendum est autem multiloquium.Primò: quia est occasio peccandi.Prouer.x.In multiloquio non deerit peccatum. Secundò:quia est sinum stultitiæ,Eccles.x. Stultus verba multiplicat.Tertio quia est causa displicentię. Eccles.xx. Est odibilis qui procax est ad loquendum. Quarto:quia est contra ordinationem naturæ:secundùm Zenocratem qui multa lequenti ait.Os vnum, & duas aures à natura recepimus quasi dicat multa audire, pauca loqui deberes. ¶Quantum ad secundum tangitur insidiosa interrogatio.Pro qua aduertendum est:quòd teste Hiero. cùm Iudæa facta fuit Romano imperatori tributaria:magna est in populo exorta seditio:dicentibus quibusdam quòd iustæ deberetur Romanis tributum:qui pro communi salute & quiete populi militarent. Pharisæis verò qui sibi iustiam applaudebant e contrario dicentibus,non debere populum dei.qui decimas,& primitias, & cætera in lege domini constituta soluerent humanis legibus subiacere.Ideo isti Pharisæi cogitauerunt hanc proponere quæstionẽ domino:vt siquidem diceret quòd licerent tributum Cæsari, infamarent eum apud populum quasi non esset zelator pro lege,& populi dei libertate. Si vero diceret quòd non licet:statim per milites quos fortè ettam pecunia, & promissis conduxerant & quibus hoc displicebat,raperent illum.Et hoc secũdam magis volebant.Et ideo vsi arte rhetorica attribuebant ei quod obtinere volebant scilicet constantiam dicendi veritatem sine aliquo timore cuiusuis personæ:vt per hoc ad loquendum contra Cæsarem moueretur. Dicunt ergo(Magister) Incipiunt à laudibus, vt beneuolentiam captent. Chrysosto. Hæc est autem hypocritarum prima simulatio: quia laudant quos perdere volant.Et ideo in laudem prorumpũt: dicentes (Magister) Magistrum eum vocant:vt quasi honoratus,& laudatus mysterium sui cordis simpliciter eis aperiat tanquàm volens eos habere discipulos. Hæc il.(Scimus quia verax es)in vita(& viam dei in veritate doces)q̃ò ad doctrinam(& non est tibi cura de aliquo.Non enim accipis personam hominum)quò ad iustitiam tuẽdam.Et in hoc secundùm Chrysostom. occultè insinuabant Cæsarem & Herodem.Sic ergo commendauerunt eum fallaciter de veritate vitæ,& doctrinæ & iustitiæ & hoc vt contra Cæsarem loqueretur. Hiero. Blanda quippe & fraudulenta interrogatio illud prouocat respondentem vt magis deum timeat quàm Cæsarem: Hæc ille. (Dic ergo nobis)quasi dicerent. Parati sumus stare dicto tuo,quod tamen falsum erat.(Quid tibi videtur. Licet censum dari Cæsari:an non?) Et hoc dicebant secundùm Hieronymum vt si negatiuè responderet:statim Herodiani eum tanquàm seditionis reum contra Romanum principem tenerent. Sciebant enim vt Chrysosto. ait: hac de causa alios occisos.Si vero respondisset affirmatiuè credebant eum gratiam populi amissurum.Si vero taceret arguissent eum timidium esse in professione veritatis.Iudæi semper volentes in sermone Christum capere vsi sunt dilemmate eum nescire dissoluere argumenta dubia cum ipse omnia sciret & omnes illorum cauillationes diluit non sine magno Iudæorum dedecore.Est dilemma argumentum eius energiæ vt quoquò te vertas semper capiaris vt docet. M.F, Quintilianus Instit.Orato.libri.v.capi,de argumentis vbi illum videas.

¶ Moraliter in hac parte quilibet habet documentum vitandi adulatores,& eis asperè respondendi,sicut & christus fecit.Sicut enim dicit Aug.super ps. Duo sunt genera persecutorum.scilicet Vitu perãtium,& Adulantium.& plus persequi

I quitur lingua adultoris quàm manus interfectoris. Sunt enim isti sicut Syrenæ quæ dormire & quiescere.i.perseuerare faciunt in peccatis.& sicut apes habétes in ore mel:& aculeum in cauda:quia in absentia vituperãt. Et sicut Scorpio qui facie blãditur,& cauda occidit.¶ Quaatũ ad tertium tãgitur gloriosa cõfutatio: cum dicitur (Cognita autẽ Iesu nequitia eorũ ait)non respõdendo secundum eorũ blandos sermones:sed secundum asperã quam nouerat eorũ conscientiam secundũ Chrys. (Quid me tẽtatis hypocritæ?).i.simulatores,& deceptores secundum Chry. Dicit ergo eis:hypocritæ:vt cõsyderãtes eum humanorũ cordium cognitorem: quod facere cogitabant, perficere non auderẽt. Vide ergo quòd Pharisæi blandiebãtur vt perderẽt:sed Iesus cõfundebat vt saluaret: quia vtiliõr est homini Deus iratus quàm homo propitius.Hæc ille.(Ostẽdite mihi nũmisma census).i.quod pro cẽsu datur. Est enim sciendũ quòd singulis annis singula capita domorũ secundum aliquos pro tributo dabat nummum argẽteum valentẽ decem nummos vsuales:ideoq; denarius dicebatur.Dicitur autẽ nummisma idẽ quòd nummus, vel scriptura,seu impressio facta in nũmo: quam primo numa Pompilius apud Romanos introduxit:à quo,& numus vel nummisma dicũtur.(At illi obtulerũt ei denariũ) qui erat idẽ quod numisma: vel habebat impressum numisma. In eo enim vt ait Hier.erat Cæsaris imago. Et videtur etiã hic dicere tex.quòd circa imaginẽ haberet nomen Cęsaris inscriptum. Vnde & secũdum aliquos dictum est quasi nomisma: quia nomina principum erãt in scripta in eo. (Et ait illis, Cuius est imago hæc & superscriptio?).i.nomẽ circa vel supra imaginẽ scriptũ. Nec interrogat ex ignorantia: cum tãtæ essẽt ætatis secundum Hier. vt nomen scire posset imperatoris. sed ex dispẽsãtione: vt.s.ex sua respõsione eos cõuincat.(Dicunt ei Cæsaris)non Augusti secũdum Hier.sed Tiberii prigni eius:sub quo passus est dominus. Omnes tamẽ Romani imperatores, vt idẽ dicit à primo Caio Cæsare qui imperium arripuerat, Cæsares appellantur. (Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari:& quæ sunt Dei, Deo) q.d.secundum.S.Tho. Vos estis Dei:& Cæsaris: & aliqua habentes à Deo:vt diuitias naturales: & aliqua à Cæsare.s.artificiales,vt numos.Reddite ergo Deo quæ sunt Dei.s.decimas,& primiias: & quæ sunt Cæsaris, Cæsari.s.tributũ.Vel aliter vos estis sub deo immediatè spiritualiter:sed sub Cæsare tẽporaliter. Reddite ergo Deo spirituale seruitiũ:& Cæsari corporale: & tẽporale. Iudæi enim intrauerant ei fidelitatem,& tributũ. Et sic Christus saluauit iura Dei,& Cæsaris. Est autẽ hic cõsyderandum quantũ Christus de iustitia curauit:quia multa habuit motiua ad dicendum contra Cæsarẽ: putaquia erat infidelis,& alienigena. & per tale tributũ pauperes grauabantur. & multi ob hoc retrahi poterãt à solutionibus decimarũ, & oblatione Dei. Habuit etiam motiuum ad dicendũ contra Deum ipsam Cæsaris,& tyrannorũ potentiã.Sed tamẽ Christus iura vtriusq; saluauit:nec cõtra iustitiam voluit aliquid dicere propter amorẽ priuatum, aut in fauorẽ pauperum: aut prætextu diuini cultus,aut propter timorẽ alicuius tyrãni. ¶ Moraliter secũdum Orig. Cęsar est corpus. Deus vero est anima, & vtriq; quod suum est oportet tribue-

re.Quidam vere attendunt Cæsari:nihil de hoc curantes. quidam è conuerso: licet raro. & vtrique male faciunt. Aug. Sicut obnoxium est corpori corpoream, escam non posse percipere ita periculosum est animæ spirituales delitias fastidire.

Dominica.xxiiij.post Trinitatem. Matth.ix.

OQuente Iesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum: dicens, Domine, filia mea modo defuncta est:sed veni,impone manum tuam super eam:& viuet. Et surgens Iesus sequebatur eum:& discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis,accessit retro:& tetigit fimbriam vestimenti eius dicebat enim intra se, Si tetigero tantum vestimentum eius: saluabor. At Iesus conuersus: & videns eam, dixit, Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et saluata facta est mulier ex illa hora.Et cùm venisset Iesus in domum principis,& vidisset tibicines, & turbã tumultuantem, dicebat,Recedite:Nõ est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius. Et surrexit puella, Et exiit fama hæc in vniuersam terram illam.

OQVENTE IESV AD turbas. Ecce princeps vnus &c.) Matth.ix. In præsenti Euang.tanguntur tria puncta quæ sunt, Deprecatio, Sanatio, & susciatio.¶ Quantum ad primum tangitur deprecatio:qui fecit princeps Synagogæ Christo pro filia sua cum dicitur (Loquente Iesu ad turbas) Reuera vt patet ex textu:Christus loquebatur directè ad discipulos Ioannis in domo Matt.Euangelistæ: in qua erat factum conuiuium. & excusabat discipulos si non ieiunabant existente cum eis sponso.i.Christo.Ecclesia autem dicit quòd loquebatur ad turbas:quia reuera multi ibi erant præter eos.quod patet quia dum recessit de ista domo per viam comprimebatur à turba:vt dicit Marcus:& sic etiam turbæ audiebant verba Christi. Conueniẽtius autem dicit ecclesia ad turbas quàm ad discipulos Ioannis ne in ipso statim exordio Euangelii animus auerteretur ab historia quæ in eo narratur: & suspẽderetur ad cogitandum quid & quare discipulis Ioannis loqueretur. (Ecce princeps vnus) cuius Mar.exprimit nomen quia dicebatur Iarius & etiam principatum: quia erat Archisynagogus. i. princeps Synagogæ Iudæi namque cum in tota regione solum in Hierusalem haberent templum in quo licitè possent sacrificare in aliis ciuitatibus, & villis habebant Synagogas: ad quas conueniebant oraturi Deum, & audituri verbum Dei: & vt tractarent de re publica.Et ille qui præerat Synagogæ:cuius scilicet autoritate populus congrega-

batur: dicebatur princeps Synagogæ: & fortè multi erant tales in vna synagoga. quod dicit. Marc. quòd iste fuit de Archisynagogis. (Accessit & adorabat eum) adoratione duliæ. i. reuerebatur. & vt Marc. dicit quòd procidit ad pedes eius (dicēs, Domine filia mea) vnica, vt dicit Luc. (modo defuncta est) Contra: quia secundum Mar. v. dicitur quòd dixit eam fuisse in extremis. Luc. viij. quòd moriebatur. Ad hoc soluit Aug. de consen. Euang. quòd Iarius dixit id quod dicunt Luc. & Marc. scilicet quòd erat in extremis quando eam reliquit: sed tamē cogitabat id quod dixit Mat. s. quòd esset mortua. ideo Mat. ad cogitationem & voluntatem alii ad verba respexerunt. ¶ Sed cōtra: quia in via occurrerunt ei serui dicentes, quòd iam esset mortua: & quòd nō oportebat vexare magistrum: ergo videtur quòd ipse non habuerit in cogitatione quòd esset mortua: quòd dominus eum veniret resuscitare. Ad hoc dicit ipse Aug. quòd non legitur quòd ipse consenserit suis sic nuntiantibus vt staret propter hoc ne cōduceret Christum. Item cōtra: quia audita morte puellæ Christus dixit ei, Noli timere: sed tantùmodo crede. Ergo videtur quòd tunc fuerit diffusus & cōsequenter ante non intendebat conducere Christum ad suscitandum. Ad hoc dico sustinendo expositionem Augu. quòd tunc non fuit diffusus: sed fluctuabat ex certitudine mortis quam tunc sciuit sicut ante credidit. Christus autem dixit: crede non vt fidem conciperet de resurrectione puellæ: sed vt concepta iam diu solidaret atque perficeret. Alii dicunt quòd beatus Matth. breuitati studens: retulit verbo principis solùm ab eo loco quo audita morte puellæ assecuratus Christo concepit fidem de suscitatione eius: & dixisse creditur. Veni ergo, & impone manum &c. Alii vt Mag. Hist. dicūt quòd dixit eam mortuam. i. morti proximam. Quod enim parum distat accipit ac si nihil distet. Alii vt Chry. dicūt quòd per exaggerationem locutus est: aggrauando miseriam suam: vt mortuam dixerit quæ erat vicina morti. Fortè autem posset dici quòd sic dixit. Domine filia mea est in extremis quātum ego scio: sed reuera credo quòd sit mortua: quia vidi quòd diu viuere non posset. Et isto modo omnia sunt consona. (Sed veni) personaliter (pone manum tuam super eam) corporaliter (& viuet) corporaliter & spiritualiter. In hoc tamen quòd aduentum domini & tactum manus expostulat. secundum Chrys. suam patefecit grossitiem tanquàm alter Naamam: qui tactum manus expectabat Helisæi. (Et surgēs Iesus statim.) In quo secundum Remig. apparet miranda atq; inaudita eius humilitas, & mansuetudo (sequebatur eū) ad domum eius (& discipuli eius) imo turba multa secundum alios Euangelistas. Sensus autem spiritualis huius infrà patebit. ¶ Quantum ad secundū patet sanatis mulieris emorroisse facta a Christo existente in via cùm dicitur. (Et ecce mulier.) Ista mulier secūdum Ambr. in libro de sapientissimo Salomone fuit beata Martha. Nam ibi enarrans beneficia Christi ad genus humanum, ait, Largum sanguinis fluxum sicauit in Martha demones expulit de Maria, corpus rediuiui spiritus calore constrinxit in Lazaro. Hæc ille. (quæ sanguinis fluxū patiebatur) non omnibus mulieribus certis temporibus communem: sed insolitum (duodecim annis) adeo quòd Marcus dicit quòd medicos erogauerat omnia sua, id est, omnem substantiam suam: vt etiam dicit Luc. Quod intelligendum est de rebus mobilibus si fuit Martha: vel accipitur totū pro magna vel maiori parte & tamen nihil profecerat: sed in peius se habebat secundum Marc. (accessit retro.) Non enim audebat Christo patefacere necessitatem suam: secundum Chrysō. quia verecundabatur propter passionem immundam se existimans sed retro accessit (& tetigit fimbriam vestimenti eius) quia secundum Remi. ex humilitate indignam se existimabat tangere pedes domini, aut plenitudinem vestimenti. ¶ Est autem sciendum quòd populus ex quo Christus erat secūdum carnem nasciturus: inter omnes populos debuit speciali sanctitate polleré, & ab omnibus distingui. Ex circuncisione quidem distinguebatur in carne: lege vero in modo viuendi: sed fimbriis in vestitu. De his habetur. Nume. xv. quòd præcepit dominus filiis Israel vt fimbrias per quatuor angulos haberent palliorum: cum victis hyacinthia. i. cœlestis coloris: prætendentes quòd cœlestem deberent præ aliis habere conuersationem: iuxta illud Phil. iij. Nostra conuersatio in cœlis est vnde ibidem Nume. xv. subditur. Vt recordentur mādatorum Dei, & sint sancti domino Deo suo. Talē ergo vestem Christus tāquàm Iudæus portauit (Dicebat enim intra se) ex magnitudine fidei (si tetigero fimbriā vestimenti eius, salua ero) propter sanctitatem vestiti. i. Christi. Hic dicunt alii Euangelistæ quòd confestim vt tetigit Christi vestimentum siccatus est fons sanguinis eius & ipsa sensit se sanatam. Et tūc dixit Christus, qui me tetigit? Negantibus autē omnibus se eum tetigisse dixit Petrus, & alii discipuli, Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt: & dicis quis me tetigit. ista tamen non interrogabat Christus ex ignorantia: sed vt publicaretur miraculum, & fides mulieris ad laudem Dei. Vnde subiunxit. Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem, seu miraculum de modo exisse. Videns autem mulier, quia non latuit: sicut ex verecundia appetierat: tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum indicauit coram omni populo, & quomodo confestim sanata sit. Ista omnia habentur ex Luca, & Marco. Et hoc est quod subiungit Matt. (At Iesus conuersus) ad inquirēdum quis eum tetigisset (videns eam) venientem & procidētem ante se (dixit Confide filia). Sed quare iubetur confidere quæ iam erat sanata? Ad hoc dicit Rabanus quòd in hoc hortatur eam dominus ad robur, & perseuerantiā fidei Chry. vero in homi. dicit quod hoc ideo dixit Christus: quia erat formidolosa hæc mulier. (Et salua facta est mulier ex illa hora) qua Christū tetigerat: vt dicit Marcus & Lucas. Non autē qua Christus dixit confide. Est autem sciendū secundum Euseb. in historia. Ecclesiastica ꝙ mulier emorroissa postquā fuit à sanguinis profluuio liberata in Cæsarea Philippi vnde fuerat oriunda statuam fecit in curia sua: Christū cum fimbriis prout eam viderat repræsentantē. Fecit & imaginē sui stantē ante imaginē Christi genibus flexis & manibus cācellatis: & ibidē dicitur quod sub statua Christi herba crescebat: quæ à principio quidē nullius penitus erat valoris. Postquā vero fimbriā vestimēti Christi tetigisset: omnē sanabat lāguorē. Sicut autē testāt Hic. in historia tripertita. Iulianus apostata

I ægreferens gloriã Christi amota prædicta Christi imagine ibi suum simulacrum statuit: sed postmodũ ictu fulminis contractum est. Sed si ista mulier fuit Martha qũo habuit curiam in Cæsarea Philippi? Ad hoc potest dici quod vt Historiæ tradunt erat valde nobilis & de sanguine regio. Ideo potuit non solum Bethaniam: sed & alia loca habere. & iste fuisse nata: maximè quia suus pater Theophi. Syrus scribi
K tur a Petro calo Clunienſi habuisse ducatum Syriæ quod hoc modo verum credo quia fuit Syriæ gubernator.

¶ Sensus spirituales huius partis vide in fine Euangelii.

¶ Quantum ad tertium tangitur resuscitatio prædictæ puellæ. Pro qua aduertendum est quod: vt dicit Chryso. Christus voluit moram contrahere in
L vta interueniẽte curatione emorroissæ sed multis sermonibus vt interim puella perfectè moreretur: & cõsequẽtea omnibus patefieret gloriosa resurrectio. Et sicut alii Euangelistæ tradũt Christo existente in via nuntiata est mors puellæ & Christus statim confortauit principem. Noli timere: sed tantum credẽ & salua erit.

¶ Et cum venisset ad domum non permisit se sequi vel intrare nisi Petrum & Iacobum & Ioannem ostendens q̃ in operibus miraculis non est ostenta-
M tio quærenda. Et licet vellet miraculũ sciri tamen volebat etiam vt populus sciret q̃ ipse quantũ in se erat de hoc non curabat: nisi propter honorem dei & salutem animarum. Ideo quærebat latere & tamen volebant publicari vtrumque ad ædificationem nostram. Dicitur ergo. (Et cum venisset in domum principis) ingressus scilicet, cũ tribus prædictis, & principe (& vidisset tibi cines) Diuersæ enim melodię N diuersas excitant passiones. Quædam audaciam. vt bellicæ: quædam deuotionem, vt ecclesiasticæ: quædam lætitiam: vt vanæ: & quædam fletum: & de his dicit Amb. More veteri tibicines: ad excitandos in mortuis ferebatur adhiberi. Hæc ille. Tales erant isti (Et turbam tumultuantem). i. flentem, & eiulantem multum vt dicit Marcus (Et dicebat Recedite) de camera & O non de domo (Non est enim mortua puella) Deo vt dicit glo. & si mortua tua esset hominibus (sed dormit ei qui æquè faciliter à morte sicut homo à somno excitat & amplius (Et deridebant eum) Christus secundum Chry. non increpauit derisionem vt & ipla derisio & tibiæ & omnia alia demõstrarent veram puellæ mortem: quia multoties post quam erant facta miracula: homines non credebant. Et cum P ejecta esset turba) quæ talia misteria videre non merebatur secundũ Hieroeo quòd resuscitaturũ irridebant (introuit) cameram (& tenuit manum eius) sua sancta manu quæ erat instrumentum deitatis: & in qua erat diuina virtus infirmitatum sanatiua (Et surrexit puella) veluti ex somno: cum ea dem anima quam prius habuerat vt dicit Chry. (Exiit fama hæc in vniuer- Q sam terram illã) propter magnitudinem & nouitatem rei vt dicit glo.

¶ Allegoricè in hoc euangelio sunt signa miranda de idolatria populi gentilis & post de eius conuersione & infidelitate synagogæ & randẽ de conuersione Synagogæin fine mundi. Rab Archisynagogus significat Moysen: & dicitur Iarius quasi illuminans, vel illuminatus: quia accepit verba vitæ dare nobis: & per hoc cunctos illumi-

A Ipse illuminatus à spiritu sancto. Filia archisynagogi est ipsa Synagoga quæ velut duodecimo ætatis anno: quod tempus pubertatis est: postquam spirituale sobolem deo generare debebat errorum langore consternata est. Ad hanc ergo principis filiam dum propera
B rat dei verbum vt saluos faceret filios Israel sancta ecclesia ex gentibus congregata quæ interiorum lapsu criminum deperiebat: paratam aliis fide percepit sanitatem.

¶ Notandum cum Archisynagogi filia filia sit duodẽnis: & mulier hæc ab annis duodecim sanguine fluxerit eo tẽpore quo hæc nata est illa cœpit infirmari, Vna enim seculi ætate & Synagoga ex Patriarchis cœpit nasci: & gentium exterarum nationum idolatriæ sanie fœdari. nam fluxus sanguinis bifariam potest intelligi: hoc est super
C idolatrię pollutione: & super his quæ carnis, & sanguinis delectatione geruntur. Et sic quãdiu synagoga viguit laborauit ecclesia: sed illa derelicta, salus gẽtibus facta est. Accedit autem & tangit dominum ecclesia cum ei per fidem appropinquat. Hæc ille. Gloss. Credidit, dixit, tetigit: quia his tribus.
Fide verbo & operę omnis salus acquiritur. Hær ille. Rab. Accedit autem re-
D tro siue iuxta hoc quod ipse ait si quis mihi ministrat me sequatur: siue quia præsentem dominum in carne non videns per actis iam sacramentis incarnationis illius ad agnitionis illius ad agnitionis illius gratiam peruenit. Vude & fimbriam vestimenti tangit: quia cum Christum incarnæ gentium populus nõ vidisset verba incarnationis recepit. Vestimẽtũ enim Christi dicitur mysterium incarnationis eius, qui diuinitas induta est fimbria vestimenti verba de incarnatione eius depẽdẽtia. E
Non autem vestem sed fimbriã tangit quia non vidit in carne dominum sed susceptit per Apostolos incarnationis verbum. Beatus qui vel extremã partem verbi fide tangit. Non autem in vrbe sed in itinere pergente domino sanatur. Vnde apostoli domini: quia indignos vos iudicatis æternæ vitæ ecce conuertimus ad gentes. Gẽtilitas autẽ ex hora dominici aduentus cœpit habere salutem. Hæc ille. Hilarius F
Mystici autem domũ principis. i. synagogam ingreditur cui in causaricis legis hymmus luctuum personabat.
Hæc ille. Hie. vsque enim hodie iacet in domo principis mortua: & qui videtur magistri, & tibicines sunt carmen lugubre cauentes. Turba quorum Iudæorum non est turba credentium sed tumultuantium. Sed cum intrauerit plenitudo gentium tunc omnis Israël G
saluus fiet. Hæc ille. Hilarius. Vt autẽ rarus ex lege credentiũ numerus possit intelligi turba expulsa est quã vtique saluari dominus optasset. Sed irridendo dicta gestàque eius resurrectionis non fuit digna consortio. Hæc ille. Hie. tenuit autem manũ eius, & surrexit puella: quia nisi prius mundatę fuerit manus Iudæorũ quæ sanguine plene sunt Synagoga eorum mortua non H
consurget. Hæc ille Hilarius. Exeunte autem fama in vniuersam tetrã illam electionis salus: donum Christi atque opera prædicãtur. Hęc ille. Moraliter ait Raba. Puella in domo mortua est anima mortua in cogitatiõe: dicit aũt q̃ puella dormit quia qui peccãt in p̃senti. adhuc per pœnitentiam resuscitari possunt. Tibicines adulatores qui fouent mortuam. Hęc ille Gre. xv. Moro. Foras autẽ turba eiicitur, vt puella

I suscitetur: quia nisi prius à secretioribus cordis expellatur secularium multitudo curatū: anima quæ intrinsecus iacet mortua non resurgit. Hæc ille. Raba. In domo autem puella corā paucis arbitris surgit inuenis extra portā: & Lazarus coram multis: quia publica noxa publico eget remedio: leuis leuiori & secreta pōt deleri pœnitētia.

Dominica .xxv. post Trinttatem. Io. vj.

K CVm subleuasset oculos Iesus, & vidisset qa multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippū, vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autē dicebat tentans. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Re-

L spondit ei Philippus, Ducentorum denariorū panes non sufficiunt eis vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis petri. Est puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces sed hæc quid sunt inter tantos?

M Dixit ergo eis Iesus, Facite homines discūbere. erat aūt fœnū multū in loco. Discubuerūt ergo viri, numero quasi quinque milia accepit ergo Iesus panes: & cū gratias egisset distribuit discūbentibus. Similiter & ex piscibus quātū volebāt. Vt aūt impleti sunt, dixit discipulis N suis, colligite quæ superfuerūt fragmēta ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex quinque panib⁹ ordeaceis, quæ superfuerunt his quæ māducauerūt. Illi ergo homines cum O vidissent qꝺ fecerat signū, dicebāt. Quia hic est verè propheta qui venturus est in mundum.

ABIIT IESVS TRANSmare Galilææ &c. Io. vj. cir ca miraculum de panibus in præsenti euan. tanguntur tria puncta. p̄ sunt. Miraculi p̄paratio, facti ꝓpetratio: & Christi glorificatio. P ¶ Quantū ad primū literaliter sciēdū est qꝺ bis circa panes christus miraculū fecit. Semel. s. post Penthecosten. vt dicit Mag. Hist. quando ex septem panibus satiauit quatuor millia hominū extra paruulos & mulieres vt habetur Mat. xv. Et semel prope Pascha vt habetur in præsenti euang. Dicitur ergo (Abiit Iesus) recedens à Iudæa quia Iudæi persequebantur eum eo quod sabbato languidum curasset in probatica piscina: vt dicit Io. & ipse eorū fe- Q rori cedebat secundū Chrysost. (transmare Galilææ (. i. vltra quandā laicum de quo & de cuius nominibus habes. s. Do. xij. secūdū Theo. trāsit crist⁹ de loco ad locū: vt auidiores & sollicitiores reddat homines vniuscuiusq; ciuitatis vnde sequitur (Et sequebatur eū multitudo magna) quæ nō erat rusticorū: sed ciuiū. Mat. xiiij. Turbę securæ sunt eū pedestres: de ciuitatibus. Et hoc propter

A pter venustam Christi faciem. & dulcē doctrinam, & glorioſa miracula: sicut dit Chry. quamuis etiā alio⁹ qui sequerētur ex inuidia, & appetitu detrahendi. Maior tamē propter doctrinam, & miracula sequebatur illū (quia videbant signa). i. miracula (quæ faciebaſ toper his qui infirmabantur.) Sanabat enim eos corpore & animi. ita qꝺ sicut dicit Archui. &. s. Tho. multum sanauit in corpore quin sanauerit in animā: ad B quam sanandam principaliter venerat Subiit ergo in montem Iesus) Primo secundum Chry. quia erat ibi miraculum facturus. Secundò: secundum eundem: vt erudisset nos tumultus declinare. Tertiò, fortè ascendit: qa erat loous doctrinę & cōtēplationi cōgruꝰ ideo subditur (Et ibi edebat cū discipulis suis. s. quos docebat secundū Chry. (Erat autem proximū Pascha) In isto Paschate Christus non fuit in Hierusalem secūdū Chry. & Theo. &. s. Tho C licet de hoc qꝺ esset legis præceptū & est secundū eosdē: qa paulatim soluebat legem ostendere volens qꝺ illa legalia festa, & sacrificia cessare habebāt adueniente veritate: & qꝺ ipse legi non subticiebatur. Sumebat autē occasionē huius vt dicunt Iudaica nequitia qui illum volebant occidere. Qui enim habebant capitales inimicitias non tenebantur ascendere. Dicit aūt hic Bed. qꝺ D ex hoc qꝺ factū dicitur accidisse prope pascha secundū Io. & Ma. dicit qꝺ christus audita nece Ioannis feceſsit in desertū & ibi hoc miraculum fecit, colligitur qꝺ Ioānes prope vnum Pascha fuit occisus: & Christo prope aliud sequens ita quod inter vtriusq; mortē spatium fluxit vnius anni (dies festus Iudæorum). Additur, autē Iudæorū nō quia alienationes celebrarēt Pascha sed propter causas dictas supra E feria. ij. post. iij. dom. xl. Et adde qꝺ forte hoc dixit: quia quando o Ioānes scripsit euangelium iam diu erat. qꝺ in ecclesia non obsernabantur Iudæorū festa: ideo hoc addidit, vt sciretur etiā in lege veteri fuisse pascha celebratū etiā ab his qui Pentatheucum nō viderūt: sed ab idolatria conuertebant ad Deū. ¶ In hac parte documentū est morale: vt rumores fugere debeamus, & tumul F tus mundanos quibus inquietatur animus: & ascendere modum contemplationis, ponendo finem nostrum in deq; tunc non sentiemus mundi pressuram. Gre. in li. mora. Ille huius mundi pressuram Gre. in lib. mora. Ille huius mūdi veraciter mala sentit, qui eius bona inhianter appetit. Nam cuius mens in alium suspenditur sub ipsa est quicqd contra ipsam monetur. Hæc ille. ¶ Quantū ad secundum literaliter tā- G gitur miraculi perpetratio, cū dicitur. (Cum subleuasset ergo oculos Iesus) Beda. Oculos enim non erigebat huc atque illuc: sed pudicè sedebat attētus cum discipulis suis. Hæc ille. (& vidisset quia multitudo maxima venit ad eum) cum tanta deuotione vt obliuiscerentur secū deferre cibaria (dixit ad Philippum.) Est autem sciendū qꝺ sicut dicitur Mat. xiiij. & Marc. vj. Christus H videns multitudinem non statim allocutus est Philippū. sed sicut dicit. Mat. curauit languidos eorum: & sicut dicit Mar. docuit eos multa, & protraxit sermonem vsque ad vesperam. Et tunc dixerunt ei discipuli, vt dicit Marc. desertus est locus hic & iam in hora præterit, dimitte illos, vt euntes in proximas villas, & vicos emant sibi cibos quos manducent. Et respondens, aīt illis. Date illis vos manducare.

re dixerunt ei,cuntes emamus ducentis denariis panes & dabimus eis manducare, & tunc ipse dixit ad Philippum. (Vnde ememus panes vt manducent hi) id est ex quo pretio ememus : cum fortè tantum summam non haberent: vel ex quo loco ememus cùm forte tot panes non potuissent ibi reperiri. Non interrogat autem ex ignorantia secundum Chry.sed vt euidentius fiat miraculum ex responsione Philippi. Quem potius interrogauit quam alium: quia vt dicit Chry.sciebat qui discipulorum eius ampliori indigebat doctrina.(Hoc autem dicebat tentans eum) Tentare aliquando est ad malum prouocare:sic Deus neminem tentat:sed est officium diaboli. Aliquando est experimentum sumere de re incognita:& sic deus dicitur tentare non quasi ipse experiat incognitum,sed quia facit alios experiri. sicut Gen. xxij. tentauit Abraham : vt eius obedientia aliis manifestaretur.Et sic tentauit Philippum scilicet vt ipse suam tarditatem in credendo agnoscat secundum Alchui.Vel vt hoc ipsum aliis ostendat secundum The.Vel vt aliis fieret manifestus defectus pecuniarum & panum non autem vt ipse addisceret quod nesciebat. (Ipse enim sciebat quid esset facturus.)Sed quare non interrogauit Iudam qui habebat loculos Ad hoc dicitur quod Philippus erat de illa patria oriundus & fortè etiam magis sollicitabat quàm alii apostoli, vt turbam dimitteret ad emendos cibos. (Dicit ei Philip.ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat). q. d. Neq; pecunia neq; res venales suppetũt nobis.Alchui.j.quę tarditarem suã ostendit. Nam si perfectè de creatore intelligeret de eius potentiæ largitate non dubitaret. Hæc ille. ¶ Sed contra: quia beatus Marcus dicit prædicta verba fuisse responsa à discipulis. Ad hoc dicit Aug.de con.euan. dupliciter quia scilicet Philippus ore cæterorum locutus est.Vel ponit singulare,pro plurali vel è conuerso. Dicit ei vnus ex discipulis eius.Andręas frater Simonis Petri.Est puer vnus hic)qui secundũ Magistrum histo.creditur vnus est discipulis fuisse(qui habet quinq; panes ordeaceos,& duos pisces.) Hic videtur melius dispositus quàm Philippus. Quia enim audiuerat quod Helisæus ex viginti panibus ordeaceis satiauit centum homines vt ait Chrysosto. aliquid cogitauit de multiplicatione horum: sed tamen,vt idem ait,imperfectè credidit quia cogitauit quòd de paucioribus pauciora de pluribus plura Christus multiplicando faceret.ideo subdit. (sed quid sunt inter tantos).q. d.Si isti multiplicentur,vt multiplicauit Helisæus tantum l.viri sunt comesturi.Sed contra : quia secundum Marcum ista verba non fuerunt Andreæ : sed discipulorum.Ad hoc dicit August. de consan.euang.quod Marcus posuit plurale pro singulari.(Dicit ei Iesus. Facite homines discumbere) idest ordinate sedere ad manducandum. Alcuinus. Ad literam homines discumbere dicimus iacendo comedere more antiquorum. Hæc ille. Et vt intelligatur ille locus aptus fuisse sessioni:dicitur.(Et erat autem fœnum multum in loco) Theo.i. herba viridis. Erat enim Pascha quod in primo mense veris perficiebatur. Hæc ille. (Discubuerunt ergo viri.) Theo.soli viri numerantur ab euangelista quia legalem consuetudinem sequebatur:quæ à viginti annis & supra populũ numerare docet(numero quasi quinq; milia)expectantes deuotè quid actur⁹ esset Christus. Et sicut dicit Marcus discubuerũt per contubernia : quia vt dicit mag.hist.diuersarum villarum homines diuersis locis sedebant.(Accepit ergo Iesus panes & cũ gratias egisset distribuit discumbentibus similiter & ex piscibus quantum volebant scilicet ex piscibus & panibus ex quo patet quod fuerunt multiplicati.Sed quomodo fuerunt multiplicati ? Ad hoc dicit S.Tho.j.par.q.xcij.quod eodem modo fuerũt multiplicati quo ad corpus Euę formatum ex costa viri. Quidam ergo dicunt quod ibi nulla fuit materia addita : sed tantum præ existens maiorẽ accepit quantitatem.Sed contra : quia hoc fuisset per rarefactionem . quod non est conueniens : quia rarefactio in talibus multiplicationibus non apparet.Item quia licet.S.Tho.non dicat illi fuissent quidem impleti , sed non satiati.Impleti quidem impleri:sed nõ satiati.Impleti quidem ratione magnę quantitatis:sed non satiati ratione modicitatis substantiæ : quia verè ibi non fuisset nisi substãtia quinq; panum. Vt ergo dicit vbi supra hoc factum est altero duorum modorum quia : deus vel addebat præexistenti materiæ aliam, quam nouiter creabat vel prius creatã quam nouiter in panem conuertebat. Et secundum est probabilius & videtur mens esse Aug.dicentis.Vnde enim multiplicat de paucis granis segetes: inde in manib⁹ suis multiplicauit quinque panes Hæc ille.Constat autẽ quod segetes multiplicantur ex conuersione humoris terræ.Et idem dicitur de Eua dicitur tamen deus ex quinq; panibus satiasse turbas quia illa materia quinque panibus addebatur , & eodem modo Euam de costa formasse. Hæc ex. S. Tho.Credo autẽ illos panes fuisse multiplicatos non solum in manibus christi vt dicit Aug.sed in manibus apostolorum & in ore , & in stomacho comedentium,donec fuerunt satiatinõ enim est vero simile quod Christus vel apostoli tantam panis quantitatem attrectauerint.Et materia quæ in panem cõuertebatur credo aerem fuisse qui panem circunstabat. ¶ Est aũt notandum secundum Chryso.ꝙ christus suscitans mortuos & faciens maiora miracula, non orat vt se deum ostendat & oratione nõ indigere.Hic autem orat. Primo vt ostendat cibum sumere volentes,debere gratias agere deo. Secũdo vt ostẽdat se esse à deo & non contrarium deo Vnde vt idem dicit,qũ multi astabant quibus oportebat suadere ꝙ esset amicus dei orabat propter secundam rationem dictã secus qñ miracula faciebat in occulto.Hinc est ly Chrys.non dicat quod etiam in maioribus aliqñ orauit: vt in suscitatione Lazari. ¶ In hac parte est morale documentũ de quo The. ait.Addiscimus autẽ ex miraculo perpetrato non fieri pusillanimes in coarctationib⁹ paupertatis.Hæc ille.¶ Quãtum ad tertium ostenditur glorificatio christi qui gloriã ex ipso facto & ex testimonio turbarum reportauit cum dicitur.(Vt autem impleti sunt). i. satiati.iEx quo patet ꝙ miraculum fuit verum & non apparens (dixit discipulis suis. Colligite quæ superfuerunt fragmenta.)Non dicit panes : quia nullus ibi mansit integer.Voluit autem colligi fragmenta.Primò propter rationem quã ipse tangit dicẽs(ne pereãt)sed supple pauperibus ministrentur.Secundò vt miraculum per reliquias publicaret etiam apud illos qui non interfuerũt. Tertiò propter figuram de qua dicetur

I (Collegerunt ergo & impleuerunt duo decim cophinos fragmẽtorum ex quin que panibus ordeaceis, qui superfue runt his qui manducauerant) non à ca su: sed ex diuina ordinatione vt tot es sent quod apostoli. secundum Chry. vt scilicet per hoc significaretur. secundũ Aug. quod ea quæ turbæ comedere, id capere non valebant in mentibus per fectorum reconderentur. Vel vt signi ficaretur quod singuli apostolorum de K ferrẽt verba christi & reliquias doctri næ suæ ad eos qui ipsum in carne do centem non viderũt. Sed quomodo ibi habuerunt cophinos: dicitur quod erãt in aliqua villa vicina vel delati fuerũt vt multitudini venderentur. Vel ibi nõ fuerunt cophini: sed ex reliquiis tantũ sublatum est quantum duodecim co phini capiunt. Est autem Cophinus se cundum magistrum quid ex iuncis & palmarum foliis contextum & credo L quod sit idẽ quod sporta.) Illi ergo ho mines) quia secundũ Bed. carnales erãt & carnaliter intelligebant cum vidis sent quod fecerat signum deum esse il lum nescientes (dicebant: quia hic est verè propheta.) Nec tamen falluntur: quia vt dicit Alchuinus ipse se prophe tam vocauit dicens. Non capit prophe tam perire extra Hierusalem Mar. xiij. Fuit tamen & cum hoc dominus pro phetarũ secundum Aug. quia nullus est M propheta sine verbo deũ quod est chri stus. Chry. ex hoc autem ꝙ dicunt (qui venturus est in mundum) manifestum est quod prophetam quendam expecta bant principalem. Et ideo quod dicit. Hic est verè propheta in Grẽco cũ ad iectione articuli ponitur ad ostenden dum. s. eum esse discretum ab aliis pro phetis. Hæc ille. ¶ In hac parte autẽ est documentum quod dei opera miremur de quo Aug. ait. Cõsyderandũ est quod N quia deus non est talis substantia quæ videri oculis possit & mirabilia eius: quibus totum mundum regit vniuer samq́; creaturam administrat assiduita te viluerunt seruant sibi quædam quæ faceret oportuno tempore præter visi tatũ cursum ordinemq́; naturæ vt non maiora, sed insolita videndo stuperent quibus quotidiana viduerũt. Maius eñ miraculum est gubernatio totius mun O di quàm saturatio quinq; millium ho minum de quinq; panibus & tamẽ hoc nemo miratʒ illud mirantur homines, nõ quia maius sed quia rarum est. Hæc ille. ¶ Allegoricè secundum Alchuinũ christus mare Galileæ. i. præsens secu lum adiit nascendo transiuit moriendo & resurgendo & secundum Bed. ascen dit in montem. i. in cœlum per ascensio nem, & sequuntur eum secundum Al chuinum turbæ conuersorũ ad fidem. P Isti verò panes quinq; fuerunt quinq; libri Moysi secundum Aug. qui fuerũt ordeacei. i. grossæ corticis secundũ eun dẽ quia in tali lege spiritualia sub cor poralibus sacramentis tegebantur vel secundum. Bed. quia ordeum est iumen torum & ceruorum pabulum. Iudæi au tem cerui fuerunt & iumenta: quia car nales. Duo pisces secundum Alchuinũ fuerunt doctrina prophetarum & Psal Q mistæ. Puer vero qui ista portabat, nec manducabat secundum Aug. est Iudæo rum populus sensus puerilis. Ista secũ dum Aug. lxxxiij. q. fregit christus apo stolis differendo & illi turbæ: & sic to tum mundum satiaret. Vnde & secun dum Alchuinum quia non fecit nouos panes significat quod non reprobauit veterem scripturam sed aperiendo pa tefecit. ¶ Moraliter. Quinq; panes sunt quos nobis christus exhibet quãtum in se

A se est, & quos vult nos manducare vt inde maximam consolationem reporte mus. Primus est pœnitentialis, qui di citur panis lachrymarum & doloris: & conficitur ex peccatis contritis & com minutis. Secundus est sacramentalis. i. eucharistia, qui dicit panis viuus. Iste factus est in arca vteri virginalis ex tri bus farinis, scilicet deitate anima & cor pore, & in cruce fuit quinq; vulneribus B incisus. & mãducatur spiritualiter tan tum ab omnibus iustis per meditatio nem & sacramentaliter tantum à pecca toribus communicantibus & vtroque modo & iustis communicantibus. Ter tius est materialis quem debemus co medere in societate aliorum mediante eleemosyna. Quartus est doctrinalis cui est cibus animæ: secundum illud Mat. iiij. Non in solo pane. s. materiali E viuit homo: sed &c. & est diuina scriptu ra in qua anima per lectionem, & medi tationem refici debet. Quintus est cœ lestialis qui manducatur in regno Dei vt patet Luc. xiiij. &. xxij. dicitur. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pa ter meus regnum vt edatis & bibatis su per mensam meam in regno meo. Iste panis est visio deitatis: vel Deus visus ad quem toto corde debemus anhelare F & per panem lachrymarum: & panem sacramẽtalem & materialem & doctri nalem ad illum pergere præstãte chri sto Iesu domino nostro qui cum patre & spiritusancto Deus regnat in æter num. Amen.

Finis Tractatus secundi.

AVREAE ROSAE

TRACTATVS TER-
TIVS IN QVO DIS-
cutiuntur quæstiones
aliquot.

*

QVIA REPLETA EST terra scientia Domini sicut aquæ maris operientis: vt olim prædixerat. Esa.c.xj.& iam fidelium multitudo ex diuini verbi frequenti vsu ad aliqua subtiliora contemplanda potest assurgere:nunc super euangeliis temporalibus festiuis volo quæda subtiliora mouere quædam vero etiam discutere:super ferialibus autem plerunque mouere tantummodo.Ea est enim librorum copia vt possimus ad alia loca remittere lectorem.Et harum quæstionum quædam erunt pro maiori parte theoricæ,intellectum sancti euangelii concernentes.Quidam verò morales & penitus impertinentes iuxta ea quæ in voluminis exordio spopondi.

Igitur dominica.i. in aduentu Domini Quæstio.i.

QVAERITVR VTRVM SI asina humanæ naturæ peccati de merito à diabolo nõ fuisset alligata, dei filius, per incarnationem venisset eam inside re:vel non.Ad hoc dico ꝙ Sco.in.iij. sententiarum di.vij.licet dicat se loqui sine prẽindicio tamen patet ꝙ si homo non peccasset, nihilominus filius dei venisset per carnis assumptionem: non vt redemptor: sed vt glorificator. Sed S.Tho.in.iij.di.j.patet probabiliter ꝙ non venisset.licet dicat ꝙ alia opinio quam sequitur Scotus potest etiã probabiliter sustineri. In tertia parte autem.q.j.arti.iij.dicit ꝙ magis assentiendum est opinioni dicenti,ꝙ non veniset:& eius conclusio est tenenda.Et probat ratione vtrobique,sic.Nam ea quæ ex sola dei voluntate dependent nobis innotescere non possunt:nisi per reuelationem factam sanctis.Sed in sacra scriptura,& dictis sanctorum,hæc sola incarnationis causa assignatur redẽptionis scilicet hominis à seruitute peccati:ita quòd cessante peccato,ipse cessasset. Intendit autem Sanct.Thom.arguere sic. Quicunque in his quæ sunt fidei asserit: quod ignorat præsumptuose asserit:sed qui asserunt christum hominem non peccante fuisse venturum, asserũt quod ignorant.Nam cum aliquid sciatur,vel ratione,vel reuelatione:isti hoc non sciunt ratione,quia sic non possunt cognosci,quæ solum ex diuina voluntate dependent,quam ignoramus:nec reuelatione,quia sancti quibus facta est reuelatio,eorum quæ sunt fidei non dicunt hoc:sed appositum innuunt. Confirmatur autem ratio Sanct. Thom. quia si cessante peccato,filius dei fuisset humanatus,nulla potest ratio reddi nisi propteruiendo,quare non fuit angelicatus naturam angelicam assumendo, & glo

& glorificando.Probat etiam vtrobiq; autoritate.Nam Leo in sermone de natiuitate dicit,Si homo ad imaginem & similitudinem dei factus in suo honore mansisset,creator mundi creatura non fieret,aut sempiternus temporalitatem subiret:aut ęqualis Deo Patri dei filius formam serui assumeret.Et August.in oratione ad beatam virginem.Vt quid in quit nescium peccati pro peccatoribus pareres : si deesset qui peccasset. Aut quid mater fieres saluatoris,si nulla esset indegentia salutis.Idem etiam super illud Mat.j. Ipse enim saluum faciet &c.Si homo non peccasset : virgo non peperisset.Et de verbis domini ex ponens illud Lu.xix.Venit filius hominis quærere &c.Si homo inquit nõ peccasset filius hominis non venisset. Et glo.ſ.Tim.j.super illud : Christus venit in hunc mundum peccatores saluos &c.dicit.Nulla causa fuit veniẽdi christo domino nisi peccatores saluos facere.Tolle morbos:tolle vulnera:& nulla erit medicinę causa.Sed contra determinatum sermonem & conclusionẽ omissis argumentis & que.S. Tho.facit & soluit arguo per rationes in quibus fundauit se Scotus:Primo sic.Nam omnis ordinatè volens prius vult quod est fini propinquus:puta prius gloriam quàm gratiam:& prius gloriam magis glorioſi quàm minus glorioſi.Sed deus ordinatè vult.Ergo prius natura eligit ad gloriam non solùm christum sed omnes quos voluit gloriam consequi quàm aliquid præuiderit circa peccatorem de pœna vel culpa. Supple autem tu quàm remoto posteriori puta præuisione culpæ: stat prius puta electio animæ christi ad gloriam. Solu:in nullo actu diuino immanente, cuiusmodi est velle,& præscire est ordo naturæ,si ue prioritas. vel posterioritas, si in se consideretur:quia in eo non est distinctio quem requirit ordo prioritatis:nec ait tendit in obiectum,quasi vnum obiectum sit prius scitum aut volitum, quàm aliud quid sicut in vno actu : ita in vno instantiomnia simul scit.& vult sed est tantum in eo exparte obiectorum,in quantum scit,& vult,vnum obiectum esse prius,alio.quia scit omne verum,& vult omne bonum.Est autem verum & bonum,vnam rem esse priorem alia.Et sic intelligitur deus ordinatè veile:non quia in sua volitione in se vel vt tendit in obiecta sit ordo:sed qa est ordo in rebus ab eo volitis . Ad argumentum dico,quòd duplex est volens ordinate.Vnus scilicet in cuius volitione,est ordo, vt homo,& angelus, qui habent(diuersas volitiones successiuas inuicem ordinatas.Alius in cuius volitione non est ordo:sed in volitis vt deus..De primo negatur minor & conceditur maior.de secundo autem econuerso.¶ Sed contra solutionem replico.Licet enim argumentum assumat duo falsa.secundùm mentem arguentis scilicet quòd in diuinis actibus sit ordo naturæ in se, vel vt tendit in obiecta:& quòd idem actus prius natura tendat in hoc obiectum,quàm in illud tamen saltem est ibi ordo rationis ex parte ratiocinantis:& si non rõcinabilis.Et Et consequenter prius secundùm rationem deus voluit gloriam animæ christi,quàm humanam redemptionem. Et consequenter in illo priori voluit incarnationem per se,& secundùm se,nõ per aliud.Et consequenter cessantibus aliis fuisset celebrata.Sol. Deus vult maius bonum prius ratione quàm minus:quando inter ea est ordo per se,sicut est inter bonum naturæ:gratiæ & glor

I gloriæ. non autem hoc est necesse quando inter ea est per accidens: sicut est inter gratias aut glorias nullum essentialem ordinem habentes vnde non oportet concedere deum prius natura, vel ratione voluisse gloriam animæ christi quàm humanam redemptionem: imo potuit esse, qnòd prius ratione voluerit secundùm, quàm primum. Secũdò nullus est præcisè prædestinatus, eo quòd alius pręuisus sit casurus alio qui
K oporteret aliquem gaudere de casu alterius ergo multòmagis hoc verum est de anima christi. Sed adde tu: quòd si non venisset nisi homo peccasset: illa anima fuisset prædestinata ad illam gloriam præcise: quia alius preuisus fuit casurus. Sol. Dupliciter intelligitur aliquis prædestinari: quia alius prę uidetur casurus. Primò quasi præuisio casus sit causa prædestinationis sanctis & hoc est falsum. Secundò: quia nunquàm
L casurus prædestinatur ad subue niendum casuro: & sic conceditur. Nec tamen oportet illum gaudere & de alterius casu: sed de bono quod originatur ex casu sicut ex causa, sine qua, non sicut non oporteret deum: gaudere de culpa, sine qua non haberet gloriam, quam non habet in parcendo & punie do: nec oporteret martyres gaudere de tyrannorum nequitia: sed de sua patiẽ tia. Sed replicatur: quia non videtur
M deus animam christi ad tantam gloriã præordinasse solùm propter talem redemptionem. Tum quia talis gloria est maius bonum quàm illa redemptio sine gloria redimendorum. Tum quia nõ est verosimile summum bonum in entibus esse solum propter minus bonum occasionatum sicut necdeum prius prę destinasse. Adam quàm christum quod tamen sequeretur. Solu. Ad primum quòd dicitur illam animam ad illam N gloriam fuisse prædestinatam, solùm pro redemptione aliarum, dupliciter intelligitur. Primò: quasi talis redemptio sit principalis finis eius. Secundò, quasi sit finis eiusdem: sine quo nõ fuisset gloria animæ christi talis ac tanta qualis & quanta nunc est Primo modo negatur: & secundo modo conceditur. Vel dicitur quòd talis redemptio non fuit finis gloriæ christi, sed eius incarnationis, cuius duplex est finis scilicet O proximus. i. prædicta redemptio, & remotus. i. perfectio vniuersi, vel gloria dei, vel ipse deus, quæ omnia sunt finis totalis, & singula finis partialis. Ad secundum autem dicitur ꝙ non inconuenit maius bonum occasionari propter minus bonum, tanquàm propter finem proximum aut partialem: imo ex peccatis elicit deus bona quæ sine eis non fuissent, Tertiò: si prædestinatio animę christi sic enim pro redemptione aliarum deus prius vidisset Adam casurũ quàm christum prædestinasset, quod inconuenit. Et quia illam non fuit necesse vniri corpori passibili, omnes autoritates quæ videntur sonare quòd nõ veniisset, sunt glossandæ: quia non venisset vt redemptor: nec vt passibilis. Sol. Concedo consequens illatum de prioritate rõnis ex parte rõcinantis. Intelligimus enim primò deũ volentẽ suã bonitatẽ manifestare, in productione perfecti vniuersi. Secnndò, ꝙ in eo, voluit esse creaturas rationales, & intellectuales beatas. Tertiò, ꝙ vidit casum aliquarum prædestinatarum. Quartò, ꝙ decreuit eas reparare, per incarnatio nẽ filii. Quintò, ꝙ voluit animã christi inter oẽs præstare gratia, & gloria, & aliarũ glorias ordinare ad gloriã christi. Sed prioritatę perfectionis, & causalitatis

A tatis ex parte effectus temporalis est cõuerso. Est tamen sciendũ ꝙ. S. Tho. in. ij. di. j. q. ij. ar. iij. dicit ꝙ aliquid puta A. dicitur finis, B. dupliciter. Primò: quia. B. ordinatur ad acquisitionem & conseruationem. A. vel quia ex. B. proB uenit vtilitas ipsi. A. Et secundo quia B. tendit in. A. sicut in illud cuius similem & participationem desyderat primo modo rusticus est finis regis: & sanitas est finis medicinæ & prædestinatio nostra prædestinationis christi sed secundo modo est è conuerso: quia nostra salus redundat in gloriam christi, quòd autem ordinatur ad finem primo modo est duplex, s. quaddam non participans diuina bonitate nisi in ordine ad illud cui est vtile, vt partes in ordine ad totum. & ꝙ eam partipat etiã sine illo ordine. sicut angeli sine ordine ad hominem. Primum non est nisi sit il
C le finis sed secus de secundo. Hæc ibi Modus autem glossandi autoritates quem Scotus tradit: licet. S. Tho. in. iij. dicat ꝙ probabiliter posset substineri. tamen cum præsumptuosum credidit: imo videtur ꝙ repugnet dictis sanctorum, licet non scripturæ. Stante enim tali glossa duplex fuit causa christo domino veniendi. s. peccatores saluos facere: & humanam naturam glorificare. Sed hoc est cõtra glossam supra indu-
D ctã, quæ dicit ꝙ nulla cã veniendi fuit nisi vna. s. peccatores saluos facere. Præterea super illud Leui. VIti. Omnis æstimatio sicelo sanctuarii põderabitur: dicit glo. Oĩs diffinitio sanctis fiat põderibus de sancta scriptura venientibus. Sed sic est ꝙ dicta gl. nõ venit de sacra scriptura, id est in ea nõ habet fundamẽtũ, ergo ꝙ eã nihil bñ diffinit, vel determinat. De his oĩbus vide si vis. Cap. in. iij. di. j. ¶ Quæri etiã põt vtrũ cõueniens fuerit Christũ incarnari. De quo E vide. S. Tho. vbi. s. Et vtrum cõuenientius fuerit incarnari filium, quàm Patrem. vel Spiritũ sanctum. de quo vide Tho. iij. parte. q. iij. articu. viij. &. iij. di. j. q. ij. ar. ij. &. iij.

Dominica secunda in Aduentu. Quæstio secunda.

QVAERITVR VTRVM F Deus posit astra. i. solem lunam, & stellas suo splendore priuare. Ad quod respondeo per tres conclusione. Prima. Sol nulla sua luce verè priuari potest. Nam impossibile est ꝙ stante cã, remoueatur effectus: quia causa est ad quam de necessitate sequitur aliud vt patet. v. Meta. Sed stante sole stat causa omnis suæ lucis: quia non habet lucem alienam: siue ab alio participatam: nec propriam quæ sit accidens ideſt G commune: sed habet solùm propriam quæ est accidens per se, & naturalis proprietas eius. Omne autem tale accidens consequitur principia speciei, cui inest: vt visibilitas principia hominis: & dicitur causari à suo subiecto: non per actionem, sed per naturalem sequelam ideſt sic quòd producens subiectum producit per illud propriam subiecti passiones. H

¶ Secunda. Luna priuari potest verè aliqua luce, vt patet ad sensum: quia priuatur ea quam habet à sole vt patet ineclipsi. Non autem omni: quia secundùm Sanct Thom. super libro de cœlo, & mundo cum luce: participata à sole, habet propriã: licet debilẽ & solùm, in superficie. Et hæc consequitur principia lunæ sicut in sole dictum est

¶ Tertia. Stellæ priuari possunt verè

aliqu

I aliqua luce: quia ea quam habent à ſole qui ſecundum. S. Tho. illuminat omnes ſtellas: non autem omni: quia ſi luna quæ inter omnia corpora ſtellarũ eſt infima adeo vt ſit opaca habet aliqualem lucem propriam à fortiori videntur eam habere ſtellæ: vt innuit. S. Tho. veri. q. xij. art. j. in corpore: dicẽs, lumen eſſe in ſtellis: vt qualitas & forma permanens: in aere vero, vt paſsio.

¶ Sed cõtra præmiſſa: quia quidam dicunt ſolẽ in paſsione Chriſti verè priuatum lumine. Solu. Hoc eſt falſum: & contra Dionyſium in epiſtola ad Policarpum: qui dicit ſe vidiſſe tunc lunam ſubintraſſe ſolem. Ne hoc mirũ ſi ipſe hoc vidit: non autem illi qui erant in Hieruſalem: quia ipſe fuit in AEgypto, vbi raro ſunt nubes: tunc autem fuerũt nubes in Iudæa ad maiorem horrorem mortis Chriſti. Secundò: Nam Scotus & multi alii videntur habere pro maxima: quòd quandocunq; aliqua ſe habent vt prius, & poſterius, realiter diſtincta: Deus poteſt ſeparare prius à poſteriori: quia ab eo non dependet: ſed huiuſmodi ſunt ſol, & ſuus ſplendor & luna, & ſtellæ. Solu. Illa maxima eſt falſiſsima. Fallit enim primò, vbi vnũ eorum eſt reliquo ratio eſſendi. Vnde non poſſet Deus facere materiam ſine forma qua eſt prior & à qua realiter diſtinguitur. Et ſecundò, vbi vnum eſt effectus & naturalis ſequela alterius: ſicut paſsio ſubiecti: quia tunc eſt impoſſibile agere ad conſeruationem ſubiecti: & non eius quod neceſſariò eſt à ſubiecto. Et licet prius non dependeat à poſteriori: tamen neceſſariò illud cauſat & infert & ipſum poſterius à priori ſic dependet vt aliquando non ſinat ipſum ſine ſe eſſe. ¶ Sed cõtra hoc, quia non magis dependet paſsio à ſubiecto: puta calor ab igne quàm actio à paſſione, vel qualitate puta calefactio, à calore. Sed Deus poteſt paſsionem ſiue qualitatem ſubiecti ſeparare ab actione: vt patet in tribus pueris. Ergo & ſubiectum à paſsione. Solu. Proprietates quæ ſunt cum motu poteſt Deus à ſubiecto ſeparare: quia non ſunt proprietates, niſi ſuppoſito motu primi mobilis, à quo dependent. & magis à Deo: de quorum numero eſt calefacere, reſpectu ignis: non autem poteſt ſeparare quæ ſequuntur ſubiectum per ſimplicem emanationẽ: vt lucere. Hæc Petrus. Sed quia etiam ſtãte motu cœli ignis aliquãdo eſt abſolutus ab actione quæ eſt calefactio. ideo medius dicit poteſt quòd non eſt ſimilè: quia paſsio eſt in ſubiecto: non autem actio in paſſione: ſed tranſit in paſſum: & per eius in diſpoſitionem poteſt impediri. Vnde ſi actio ſit immanens, & naturalis: vt ea qua angelus ſe intelligit, eſt inſeparabilis. Non ergo ignis eſt circa tres pueros abſolutus à calefactione, quaſi aliquid circa ipſum factum ſit: ſed quia aliqua forma impreſſa eſt pueris per modum habitus, vel actus qui prohibebat eos comburi: ſicut & imprimetur corporibus gloriosis. Tertio. Nam luna, & ſtellæ non habent lucem, niſi ab alio: quia ſol eſt fons totius luminis. & dictus eſt ſic: quia ſolus luceat. Ergo poſſunt omni luce priuari. Sol. Sol lucet ſolus luce propria, & pura, non mixta cum alia luce: & eſt fons totius luminis inquantum ad omnia luminaria diffundit aliquod lumen per modum paſsionis ſuæ accidentis, non conſequentis principia ſpeciei: non autem quaſi omne lumen luminarium ſit hoc modo ab illo. ¶ Sed contra hoc: quia lumen quod ſtellæ habẽt à ſole ſemper habent:

A habent: ergo non habent illud per modum paſsionum. Sol. Negatur conſequentia: quia quòd ſemper illud habeant, vt aliquid permanens, & conſequens earum naturam, ſed quia ſemper aſpiciunt ſolem, & idem eſſet de aere ſi ſol firmaretur in vna parte hemiſphærii. Et fortè quòd hac ratione. S. Tho. dicit in eis eſſe lumen, vt formam permanẽtem, quamuis poſſet dici quòd loquitur de luce propria ſtellarũ. Quarto: quia non videtur à quo tunc poſsint luminaria obſcurari, ſi non priuantur lumine. Solu. Imò poterunt obſcurari, per nubes qua etiam tunc erunt quicquid erunt cùm Chriſtus ſit venturus in nube: & per condenſationem maximam aeris: quæ aliquando etiam tanta eſt, vt aer videatur corpus humanum: vt cùm apparet angelus, vel demõ corporali viſione: & per maioris luminis præſentiam. i. corporis Chriſti, & ſanctorum quorum corpora lucebunt, vt ſol. & cõſequenter Chriſtus plus quàm ſol. ¶ Quæri etiam poteſt vtrum aduẽtum ſecundum Chriſti præcedere debeant aliqua ſigna? de quo vide. iiij. ſenten. diſt. xlviij. q. j. art. iiij. Et vtrum Chriſtus iudicabit in forma gloriosa? de quo vide ibi art. ij.

Dominica. iij. in Aduentu.

Quæſtio. iij.



QVAERITVR VTRVM opera. i. miracula Chriſti oſtenderent eum ſic euidenter eſſe filium Dei vt diſcipuli Ioannis hoc credere tenerentur? Ad hoc autem dico quod ſic. Miracula Chriſti fuerunt in triplici differentia. Quædam enim fecit Chriſtus ad conſolationẽ fidelium, vel infidelium conuerſionem orando, & deprecando: ſicut ſuſcitauit Lazarum præmiſſa oratione. Quædam verò fecit ad eandem finem imperando autoritate propria ſicut ſuſcitauit filium viduæ dicẽs, Adoleſcens, tibi dicò ſurge. Quædam verò etiam fecit in teſtimonium eorum quę dicebat ſicut ſanabat paralyticum: prę-mittens, Vt autem ſciatis quia filius hominis habet in terra poteſtatẽ &c. Prima igitur miracula nullo modo arguebant ipſum eſſe Deum: nec de hoc faciebant ſuppoſitionem in mente: quia in nullo differebant à miraculis aliorũ ſanctorum quæ non arguebant eos eſſe Deos. Secunda verò faciebant de hoc probabilem fidem: quia illi qui erant cum eo in naui viſo quòd mari & ventis imperaſſet: dixerunt, Qualis eſt hic quia venti & mare obediunt ei? quaſi dicerent: hic non eſt præcisè homo, vt alii. Tertia verò conuincebant demones credere: quia cum ſciant totam virtutem naturæ creatæ. ſciebant talia fieri non quacunque virtute creata: ſed immediate à Deo de quo conſtat eis quòd non poteſt reddere teſtimonium falſitati: & conſequenter concludebant (vt ita dicam) illam doctrinã eſſe veram in cuius teſtimonium illa fiebant Homines autem valde prouocabant ad fidem: quia quod demones ſciunt. ſ. iſta miracula fuiſſe à Deo homines probabiliter credebant frequenter: ſed non conuincebant: quia non conſtabat euidenter eis hæc eſſe à Deo: quia non nouerunt omnes naturales cauſas occultas. Vnde quidam attribuebant ea diabolicę virtuti, quod diabolus facere nõ poterat: quia in hac re certus erat. Ratione tamen multitudinis, prima, ſecũda, & tertia miracula faciebant probabilem coniecturã quòd eſſet Chriſtus, de quo erat fama quòd multa facturus

I esset miracula: & quia ipse fuit tãquam fons miraculorũ, cùm virtus de illo exiret, & sanaret omnes. Similiter etiam prima, secunda, & tertia probabãt quòd erat Christus & similiter probabant de ĩtatem aliquo modo. s. mediatè. i. supposito quòd ipse diceret, & prædicaret se esse Christum, & Deum: quia cùm Deus mendacio non faueat prædicans falsam doctrinam miracula facere non potest. Discipuli igitur Ioannis qui cũ K magistro suo opera Christi, vt creditur, audiuerunt nec non & viderãt credere nitebantur maximè, quia prædictum fuerat per Esaiam Christũ facturum talia miracula. Esa. xxxv. Et sic habes quæstiones multas & vnũ responsium corolarium. ¶ Sed cõtra prædicta Primò: Nam quicquid probabat Iesum esse Christũ probabat. esse filium Dei quia scripturæ sacræ Christo attribuũt deitatẽ: vt patebit. Sed prima miracula sunt huiusmodi: quia erat quædam impL letio prophetiarũ quę talia fienda per Christum prædixerãt: vt patet in expositione Euang. Sol. Non ducebãt in deitatem Christi immediatè inquantũ talia miracula, vt dictum est, sed mediate inquantum ducebant in Christũ: & inquãtum prophetata de Christo, vel facta ab eo qui se Christũ asserebat. Sed replicatur: quia etiã talia fecit imperãdo, cùm dixerat, Lazare veni foras. Sol. M Ex quo prȩcesserat oratio ad Deum illud imperium intelligebatur esse diuinæ virtutis, & non propriæ autoritatis. Secundo: Nam quod puris hominibus conuenit non facit fidẽ de alicuius deitate. Sed huiusmodi erant miracula secũda: quia sancti viri ex potestate aliquando fecerũt miracula. secundũ Gre. Vnde beatus Benedictus solo aspectu oculorũ soluit rusticũ alligatum. Solu. Deus per sanctos sic est operatus miN racula aliquãdo eis non orãtibus (sicut per sacramenta iustificat animã). s. per virtutẽ existentẽ intentionaliter à Deo in vtrisq;, & deriuatã ab eis per intermedia corpora vsq; ad materiã in qua terminabatur operatio. Sic enim verba consecrationis conuertunt panẽ, & vinum in corpus & sanguinẽ Christi: & sic Petrus voce Ananiam prostrauit & Saphirã Act. ij. Sed tamen nullus sanO ctus ita temere locutus est, vt in propria persona ipsum effectum miraculi imperauerit sicut Christus. Non enim Petrus imperauit mortem illi, sed eo loquente ceciderãt. Tertiò: Nõ quod intellectum cõuincit facit scientiam, vel intellectum: quia inter habitus intellectus speculatiui isti soli conuincunt: cùm in omnibus aliis maneat locus trepidationi: vt patet in cõiectura, & opP inione. Sed tertia miracula nõ faciebãt scientiã de Christi deitate alioqui eadem cõclusio fidei fuisset scita & creditа: cũ de ea sit articulus fidei. Sol. Quę quid conuincat intellectũ facit de conclusione scientiã in speciali. i. faciendo quòd videanẽ rationes subiecti, & prædicati & eorũ ordo adinuicẽ vel in generali. i. faciendo quòd sciatur quidem cõclusio esse vera: sed tamen ipsa in se non sit visa. Primo modo facit scientiã Q diffinitio terminorũ. Sed secũdo modo miracula. Vnde istam conclusionẽ corpus Christi est in hostia: in speciali diabolus nõ videt: quia nõ videt aliquam colligationẽ inter illud subiectũ, & prædicatum resultantẽ ex rationibus eorũ quia nec eam habẽt cùm illud prędicatum non cõueniat illi subiecto ex ratione: sed ex Dei voluntate quæ diabolũ latet. Videt tamen quòd nõ potest esse falsa: quia videt, & scit clarè aliqua

A miracula facta esse à Deo in testimonium illius cõclusionis. Vide autem de ista quæstione & aliis pertinentibus ad miracula Christi sanctũ Tho. in. iij. q. xliij. &. q. xliij. ¶ Quæri etiã potest an Ioannes fuerit martyr. Ad quod dicendum est ex decisione generali. S. Tho. de matrimonio. ij. ij. q. cxxiiij. Et vtrũ adulatio sit peccatũ mortale. Ad quod respondendum est ex. ij. ij. q. cxv. art. ij.

B *Fer. iiij. post. iij. dominicam Aduentus.*

Quæstio. iiij.

QVAERITVR VTRVM ANgelus possit sua naturali virtute exhibere se visibilẽ homini? Ad hoc autẽ dico quòd aliquid videtur multipliciter. s. per se, vt hic color in concreto: siue hoc coloratum inquantum coloratũ: siue inquantum est ineſſe, & genere qualitatis: & per accidens, vt substantia. Et hoc dupliciter. s. C vt subſtantia subiecta colori per propriam quantitatem: vt lapis, & corpus animalis vel plantæ. & nõ subiecta per propriam quantitatẽ: sed per quantitatem alicuius ad se pertinẽtis. Et hoc dupliciter. s. per quantitatem sui proprii perfectibilis & mobilis simul sicut videtur vita, & anima animalis per colorem animalis cui subiicitur animalis D corpus perfectũ ab anima: & per quantitatẽ sui proprii mobilis: licet non sui perfectibilis: sicut videmus hominẽ vestitum per colorẽ vestium quas mouet: licet nõ perficiat animãdo. Angelus igitur non potest se exhibere visibilẽ primo modo: quia nõ est color, aut lux corporalis. Nec secũdo modo: quia nõ est corpus. Nec tertio modo: quia non est anima, aut vita corporis. Sed potest se exhibere visibilẽ quarto modo: quia potest formare corpus, & illud mouere & per illud repræsentare suas proprietates: puta intellectũ, formando illud corE pus in forma hominis & agilitatẽ: formãdo animas, & puritatẽ formãdo pulchrum. Nam secundũ Diony. angeli in corporibus assumptis: tales se exhibẽt in exteriorib⁹: quales sunt intus. Et hoc sic patet. Quicqd enim fieri potest motu locali inferiorũ corporum hoc totũ angelus naturali virtute potest: quia prima corpora mouere potest localiter F ad motũ suũ sicut anima mouet corpus propriũ: vt patet per Aug. & per rationem: quia si anima, quæ est spiritus inferior mouet ad nutũ aliquod determinatũ corpus. s. humanũ: spiritus supior, i. angelus ad nutũ poterit mouere corpus illuminatius, & vniuersalius: puta omne corp⁹ corruptibile, maximè aerẽ, qui est valde mobilis. Patet etiã experiG mẽto: quia secundũ philosophos p volũtatẽ mouẽt cœlos, & cõsequenter à fortiori ista inferiora. Sed supradicta apparitio põt fieri motu locali corporũ inferiorũ, maxime aeris: quia per talẽ motũ cõdensaĩ, & figuraĩ: & p naturalia semina decoloraĩ: vt videatur homo. Ex his autẽ patẽt multa. Primò cõclusio princiH paliter intẽta. Secũdò patet vnde hoc habeãt efficaciã incãtationes sanatiuæ infirmitatũ: quia. s. diabolus per scientiã suã scit medicinalia corporũ, & per motũ localẽ ea applicat: & hoc visibiliter sic vt talia corpora, nõ videantur talia corpora: sed alia puta pãni inuoluti, aut aliquid tale. Hoc autem diabolus facere potest tripliciter. Primò, inuoluendo circa talia corpora aerem condensatum. Secundo, causando in oculis astantium acrisiam, vel aorisiam: quæ est quasi quædam cæcitas prohibens videre quædam: sed non omnia. Et tertiò applicando illa corpora quando

Universidad de Deusto Biblioteca

nullus intuetur, Tertiò, patet vnde est qnòd aliquid vidét in aqua vel in igne, aut lapide terso imagines aliquas q̃a est vel ex eo ꝙ diabolus aliqua corpora format ex aere, & obiicit tali aquæ, vel corpori terso, sicut nos, obiicimus faciẽ speculo: vel ex hoc ꝙ talia corpora format, & obiicit sensib⁹ nr̃is: vel ex hoc ꝙ in imaginatiõe formattales spẽs ac imagines cum tanta impressione vt videantur esse res veræ modo illo qui statim dicetur. Signũ autem ꝙ ille imagines sint in sensibus nostris: & non in re: est quando non videntur ab omnibus. Quartò, vnde est quod quidã fatuè credunt se ludere cum Hærodiana; cũ tamen sint in lecto: quia. s. diabalus mouet Spiritus corporales in quibus fuit phantasmata: & deducit eo per motũ localem ad obiiciendum Phantasię eo modo quo fit in freneticis. Nec tamen nego quim aliquando realiter huiusmo
L di deferantue ad ludum: quia diabolus portare posset turrim: nedum vetulam.

¶ Sed cõtra p̃dicta arguit̃ primo. Nam obiectũ intellect⁹ nũquã potest percipi à sensu puta visu: q̃a si visus nõ põt percipere obiectũ alterius sensus sibi vicini puta sonum: multominus potest percipere obiectum potentiæ magis distantis puta intellectus: sed Angelus obiectum intellectus: quia est immaterialis: ergo non potest fieri solutio. Ra-
M tio probat ꝙ nõ potest videri oculo corporali, primo, vel secundo, vel tertio modo: quia quæ sic vidét sunt materialia non autem probat quin videatur quarto modo. Secundo: Nã si dicimur videre angelũ quia videmus corpus ab illo motu pari ratione diceremur videre vaporẽ: quia videmus terrę motum causatum ab illo. So. nõ est simile quia apparere motorẽ in suo mobili non sufficit mouere aliquid. Si enim videamus aliquod corpus motum à diabolo: vt quando exquirũtur furta à maleficiis, & mouetur setatium, aut cribrum, non propter hoc dicimur videre diabolum, aut dicimus diabolum apparere. Sed requiritur ꝙ tale mobile represen tet proprietates notoris sic vestis proprietates motoris sic vestis ꝓprietates seu figura vestiti: ꝙ nõ facit terremot⁹ O respectu vaporis. Vnde in corpore formato ab angelo aliquãdo dicitur apparere angelus, & aliquando Deus: quia. s. illud corpus aliquãdo in Deum, aliquando in Angelum ducit representãdo eius conditiones. Vnde Augu. dicit ꝙ quãdo Deus apparuit prophetis factum est mysterio Angelico: sed quia corp⁹ illud ducebat in cognitionẽ dei: ideo dicitur deus apparuisse. Tertiò, si vtdetur motor in mobili se repræsentã P te. deitas posset videri in omni creatura: quia quilibet creatura est à deo mota, & deũ representat: cum sit ei similis. Sol, dico duo. Primum est ꝙ non dicit̃ semp motor videri aut appetere eo motor videri aut appetere eo modo quo angelus in mobili se repræsentet q̃a nõ dicimur videre patrẽ Socratis latẽtẽ si videam⁹ filiũ eius ab eo actualiter motum. Sed tunc quãdo ad se representãdum est formatũ vt imago: & nõ vt ve Q ra res talis qualis videt̃: sicut cũ aer format̃ ad instar humaui corporis. Modo licet qualibet creatura moueat̃ à deo & illũ rep̃sentet, & ad illũ representandũ sit facta: nõ tñ est sic ad hoc facta, q̃n sit verè illa res quã se esse p̃tẽdit: sicut lapis est, verè lapis, secũdũ est ꝙ secũdũ Au. ĩ vl. de ci. de oculi btõrũ. poterũt vi dere ĩcorporalia ẽt deitatẽ: secũdũ. s. th. j. q. xij. ar. iij. ad secũdũ. s. eo mõ quo vitã viuẽtis videm⁹ viuẽdo opera vitæ.

Tunc

A Tunc enim intellectus erit pespicax: diuina gloria, maximè refulgebit in corporibus ideoque statim intellectus apprehendet deitatem visis corporib⁹: sicut modo statim apprehendit vitam viuentis: viso motu eius.

¶ Quæri etiam potest circa hoc Euanlium vtrum Deus possit facere omne verbum id est, omne a nobis intelligile siue non implicans cõtradictionem. B Vide. j. q. xxv. argum. iij. po. quæstio. j. arti. iij.

Feria. vj. post. iij. domini. in Aduentu. Quæstio. v.

QVAERITVR VTRVM credere Deo reuelanti quicquam necessario sit meritorium? Ad hoc autem dico ꝙ secundum doctrinam. s. Thom. vbique, C præcipuè. xij. q. xviij. & .ij. dis. xl. & ma. q. ij, Aliquis actus humanus secundũ speciem, vel genus consyderatus est indifferens ad bonum, & malum morale: licet habeat naturalem bonitatẽ, inquãtum est. Nam sic actus humani obiectũ includit aliquid rationi cõueniẽs actus est bonus, vt misereri pauperis: & mal⁹ si includat aliquid ei repugnans: vt furari: & neuter si non includit cõueniẽs D nec repugnans: vt leuare festucam de terra: quia oĩs act⁹ habet spẽm ab obiecto: & actus humanns ab obiecto relato ad principium actuum humanorum quod est ratio. Sed si loquamur de actu secundum indiuiduum sic quemlibet actum particularẽ humanum. i. deliberatum necesse est esse bonum, vel malum moraliter non solum secundum theologum: sed etiam secundum philosophum moralem. quia si actus fiat quãdo oportet & vbi oportet: & sicut oportet: & sic de aliis circunstantiis est bonus & si quid horum deficit est malus Est autem necessarium ꝙ fiat cum omnibus istis: aut non fiat: & cõsequenter ꝙ sit bonus vel malus. Et si quis habeat gratiam non potest esse actus humanus in eo consyderatus secundum indiuiduum qui non sit peccatum, vel meritum. Nã quicquid ab eo qui hadet charitatem ordinatur in finem alicuius virtutis ordinatur in finem charitatis: & F cõsequenter est meritorium: quia sicut voluntas omnes potentias: ita chaeitas omnes virtutes mouet ad finem suum. Sed omnis actus bon⁹ ordinatur in fine alicuius virtutũ: & cõsequenter est meritorius: & si sit malus est demeritorius: & si sit malus est demeritorius. Habens igitur charitatem meretur comedendo & ludendo ad recreationẽ seruato modo temperantiæ & eutrapeliæ. Hec ex. s. Tho. vbi. s̃. Igitur credere sup G posita gratia est meritorium: cum sit actus virtutis. & ideo bene dicitur beata virgo quæ credidit domino.

¶ Sed cõtra. Primò, quia sequitur quod quis simul in vno instanti merebitur: & peccabit mortaliter posito ꝙ Socrati reueletur à Deo sua damnatio. Credẽdo enim merebitur, vt dictũ est: & peccabit: quia desperabit. Solu. Secundũ. s. Thom. Deus nulli reuelat suam damnationẽ sed nec reuelare potest de po- H tentia ordinata. quod si faciat intelligendum est ꝙ loquatur comminatorie non ex sententia. Hæc ille.

¶ Et si ponat ꝙ loquatur ex sentẽtia dico ꝙ si talis acceptet Dei iustitiam secundum quã credit se dãnãdũ meretur non autem peccat desperando: quia nõ tenemur sperare nisi quousque sumus dubii de salute. Si aũt non acceptet eas

Iam peccabit,& nō merebitur. Et si po-
uatur casus quod deus reuelet ex sentē
tia &cū hoc stet præceptū de spe. Dico
ꝙ casus est impossibilis: quia sequitur
ꝙ Deus vellet istū simul credere cōtra
dictorias.s.de dānādū,& saluādū cum
non possit sperare salutem nisi credat
se saluandum: Secundò: quia posset ali-
quis mereri credēdo falsum: sicut Eze-
chias credēdo se moriturū & ninuitæ
se credendo subuertendos: Sed hoc est
contra Anse.cur.deus homo.c.xvj. Si
vera inquit non fuisset fides mortis
Christi nihil profuisset fides mortis
Christi nihil profuisset. Sol. Nō potest
sequi: ꝙ quis meratur credēdo falsum:
quia dās non potest reuelare falsum:
Nec illud verbum fuit falsum, morie-
ris. Exech. quia sensus erat mors tua est
futura quod fuit verum. Nam aliquid
est futurū eo ipso ꝙ sua causa est dispo
sitavt eueniat: & ita erat de prima mor
te: quia habebat cās naturales vt mor.
bum mortalē. Et similiter subuersio ni
nivę erat in sua causa.i.in demeritis ni
niuitarum. Et ideo dicit.ij.de genera
tione: ꝙ futur⁹ quis incedere non ince-
det: quia.s.sua incedēdi causa impediet
aut remouebit. Si cū causa sit duplex.s.
prima.i.dei voluntas ac præscientia.&
& secunda.i. cœlū aliæ causæ creatæ.
aliquando aliquid est futurū secūdum
primā: nō secūdā. vt iudiciū generale.
Aliquādo secūdū secūdā non primā vt
mortem Ezechiæ: & subuersionē ninive: quia autem est futurū secundū pri-
mam: semper euenit: nō autē ꝙ secūdū
secūdā ꝙ prima impediri nō pōt sicut
secunda. Posito tamē ꝙ quis credat fal
sum vt cū vetula credit predicatori er
ranti vt deo: tunc creditur falsum sub
rōne veri: & est meritoriū. Nec est con
tra Anse. quia illa sunt verba discipuli
quānis dici etiā posset ꝙ illa fides non
profuisset.i.obiectum illius fidei: quia
nihil fuisset si fuisset falsum, pro fuisset
tamen ipse actus: quia fuisset actus vir
tutis nobilissimæ id est, fidei.

¶ Quærietiam pōt An Ioannes exul
tauerit motus ab alio: per acceleratio-
nem vsus rationis, Vide.iij.q.xxvj.ar-
gu. vj.

Sabbato ante quartam dominicam in Aduentu

Quæstio. vj.

QVAERETVR VTRVM
is super quem sit verbum Dei
per aliquem inspirationē, pos
sit esse certus ꝙ à deo sit talis reuelatio
Ad hoc aūt dico sic. Ille cui fit aliqua
reuelatio occultorū per visionē corpo-
ralē, vel imaginariā vel intellectualem
potest de eius autore, an sit spiritus bo-
nus, vel malus habere coniecturā pro-
babilem. s. si terminetur in lætitia men
tali. Hoc enim signum tradunt ferè oēs
sancti: sed primo beatus Anto. quantū
ego legerim: & deinde. s. Th. iij. q. xxx.
ar. iij. ad tertium. Sed hoc signū est pro
babile tātū, vt dicit sancta Catherina
in dialogo edoctā per Christū de hac
re: & est fallax: quia etiā quo ad hoc dia
bolus fingit se angelum lucis. Ratio ꝙ
hoc sit signū naturale: quia naturaliter
apparitio angelica est nobis horrida:
& eam veremur sicut alia animalia ve-
rentur cōmuniter hominē: quia natura
inferior ad præsentiā superioris timet
Sed Angelus malus tanquā superbus
hominem in isto timore relinquit: vt
ipse appareat magn⁹ vt pote qui timea
tur ab homine. Bonus aūt tanquā chari
tate plenus hominē confortat: vel late-
ter interius inspirādo: vel exterius lo-
quendo, aut se exhibendo familiarem.
Incipit vero bonus à timore, & quia
reum: nā hoc exigit: & quia vult homi-
nem eleuare, & attētiorē reddere: ad ꝙ
talis perturbatio valet. Malus autē in-
cipit ab aliqua lætitia, non repugnante
prædicto timori: sicut qua ea quā facit
per verba salutando: & per candorē ve
stium, aut lucem, vel huiusmodi: vt mē
tem per inanem gloriam eleuet: aut
aut alia causa. Ratio aūt ꝙ hoc signum
sit probabile est: quia talē lætitiā men-
talē diabolus absolutè procurare pōt
per phātasmata læta quæ posset impri
mere id est deducere ad phātasiam per
motum spirituum: & etiam posset eam
procurare suppositio suo fine peruerso.
quia ipsam ad illum potest ordinare vt
.s. mediante tali lætitia ducat hominē
in errorem. Potest etiam talis de eodem
habere coniecturā necessariā & demon
strantiua (vt ita dixerim).i. timorē vir
tutis: vt dicit beata Catherina vbi.s. &
iudicium, vel lumē intellectus vt colli
gitur ex.s. Tho. Ratio horū est quia si
quid est ꝙ diabolus absolutè possit: il-
lud ex suppositione nō pōt si repugnet
fini suo quia nullus potest velle ea quę
scit repugnare suo volito principali:
cuiusmodi est suus finis. Igitur cū dia-
bolus intendat auertere hominē à Deo
diabolus nihil potest facere per quod
homo semper promoueatur in Deum.
igitur hominem prouocare non potest
ad displicentia de peccatis inquantum
sunt offensa Dei nec ad amorem virtu
tis. Et ideo bene dicit.s. Catherina ex
doctrina Christi Iesu: quod quando
mens post visionem sentit se amorevir
tutis ampliori succensam, hoc est insa
libile signum ꝙ anima à suo sponso vi
sitata sit. Non pōt etiam diabolus reue
lare aliqua homini cōfortando lumen
eius ex suppositione sui finis: licet hoc
possit absolutè: quia intendit homines
fallere & inducere in errorem: cui re-
pugnat confortare lumen intellectus.
Vnde diabolus manifestat aliqua ho-
mini monendo, & ordinando, & phan-
tasmata, & vt dicit san. Tho. in.i j. di-
stinctio. vij. quæstio. j. argumento. iij.
etiā illuminando lumine fortiori, ipsa
phantasmata, vt scilicet inde homo
melius sciat dubitare: & inducatur in
aliqua quæ diiudicare nesciat: non
autem manifestat confortando: lu-
men intellectus vt ipse dicit in. j. par.
quæstio. iiij. argumen. prima. Et ipse
etiā cōcludit. ij. ij. q. clxxi. ar. iij. ꝙ pro-
phetæ licet certi non sint de his quę in
stinctu quodā.i. per cordis inspirationē
cognoscunt vtrū sint à Deo, vel à pro-
prio suo spiritu: tamen de his quę pro
phetice cognoscunt. i. per manifestam
reuelationem, sunt certissimi. quod hic
dicit patere: quia inde Abrahā moueba
tur ad filiū occidēdū ꝙ nō fecisset nisi
fuisset certissimus. Et hoc ideo, quia vt
ibi dicitur maior est certitudo, q̄ est p̄
lumē diuinū, ꝙ q̄ est p̄ lumē naturale.
Sed habēs scientiā: pro certo scit se ha-
re, ergo habens prohetiā per lumē diu
num multò magis est cert⁹ se hāre. vnde
& Aug. dicit. vij. confessio. ꝙ mater sua
dicebat discernere se nescio quo sapo-
re: quē verbis exprimere nō poterat q̄d
interesset inter deum reuelantē, & ani-
mam suam somniantē. ¶ Sed cōtra p̄di
cta: Nā si talis esset certus de aliqua re
uelato ꝙ illud esset à deo sciret etiā q̄-
cunque cogitaret & non deo reuelante
esse à suo cogitatione sicut si cogno-
sco certè omnem ciuē Bononi. cogno
sco etiā certè omnē non Bononiēsem,
non esse bononiensem. Sed hoc est fal-
sum: quia Grego. super Ezech. dicit ꝙ

I prophetæ ſancti dum aliquando conſu
luntur ex magno vſu prophetandi qui
dam ex ſpiritu ſuo proferunt & ſe hoc
ex prophetiæ ſpiritu dicere ſuſpicãtur.
Et huius exemplum eſt de Natham qui
conſulente Dauid an fabricare deberet
templum domino, dixit quod ſic, quia
dominus cum eo erat vt patet. j. Paral.
c. xvij. Sed tamẽ poſt admonitus à deo
reuocauit. Sol. S. Tho. vbi ſupra dicit
K quod verbum Gre. non intelligit de his
quæ cognoſcuntur propheticè: ſed quæ
per inſtinctum qui eſt quid imperfectũ
in genere prophetiæ. ¶ Quæri poteſt.
Vtrum baptiſmus Ioannis ſic eſſet bap-
tiſmus pœnitentiæ quod gratiam con
ferret. Vide. iij. q. xxxviij. arti. iij.

Dominica. iiij. in Aduentu. Quæſtio. vij.

L QVAERITVR VTRVM Chriſtus debuerit talem ha
bere conuerſationem extra
deſertum, & ſine aſpero vi-
ctu, & veſtitu vt Ioannes videretur ſan
ctior & chriſtus eſſe. Ad hoc autem di-
co ſub vna concluſione, & vno reſpon-
ſiuo corolario ſic Chriſtus debuit con-
uerſari inter homines ſecundum illud.
Baruch. iiij, Poſt hæc in terris viſus eſt
& cum hominibus conuerſatus eſt. Et
taliter conuerſari vt mediocrem vitam
M in cibo, & potu & dormitione & veſtitu
duceret ſecundum illud præſentis euã
gelii Medius veſtrum ſtetit &c. Nam
quicunq; operatur vt congruit ſuo fini
operatur vt debet quia vna quæq; ope-
ratio & res congruæ debet ſuo fini cum
à fine trahatur ratio eorum quæ ſunt
ad finem ſicut ſecare trahitur ratio qua
re ſerra ferrea ſit, & dentata: ſed Chri-
ſtus conuerſando cum hominibus & ta
liter vt dictum eſt conuerſando opera-
batur vt ſuo fini congruebat. Hoc autẽ N
patet. Primò quia venit (vt ipſemet di-
cit Lu. iiij.) euangelizare regnum Dei,
& teſtificari veritati diuinorum vt di-
xit ipſe Pilato, ſed hoc facere non po-
tuiſſet ſi ſemper fuiſſet in deſerto: niſi
fortè raro & quo ad paucos. Secundò:
quia venit taliter quærere ouem perdi
tam vt etiam prælatis. & prædicatori-
bus vicem eius gerentibus daret ſeip-
ſum formam ſecundum quam quærere O
deberent. Sed hoc conuenienter non fe
ciſſet: niſi quærendo nos ſupra fontem
ſedisſet laſſus ex itinere, ex calore, ex
famæ, ex ſiti, ex anxietate noſtræ ſalu-
tis. vnde ſecundum Chryſo. licet in eo-
dem loco manendo poſſet Chry. homi
nes ad ſe trahere vt eius prædicationẽ
audirent: non tamen hoc fecit præbens
nobis exemplum vt per ambularemus,
& requireremus pereuntes ſicut paſtor
ouem perditam, Tertio quia venit non P
ſolum retrahere nos à peccato ſed prin
cipaliter vt induceret nos ad amorem
& amicitiam & familiaritatem cũ deo.
Sed hoc conuenientiſsimè factum eſt
eo familiariter conuerſante, & diſcum-
bente cum peccatoribus: quia vt dicit
Aug. nulla maior ad amorem inuitatio
quam prẽuenire amantem. Et dicit Am
bro. nihil eſt naturæ tam infertum quã
diligentem ſe diligere. Quartò: & hæc Q
eſt ratio S. Th. iij. q. xlix. ar. ij. Nam ve
nit vt eſſet durum & præceptor omniũ
chriſtianorum quem deberent audire,
& ſequi ſecundum illud Eſa. Ecce teſtẽ
populis dedi eum: ducem & præcepto-
rem gentibus. Sed non poteſt eſſe om-
nium dux: niſi eum omnes poſſent imi-
tari. Igitur quantum ad exteriorem cõ
uerſationem debuit maioris auſteritã-
tis apparere quàm Ioannes & cõſequẽ-
ter Ioannes debuit eſſet magis in opi-

A nione quàm eſſet Chriſtus & maximè
accidentibus aliis quæ dicẽtur. Sed cõ-
tra præmiſſa. Nam quicunq; eſt Deus
decet eum vita ſolitaria: quia ſecundũ
philoſophum. j. Pol. qui conuerſatur ſo
litariè autem eſt beſtia. ſ. ex ſquitia: aut
deus ſi ex amore contemplandæ verи-
tatis id facit. Vnde dicitur Dan. ij. Ex-
ceptis diis quorum non eſt cum homi-
nibus cõuerſatio Sol. Qui non eſt deus
B purus: ſed eſt etiam homo habẽs ſuam
deitatem publicare debet conuerſari,
dictum eſt. Secundo. Nam quicunq; ha
bet ducere vitam contemplatiuam ha-
bet conuerſare ſolitariè: quia ad hoc
maximè confert ſolitudo: ſecundum il
lud Oſeę. ij. Ducam eam in ſolitudinẽ,
& loquar ad cor eius. Sed Chriſtus de-
buit ducere vitam contemplatiuã quia
iſta èſt perfectiſsima ſecundum illud,
Maria optimam partẽ elegit Sol. Vita
C contẽplatiua eſt perfectiſsima non ſim
pliciter ſed inter vitas (vt ita dicã) ſim
plices & puras ſed perfectiſsima ſimpli
citer eſt mixta ex cõtemplatiua & pra-
ctica: qua quis contemplata tradit aliis
per prædicationem ducens etiam il-
los in vitam contemplatiuam. Iſtæ
enim præſupponit contemplationis
abundantiam: quia tunc perfectum
eſt vnum quodque quando poteſt, fa-
cere ſibi ſimile. Tertiò. Nam quicun-
D que habet initium dare conſiliis, & reli
gionum formam inſtituere: non debet
communem vitam ducere: ſed paupe-
rem. Sed chriſtus fuit huiuſmodi. Sol.
Sicut dicit S. Tho. in. iij. parte. q. xl. vbi
de omnibus iſtis diffuſè loquitur Me-
diocrem vitam in victu & veſtitu duce
re poteſt habens, & non habẽs diuitias.
Ideo iſta ſimul ſtant Chriſtum dediſ-
ſe religionis formam: & non habuiſſe
auſteritatem Ioannis. ¶ Quæri etiã po
teſt. Vtrum conueniens fuerit Ioannẽ E
baptizare. Vide. iij. q. xxx. viij. i. Et vtrũ
chriſtus fuerit ſecundum legem cõuer-
ſatus. Vide. ij. q. xl. ar. iiij.

In vigilia Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti Quæſtio. viij.

QVAERITVR VTRVM beata virgo ſic inuenta ſit
habens in vtero de ſpiritu-
ſancto quod filius eius de-
beat dici de ſpirituſancto conceptus?
Ad hoc dico quod ly de: ſicut dicit S.
Tho. j. q. xxxix. ar. v. & q. xlj. iij. Primũ:
dicit habitudinem conſubſtantialitatis
& cauſalitatis materialis: ſicut dicimus
cultellum eſſe de ferro. & efficiẽtis: ſi-
cut dicimus filium eſſe de patre. Igitur
ſi ly de: dicat principium conſubſtantia
tiale materiale: chriſtus eſt conceptus
de puriſsimis. B. Mariæ ſanguinibus, G
quia iſta eſt cauſa materialis in conce-
ptione cuiuſlibet de muliere naſcentis:
vt patet. iij. q. xxxj. ar. v. & per philoſo-
phum in li. de animalibus. Si verò di-
cat principium conſubſtantiale effecti
uum poteſt dici conceptus de ſpiritu-
ſancto ſi conſubſtantialitas referatur
ad vnum & cauſalitas ad aliud non au-
tem ſi referatur ad idem. Nam cum in
Chriſto concepto ſint duo, ſcilicet diui
noſ ſuppoſitum, & corpus ſpirituſan- H
ctus reſpectu ſuppoſiti habet conſub-
ſtantialitatem cum ſint eiuſdem nume
ro naturæ: & reſpectu corporis effecti-
uam cauſalitatem: ſed reſpectu ſuppo-
ſiti chriſti non habet rationem cauſali-
tatis: nec reſpectu corporis habet con-
ſubſtantialitatem. Vnde illud corpus
non dicitur de ſpirituſancto: ſed ex ſpi-
rituſancto. ¶ Sed contra. Primò: Nam

I principium actiuum de quo aliquid cõcipitur:in generatione se habet vt semen. Sed spiritussanctus in conceptione christi non se habuit vt semen. Nam dicit Hiero.in exposi.ca.fin. Non sicut quidam sceleratissimi opinantur spiritumsanctum dicimus fuisse pro semine sed potentia & virtute creationis dicimus fuisse apparatum.i.formatum corpus christi.Ergo non debet dici conceptus de spiritusancto.Sol. Hic videtur
K esse diuersitas inter Hiero.& quosdam: alios dicentes spiritumsanctum ibi fuisse pro semine:sicut dicit Chryso. super Mat.& Damasce.in.iij.lib.Sed de facili soluitur: quia illi duo loquuntur secundum quod in semine intelligit virtus actiua: quia sic comparant semini Spiritumsanctum vel etiam filium qui
L est virtus altissimi.Sed Hiero. hoc negat secundum quod in semine intelligitur substantia corporalis quæ in conceptione transmutatur si sit ministrata à matre.Secundo. Nihil enim vnum formatur de duobus nisi aliquo modo cõmixtis.Si ergo corpus christi quod dicitur formatum de virgine dicatur etiã conceptum de spiritusancto videt facta commixtio spiritusancti,& Mariæ, quã mater ministrauit quod patet falsum.Sol.Sicut dicit Augu. in enchire: non eodem modo dicitur Christus conceptus aut natus de spiritusancto & de
M Maria virgine.quia de Maria virgine materialiter: & de spiritusancto effectiuè est conceptus.Et ideo non habuit hic locum commixtio. Omnia autem hacten' dicta in hac quæstione sunt sententialiter S.Tho.in locis allegatis.vel in.iij.par.q.xxxij.ar.ij.Tertiò. Nam si dicitur conceptus de spiritusancto ratione efficientiæ, & consubstantialitatis:dicitur etiam conceptus de patre, & de seipso quia secundum Augu. in.j.de N Trini.indiuisa sunt opera Trinitatis, scilicet ad extra Sol.Licet tota trinitas istam conceptionẽ operata sit tamen attribuitur spiritusancto triplici ratione vt patet.iij.q,xxxij.ar.j.vide ibi, si vis Quartò.Non est conceptus de charitate,vel de dono ergo nec de spiritusancto.Sol.Negatur consequentia quia licet spiritussanctus sit charitas & donũ: tamen ista nõ significantur vt persona O subsistẽs cuius est agere, & esse causam efficientẽ consubstantialẽ.¶ Queri etiã potest circa hoc euan.vtrũ spiritussanctus possit dici pater Christi. vide. iij. q.xxxij.arti.iij.

In nocte Natiuitatis Christi.

Quæstio.ix.

QVAERITVR VTRVM Beata virgo secundum rem poralem Natiuitatem Christi possit dici mater Christi? ¶ Ad hoc autem sic respondeo. Beata virgo dici potest mater Christi. Tum quia euangelium dicit quia peperit filium suum primogenitum, & non aliũ quàm istum.Tum quia quæcunq; requiruntur & sufficiunt ad rationẽ veræ matris beata virgo habuit & quæcunq; habẽt aliæ matres quæ sunt ministrare materiam vnde concipiat filii corpus: & quæ ad hoc consequuntur. Potest etiam mater Dei. Tum quia dicit Damasce. in lib. Q iij.Etheocestros. i. dei genitricem verè & principaliter virginem prædicamus Tum quia hoc asserit in capitulis Cyrilli.in ephesina synodo cõprobatis hic quod hoc negãs Anathema sit tũ etiam quia ex hoc dicit mulier aliqua alicuius mater ꝙ eum cõcepit & genuit.Sed beata virgo deum concepit & genuit: quod.S.Th.iij.par.q. xxxv. arti.iiij.ad pro

A probat.Omne nomen significãs in concreto aliquam naturampotest suppone re pro quçlibet hypostasi illius naturç. Cum igitur vnio incarnationis sit facta in hypostasi:ly deum, supponere potest pro hypostasi habente humanã & diuinam naturam.Et ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ,& humanæ illi personæ põt attribui siue secundum quod
B supponit nomẽ significãs naturã humanam.Concipere,& nasci personę attribuitur & hypostasi secundum illã naturam in qua cõcipitur & nascit. Cũ igit in ipso principio cõceptionis fuerit natura humana assumpta à persona diuina consequẽs est ꝙ verè possit dici deũ esse conceptum & natũ de virgine.Hęc ille formaliter. ¶ Sed contra prædicta
C primo.Nã Damasc.dicit in.iij.li.Chrisotocon.i.christi matrẽ virginẽ nõ dicimus. Sol.Nõ negat eã Dama.esse matrem xp̃i sed dicit ꝙ non dicimus Chrisotho cõ.quia hoc nomẽ inuentũ erat à Nestorio ad abolendũ theotocon.i.Dei matrẽ.Cũ hæreticis enim nec noĩa debemus habere cõia vt dicit Hier. super Oseæ.ij. Secundo Ministrare materiã nõ sufficit ad esse matrem siue actione alioqui lignũ esset mr̃ lecti.Sed B.Maria virgo solũ ministrauit materiã ergo non est mater xp̃i.So.B.virgo ministra
D uit materiã aptam vt inde produceret viuẽs eiusdẽ specie secum & locũ cõueniẽtẽ in vtero & nutrimentũ cõueniẽs fetui.Tertio. Nã quod põt esse erroris occasio nõ est asserendũ. Sed hmõi est. si dicat mr̃ dei quia intelligit mater patrit & spiritussancti.Sol.Quidam olim hoc concedebant dicentes ꝙ debet dici mater filii:sed nõ dei.Sed ly deus, licet sit cõe tribus personis & pro qualibet

E supponere possit quia signat in cõcreto naturã diuinã:tñ potest locutionem reddere verã per vna persona secundũ quod dicit deus generat sicut etiã dicit homo currit solo Petro currente. vnde simpliciter cõcedit quia est mr̃ de sicut quod Iesus est deus.Nec obst.ꝙ sit prædicatum:& prædicata teneant formaliter quia significat naturã subsistentẽ,& cõsequenter teneri põt suppositio tam à parte subiecti quã à parte prædicati:
F vt dicit S.Th.i.iij.di.iiij.q.ij.ar.ij.ad secundũ.Quartò. Nulla enim mulier est mater alicuius nisi secdm naturã quę ab ea accepit.Sed filius nõ accepit à virgine naturã diuinã,sed humanã ergo &c. Solu. Quia vna psona subsistit in vtraque natura cõcat sibi naturæ idiomata sua.i.proprietates vt dicit Dama.vn de sicut Iudæi dicunt crucifixisse dñm gloriæ licet non secdm deitatẽ ita & virgo eundem peperit.Et sicut dicimus ho
G minem creasse cœlos ita dicimus Deũ natum de virgine & consequẽter virginem matrẽ dei. ¶ Quæri etiã põt circa hoc euan.Vtrum christus debuerit nasci in Bethlæem & vtrum sine dolore matris. Vide.iij. quæstio. xxxv.articu. vj.&.vij.

In aurora.Quæstio.x.

QVAERITVR VTRVM collatio de qua dicitur virgo erat cõferẽs in corde suo esset
H dubitatiua?Ad quod dico quod ex ipso verbo euangelistæ dicentis conferens: & non dicentis inquirẽs sumitur huius quæstionis solutio.Nam aliud est comparare alio inquirere: quia inquirere rationem ad aliquam conclusionem est dubitantis, vtrum sit vel non: sed comparare vnum alteri: non est dubitare sed actualiter contemplari quæ

ha

habitu sciuntur: sicut si quis per visionem in somnis aliquid vidisset: puta ꝙ sacerdos prædicaret: & deinde illum videret expleri compararet effectum ipsum sue visioni de neutro dubitando. Hoc autem potest fieri cum delectatione maxima: tum quia naturale est animæ nostræ conferre: & propterea tantum delectamur in picturis & representationibus: quia conferimus ista ad ea quorum sunt signa: conferre: autem est K delectabile cui est naturale: tum ꝙa est naturale desyderium quod scitur vnō modo puta reuelatione, vt per scripturam: scire per alium: tum etiam quia interdum accrescitur gaudio ꝙ ipse res de quibus est meditatio sunt valde delectabiles. Et ista omnia concurrebant in virgine: & maximè tertium, quia illa erant ei valde grata: tum quia erāt maximè ad honorem dei qui pro seruo filium dederat quem ipse summè ama- L bat: tum quia erant ad maximam vtilitatem proximi. i. salutem vniuersi: tum quia alia per eum explebantur tanquā per electum à deo est autem sciendū ꝙ secundùm Ori. & sanctos ipsa clarissimè nouerat interpretationem omniū figurarum, & prophetiarum: quia habuit donum sapiētiæ & prophetiæ & omnium gratiarum excellentissimè: Et quia omnia quæ circa christum gerebantur erāt figurata & profetata: in omM nibus maxime lætabatur. Vnde dicit Beda ꝙ cōferebat: quia q̄ acta erāt videbantur cōformia his q̄ agenda legerat. Legerat enim Esa. xj. Exiet virga de radice iesse: & nazereus de radice eius ascendet. Et ex opposito videbat se ex stirpe Dauid ortam. Nazaret de Spiritusancto cōcepisse. Legerat Micheæ. v. Et tu bethlæem ephrata nequaquam parua es in milibus iudā. Ex te ēm egredietur &c. Ex opposito videbat se in Bethlæem peperisse. Legerat Esa. vij. Ecce virgo concipiet & pariet filium &c. Et Abac. iij. secundùm. lxx. interpretes Domine in medio duum anima iā innotescēris. Et se virginem nouerat: & filium in præsepio inter bruta conspiciebat. Legerat multa alia quæ dictim compleri videbat. ¶ Quæri etiā potest circa hoc euangeliū, Vtrum nativitas christi debuerit manifestari pastoribus O ab angelis vel abipso christo? Vide. iij. quæstio. xxxv. ar. iij. &. v. & vtrum primò debuerit manifestari pastoribus. Vide. ibid. ar. vj.

In missa maiori. *Quæst. xi.*

QVAERITVR CIRCA hoc euangelium de quo circa expositionem multa subtilia dicenda forent quomodo hæc propositio sit vera, de qua non ꝙ est dubium ꝙ sit vera, scilicet verbum caro factum est? Ad quod sic dico. Si verbum diuinum assumpsisset angelū, vel colūbā, vel solem vel zephyrum, vel ignem: aut aliam quāuis naturā fecur, & assumere potuit, secundū. S. Th. iij. di. ij. ſ. de potentia absoluta sicut assumpsit humanitatem diceretur angelus, vel columba, vel sol. zephyrus, vel ignis sicut dicitur homo: quia omnis natura in concreto prædicatur de supposito habente naturam: siue habeat illam per creationem vt sol: siue per generationem, vt Sortes: siue per assumptionē vt verbum dei habet humanitatē. Aliter tamen vero dicitur de verbo natura assumpta: & aliter pars naturæ assumptæ: quia cum pars nunquàm prædicetur de toto sicut homo non est animal: nec est caro animata per animam: natura prædicatur de habente naturam gra-

A tia sui. quia natura est totum: sicut humanitas est anima, & corpus pars autē solū gratia totius per synecdochē. Igitur hæc propositio. Verbum est caro: est vera per figuram. i. per synecdochē: sed hæc, Verbum est homo, est vera sine figura. Si tamen per possibile, vel impossibile verbum assumpsisset carnem, vt est pars à talis verbū esset caro sicut modo est homo. Ad quæstionem B dico ꝙ hæc propositio, Verbum factū est caro, est vera in sensu, in quo est vera illa: verbum est caro. ſ. per synecdochē: vt sit sensus, Verbum caro factum est. i. factum est homo: dicente Athan. in epistola ad epipha. ꝙ dicere verbum caro factum est: simile est ac si diceretur: homo factus est. Nam quicquid est aliquid & prius non erat illud est factū illud, sicut rex, est factum rex. Sed deus C est homo: aliquando prius nō erat homo: ergo factus est homo siue caro. Sed contra prædicta. Primò. Nam si est vera. Ly factus determinat absolutè subiectum aut prædicatū eū sit determinatio. Sed neutrum illorum determinat: quia nec deus qui est subiectum est factus: nec ille homo christo demonstrato est factus: nisi aliquid addatur: quia supponit æretnum suppositum ergo nō est vera. So. Neutrum illorum absolutè determinat ratione dicta: sed de D terminat subiectum non absolutè, sed in ordine ad prædicatum: & importat fieri rationis circa deum non absolutè: vt dicatur deus. Potest etiam determinare totam propositionem, vt sit sensus factum est vt hæc propositio sit vera. Verbum caro factum est. Secundò. Nam si est factum caro, est caro: sicut qui est factus albus, est albus: sed non est caro. Si dicatur quòd est caro per synecdochē. Contra quia si est ita: melius euangelista dixisset propriè: est factum homo quā impropriè est factum caro. Solu. Affirmo responsionem quia homo dicitur aliquādo caro: sicut Esa. xl. Videbit omnis caro salutare dei. Ad replicam dico quòd solam carnem nominauit. Primò quia caro fuit verbo ratio apparendi visibiliter. Vnde subditur. Et vidimus gloriam eius. Secundò vt ostenderet per locum à maiori nihil esse in natura hominis, quod verbum non assumpserit. Tertiò ad ostendendū F carnis veritatem contra manicheos dicentes, verbum carnem phantasticam assumpsisse. Quartò ad ostendendam pietatem dei. Magnum enim fuisset pietatis sacramentum si deus animam rationalem sibi viciniorē assumpsisset: sed multo maius si passus est corporari ideſt corpori vniri secundùm illud j. ad Tim. iij. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum: quod manifestatum est in carne. Quinto. Nam adhuc G est falsa sumpta ibi carne pro homine quia deus esset factus simpliciter: quia cùm homo fit substantia fieri homiuē, est fieri simpliciter. So. Fieri hominem est fieri simpliciter: quando simul fit natura humana, & ipsum suppositum in qua est. Modo non sic est hic. quia suppositum verbi eternum est. Vnde simile est deum fieri hominem: sicut Socratem præ existentem paruum quantita- H te, fieri magnum per incorporationem alimenti, cui anima nouiter communicat suum esse antiquum: sed hoc & omne aliud exemplum non sit omnino simile. ¶ Quæri etiam potest vtrū hęc sit vera Caro, vel homo factus est deus Vide. iij. quæstio. xvj. articu. vij. Et vtrū iste homo demonstrato christo, seu verbo incarnato incœperit esse. Vide ibi demarti. ix.

Domin

Dominica infra octauas natiuitatis. Quæstio.xij.

QVAERITVR VTRVM BEAta virgo sic fuerit gladio mortis, aut verbi christum forata, vt posit martyr appellari? Ad quod sic dico ex doctrina sanct Tho.ij.ij.quęst. cxxiiij. Cum dicat Isidorus in libro Etymo. duo esse genera martyrii. Vnũ in aperta passione. Aliud in occulta animi virtute: beata virgo non fuit martyr primo modo idest propriè. Nam eũ martyr grecè, latinè dicatur testis: ad perfectam rationem martyrii requiritur vt quis mortem sustineat: in testimonium veritatis fidei christi: qua omnia visibilia propter inuisibilia post ponuntur: siue conténenda proponuntur: quia requiritur vt testificetur opere ita esse: quod non facit plenè quãdiu viram retinet propter quam omnia alia sustinentur. Sed beata virgo non sustinuit mortem violentam: vt creditur & supponitur. Fuit autem martyr secũdo modo, & per quandam similitudinẽ. propter immensitatem amoris ad filiũ quem summè dilexit. Tum quia erat filius, tum quia solus, tum quia benignus & virtuosus, tum quia pulcher, tũ quia cum labore educatus propter fugam egyptiacam, & alia. tum quia deus. Nã grauius fuit tantam animi passionem sentire quàm pati pro virtute in corpore cum animi lætitia: sicut martyres faciebant: quia dicebant se in tormentis quasi in pratis, & floribus epulari. Vnde Augustin. in quodam sermone ita dicit, Maria quia mente passa est plus, quàm martyr fuit nimirum: quia eius dilectio amplius fortis quã mors: quoniam mortem christi suam fecit. ¶ Sed contra videtur q̃ fuerit martyr rectè & propriè: quia dicit Hie. in ser. de assum. Rectè dixerim: dei genitrix virgo & martyr fuit: quamuis in pace vitam finierit. Solut. secundùm. S. Tho. in. ij. ij. & in. iiij. Omnes huiusmodi auctoritates sanctorum intelligendæ sunt de martyrio secundùm similitudinem: sicut quòd dixit Grego. Iure plus quàm martyr est: quæ nimio amore vulnera testis extitit saluatoris: & præ mœrore in animo cruciatum sustinuit passionis. Et quòd dicit Bern. longè eã plus quàm martyrem censemus: in qua passionis sensum compassionis superauit effectus. Et rursus idem super illud. In plenitudine sanctorum &c. Merito, inquit, in plenitudine sanctorum detentio eius erat, cui nec puritas angelorũ, nec fides de fuit patriarcharum, nec spiritus prophetarum, nec apostolorum zelus, nec constantia martyrum, nec sobrietas confessorum, nec coniugatorum fœcunditas. ¶ Quærit etiam potest circa hoc euangelium. Vtrum maiores aut minores iudæorum condixerunt huic signo idest christo ex ignorantia: aut certe sciẽter christum cognoscendo. vide. iij. quæstio. xlvij. articu. v. Et vtrum bonitas morum præcipuè castitas vidualis disponet ad spiritum prophetiæ posidendum. Vide. ij. ij. quæst. clxxj. arti. iiij.

In circuncisione domini.

QVAERITVR VTRVM christus debuerit circuncidi? Et secundo vtrum conuenienter fuerit ei nomen impositum? Et de vtroque vide. iij. quæstio. xxxvij. articul. j. &. ij. Et vtrum nos licitè possumus modo circuncidi. De quo vide in iiij. distinctio. j. quæstio. ij. artic. v. quæstio. iij.

In vi

In vigilia Epi. Quæstio.xiij.

QVAERITVR VTRVM christus posit dici nazarenus Ad hoc dico quòd sic. Et hoc conuenientissime. Primo quia nazarenus interpretatur sanctus siue sanctificatus: sed christus dicitur sanctus sanctorum. Dañ. ix. & de seipso dicit Io. ix. Quem pater sanctificauit. Secundò: quia nazarenus interpretatur floridus Sed christus dicitur flos secũdùm Hie. sicut beata virgo dicitur virga, secũdũ illud Esa. xl. Egredietur virga de radice iesse: & flos &c. Tertiò quia conceptus est in nazareth & conuersatus ipse & sui parentes vt dicit gloss. Luc. ij. ¶ Sed contra. Primo nam homini cui non conuenit sanctificari idest fieri nõ conuenit esse sanctum: & consequenter nec nazarenum: quod secundùm gloss. interl. interpretatur sanctus, quia quod non potest esse non potest fieri: secundùm philosophum. j. physicorum. Sed christo homini non conuenit sanctificari: cum sit principium totius humanæ sanctificationis: quia primum mouens in quolibet ordine est immobile &c. So. Cũ homo fiat sanctus ex sancto dupliciter. s. ex minus sancto magis sanctus & ex ęquè sancto ęquè sanctus: per cõtinuationẽ eiusdem sanctitatis præciè: cùm etiam homo fiat sanctus ex non sancto dupliciter. s. ex non sancto priuatiuè qnando. i. homo est & nõ est sanctus: & negatiuè: quando. s. homo nõ est & producitur sanctus: christo cõpatebat fieri sanctũ ex sancto secũdo modo secũdũ aliquos iuxta illud Ioan. xvj. Ego pro eis sanctifico meipsum. Vel etiam primo modo idest ex minus sancto: non quo ad ipsum habitum gratiæ sanctificantis: sed quo ad merita q̃ sunt effectus gratię: in q̃bus crescebat. Et similiter fieri sanctũ ex nõ sancto: negatiuè inquã tñ homo erat loquẽdo semper: quia añ primũ instãs in quo factus est, & sanctus factus est: non erat sanctus homo: & cõsequẽter factus est ex non sancto sanctus. nõ aũt priuatiuè: qa nũquã fuit sine sanctitate. ¶ Ad argumẽtũ dico q̃ mouẽs primũ simpliciter est immobile simpliciter: sed primũ in aliquo genere est immobile in illo genere: sed nõ simpliciter: sicut primũ alterãs. i. cœlũ est immobile secũdũ alterationẽ: sed tamẽ localiter mouetur. Similiter christus inquãtũ homo non est sanctificans simpliciter primũ: sed deus trinitas. Est vero primum sanctificans in hoc genere. i. per modum satisfaciẽtis pro peccato: & quãtũ ad hũc motũ est immobilis: quia nullus satisfacit pro peccato eius cũ illud non fecerit: nec cõtraxerit. Secundò. Nã, cui nõ cõuenit habere cõtrariũ sanctificationis termino. i. gratiæ nõ cõuenit sanctificari quia generationes ex cõtrariis fiunt secnndũ philosophũ. Sed christo nõ cõuenit habere tale cõtrariũ: cũ illud sit patrũ ergo &c. Sol, Generatiões. i. productiones factæ ab agente naturali fiũt ex cõtrariis: qa nõ agit nisi alterãdo de qualitate in qualitatẽ. Sed productiões factæ à deo possunt esse ex cõtradictorio. i. de nõ ente sicut fecit cœlũ: nõ ex cõtrario: sed ex cõtradictorio. Et similiter facit aliqã fctm̃ nõ ex ipio: sed ex nõ sctõ: siue ex negatiõe sanctitatis: & sic christ' est factus sctũs. Tertiò. Nã si sic debet dici, iõ est: qa sic est prophetarũ: vt colligit̃ ex hoc euangelio. Sed nullibi i scriptura sic reperit̃ ꝓphetarũ ergo &c. Sol. Licet hoc nõ fuerit ꝓphetarũ formaliter sicut virtualiter: qa nazarenus: vt dictum est interpretatur

sanct

I sanctus & floridus. Christus autem in scripturis dicitur sanctus & similiter flos: iuxta illud Can̄.ij. Ego flos campi, & iuxta illud Esaiæ.xj.& flos &c. Vnde fortè signanter dicit Euangelista: per prophetas in plurali. ¶ Quæri etiā potest vtrū conueniens fuerit Ioseph admoneri à Deo per angelum. vel potius debuerit admoneri à Deo immediate. Ad quod vide.j.parte.q.xxij.art.iij.

K

In die Epiphaniæ.

Quæstio.xiiij.

QVAERITVR VTRVM fuerit conueniens magos de christi natiuitate doceri per stellam? Ad hoc dico nō esse dubium quòd sic: quia hoc ordinauit Deus qui nihil nisi conuenientissimè & sapientissimè ordinat: quia Dei perfecta sunt opera Deuter.xxxij. Ratio autem cōuenientiæ est hęc. Nam Deus

L omnia effectiuè mouet, secūdum quòd eorum natura requirit. i. naturalia per naturales inclinationes: animalia sentientia per sensibiles appetitus, & homines rationales per appetitum rationalē cum libertate quadā. Vnde Dion̄y. dicit quòd ad prouidentiā Dei pertinet rerum naturas non destruere, sed saluare. Sicut autem omnia mouet vt congruit eis: ita etiam & omnia trahit secundum modos eis conuenientiores,

M sicut Eustachium venatorem nobilem traxit per ceruum, Caterinā virginem elegantissimā, per viam cuiusdam apparentis matrimonii consueti quo maxime solent delectari iuuenculæ. Aug. vero philosophum & oratorem per sapientiam, & facundiam Ambrosianam. Vnde quia ipse ex sua viscerosa charitate nullum cōuenientem modum trahendi animam prætermittit dicit Esa. v. cap. Quid vltra debui facere vineæ N meæ (.i. populo meo vel cuilibet animæ) & nō feci? Ig tur etiam istos astrologos conuenienter traxit per stellam. Et confirmatur ratio: quia sicut omnis notificatio syllogistica debet esse per notiora. sicut philosophus. j. post.& j. phys. docet ita quæ fit per aliqua signa vel indicia debet fieri per notiora: & consequenter familiora his quibus aliquid notificatur. Sed viris iustis & sanO ctis familiare est instrui intrinsecus à sancti spiritus instinctu per donū propheticum. reliquis autem per sensibilia: iudæis autē instrui per angelos visibiliter apparētes: per quos legem acceperant: vt potet act.vij.& responsa frequenter. Gentibus vero & astrologis maximè familiare erat doceri per sensibilia & maximè astra. Igitur Anna & Symeon iusti ac sancti acceperunt notitiam natiuitatis Christi per instinctū P Spiritussancti. Pastores vero iudæi per angelos & gētiles astrologi. i. magi per sydera. Sed contra primo: nihil enim abducens homines à Deo in errorem conuenienter fit à Deo: quia ipse vult omnes homines saluos fieri: & ad agnitionem veritatis venire: sed apparitio huius stellæ est huiusmodi quia fauetur his qui dicunt, sydera natiuitatibus hominum dominari, ergo &c. Sol. ista apparitio nullam causam errādi dedit, Q nisi his qui veritatem intelligere noluerunt: quia secūdum Aug. cōtra Fauluerunt: quia secūdum Aug. cōtra Faustum astrologi constituerunt ita nascētium hominum fata sub stellis: vt aliquam stellarum homine aliquo nato: eum qui natus est perrexisse asseuerēt. Si autē Deus vellet subtrahere omnē causam errandi his, qui volunt errare quorū. s. ignorantia nō solum est causa

A peccati sed etiam peccatum subtraheret etiam aliis occasiones addiscendi sicut si subtraxisset apparitionem huius stellæ ignoremus multa quæ scimus. Secundò, Nam omne signum notificatiuum conuenienter alicuius est certè ducens in illud. Sed ista stella non certè notificabat natiuitatem Christi futuri regis istis astrologis: tum quia estò quòd prætenderet regem futurum tamē impediri poterat ne regnaret: quia B sydera non cogunt homines: tum etiam quia si non posset impediri: tamen non prætendebat eum esse natum in determinato loco cum potuisset mater regis sicut Bethleem: ita & longiorem regionem petiuisse. Tum etiam: quia dato quòd locum determinatū ipsa prætenderet: tamen non prætendebat determinatam personam: quia existens in aere non potest vnum hominem designare C nisi esset inter multos vt poterat esse rex. Tum quia dato quòd vnum determinate designaret: tamen isti cognoscere non poterant qui stellę naturam ignorabant: cùm eam antea non vidissent: ergo &c. Sol. fuit signum certum determinatæ personæ quantum ad officium D i. regis futuri, sed non fuit signum certum ex se præcisè: sicut sydera signant bella aut morbos: sed gratia annexæ prophetiæ vel inspirationis diuinę. Nō enim isti sunt moti quærere: Christum præcisè innitentes astrorum peritiæ: cum ista bella de illis non fuerit quas obseruat ars astronomica: sed innitebantur reuelationi diuinæ: vt patuit in expositione Euangelii: & etiam inspirationi diuinæ interiori quæ secūdum Herueum est quædā inclinatio animæ ad vnum. Non poterat autem impedire iste rex ne regnaret: suppositā diuina ordinatione. Et stella prætendebat

lacum natiuitatis generalem. i. iudęam H gratia prophetiæ vel inspirationis asserentis quòd apparente tali stella ibi Christus nasceretur: qua inspiratione suppositā mater regis nō se poterat absentare. Et licet non prętenderet determinatam personā quo ad substantiam: tamen sperabat in iudæa per aliam viam regis personam inuestigare: sicut & fecerunt. ¶ Quæri etiam potest. Vtrū illa stella fuerit vna de cœlestibus & vtrum magi cōuenienter ad Christum F adorandum venerint. vide autem. iij. q. xxxvj. art. vij. &. viij.

Dominica infra octa. Epiphaniæ.

Quæstio.xv.

QVAERITVR CIRCA Euangelium? Vtrum Christus audiendo, siue interrogando doctores, vel alios ali quid ab homine didicerit vel ab angelis. Ad quod ex doctrina. S. Tho. iij. q. G art. iij. &. iiij. sic respondetur. Non fuit conueniens dignitati Christi vt à quocunq; homine doceretur. Nam in quolibet genere primum mouens non mouetur: secundum illam speciem motus: sicut primum alterans non alteratur. Sed Christus est omnium hominum cōstitutus capur. sic vt ab eo omnes doctrinam veritatis acciperēt. Vnde ipse dicit Ioan. xvj. Ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veri- H tati. Nihil etiam didicit ab angelis. Nam anima humana, sicut media est inter spiritualia, & corporalia: ita duobus modis perfici nata est, scilicet, per scientiam acceptam à sensibilibus: & per inditam impressionē spiritualium substantiarum. Sed anima Christi perfecta est ex sensibilibus quidem per experientiam ad quam lumen angelicum

I non requiritur:& ex impreſsione ſuperiori ſuper infuſam immediatè à Deo: quia ſicut ſupra commune mundum creaturæ vnita eſt verbo perſonaliter: ita etiam ſupra eundem repleta eſt gratia & ſcientia:non mediantibus angelis qui ex verbis influentis ſcientiam acceperunt. ¶ Sed contra primam concluſionem. Primò. Nam interrogare, & reſpondere eſt addiſcentis. Sed Chriſtus iſta inter doctores fecit.ergo &c. Solu.

K ſecundum Orig.ſuper Luc.non interrogabat vt addiſceret, ſed vt erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat: & interrogare,& reſpondere ſapienter. Vnde,& dicitur quòd ſtupebant omnes qui eum audiebant ſuper prudentia, & reſponſis eius. Secundò Nam Chriſtus accipiebat ſcientiam experimentalem à ſenſibilibus : ergo à fortiori,& ab hominibus quod eſt nobilius:cùm in anima docentis ſpecies intelligibiles ſunt

L in actu:quæ in ſenſibilibus ſunt in potentia. Solu. Addiſcens ab homine non accipit ſcientiam à ſpeciebus intelligibilibus eius immediatè : ſed mediantibus vocibus quæ ſunt conceptionum intellectualium ſigna:ſicut & creaturæ condiræ à Deo ſimiliter ſunt ſigna ſapientiæ eius. Vnde ſicut dignius eſt doceri à Deo, quàm ab homine : ita dignius eſt accipere ſcientiam per ſenſibiles creaturas, quàm per hominis do-

M ctrinam. Tertiò. Nam quilibet audiens ſermonẽ ſignificatiuum alicuius quod neſcit,poteſt illud addiſcere:ſed Chriſtus à principio ſecundum ſcientiam experimentalem non ſciuit omnia:ergo &c. Sol. Chriſtus in ſcientia experimentali ſicut in ætate proficiebat. Sicut autem ad accipere ſcientiam per inuentionem:ita & ad accipere per diſciplinã requiritur ætas perfecta. Dominus autem nihil fecit ſuæ ætati non N congruens. Igitur audientis doctrinæ ſermonibus non accommodauit auditum,niſi illo tempore quo poterat per viam experientiæ talem ſcientiæ gradum attigiſſe. Hæc omnia cum multis aliis. S. Tho. vbi. ſ. virtualiter. Sed tamen cum dicit quòd Chriſtus ab homine, non didicit videtur intelligendum de rebus ab homine naturaliter ſcibilibus, cuiuſmodi eſt notitiam omnium O naturalium. non autem de his quæ per ſeipſum naturaliter ſcire nullus poteſt cuiuſmodi eſt loqui hac vel illa lingua:cum hoc non ſit quid naturale:ſed ex voluntaria inſtitutione dependens. Scientia enim experimentali Chriſtus adiſciebat & proficiebat modo naturali quo nõ poterat vt videtur ſcire prædicta. ¶ Sed tamen ſciendum eſt quòd homo in docendo dupliciter ſe habere poteſt. ſ. vt doctor : quando. ſ. ex intentione docendi aliquid facit. & vt res P quædam:quando. i. ſine intentione docendi aliquid facit, aut dicit vnus alius addiſcit. Ex iſto ſecundo modo fortè Chriſtus à matre ſua loqui didiſcit: quia, ſcilicet, ex bonitate ſuæ phantaſiæ & memoriæ, cùm audiebat nominari panem, & videbat afferri panem: & apprehendebat quòd ly panis:panem ſignificabat, ſiue per cogitatiuam, vt faciunt alii pueri ante vſum rationis, Q ſiue per rationem, cuius vſum ſemper habuit: vnde antequàm tempus adeſſet quo virgo mater ieum verba formare doceret iam iſta didiſcerat.

¶ Quæri etiam poteſt. Vtrum gratia Chriſti fuerit infinita vide. iij. quæſtio. vij. art. xj. Et vtrum quoliber actu ſuo Chriſtus proficeret per gratiam,id eſt, effectum gratiæ ſeu meritum. vide. iij. diſtinct. xviij. quæſt. j. art. v.

In oc

A

In octaua Epiphaniæ.
Quæſtio. xvj.

QVAERITVR VTRVM Ioannes videns Chriſtum, & ei teſtimonium reddens ipſum vt dicit Ioan. agnum appellauerit cõuenientius quàm aliud animal ſolitum immolari, cuiuſmodi eſt bos, vitulus, capra, turtur, columba.

B Ad quod reſpondetur quòd ſic. primò, nam vt patet Nume. xxiiij. agnus erat principale ſacrificium : quia licet alia animalia certis temporibus immolarentur:tamen vnum erat quotidianum ſacrificium quo immolabatur vnus agnus manè alius veſperè. Sed Chriſtus eſt principale ſacrificium : quia licet ſancti paſsi pro fide ad ſalutem fidelium conferant:non tamen habent hoc niſi inquantum ſuper oblationem agni

C quaſi oblatio adiuncta principali ſignificato immolatur. Igitur ille agnus Chriſtum ſignificabat qui immolabatur manè & veſperè in ſignum quòd per Chriſtum habeamus in patria viſionem matutinam,& veſpertinam, vel in ſignum quòd ipſe ſit alpha, & o. Et confirmatur ratio:quia ille agnus inter eius figuras erat expreſsio reſpectu paſſionis Chriſti:quia erat ſine miraculo:

D & per illum filii Iſrael ſunt liberati ab imperio Pharaonis:ſicut per Chriſtum puriſsimum liberamur ab imperio diaboli. Eſt autem notandum : quòd hoc teſtimonium Ioannes reddidit Chriſto:vt videtur quando ipſum baptizauit:quia vt patet Ioan. j. c. ipſe Ioannes non cognoſcebat Chriſtum:ſed à Deo acceperat ſignum quòd ipſe eſſet ſuper quem videret deſcendentẽ columbam: quã vidit deſcendere in baptiſmo. Ideo probabile eſt quòd tunc ſtatim gloriſicauerit Chriſtum apud ſuos diſcipulos E quibus eum prædixerat venturum. Secundo propter manſuetudinem. Eſaiæ. xxxv. Quaſi agnus &c. ¶ Sed contra quanto animal eſt ſimilius Chriſto:tanto conuenientius per nomen eius nominatur. Sed vitulus eſt ſimilior Chriſto quàm agnus:quia eſt perfectior : & quãtò aliquid eſt perfectius eſt Deo ſimilius. Sol. aliquid dicitur ſimile alteri duobus modis. Vno modo in repreſentando vt imago. Alio modo in eſſendo: F ſicut filius eſt ſimilis patri. Quanto ergo aliquid eſt perfectius, eſt Deo ſimilius in eſſendo : quia magis appropinquat diuinæ naturæ : ſed nõ in repræſentãdo:quia interdum viliora habent proprietates magis expreſsiuas proprietatum Dei:ſicut magis exprimũtur per miſericordẽ gallinam, quæ pullos fouet & protegit:quàm per æquum frementẽ,mordentẽ,& calcitrantẽ,& bella cupientẽ. Sed ſi inſtetur:quia etiã filius G eſt ſimilis patri in repræſentãdo. Dico ꝙ verũ eſt:vnde plus aſsimilatur quàm imago extẽſiuè:ſed tamen imago aliqã plus aſsimilatur intẽſiuè quantũ ad repræſentationẽ : quia interdũ filius erit diſsimilior patri in accidentibus ; puta quãtitate,figura,& colore quàm imago. ¶ Quęri etiã põt vtrũ Xps debuerit baptizari baptiſmo Io. Et vtrũ debuerint tũc cœli apiri. vide. iij. q. xxxix. ar. ij. v.

H

Domi. j. poſt octa. Epiphaniæ.
Quæſtio. xvij.

QVAERITVR VTRVM iſte ſponſus fuerit Io. Euang. vel non? Ad hoc autem, dico probabiliter & ſine præiudicio quòd ſic:quòd probo autoritate Augu. ſuper Ioan. in prolog. & in glo. & etiam Hieremii. vt patebit, & Alberti magni ſu-

per Ioã.dicendũ ꝙ absque dubio celebrior:opinio est ꝙ iste spõsus fuerit Ioannes,& quod sponsa fuerit vna de virginibus deo consecratis:quæ postea cũ matre Iesu permãserit.Hoc autem est valde conueniẽs ꝙ Christus statim tãtum faueret virginitati vt ipso facto ostenderet matrimonium non consummatum gratia eius posse dissolui.suadetur etiam alia ratione,quia non est verosimile ꝙ ibi fuisset mater domini,vt patuit in expositione textus.Oppositũ tamen tenuit Chryſ.& Orig.& Victorinus.Et arguo pro eis, Primò Nam si sic est idem sponsus fuisset vocatus ad proprias:quia vocatus est Iesus, & discipuli eius :inter quos discipulos erat Ioannes vt videtur:quia ipse cum fratre:sicut & Petrus cum Andræa videntur vocati fuisse ante quàm signum aliquod videret:& consequenter ante has nuptias in quibus fuit primum signũ. Et quia inter baptismum post quẽ statim ferè cœpit congregare discipulos: & has nuptias ad minus fluxit annus secundum .ſ. Tho.in quo vt idem dicit discipuli conuersi sunt.Solu.Posset dici quod discipuli fuerunt vocati : quia fuit vocatum eorum collegium, licet aliquis de collegio non fuerit vocatus. i.Io.Secundo quia non est vero simile ꝙ discipulus vocatus ad statum virgitatis à christo voluerit aspicere retro & nubere præcipue iam dilectus.Solu. potest dici quod non erat adhuc vocatus ad perfectum discipulatum sed ad quandam notitiam & familiaritatem. Et quod dicitur vocati discipuli ad nuptias intelligitur : quia vocati sunt qui discipuli futuri erant, quando ista scribebantur : licet si tunc quando fuerunt vocati ad nuptias.Sed contra si fuerunt vocati discipuli futuri oportet quod haberẽt colligantiam omnes cum sponso,vel cum aliquo gratia cui vocarentur.Non primum quia erãt de diuersis ciuitatibus.vnde non est verosimile sponsum tam pauperẽ,vt ei deficeret vinum sic à remotis inuitasse.ergo &c.Ergo erat iam discipuli.Solu. Erãt aliqui vel omnes de collegio apostolorum, tunc iam discipuli perfecti. Tertiò arguitur argumẽto Victorini. Nã virginitas,inquit,est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio.ergo non est credendum quòd Ioannes cui de virginitate testimoniũ perhibetur vnquam in nuptiis consenserit.Solu.Ad hoc respondet Alberic. Magi.dicens.Est incorruptio secũdum mentem.& secundum corpus.& secũdum vtrunque.Virginitas autem quæ secundum Ambrosi.habet radicem in mente & ramos in corpore :primo & principaliter meditationem habet in mente, sed meditatio incorruptionis corporis diuersa est pro ipsorum diuersitate.Nam tẽpore non reuelatę gratiæ quãuis incorruptio corporis desyderet tamen diuinæ dispensationi committitur:sicut etiam beata virgo fecit eo qđ tunc matrimonium fructificabat gratiæ:quia cũ propagatione seminis,fiebat etiam propagatio religionis.Tempore autem gratiæ reuelatæ incorruptio corporis tenetur in integritate & sanctitate:quia verbo castitatis fiebãt etiam ad gentes propagatio religionis Et quia matrimonium ante legem & castitas tempore gratiæ Deo fructificabant matrimonio Abrahæ nõ præfertur celibatus Ioannis : quia castitatem quam Io.exhibebat in corpore Abrahã habuit in habitu.& in mente.& talis incorruptionis meditatio est virginitas vbi incorruptio tenet in mẽte & incorruptio corporis in habitu mentis:quãuis non sit in corpore. Et quod dicit Victorinus quod non consensit Ioannes incorruptionem corporis intelligendum est de illa corruptione quæ violat habitum continentiæ in mente. Hæc ille.Cuius verba aliqualiter alterauí:quia exemplum videbatur mihi incorrectum.Intendit autem dicere ꝙ quando populus dei crescebat per matrimoniũ sicut in lege nõ repugnabat perfectè virginitati habere in mente desyderium continentiæ si deo placeret:& deinde committere si deo consentiendo in copulam coniugalẽ : quia sic fuit in beata virgine.secundum san. Tho.& vt videtu r Albe.Modò autem populus Dei crescit per baptismum: ideo non est simile.

¶ Quæri etiam potest, Vtrum Christus debuerit facere miracula & vtrum cœperit ea facere in nuptiis Vide autẽ iij.q.xliij.ar.j.&.iij.

Dominica secunda post octauas Epiphaniæ. Quæstio .xviij.

QVAERITVR VTRVM Christus leprosum sanauerit virtutẽ diuina immediatè vel mediante aliqua virtute creata ad hoc autem dico quod deus triplici virtute aliquid operatur. Nam aliqua facit immediatè sua virtute, quæ est sua essentia:sicut creauit cœlum & alias primas creaturas non mediante alia creatura:alioqui in creaturis iret in infinitũ aliqua verò mediãte virtute sua,& virtuteq̃ alicui creaturę est naturaliter:sicut calefacit sua virtute & mediante calore:cum Deus sit causa omnium effectuũ,& omnium operationũ

Aliqua vero mediãte sua virtute creata nulli creaturæ naturali:sed existẽte intentionaliter in creatura etiam corporali.eo modo quo motus est in serra à secante sicut iustificat animam per talem virtutem existentem in sacramẽtis,per ea quæ dicit Cap.in.iiij.di.q.j. Igitur virtus diuina sumitur duobus modis.Primò pro essentia diuina:& secundò pro virtute creata influxa à deo creaturę super naturaliter.i.sic ꝙ nulli creaturæ est naturalis.Tunc respõdeo per multas conclusiones.Prima quæcũque fiunt naturaliter, vel miraculosè fiunt diuinavirtute :primo modo id est per diuinam essentiam.quia ipsa cum sit causa omnium causarum : & etiam causa omnium effectuum . Secunda, Non tamen omnia quæ fiunt sola diuina virtute primo modo:sed eum ea concurrit aliquando virtus naturalis & aliquando virtus diuina secũdo modo.i.creata.Nam actiones rerum naturalium non sunt immediatè à deo solo sed ad ipsis virtutibus naturalibus : vt calefacto à calore probat.i . Tho.iij.ſ. ca.lxix.& lxx.Actiones enim sacramẽtorum nouæ legis:puta iustificatio animę per gratiam & conuersio panis, & vini in carnem,& sanguinem:similiter fiunt virtute creata immediate: sed nõ naturali : sed diuina secundo modo:vt probat idem.iiij.di.j.q.j.ar.iij.quęst.j. actiones etiam miraculorum factorum per sanctos,aliquando sunt immediatè per aliquam talem virtutem quãdo.ſ. ex potestate,& non orãdo miracula faciunt sicut.b.Benedictus dissoluit rusticum loris alligatum aspectu suo tantum modo vt etiam idem dicit pot. qõ.vj.ar.iiij.Deus tamen nõ vtitur talibus virtutibus quasi sine eis omnia effectiuè facere non posit quæcun-

I que per illa efficit: sed vt creaturas sibi magis assimilet. & magis eisdē suā cōmunicet bonitatem: quia melius est assimilari deo in duobus. s. in esse: & in esse causam alicuius quā in vno tātum s. in esse Tertia. Aliqua tamen fiunt sola diuinina virtute primo modo in sola diuina essentia: nulla instrumētali virtute concurrente. Hoc enim patet de primis creatis. Et sicut dicit. s. Tho. de ipsa resurrectiōe nostra futura ad quā nihil angeli operabantur: licet aliqua K præcedentia sint facturi: puta cinerū collectionem, vt idē dicit Quarta Christus omnia sua miracula. fecit diuina virtute vt probat. s. Tho. iij. q. xlilj. art. i. quia inquit, solus deus mutare potest ordinē naturæ ꝙ pertinet ad miraculi rationē. Vnde dicit Leo, ad Flauianum Cum in Christo sint duæ naturæ. Vna earum est. s. diuina quæ fulget miraculis. Altera. s. humana quæ succūbit iniuriis. Quinta. Quædam tamen miracula fecit Christus: vt videtur quibus- L dam sola diuinam virtute, primo modo sicut Lazari suscitationem. Quædā vero etiam diuina virtute secūdo modo sicut læprosi huius mundationē: sic ꝙ à diuinitate deriuabat ad illā beatā humanitatem virtus effectiua miraculorum qui ei nō erat naturalit Ista eū cōclusio est de mente. s. Tho. iij. q. xiij. ar. x. vbi dicit animā Christi habuisse virtutem ad facienda quædam miracula circa corpus suū. & in. iij. qō. lxv. ar. iij. ad secūdū. vbi sic dicit, Christus verat saluare per mundum non solū virtute diuina: sed per mysterium incarnationis ipsius. Et ideo frequēter in sanatione infirmorū nō sola diuina potestate vtebatur curanda per modum imperii, sed etiam aliquid ad humanitatem eius pertinens apponendo. Vnde super illud Lau. iiij. Singulis manus imponēs N curabat omnes dicit Cyril. Quāuis ꝙ Deus potuisset oēs verbo pellere morbos? tangit tamē eos ostendens propria carnem efficacem rd præstanda remedia ex. s. Tho. Posset tamē quis sine peccato tenere ꝙ in omnibus miraculis Christus vtra que diuina virtute vtebatur: ita ꝙ ab eius deitate: non solum ad humanitatem: sed etiā ad vestes, & O ad alia corpora ei coniuncta deriuabatur supernaturalis virtus vsque ad rem in qua fiebat miraculum puta vsque ad infernum in suscitatione Lazari: & hoc repente. & subito sicut à sole in instanti diffunditur possibiliter vel desacto luctē à cœlo vsque ad terrā: & ab oriente vsque ab occidentem.

¶ Sed contra prædicta Primò. Nam si Christo fecit miracula virtute diuina P in faciendo fuisset omnipotens sicut & illa virtus op° est: sed hoc est falsum quia dicit Mat. vj. quod non poterat ibi C s. in patria sua villam virtutem facere. So. Illud non intelligitur de potentia eius absoluta: sed quia non erat congrum operari miracula inter incredulos: vt dicit. s. Tho. iij. qō. xliij. argu. j. ad primum. Vnde subditur ibidem. & mirabatur propter incredulitatem eorum. Et hunc modum dicitur Gene. Q viij. Non celare poterit Abraham quæ gesturus sum. Et Ge. xix. Non potero facere quicunque donec ingrediaris illuc. Secundo. Nam si fecisset miracula diuina virtute aut potestate non orasset: quia etiam nec sancti orant quādo miracula ex potestate faciunt secundū Grego. Sed hoc est falsum: quia orauit in suscitatione Lazari. Ioan. xj. & panum in multiplicatione. Matt. xiiij. Solu. Ad hoc dicit san. Tho. vbi. s. ad secundum post Chrysosto. quòd quia de

A de Christo oportebat credi ꝙ à patre sit & quòd ei æqualis sit Christus vtrunque ostendebat: nunc orando: & nunc ex potestate miracula faciendo. In minoribus quidem vt in panum augmento respiciendo cœlum. Et in maioribus putà relaxatione peccatorum & mortuorum suscitatione: cum potestate operando quod autem Io. xj. dicitur Lazarū suscitaturus oculos in cœ- B lum leuasse non propter suffragii necessitatem sed propter exemplum hoc fecit. Vbi ibi dicit propter populum qui circunstat dixi, vt credant quia tu me misisti. Tertiò Si læprosum mundauit diuina virtute: creata tantum sequitur quod virtus spiritualis esset in corpore. Nam illa virtus agebat in spiritum: puta in animas eas iustificando: quia cum Christus venisset propter animam principaliter secundum. C san. Thom. non prius curabat corpora quam animas: & consequenter erat spiritualis. quia erat spiritualis. quia vt dicitur in lib. sex principioram imposibile quod non est corpus puta spiritum: corpore. i. corporali virtute mouere. Solu. Non inconuenit spiritualem virtutem esse in corpore per modum intentionis vel transeuntis. sicut conceptus scriptoris est in calamo aliquomodo. Vide de hoc Capreo. i. ij. distin. qō. D j. conclusione. iiij. & in solutione argumentorum contra ipsam.

¶ Quæri etiam potest vtrum Christus potuerit secundum aliquam scientiam suam aliqua ignorare & consequenter mirari. Vide. iij. quæstio. x. articu. ij. quæstio. argumen. j. quæstio. xij. argumen. j. Et vtrum in inferno erit fletus Vide quolibet septimo quæstione quinta argumento tertio.

Dominica tertia post octauas Epiphaniæ. Quæstio. xix.

QVAERITVR TVRVM vniuersalis ecclesia designata per nauiculam secundum gl. quandocūque sit sic procellis conquassanda vt patiatur naufragiū. Ad quod dico quod non. Hoc autem patet. Primo per dictum August. in lib. de catho F lica fide dicentis. Nauicula id est ecclesia Christi in medio mari videlicet mundi diu iactata est fluctibus sed vexata, non dissoluta, aut summersa: quia ille imperauit vento, & mari, qui eidē ecclesiæ promisit se vsque ad finem affuturum. Secundo per dictum Ambro. inquodam ser. dicētis. Nam ecclesiam debemus accipere in solo huius mundi constitutam quæ & si vndarum fluctibus, aut procellis sæpe vexetur: sed nū G quam potest sustinere naufragium. Patet tertio per illud Matth. xvi. scilicet portæ inferni non præualebūt aduersus eam. Hoc enim non esset verum si aliquādo vexationibus cōquassata, naufragii dispendia pateret. Patet ex quarto ex ratione. s. Tho. j. ij. q. cvj. arg. vlti. Dicit enim ꝙ cum status mundi possit variari dupliciter. i. secundū quod stante vna, & eadem lege homines se habent diuersimodè ad illam obseruan- H dum: & secūdū diuersam legem. Primo modo sicut status legis veteris diuersimodè fuit mutatus: ita est status nouæ. mutabitur secūdum diuersitatē locorū ac temporum. Non tamen expectādus est status in quo perfectius habeatur gratia spiritussancti quam habita sit hactenus maxime ab apostolis, qui primitias spiritus acceperunt: & tempore prius & ceteris abundātius secundum

glo. Roma. viij. Sed ſecundo modo dicit quod huic ſtatui non ſuccedet alius. Nam ſtatui, inquit, veteris legis ſucceſſit ſtatus nouæ ſicut perfectior imperfectiori. Sed nullus ſtatus præſentis vitæ eſſe perfectior poteſt quàm ſtatus nouæ legis quia nihil poteſt eſſe vltimo fini propinquius quàm quod ad illum immediatè introducit, quod facit noua lex. Tantò eſt autem vnum quodq; perfectius quantò vltimo fini propinquius
K Hæc ille. Patet etiam vltimo teſtimonio prophetico. Nam Daniel. ij. ca. Daniel declarauit Nabuchodonoſor exponendo ſignificatum ſtatuæ quam viderat rex: & dicit futura eſſe quatuor regna ſeu quatuor monarchias. ſ. regnum Chaldeorũ, regnum Medorum: & Perſarum, & regnum Græcorum: & regnũ Romanorum. Et deinde ſubiungit di. In diebus regnorum illorum ſuſcitabit
L deus regnũ cœli. i. chriſtianitatem, vel eccleſiam. quod inæternum non diſſipabitur: & regnum eius. i. chriſti (quem iam nominauerat in ſuo ſigno. i. lapide prettoſo ſine manibus) populo alteri non tradetur. Comminuet autem & cõſumet vniuerſa regna hæc & ipſum ſtabit in æternum ſecundum quod vidiſti quod de monte abſciſus eſt lapis ſine manibus. i. chriſtus miſſus de cœlo ſine virili ſemine & comminuit teſtẽ & ferrum & æs, & argentum, & aurum. Simi
M liter etiam cap. vij. iterum deſcribit dictas quatuor monarchias ſub figura quatuor beſtiarum. Deinde dicit filium hominis. i. chriſtum accipere à deo regnũ id eſt poteſtatem ſuper chriſtianitatẽ, & de illo regno ſubiungit. Poteſtas eius poteſtas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpentur, ſcilicet durante iſta vita: ſed in fine eius ex duabus prouinciis id eſt eccleſia militante & triumplante, fiet vna id N eſt triumphãs quo ad bonos. Intelligo autem eccleſiam ſemper duraturã quia ſemper in aliqua parte orbis dominabuntur chriſtiani & in aliqua erit ſedes beati Petri: ſicut è conuerſo dicitur Iudæorum regnum & ſynagoga defeciſſe: quia non habent dominium: ſed vbiq; addicti ſunt ſeruituti. ¶ Sed contra præmiſſa. Primò. Nam cum defecerit fides, hoſtia: & ſacrificium deficit ec-
O cleſia quia ſecundum Aug. vbi fides: ibi eccleſia. Sed prædicta deficient: quia dicitur Danielis. ix. Deficiat hoſtia, & ſacrificium & erit in templo abominatio deſolationis. & vſq; ad conſummationem & finem &c. Sol. dictum Danie. non videtur intelligi de conſummatione mundi, ſed Hieruſalem. Dato autem quod loquatur de fine mundi & abomi-
P natio ſit Antichriſtus tamen non deficiet fides totaliter. Et ſi deficiat ſacrificium altaris in aliquibus terris quia inuadet, quia chriſtus Lu. xxij. pollicitus eſt paſtori eccleſiæ ſuæ. Ego rogaui pro te Petre vt nõ deficiat ſedes tua & chriſtus exauditus eſt pro ſua reuerentia Heb. v. capit. Et hoc in omni oratione: quia ſemper pater eum audit: vt dicit Io. xj. Quia vero Daniel dicit regnum chriſti perpetuum, & quia deſtructa è de regali regnum videtur deſtructum ei
Q ſicut capta Hieruſalem deſtructum eſt regnum Iudeorum æſtimo quod vſq; ad finem mundi durabit} ſedes apoſtolica: etiam tempore feruidæ perſecutionis Antichriſti licet tunc multa Chriſtianorum regna occupabit ſicut & Mahumech fecit quem quidam dicunt fuiſſe Antichriſtum, quorum ſententiam licet approbare non velim nolo tamen reprobare: quia multum eſt mihi apparens. Secundo. Nam Luc. xvij. dicitur

A citur. Verumtamen filius hominis veniens putas fidem inueniet in terra. q. dicat non ergo &c. Sol. Illud non dicitur: quia fides ſit omnino defectura, ſed propter paucitatem fidelium qui erunt tempore Antichriſti. Vel hoc dicitur non propter fidelium paucitatem: ſed propter fidei remiſſionem: quia erit quidem fides in multis: ſed & exigua, & tenuis. ¶ Quæri etiam poteſt
B vtrum chriſtus conuenienter permutat ſuos in ventis tentationum ipſo dormiente id eſt ſic ſe habente ac ſi ignoraret ſuos tentari. Vide. ij. ij. quæſtio. clxv. arti. primo. Et vtrum aliquis timor poſsit eſſe naturalis. Vide. j. ij. quæſtio. iiij. ar. iij.

Domni. iiij. poſt octa. epipha. Quæſtio. xx.

C QVAERITVR VTRVM inimicus homo id eſt Diabolus dictus homo propter conuenientiam in intelligẽdo poſsit in agro dei id eſt, anima humana ſuperſeminare zizania hæreſum vel non. Reſpondeo. Ad hæreſim quæ in intellectu conſiſtit eſſentialiter multa requiritur. Primò ſenſibile aliquod
D mouens ſenſum noſtrum: quia omnis noſtra cogitatio ortum habet à ſenſitiua vt patet. j. Poſte. & ſenſitiua à ſenſibili vt patet ad ſenſum. Et ſecundo à phãtaſia quæ eſt motus factus à ſenſu, quia neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari id eſt formare phantaſmata ex quibus, & in quibus videat rem. Et tertio ume intellectus faciens phantaſmata habilia ad imprimendum ſpeciem in intellectu poſsibilem. Quarto ſpecies intelligibilis faciens intellectum in actu inquantum eſt intellectus
E licet prius eſſet in actu inquantum res quædam quia ipſe de ſe eſt ſicut tabula in qua nihil eſt ſcriptum: & eſt pura potentia in genere intelligibilium & conſequenter non poteſt intelligibiliter agere, ſcilicet intelligere cum potentia non ſit principium agendi: ſed actus, ſeu forma. Quintò requiritur verbum formatũ ab intellectu actuato per ſpeciem intelligibilem: quia etiam Deus non poteſt intelligere ſe, vel alia ſine verbo & multo minus angelus etiam
F intelligendo eſſentiam ſuam & multo minus etiam homo. Sextò requiritur iudicium quo verbum ſimplex de verbo ſimplici affirmetur, aut negeꝰ: quia hæreſis eſt credulitas falſi. falſum autem eſt ſolum in compoſitione & diuiſione exiſtens propriè. Septimò requiritur obſtinatio ex parte voluntatis: quia ſecundum Augu. & S. Thom. ij. ij. q. xj. arti. ij. ſi aliqua opinio ſit hæretica: & teneꝰ eam non ſit obſtinatus ipſe
G non eſt hæreticus: & conſequenter opinio hæretica non eſt hæreſis ſed tamen efficitur hæreſis ſuperueniente obſtinatione. Diabolus igitur poteſt ſemina re hæreſim quò ad primum quia vt pater ex dictis feria. iij. poſt. iij. dominicã Aduentus: poteſt aliquod & quodcunque ſenſibile ſupponere oculis & ſenſibus noſtris. Et ſimiliter quo ad ſecundum vt ibi patet. Non autem quo ad
H tertium id eſt lumen quia licet abſolutè poſsit illud intendere: non tamen ex ſuppoſitione ſui finis vt tibi patet. Et probat. ſ. Thom. j. quæſtio. iij. arti. Nec quo ad quartum id eſt ſpeciem. Nam vt colligitur ex Sanct. Thom. quæſtio. xvj. articu. xij. &. ij. diſt. xix. articu, quinto nec angelus malus, nec bonus poteſt influere ſpecies in intellectum humanum: licet poſsit vterq; aliqua ſigna exteriora adhibere quibus homo excita-

tur ad intelligendum, & posit illustrare, & illuminare species imaginarias. Nec quò ad quintum: quia in libertate nostræ voluntatis est vt hac specie vel ista vtamur: & consequenter vt iudicemus secundum illas, vel non iudicemus. Nec quò ad sextum vt patebit in alia quæstione: quia de voluntate nõ se potest impedire nisi suadendo. Est ergo causa hæresis licet insufficiens. Et hoc potissimè duobus modis. Primo scilicet illustrando & ordinando phantasmata, vt homo sciat bene dubitare, & cogitare falsa: quæ tamen diiudicare non possit. Vnde & hac ratione non intendit lumen intellectus sicut posset: nec scilicet homo sciat dissoluere nodos in quos inducit. Et secundo persuadendo firmitatem in falso iudicio eo modo quo & alia vitia voluntati suadet. Sed contra præmissa. Primò. Nullum enim procedens ex libero arbitrio seminari potest à Diabolo. Sed huiusmodi sunt hęreses: quia secundum Hie. & habetur. xxiiij. q. iij. in. c. hæresis. Hæresis græcè ab electione dicitur quod scilicet eam sibi vnusquisq; eligat disciplinam: quam putat esse meliorem, ergo &c. So. Negatur minor. quia licet Diabolus non possit super liberũ arbitrium mouendo illud secus suadendo. Vnde dicit Augu. iiij. de Trinita. Diabolus sua subtilitate malignos affectus inspirat: & sic superseminant hæreses. ¶ Quæri etiam potest vtrum hæretici sint extirpandi per mortem. Vide. ij. ij. q. xj. arti. iij. & vtrum Diabolus possit in voluntate seminare zizaniã odii, & vitiarum mouendo illam effectiuè? Vide prima quæstio. tertia articulo secundo. j. & secunda quæstione nona articulo. sexto tertiæ contra Gene. Capitulo. lxxxviij.

Dominica in Septuagesima.
Quæstio. vxj.

QVAERITVR VTRVM denarius diurnus id est qui pro labore diurno seu diei vnius reddi consueuit, id est deus vel beata visio omnibus laborantibus in vinea domini, sit eiusdem ponderis, ac valoris. Respondeo ex. S. Tho. j. ij. q. v. art. ij. &. iiij. di. xlix. q. iij. quæstiuncula. ij. colligitur sequens doctrina. Gradus beatitudinis est attendendus, secundum gradum perfectionis in operando: quia beatitudo in operatione consistit: Pensatur autem perfectio operationis in qua felicitas consistit ex duobus ex parte scilicet operantis & ex parte obiecti. Vnde philosophus dicit in. x. Et hi. quod perfectissima operatio est altissimæ potentiæ perfectæ habitu nobilissimo: quod est ex parte operantis: & respectu nobilissimi obiecti. Igitur cum in ratione beatitudinis includãtur duo scilicet finis vltimus qui est summum bonum, & eius adeptio, vel fruitio. Vna beatitudo non potest esse maior alia, nec possunt in ea esse gradus ex parte obiecti operationis seu quantum ad ipsum bonũ quod est beatitudinis obiectum: & causa quia illud non est nisi vnum omnino idem id est Deus vel essentia dei potest tamẽ vnus esse beatior ex parte operantium: seu quãtum ad ipsam adeptionem vel fruitionem huiusmodi boni: quia secundũ quod habitus perficiens ad ipsam operationem id est lumen gloriæ erit perfectior in vno quàm in alio erit perfectior operatio, & delectatio maior. ¶ Sed contra videtur quod vnus non possit alio esse beatior. Primò. Nam hic dicitur quod acceperunt singulos denarios: quia scilicet vt dicit Grego. æqualem æternæ vitæ retributionem sortiti sunt. Sol. vnitas denarii significat vnitatem beatitudinis ex parte obiecti sed diuersitas mansionum diuersitatem ciusdem secundum diuersum gradum fruitionis. Secundò. Nam summo non potest esse maius sed beatitudo, est summum bonum, ergo beatitudo vnius non est maior quàm alterius. Sol. est summum bonum inquantum est possessio, siue fruitio summi boni. Tertiò. Nam vel homo non est beatus vel beatitudo non potest esse maior: quia si deest aliquod bonum, quod supleri possit desyderium hominis non quietatur, si autem nihil deest: non poterit esse maius bonum. Sol. Nulli beato deest aliquod bonum desyderandum: quia habent bonum omnis boni: sed dicitur quis alio beatior ex diuersa ciusdem boni participatione. Beatitudo autem non consistit in gradu habendi Deum: quia cum quocunque habito haberi possit alius nullus esset beatus: sed consistit in habendo seu videndo Deum. Additio autem aliorum bonorum non auget beatitudinem. Vnde dicit Augusti. quinto confessio. Qui te, & alia nouit, non propter illa beatior: sed propter te solum beatus. Hæc omnia ex Sanct. Thom. Ex quibus patet quod ille denarius, id est, Deus visus est eiusdem valoris in se: sed non capientibus illum: quia non omnes capiunt eum secundum totum eius valorem: sed secundum plus ac minus. Sed denarius, id est, visio Dei illa in se non est vna omnium: nec eiusdem valoris: sed est vna extrinsecè: quia est de vno obiecto. ¶ Quæri etiam potest vtrum valor istius denarii sit futurus maior post iudicium. Vide quartam distinctio. xlix. quæstione prima articulo quarto quæstiuncula prima. & vtrum laborantes in vinea recipiunt diuersum valarem illius denarii secundum diuersitatem laboris exerciti: vel secundum diuersitatem charitatis, & affectus quo laborent. Vide quarta distinctio. xlix. quæstione prima articulo quarto, quæstiuncula vltima.

Dominica sexagesima.
Quæstio. xxij.

QVAERITVR VTRVM Christus qui docendo parabolis & similitudinibus vtebatur debuerit significare diuina per corpora vtilia puta per semen, & seminatorem, & terras, ac spinas, vel per nobilia: puta solem, lunam, astra, & superiores substãtias. Respon. De hoc Sanct. Tho. j. disti ct. xxxiij. q. ij. articulo secundo sic docet Dio. ij. ca. eccle. hiera. ostendit conuenientius significari diuina per creaturas viliores quàm per nobiliores. Primò, quia per ista magis occultantur diuina his quibus occultanda sunt id est indignis. Secundò quia modus conuenientissimus significandi diuina est per negationem. Sed viliora magis negantur, & distant à deo, quàm alia. Tertiò, quia nobis datur minor erroris occasio in talibus. Si enim de deo, dicerentur corpora nobiliora per similitudinem de facili simplices, aliqui vix præter sensibilia aliquid cogitare valentes possent credere illa de eo dici secundum proprietatem, quod non contingit si Deus dicatur vile animal. Inuenitur tamen Deus in scriptura etiam nobilioribus creaturis designat: sicut sole, & stella, & huiusmodi; sed non ita frequentissimè. Sed con

I contra. Primò, Nam omnis transſumptio nominis ſit per modum ſimilitudinis. Sed in rebus vilibus non ſunt nobiles conditiones ex quibus ſimilitudo ad deum poſsit attendi. ergo ex talibus non debent transſumi nomina ad diuina. Solu. Nihil omnino caret participatione diuinæ bonitatis ideoque ex rebus quantuncunq; viſibilibus poſſunt aſſumi aliquæ conditiones conuenientes ad diuinam. Quædam tamen nomi
K na creaturarum non tantum nominant id quod creatum eſt: ſed etiam defectum culpæ annexum ſicut ly Diabolus nominat naturam deformatam peccato, & ideo talibus nominibus vti nõ poſſumus transſumptiuè ad ſignificanda diuina. Secundo, Nam quantò in aliquibus rebus inuenitur expreſsa Dei ſimilitudo, tantò magis inde nomina transſumi debent ad ſignificanda diuina. Sed in angelis incorporeis expreſ
L ſior eſt ſimilitudo dei, quàm in corporibus: ergo &c. Sol. cũ in angelis poſsimus conſiderare ipſas earum perfectiones, & modum habendi eas qui conuenit naturæ vel ordini eorum: perfectionum nomina dicuntur de deo propriè & non ſymbolicè, ſicut dicitur ſapiens & iuſtus: ſed nomina exprimentia illũ modum non poſſunt dici de deo propriè, nec etiam metaphoricè quia metaphora ſumenda eſt ex manifeſtis ſenM ſui. Et ideo nunquàm inuenimus in ſcriptura deum nominatum cherubin, vel ſeraphim, vel huiuſmodi. Sciendũ eſt tamen ꝙ cùm in vna re ſint diuerſæ proprietates, non incõuenit ſi ex eadem re fiat transſumptio ad contraria: vt deus dicatur leo ratione fortitudinis: & Diabolus ſimiliter dicatur leo, ratione crudelitatis. ¶ Quæri etiam poteſt vtrũ Chriſtus debuerit diuina verum obſcuritate velare. Vide Tho. iij. N q. ij. ar. iiij. Et vtrum conueniens fuerit chriſtum tantum frequentare parabolas. Vide. j. quæſtio. j. articu. ix. & primo in prologo.

Dominica in quinquageſima.

Quæſtio. xxiij.

QVAERITVR VTRVM Chriſtus fuerit occiſus à Iudæis & gentilibus, vt videtur dici in hoc euang. vel certè ipſe ſeipſum occiderit, ſponte ponendo animam ſuam vt videtur ipſe dicere. Ioan. x. ca. Nemo tollit à me animam meam &c. Reſpondes. Ad hoc reſponderi poteſt ex doctrina ſancti Thomæ. j. quodlib. quæſtio. ij. ar. ij. dicentis ſic. Ad videndum cauſam mortis chriſti qui ſine dubio in cruce mortuus fuit. conſyderandum eſt ꝙ poteſtati eius ſuberat quicquid pertinet ad humanã naturam in chriſto: quod in aliis non contingit: vt. ſ. voluntati eorum ſubiaceat quæ ſunt naturalia: quia ipſe fuit verus deus, & verus homo. Vnde hæc aſsignatur cauſa, quare anima eius ſimul fruebatur, & patiebatur: quia. ſ. eo nolente hoc factum eſt: vt. ſ. à ſuperioribus viribus ad inferiores redundantia non fieret: nec inferiores propter ſuam paſsionem retardarent ſuperiores ab actu ſuo: quod in aliis non contingit propter naturalẽ potẽtiarũ adinuicẽ cõiũctionẽ. Similiter autem in propoſito ſuberat eius voluntati quando natura reſiſteret nocumento illato: & conſequenter mors retardaretur: & quando cederet: ex qua ceſsione ſequitur mors violenta. Vnde eo volente natura reſtitit nocumento illato vſque ad finem plus quàm in aliis poſsit: ita quòd in fine plus multum ſanguinis effuſionem quaſi integer viribus clamauit voce magna: & ſtatim eo volente naturæ ceſſit: & tradidit ſpiritum: vt ſe oſtenderet dominum naturæ ac vitæ, & mortis. Vnde hoc admirans Centurio dixit. Verè hic homo filius dei erat. Igitur Iudæi ipſum occiderunt: quia intulerunt nocumentum mortiferum: & tamen ipſe animam ſuam poſuit & tradidit ſpiritum: quia quando voluit naturaliter ceſsit. Sed contra. Nam ſecundùm hoc ipſe fuiſſet homicida. Solu. Non eſt cui pandus propter hoc quaſi ſui homicida: quia cũ corpus ſit propter animam. non e conuerſo iniuria quidem fit animæ cùm per nocumentum expellitur de corpore contra naturalem ſuum appetitum. Si tamen anima in ſui poteſtate haberet quando vellet à corpore recedere, & iterum quando vellet aduenire: non eſſet maioris culpæ ſi deſereret corpus, quàm qnòd habitator deſerat domum: licet culpæ ſi quòd inde expellatur inuitus. Hæc Sanctus Thomas. ¶ Sed contra iſtam ſolutionem. Nam per hoc quòd anima chriſti habebat in ſui poteſtate reintrare corpus non tollitur quin fuerit à corpore ſeparata in vita: quia ſeparauit ſe quidem per voluntatem: ſed tamen cõtra eius naturalem inclinationem, & contra ſenſualitatem. Sol. Dico dupliciter. Primò quòd non fit iniuria animæ ſi pars eius nobilior ideſt ratio iudicet bonum egredi corpus, contra inclinationẽ inferioris partis: quia quod animæ eſt bonum ſecundùm partem nobiliorem eſt ei bonum ſimpliciter. Vnde non eſt peccatum habitatori ſi ipſemet deſerat domum contra aliquã inclinationem inferiorem: licet eſſet peccatum ſi alius eum expelleret

Secundò quòd licet anima chriſti potuiſſet deſerere fortè corpus ſuum ſine E cuiuſcunque vulneris illatione: tamen hoc non fecit: ſed egreſſa eſt prævalente vulnere per chriſti voluntatem. chriſtum ergo animam potuiſſe, quantum pertinet ad hunc paſſum: eſt ipſam non voluiſſe conſeruare naturam niſi vſq; ad illud inſtans. Modo non eſt propter hoc homicida ſi miraculum (vt dicam) quod aliquo tempore rationabiliter ceſſit ſemper facere non voluit. Sicut nec F eſſet homicida purus homo qui eſt infirmus aut vulneratus ſi non rogat deum, vt ſanetur: dummodo non omittat quæ naturaliter fieri poſſunt.

¶ Quæri etiam poteſt vtrum conueniens & neceſſarium fuerit Chriſtum pati pro generis humani ſalute. Vide tertia quæſtio. xlvj. articul. primo Et vtrum conuenienter elegerit Hieroſolymam paſsioni. Vide tertia quæſtione xlvj. articu. x.

¶ Feria autem. iiij. in capite ieiunii quę G ritur. Vtrum ieiunare ſit de iure naturæ. ij. ij. q. cxlvij. art. iij.

Vtrum quis per ieiunium mereatur indigne vitam æternam. i. ij. q. cxiiij. arti. iij. &. ij. di. xxvij.

¶ Feria. v. quæritur ſicut dominica. ij. poſt octa. Epiphaniæ.

Feria. vj. quæritur.

Vtrum ſit deo gratius amicum, quàm inimicum diligere. ij. ij. quæſtione. H xxvij art. vij.

Vtrum oratio debeat eſſe vocalis. ij. ij. q. lxxxiij. artic. xij.

Sabbato quæritur.

Vtrum corpus chriſti ambulando ſuper aquas habuerit dotem agilitatis. iij. q. xlv. artic. ij.

Vtrum ventus contrarius tribulationũ ei tentationum ſit appetendus. ij. diſtinctio. xxj. quæſtio. j. articu. iij. iij. q. xlj. ar

I xlj.articu.ij.ad secundum.

Dominica.i.in quadragesima.

Quæstio.xxiiij.

QVAERITVR VTRVM quilibet christianus teneatur esse contentus ꝙ ieiunium quadragesimale sit institutum sub præcepto à deo. vel ab ecclesia: & alacrius suscipere tempus quadragesimale quàm tempus nuptiarum
K regis? Respon. Sicut pater per Archi. in ij. parte chronicæ. titu. xij. c. iij. § . xiiij. Quadragesimam (vt dicitur) B. Petrus instituit à. ij. feria post primam eius dominicam. & Grego. à. iiij. se. cinerum vt conformemur christo in ieiunio. xl. dierum qui & declarauit non solum à carnibus, sed etiam ab ouis & caseo: ab
L stinendum vt patet dist. iiij. c. denique Dico igitur primo quòd quilibet qui potest ieiunare tenetur alacriter alacri tate rationis hoc tempus ieiunii completi quantum ad abstinentiam pertinet. Quilibet enim cui sit aliquod præceptum à deo vel homine, autoritate dei, tenetur illud implere sponte, & cõsequenter alacriter secundùm rationẽ deliberatam: quia Ber. de dispen. & præced. sic dicit. Siue deus, siue homo vicarius dei mandatum quodcunque tradiderit pari obsequendum est cura: pari
M reuerentia deferendum. Sed de ieiunio. xl. est factum præceptum cuilibet potenti ieiunare post. xxj. annum vt patebit infrà in quæstionibus moralibus. Dico secundò quòd licet quilibet stante præcepto teneatur alacriter illud implere, & velle implere vt dictum est: nullus tamen tenetur esse contentus quòd hoc præceptum sit ab ecclesia promulgatum. Nam ista est differentia inter præcepta dei & ecclesiæ: quòd præcepta dici quilibet tenetur N velle esse facta dicente Hereo: quòd quæ deus fecit tenemur velle esse factam: quia præcepta dei sunt de actibus virtutum, quæ omnibus placere debent. Vnde dicit August. super psalmo. lxv. Non est amicus recti: qui si fieri posset mallet quod rectum est nõ iuberi. Secus autem de præceptis ecclesiæ nisi quatenus illa sunt de aliquo de quo est præceptum iuris naturalis, O quia cum ecclesia de interioribus se nõ intromittat: nisi quatenus habent necessariam. colligationem cum exterioribus: teneor quidem velle facere quod iubet me facere: sed non teneor velle quod ille vult me velle. Vnde præcipere non potest quòd ieiunem hac vel illa intentione. licet præcipere possit quòd ieiunem & consequenter quasi per accidẽs ratione colligationis quòd velim ieiunare. Dico tertiò quòd quilibet nihilominus debet gaudere de tali vel consimili præcepto: quia est valde rationabile vt scilicet tempore veris pœniteamus. Isto enim tempore pecca-uit Adam cùm etiam mundus sit factus secundùm rabbi Moysen scilicet in Martio. quia dicitur. Gene. primo Germinet terra herbam virentem. Vnde Exo. xij. Martius dicitur primus mensis & omnes Astrologi suas calculationes incipiunt ab arietis signo: quod circa medium Martii ingreditur Sol. Rabbi autem Helizer tenet quòd in Septembri: quia dicitur: & facientem semen. Deus enim facit opera perfecta. Sed ecclesia tenet primam opinionem vt dicitur. & est rationabilior: quia non in principio imperfectum quod postmodum ipse perfecerit. Et tenent aliqui quòd sit factus. viij. Cal. Aprilis. i. xxv. Nã

A Martii in equinoctio. quta. dimisit deus lucem à tenebris. Sed fortè melius dicunt alii: quòd. xiij. Calend. Aprilis ideſt die viginti Martii. Circa idem etiam tempus christus pro nobis est humanatus, & passus. Et etiam in eodem climate in quo. Adam peccauit vt rationabiliter apparet: quia illud quartum clima in quo est Hierusalem secundùm Albe. de natura locorum est temperatiſsimum. & consequenter in eo est
B paradisus terrestris. Quid ergo est rationabilius quàm vt eodem tempore pœniteas. Et. xl. diebus secundùm institutionem Grego. vt conformes te capiti. Vel. xxxvj. secundùm institutionem beati Perri vt temporis totius anni decimam soluas. Sed contra. Nam in primo die quadragesimæ ecclesia proponit epistolam Ioel. capitu. secundo in qua hortamur ad ieiunium cum fletu. ergo non est alacriter suscipiendum.
C Solu. In hoc ieiunio si consyderetur sola ratio præcepti & fructus, ieiunii nulla est causa tristitiæ: sed alacriter est explendum. sed si consyderetur in ordine ad peccata quæ per illud morri ſcamus & dolemus: debet esse cum fletu. Vnde si quis esset carens omnino peccato: ieiunare deberet siue dolore rationis: nisi fortè doleret pro peccatis alienis.
D ¶ Quæri etiam potest vtrum fuerit cõ ueniens christum tentari. vide tertia quæstione quadragesima prima articu. primo Et vtrum Diabolus tentaus suillum tentare. vide secunda distinctiõe sexta quæstione prima articu. v. j. quæstio. xliij. arti. v.

Feria.ij.quæritur.

Vtrum cum solo originali decedentes comparebunt in iudicio. iiij. distin. xlvij. arti. iiij.

E Vtrum filio magis conueniat iudicare quàm patri. iij. q. lix. ar. j.

Feria.iij.quæritur.

Vtrum christus fuerit propheta. iij. q. vij arti. vij.

Vtrum deus spiritualiter inhabitat spirituale templum ideſt animam iusti. j. q. xliij. arti. iij.

Feria.iiij.quæritur.

Vtrum quæcunque prædicit deus semper eueniant. j. quæstio. ix. artic. vj. j. F dist. xlvj. & . xlvij.

Vtrum peccata dimissa redeãt per recidiuum. iiij. dist. xxij. q. j. ar. iij. quæst. lxxxviij. ar. j.

Feria.v.quæritur.

Vtrum veri discipuli christi per gratiã eius liberentur à seruitute peccati. xij. q. cix. art. vij.

Vtrum peccatum mortale semper hominem priuet diuina filiatione. iij. q. lxxxiij. ar. iij. G

Feria.vj.quæritur.

Vtrum angelus possit moueri localiter j. q. xliij. art. j.

Vtrum motus angeli in assumpto corpore sit vita. j. q. liij. artic. iij. ij. dist. viij. ar. iiij.

Sabbato quæritur.

Vtrum corpus glorioſum videri possit ab oculo non glorioſo. iiij. distinct. xl. quæst. vj.

Vtrum lux transfigurationis christi esset a corpore vel ab anima. iij. quæ. xlv. ar. ij. H

Dominica.ij.in quadragesima.

Quæstio.xxv

QVAERITVR VTRVM Diabolus obsidens hominẽ semp equaliter eũ affligat. vel magis vno tpe quã alio?

Resp

I Respondeo, dico Primò quòd diabolus quo ad vires rationales.i.intellectum, & voluntatem, non potest aliquo tempore vexare magis, vel minus, vel tantum:nisi exterius proponendo : quia in has vires non imprimere cùm nõ possit formam imprimere nisi per corpus naturale : quod in spiritum agere non potest.Posset tamẽ absolute augere impressam.i.lumen naturale intellectus: quod posset suo lumine confortare:sed K hoc non potest sine supposito à se intento : qui est hominis deceptio:quia nullus potest operari sciẽter quod suæ intentioni repugnat. Dico secundò quòd diabolus potest hominem quo ad corpus,& vires naturales,ac sensitiuas animæ affligere magis vno tempore quàm in alio. Nam quicunque agit per corpus naturale tanquam per instrumentum:potest aliquando magis, aliquando minus efficaciter operari : secũdum L quòd passum magis, vel minus disponitur : quia omne tale corpus præsupponit dispositionẽ in passuro. Sed diabolus est huiusmodi : quia non potest aliquam formam imprimere, nisi per motum localẽ : vt dicit.S.Tho.j.q.xcj. art.ij.q.cxiij.art.iiij.ad secundum.qui motus non est, nisi corporis naturalis. Dico tertiò quòd hoc facit quandoque de facto.quod patet. Primò : quia dicitur Matth.xiij.quòd demon ad præceM ptum Christi exclamans:& multum.s. vltra solitum discerpens hominem,exiit ab homine : & factus est sicut mortuus.Et secundò:quia.S.Tho.dicit.j.q. cxv.art.v.ad primum sic.Demones magis vexant lunaticos in augmento lunę propter duo. Primò quidem secundum Hier.& Chry.vt infament Dei creaturam.i.lunam. Secundò,quia cum non possint operari nisi mediantibus naturalibus virtutibus, vt.s.dictum est, in N suis operibus considerant corporũ aptitudines ad effectus intentos.Manifestũ est autem quòd cerebrum est humiditissimum omnium partium corporis : vt dicit Aristo. Et ideo magis subiicitur operationi lunæ quæ ex sua proprietate habet mouere humorem. Et quia in cerebro perficiũtur vires animates. secundum certa augmenta lunæ perturbant hominis phantasiam : quando ad O hoc consyderant cerebrum esse dispositũ.Hæc ille. Dico quartò quòd Deus hoc rationabiliter ac misericorditer permittit. quòd patet per dictum. S. Tho.iij.q.xliiij.art.j.ad quartum:dicẽtis,Christus docere, & miracula facere venerat, propter hominum vtilitatem principaliter quantum ad animæ salutem.Et ideo demones quos eiicieba ab hominibus permisit,vel in corpore,vel in rebus inferre nocumentum:propter P salutem animæ ad hominum.i.instructionem.sicut Matt.viij.permisit intrare porcos.quod secundum Chry.super Matt.fecit non quasi à demonibus persuasus:sed primò vt doceret magnitudinem nocumenti demonum qui hominibus insidiantur. & secundò vt omnes intelligat quòd nec aduersus porcos auderent aliquid facere nisi ipse cõsensisset. Et tertiò vt ostẽderet quòd Q grauiora in homines illos exercuissent: nisi misericordia diuina fuissent aduersi. Et propter eandem causas permisit eum,qui à demonibus liberabatur : ad horam grauius affligi : à qua tamen afflictione eum continuo liberauit. Hæc ille.¶ Sed contra. Nam si possunt magis nocere vno tempore quàm alio, est vel ex parte sua : vel ex parte patientium. Non primum : quia semper ipsi habent voluntatem nocendi, & potestatem

A statem æquè intensam : alioqui si intendi, vel remitti posset eorum velle, aut posse : etiam posset corrumpi quod est falsum : cum non possit potentiam perdere : nec mutare voluntatem. Nec secundum:quia eum inferiora corpora subiciantur eorum voluntati ad nutũ: semper possunt actiua applicare passiuis.Nec valet dicere quòd passiua non sunt semper æquè disposita : quia pos- B sunt applicare ad nutum ea quæ disponunt Sol.Dico hoc esse ex parte patiẽtium. Et licet quo ad motum localem obediant eis inferiora corpora ad nutum:tamen hoc intelligitur nisi impediantur ab alio spiritu:puta à superiore angelo,qui inferiorem nõ solùm potest impedire ne moueat : sed etiã eum C potest ligare, vel etiam ab ipsa anima fortè : quia licet ipsa ordine naturæ sit inferior demone:tamen ex quo humanum corpus est eidem animæ proportionatum:fortè quòd ipsa anima quando bene corpori dominatur:aliqualiter impedit motũ demonis.Quicquid autẽ sit de hoc:certum est quòd ipsa passiua non sunt æqualiter disposita. Et licet possint ad libitum applicare corpora quæ disponunt passiua:tamen corpora ipsa dispositiua non possunt ad libitum D demonum etiam applicata. disponere: quia eis resistit naturalis virtus quando anima corpori bene denominatur. Et forte ista est causa quòd abhorret diabolus rutam in ore obsessi : quia.s. ipsa disponit ad contrarium quàm faciunt dispositiua naturalia quibus vt instrumentis vtitur demon. ¶ Quæri etiam potest:vtrum hominem peccantem mortaliter demon inhabiter per effectum malitiæ secundum essentiam? Vide.iiij.contra. Cap.xviij. &.iij quoE libet.q.ij.artic.iij. Et vtrum dæmones vexent filiam chananeæ.i.animam genitam ab ecclesia in purgatorio. Vide iiij.dist.xxj.q.j.art.j.quæstiuncula.v.

Feria.ij.quæritur.

Vtrum principium rerũ sit vnum vel plura.j.q.lxiij.art.j.ij.dist.j.

Vtrum Iudæi tenerẽtur credere Christo visibilia miracula non facienti quodli.ij.art.vj.

Feria.iij.quæritur.

Vtrum magister in Theologia tractãs quæstiones curiosas peccet mortaliter.Henricus quodli.ij.q.xvj. F

Vtrum magister docens in mortali peccet mortaliter. S.Thom̃.iij.quodlib. artic.ix.

Feria.iiij.quæritur.

Quid sit sedere ad dextram Dei.iij.q. lvij.art.j.iij.dist.xxij.q.iij.

Vtrum Christus ad gentibus debuerit pati.iij.q.xlvij.art.iiij.

¶ Fer.v.quæritur sicut dominica.j.post festum Trinita. G

Feria.vj.quæritur.

Vtrum angeli sepiant homines per custodiam.j.q.cxiij.ij.dist.xj.

Vtrum mali quos Deus dicit malè perituros semper malè pereant.ij.ij.q. clxxj.art.vj.

Sabbato quæritur.

Vtrum Deus oculo misericordiæ videat peccatorem statim post contritionem antequàm confiteatur. iiij. dist.xvij.art.x.

Vtrum peccator semper resurgat in gratia æquali vel maiori.iij.q.lxxxviij.&.iij.dist.lxxxj.q.j.art.iij. H

Domi.iij.in quadragesima.

Quæstio.xxvj.

QVAERITVR VTRVM SIT vera consequentia vel conditionalis seu argumentum quo

I vtitur Christus dicẽs. Si in digito Dei eiicio demonia: profectò venit in vos regnum Dei, i. regnũ messiæ vel Christi in lege promissi. Respondeo procul dubio quòd sic. Et est argumentum efficacissimum: cùm eo summa veritas & summa sapientia vtatur. Ratio autem veritatis eius est duplex. Pro quarum prima sciendum est. Primò: quòd Christus dæmones expellebat non solùm à corpore: sed etiam ab anima: quod probabat sancta conuersatio eorum quos liberabat. ¶ Sciendum est secũdò quòd oportet quemlibet hominem esse super regno Dei, vel diaboli. & nõ potest sub vtroque simul esse. Est autem regnum vtrunque principaliter super animam: ita quòd ad regnum Dei pertinet qui est in gratia: etiam si secundum corpus sit obsessus à demone: & ad regnũ diaboli pertinet, qui est in peccato: quantuncunque sit corpore mundus, ac purus. Licet autem diabolus superior posset demonem à corpore humano depelere: non tamen à voluntate: quia solus Deus in ea operatur: secũdum. S. Tho. Item quia quilibet diabolus intendit auersionem humanę voluntatis à Deo. Nullus ergo potest liberare hominem à regno diaboli: nisi Deus. Tunc probo conditionalem Christi. Primò ratione logicali. Nam ex opposito consequentis infertur oppositum antecedẽtis, sic. M Non peruenit in vos regnum Dei. i. ego non sum Messias. ergo non eiicio demones in digito Dei. i. virtute Spiritussancti à corpore, & anima: à qua nullus potest eiicere: nisi Deus. & consequenter nullus homo nisi Messias qui est Deus. Prætereà oppositum consequentis repugnat antecedenti. Non enim nam simul non venit regnũ Dei: & ego eiicio demones eo modo. s. quo eiicio. i. à corpore, & anima: quia isto N modo nullus eiicit nisi Deus, & nullus Deus est homo nisi Messias. Et secundò ratione Theologali. Nam quandocunq; verum signum aliquid significat adesse: ipsum significatũ adest. Sed si Christus in digito Dei eiiciebat demones modo prædicto: signum Messiæ significabat illum adesse. quod patet. Nã diminutio prædicta potestatis diabolicæ ab hominum animabus signum O erat aduentus regni Dei siue Messiæ. secundum illud Numeri. xliiij. Orietur stella: quæ scilicet Magos ad Christum perduxit: & Christum significabat luceni ex Iacob nõ quasi ipsa stellam mundi ex Iacob descenderit à Iacob, vel surrexit ab occidẽte, vbi iacebat regio Iacob. i. Iudæa. sed quia ex Iacob ortum est significatum per stellã. i. Christus, vel quia ipsa stella apparuit orientalibus à parte Iudææ: licet versus Iudæam moueretur. Et surget virga de Israel, id est, P Christus qui dictus est virga quæ est instrumentum percussionis & suffragium sustentationis: quia Deus per Christum attriuit diabolum & sustentauit fideles. Et percutiet duces Moab. i. dæmones principes idololatrarũ. Igitur tunc aderat signatum. Sed tamen sciendum est quòd cùm duplex esset diaboli super homines potestas. Detinendi, scilicet, in inferno, & impugnãdi. Prima per Christum est sublata to- Q taliter quò ad sufficientiam & efficaciam: nisi quò ad morientes in mortali: respectu quorum est sublata solùm sufficienter: non efficaciter. Sed secunda est solùm debilitata: dum Christus illum vicit, & hominibus contulit auxilia vincendi, & multa, vt sacramenta: & gratiam abundantiorem: & huiusmodi. ¶ Sed contra præmissa. Nam filii

A filii Iudæorum quicunque sint illi virtute Dei eiiciebant demones: & tamen ex illorum eiectione non sequitur adesse regnum Christi. similiter nec ex eiectione exorcistarum Salomonis. Ergo nec hoc sequitur ex Christi eiectione. Solu. Non est simile de exorcistis Salomonis: propter duo. primò quia expellebant demones solùm à corporibus. Secundò: quia non expellebant eos propria virtute. Et sic de aliis quiB buscunque: vel vtraque: vel altera ratione prædicta. Secundò. Nam Christus maiora fecit, quàm expellere demones: & tamen ex illis non intulit aduenisse regnum Dei: ergo nec ex istis hoc debet inferre. Solu. Primò quidem ex aliis miraculis virtualiter intulit idem: sicut cùm ad discipulos Ioannis interrogantes, Tu es qui venturus es? per miracula virtualiter respõdit quòd sic. Secundò. Dato quòd non intulerit: C tamen illud potuit inferre: quia quædam eius miracula hæc inferebant. vt supra dictum est. ¶ Quæri etiam potest an in demonibus sint principatus, & ordo. Vide. j. q. xcix. art. j. &. ij. Et vtrum Beelzebuth an alius demon superior ligare, & soluere, ac expellere possint inferiorem. Vide. j. vbi. s.

Feria. ij. quæritur.

Vtrum apertio cœli sit causa terræ naD scentium. j. quæstio. lxxxj. artic. ij. & quæstio. ciiij. artic. j. &. ij. & de po. quæstio. v. artic. ix.

Vtrum Deus possit hominem liberare à lepra peccati. veri. q. xxviij. art. ij. j. ij. q. cix. artic. vij.

Feria. iij. quæritur.

Vtrum iudex teneatur iudicare secundum probata & allegata. ij. ij. quæst. lxvij. artic. ij.

Vtrum Deus semper remittat omne peccatum. iij. quæstio. lxvj. artic. iij. E j. ij. quæstio. cxij.

Feria. iiij. quæritur.

Vtrum filius teneatur in omnibus obedire. ij. ij. q. ciiij. art. v.

Vtrum consuetudo possit irritare mandatum Dei. j. ij. q. xcviij. art. iij.

Feria. v. quæritur.

Vtrum demones cognouerint Christum esse Deum. iij. q. xxix. art. j.

Vtrum Christus conuenienter miracula fecerit circa hominum sanitates. F iij. q xliij. art. iij.

Feria. vj. quæritur.

Vtrum aqua Dei. i. felicitas extinguat sitim naturalis desyderii. iij. quæs. c. lxiij. &. j. q. xxvij. art. iiij.

Vtrum Messias aduenerit: vide dominica. x. post festum Trinita.

Sabbato quæritur.

Vtrum Christus viuente Iudæi tenerentur seruare legalia adulteram lapidando. j. ij. q, ciij. art. iij. &. iiij. G

Vtrum exilies in peccato possit alium corripere. ij. ij. q. xxxiij. art. v.

Domi. iiij. in quadragesima.

Quæstio. xxvij.

QVAERITVR VTRVM fuerit conueniens magis panes, de quibus agitur in Euãgelio, fuisse hordeaceos, an triticeos? Respondeo, non esse dubium conuenientius eos fuisse hordeaceos: H quia summa sapientia nihil nisi conuenientissimè fecit. Sed ratio conuenientiæ multiplex potest assignari. Prima, scilicet, literalis: vt doceret collegium apostolicum, & Christi Discipulos rudioribus cibis debere esse contentos. & Secunda similiter literalis: vt miraculum esset euidentius, & patentius. Illi enim panes debuerunt esse

I sapidissimi vt dicetur: vel simpliciter: vel in genere suo, id est, panis hordeacei. Videtur autem magis discerni sapor electus in re insipida, quã in sapida. Et tertia allegorica: quia illi panes significabant Mosaycam legem frangendam, & multiplicandam, quæ conenientius significatur pane hordeaceo quam triticeo: propter anteriora legis ædicta, & tegumenta literæ grossiora: & quarta anagogica. Nã hi panes
K qui nullo modo Christo absente tantũ populũ satiare potuissent quẽ satiauerunt Christo præsente, & benedicente: significant sensus quinque nostros: qui dum in via peregrinamur à christo turbam desideriorum nostrorũ satiare nõ possunt quod tamen faciunt præsente & benedicente Christo in gloria. Sunt aũt sensus nostri rudes in genere potẽtiarũ cognoscitiuarũ: sicut panes ordeacei in genere ciborũ: sed ipse intellectꝰ
L est veluti panis triticeus, & electus.

¶ Sed contra. Primò. Nam Christus in miraculo vini fecit optimum vinum, ergo in miraculo panum debuit facere optimum panem: quia panis debet correspondere vino.

¶ Ergo triticeũ ex hordeaceo. So. Non est simile: quia miraculum vini deseruiebat (vt dicit Albertus magnus) iucunditati nubentium: istud autem necessitati turbarum: & ideo cõueniebat
M aquam mutari in liquorẽ lætificantem Non autem debuit mutare formam necessitati deseruientẽ: conuertendo hordeaceum in triticeum: maximè vt dicit Chry. ne videretur gulæ deseruire: Præterea illud miraculum non erat cõuersiuum naturarũ: vt illud: sed augmẽtatiuum. In augmẽto aũt debet esse eadem natura secundũ speciem. Fuerunt tamẽ illi panes optimi in genere hordeaceo.
N rum: ita ꝙ nunquã fuerunt meliores, & fortè etiam optimi simpliciter. i. meliores: etiã triticeis ꝓductis ab arte humana, & si nõ triticeis productis à deo Secũdo. Nam istud miraculum significabat eucharistiam quæ in tritico cõficitur. Ergo idem. Sol. Negat cõsequẽtia secundũ Alberi. magnum: quia hoc miraculum est quidem signum eucharistiæ sed remotum: & ideo non habuit
O expressam similitudinem in materia.

¶ Quæri etiam potest Vtrũ repugnet perfectioni religionis habere pecunias in communi vnde possint emi panes, & necessaria pro religiosis de collegio ve aliis indigentibus sicut habuerunt apostoli vt ex multis colligitur. Vide. ij. ij. q. clxxxviij. ar. vij. Et vtrum Christo conueniret orare sicut legitur aliquando in benedictione panũ fecisse. Vide. iij. q. xxj. ar. j. iij. dist. xvij. ar. iij. quæstiũcula prima. Est autem notandũ pro hac
P quæstiuncula: & pro aliis ꝙ licet quandoque in eis sit doctrina. s. Tho. eam tã non allegaui. quia verba alteraui, aut aliqua super addidi. Licet autem multę earum sint Ioannis de turre cremata: tamen cum similiter nõ allegaui: quia nihil ferè dixi eo modo quo ille dixit.

Feria. ij. quæritur de simonia ad libitum. ij. ij. q. c. & . iiij. dist. xxv,

Feria. iij. quæritur.

Vtrum christus aliquid ab homine didi Q
D dicerit: vide d ominica in octa. Epiphaniæ.

Quæ sit ratio & figura omnium festorum veteris testamenti. j. ij. q. cij. argu. iiij. x.

Feria. iiij. quæritur.

Vtrum homo possit operari apera bonain nocte. j. post mortẽ. iij. qõ. viij. ar. j. iij. dist. xviij. argu. ij.

Vtrum Deum adorare corde vel corpore

A pore sit res deo valde grata, iij. dist. ix. arti. x.

Feria. v. quæritur.

Vtrum Deus possit rem corruptam eandem numero reparare. iiij. dist. xliij. argu. j.

Vtrum idem numero surrexerit iste adulescens, & si cutnos resurgemus. iiij. dist. xliij argu. j.

Feria. v j. quærituc.

B Vtrum passionum turbatio fuerit in Christo. iij. di. xv. & . iij. distin. xlvj. argu. vj.

Vtrum omnis Christi oratio sit exaudita. iij. dist. xvij. iij. dist. xxj. arg. iiij.

Sabbato quæritur.

Vtrum pater mittat filium inquantum est æqualis patri id est Deus. j. q. xliij. ar. j. primo. di. v.

Vtrum homo naturaliter scire possit vnde sit Christus. j. generationẽ eius
C j. q. xxxij. arti. j.

Dominica de passione
Quæstio. xxviij.

QVAERITVR VTRVM melius dixerit antequã Abraham fieret ego sum: quã si dixisset: ego fui vel fueram? Ad quod ex. s. Tho. j. di. viij. q. ij. arti. iij. sic respõdetur. Ratio nostra nõ põt formare enũtiationes nisi per verba tẽporalia. Nam
D de aliquo non põt fieri enuntiatio nisi secundũ ꝙ cadit in cognitione. Sed cũ omne cognoscẽs secũdũ hoc cognoscat per modũ suum: rationi nostræ in statu viæ est generale accipere cũ tẽpore: quia eius cognitio causatur à sensibilibus quæ in tẽpore sunt. Vnde etiã enũtians de deo licet intelligat ipsum esse supra omne tẽpus: cogitur tũ verbis tẽporalibus vti: nec tamẽ falsò enuntiat:
E quia esse diuinũ habet in se omne esse quantũ ad id quod perfectionis est in omnibus. Et ideo enũtiamus de eo omnium tẽporum verba propter id quod nulli tẽpori deest: & quicquid perfectionis est in omnibus tẽporibus ipse habet Sed inter alia presens per prius deo cõuenit inquantũ nõ implicat successionem: nec aliquid habet de nõ esse inclusum, dicũtur tamen de deo, & alia secũdum id quod perfectionis est in eis: &
F non ratione successiõis, vel alterius defectus. ¶ Sed contra videtur quod maximè de eo dicatur præteritũ. Nam diuinum esse est perfectum. Sed præteritum inter alia maximè sonat perfectionem. Solu. Dicitur de eo præteritum ratione perfectionis: & quia nõ est nouũ secundũ ipse deus præteritis nõ defuit. Aliquãdo tamẽ perfectio per præsens magis quã per præteritũ designatur sci licet perfectio eorum quorum esse consistit in permanendo: quia in hoc, quod
G sunt, habent perfectionem: & prẽteritũ dicitur secũdũ recessum ab esse aliquãdo autẽ magis per præteritũ quã per præsens. s. perfectio eorũ quorũ esse est in fieri: quorum. s. perfectio non est nisi quãdo venitur ad terminũ: vt fuut motus, & huiusmodi successiua. Vnde in diuinis quæ dicuntur per modũ permanentis, verius significantur per præsens vt deus est bonus: sed per præteritũ ea
H quæ significantur per modũ actus: sicut dicit Grego. ꝙ magis propriè dicitur filius natus, quã nasci. Secũdo videtur etiã ꝙ præteritum imperfectũ quia Ioannes in principio sui euangelij altissimè de deo locutus vtitur eo ad significandam diuinam ẽternitatem dicens. In principio erat verbũ. Sol. Magis propriè de eo dicitur quantum ad aliquid quã prẽteritũ perfectum: quia

terminationē non includit sicut pręterit um perfectū Nā licet in his quæ dicū tur per modū actus verius dicatur præteritum perfectū: quia.ſ.horū perfectio ſignificari nō poteſt niſi ex termino: tamen quę ſignificātur nō per modū operationis: verius ſignificantur per imperfectum: quia horū perfectio nō dependea à termino. Tertiò videtur quòd futurum Nā diuina eſſentia maximè diſtat à defectu. Sed futurū inter alia eſt remotū à deficiēdo. Sol. Maximè remouetur à diuina prædicatione futurum: quia nondū eſt niſi in potētie: tamē abiecta imperfectione dicitur ſecundū id quod imperfectionis eſt in ipſo.i. ſecundumquòd lōgè diſtat à deficiendo. Hęc omnia ſ. Tho. Ex quibus patet q̄ chriſtus benedicere potuiſſet ego ero: & melius, ego fui: & adhuc melius, ego erant & optime, ego ſum. ¶ Quæri etiā poteſt. Vtrum in chriſtū cadere potuerit peccatū vide.iij.q.xv.arti.j.&.ij.ſiue. Et vtrū aliquis poſsit ſcire ſe audire verba dei ſiue eſſe à deo per gratiam: vide j.ij.q.cxij.arg.vlti.veri.q.x.arg.x.

Feria.ij.quæritur.

Vtrum homo naturaliter ire poſsit vbi eſt chriſtus. ideſt ad viſionem deitatis.j.q.xij.arg.iiij.

Vtrum omnis faciens quod in ſe eſt credendo in Chriſtum acquirat gratiā. ſan.Tho.ij.di.xxviij.arg.iiij.

Feria.iij.quæritur.

Vtrū exēplo Chriſti liceat chriſtianis declinare perſecutiones.ij.ij. qōne. clxxxv.arg.v.

Vtrū peccet qui timore ductus ſuam ſidem non profitetur.ij.ij.q.iiij. ar.ij.

Feria.iiij.quæritur.

Vtrū miracula Chriſti oſtenderint eū eſſe deū. vide dominica.iij.ī aduētu.

Vtrū vna diuina perſona ſit in alia.j.q. xlij.arg.v.

Feria.v.quæritur.

Vtrum amor ſit cauſa remiſsionis peccatorum.j.ij.q.cix.arg.vj.

Vtrū chriſtus potuerit peccatā remittere inquātum homo ſine ſacramentis iij.diſt.x.q.j.arg.j.

Feria.vj.quæritur.

Vtrum expediēs fuerit filium dei mori.iii.di,xx.q.i.ar.iii.iii.q.q.xlv.argu.ij.

Vtrum mali poſsit eſſe prophetæ.ii.ii q.clxxii.ar.iiii.

Sabbato quæritur.

Vtrum chriſtus habeat poteſtatem ſuper omnes homines.iii q. viii.ar.i. ii.&.iii.

Vtrum vera felicitas ſit ſolum in cognitioue diuina.i.ii.quæ.iiii.diſtin xlvii.

Dominica in Ramis.

Quæſtio. xxix.

QVAERITVR VTRVM cōuenienter xp̄s Hieruſalē cū tāta gloria intrauerit moriturus. Reſpōdeo. Hoc euāgeliū ſicut legitur in aduētu ſecūdum quādā ſimilitudinē & adaptationē: ita legitur hodie ad literā: quia tali die cōtigit hiſtoria quæ in eo narratur. Et cōueniētiſsime Chriſtus vadēs ad moriē q̄ quā acq̄reret ſibi pricipatū & regnū portata cruce ſuper humerū ſuū taliter regalē ciuitatē intrauit, qualiter in ſancto hoc euāgelio narratur: q̄ patet diſcurrēdo p ſingulas circūſtātias huius ingreſſus. Primo.ſ. quātū ad hoc q̄ voluit ipſe ire in hieruſalē tali die. Cōueniēs eū erat paſſurū ꝓpinquare loco paſsiōis: vt oñderet ſe ſpōte pati: & tali die appropinquāte.i.añ q̄nq; dies paſchiæ: ſecūdū Bed. vt ſe oñderet eſſe quē figurabat agnus īmaculat⁹: quo dei populus liberat⁹ eſt ab īperio Pharaonis: qui ante quinque dies paſchæ.i. decimo die miſis primi: ſegregabatur à grege: & inſerebatur ciuitati in qua erat immolādus. Secūdo quātū ad hoc quod rex voluit appellari. Per hoc eū voluit vt quiſque eruditus hūc etiā intelligeret quē dim Zacha.ix.c. ſic hieroſolymā venturū prophetauerat dicēs. Dicite filiæ ſyon.i. Hieruſalē. Ecce rex tuus &c. vbi dicit Albertus magnus: q̄ Chriſtus deſcribitur ab octo. Primò at eui dentia veniētis: quia dicitur. Eccc. Eſa. xl. Videbit omnis caro ſalutare dei noſtri. Secundò à dignitate poteſtatis: ibi rex. Eſa ix. Dominus legifer noſter dominus rex noſter. Tertiò à connaturalitate hominis: quia tuus Eſa.ix. Paruulus natus eſt nobis. Quartò à propinquitate amoris: quia venit. Prouer. viij. Delitiæ meæ eſſe cū filijs hominū. Quintò ab vtilitate operis: quia tibi. i. ad vtilitatē tui Sexto à bono habitu cordis: quia manſuetus. Mat. xj. Diſcite à me &c. Septimò aquietate regiminis: quia ſedēs Eſa. xvj. Præparabitur in miſericordia ſolium eius. Vel ab humilitate et ſimplicitate cōuerſationis: quia ſedens ſuper aſinā: ecce humilitatē. & pullū filium ſubiugalis: ecce ſimplicitatē. Tertiò in quātū voluit ſibi exhiberi ſigna lętitiæ per veſtes ſtratas, & ramos cæſos: & voces exaltabūdas: quia & Zacharias prædixerat q̄ in eius aduentu ciuitas Hieruſalē exultare ac letari debebat. ¶ Sed cōtra primo: quia multoties alias venerat Hieruſalē: & nunquā ſic intrauit. ergo nec modo debebat ſic intrare vt videtur. Solu. Nūquā ante intrauit quaſi acceptus regiū ſceptrū, & regiā coronā: niſi mō quādo venerat tenere ſceptrū arūdineū: & ſpineam coro-

nam: & inire bellū aduerſus inimicum: quem ſua propria morte, & ſuo cruore proſtrauit. Et ideo nūc ſolū intrauit vt rex. Secūdò. Nā qui olim regalē honorem refutanit: vt patet Io.vj. nūc nō debet illū acceptare: quia videretur inſtabilis: & vel tūc malè refutaſſe: vel nunc male acceptare. Nā ſi bonū erat eū eſſe regē malè refutauit ſi non erat bonum, malè acceptauit. So. Chriſtus quia erat ordinatus rex à deo patre ſecūdū ſpūale regnū: nō debuit aceptare regnū terrenū ab hōibus ſō bene illud refutauit. Debuit tamē adeo acceptare ſpūale: & cōſequēter ab hōibus acceptare, nō quia mem regnum tale: quia illud dare non poterant, ſed regias laudes ad noſtram vtilitatem, & ſuā gloriā: quā tamē gloriam etiam in noſtrā vtilitatē. referebat. Neque enim Deus vult laudari a nobis: niſi quia hoc eſt nobis: bonum: ſecundum illud Eſaias capitu. xlviij. laude mea infrenabo tene inter eas. ¶ Quæri etiamnum poteſt ſicut⁹ quæſitum eſt dominica prima in aduentu.

In die. S. paſchæ de integritate reſurrectio. Chriſti.

Quæſtio. xxx.

CIRCA INTEGRITATEM reſurrectionis Chriſti de qua in lectione paſchalis Euangelij eſt pertractatum multa reſtant: diſcutienda quo ad prætioſum & electum Ieſu: chriſti ſanguinem magnum noſtræ ſalutis pretium. Primo enim quæritur. Vtrum ille ſanguis quem Chriſtus in reſurrectione reaſſumpſit, & in paſsione, vt fuerat fuerit in triduo mortis eius à deitate ſua ſeparatus. Et poſito quod non

I Quæritur ſecundò: vtrum repugnet fidei aliquid de vero & naturali ſanguine chriſti reperiri in terra de facto. Et poſito quod non. Quæritur tertiò vtrũ illudmet repugnet doctrinæ. San. Th. Et poſito quòd non. Quæritur quartò. vtrum ſuſtineri poſsit quod in terra ſit de ſanguine, & aqua lateris Chriſti. Et poſito quod ſic. Quæritur quinto: qua adoratione talis ſanguis ſit venerandus vtrum ſcilicet latria aut non.

K ¶ Quantum igitur ad primam quæſtionem (quia ipſa fuit olim coram Pio ſecundo pontificè maximo agitata.) primò volo eam quæ verè & catholicè circa hoc ſunt ſcripta recitare: & deinde ad declarationem eorum ſuperaddere quædam pauca. Tres itaq; ſacræ pagine profeſſores in tota religione prædicatorum vita, & doctrina celeberrimi: qui de hac re ex obedientia ſui ordinis coram dicto pontifice diſputauerunt

L mandante eodem quæ in diſputatione dixerant: ſcripturę mandarunt in hunc modum. Ex mandato ſanctitatis veſtrę beatiſsime pater nos tres fratres frater Iacobus de brixia, frater Gabriel de barchinona, & frater Vercellinus de vercellis: omnes minimi theologi profeſſores: & ordinis prædicatorum miſsi per generalem ordinis noſtri ad. s. veſtram pro cauſa benedicti ſanguinis ſaluatoris noſtri Ieſu chriſti effuſi in die

M Paraſcęues: redegimus in ſcriptis autoritates omnes & rationes, quas in præſentia. v. ſuperioribus diebus verbo protulimus. Proteſtamur autem primò quod omnia noſtra dicta ſubiicimus correctioni. s. v. cui ſemper intẽdimus adhærerę. Et ſecũdo quod non intendimus loqui de totalitate ſanguinis effuſi in die paraſceues: vtrum ſcilicet totum chriſtus in reſurrectione aſſumpſerit vel non totum: nec de ſanguine N circunciſionis vel aqua lateris Chriſti, aut ſimilibus ſed de ſanguine effuſo in die paſsionis & reaſſumpto in die reſurrectionis. Vtrum ſcilicet tali in triduo mortis Chriſti diuinitas verbi fuerit vnita perſonaliter. Accipimus autem pro fundamento hanc regulam quod in ſolutione huius dubitationis, & ſimilium pertinentium ad fidem non debemus vti niſi textibus ſacrarum literarũ aut ſanctorum autoritatibus aut ratio- O nibus ex ſacris literis ſumptis: quæ regula habetur ex Dio. ij. c. de diuinis no. Accipientes tanquam regulam famoſiſsimam veritatis in eloquiis poſita, cuſtodire non multiplicata id eſt, nihil addentes vt exponit Linconienſis & S. Thom. non minorata id eſt, ſecundum eoſdem nihil delentes: & inconterſibilia. id eſt non peruersè exponentes. Vn de ſuper illud Leuit. vl. Omnis eſtimatio ſicli ſanctuarii ponderabitur: dicit P glo. Omnis diffinitio ſanctis fit ponderibus de ſacra ſcriptura venientibus. In quæſtione igitur hac tria faciemus. Primò enim noſtram poſitionem probabimus: & Secundo improbabimus alienam. & Tertio refellemus reſponſiones alterius partis ad rationes & autoritates noſtræ poſitionis. ¶ Quantum igitur ad primum probabimus duas concluſiones: quarum. Prima eſt quod præ Q dicto ſanguini de quo loquimur antequam effunderetur dum adhucceſſet in corpore chriſti diuinitas erat perſonaliter vnita. Quam quia pars aduerſa concedit: breuiter expedimus autoritate Dama. lib. iij. cap. ſecundo dicentis. Omni humanæ naturæ vnitam dicimus omnem diuinitatem ſubſtantiam. In nullo enim eorum quæ plantauit in noſtra natura Deus verbum ab

A ab initio plaſmans nos defecit, ſed aſſumpſit: corpus & animam rationalem & intellectualem & eorum idiomata. Totum enim me totus aſſumpſit: & totus toti vnitus eſt vt toti mihi ſalutem gratificet. Quod enim in aſſumptum non curabile. In hoc autem quod dicit totum enim &c. ſignificans quod filius dei omnibus vnitus eſt quæ aſſumpſit: excluditur cauillatio qua quis poſſet

B dicere ſanguinẽ quidem ab eo eſſe aſſumptum in natura humana: iuxta illud Hæb. ij. Pueri id eſt apoſtoli, & fideles: communicauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem ſed tamen non fuit verbo vnitus quaſi non ſit neceſſe omnia ab eo aſſumpta ei eſſe perſonaliter vnita. In hoc etiam quod dicit omnia aſſumpta quæ ſunt plantata in noſtra natura non ſpecificans niſi de anima & corpore manife-

C ſtè: implicitè includit ſanguinem quia ſignificat omnia pertinentia ad corpus Dicit autem ipſe. ij. lib. cap. xvj. Corpora animalium conſtant ex quatuor humoribus. Probatur etiam autoritate Leonis papæ in ſer. viij. de nati. qui incipit. Cum ſemper dicentis vtrique naturæ in ſuis proprietatibus permanenti tanta eſt vnitatis ſancta communio vt quicquid ibi eſt deitatis non ſit ab humanitate diſiunctum quicquid autẽ

D eſt hominis non ſit à deitate diuiſum. ¶ Secunda autem cõcluſio etiam quod prædicto ſanguini in triduo quo fuit effuſus diuinitas fuit vnita perſonaliter. Quam quia non poteſt naturali ratione probari eo quod ex mera Dei voluntate dependeat: nõ intendimus probare niſi per canonem, vel expoſitiones ſanctorum de canone vel rationes ex canone ſumptas. Aliter enim periculoſum eſt in hac materia aliquid aſ-

E ſerere, vel negare. Licet autẽ ipſa in canone teſtamẽti noui explicite non habeatur tñ quædã ſunt quæ iudicio noſtro non poſſunt bene intelligi: niſi in hoc ſignificato. Idem autem eſt de proceſsione Spiritusſancti & vnione deitatis ad corpus & animam chriſti in triduo quæ habentur quidem in ſcriptura ſed tamen non explicite. Probatur igitur. Primò ex canone ſic. Emundare conſcientias vel emundare à peccato attribuitur ſanguini Chriſti iuxta il-

F lud. j. Io. Sanguis Ieſu Chriſti filii eius emundabit nos ab omni peccato. Et Hæb. ix. Si enim ſanguis hircorum &c. & intelligitur de ſanguine effuſo quod patet per ſimilitudinem de ſanguine hircorum qui erat effuſus. Hoc autem nõ poteſt eſſe niſi ratione deitatis vnite: quia talis operatio eſt ſoli deitati debita. Vnde Nic. de ly. ibi ſcilicet Hæb. ix. dicit quod ſanguis Chriſti ex vnionẽ ad ſuppoſitum diuinum habet virtutem ad emundationem animæ. Item. j. Pe. j. dicitur. Non corruptibilibus auro

G &c. & intelligitur expreſſe de ſanguine effuſo quo ſumus redempti. Vbi notamus. Primò quòd ſignificatur ſanguis Chriſti eſſe incorruptibilis quæ incorruptibilitas cõſtat ei ex vnione ad deitatem vt patet ex Hen. de gan. quodli. xij. quæſtio. xv. dicente quod ſi Chriſtus reſurrectionem ſuam vſque ad iu-

H dicium diſtuliſſet: præ credendum eſt quod illud corpus non fuiſſet corruptũ ratione vnionis. & adducit expoſitionem Augu. ſuper illud. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem dicentis id eſt, corpus meum à te ſanctificatum. Et idem de ſanguine dicendũ eſt. Erat igitur vnitus. ¶ Notamus ſecundo quod dicitur prætioſior ideſt, pretio pleno ſcilicet pretio ſufficienti

I ad redemptionem nostram de qua loquitur. Nam fuisset autem pretium sufficiens: nisi fuisset pretium infinitum: & consequenter deitati vnitum. Notamus tertiò quod dicitur: quasi agni immaculati, vt per ly quasi videatur fieri relatio ad figuram id est, agnum cuius sanguis fusus & linitus in postibus liberauit filios Israel ab exterminatore: vt scilicet eodem modo sanguis Christi:
K per illum agnum figurari effusus liberauerit nos. Quod non potuit facere nisi fuerit vnitus. Secundo probatur auctoritatibus sanctorum doctorum. Nam Dama. iij. lib. c. iij. dicit sic. Inuertibiliter, inconfusibiliter, indiuisibiliter, & inenulsibiliter, in duabus naturis perfectè se habentibus vnam hypostasim confitemur verbi Dei. Vbi notatur ineuulsibiliter: quasi velit dicere quod diuinitas ab humana natura euelli non
L potuit quod de ipsa humanitate non potest intelligi: quia in triduo desiit esse humanitas: sed intelligitur de partibus eius inter quas est sanguis. Vnde idem dicit in cap. xxxj. Nullam partiũ naturæ deposuit non corpus non animam, sed corpus, & animam possedit, & ita rediit ad cœlum. Si autẽ per corpus intelligit corpus sine sanguine redijsse ad cœlos sine sanguine. Si vero per corpus intelligit omnes partes cor
M poris etiam cum sanguine habetur intentum. Item idem libro quarto cap. xvj. Vna Christi persona est secundum nullum modum diuisa ea quæ secundum hypostasim est vnione. Si enim secundum nullum modum est diuisa, ergo secundum sanguinem non est facta diuisio vnionis. Item Leo sermone. x. nati. qui incipit. Sæpe loquens de forma Dei, & serui, ait. Quæ in vnitatem conuenerunt nec separationem habere possent, nec finem, nec credentes dile- N
ctissimi Christiani sumus. Cum igitur sanguis fuerit vnitus, sequitur quod non potuit separari. Item idem sermone. x vij. de passione qui incipit. Sermo proximus. In tanta, inquit vnitate Dei & hominis natura conueniunt, quod nec supplicio potuerit minui, nec morte diuiungi. In morte autem separatur à corpore anima: in supplicio vero san
O guis, & tamen ibi non est diuincta vnitas nec hic diminuta. Item idem serm. ix. nati. qui incipit. Excedit. Indefinenter inquit illam verbi & carnis indissolubilem copulam non minus suscipimus in præsepio iacentem, quàm in resurrectione paternæ altitudinis consedentem. Per carnem autem ad quam dicit indissolubilem copulam, intelligit totum hominem: vt ipse expresse dicit sermone. vij. de natiuitate vbi habet
P Caro est susceptа in cuius nomine homo totus accipitur. In toto autem homine continetur etiam sanguis. Item idem sermo. xix. de passione qui incipit. Sacramenta. Nisi inquit verbum caro fieret, & tam solida cõsisteret vnitas in vtraque natura vt à suscipiente susceptum nec ipsum breue mortis tempus abiungeret: nunquam valeret ad
Q æternitatem redire mortalitas. Cum igitur illa solida vnitas non potuerit abiungi: non potuerit abiungi diuinitas à sanguine. Item Beda super illo verbo Act. ij. Ecclesiam Dei quam acquisiuit sanguine suo. Non dubitauit, inquit Sanctus Paulus cuius scilicet, sunt illa verba sanguinem Dei dicere propter vnionem personæ in duabus naturis Iesu Christi. Item Bern. de consydera. ad Euge. postquã dixerat vnionem verbi ad humanitatem primum locum tenere: post vnitatem Trinitatis sub-

A subiungit. Neque enim quæ ex parte contingit separatio: potuit vnitati præscribere permanenti. Et licet explicitè de carne & anima loquatur: tamen ex verbis eius idem potest de sanguine intelligi, vt patet præcessum eius intuenti. Probatur etiam auctoritas modernorum doctorum. Nam hanc tenet Sanct. Thom. quinto quodlib. articulo quinto & Albe. Magi. in tractatu de missa
B post medium. vbi dicit quod sanguis lauat ratione coniunctæ deitatis, & quod in eo Deus posuit deitatis accumen, vt lauaret sordes electorum. Et ponit exemplum de lixiuio ad lauandas sordes profundatas. Item Nico. de Lyra. super nono cap. ad Hæbr. de hac materia dicit amplam quæstionem: & idem, expræssè determinat. Tertio probatur in rationibus ex canone sumptis. Arguitur igitur. Primò sic. Nul-
C lum beneficium diuinum reuocatur, nisi ex culpa recipientis: quia sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei. Roma. xj. & decet concessum à principe beneficium esse mansurum secundum iuristas. Sed vnio verbi ad sanguinem fuit maximum beneficium: & in sanguine nulla culpa fuit. Ergo &c. Secun
D do. Nam si sic fuit id est, si fuit separatus Christus, vel eius sanguis perdidisset dignitatem: ex hoc quod patri obediebat: quia ex eius mandato posuit animam vt patet Ioannis decimo. Tertio. Nam ista separatio à sanguine non pertinebat aliquo modo ad, finem propter quem Christus illum effundebat, cum ille esset salus hominum iuxta illud. Esa. xlix. Vt sit salus mea vsque ad extremum terræ ad quam salutem ista separatio non pertinet effectiuè vel exemplariter, vel alio modo. Ergo non est ponenda. Quarto. Nam beati-
E fica vnio nunquam reuocatur. Apoc. iij. Foras non egredientur amplius, ergo nec personalis: quia est maior: secundum Bern. vbi supra. Quinto. Nam secundum Doctores nulla natura præter humanam fuit assumptibilis congruenter. Vnde nec corpus, nec partes corporis erant assumptibilia: nisi propter ordinem ad totam naturam humanam. Et iterum: quia in corpore exanimi remansit ordo reunitionis: re-
F mansit deitati vnitum propter illum, sic quod si non habuisset ad animam rationalem ordinem quasi iterum ei esset reuniendum: non habuisset vnionem personalem: ad verbum, vt clarè colligitur à Sanct. Thom. tertia distinctione secunda quæstione secunda articulo primo quæstione tertia. Tunc sic. In sanguine de quo loquimur manebat ordo naturam humanam: quia iterum erat assumendus: ergo manebat
G vnio ad deitatem sicut & in corpore. Sextò. Nam omnibus partibus quæ sunt de veritate humanæ naturę etiam separatis manet vnita deitas secundum Doctor. nostros, & partis aduersæ. Sed talis pars est sanguis quod patet. Primò extra de celebra. miss. in quadam vbi Innocen. tertio. probat veritatem corporis Christi ex veritate sanguinis qui exiuit de latere eius. Idque verum esse tradit. D. Ioannes Euan. cap. xviij.
H cuius testimonium verũ. Secũdò, quia perficitur ab omnia rationali secundum Sanctum Thomam quarti distinctione quadragesimaseptima. Septimò. Nam idem est, de partibus quæ sunt de integritate naturæ humanæ, & de eis eodem modo formatur ratio. Talis autem est sanguis, vt patet per medicos: maximè Auertoim, in suo Collyrio libro primo,

cap.

I c.x.& lib.ij.qui ponit sanguinem inter membra simplicia hominis.Octaua:Nã si non fuit vnitus:igitur fecit suã hypostasim de per se,& consequenter fuisset vna hypostasis sanguinis:& vna alia verbis,ac corporis,& animæ cõtra Damas.li.iij c.xxviij. dicentem. Vna est semper verbi hypostasis:& non duæ: quia vna semper hypostasis christi.Hypostasis autem verbi indubitantet semper vna est:quia filius in deitate non
K habet nisi vnam personam:sed hypostasis christi significat hypostasim in humanitate:quam quia Dama.dicit semper vnam non potest sanguis ad humanitatem pertinens, hypostasim de per se feciſſe:quia iam essent duæ hypostases christi.Nono.Nam vero simile est aliquam particulam sanguinis in christi corpore remansisse:quia omnia vulnera fuerunt in extremitatibus excepto vulnere lateris quod illatum est
L post expirationem.Huic autem secundùm partem aduersam fnit vnita diuinitas.Ergo etiam fuit vnita effuso:quia inter hunc & illum non erat differentia:nisi per esse in corpore,& extra maximè etiam:quia nullaculpa fuit in sanguine exeunte.Decimò. Nullus enim sapiens instituit vt perpetuo repræsentetur res inutilis.Deus autem sapiens instituit vt in missa repræsentetur sanguis effusus,dum consecratur sub pro
M priis spẽbus:ergo ille non est inutilis: quod esset si esset à deitate separatus. Ex positione autem aduersa sequuntur inconuenientia. Primum scilicet quòd in illo triduo sanguis non erat adorandus latria.Et quia hoc conceditur arguitur sic.Sanguis enim sacramẽti est signum,siue commemoratio sanguinis effusi,vt patet ex Aug.de fide ad Petrum.Sed sanguis sacramenti adoratur latria:ergo & sanguis effusus sic es- N set adorandus: quia nunquàm signum debet esse in maiori reuerentia quàm signatum.Et secundùm q̃ scilicet si in illo triduo fuisset facta consecratio: sacramentum illud sanguinis non fuisset excellens ratione contenti:quia continuisset sanguinem præcisè sine deitate. Et tertium:quia sequitur quòd variatur forma sacramenti quantum ad illam habitudinem: vel significationem O quàm dicit ly meus. Nam cùm dicit christus.Hic est sanguis meus: intelligitur,vel mihi vnitus, vel qui est actu meus.Si autem hoc factum fuisset in triduo oportuisset exponere qui fuit meus.Et quartum:quia sequitur quòd in ille sanguis non fuisset viuificatiuus saltem eo modo quo caro contra illud Io.vj.Qui manducat meam carnem,& bibit meum sanguinem habet vitam æternam:& caro mea vere est cibus &c. P Vbi Tho.si alii volunt carnem esse viuificatiuam ratione deitatis vniæ. Et damas.iiij.li.de communione dicit:q̃ deus his duobus scilicet carni & sanguini coniunxit deitatem, & ratione deitatis habent animare,& viuificare. Et ponit exẽplum de ferro ignito quod calefacit ratione ignis,& non ratione ferri.¶ Nunc in secunda parte beatissime pater refellenda sunt aduersæ positionis fundamenta:quæ est in prædicto triduo,prædicto sanguini non fuit Q coniuncta diuinitas:nec tunc fuit adorandus latria:nec ei consecrato tũc fuit adiuncta diuinitas.Fundamenta autem eius quantum recordari possumus tria sunt autoritas scilicet Ratio,& Exemplum. Autoritas prima est Damas.iij.lib.ca.xxviij.dicentis quòd in morte christi non fuit deitas à corpore & anima eius separata:ergo fuit separata à

A ta à sanguine:quia de eo nullam facit mentionem.So. Dicitur primò qnòd arguitur à particulari autoritate negatiuè quòd non valet.Dicitur secundò melius,& Dama.nullibi explicitè dixit deitatem vnitam sanguini dum esset cum corpore:sed implicite tantùm, vt pater,ex dictis. Vnde non fuit conueniens quòd explicitè diceret eam fuisse coniunctam sanguini effuso,sed im-
B plicitè tantùm,dum per corpus intelligit corpus,& sanguinem. Esset autem ratio aliqualis apparentie, si prius expresè dixisset deitatem vnitam sanguini in corpore, & deinde loquens de separatione in triduo fecisset mentionem de corpore, & anima. sed non de sanguine. Secunda autoritas est: quia cùm sint quatuor compilationes generales continentes plenè ea quæ sunt fi-
C dei. scilicet decretum, magister sententiarum, liber originalium doctorum.& catena aurea.s.Th.in nulla earum,nec etiam in symbolo fidei continetur, quòd tunc illi sanguini fuerit diuinitas vnita:ergo &c. So.Argumentum deficit primo:quia est à particulari autoritate negatiuè.Et secundò:quia licet,nostra positio non contineatur in prædictis explicitè: continetur tamen implicitè ibi,vel alibi:vt ostensum est,
D Tertiò:quia non oportet quę fidei sunt ad prædicta quatuor restringere. Prima autem ratio hæc est. Vbi est venio deitatis est communicatio idiomatum: quia secundum Angelum & Dama.talis vnio est causa talis communicationis.Sed ista communicatio non potuit esse ibi: vt scilicet diceretur. Christus est effusus, vel Christus est in cruce propter sanguinem ibi existentem, & sic de alijs. Solut.dicitur primò quòd fallum est fundamentum: quia posse- E uus dicere Christum effusum super terram iuxta illud Psalm.ex persona Christi. Sicut aqua effusus. Vbi gloss. Angel.dicit Aqua quando effunditur, aut abluit, aut rigat.Effusus est Christus abluti sunt sordentes: rigati sunt sitientes.Et quia dicebatur quòd debebat fieri communicatio per ly est,quod significat præsentialitatem vt diceretur filius dei est in cruce: filius dei est
F in terra:quod tamen non dicimus.Respondetur quòd potest dici quòd filius dei in illo triduo fuit:& erat in omni loco in quo erat aliqua gutta sanguinis prædicti ratione sanguinis sibi personaliter vniti. Nec tamẽ potuissemus dicere vt arguens dicebat quòd filius dei tribus diebus pendebat in cruce: vel quòd tribus diebus fuit in cruce clauatus:quia ille sanguis, nec pendebat,nec erat clauatus. Nec inconuenit quòd sicut deum sine diminutione suæ maiestatis dicimus esse in omni creatu G ra vilissima & turpissima tribus modis quos sancti ponunt. sic etiam dicamus filium esse vbi est sanguis ei personaliter vnitus præsertim cum essent maioris vilitatis illa quæ in passione occurrebãt,quàm in hoc quod est filium dei esse vbi erat sanguis ille. Non autem dicimus quòd Christus qui dicit suppositum in duabus naturis in illo triduo fuerit in cruce: quia sanguis non est
H pars principalis hominis a qua fit denominatio: & quia necessitas disputationis nos:ad hoc non coegit. Dicitur secundò iuxta b T.iij.distinct.xxij.argu. j.& .iij.quæstione.xvj.argu. quarto. ad vltimum quòd communicatio idiomatum,seu proprietatum non intelligitur de omnibus absolutè & specialiter de his quæ dicuntur de partibus,vt partes sunt:quia non dicimus filium dei esse

formam

I formam licet anima sit forma, sed intelligitur de his quæ dicuntur de subsistente: vt sic. vt quòd homo ille est æternus, & immortalis, & deus temporalis, & mortalis. Sanguini autem illi competebat effusio, vt pars est. & consequẽter non est necesse quòd effusio dicatur de filio. Tertiò dicitur quòd sanguis nõ est pars nata denominare totũ vt crispitudo: quia non dicitur rubeus qui habet rubeum sanguinem: sicut dicitur K crispus habens capillos crispos. Vnde non est necesse filium dei esse effusum ex hoc quòd sanguis est effusus. Et confirmatur: quia nulla proprietas partis humanæ naturæ debet prædicari de filio dei, nisi possit prædicari de filio hominis cuiusmodi non est effusio: quia non dicitur homo effundi suo sanguine effuso: quamuis vt dictum est videatur posse dici quòd Christus, vel filius dei est effusus super terram: non propter communicationem idiomatũ, sed L propter vnionem suppositalem. Quod si diceremus hanc prædicationem fieri propter communicationem oporteret è contrario de sanguine dici idiomata dei: vt dicere. Ille sanguis est eternus quòd incõuenit. Quartò dicitur ex sententia s. Th. quòd fit cõmunicatio idiomatum. sed in obliquo & non in recto: vt dicatur. Filius dei habet sanguinem fusum: sicut diceremus filius virginis M habet sanguinem fusum. Secunda ratio est hæc. Nam guttę illius sanguinis fuerunt plurimæ, & consequenter non est verosimile quòd omnibus remanserit deitas vnita. Solu, non est difficile verbo dei quod infinitum est, esse multis guttis vnitum. Tertia vero hic. Nã partibus quæ non sunt de veritate humanæ naturæ separatis diuina natura nõ mansit vnita. Cuiusmodi autem est sanguis. Solu. Imò sanguis est de veritate N humanæ naturæ, & ab anima perficitur. Vnde negatur minor. Sed probatur inquiunt primo per. s. Tho. prima quæstione vltim. ar. j. ad tertium. Solu. ibi sanct. Tho. non sensit sanguinem de quo loquimur non esse de veritate humanæ naturę cum dicat oppositum. iij. quæstione. liiij. arti. iij. Sed loquitur ibi j. in prima parte expresè de humido nutrimentali. Vnde cum dicit ibi quòd O sanguis non suscipit perfectè naturam speciei intellige sicut suscipit humidũ radicale in quo fundatur virtus speciei cum quo tamen stat quòd sanguis informatur anima vt alibi dicit. Posito autem quòd sanguis non sit de veritate humanæ naturæ, nec perficiatur anima humana tamen est de integritate eiusdem naturæ cùm pertineat etiam ad resurrectionem nostram: quod sufficit adesse vnitum P verbo quòd vnitur omnibus quæ sunt de integritate prædictæ naturæ. Præterea sanguine informari anima, vel non: est problema neutrum in philosophia apud aliquos, & consequenter non est tutum ex hoc concludere ex necessitate in theologia maximè tam periculosum vt est separatio verbi à sanguine. quòd verò nos huiusmodi rationem assumpserimus pro parte nostra feci- Q mus sequentes doctorem nostrum qui expresè. in. iiij. dcit sanguinem perfici anima humana, & consequenter est de veritate humanæ naturæ. Et præterea alia multa fundamenta induximus. Secundò: quia sanguis non est subiectum sanitatis, vel ægritudinis, ergo non est pars, vel membrum corporis, & tertiò quia medici ponũt febrem ethicam in membris, & sinocham in sanguine: ergo si sanguis esset pars, vel membrum corporis

corporis febris sinocha non distingueretur ab ethica. Solu. Hæ duæ rationes implicant expressam contradictionem. Si enim febris sinocha, est in sanguine: est subiectum ægritudinis, & si non est subiectum ægritudinis: non est in eo febris sinocha.

¶ Quartò, quia Alb. magnus de partibus corporis materialibus & formalibus, & medijs fecit longam distinctionem & sanguinẽ non nominauit, ergo de mente eius est quòd nõ sit pars. & cõsequẽter separatus nõ est vnitus deitati. So. Sanguis non est de mẽbris de quibus ille agebat: sed secundum Auerroim est de membris simplicibus. Quintò quia idẽ Alb. iij. de animalibus dicit ꝙ sanguis non est actu pars animalis, sed in potentia. So. sicut mẽbrũ ita & pars corporis animati est duplex. s. perfecta, sine principalis: & minus perfecta, seu minus principalis. & talis est sanguis, C sicut quatuor elementa sunt partes vniuersi minus principales & tamen sunt de eius perfectione & habent formas suas in illo. Partes autẽ principales hominis qui est paruus mundus sunt cor. & epar & huiusmodi. Minus principales verò sunt quatuor humores qui perficiunt ab anima: licet nõ vsq; adeo: vt sentiant sicut nec ossa sentiunt. Exẽplũ autẽ ponunt, primò de columba quã vt D dicunt assumpsit spiritussanctus, & tamen ei non fuit vnita personaliter. So. Impropriè dicit assumpta, nec fuit vnquam vnitas spiritui sancto personaliter, & consequentes nec potest dici derelicta, vel separata à deitate. Vnde nõ est simile: & secũdò quia ecclesia in die parasceues non consecrat sanguinem, in signum quòd tunc ei diuinitas non fuit vnita. So. Sic est: ergo nec tũc fuit deitas vnita corpori: quia etiam corpus non consecratur. Si dicat. quòd non loquuntur de consecratione, sed de sumptione: quia scilicet ecclesia illa die sumit corpus, sed non sanguinem. Contra, quia cum ecclesia in sabbato quod est pars illius tridui consecrat, & sumit sub vtraque specie significabitur vnio ad vtrunque. Non ergo illa est ratio non consecrandi, vel non sumendi, sed quam doctores ponunt: quia scilicet ad E ueniente veritate cessat figura. hoc autem sacramentum est exemplum, & fi- F gura passionis Christi. vnde ea die qua ipsa recolitur, prout realiter gesta est non celebratur huiusmodi sacramenti consecratio. ne tamẽ ecclesia illa die sit sine fructu passionis nobis exhibito per hoc sacramentum corpus Christi consecratum die priori reseruatur illa die sumendum. His fundamentis beatissime pater. (quia iudicio nostro valde debilia sunt) facilè fuit respondere, & ea paucis absoluimus: quia nec G in sacro canone, nec in aliquo sacro doctore fundatur. Expedita autem prima, & secunda parte aggredimur tertiam. Dicebant ergo primò ad authoritates canonis sonantes, quòd ille sanguis emundauit, & redemit quòd redemptio nostra est facta in morte Christi inquantum ipse dedit vitam suam corporalem pro nobis. Et quia illa consistit in sanguine: hinc est quòd sanguine dicimur redem- H pti. Dicunt vlterius meritum Christi fuisse: ex eo quòd voluntariè acceptauit passionem. Et ita exponunt omnes authoritates canonis. Sed hæc respousio non euacuat argumentum. Nã vt colligitur à sanctum Thomam tertia quæstione. l. ar. xvj. Christus est operatus salutem nostram per modum meriti: & per modum efficientiæ. Et quia

per

per quendam fuit recapitulatum quòd sanctus Tho. in hac opinione fuit singularis. ideo dicitur quod hæc distinctio colligitur etiam ex glo. Aug. Hebr. ix. vbi dicitur. Sicut Moyses sanguinẽ prędictorum animalium accepit vt eos aspergeret & mũdaret: sic noster Moyses. i. Christus sanguinẽ egressum cum aqua de suo latere ad hoc opus accepit s. per aquam, baptismum sanctificans: pretio sanguinis non redimens. Ex quo patet sanguinẽ Christi post eius mortem effusum aliquid operari ad nostrã salutem: & hoc per modum efficientię: quia non per modum meriti. Cum igitur dicunt doctores vel glo. redemptionem nostram fieri per mortem Christi ex eo quòd dedit vitã corporalem, vel acceptauit passionem: intelligitur per modum meriti. Autoritates autem adductæ intelliguntur per modum efficientiæ. Et hoc esse necessarium probatur primò: quia si sanguis hircorũ mundat: non autem Christi sanguis: sed tantum passio Christi de virtute sermonis erit falsa litera apostoli quam non licet minuere: nisi cogente alia autoritate scripturæ. secundò quia aliter videtur esse contra intentionem eius. comparat enim sanguinẽ hircorum ad sanguinem Christi. Tertio quia tollerentur ferè omnes figuræ veteris testamẽti, vt agni paschalis, cuius sanguinæ liberati sunt filii Israel: & sic de aliis. Quartò: quia videtur ista respõsio esse contra Leonem in sermone Christi de passione dicentem. Fudit sanguinẽ iustum qui mũdo reconciliando pretium esset, & poculum. manifestum est autem quòd sanguis effusus est poculum. Et cum idem sit pretium: sanguis effusus est pretium. Quintò, Nam scriptura quam non licet minorare, vel augere, vel peruersè intelligere operationes quæ à Deo fiunt attribuit illi sanguini sine aliqua determinatione: vt mundare, sanctificare &c. Ergo oportet illum esse Deum, vel instrumentum deitati coniunctum: quia actiones solent attribui, vel principali agenti, vel instrumento coniuncto. Cum ergo non sit principale agens est instrumẽtum. Respondebant secundò ad autoritatẽ beati Petri dicentis illum sanguinem non esse corruptibilem: vt aurum, & argentum quæ corrumpunt mentes hominũ. ¶ Sed contra. Primò. quia beato Petro dicendum fuerat in voce actiua non corrumpentibus, aut corruptiuis auro, & argento: & non in voce passiua corruptibilibus. Secũdò, quia corpus Christi fuit incorruptibile secundum communem opinionem doctorum iuxta illud. Non dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. ergo similiter, & sanguis: quia idem iudicium est de toto, & parte. Quando autem dicebatur: est pretiosus. ergo deitati vnitus dicebant esse fallaciam consequentis: sed argumentum non capiebatur: quia dicendo, pretiosus loquitur de pretio quo sumus redempti, iuxta illud. Ezech. j. In quo habemus redemptionem per sanguinẽ glo. qui nostræ redemptionis est pretium. Esse autẽ tali pretio pretiosum: est esse deitati vnitum. Ad autoritatem autem sanctorum doctorum quorum sententia est hæc, quod semel verbum assumpsit nunquàm deposuit dicunt ꝙ intelliguntur solum de partibus principalibus: cuiusmodi non est sanguis. Et adducunt multas instãtias: quia deposuit humanitatem, sanguinem nutrimentalem, vngues, capillos superfluos, sudores, cum aliis superfluitatibus, & multa resoluta per colorẽ naturalem.

Sed

Sed pro his notandum est, primò quòd in his quæ dependent ex voluntate Dei nihil est dicendum assertiuè, aut negatiuè: nisi quod habetur ex scriptura vel, sacris doctoribus per ecclesiam approbatis: vt colligitur à Diony. c. j. de di. nominibus. ¶ Secundò, notandum est quòd cum in aliqua facultate ponitur regula vniuersalis, accipienda est vniuersaliter: nisi in eadem facultate fiat exceptio saltem implicitè: vt patet discurrenti per omnes facultates. Et singulariter hoc est verum in theologia quæ innititur diuinæ reuelationi. Nam temerarium esset limitare quod scriptura dicit: nisi illa limitatio saltem implicitè contineatur in scriptura: vt colligitur ex. ij. de diui. nominibus. Et idem obseruandum est in sacris doctoribus. ¶ Tertiò notandum est. Vtrum sanguis Christi qui secundum omnes fuit vnitus deitati à principio natiuitatis eius vsque ad mortem, & à puncto resurrectionis, vsque in æternum fuerit de facto vnitus in triduo mortis eius, vel non ex sola Dei voluntate dependet qui nobis in sacro canone vel sacris doctoribus reuelatur. His præmissis corroboramus positionem nostram. Primò, sic in scriptura legimus sanguinem vnitum diuinitati: iuxta illud. Ioan. primo. Verbum caro factum est. Vbi per carnem totus homo accipitur etiam secundum aduersarios. Et nunquàm post legimus fuisse separatum. Ergo dicendum est ipsum semper fuisse vnitum. nunquàm vero fuisse separatum: nisi nostro sensu excipiamus: illud triduum nulla autoritate, vel ratione cogente. Secundò sic. In sacris doctoribus inueniuntur multæ autoritates allegatæ & allegabiles huiusmodi sententiæ. quòd Dei verbum nunquàm dimisit quod semel assumpsit, & quòd ea quæ in vnitate conuenerunt non possunt habere separationem: & nunquàm in eisdem doctoribus explicitè vel implicitè excipitur: sanguis ergo idem, quod prius. Et licet pro se supra allegauerint Damas. tamen potius est contra eos vt patet ex dictis. deinde ostendimus omnia illa de quibus datur instantia, excipi in scripturis. Primò enim excipitur humanitas, cùm dicitur Christus mortuus ex quo sequitur dimissa esse omnia quæ per mortem tolluntur necessariò, vt humanitas, operationes vitales, sensitiuæ & intellectiuæ inquantũ dependent à phantasmate. Et secundò sanguis nutrimentalis cùm dicitur Christus resurrexisse ex mortuis: quia ex consequenti ei attribuuntur omnia quæ statui resurgentium conueniunt cuiusmodi est non habere humidum nutrimentale. Tertiò, excipiuntur omnia reliqua cùm scriptura dicit Christum fuisse hominem verum, integrum, & mortalem. Ex consequenti enim attribuuntur ei quæ cum aliis hominibus naturaliter secundum præsentem statum conueniunt vt prædicta. Cùm ergo sanguis non excipiatur etiam implicitè sequitur quòd semper fuit vnitus. Deinde ostenditur quòd illa expositio de partibus principalibus non est bona. Primò, quia non colligitur ex scriptura vt debet colligi omnis expositio theologica. Secundò, quia sequitur quod partes minus principales quàm sanguis, vt cæteri humores, & pinguedo in illo triduo non fuissent vnitæ. Tertiò, quia est contra Damas. dicentem quòd nunquam est generata alia hypostasis præter hypostasim verbi: quòd esset falsum si qua pars minus principalis fuisset diui

B diuisa. Quartò, quia causa quare pars separata maneat vnita est: quia assumptibilis est, quæ causa fuit in sanguine cum de facto pòst fuerit assumptus. Ad Albe. autem respondebatur restringendo textum eius ad effusionem, & mortem. Sed hoc est contra eius textum: cùm in eodem li. exponendo illud Iob. xvj. Terra ne operias sanguinẽ meum, sic dicat. Vult enim quòd sanguis in terra fusus vacuus à fructu non lateat.

K Ad Nico. de Lyra, dicebant quòd insufficienter allegabatur: cũ velit Christum nos redemisse dando vitam corporalem, vt patet ex processu libri. Sed ad hoc dicimus quòd aspicientibus librum patet nos sufficienter allegasse. quòd autem post dicit Christum nos redemisse dando vitam corporalem, verum est per modum meriti. Ad primam autem rationem dicebant donum vnionis est datum sanguini, vsq;

L ad tempus effusionis quo desiit corporali vitæ Christi deseruire. ¶ Sed hoc ex scriptura non colligitur: sed supponitur cùm esset probandum. Quòd vero additur de seruitio si valet infert quòd etiam aliæ partes minus principales fuerunt à deitate relictæ. Ad secundum autem dicebant quòd sanguis non obediebat. sed Christus qui suam dignitatem non perdidit: sed sanguis ad modicum perdidit sicut & humanitas. ¶ Sed contra: quia perditio dignitatis in parte. i. sanguine redundat in

M totum. i. Christum. Et ita isti secũdum aliquam partẽ. i. secundum sanguinem solum Christum cõtra Leonem dicentem in epistola ad Flauia. Omnis spiritus qui soluit Christum ex Deo non est: hic est antichristus. Quid est autem soluere Iesum Christum: nisi ab eo separare naturam humanam? Sed statim respondebitur, quòd per humanam naturam intelligũtur partes principales. Sed ipse in eadem epistola per ecclesiam approbata declarat quòd per humanam naturam intelliguntur omnia quæ in nobis saluator condidit, & reparãda suscepit, cuiusmodi est sanguis, dicens, In integra veri hominis perfectáque natura nexus natus est Deus totus in suis: totus in nostris. Nostra autẽ dicimus quæ in nobis ab initio creator condidit, & quæ reparanda suscepit. Quòd autẽ dicitur de humanitate non est simile: quia necesse fuit Christum pro nostra salute mori: & consequenter humanitatem deponere. Non autẽ est simile de sanguine: quia inde nulla fuisset secuta vtilitas. Postremo respondebant ad rationem de ordine dicentes, quòd sanguis: non remãsit vnitus: quia non habuit ordinem immediatum, sed mediatum. Sed contra. Primò, quia nos ponimus illum ordinem fuisse immediatũ: quia immediatè sanguis formatur ab anima. Secũdò, quia & si sit mediatus tamẽ talis sufficeret ad sanguinem vniri deitati dum erat extra corpus: quia sufficiebat idem ordo ad hoc dum adhuc esset in corpore. Multa autem dici, & scribi ad hoc propositũ potuissent, beatissimè pater, sed studuimus brevitati maximè: quia hæc erant vestræ sanctitati præsentanda: quæ sapientissima: & prudentissima multa ex paucis colligere nouit. Cuius correctioni, & determinationi omnia subiicimus: & Romanæ ecclesiæ parati respondere ad alias rationes, & resp̃siones si quas fecerint. Et sic finit opusculum prędictorum patrum quod hic recitaui quibusdã sublatis propter prolixitatem: sed tamen nullum verbum addidi, vel mutaui exceptis his quæ ad part

A partium orationis connexionem spectant. Sed tamen pro dictis eorum aliqua sunt rursus annotanda.

AD PLENIOREM IGITVR prædictorũ notitiam duo faciam. Primò ponam aliquas declarationes, & secundò iterum obiiciam pro aduersa parte. ¶ Quantum ad primum igitur sciendum est quòd vtrum sanguis sit animatus, seu informetur anima, vel

B non, etiam inter eos qui doctrinam S. Thom̃. profitentur est diuersa opinio: quamuis secũdum quamlibet non fuerit separatus: quòd enim non sit animatus arguitur ex dictis eius. Primò, quia secũdum eum nõ est pars in actu: vt patet. iiij. di ij. in litera. Esset autem actu pars si esset animatus. Secundò, quia secundum eum vt videtur semen quòd est sanguis digestissimus non est animatum. Vnde ex dictis eius. j. q. vlt. art. ij. sic arguitur. Si semen habet ani-

C mam, aut cùm resoluitur ad generandum eam retinet, aut nõ. Si non igitur est in via corruptionis: & recessus à forma generantis: & cõsequenter non potest generare ei simile quod inconuenit. Si autem eam retinet adhuc habet formam determinatæ partis animalis generantis: & consequenter in generato non poterit nisi ad illam partem cuius habet formam. & consequenter ex

D eo non generabitur nisi semẽ: quòd inconuenit. Patet autem totus iste processus vbi. 5. Tertiò. Nam si habet animam in morte Christi sanguis fuit corruptus: quia perdidit suam formã substantialem cùm anima rationalis sit indiuisibilis. ergo ab ea fuit separata diuinitas: sicut & ab humanitate: quòd est contra eum. quod vero sit animatus arguitur. Primò: quia in. iij. sententiarum dicit quòd perficitur anima. Secundò: quia in. v. quodli. q. iij. art. j. in corpore

E in prima ratione innuit: quòd sit de veritate humanæ naturæ. In. iij. parte autem. q. liiij. hoc expressè dicit: & consequenter oportet quòd participet formam humanã. Tertiò, quia nutritur, & augetur sicut & capilli, & vngues. de quibus secũdum eum cõstat quod sunt animata. Quartò: quia aliter verbum duas naturas assumpsisset. i. hominis, & sanguinis: & consequenter Deus esset

F sanguis. Qui verò inter thomistas sentit quòd sit animatus dicat ad primũ in oppositũ. quòd nõ est actu pars animalis priacipalis. i. cuius materia in eodẽ indiuiduo non potest transferri ad aliã qualitatẽ vt caro, & nerui, & ossa, capilli & huiusmodi: sed tamen est actu pars non principalis. i. cuius materia nõ est tota stabilita sub qualitate quam habet: sed ad aliam mutari potest. Ad se-

G cundum verò dicat quòd semen decisum non est in via corruptionis, & recessus à forma generantis stabili: à secundum suam totalem materiam vt sic: sed est ab ea vt est in aliqua parte in qua non erat stabilita in qualitatibus. Et hoc non repugnat quin posit agere ad alias partes à se: quia etiam in generante aliquando fuit in potentia ad alias partes à se. Et si instetur, quia in generante semen non erat in potentia ad sanguinem cùm iam recederet à

H forma sanguinis: dicat quòd semen, & sanguis sunt eiusdem formæ substantialis cùm vtrunque vna anima animetur: & per se accidentalis: cùm vtrũque, sit sanguis: licet vnus alio digestior: & ob hoc alium habens colorem qui non est per se qualitas sanguinis. Vel dicat quòd forma sanguinis est in semine virtute, cũ sit perfectius: formę vero aliarũ partiũ animalis sunt in eo

I in potentia. Ad tertiū autē dicat quod sanguis non nominat totum compositum ex anima, & materia eius sicut humanitas: sed nominat partē materiæ sicut corpus aliā partē eiusdē materiæ. Vnde sicut corpus nō est in morte corruptum eo modo qua humanitas quæ desijt sed eo modo quo materia: quādo perdit suam formam quæ non desinit: ita & sanguis. Vnde remansit vnitus sicut & corpus. Qui vero sentit aliter dicat ad primū in oppositum & sanguis
K non perficitur anima formaliter sed effectiuè. quia. s. non efficitur, vel generatur immediatè nisi per virtutem nutritiuam animæ, & conseruatiuè: quia. s. eū anima tanquā sibi necessariū conseruat effectiuè sicut ab eodē ipsa in corpore conseruat materialiter & dispositiuè. Vnde separatus ab anima naturaliter tēdit nō inesse: quia perdit qualitates quibus sua forma in tali
L materia cōseruabatur, Ad secundū autē dicat ꝙ vt colligitur ex Ioan. Dominici & Petri de pal. in. iiij. aliquid est de veritate humanæ naturæ dupliciter. j. quia formaliter perficitur anima rationali, siue in eo per se, & principaliter consistat ratio hominis: vt cōr. caput, & huiusmodi: siue sit ad cōseruationem & ornatū talium, vt capilli, & huiusmodi, Et secundò. quia est necessariū homini
M siue sit necessariū sine quo nō vt totus aliquis sanguis, siue sine quo non bene, vt aliquis sanguis prædicto additus, & ei continuus. ad tertium autē dicat ꝙ nutrit, & augetur eo modo quo in animata, in quibus non est virtus ad generandū sibi simile secūdū indiuiduum: vt faciunt vfuentia per nutritiuam: sed solum secundū speciem. Ad quartum vero dicat ꝙ etiam si sanguis non sit animatus. non habet proprie naturam nec proprie est in specie: quia producitur à natura vt via in aliud secundum N
totum vel partem sicut & embryo. Et consequenter nec deus debet dici sanguis. sicut nec homo dicitur manus: quia sanguis est aliquo mō pars hominis: & pars hominis, & pars non dicitur in recto de supposito in quo subsistit. Ex his patet quomodo diuersimodē intelligi
O potest sanguinē Christi non fuisse corruptum: quia si non fuit animatus non fuit corpus primo modo per recessum formę qua informabatur eo modo qui corpus abeunte anima: nec secūdo modo vt totū per separationē suæ formæ: substantialis à sua materia eo modo quò humanitas: nec tertio per totalem desitionem quo ad materiā, & formam simul vt substantia panis in eucharistia: nec quarto perdēdo suum proprium
P esse qua subsistebat in corpore christi: quia illud erat diuinū quod semper habuit. Si autem fuit animatus fuit corruptus primo modo. s. vt materia abeunte forma: sed non aliis modis, sicut nec corpus. Sciēdū est secūdo ꝙ cum dicit prædicti patres vel sancti diuinitatem nō potuisse diuelli à sanguine nō intelligit de potētia, dei absoluta sed de ordinaria, Vel itelligit eo mō quo dicimus non potuisse fieri ꝙ non est factū tale
Q quo tamen impellente vt fieret. Mors enim Christi siue inferens mortē mouebat non solum ad separationem animæ à corpore quæ respectu corporis est corruptio quasi materiæ: sed alterius quantū erat de se mouebat ad corruptionē q̄ ipsius. cadaueris p incinera
R tionē quæ est corruptio quasi totius: & similiter de sanguine dicendum est. ¶ Sciendum est tertio, quod filius, aut Christus licet dicatur effusus non tamen propriè cum hoc sit fluidorum: sed

A sed methaphoricæ: & per similitudinē quandam quia. s. liquor dum effluit dissipatur, & perit, & sic illa benedicta humanitas Christo moriēte est dissipata. Et ideo ipsa mors effusio dicitur.
¶ Isti igitur patres concedunt Christum effusum esse non ratione effusi sanguinis qui propriè est effusus quia non est pars denominatiua totius: sed ratione simul effusi sanguinis, & effusæ humanitatis. Vnde Psal. cū dixisset ex eius persona. Sicut aqua effusus: sum subiunxit modum effusionis, dist. Dispersa sunt omnia ossa mea. Effusa autem humanitate, & omnibus partibus corporis impropriè etiam dicitur
B filius dei effusus: & similiter Christus ratione suppositalis vnionis: quia. s. illud suppositū denominatur effusum à sua natura. i. humanitate. Non autem ratione cōmunicationis idiomatū, maxime. cū sanguine: quia diceretur effu-
C sus propriè. sicut, & & sanguis ista videt mihi mēs sanctorū patrū qui nisi liber vnde hoc sumpsi fuerit incorrectus concedunt Christum effusum ratione vnionis, & negāt Christū triduo fuisse in cruce, in qua tamen erat aliquid ad quod stabat vnio. sed illud nō erat sufficiens per se solum denominare totū. s. sanguis. ¶ Siēdū est quarto ꝙ sanguis dicitur de integritate humanæ naturę:
D nō quia sit pars principalis in actu: sed quia est pars secundaria, & ꝙ sine eo materialiter, & dispositiuè concurrēte non potest esse homo integer. & hoc si non sit animatus. ¶ Sciendum est etiā pro prima ratione aduersariorū quod illud quod cedit in dedecus deitatis nullo modo debet per hominem attentari. Sed si attētatum sit: debet in signū immensi amoris dei hoc pro hominib⁹ sustinentis feruenter prædicari. Et per hoc patet ad illud inconueniens ꝙ ipsi intendunt. s. ꝙ deitas fuisset cōculcata cum sanguine, & commixta terra, & huiusmodi. & certè, non est mirum si is qui patienter tulit mortem tulit etiam concubinationem. ¶ Sciendum etiam vltimo pro secunda ratione eorum ꝙ soluit: quia sanguis est membrum simpliciter. est autem subiectum sanitatis remotum secūdum aliquos. Multa alia
F faciunt ad declarationē prædictorum quæ habentur in sequentibus. Quantum ad secundum arguitur. Primò sic, Nam omne coniunctum deitati desinens esse quod erat, desinit esse cōiunctum vt patet de humanitate in triduo quia non est quod non est coniunctum sed huiusmodi fuit ille sanguis in triduo; quod patet: quia fuit coagulatus, & deficcatus, & commixtus terræ, & cō
G sequenter transiuit in lutum. Sed coagulatio seu congelatio soluit speciem: vt patet in aqua quæ congelationeverititur in cristalium: & lac per coagulationem in caseum: deficcatio quoque similiter soluitur in humido: quia humiditas: & siccitas sunt qualitates oppositæ: & per se passiones humidi & sicci. Similiter etiā & mixtio, quia mixta transeunt in tertium: vt patet ex li. de gūatione Sol. Ad hoc dupliciter solui
H potest. Primò, quod ille sanguis fuit corruptus eo modo quo & corpus. s. per absessum suæ formæ substantialis: licet non per incinerationem, aut putrefactionem. Quo posito diceretur quod ille sanguis dicitur mansisse vnitus gratia suæ materiæ sicut oportet dicere de eo: si sit animatus non autem gratia formæ vel totius: vt probat argumentum. Secundo, autem soluitur, & fortè melius dicendo sic. Congellatio non soluit speciem semper saltem interueniente vir-

tute dei: vt patet in oleo: & si aliquãdo
quandoque est diuturna. Similiter nec co-
agulatio vt patet in cera: si tamen pro-
priè coagulatur maxime deo conseruã
te. Siccitas etiam non soluit speciem
humidi nisi sit intensissima. Potuit igi
tur deus conseruare sanguinem verbi
cum prædictis accidentibus & cum hu
miditate remissa sicut fortè est die san
cti Ianuarii qui est Neapol. qui aliquo
K tempore etiam calidissimo durescit ꝙ
non est habentiũ intensam humidita-
tem: & aliquo tẽpore. s. semper, vel fre-
quenter, quando appropinquat capiti
eiusdem sancti bullit intensa vt vide-
tur diuinitus eius humiditate. Et idem
videtur de sanguine à magdalena
sub cruce cum terra collecto qui singu
lis ãnis in parasceue perlecta passio
fione ebulit: vt omnes asserunt in san-
cto Maximino cum reliquo tempore
videatur in deficcatus. Ad lutum autẽ
L potest dici per idem: quia non oportet
intelligere ꝙ omnis humor cõmixtus
pulueri transeat in lutum tanquã ter-
tium immutata. s. substantiali forma:
cum non sit ibi necessaria mixtio per
alterationem corruptiuam sed ibi po-
test esse cõmixtio per iuxta positionẽ
partium: maximè operante deo vt lutũ
substantialiter nihil aliud sit, quã terra,
& aqua, vel terra, & sanguis. Et possibi
le est diuinitus nullam humoris partẽ
resolui: sed fieri potest lutum humidi-
tate impressa pulueri, & remissa in hu-
more. Nec est mirum si remittatur hu-
miditas in sanguine: quia etiam potest
aliqualiter remitti caliditas in igne: ꝙ
patet primo, quia dicit. s. Tho. in. ij. ij.
quod ignis inferni est eiusdem speciei
cum isto: & tamen est calidior ratione.
s. frigiditatis terræ: & cõsequenter iste
minus intensæ calliditatis.

¶ Et secundo: quia aliter non posset al-
terari ad formam æris. necundo argui-
tur confirmando priorem rationem.
Nam aliqua pars principalis corporis
Christi corrupta est in morte: & cõse-
quenter desinit esse vnita. s. illa ex qua
generata est aqua lateris per resolutio-
nem ergo à fortiori hoc verũ est de ali
qua parte sanguinis qui est pars minus
principalis Sol. Illa aqua vndecũque
sit causata fuit vera aqua secundũ de-
cretalem supra allegatam quæ etiam
ponit sub distinctione, vt videtur ꝙ si
non fuit naturalis: sit miraculosè facta
vel nouiter creata: vel ex partibus cor
poris Christi per miraculosam resolu-
tionem expressa. Et si fuit secundo mo-
do vt magis videtur velle: materia eius
fuit de veritate corporis Christi plus
quam sanguinis materia: & veritatem
corporis Christi arguebat quia vt di-
cit decreta. naturale est compositum. &
elementatum resolui in cõponentia &
elementa. Et illa quidem pars vnde ge
nerata est desinit esse vnita in triduo:
quia desijt esse sed materia eius sub for
ma aqua semper fuit vnita: sicut de hu
miditate corrupta, & fuisset de corpore
si iterum fuisset corruptus & similiter
fuisset de sanguine, idem cõpleto autẽ
effectu gratia cuius fuit resoluta mira
culose in eãdẽ partem est conuersa ne
quid deesset glorioso corpori Christi
resurgentis. Si vero dicatur fuisse vera
aqua nouiter creata nihilominus ostẽ
debat verũ Christi corpus: quia Deus
non attestatur falsitati: & completo mi
nisterio suo mansit aqua pura non vni
ta verbo tanquã superflua. Ad argumẽ
tum negatur consequentia etiã si fuit
generata ex corpore Christi: quia est
assignare vtilitatem quare aliqua eius
pars sit corrupta. s. vt dicit decretalis
ad

A ad figurandum mysterium regenera-
tionis: & etiam ad confirmandã fidem
humanitatis. Non est autem simile de
sanguine. Tertio. Nam Ambro super
Lu. exponens illud: vt quid dereliquisti
me: sic dicit, clamauit homo diuinitatis
separationẽ moriturus. Nam cum diui
nitas libera sit à morte vtique mors
esse non poterat nisi diuinitas discede-
ret: quia vita diuinitas est. Sol. Hoc ar-
B gumentum aquæ vel magis conclude-
tur, si quid valeret separationẽ deitatis
à corpore, & anima, quam à sanguine.
Dico ergo Primo. quòd secundum alt-
quos loquitur Ambro. de separatione
deitatis quæ etiam per subtractionem
exterioris auxili: secundum illud: vt
quid dereliquisti me: non autem de ea
quæ est per solutionem vnionis. Dico
secundo, quod nihil viuens cui diuini-
tas coniuncta est potest mori. nisi sepa
C raretur à deitate per quam est sicut ni-
hil potest mori: nisi perdat suum esse.
Vnde si deitas semper fuisset vnita illi
humanitati nunquam illa suum esse
perdidisset: & consequenter nunquam
interisset. Illa ergo separatio de qua
loquitur Amb. sancta est rb humanita
te: nõ a partibus eius inter quas est san
guis. Non tamen fuit difficultas in ver
bis: eo ꝙ separatio sit propriè eorum
D quo separata manent. cessatio autem
vnionis est etiã in his quorum alterũ,
vel vtrunque interit, Vnde inter ani-
mas sola rationalis dicitur propriè se-
parari à corpore: ceterum autem desi-
nunt ei esse vnitæ, sed non separan-
tur propris. Et sic nec humanitas est à deitate separata quamuis desierit esse vnita.

Questio. xxxj.

QVANTVM AVTEM ad secundam quæstionem vtrum. s. repugnet fidei a li-
quid de vero, & naturali san
guine Christi reperiri in terra visis &
præsuppositis his quę. s. Tho. docet. j. q.
vl. ar. j. ij. di. xxx. &. iiij. di. xliij. &. viij.
quod li. q. ij, ar. vnico, sic dico, Quatuor
elementa sic sunt in mundo ꝙ habent
proprias formas stabilitas aliquo mo-
do. s. quo ad totalem suam materiã. &
liquo modo non stabilitas. s. quo ad
partem: quia formæ elementorum non
sunt formæ mixtorũ. & sic sunt eis pro
priè, & secundum eas, vel ab eius, aut
ad eas non mutatur tota earum mate-
ria. sic sunt stabilitæ quo ad totalẽ ma-
teriam. & secundum partem generan
tur ex mixtis, & ex eis generantur mi
xta, & sic suæ formæ non sunt penitus
stabilitæ. Eo autem modo quo sunt
elementa in mundo sunt quatuor hu-
mores in corpore humano secun-
dum san. Th. vbi. s. vnde sanguis quo
ad suam totalitatem habet formam
stabilitam. ita quod totus non potest
generari vel corrumpi nisi generatur,
vel corrumpatur animal: dicente domi
no, Cen. xij. anima in sanguine est, scili
cet, sicut in eo sine quo non est vita &
Aristo. ij. de animalibus. quod sine eo
non viuit animal. Sed tamen continuè
generatur ex cibis. & continuè ex eo ge
nerantur, partes principales animal.
puta caro & ossa, & huiusmodi.

¶ Vnde dicit Da. in secundo libro capi-
tu. vigesimo octauo. Fructus per
quos. s. intelligit omnes cibos ex ele-
mentis consistunt: humores vero ex
fructibus animalium vero corpora ex
humoribus. De sanguine igitor posi-

I sumus loqui tripliciter. Primò loquendo de ipso totali sanguine gratia partium suarum: qui non sunt in via ad perfectius habendam naturam sanguinis nec in via recedendi à forma sanguinis & tendendi ad formam principalium membrorum: sed sunt stabilitæ sub forma sanguinis nullam penitus habentes alterationem intentam ab anima promouẽte ad perfectiorem formam, quod dico propter eam quæ K est à naturali calore. Istomodo sanguis dicitur sanguis sine aliqua additione, siue simpliciter, & sic loquitur de sanguine. S. Tho. in. iij. par. q. liiij. arti. iij. quando dicit, quod carnes & ossa & sanguis in corpore Christi resurgentis fuerunt integraliter sine diminutione. Et secundo loquendo de ipso quo ad partes quæ sunt in generari ex cibis: ita quod nondum attigerunt ad perfectè habendam formam sanguinis. Et sic di- L citur sanguis nutrimentalis vel humidum nutrimentale: Et tertio loquendo de eo quo ad partes: quæ sunt in motiua forma sanguinis ad formam principalium partium & membrorum. Et sic dicitur ros vt est in principio transmutationis: & cambium vt est in medio iam incipiens dealbari: & glutem vt est in fine iam incorporatus membris. Primo igitur modo pertinet ad humidum radicale tantum in genere sanguinis. M Tertio vero adverunq; diuersimodè vt mihi videtur. Sicut enim patet vbi supra humidum radicale licet secundum vnam opinionem sit illa materia quæ habere à generante in vtero matris in ipsa conceptione nutrimentale vero omne quod ex cibis generatur: tamen secundum probabiliorem opinionem illa duo non distinguuntur: secundum principium vt scilicet vnum sit pervir- N tutem generatiuam aliud vero per nutriuam sed secundum finem vt scilicet illud dicatur humidum radicale quod iam peruenit ad terminum generationis ideſt ad perfectè habendum naturã speciei siue ad illum peruenerit per actum nutriuæ siue per actum generatiuæ. nutrimentale vero est quod adhuc ad illum terminum non peruenit: sed adhuc est in via ad illum & in via nutriendi. Hæc ex illo qui licet in prima O parte dicat sanguinem se tenere ex parte nutrimentali tamen loquitur de sanguine vt nondum peruenit ad naturam speciei, sed est in generari ex cibis. Vel loquitur de sanguine vt est in transmutari ad mẽbra actu vel etiã aptitudine aliquo modo. Cũ igitur naturali calor agat in ipsum totalem sanguinem etiã quantum ad illas partes quæ sunt stabilitæ formæ: & similiter in alia membra principalia ipse sanguis restaura- P tur per alimẽtum & principalia mẽbra per partes sanguinis. Partes igitur sanguinis quæ promouentur ad restaurationem membrorum in principio altem pertinet ad humidum radicale in genere sanguinis inquantum perfectè participant naturam speciei in genere suo id est sanguinis & ad nutrimentale non in genere sanguinis inquantum sunt in via ad principalia membra. In eo igitur statu in quo naturalis calore Q soluitur necessarius est homini tripex sanguis. s. sanguis stabilitatæ formæ in siue arterialis siue alius ne s. anima statim discedat à corpore, & nutrimentale ne alterialis totaliter consumatur & ros ac cambium ne principalia membra totaliter resoluantur. Quando vero cessat actio caloris prædicti iam necessarius primus tantum: quia alij duo sunt necessarii solum ad restaurã-

A dum & remota causa: remouetur effectus. Vnde in resurgentibus non erit ros vel cambium vt dicit S. Thom. in iiij. nec sanguis nutrimentali: vt idem dicit in. v. quodli. vbi supra. Ex his autem patet quod christo vsque ad mortem erat necessarius aliquid sanguis. s. nutrimentali & ros ac cambium: qui est sanguis verus & naturalis: licet primus sit imperfectus: & secundus sit in B recedere à forma sanguinis: & tũ nullus talis est ei necessarius in statu resurrectionis. Nec curo vtrũ ros & cambium dicantur de aliis humoribus, vel non. Dico igitur quod non repugnat fidei aliquid de vero sanguine Christi esse in terra loquendo de nutrimentali & de rore ac cambio. Hoc autem patet. Primò ex dictis quia vterq; superfluit corpori glorioso: & Secundo autoritate Sanct. Thom. quia de rore ac cam- C bio dicit in. iiij. quod non resurgent: quia post resurrectionem omnes partes corporis stabilientur in suis formis: & de sanguine nutrimentali in. v. quodli. vbi supra sic dicit. Quamuis circa ea quæ sunt de veritate humanæ naturæ sit diuersa: diuersorum opinio secundum quamlibet non totus sanguis nutrimentalis id est, qui ex cibis generatur pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Cum ergo Christus ante passio- D nem comederit & biberit: nihil prohibet in eo fuisse aliquem sanguinem nutrimentalem humanæ naturæ non pertineret, & quem non oporteret ad corpus eius in resurrectione redire. Hæc ille. Et tertio patet autẽ. do. Bona. iiij. di. xij. dicentis. In Christo resurrexit totum quod fuit de veritate humanæ naturæ, & quod spectat ad decentiam: & ideo dicitur esse totus in cœlo. Quod ergo abiicitur de præputio. Dicendum quod vel non fuit de carne secũdum E speciem sed diuina dispensatione parum de carne, secundum materiam ibi fuit vt daretur nobis in deuotionem sicut reliquiç. Et sic dicendum est de sanguine. Vel aliquid fuit de veritate humanæ naturæ, & illud surrexit cum Christo & est in cœlo, & residuũ mansit. Hæc ille. Qui ex suo modo loquendi manifestè innuit non esse inconueniens in carne vel sanguine Christi es- F se partem necessariam & partem superfluam. Si autem aliquis dicat prædicta esse vera de sanguine ante passionem: sed non tempore passionis vel die passionis effuso. Dico quod nulla prohibitio reperitur arctãs nos quin licitè credamus fuisse in Christo in die veneris quod licite credimus in eo fuisse die præcedenti vel ante per mensem: vno nõ solum non prohibemur hoc credere, sed rationabile est sic de sancto fuisse, & fortè necessariò vt sicut calor na- G turalis continuè vsq; ad mortem agebat in eius humidum radicale ita etiã fieret continua generatio sanguinis ad restaurandum deperditum. Vnde rursus probatur spiritualiter idem de' sanguine effuso in passione dupliciter. Primo autor summi ponti, sic dicẽtis. Pius episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis abbati monasterii sanctæ Maria Xantonen. dioce. & cantori ecclesiæ Xantonen. ac priori prioratus san- H cti Eutropii extra muros Xantonæ. S. & apostolic. bene Et infra. Petitio exhibita continebat quod licet tanto tempore cuius memoria non extitit in ecclesia dictæ domus vt piè creditur quædam portiuncula preciosissimi sanguinis domini nostri Iesu Christi in ligno crucis pro redemptione humani generis salubriter effusi, &c. Et infra. Nos

Igitur qui de prædictis certam notitiam habemus attendentes quod veritati fidei nullatenus repugnat affirmare redemptorem nostrum de sanguine præfato ob ipsius passionis memoriam aliquam partem in terris reliquisse: ac propter eam deuotionem ipsorum fidelium plurimum conseruari & scandalis &c. Et infra datum Ro. apud S. Pet. anno. incar. do. M. cccclxj. Ex quo patet propositum. ¶ Sed restat dubium: quia K videt pontifex idem affirmare de sanguine salubri qui fuit diuinitati vnitus & de veritate humanę naturæ quod repugnat prædictis So. Spiritussanctus locutus est per os eius. Non enim dicitur pro redemptione humani generis salubri effusi sed salubriter effusi. Omnis enim sanguis fusus à Christo fuit salubriter fusus: quia ad salutem contulit ex parte fundętis per modum meriti cuius actionem determinat ly salu L briter aduerbium: non tamę omnis fuit salubris post effusionem per modum efficientiæ: sed solus ille cui deitas fuit vnita: vnde sanguis effusus in circuncisione supposito quod fuerit nutrimentalis fuit salubriter effusus non tamen fuit salubris quasi pretium nostrum: sicut nec alia superflua. Reperitur ergo in terra de sanguine salubriter effuso cum salubri: sed non de ipso salubri. Quod autem sic debeant intelligi verM ba pontificis probo per ea quæ contigerunt. Nam anno Do. M. cccl j. Barchinone quidam prædicauit quod sanguis Christi in passione fuit à deitate separatus. Sed contra eum insurrexit inquisitor frater Nicolaus roselli ordinis predicatorum & processum formauit demandato Clementis sexti vt patet per literarum copiam Domini Ioannis Cardinalis Sabinen. quam vidi & est Brixiæ in archiuis inquisitionis. patet N etiam per Ioan. dominici & directorium inquisitionis. Vnde qui hoc prædicauerat illud reuocauit solenniter, & copia reuocationis est vbi supra. Deinde processus delatus est ad curiam & eius discussio commissa est domino Bernardo cardinali cum plena autoritate per Pium secundum qui dominus Bernardus autoritate summi pontificis dictum processum approbauit & copia O approbationis est vbi supra. Et similiter ipse processus ibidem est autenticatus. Prædicationem autem dicit articuli & eius condemnationem directorii inquisitionis & etiam dominus Ioannes dominici cardinalis testatur in suis quæstionibus Euangelicis in die pascha sic dicęs. Confirmat totum id quod dictum est: id quod legitur in directorio inquisitionis quod Clemens sextus informatus per fratrem Nicolaum roP selli ordinis prędicatorum quod in Catalonia in ciuitate Barchinon. publicè prædicabatur quod in sanguine Christi aspersо in parascæue non remansit diuinitas nec sanguis ille erat deificatus habito solenni concilio magistrorum, & aliorum mandauit per suas patentes literas dicto inquisitori quatenus dictum articulum vt hæreticalem & erroneum faceret publicè reuocari: Q atque solenniter condemnari quod & fecit in ecclesia cathedrali. Hæc in directorio inquisitionis. Hæc ille. Patet igitur quod pius in supradicto breui non loquitur de sanguine salubri id est deificato quod talis cum sit de veritate humanæ naturæ secundum omnes fuit reassumptus. Vnde dicit bea. Thom. in tertia quod diuinitas non mansit vnita nisi reuniendis, vel reassumendis: & vel sed de salubriter id est meritorię, & vel

liter effuso. Patet inquam primò ex cō missione Clementis: quia supponitur quod vterque pontifex circa ea quæ sunt fidei idem senserunt maximè quā do inquantum pontifices loquuntur: quod tunc semper accidit quando quis eos consuluit in talibus non vt doctos: sed vt pastores: & ipsi ad taliter quæsita Respondet. Sensit autem Clemens quod aliquis sanguis in die passionis effusus deificatum esset in triduo: & cō R sequenter ille fuit reunitus secundum Sanctum Thomam, quia qui non meruit reassumi non meruit esse etiam vnitus: & consequenter de isto non loquitur Pius. Patet secundo ex commissione etiam ipsius Pii & approbatione eius circa dictum processum. Est autem hic notandum quod quidam dicunt Pium mandasse sub excommunicationis pœna: ne in prædicto articulo altera pars alteram condemnet: sed nul S lus eorum qui enumerant excommunications latas post sextum, & Clemem. facit mentionem de ista. Vnde credo rem ita actam esse. Nam Pius primò mandauit nihil circa hoc debere innouari, donec per ipsum aut sedem apostolicam de hoc decerneretur: vt patet in breui quodam ad magistrum Iacobum de petris: cuius copia est Brixiæ. Sed interim rem commisit dicto cardinali vt dictum est: & ille processum ap D probauit: maximè recognito quod prædecessor Pii Clemens sextum ipsum articulum execrabatur. Secundo probatur idem spiritualiter de sanguine effuso in passione per signum. Et vt omittamus instrumenta passionis quæ dicuntur adhuc haberi cruentata: vt corona spinea in capella regis Franciæ: & vna spina Rechanati in conuentu hæremitarum: & Nurimbergæ ferrum lanceæ & similiter sanguinem qui di- E citur esse Mantuæ in abbatia Sancti benedicti in ecclesia Sancti Andreæ: quem (vt dicitur) Longinus ibi requiescens attulit. Assumo pro signo terram quam Magdalena collegit sub crucre Nullus enim sanæ mentis, & sanæ fidei videtur mihi posse ambigere: quin verè Magdalena sic fecerit si videat ea quæ infra feria quinta, post pascha narrantur. Effectus enim qui adhuc apparent æ chronicæ simul euidenter ostendunt quod vera fuit historia Caroli, F & reuelatio magdalenæ. Oportet igitur dicere quod in illa terra sit substantia alicuius sanguinis superflui, vel quod vltra alia miracula quæ circa illam fiunt ibi miraculosè conseruetur color sanguinis sine dubio alius ab eo qui fuit in sanguine Christi, quia accidentia non migrant de subiecto in subiectum. Non autem est ad miracula recurrendum concurrentibus duo- G bus, scilicet primò quod vera naturalis causa possit de aliquo assignari: & secundò quod non sit maior ratio quod aliquid fiat miraculosè quàm naturaliter: vt in proposito. Et hoc quia deus non operatur miraculosa sine causa, & necessitate. Fortè tamen diceret aliquis quod sicut agente igno in aliquo participatur caliditas ignis inquo non est substantia ignis: ita etiam sanguis ille fecit in prędictis impressionem sui H coloris qui remansit. Sed hoc non est probabile propter duo primò quia non videtur color ita esse actiuus vt suam similitudinem realiter imprimat: nisi per commixtionē sui subiecti cum alio Secūdo quia Pius pontifex in breui supra recitato nō loquit de colore sanguinis sed de sanguine. Et concedit quod prædictus sanguis qui est Xantone (vt dici

I dicitur posit adorari: quod non feciſſet (vt videtur) ſi ibi non eſſet ſubſtantia alicuius ſanguinis naturalis, vel miraculoſi, ſed ſolùm aliquis effectus ſanguinis Chriſti, id eſt color ſanguineus. Quicquid autem ſit de hoc: nobis ſufficit quòd fidei non repugnet ſic eſſe (vt diximus) & quod probabiliter ita ſit de acto. ¶ Sed contra prædicta arguiſ. Primò ſic. Nã ſi aliquis ſanguis ſuperfluus in die paſsiõis fuit in Chriſto. ille erat
K continuus cum alio in corpore Chriſti exiſtens: vt patet. Et ſimiliter etiam poſt effuſionem ſaltem probabiliter, vel ad minus poſsibiliter: quod dico ne cauillando ſine ratione dicatur quòd in ipſa effuſione fuit ab alio per guttules ſeparatus: vtriuſque igitur ſanguis, id eſt neceſſarij, & ſuperflui erat vnum eſſe, & vnum ſuppoſitum: quia partes
L continui non habent proprium ſuppoſitum, vel eſſe: ſed vnum eſt totius, & omnium partium diuerſimode. Aut igitur illud ſuppoſitum, vel eſſe erat diuinum, & ſic ſanguis ſuperfluus poſt effuſionem erat vnitus deo ſuppoſitaliter: quod inconuenit. Aut erat aliud à diuino & ſic ſanguis neceſſarius non erat vnitus contra prædicta. Solu. Dupliciter ad hoc ſolui poteſt. Nam hoc ſine dubio tenendum eſt ex ſanct. Thom. & ſancto Bonauen. quòd partes quę nõ
M fuerunt de veritate humanæ naturæ aliquando deſierunt eſſe deitati vnitæ: quia pars ſanguinis quæ non meruit in reſurrectionem reaſſumi multò minus meruit remanere vnita deitati. Vnde ſanct. Tho. iij. diſt. ij. ſic dicit. In omnibus quæ ſunt de veritate humanæ naturæ etiam ſeparatis manet ordo ad totam naturã, & ideo manet in eis aſſumptibilitas, & conſequenter vnio, ſicut in corpore Chriſti remanſit anima ſeparata. Vnde & eis latria debetur. Si autem ſeparentur aliqnæ partes quæ non ſint de veritate humanæ naturæ: non remanet in eis ordo ad naturam humanam cui principaliter aſſumptio debetur. & ideo non remaneret vnio nec debitum latriæ. Hec ille. Ex quibus patet quòd partes ſuperfluę ſanguinis aliquãdo ſunt deitate ſeparatę. Quando autẽ ſint ſeparatę à partibus neceſſarijs. in
N puncto reſurrectionis ſic ꝙ toto triduo fuerunt vnitæ: niſi ante aliquæ fuerint ſæparatæ à neceſſarijs, ſicut etiam in reſurrectione noſtra, aſſumptis neceſſarijs: ſuperflua quæ prius eis erant cõiuncta incipiente habere nouum ſuppoſitum. Poteſt etiam dici ſecundò ꝙ tunc quando primò ſunt ſeparata à corpore Chriſti ſicut accidebat de capillis ab eo defluentibus: ita ꝙ in toto triduo fuerunt ſaltem poſsibiliter in eodem: continuo cum neceſſarijs, ſed non in eodem ſuppoſito: deo ibi operãte, ſicut accidit cùm calici conſecrato miſcetur gutta vini. Tunc enim eiuſdem continui aliqua qualitas ſubſiſtit in ſe, & aliqua inhæret vino. Et ſic patet etiam ad argumentum dupliciter. Sed ſi contra primum modum inſtetur: quia ſanguis qui ſtetit vnitus in triduo eſt reaſſumptus ſecundum ſanct. Thom. in v.
O quod lis. Dico, ꝙ verum eſt, ſi erat vnitus per ſe ſiue gratia ſui quaſi habens
Q per ſe ordinem ad naturam vt ſanguis neceſſarius, ſecus autem ſi per accidens id eſt gratia alterius cui erat cõtinuus, vt ſuperfluus. Secundò. Nam ſanguis qui eſt in ſacramento eſt idem cũ effuſo in paraſceue: dicente domino, Hic eſt ſanguis meus: qui pro vobis effundetur. Sed in ſanguine ſacramenti non eſt pars ſuperflua: quia nihil nobis eſſet proficua &c. Solu. Eſt idem cum effuſo

A fuſo neceſſario quem demonſtrat, ly hic, quia beatus Ioan. dominici habet pro inconuenienti quòd Chriſtus dederit in pretium noſtrum, id quod non erat de veritate humanæ naturæ. Et licet vnus eſſet continuus alteri & ly hic demonſtret totum: tamen demonſtrat totum gratia partis maioris, vel nobilioris ſicut cum dico. Iſte piſcis eſt bonus ad veſcendum non demonſtro illum gratia omnium partium eius. Ter
B tiò, Nã ſuperfluitas ſanguinis in Chriſto non potuit eſſe à deo, vel natura: qa non abundat in ſuperfluis: nec a ratione: quia non eſt ratio boni conſilij qui parat ſuperflua. Ergo eſſet ab aliquo malo regimine vitæ, puta quia immoderatè veſcebatur quod eſt prophanũ. Solu. Fuit poſsibiliter à deo & natura: quia licet natura per ſe, non perducat ſuperflua in ſtatu naturali: tamen producit quædam in eo neceſſaria, & C ſuperflua in ſtatu corruptionis.

Quæſtio. xxxij.

AD TERTIAM QVAEſtionem reſpondeo, primò ꝙ eſto quòd prædicta repugnent doctrinę ſanct. Tho. quod tamen nego. Adhuc diſcipulus .s. Tho. & profeſſor doctrinæ eius ſine reprehenſione poteſt cõcedere aliquid de
D Chriſti ſanguine vero, id eſt non miraculoſo eſſe in terra: quia in hac re loqui
E tur dubitatiuè: vt patet in iij. quodlis. in prima ratiõe eius vbi dicit: videtur magis dicendum, & in reſponſione ad vltimum loquens de ſanguine miraculoſo, qui in quibuſdam eccleſijs oſtenditur: dicit quòd dicitur fluxiſſe &c. Poteſt igitur diſcipulus eius ſoluere ratione quam ipſe ſciuit eſſe ſolubilẽ poſsimè accidente nouo motiuo cuiuſmodi eſt determinatio pontificis, & ſan
F guis magdalenæ prædictus de quo ſan. Tho. non fecit mentionem quod patet: quia ille de qui ipſe loquitur dicit fluxiſſe de imagine crucifixi: iſte autem dicitur, & legitur fluxiſſe de vero corpore Chriſti. Dico ſecundò, quòd nunquam ſanct. Tho. ſenſit quin de Chriſti vero ſanguine ſit in terra poſsibiliter: quod probo er quinto quodlib. vbi ſ. clarè, & patenter ſicut ar. præcedenti recitatum eſt. Et hoc etiam ſi ſit fuſus in paſsione quod ſic ſuadeo. Primò, Nã ex verbis eius non poteſt neceſſario cõcludi oppoſitum eius: vt pasebit ſoluẽdo ad obiectiones: ergo non eſt dicendum quòd ſanct. Tho. oppoſitum huius ſenſerit. Secundò: quia ex verbis ſanct. Tho. ſequitur probabiliter. & fortè neceſſario id quod dico. Nam cauſa propter quam concedi poſſe eſſe in terra aliquam ſanguinem nutrimẽtalem, eſt: ꝙ talis generatur ex alimento, & Chri
G ſtus comedit, & bibit. Sed iſtamet cauſa fuit tempore paſsionis, quia à ieiunio xl. dierum vſque ad paſsionem duxit vitam communem cum alijs comedendo, & bibendo etiam vinum: vt patet ex decurſu euangelij. & in cœna comedit carnes, id eſt agnum, & bibit de genim i ne vitis. Et poſt cœnam ante completam digeſtionem, vel circa ſtatim cepit ſanguinẽ fundere in flagellis. Quo-
H modo ergo eſt veroſimile, ꝙ in eo tunc non fuerit ſanguis nutrimentalis generatus ex illo cibo, vel alijs prioribus ꝙ adhuc non eſſet in ſumma perfectione ſanguinis, quem nutrimentalem dicimus. Si dicitur quòd hoc fuit propter perfectam ætatem Chriſti, dico quòd deus non poteſt alterationem facere ſubito, & multo minus virtus ſtomocha lis Chriſti poterat alimenta repẽte cõuertere

I uertere in sanguinem: maximè, quia secundum Dama. Christus in passione permisit omnibus viribus sua officia peragere: Nisi forte aliquis dicat Christum qui nobilissime complexiõis fuit in flore iuuentutis qui non ita arte cibo vsus est quin eũ omnes possunt imitari, ita debilem habuit virtutem digestiuam ꝙ oporteret diuinitus cibum ab eo sumptum digeri quæ suut in sana. Refert tamen hæ Ioan. dominici ꝙ
K Ioānes de poliaco in suo quarto quodlib. probauit in hora passionis Christũ nullum habuisse superfluum sanguinẽ cuius rationibus respondere non valeo: quia eas non adduxit, sed tamẽ qua ratione probari potest ꝙ ex quo vsque ad illam horam Christus vniformiter vixit non generaretur continuè in eo sanguis ad restaurandam cõtinuam deperditionẽ. Imo ego dico, quòd potuit in sanguine lateris etiam naturaliter
L esse aliquid de sanguine nutrimentali vel roridο, sed maximè deo volente, vt esset nobis in reliquiam. ¶ Sed contra ista arguitur ex verbis sancti Thom. quòd licet secundum eum non repugnet fidei aliquid de sanguine in passione effuso esse in terra vt supra deductum est: tamen repugnet veritati. sic ꝙ de facto existimauit nihil eius esse in terra. Primò sic, Nam expresè dicit ꝙ totus sanguis effusus in passione sit re-
M assumptus: vt patet in. v. quodlib. Solu. Imo ibi hoc non dicit: sed dicit sic. Sed quia specialiter fit quæstio de sanguinem effuso in passione pro redemptione humani generis, de hoc magis dicendum videtur quòd totus in resurrectione ad corpus Christi redierit. Hec ille. Multum enim distat inter sanguinem effusum, & effusum pro redemptione: quia iste procul dubio non est superfluus: quia Christus superfluum alicui quid pro nobis in pretium non dedit plus quàm capillos fluentes. Contulit tamen ad redemptionem nostram sanguis inperfluus ex parte Christi per modum meriti inquantum patienter, & voluntariè tolerabat flagella, & vulnera quibus fundebatur, sed nõ per modum efficientiæ eo modo quo sanguis verus, & deificatus. ¶ Sed contra respõsionem instatur: quia ipse. iij. q. liiij. ar.
O iij. ad tertiam clarè sic dicit, Totus sanguis qui de corpore Christi fluxit cùm ad veritatẽ humanæ naturæ pertineat in corpore Christi resurrexit. Hec ille. Sol. s. Tho. ibi non loquitur de sanguine effuso in passione præcisè, sed vniuersaliter de effuso. Vnde ad mentem arguentium sic sequeretur ꝙ. s. Thom. sentiret omnem sanguinem, etiam. nutrimentalem quandocunq; fusum iterũ fuisse reassumptum. Quod etiam sic ilP lo loquatur vt videtur non loquitur de sanguine nutrimentali: sed de sanguine simpliciter dicto: quæ scilicet peruenit perfectè ad naturam sanguinis: & adhuc sub ea est. Et hoc probo euidenter. Primò testimonio triũ supradictorum patrum. Secundò, quia sanct. Tho. vbiq; dixit verum in hac materia vt supponitur: & consequenter dictum in tertia parte intelligitur iuxta limitationem quam dat in quodlib. vt scilicet intelligatur totus. i. totꝰ effusus pro
Q redemptione, qui & simpliciter dicitur sanguis. Tertiò, quia s. Thom. ibi in tertia parte intelligitur loqui de sanguine eodem modo accipiẽdo sanguinem in corpore articuli, & in, respondeo ad tertium: quia ipse non æquiuocat vt suppono. Et tam en in corpore cùm dicit sanguinem in corpore Christi resurgentis fuisse integraliter sine dimi-

nutione: clarum est quòd non potest intelligi nisi de sanguine arteriali seu stabiliito. quia secundum eius doctrinã vbique non resurgit sanguis nutrimentalis, nec ros, vel cambium: imo etiam ex verbis eius ibi ad tertiũ patet quod loquitur de sanguine qui est de veritate humanæ naturæ, cuiusmodi non est nutrimentalis. Sed quare ibi in tertia parte non ponit sanct. Tho. istam limitationẽ. Sol. Hoc est: quia subintelligit propter duo. Primò, qa ille sanguis quẽ pro salute nostra fudit: est sanguis simpliciter, id est sine additione alicuius: cùm sit perfectissimus in genere sanguinis. Secundò, quia cum passio Christi ex eius intẽtione ad redemptionem esset ordinata propriè: & per se illũ sanguinem dicitur fudisse in passione, quẽ pro redemptione fudit. Reliquo autem acciditR fundi tunc per accidens quantũ fuit ex intentione Christi intendentis redemptionem. Et hoc nisi ratione annexi operis operantis ex parte Christi: vt sæpe dictum est. Secundò, Nam in prædicto quodlibet. sic dicit, Cũ Christus ante passionem comederit, & biberit nihil prohibet in eo fuisse aliquem sanguinem nutrimentalem. id est qui ex cibis generatur, qui ad veritatem humanæ naturæ non pertineret, & quem
D non oporteret ad corpus eius in resurrectione redire. Hęc ille. Ex quibus verbis patet quòd distinguit inter sanguinem effusum ante passionem, & alium in ordine ad necessarium, vel superfluum. Cùm ergo fusus ante passionẽ, sit superfluũ: reliquus est necessarius. So. Imo non sic distinguit, sed assignat causam quare in Christo nihil prohibet re passiõis fuisse sanguinem superfluũ: quia. s. ante passionẽ comedit: et bibit nõ autẽ dicit: ante sanguinẽ fudit tẽpo Tertio, Nam ibi in prima ronnesua ad probandum ꝙ totus sanguis effusus in passione pro redemptione &c. vult ꝙ quicquid fuit in eo vel alio in perfecta ætate pertineret ad veritatem humane naturæ dicens. Prima ratio accipi potest ex ætate Christi patientis. Passus est enim in perfectissima ætate: in qua maximè ea quæ in homine inueniuntur ad veritatem humanæ naturæ pertinere videntur. Hæc ille. Sol. Qui capit istum sensum in san. Tho. ꝙ ea æta
F te quæcunq; sunt in nomine sunt deveritate &c. videtur mihi satis hebes: quia sequeretur tunc non esse in homine semen, vel sanguinem nutrimentalẽ, aut humiditatem roridam: vel cambiũ: quę licet prius fuerit de veritate suo modo, id est in ratione sanguinis, vel alterius humoris, tameu iam tunc sunt in recessu à talu forma, & adhuc non attigerunt ad aliam, & consequenter non
G sunt de veritate saltem, in corpore resurgente. Et similiter sequitur nullum nullum capillum ab eo defluere sua sponte quòd non posset vngues præcidere sine diminutione suæ integritatis. Intendit ergo ibi sanct. Tho. ꝙ tunc ea quæ sunt in homine, sunt maximè de veritate, suppositio quod sint de veritate humanæ naturæ. Quartò, Nam in quodlib. v. vbi s. sic dicit. Sanguis in passione effusus qui maximè fuit salubris, fuit diuinitati vnitus. Et ideo por
H tuit quòd in resurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus. Hæc ille. vbi multa alia latissimè congerit de resurrectione christi, & eius qualitate vbi videas. Tunc sic. Totus sanguis tunc effusus fuit vnitus Deitati in toto triduo: quia totus fuit vnitus per se, vel continuus cũ vnito, & consequẽter vnitus, ergo totus fuit reassumptus. So. dico dupli-

I dupliciter iuxta dicta arti.præcedentis ad primum.Primò negando antecedés: & ad probationem eius patet: quia diuinitus potuit in eodem continuo esse vnitus,& non vnitus. Dicit tamen.S. Thom̃.sanguinem tunc effusum fuisse vnitum nulla facta distinctione: quia propriè ille dicitur effusus qui ex Christi intentione effluxit ad redimendum effectiuè. Vel, quia iam distinxerat virtualiter dicẽdo quæstionem esse
K specialiter de effuso pro redemptione humani generis. Secundò,negando consequentiam:quia dato antecedente, dico quòd ille solus fuit reassumptus qui fuit vnitus per se. Quintò, Nam ibi in fine articuli sic dicit soluendo argumẽtum de sanguine quæ alicubi ostenditur. Sanguis Christi qui in quibusdam ecclesiis ostenditur, dicitur ex quadam imagine Christi percussa miraculosè fluxisse, vel etiã aliâs ex corpore Chri-
L sti.Hæc ille.Ex quibus verbis arguitur dupliciter. Primò sic. Si.S.Tho.credidisset probabiliter esse aliquid de Christi sanguine in terra: nõ habuisset causam soluendi argumentum quod probat hoc esse verum & cõsequenter non soluisset illud. Cùm igitur illud soluerit:sequitur quòd prædicta non credidit: & consequenter videtur credidisse oppositum:cùm hanc materiam consyderauerit:& non remanserit perplexus,
M vt suppono.Sol.Etiam si crediderit sic, esse vt concludit argumentum adhuc habuit ad illud aliquid dicere. Tum ne sanguis miraculosus crederetur naturalis.Tum ne naturalis superfluus crederetur deificatus.Et ista duo in respõsione sua tangit. Secundò, quia in sua responsione affirmat virtualiter istam conclusionem.s.Si sanguis qui ostenditur in quibusdam ecclesiis non fuit miraculosus.i.per miraculum ab imagine crucifixi resolutus. fluxit de corpore Christi aliâs.i.alio tẽpore quàm de tempore passionis.Sol.Negatur assumptum: quia,ly aliâs, non significat ibi vt exponitur:sed,ly aliâs,stat pro,ly aliter, vt sit sensus: quòd si ille sanguis non est miraculosus fluxit de corpore Christi, aliâs.i.aliter quàm modo dicto: seu aliter quàm ille qui fluxit vt pretium redemptionis nostræ, vel si,ly aliâs,stet pro alio tempore:ly alio,non refert tempus passionis,sed refert tempus illius effluxus miraculosi ab imagine Christi percussa,de quo ibi loquitur.Sexto,Nam Thomistæ communiter imponunt.S.Tho.qnòd sic senserit: vt Io.dominici,& quidam alii.Sol.Timuerunt olim thomistæ:ne si concederent vnam partem sanguinis tunc fusi fuisse superfluũ:& consequenter à deitate separatum: cogerentur idem concedere de toto: vel saltem ne ex hoc P fuisset quo ad hoc debilitata fides vnionis ad sanguinem.Vnde conati sunt interpretari. S.Tho.ad propositũ suum. Prædicti autem tres magistri tanquàm viri doctissimi noluerunt se de hoc articulo intromittere(vtique vt reor)existimantes quòd circa hoc veritas non erat in fauorem apud rudiores illi veritati quam defensare conabantur. Vnde protestari sunt se de hoc non velle Q loqui:vt patet ex dictis.

Quæstio.xxxiij.

QVANTVM AVTEM AD quartam quæstionẽ duo faciam.Primò enim adducam fundamẽta vnde elicitur responsio ad quæstionem.& Secundo respondebo.¶ Quantum ad primum fundamentum primum est dictum Innocentii

A centii extrà de celeb.miss.in decretali quę incipit,In quadam postquam probauerat quòd illa sit vera aqua:dicentis, Restat igitur vt qualiscunque fuit illa aqua:siue naturalis, siue miraculosa,siue de nouo diuina virtute creata, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta proculdubio vera fuit.Hæc ille. Ex quibus patet quòd salua fide potest credi. Primò,quòd illa fuit naturalis.i.à natura producta:& lateri Christi
B angelica vel diuina virtute, vel qualitercunque applicata. Et secundò,quòd fuit miraculosa.i.facta de quocunque corpore alio à corpore Christi. fortè tamen hoc membrum non ponit in numerum cum duobus sequentibus. Et tertiò,quòd fuit nouiter creata.Et quarto,quòd fuit de aliqua parte corporis Christi per resolutionem generata.Secundum autem est dictum domini Bona.suprà recitatum.s.In Christo resur-
C rexit totum quod fuit de veritate humanæ naturæ: & quod spectat ad dectiã.& ideo totus esse in cœlo.Quod ergo obijcitur de præputio.Dicendum quòd vel non fuit de carne secundum speciem: sed diuina dispensatione parum de carne secundum materiam ibi fuit:vt daretur nobis in deuotionem sicut reliquiæ. Et sic dicẽdum est de sanguine. Vel aliquid fuit ibi de veritate
D humanæ naturæ: & illud surrexit cum Christo:& est in cœlo:& resíduum mãsit. Hæc ille. Et quia caro magis est de veritate naturæ quàm sanguis. quod ipse dicit de carne: potest dici de sanguine à fortiori quantuncunque fuerit stabilitæ formæ & perfectus. Tertium est dictum Scoti in.iiij.dist.xliij. qui quasi exponendo dictum sancti Bonaven.sic dicit. Forma dat esse, & agere. Ergo pars secũdum formam potest dici quandiu habet esse secundum formam: E vel quandiu habet agere secundum formam. Et secundum infert primum, licet non è contrario, Citius enim deficit alicui actio propter imperfectionem, quàm esse. Et siue sic : siue sic : pars secundum formam non est tantum pars formæ : sed includit materiam, & formam. Primo autem modo quæcunque pars dum manet in toto dicitur pars secundum formam:à principio.s.periodi suę vsque ad finem:quia.s.tandiu ha F bet esse. Sed secundo modo non dicitur pro omni parte periodi:pars secundum formam:sed pro illa qua habet veritatem ita efficacem quòd potest sibi competere actio secundum formam.Et infrà. Primo modo parti secundum speciem non opponitur propriè pars secundum materiam : nisi sicut homini viuo opponitur homo mortuus. Et sic eadem pars dicitur secundum speciem dum manet in toto,& pars secundum G materiam quando fluit. Sed secundo modo alia est pars secundum speciem, & alia secundum materiam:etiam partibus manentibus in toto : quia aliqua modica pars cui non potest competere propria actio etiam si sit in principio periodi suę & pars secũdum materiam. Pars autem quantitatis, & virtutis sufficientis ad agendum est pars secundum speciem.Quartum fundamentum est opinio aliquorum qui dicunt quòd H non totus sanguis qui est stabilitæ formæ, & necessarius in corpore mortali est de veritate humanæ naturæ in eodem corpore resurgente,aut ei necessarius:quia pluri indiget ité corpus mortale quàm immortale. Quam opinionem possemus sic declarare, & confirmare. Nam secundum medicos natura est sagax: & in animalibus de ea mate-

I ria qua subuenit membris restaurandis plus semper sibi retinet non solũ quàm sit necesse ad viuere, sed etiam quàm sit necesse ad consuetam restaurationem tenuem: vt si non ministrentur sibi alimenta horis consuetis possit membra vtcunque restaurare. Hinc est quòd homo lassus sumpto cibo statim recuperat membrorum vires: nõ quia iam cibus transierit ad membra: sed quia natura id quod pro munitione reseruabat statim exhibeat postquam est sibi K alimentum exhibitũ, vnde possit alium humorem generare. Istud ergo plus, quo ad sanguinem spectat est quidem necessarium in corpore mortali, & est verus, & perfectissimus sanguis: sed nõ est necessarius in corpore glorioso, nec in eo totum resurgit, vt dicunt. Quantum autem ad secundum. de aqua dico, quòd sana fide potest affirmari esse in terra: quia si fuit ibi primo, vel secundo, vel tertio modo suprà dicto: clarum L est quòd non fuit de veritate humanitatis Christi: & consequenter potest credi à Deo cõseruata esse in terris. Si autem fuit ibi quarto modo. i. per resolutionem factam de corpore Christi: etiam idem credi potest eo modo quo dominus Bonauen. dicit de præputio: vt. s. sit in terra quo ad aliquas partes secundũ materiam quæ fuerunt in corpore Christi: vnde resoluta est ex diuina dispensatione, vel quia id vnde resoluta est non erat totum de veritate M humanę naturę: quia, scilicet, in ea parte erant aliqui humores qui erant in via transmutationis de forma in formam, vel quia ibi erat aliqua pars carnis mox per calorem naturalem resoluenda, tanquàm carens operatione speciei iuxta modum loquendi. Scoti, quæ non erat reassumenda possibiliter, secundũ aliquos. Igitur tribus modis po- N test affirmari quòd illa aqua tota sit in terra. & quartò, quòd sit secũdum partem. Primò dicẽdo quòd fuit vera aqua naturalis. i. à natura producta. Et secundò, dicendo quòd fuit generata de aliquo corpore alio à corpore Christi. Et tertiò, dicendo, quòd fuit nouiter creata. Et quartò, dicendo quòd fuit de carne Christi resoluta in qua erat aliquid non de veritate naturæ: quod in aquã O cum carne conuerium est: vel in qua secũdum aliquos erat saltem diuinitus pars secundum materiam non reassumenda. Quãtum autem ad sanguinem illum videtur mihi quòd nõ possit dici totus esse in terra aliquo modo: quia pars eius fuit deificata (vt videtur) cum dicant doctores sacramenta à tali sanguine habere virturem. Potest autẽ dici in terra esse secundum partem: quia potest credi in illo sanguine multũ fuisse P de nutrimentali: quia iste maximè viget in epate: quod fuit vulneri lateris vicinum. Nec est verũ quod dicit Guil. in rationali Christum fuisse lacerarum latere sinistro: tamen quia dicit Magister Histor. quòd in latere dextro, tum quia hoc idem ostendit consuetudo pi- Q ctorum: ex qua idem Magister arguit in ortu domini fuisse bouem, & asinũ. tum quia ad hunc sensum ecclesia vi- dictur cantare illum versiculum, Vidi D aquam egredientem de templo à latere dextro. Igitur tribus modis potest dici pars illius sanguinis esse in terra. Primò dicendo, quòd ibi erat sanguis nutrimentalis à quo Deus separauit deificum in hora resurrectionis. Secundò dicendo, sicut sanctus Bona. de præputio quòd ibi est dispensatione Dei: vel aliter fuit pars sanguinis secundum materiam, siue quæ mox erat per calorem natu-

A naturalem resoluenda: cui alia perfectior natura erat substituta: quæ iam formam sanguinis attigerat. Tertiò dicendo quòd non erat Christo necessarius totus eius sanguis post resurrectionem sicut ante, secundum aliquos.

Quæstio. xxxiiij.

B AD QVINTAM QVAEstionem vtrum. s. talis sanguis superfluus si quis sit possit adorari latria? sanctus Thomas. in. iij. sententiarum dicit quòd non, vt patuit in articulo præcedenti. Et idem tenuerunt tres viri præclari. Sed Ioannes dominici allegat, & non reprobat Ioannem de poli. qui sentit quòd potest, & debet adorari latria, vt reliquiæ Christi si finxit de corpore Christi: & similiter etiam si fluxit de imagine Christi, vel hostia consecra- C ta: quia repræsentat Christum passum, & gratia eius adoratur. Concordia autem sit sic. Nam multipliciter aliquid adoratur latria quæ debetur Deo. Primò, quia est Deus vt pater, filius, & Spiritussanctus. Et secundò: quia est in suppositio diuino, vt humanitas Christi, & sanguis vnitus. Tertiò, quia est imago prædictorum, vt crux. Quartò, quia tetigit Christum tanquàm aliquid eius: vt testes, & claui, & huiusmodi. Notanter dicitur: tanquàm aliquid eius: quia etiam manus crucifigentium tetigerunt eum. Dico autem eius fuisse quod possedit: & quo vsus est ipse, vel alii circa ipsum: nisi sint partes rationales creaturæ. Et isto quarto modo ratione contactus sanguis non vnitus debet adorari latria: & capilli defluentes, & huiusmodi. Si enim crux quæ Christum tetigit, & vt perfusa sanguine eius debetur latria E adorari, vt imago: & ratione contactus: à fortiori ipse sanguis qui fuit pars corporis, & vnitus deitatis sit, debet adorari. Et similiter illa aqua inquantum tetigit Christum: vel repræsentat eum lanceatum. Ex prædictis patet, quòd ordo prædicatorum nunquàm susceptit in communi ad sustinendum nihil de sanguine Christi esse in terra: licet fortè aliquis frater in particulari fecerit. Patet etiam quòd F Sanctus Thomas nunquàm sensit in oppositum. & qui hoc ei imponunt: non bene illum capiunt. Et hæc sufficiant de tota ista materia: in qua laboraui pro inuenienda veritate. Et vbi inueni aduersariorum maledicta conatus sum vincere in bono malum: & benedicere maledicentibus: nisi quatenus materia me coegit. Christus autem Iesus æternus amor qui iuxta Esa. vaticinium in charitate perpetua dilexit nos, & attraxit nos miserans, vti- G que sanguine suo omnibus cordibus illum infundat charitatis ardorem quo pro omnibus, & singulis nobis sanguinem, & vitam misericorditer dedit, vt eum simul, & veritatem quærendo inuidiam, & odia omnes obliuioni perpetuæ tradant. Amen.

Feria secunda Paschæ.

Quæstio. xxv.

H QVAERITVR VTRVM Christus resurrectionem suam manifestauerit sufficientibus argumentis. Respondeo, Sanctus Thomas Aquin. tertia quæstione quinquagesimaquinta, articulo sexto, sic respondet, cùm christus suam resurrectionem dupliciter, manifestauerit, scilicet, testimonio.

& argumento seu signo: vtraq; manifestatio in gẽe suo sufficiens fuit. Prima quidẽ: quia vsus est testimonio duplici quorũ neutrũ refelli potuit: Angelorum. s. qui mulieribus apparuerunt: & scripturarũ quas ipse proposuit vt dicitur Lucæ vltimo Et similiter secunda. Nam ostendit suam resurrectionẽ fuisse verã ex parte corporis: de quo ostendit primo. ꝙ erat verũ: qa palpabile præbuit. Secundò, ꝙ erat humanũ ostendendo effigiem verã quã oculis intuerentur & Tertiò, ꝙ esset idẽ numero quod habuerat prius ostendendo vulnerum cicatrices. Et similiter ex parte animæ ostendit idem per opera triplicis vitæ. Primo nutritiuæ: in hoc ꝙ cũ discipulis manducauit, & bibit. & Secundò, sensitiuæ: in hoc ꝙ ad interrogata respondebat, & discipulos præsentes salutauit. & Tertiò intellectiuæ in hoc ꝙ loquebatur, & disserebat de scripturis. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis ostendit etiã se diuinam habere naturam, per miraculum quod fecit in piscibus capiẽdis & vlterius per hoc quod eis videntibus ascendit in cœlũ: quia vt dicit Ioã. iiij. Nemo ascẽdit in cœlũ nisi qui descẽdit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Oñdit etiã resurrectionis gloriã, per hoc ꝙ clausis ianuis introiuit ad discipulos. & per hoc ꝙ ab oculis eorum statim euanuit: vt dicitur Luc. vlti. quia per hoc ostendebat in sua esse potestate videri: & non videri quæ est cõditio corporis glorioſi. Hæc ille.

¶ Sed contra. Nihil enim post resurrectionem Christus discipulis ostendit: ꝙ angeli in corporibus apparẽtes ostẽdere non possunt: qua se in effigie humanas ostẽderũt, & comederũt: loquendo: vt patet Gen. xviij. & tamen nõ habuerunt vera corpora, Ergo argumenta prædicta nõ fuerunt sufficiẽtia. Sol. Licet singula argumenta non sufficerent: omnia tamẽ simul perfectè resurrectionem Christi manifestabant maximè propter scripturæ testimoniũ, & angelorũ dicta, & assertionem christi cõfirmatã miraculis: Angeli aũt apparentes non se asserebant homines esse, vt Christus. Aliter tamẽ Christus, atque alter angelus mãducauit qa cũ Angel⁹ nõ habeat corpus naturaliter vnitũ, &, vnificatum: sua comestio non est vera etiam dixit Angelus. s. Tho. x. Videbar quidem inquit, manducare &c. Hæc idem. Sed intelligendũ est quòd argumentum duob⁹ modis aliquid probat. Euidenter. s. sic quod non possit mẽte non credi id ꝙ probatur. Et isto modo nullum est argumentum respectu hominis in statu viæ ad ea quæ sunt fidei vt patet discurrenti per singula. Et licet miraculum factum in testimoniũ fidei conuincat demones quibus constat illud à deo fieri: non tamen conuincit hominem: quia si videro (verbi gratia) mortuum resurgere: licet credam quod solus deus resuscitat: nescio tamen an iste verè an phantasticè resurrexerit. Alio modo probabiliter ita quod quilibet bene dispositus ad bonũ & mundus à passionibus sit credere. Et isto modo signa simul sufficientia fuerunt maximè qnia per quadraginta dies duraverunt in quibus perpendissent de dolo si resurrectio phantastica fuisset: & tantò magis quantò spiritus Angelicus non potest opera viræ ita bene fingere: sicut anima potest exercere. Quæri etiã põt, Vtrũ xp̃s discipulis in effigie aliena debuit apparere. Vide. iij. q. lv. ar. iiij. Et vtrum debuerit euanescere ab oculis discipulorũ vel cum

cum eis continuè conseruari. Vide ibidem arti. iij.

Feria. iij. Paschæ.
Quæstio. xxxvj.

QVAERITVR VTRVM discipuli sicut post resurrectionem ita & in puncto resurrectionis debuerint christum videre resurgentem. Respondeo ex doctrina. s. Tho. iij. par. q. lv. ar. ij. sic Resurrectio Christi non debuit videri immediate ab hominib⁹ sed eis debuit nuntiari ab angelis. Nam quæ sunt supra homines sunt eis per angelos manifestanda, quia talem ordinem Deus in rebus vt instituit vt tenet Dio. iiij. c. ce hierar. & quę à Deo sunt ordinata sunt ordinata sunt. Ro. xiij. sed christus resurgens non resurrexerit ad vitam cõmuniter omnibus norã: sed ad immortalem, & conformem deo secundum illud Ro. vj. ꝙ enim viuit, viuit Deo. Vnde dicit Hil. super Matt. ꝙ ideo Angelus primus resurrectionis est iudex, vt quodam famulatu paternæ voluntatis resurrectio nuntiaretur.

¶ Sed contra primo. Nam qui debet testimonium ferre de aliquo hunc conuenies est videre illud quia testimoniũ de visu est certissimum. Sed Apostoli habebant de resurrectione testificari, secundum illud Ac. iiij. Virtute magna &c. Sol. poterant testificari de visu qa Christum viuentem occulata fide viderunt, quem sciuerant mortuum, sed ficut ad visionem beatã peruenitur per auditum fidei. ita ad visionem Christi resurgentis peruenerunt homines per audita ab Angelis. Secundò, Nã sicut de ascensione ita & de resurrectione oportebat certam fidem. Sed ad habendam certam fidem de ascensione illam viderunt, vt patet Act. j. ergo debuerũt etiam videre de resurrectionem Solu. Non est simile quia ascensio communem hominum notitiam transcẽdebat solum, quantũ ad terminum ad quem non à quo ideo videri potuit quantum ad terminũ à quo. i. secundum ꝙ eleuabatur à terra: non autem ad quem quia nõ viderũt qũ reciperet in cœlo. Sed resurrectio eam transcendebat quantũ ad terminum à quo secundũ ꝙ anima rediit ab inferis & corp⁹ exiuit de clauso sepulchro & ad quem secundũ ꝙ est adeptus Christus vitam gloriosam. Tertiò. Nam viderunt resurrectionẽ Lazari quæ fuit indicium resurrectionis Christi &c. Sol. Non est simile quia Lazarus est resuscitatus ad vitam talẽ, qualem prius habuerat: quæ communẽ hominum notitiam non transcendit. Hæc omnia. s. Tho. virtualiter.

¶ Quæri etiam potest vtrum Christi resurrectio debuerit omnib⁹, aut certè solum Apostolis manifestari. Vide. iij. q. lv. ar. j. Et vtrum omnia naturali desyderio appetant pacem, quam quidã appetitu deliberato odiunt. Vide. ij. ij. q. xxix. ar. ij.

Dominica in octa. Paschæ
Quæstio. xxxvij.

QVAERITVR VTRVM Thomas christi cicatrices tetigerit, aut viderit tantum (Respondeo. Quidam dicunt exhibuisse. pdem palpandum latus, ac manus sed Thomam solo visu credidisse, nec ausum fuisse propter reuerentiam tangere. Quod Aug. videtur dubitando dicere, vt dicit. Albe. magnus super Ioan. sed alii. s. ipse Albe. & suus discipulus san.

I Tho.& Alex.& multi alii dicunt melius,q̃ vidit,& tetigit propter nos, vt crederemus. Videntur autē isti moueri propter dictum Leonis papæ dicentis, Suffecerat ad finem propriā,quod viderat.sed nobis operatus est vt tāgeret quod videbat.Posset autem adduci argumentum probabile.Licet enim consueuerit dici q̃.s.Georgius ibi lancea percussit draconem vbi pictoribus placet tamen quando semper,& apud oēs
K aliquid pingitur ex pictura argumētū probabile sumitur quia verosimile est tale quasi semper in catholicis successiuè deriuatū à primis qui viderunt. Vnde hoc argumento vtitur mag.hist. ad adstruādum q̃ in Christi natiuitate bos,& asinus affuerunt vnde,& picturæ dicuntur libri laicorum. Sed Tho. quantū scitur semper & vniuersaliter pingitur velut christi: latius tetigerit &c.Sed contra.Nullus enim nō credēs
L resurrectionem Christi tetigit Christū quia dicit Hie.ad Marcellam:quod nō meretur tangere Christū qui resurrectionem eius non credit. Vnde beatæ Mariæ mag.dictum fuit,Noli me tangere.Io.xx.Sed Thomas resurrectionē non credebat.So.Sicut dicit.s.Tho.in iij.statim quādo vidit vulnera.credidit Vnde dicit Christus quia vidisti,& nō quia tetigisti me Thoma &c.E t consequenter meruit tangere.& tetigit. non
M vt ipse crederet,quia iam credebat:sed vt nos crederemus.Gloriosa autem Magdalena nō eligebatur vt dicit.s. Tho. vel vt testis resurrectionis in populis: quia mulierem in ecclesia docere non debet,vt patet.i.Corin.xiiij.Et ideo tā gere non est permissa:licet etiam & hu ius assignentur aliæ causæ.

¶ Quæri etiam potest vtrū duo corpora possint diuina virtute simul esse in eodem loco. Vide. iiij. distinctione. cliiij.ar.ij.quæstiūcula.iij.& Capi.etiā in.iiij.eadem dist.q.iij. conclusione. Et vtrum ratio faciens remvideri minuat vel totaliter auferat meritū fidei.Vide. ij.ij.q.ij.ar.x.

Dominica prima post Octauas Paschæ.
Quæstio.xxxviij.

QVAERITVR VTRVM sit licitum pastori persecutionum tēpore aufugere à grege deserto,secundū illud saluatoris, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate &c.Respondeo Tripliciter secundum scripturas,& sanctos dicitur lupus.s.diabolus tentans:hæreticus decipiens,& tyrannus violēter erūpens. Igitur tempore persecutionis primi,& secūdi lupi.i.Diaboli,& hæretici non licet pastori relinquere gregē suū propter commodum temporale,aut periculum personale si adeo sit grauis persecutio,vt consyderata conditione personarum,ac rerū: probabiliter timeatur perditio omnium ouium. aut plurium.vel etiam vnius.Nā quilibet tenetur vbi per suum incōmodū vel periculum personale crederet se alterius saluté procurare:hoc ipsum facere: quia hoc exigit ordo charitatis. vt plus vitā corporalem proximi, quā res nostras temporales:& plus eius vitam spiritualem,quā nostrā corporalem diligamus vt patet per.s. Tho.ij.ij.q.xxvj.arg. v. res autem temporales dicunt aliqui superflua necessitati.& decentiæ:non autem necessaria alteri eorum: alioquin non tam plus corporalem vitam proximi quā temporalia licet quā vitam, vel decentiam nostram: & sequenter quam

A quam virtutem affabilitatis diligeremus:sed de hoc patebit in quæstionibus moralibus. Præcipuè vero & specialiter ad hoc, tenetur pastor: nam quicunque est obligatus ad aliquid faciendum:maximè est obligatus vbi facere,vel non facere illud est causa quā finis obligationis sit vel nō sit:sicut qui est stipendiatus,vt ducē defendat à gladio: maximè ad hoc tenetur vbi dux
B gladiis impetitur:quia si eum defendit stat finis:si non defendit,non stat. Sed pastores obligarunt se ad exequēdum officium pastorale ad hunc finem quæ est salus æterna subditorum & ad exhibendum animam pro salute ouiū:quia hoc ab eis expresse exigitur in cōsecratione,cū dicitur, Vis ponere animam tuam pro ouibus tibi commissis,& respondet,volo.Ergo vbi salus pecorum
C præsentiam exigit pastoris:illicitū est suam absentare personam: sed tenetur oues protegere orationibus, doctrina, & exemplis.Vnde Zach.x.fugiens pastor,dicitur idolum.i.vmbra,& similitudo veri pastoris.O pastor,inquit, & idolum derelinquens gregem.Si vero de tertio lupo.i.tyranno loquamur:distinguendum est quia aut persecutio
D est personalis id est contra personā pastoris solum:aut communis.Si primū sic conclusio est:q̃ quando in eius absentia per alium prouideri potest subditorum saluti:licet & propter ecclesiæ commodum vel periculum suæ personæ corporaliter relinquere gregem Quæ cōclusio probatur autoritate beati Aug.in epistola ad Honoratū. Fugiant,inquit,de ciuitate in ciuitatem serui Christi: quando eorum quisque specialiter à persecutoribus quæritur vt ab aliis qui non ita quæruntur non deseratur ecclesia. Et exemplo Pauli Ac.ix.fugientis è Damasco:& Thomę cantuari.& multorum similium. Et ratione. Nam pastor relinquens gregem tempore luporum non peccat nisi sit persecutio contra gregem: quia ratio, & causa peccandi in similibus est:quia ratio protegitur grex vbi est necesse: quia necessitas nulla est vbi non impugnatur. Sed cum quæritur persona pastoris solum non est pugna,vel persecutio contra gregem. Si vero persecu-
E tio sit in personam eius,& gregem ite- F rum distinguendum est. Si enim vnus tantum sit pastor: est conclusio: quod non licet illi gregem deserere :alioqui esset mercenarius. Si enim periculosum est nautam nauim in tranquillitate deserre,quātò magis in fluctibus :vt dicit Nicolaus papa,& habet in decretis Si aūt sunt multi pastores quib⁹ alibi indigeat ecclesia cōclusio est:q̃ aliq eo
G rū fugere pñt:vt dicit Aug.vbi.s.& ali- G qui remanere: q̃a sic nec talis ecclesia deseriē:nec pastor necessari⁹ interibit.

¶ Et si cōmuni concordia,aut alia conuenienti via qui remaneant,& qui vadant determinari non possit : possunt inuocata gratia spiritussancti mitti fortes:secundū eundē ibidem. Sed contra. Videtur q̃ nullo modo liceat fugere. Nam fugientē saluator dicit dicit mercenarium, & non pastorē sed contra pastorem illū diuidit Sol.Mercenarius H est qui plus de mercede quā de ouium salute curat. Sicut si quis securus de salute ouium:pro qua mori est paratus si oporteret vult etiam saluare se ipsum corporaliter:quia sic dom⁹ cōstituit.

¶ Quæri etiam potest vtrum pastor noster Christus animam id est vitam suā dederit pretium pro ouibus id est fidelibus suis. Vide.iij.qō.xlviij.argumen. ij.Et secundo. Vtrum Christus oues

suas sic certitudinaliter cognoscat, vt sciat quot saluabuntur,& quæ ita quot saluari nequeant nec pluries nec pauciores, nec aliæ ab illis quas scit. Vide j.q.xxiij.arti.vij.verita.q.vj.arr.iiij.

Dominica.ij.post oct.paschæ. Quæstio.xxxix.

QVAERITVR VTRVM Apostoli dolentes de morte domini in hoc ipso diuinæ voluntati conformarentur. Respondeo apostoli de morte domini summè tristabantur & gaudebant quãdo erant in vera fide,si dilectione.Nam si passio Christi per se, & secundum se consideretur:de ea dolebant: quia quicunque habet charitatem dolet de iniqua morte innocentis & tanto magis quantò magis est sibi dilectus. Sed si consyderentur in ordine ad fructũ inde sequẽtem qui est liberatio mũdi:sic latebantur: quia ratione fidei hoc credebant & ratione charitatis hoc volebant Vtroq; autem modo scilicet volendo, & nolendo diuinæ voluntati conforma bantur. Nolendo quidem quia etiam Deus nolebat illam passionem secundum se:imo nullum malũ pœnæ vult nisi sub ratione alicuius boni. Et simili ter volendo, vt patet. Et hoc est quod aliis verbis dicimus,& dicit Sanct.Th. j.di.vj.arti.vlti.ad tertium quòd beata virgo ratione deliberata volebat Christi mortem quam voluntate naturali abhorret quilibet sanctus. Sed contra. Nam qui satis habet exultare non conformatur diuinæ voluntati: si multum tristetur quia exultare est extra salire præ lætitia quando scilicet tanta est vt lætus contineri non possit.Sed dicitur Zacha.ix.Exulta satis &c.So.Qui multum habet exultare non conformatur si tristetur ea ratione qua habet exultare secus si alia Zacharias autem dicebat exultandum esse de aduentu saluatoris inquantum erat salus ac redemptio mũdi:non autem inquantum erat salus,ac redemptio mundi:non autem inquantum erat ad iniquissimam innocentis afflictionem sed sic de duris conquęritur Dauid in persona Christi in psal. dicens, Quæsiui (id est desyderaui naturali desyderio maximè tempore passionis)qui simul contristaretur scilicet condolendo mihi (fuisset enim magnũ solatium Christo afflicto inquantum homo)& nõ fuit quia scilicet quasi nullus.Fuerunt enim paucæ mulieres nobiles & deuotæ & pauci discipuli.Quæri etiam potest vtrum quilibet in morte parentum vel amicorum flendo, & plorando,diuinæ voluntati conformetur. Vide.j.distinct. vl.arti.iij.& vtrum gaudium beatificum semel habitum de Christo viso possit à beato vel auferri vel perdi.vide.j.ij.q.v.ar.iiij.

Dominica.iiij.post oct.paschæ Quæstio.xj.

QVAERITVR VTRVM expediret apostolis corporalem Christi præsentiam perdere? Respõdeo quod sic propter duo.Primò quia quando minus dõnum præiudicat bono maiori expedit illud perdere sicut perditur & abscenditur pes ne totum corpus pereat. Sed bonum partis sensitiuæ est minus quã intellectiuæ cum illa pars sit inferior. Igitur vbi præiudicat bono rationis: etiam expedit nos illo priuari. Et ita erat in apostolis quia corporalis delectatio discipulorum in visu personæ & actus Christi & in auditu verborum ita eos detinebat quod eleuatio mentis eorum ad secreta diuinitatis eius præpediebant. Bed.in homil.Expedit vobis vt forma serui vestris subtrahatur aspectibus quatenus amor diuinitatis apcius vestris infigatur mentibus. Secundo. Nam illud aliquod vel post quod sequitur summa rei perfectio expedit tali rei fieri sicut ei expedit sua perfectio:qa illud est causa perfectionis sal tem sine qua non. Sed huiusmodi est ascensio Christi quia plenitudo Spiritussanct̃i danda non erat nisi post eam vt in alia quæstione patebit. Sed contra. Nam si hoc expediebat ideo erat: quia illa præsentia erat impeditiua cõsolationis Spirituſſanct̃i. Sed hoc est falsum quia ipsa erat bona & salutaris. bonum autem non repugnat bono. Sol. Licet illa præsentia esset salutaris,idest conferens ad salutem, & non contraria aduentui Spirituſſanct̃i directè &' per se,neque consolationi eius tamen indirectè & per accidens aliqualiter illum impediebat propter conditiones naturales animæ nostræ: cuius intentio si diuidatur ad plura minuitur:& quanto circa vnum intenditur tanto minuitur circa. Illud igitur stante delectatione & attentione apostolorum ad Christi humanitatem: non poterat in eis esse summa intẽtio amoris diuinitatis. Sed contra hoc.Primo quia quando potentiæ animæ sunt subordinatæ: si vna in suo actu intendatur: intentio secundæ propter hoc non remittitur. Sed intellectus coordinatur sensui ergo &c. Sol. Illud procedit quando ille potentiæ sunt circa idẽ sicut dum rem aliquam videmus non minus imaginamur vel intelligimus sed non est sic in proposito quia sensus apostolorum erat circa humanitatem & intellectus circa deitatem quæ sunt diuersa.secundo, quia pari ratione in patria vbi cum summo gaudio vestrum humanitas non esset summus amor in Deum. Sol. non est similе.Nam quando aliquorum duorum vnum est ratio volendi aliud intentio amoris circa vnũ non est causa remissionis circa aliud:sed est causa, vel effectus intentionis circa aliud,sicut intensæ vel sanitatem est causa intensæ volendi medicinam:& intensa volitio medicinæ est effectus intensæ volitionis sanitatis. Sed in patria Deus est ratio intelligendi, & volendi omnia. Vnde plus ibi gaudet de diuinitate Christi qui plus gaudet de humanitate, & è cõuerso. Non sic autem est in via vbi deitatem nec semper amamus nec semper videmus actualiter. secundo. Nã spiritussanctus æquè potuit eis dari christo præsente sicut christo absente qa æquè christus potuit eũ dare cũ æqualis esset potestatis: ergo dationi eius non erat necessarium christum abire. So. Negat consequentia:quia licet esset possibile hoc christo:non tamen erat conueniẽs quãdiu erat cum eis secundũ.s.Tho.su per Io.multiplici ratione.Primò, propter eorum dispositione: quod Spiritussancto cum sit amor spiritualis:contrariatur aliquo modo amor carnalis cuiusmodi erat quodãmodo amor apostolorum ad Christũ.Secũdò, propter auxilii diuini conditionẽ quod maximè consueuit adesse quando quis aliis remediis & adiutoriis ponat sicut sunt priuari apostoli christo recedente.Vnde statim affuit alius adiutor & consolator. Ideo dicit Christus.Alium paracletum dabit vobis.Tertiò,propter dignitatis Christi considerationem. ne.s. homo,inquantũ homo crederetur esse qui dat Spiritumsanctum: qui existẽs cũ apostolis videbatur esse quasi vnus

ex illis. Vnde Io.ix. Nondū erat spiritꝰ datus quia Iesus nondū erat glorificatus. Quartò propter vnitatem ecclesię conseruandā: sicut Ioānes nullū signū fecit, vt dicitur Io.iiij.ne.s. populus diuideretur à christo: sed appareret christi sup Ioannē eminentia. discipuli eṁ Christi ita erant replendi gratia Spiritussancti vt maiora facerent quā ipse fecisset vt patet Ioan.xiij. Et ideo si ante passionē fuisset apostolis datus apud multos fuisset in dubium versum quis nam eorū Christus esset. Tertio. Nam quod adducit ad deitatis amorem ab illo non abducit: sed huiusmodi fuit præsentia Christi &c. Sol. Alb. mag. sic dicit. Quando Christus suam præsentiā corporalem exhibuit statim ad amorē diuinitatis erexit. Et ideo exhibuit suā corporalem societatem vt viam sed diuinam promisit vt terminum viæ. Qui autem permanet in hoc quod est viæ, impeditur à termino: & eo fruitur quo deberet vti. Et hoc est quod dicunt sancti corporalem delectationem in Christo secundum carnem impediuisse consolationem Spiritussancti. Hęc ex illo.

¶ Quęri etiam potest vtrum plenitudo Spiritussancti dari debuerit in veteri lege visibiliter. Vide.j. distinct. xvj. Et vtrum spiritussanctus accipiat de eo quod est filii: quasi ab eo procedens. vide.j. quæstio.xxxvj. articu.ij. potentia. quæstio.x. arti.iiij.

Dominica.iiij.post octa.paschæ.

Quæstio.xlj.

QVAERITVR VTRVM Christus in patria annūtiet nobis de patre palam. Ad quod sic respondeo. Aliquid annuntiat de aliquo multipliciter. Primò, effectiuè sicut causa effectiua cognitionis. Et hoc tripliciter. Primò vt causa remota, & Secundo, vt proxima qui est potentia sicut intellectus. Tertiò, vt species intelligibilis & omnis habitus intellectus faciens ad eliciendum intellectionem & secundò, formaliter. Et hoc dupliciter. Primò sicut intellectio manifestat: quę scilicet est ipsa manifestatio, & secundo sicut verbum est manifestatiuum tanquā terminus manifestationi proximus. Tunc respondeo per aliquas conclusiones. Prima tam in via quam in patria Deus id est, pater verbum & Spiritussanctus annūtiant nobis omnia effectiuè primo modo: quia ipse est causa prima omniū & consequenter causa remota omnium habentium secundas causas proximas: cuiusmodi est nostra manifestatio. Secundò Effectiuè secundo modo de patre æterno (siue sumatur pater essentialiter pro deo patre, filio, & spiritussancto siue personaliter pro persona prima in trinitate annuntiat nobis intellectus noster posibilis: quia ipse solus est potentia qua apprehendimus & intelligimus in materialia vt patet. iij. de anima &.ij. posterio. Tertia Effectiuè tertio modo de patre æterno annuntiat nobis per speculum in ænigmate species intelligibilis creaturæ sensibilis: quia inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellectu conspiciuntur. Rom. primo. Sed palam id est facie ad faciem annuntiat nobis solum essentia diuina: coniuncta nobis vt species intelligibilis, & lumen gloriæ ad ipsam requisitum: quia Deus non potest faciliter, vt ita dicam seu essentialiter vel per essentiam videri per quancunq; similitudinem creatam sed solum per ipsam diuinam essentiam: vt probat doctor angelicus. j. quęstio. xij. articu. ij. Quarta formali

maliter autem primo modo annuntiat nobis palam de patre sola visio beatifica. id est, elicita per lumen gloriæ: & essentiam diuinam tenentē locum speciei intelligibilis: quia omnis alia intellectio nostra est ænigmatica vt patet ex locis allegatis. Quinta. Formaliter autem secundo modo solum verbum æternum annuntiat nobis palam de patre. Nam omne verbum annuntians nobis de æterno patre palā est beatificū. Sed solum verbum æternum est beatificum: quia nullum aliud verbum terminat beatam visionem: vt patet per Ca. in. iiij. di. xlix. quæstio. v. conclu. v. qui ibi habet quod beati per intellectionem beatificam non producūt verbum, sed ipsa ad verbum increatum terminatur. & per Sanct. Tho. j. di. ij. arti. iij. vbi habet quod beati nominant deū per verbum seu conceptum increatum & consequenter Deum per illud verbum intelligunt. Et hoc est quod dicitur Zacha. cap. xiij. In die illa scilicet, quando Deum videmus sicuti est, erit dominus vnus scilicet verè & opinatiuè: & nomen eius vnum, id est, sumptum ab vno verbo increato. Sed contra præmissa arguitur. Primò. Nam si filius Dei annuntiat in patria de patre id est, manifestat patrem, & verbum: ideo est, quia intellectus ad intelligendum indiget verbo. Sed hoc est falsum quia sensus est imperfectior in cognoscendo quàm intellectus: & tamen cognoscit per solam operationem sine alio in se producto, & consequenter à fortiori, & intellectus Sol. Sciendum est quod sentire & intelligere sunt operationes immanentes & conuenientes in hoc quod perneutram aliquid producitur extra sentientem, & intelligentem: imo nec extra potentiam sensitiuam & intellectiuam: sed in hoc differunt ꝙ per sentire nihil producitur in potentia sentiua sed per intelligere in potentia intellectiua producitur aliud, quod est terminus intellectionis: & primum seu immediatum intellectum: & dicitur verbum. i. forma specularis ad quam aspiciens intellectus intelligit rem existentem extra animam quæ forma specularis realiter idem est cū ipsa intellectione vt alias dictum est. Ratio autem differentiæ est duplex. Prima est conditio sensationis: quia propter suā imperfectionem, & materialitatem: non potest habere terminum intrinsecum in suo principio elicitiuo. Et secunda quia etiam hoc non oportet propterea quod obiectum sensationis sit actu sensibili in reum natura. & consequenter non oportet aliquid produci in quo res sensibilis sentiatur. Sed intellectio propter sui perfectionem habet intrinsecum terminum & rursus obiectum intellectus nostri nō est actu intelligibile: sed oportet produci aliquid in quo & per quod videatur. i. verbum. vnde secundum aliquos: quando intellectus est cogitatio nō pertingens ad rei quidditatem per eam nō producitur verbū quod qualiter sit verū alias fortè declarabitur. Secundo: nam si intellectus ad intelligendum indigeret verbo vt sic filius annuntiet de patre, vt verbū angelus intelligendo essentiā suā produceret verbū. Sed hoc falsum quia qā potētia cognoscitiua habet obiectum actu cognoscibile non producit aliquando in quo illud cognoscatur vt patet de sensu. So. Per quodlibet intelligere producitur verbum ab aliquo intelligente: & si non à quolibet: vt patet per S, Tho. j. quæst. xxvij. arti. j. Angelus igitur intelligendo se necessa

cessario producit verbum non obstante quòd sua essentia sit actu intelligibilis:quia cum duæ sunt causæ nō producendi terminum intrinsecū operationi immanenti: cognoscitur in perfecto scilicet eius,& actualitas obiecti:si in angelo esset prima,esset etiam in nobis,cùm intelligimus quiditatem aliquam:& sic secunda ipsa etiam esset in deo:igitur si nec homo,nec deus possunt sic intelligere nisi producēdo verbum multominus angelus cuius essentia est minus intelligibilis quā, diuina & cuius intellectio est perfectior quā humana. Pro his sciendum est: quòd quātò actus est altior:tantò plura sibi eminenter identificat,sicut sensus cōmunis identificat sibi eminētes omnes proprios inquātum vna vis quæ est ipse potest omnia quæ possunt illi. Cū igitur ratio operationis,& ratio similitudinis,seu repręsentatiui sit alia, & alia,& istas duas aliqua cognitio propter suam eminentiam sibi identificat:vt eadem sit operatio,& species repręsentatiua alterius sicut etiam deus qui est eminentissimus identificat sibi etiam genere diuersa:puta, absolutum & relatiuum. ¶ Quæri etiā potest vtrū omnis petens in nomine christi exaudiatur.vide.ij.ij.q.lxxxiij.ar.vij.secundum & ar.xvj.&.iiij.dist-xv.q.iiij. lar. vij.quæstion. iij. Et vtrum gaudium spiritualæ,quod veritatis contemplationem sequitur,possit vnquàm terminari circa claram cognitionem entis infiniti.j.ij.q.iiij.arti.iij.

In die Ascensionis.

Quæstio.xliij.

QVAERITVR VTRVM congruum fuerit christū ascēdere.Et posito quòd sic vtrū ascenderit super omnes cœlos visibles,& intelligibiles tantùm:aut visibiles intelligibiles,& credibiles:Et posito quòd super omnes etiam credibiles: vtrum sic ascenderit super vltimum omnium vt sit infrà vltimi idest empyrei superficiem conuexam vel extra secundùm veritatem.Et posito ꝙ sit infra verè:vtrum.S.Tho.sic senserit.Respōdeo ad primum quæsitum.S. Tho. iij. di xxij.q.iij.ar.j.&.iij.q.lvij.ar.j.respōdet ꝙ christū ascendere in cœlum fuit conueniens sibi.Nam locus debet esse proportionatus locato.Sed christus ad vitam incorruptibilem resurrexerat,& locum cœlestis est locus in corruptionis.sed contra hoc.nam motus cum sit actus existentiam potentia est actus imperfecti:& propter aliquam indigentiam: & propter aliquid melius. Sed christus post gloriosam resurrectionē non fuit imperfectus,nec indigens nec fuit ei melius in cœlo quā in terra: ergo non ascendit.Sol.Per motum localem non ponitur immobili aliqua perfectio:quasi desit ei aliquid eorum quæ debent inesse:sed ponitur, imperfectio secundùm quid per hoc ꝙ dū est in isto loco non est in alio:quia talis motus nō ponit exitum de potentia ad actum intrinsecum:sed ad extrinsecum quòd secundùm.viij.physi non mutat aliquid intraneum rei:sed id quod est extra. Non fuit etiam motus christi propter aliquā indigentiam : quia indigeret ipse ex parte sua in seipso habere:sed propter nostram,vt esset in loco conuenienti sibi in quo nondum erat. Nihil etiam ei accreuit quantum ad essentialia gloriæ secundùm corpus vel animā sed accreuit ei aliquid quantum ad loci decētiā quod est de bū esse. Et de hac decētia gaudiū habuit:nō,quia tūc gaudere inciperet cum cœlum ascendit: sed, quia nouo modo de hoc gauisus est sicut de re impleta. Fuit etiam conueniens nobis. Primò,vt nos quasi in possessionem corporalem induceret cœli: quam nobis sanguinis sui pretio emerat. Secundò,vt speremus nos illud posse conscendere:vbi est nostra natura. Tertiò vt illū iā nō agnoscētes secūdū carnem spiritualiter tantum coniungamur illi,& consequēter efficiamur idonei ad dona Spiritussancti secundū ꝙ dictū est Ascendit in altum dedit dona hominibus. Sed contra hoc:quia sua præsentia corporalis magis fuisset ad nostram salutem,quā ascensio. So. Illa præsentia in duobus poterat esse nociua.Primò quantū ad fidem:quia secundum glo.Io.ij.videntes eum in forma qua erat patre minor:non crederent de facili pari æqualem. Secundò. quantū ad dilectionem:quia illum non solum spiritualiter:sed etiam carnaliter diligeremus:cum ipso corporaliter conuersantes:quòd est de imperfectione dilectionis. Hæc omnia.S.Tho. Ad secundum autem quæsitum idem.iij.par.vbi ar.iiij.&.iij.di.xxij.q.iij.art.iij.q.v.sic dicit. Quantò aliqua corpora perfectius de diuina bonitate participant:tā to ordine corporali:qui est localis sunt superiora. Vnde corpora formaliora sunt superiora.vtpatet.iiij.phy.&.ij.cœ lo:quia per formā omne corpus participat diuinum esse vt patet.j.phy. Sed de diuina bonitate plus participat corpus per gloriā:maximè corpus christi quod inter cetera corpora glorioſa maximè refulget gloria quā omne corpus naturale per formam suæ naturæ, vnde cōuenientissimum est sibi ꝙ sit supra omnia corpora constitutum in alio. Et ideo sup illud Eph.iiij.Ascendens in altū:dicit gl.loco,& dignitat. Sed contra hoc Nam dicitur in psalmo Dominus in templo sancto suo,dominus in cœlo sedes eius. Sed quod est in cœlo: nō est supra cœlū. Ergo christus nō ascendit super omnes cœlos. Sol. Sedes dei dicitur esse in cœlo nō sicut in cōtinente: sed sicut in contento. Vnde non oportet aliquā partē cœli esse eo superiorem: sed ipsum esse super omnes cœlos sicut in psal. dicitur. Eleuata est magnificentia tua super cœlos deus. secundò, Nā corp' christi necessariò est in loco. Sed extra cœlum non est locus secūdū phi losophū. j. cœli. Sol. Non dicitur ascendisse super cœlos:quia sit extra cœlū empyreū:sed quia in altissimam partē eius ascendit. Hæc omnia. S. Tho. Ad tertium autem quæsitum dico, ꝙ quidā cœli sunt visibiles gratia alicuius sui.s. cœli.vij.planetarum,& stellarum fixarum:quia horū quilibet habet saltem vnam stellam visu deprehensam. Et isti cognoscuntur esse distincti ex motu suarum stellarum quæ nō sunt semper in eadē distantia ad inuicem. Quidam autem non sunt visibiles:quia carent stellis:sed sunt intelligibiles: quia deprehenduntur in motibuss inferiorū. Et isti secundùm aliquos sunt duo supra octauā spherā secundùm alios verò vnus tantū. Cū enim primū mobile tanquā propinquissimū subst ātiis immobilibus.i.angelis minimū debeat habere de variatione motus secūdū omnes philosophos debet habere vnū motū tantū,& cōsequenter octaua sphæra nō est primū mobile:quia ipsa deprehendit moueri tribus motibus distinctis.de quibus alias. Intelligitur ꝙ supra ipsam est ad minus vnū cœlū.fortè aūt non oportet ponere plures supra eā propter dictā rationē:qa ipsa pōt duplici motu

mo

I moueri ab vno angelo, vel duobus: & vno à ſuperiori corpore. Sed tamē probabilius eſt ꝙ ſupra eam ſint iterum duo cœli moti: vt dicunt quidam aſtrologorum quorum opinionem videtur ſequi ſanctus Tho. j. ij. di. ar. j. & Alb. mag. ij. celi. Quoddam autem cœlum non eſt viſibile, nec intelligibile per naturalem rationem. ſed eſt credibile: vt empyreum: quod tenetur autoritate Strabi & Bedæ & Raba. Licet igitur K poſſet dici ꝙ chriſtus aſcendit ſuper omnes cœlos viſibiles: vel etiam intelligibiles. Et ſic intelligi dictum apoſtoli. Eph. iiij. ſupra allegatum: quia antiqui doctores: vt Aug. & Hier. & huiuſmodi nihil de empyreo dicunt: tamen tenendum eſt ꝙ aſcendit etiam ſupra cœlū credibile: quia corpori nobiliſſimo debetur locus nobiliſſimus. Ad quartum quæſitū dico: ꝙ aſcendit ſupra oēs cœlos. etiā ſupra vltimum eo modo quo L quis montem dicitur aſcendiſſe: quia maiorem partem eius aſcendit: quauis extremū calumen pedibus non ſupera uerit: non autem ſic quaſi ſit omnino extro cœlū. Nam ſi eſſet extra omnino neque ipſe ſanctos: neque ſancti ipſum videre poſſent: quia ſpēs viſibiles deferri nō poſſent à viſibili: cùm nihil eſſet medium niſi fortè miraculo: è: & eo modo quo nunc perphantaſiam ſimilitudine habemus rei abſenti. Non poſ- M ſent etiam ſe inuicem audire loqnentes, & laudantes deum: quia non eſſet mediū p quod vox deferretur ad aures. Locus etiam chriſti non haberet gloriam corporalem: cū illa nō poſsit eſſe in nihilo: aut in relatione ſituali. Et ponitur corpus chriſti non eſſe in loco: quia de ratione loci ſunt duo. ſ. ſuperficies cōtinens, & immobilitas. Non tñ nego quin poſsit eſſe quodcunque corpus glorioſum in conuexo cœli vltimi, ſiue omnino extra illud: quia hoc probat. S. Tho. vj. quodlibet. q. arti. ij. vbi quærit vtrum corpus glorioſum, vel angelus poſsit eſſe in cōuexo cœli empyrei? Ad quintū quæſitum dico, ꝙ. S. Tho. ſenſit vt ſupra dictum eſt. nō aūt ꝙ corpus chriſti ſit omnino extra vniuerſum. Quod ſuadeo primò, Nam ſecundùm ipſum corpus chriſti eſt in loco: ſed ſi eſſet extra cœlum: non eſſet in loco ſecundùm veritatem vt probatum eſt: nec etiam ſecundùm. S. Tho. quod patet: quia in dicto quodl. volēs probare ꝙ corpus glorioſum vel angelus pōt eſſe extra cœlum vtitur hoc medio. ſ. ꝙ neceſſe eſt eſſe in loco: dependet à primo continente: ſed prædicta non dependent à primo continente: ergo non eſt neceſſe ꝙ ab aliquo localiter ambiatur, & cōſequēter poſſunt ibi eſſe. Secundò, quia ſi exiſtimaſſet corpus chriſti eſſe in conuexo cœli: & ſic intelligi dictū apoſtoli allegatum. non eſt veroſimile ꝙ hoc medium omiſiſſet ad probandum corpus glorioſum: vel angelum potuiſſe eſſe in conuexo cœli imo ſuperfluè quæſiuiſſe illud quia res eſſet aperta. Tertiò: quia hoc expreſſe tenet in tertio: vt patet hic ad ſecūdū argumentū. Quartò: quia in. iij. parte vbi ſupra dicit locū debere proportionari locato: vt. ſ. ſit incorruptibilis locus incorruptibilis rei. Aut igitur hoc intelligitur de loco quantū ad ſuum materiale. i. ſuperficiem locantis aut quātū ad formale. i. relationem ſitualem qua cōuenit ei immobilitas. aut quantū ad vtrunqueque. Si primū: habeo intētū: quia extra cœlū nō eſt ſuperficies ralis: ſimiliter ſi tertiū. Si aūt ſecūdū. Cōtrà: quia omnis locus eſt incorruptibilis illo mō cū ſit immobilis & ſic

A & ſic corruptibilia æquè vt incorrupti bilia haberent locū incorruptibilem: quod ipſe idem negat. Sed contra hoc arguitur ꝙ ſenſerit ipſam eſſe extra. Primò, quia ſua ratio ſuprà inducta ad probandum ꝙ aſcendit ſuper omnes cœlos hoc cōcludit. ſol. Illa ratio vt patet intuenti probat nō ſolū de chriſto: ſed etiam de omnibus ſanctis. Si igitur voluit. S. Tho. hoc inferre de chriſto: B etiam alii ſancti eſſent extra cœlum quod ipſe vbiq; negat. Intēdit ergo. S. Tho. probare ꝙ omne corpus glorioſum dignitate tranſcendit oē naturale: & conſequenter debet habere ſupremū locū inter corpora: vt dicit in tertio: ita ꝙ ſi ſupra cælū empyreū eſſet locus C deberet eſſe in eo: nō aūt debet eſſe extra locum. Secundò, Nā in. iij. parte, vbi. ſ. ad primum dicit ꝙ non oportet aliquā partē cœli eſſe eo ſuperiorem. Sed ſi eſſet infra cœlū: haberet partem D ſuperiorem. So. Negatur minor: quia ipſe in. iiij. vbi clarè negat ipſum eſſe extra cœlū empyreum, dicit, ꝙ aſcēdit in altiſsimam eius partē, & cōſequēter nullam habet ſupra ſe ſi ipſe eſt in altiſſima. Sed hoc tripliciter poteſt intelligi. Vno modo. ſ. de parte principali: quę eſt tertia pars cœli empyrei: modo quo diuiditur aer in tria interſtitia, & hierarchia in tres ordines: & ſic plana ſunt omnia. Alio modo de parte non quidē tertia: nec quacūq; ſimpliciter: ſed de parte notabili; puta vnius pedis. aut palmi. Et ſic poteſt eſſe verū ſi ſoū caput eſt propinquiſsimum ſuperficiei connexæ: licet eam non attingat. Alio modo de parte quacunque: & ſic etiam poteſt dici eſſe in cœlo: & nullam habere ſupra ſe ſi ſuperficies vltima ſui capitis in aliquo puncto attingat ſuperficiem conuexam cœli.

¶ Quæri etiam poteſt vtrum aſcenſſo E conuenerit chriſto ſecūdū naturā diuinam, vel humanam? Vide. iij. q. lvij. arti. ij. Et vtrum aſcēderit ſupra omnē creaturam ſpiritualem: vide ibi arti. v.

Dominica infra octa. Aſcēſio. Quæſtio. xliij.

QVAERITVR VTRVM ſpirituſanctus ſufficienter F perhibuerit teſtimonium chriſto? Reſpondeo, Chriſto teſtimonium multa perhibuerunt. Primo, Moyſes in lege. Io. vj. De me ille ſcripſit. Secundò prophetæ totius ver. teſti. Apo. xix. Teſtimonium Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ. Tertiò Ioannes baptiſta. Ioann. j. Ecce. agnus dei. Quartò, Pater in baptiſmo & transfiguratione dicens. hic eſt filius meus dilectus. Quintò Spiri- G ruſſanctus eo modo quo dicitur. Sextò opera miraculorum: quæ nullus alius fecit. Ioannis ſexto. Opera quæ ego facio in nomine patris meuilla teſtimonium perhibent de me. Septimò, turba clamantium in die palmarum, Benedictus qui venit in nomine domini. Octauo, apoſtoli. Act. quarto. Virtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium &c. Spirituſanctus autem teſtimonium reddidit ei tripliciter. Primò, armando diſcipulos H ſcientia, & conſtantia ad teſtificandum Matthæi decimo capitulo Non enim vos eſtis qui loquimini. Secundò, communicando ſua dona credentibus in chriſtum. Hebraic. ſecundo Conteſtante deo ſignis, & prodigiis. & variis Spirituſanctī diſtributionibus. Tertio, emoliendo audientium corda. pſalmo. Emitte ſpiritum tuū &

crea

creabuntur &c. Sufficienter autem testificatus est Deus vel Spiritussanctus quantum requirebatur ad conuertendos dispositos ad viã suæ salutis. Nunquam enim Deus vult aliquem effectum per aliquod medium producere quin illud medium faciat oportunum: & sufficiẽter dispositum: quia Deus & natura nõ deficiunt in necessariis. Sed prædictum testimonium Deus ordinabat ad effectum: qui est conuersio mundi. Vnde cuilibet facienti quod in se erat istud testimonium erat sufficiens. Sed contra. Nam post sufficiens testimonium Dei non remanet error, nec dubitatio: quia testimonium domini fidele sapientiam præstans &c. vt dicitur in Psal. Sed post dictum testimonium remanet error, & dubitatio. Sol. Quod ista remanserint: non fuit ex insufficientia testimonii: sed ex hominum dispositione, ac malitia nolẽtium doctrinam veritatis accipere. Vnde bene ibi dicitur: paruulis. i. humilibus, & nõ superbis. Sed cõtra. quia dato quod illud testimoniũ tunc fuerit sufficiens: non tamen est modo: quia talia signa, & effectus non videmus. Sol. Sicut dicit. S. Tho. in principio. i. contra gen. quilibet potest prædicta videre in suis effectibus: quia videmus, & legimus mundum conuersum ad credendum, & sperandum tam ardua. Quòd si hoc per miracula factum est: etiam nunc ea videmus in gentium conuersione. Si vero sine miraculo: etiam hoc fuit maximũ miraculum quòd idiotæ hoc potuerint sine signis, & sine gladio. Sed contra. quia eodem modo posset respondere Mahumetista. Sol. Non est verum: quia Mahumeth nihil arduum proponit credendum, vel sperandum: sed solum corporea. Et à principio subiecit sibi agrestes: deinde vt armorum alios. Vnde ipse dicit se missum in probatione gladii: quæ. s. lenonibus, & prædonibus nõ deest, non autem miraculorum. Vide de his sanctum Tho. vbi. s. pulchrè differentem. ¶ Quæri etiam potest vtrum aliqua diuina persona etiã modo mittatur inuisibiliter. Vide. S. Thom. j. q. xliij. art. vj. Item. j. dist. xv. q. v. art. j. Et vtrum conscientia erronea obliget, vel excuset. Vide. S. Tho. quodlib. xiij. art. xxvij. &. j. ij. quæst. xxvij.

In die sancto Pentecostes.

Quæstio. xliij.

QVAERITVR VTRVM Spiritussanctus debuerit visibiliter mitti? Ad quod, S. Tho. j. q. xliij. art. vij. sic respondet. Spiritui sancto cõueniebat visibiliter miiti: quia Deus omnibus prouidet: secundum proprium eorum modum: qui quò ad homines est vt per visibilia ad inuisibilia ducantur. Igitur sicut Deus, & processiones æternæ diuinarum personarum: ita & earum inuisibiles missiones fuerunt per aliqua sensibilia signa demonstranda. Nec tamen ratione huius missionis Spiritussanctus dici potest minor patre, sicut dicitur filius: quia creaturam inuisibilem in qua apparuit Spiritussanctus, puta columba: ipse non assumpsit in vnitatem personæ: sicut filius in humanitatem: vt de eo dicantur quæ dicuntur de illa creatura: puta colũba. ¶ Sed contra. Primò, Nam si mitteretur visibiliter Spiritussanctus: esset hoc secundum nobilissimam creaturam. i. secundum rationalem: sicut & filius, secundum eam missus est. So. Missio filii debuit esse secundum rationalem creaturam cuius est agere, & cui cõpetit sanctificari: quia filium oportuit declarari: vt sanctificationis autorem. Sanctificationis autem indicium esse potuit omnis alia creatura. nec oportuit eã quę ad indicandum tãtum formabatur assumi à Spiritusancto in vnitatem personæ: quia non assumebatur ad agendum aliquid: sed ad indicandum tantum. secundò, Nam missio visibilis attendit secundum aliquam creaturam visibilem assumptam: sicut missio filii, secũdum carnem. Sed Spiritussanctus nullam creaturam assumpsit: & consequenter non potest dici quòd in aliqua tali sit nisi fortè vt in signo, sicut '& in sacramentis, & figuris legalibus. Igitur vel non mittitur visibiliter, vel secundum omnia hæc' missio visibilis attenditur. Sol. Missio visibilis Spiritussancti non attenditur, secundum visionem imaginariam: quæ est visio prophetica: quia secundum Aug. ij. de Tri. ista visio, est in spiritu per spirituales imagines corporum. columbam autem illam, & ignem oculis viderunt quicunque viderunt. Nec iterum ad has species columbæ, & ignis se habuit Spiritussanctus, vt filius ad petram quæ erat Christus: quia illa iã erat, & per actionis modũ nuncupata est nomine Christi. Columba autem, & ignis ille ad hoc tantum significandum repente extiterunt. Sed videntur hæc similia flammæ, quæ Moysi apparuit in rubro: & columnæ quam in deserto populus sequebatur, & fulgoribus, ac tonitruis quæ fiebant cum lex daretur in monte: quia ad hoc rerum illarum corporalis extitit species, vt aliquid significaret. Non attẽditur etiam secundum signa sacramentalia, quæ sunt quædam res præexistentes ad aliquid significãdum assumptæ. Dicit enim visibiliter missus Spiritussanctus inquãtum apparuit in quibusdam creaturis, vt insignis ad hoc specialiter factis. Hæc omnia ille. Sed not. secundum. S. Tho. quòd filius visibiliter mittitur solùm in natura assumpta, Spiritussanctus autem mittitur in multiplici specie: quia ille speciem sensibilem in qua apparuit. i. humanitatem nunquàm deposuit: sed spiritussanctus nullã illarum specierum assumpsit: ideo post vnam apparuit in alia vt dicit. S. Tho. ¶ Quæri etiam potest circa hoc Euang. & duo sequentia immediatè: vtrum missio visibilis fieri debuerit ad patres veteris testamenti? Et vtrum species in quibus sit visibilis missio fiant ministerio angelorum? Et vtrum missio inuisibilis filii, & spiritussancti distinguantur? Et vtrum missio inuisibilis fuerit post incarnationẽ plenior quàm ante? Et vtrũ fiat secundum omne augmentum gratiæ? De quibus omnibus vide. j. dist. xv. vel. j. q. xliij.

In festo Trinitatis.

Quæstio. xlv.

QVAERITVR SVPER illo verbo. Spiritus vbi vult spirat. Vtrum Spiritussanctus, vel Deus fit nunc liber libertate contradictionis ad prædestinandum me, vel non prædestinandum: ita quòd possit me etiam modo prædestinare: & non prædestinare? Respondeo. S. Tho. in. j. dist. xxxix. q. j. art. j. in corpore vbi tenet quòd Deus potest non scire quod scit: sic dicit? Hæc est ratio voluntatis vt liberè actum suum producat. Quod enim fit voluntate, nõ fit necessitate: vt dicit. S. Aug. vnde potest velle, & non velle. Sed hoc intelligendum est dum est actus in egrediendo à voluntate: quia postquàm transit,

I non subiacet facultati eius. Non enim
potest non voluisse,quod voluit. Simi-
liter non subiacet facultati eius: vt
vtrunq; simul producat. Non enim po-
test simul velle,& non velle. Et hoc nō
tantum intelligēdum est de actu ipsius
voluntatis immediato:sed de omnibus
actibus imperatis à voluntate:sicut co-
habitare,loqui,& huiusmodi. Cùm igi-
tur actus diuinæ voluntatis semper sit
in actu:& non pertransiens in futurum
K semper est quasi in egrediendo à vo-
luntate. Et ideo manet libertas diuinæ
voluntatis respectu ipsius. Vnde potest
dici quòd Deus potest velle & nō vel-
le: hoc non tamen potest esse, vt simul
velit,& non velit: vel vt nunc velit,
postmodum non velit: quia mutabilis
esse non potest. Hæc ille. Scotus autem
in.xl.distin.primi quasi amplians præ-
dicta verba sanc.Tho.dicit, Si per im-
possibile intelligeremus Deum adhuc
L non determinasse voluntatem suam ad
alteram partem: sed quasi deliberaret
vtrum vellet istum prædestinare, aut
non: bene posset intellectus noster ca-
pere quòd contingenter ipsum præde-
stinaret, vel non prædestinaret: sicut
patet in actu voluntatis nostræ. Sed
quia semper recurrimus ad actum vo-
luntatis diuinæ quasi præteritum:ideo
quasi non concipimus libertatem in
voluntate illa ad actum quasi iam sit
M positus absolutè à voluntate. Sed ista
imaginatio falsa est. Illud enim nunc
æternitatis in quo est iste actus semper
præsens est:& ita intelligendum est de
voluntate diuina,siue volitione eius,vt
est huius obiecti sicut si per impossibi-
le nunc inciperet Deus habere velle in
isto, nunc & ita libere potest Deus in
nunc æternitatis velle quod vult. sicut
si ad nihil esset sua voluntas determi-
nata. Hæc ille valde bene. Sed vt me-
lius intelligantur dicta eorum tria fa-
ciam. Primo,enim ponam quædam fun-
damenta: & secundò quædam notabi-
lia: & tertiò quasdam conclusiones.
Quantum ad primum fundamentum
primum est quòd Deus ad extra.i.in
creatura nihil vult necessariò: secun-
dum fidem catholicam & veram phi-
losophiam. Quicquid enim volēs vult
necessariò: est vltimus finis eius vel ad
vltimum finem eius necessarium: sine
quo non vt patet in nobis per expe-
rientiam. qui nihil necessariò volumus
nisi sit beatitudo:aut aliquid apprehen
sum vt necessarium ad illam. Sed nul-
la creatura est vltimus finis Dei: quia
esset eo nobilior neque est necessaria
sine quo non ad vltimum finem eius:
qui.s.est sua bonitas:quia alioqui Deus
non posset sine illa esse beatus,& perfe-
ctus:& consequenter perfectio Dei de-
penderet à creatura. Secūdum est quòd
æternitas licet in valore æquualeat in
finito tempori præterito,& futuro: ta-
men formaliter est aliquid indiuisibile
non habens prius, vel posterius:sed to-
tum simul existens: quia sic à Boetio
diffinitur. AEternitas est interminabi-
lis vitæ tota simul,& perfecta posses-
sio. Et hoc sequitur quòd ipsa quantum
est de se ad omnia comparatur vt præ-
sens quia in se ex quo est tota simul est
solum præsens nō habens partem præ-
teritam,vel futuram vt tempus. Ex quo
vlterius sequitur quòd futura non sunt
futura respectu æternitatis: sed respe-
ctu eorum quæ sunt in tempore. Tum
quia non sunt futura nisi respectu præ-
teritorū & præsentium qua statim erūt
præterita. Tum etiam quia quæ sunt in
tempore vt futura: & extra tempus vt
æternitatis:nō possunt cōparari secun-
dum

A dum prius & posterius:sed solum secū-
dum præsens in quo aliquo non cōue-
niunt. Huius autē exemplum.S.Tho.
ponit in.j.cōtra.Gen.dicens æternitatē
ita cōparari ad ea quæ sunt in tēpore:
sicut centrū circuli cōparatur ad pun-
cta signata in circunferētia: ad qua o-
mnia cōparatur vt præsens, vel coexi-
stens: licet illa adinuicem cōparentur
secundū prius, & posterius in situ. Sed
B tamē adde tu quòd in hoc est dissimili-
tudo:quia cùm omnia pūcta illa sint si-
mul in actu:simul & semel centrum ad
omnia illa cōparatur vt coexistens:sed
quia ea quæ tēporis decursu producū-
tur nō sunt simul:sed successiuè fiunt:
ideo æternitas ad oīa cōparatur quidē
vt prēsens quādo ipsa sunt:sed non cō-
paratur vt præsens ad omnia simul:sed
successiuè. Si tā per impossibile ipsa &
omnes tēporis partes simul essent ipsa
C omnibus illis cōpararetur vt præsens:
quia vt dictū est in ea non est nisi præ-
sens: & quantū de se præsens est ettam
futuris quibus ideo nō est prēsens:quia
illa nō sunt. Tertiū est quòd Deus se-
cūdum suum esse, & suam operationē:
vt dicitur in li.de caus.est in æternita-
te:licet suus effectus sequatur nouiter:
ab æterna eius volitione. Nā si esse dei,
vel eius operatio mensuraretur tēpore
haberet prius & posterius & cōsequen-
ter Deus mutaretur. Si autē mensura-
D rēt euo sicut esse cœli & angeli:nō esset
quidē prius, & posterius in illo, vel in
illa operatione:quia sicut æternitas:ita
vt æuū est totū simul:sed tā illi esse vel
operatione posset prius,& posterius cō
tingi:sicut ipsi esse cœli cōiungit prius,
& posterius secūdum motū localē: esse
verò angeli secundū successionē affe-
ctionū,& intellectionū. Quartū est q
diuina prouidētia non excludit causas
fœcūdas cōtingētes vt experimur:imo E
causas includit: vt probat.S.Tho.j.q.
xxiij.art.vij.Quantū ad secundū notā-
dum est.Primò, q qā in subiecto alicu-
ius ꝓpositionis est terminus cōtractus:
qui.s.significat substantiā, & qualitatē
inhærentē:vt ly album, quod significat
aliquo modo,& rē albā & ipsam albe-
dinē,potest intelligi q prædicatū dictę
propositionis dupliciter attribuat sub-
iecto.s.gratia substātiæ præcisè & gra-
tia substātiæ & accidētis simul. Iuxta F
quod distinguit talis propositio:dicēdo
q potest esse diuisa,& cōposita. Exēpli
gratia dicēdo:albū potest esse nigrū: si
posse esse nigrū attribuat subiecto gra-
tia substantiæ: est propositio diuisa,&
vera:quia substātia qui est alba potest
esse nigra:sed si attribuatur etiā gratia
accidētis.i.albedinis:est cōposita & fal
sa: quia huic toto quod est substātia,&
albedo non potest conuenire nigredo.
Notādum est secūdò quòd vt patet.v. G
Metaph.dupliciter dicitur possibile.s.
secūdum se & in ordine ad aliquā po-
tētiam:siue sub aliis verbis logicè,& na
turaliter. Possibilè secundū se.i.logicè:
est illud quod in terminis nō habet re-
pugnātiam: vt Socrates cæcus videt.
Et similiter impossibile dicitur quod
ex terminis repugnat vt homo, est sine
ratione. Possibile naturaliter est quod
alicui est possibile per aliquam poten-
tiam: & impossibile quod secundum H
aliquam potētiam non est ei possibile
est videre:cæco autem est impossibile:
licet nō sit repugnantia terminorum:
quia cæcus non habet potētiam, vt vi-
deat. Quicquid autē est possibile natu-
raliter est etiā possibile logicè:& quic-
quid possibile logicè:est etiā possibile
naturaliter,vel fuit. Ratio est quia ars
imitat̄ naturā,quātùm pōt. Quod ideo

dico:quia Deus habet naturaliem potẽ
tiã;respectu omnis possibilis logici:
cum illud non includat contradictio-
nem:sed tamẽ illud possibile aliquãdo
perdit rationem possibilis & transit in
necessariũ & consequenter definit esse
obiectum diuinæ potentiæ :quæ prius
se extendebat in illud:sicut Adam non
fuisse aliquãdo deus facere poterat:sed
non modo. ¶ Notandũ est tertio,quod
vt sequitur ex secundo notabili aliud
K est socratem posse velle aliquid : aliud
possibile est ꝙ Socrates velit aliquid:
quia in primo importatur possibile
naturale:in secundo vero logicũ. Cũ
gitur Socrates in instantia; vult ali-
quid puta,b.in eodem instanti possi bi-
le est logicè Socratem non velle, b.
sed vtrum socrates possit non velle.b.
siue vtrum sit possibile naturale est du
bium.Quibusdam autem videtur ꝙ sic
quod si verum esset multomagis essent
L verę conclusiones ponendæ. Sed ego
credo ꝙ tunc.i.in instanti à socrate nõ
velle.b.sit possibile logicum & nõ na
turale : quia iam nec potentia socratis
nec dei se se potest ad illud extendere:
quia cum dei potentia facere non pos-
set vt in instanti in quo est volitio .b.
ipsa non sit:quia simul esset.& non es-
set.non potest etiam facere quod in eo
dem sit nolitio aut non volitio:quia si-
mul eẽnt cõtradictoria vel cõtraria &
M cõsequẽter etia cõtradictoria hoc etiã
videtur sentire Scotus.xxxviij.primi,
scilicet ꝙ illud possibile sit logicũ nõ
autem naturale.Et si dicatur ꝙ.s.Tho.
in verbis.s.alle.dicit ꝙ voluntas liberè
producit actum suũ quãdo ipse actus
est in egrediendo.i.in instanti in quo
egredietur.Dico quod ista glo.non est
bona sed intelligitur in egrediendo id
est qũ imminet, vt ingrediatur:ita ꝙ

adhuc nec transiuit in præteritum nec N
incipit transire : sed incipit esse præ-
sens:quia.s.tunc non est :& ferè statim
erit.Hoc autem patet esse de mẽte eius
ex duobus.Primò ex verbis supra alle
gatis:cum dixit.Cum igitur actus diui
næ voluntatis semper sit in actu : & nõ
pertransiẽs in futurum : semper quasi
in egrediendo à voluntate.Vbi nota in
futurum id est in respectu futurorum,
non autem præteritorum vel præsen- O
tium.Sed quia posset aliquis dicere ꝙ
liber est incorrectus : & pro ly futurũ
debet habere ly in præteritum:quãquã
omnes libri quos vidi habeantin futu
rum nisi sint abrasi & rescripti.Ideo
dico quod hoc patet secundo:quia ipse
in.xliiij.di.primi.q.j.arg.iiij.in corpo-
re sic dicit:Potẽtia actiua est respectu
alicuius operandi.Vnde quando ali-
quid est iam determinatum vt sit præ-
sens in actu, vel in præteritum tran- P
sit possibilis rationem amittit. Et ideo
dicitur ꝙ deus illud facere nõ potest.
Hæc ille.si autem aliquid factum præ-
sens amittit rationem possibilis:& con
sequenter induit rationem necessarii
oportet oppositum eius induere ratio-
nem impossibilis naturalis,& si nõ lo-
gici.¶ Notandum est quarto quod ex
dictis sequit hanc esse differentiã in-
ter socratem in a. instanti volentẽ.b. Q
& deum simul volentem. b.in instan-
ti.c.puta in nunc æternitatis : quia so-
cratem non velle. b.in a.est possibile
solum logicè :non autem naturaliter:
sed deum in capi.non velle.b.est possi
bile vtroque modo quia Deus in crea-
tura nihil nisi vult liberè contradicto-
riè si illud sit futurum.Vnde in eo in-
stanti in quo vult potest nõ velle alio
qui cum nihil velit nisi in vno instãti.
j.c.si in illo non posset non velle quæ
vult

A vult non esset liber in volendo ad ex-
tra contra præmissa.Proximam autem
huius differentiæ causam si Deo pla-
cuerit assignabo in breui. ¶ Quantum
ad tertium prima conclusio est hæc.
Deus ab æterno liberè prædestinauit:
vel melius prædestinat omnes electos
libertate contradictionis:ita quod pote
rat non prædestinare. Si enim non præ
destinabat libere sed necessario vole-
B bat salutem electorum:quia in præde-
stinatione includitur voluntas de salu
te prædestinati.Sed illam salutem nõ
volebat necessario.quia in creatura ni-
hil vult necessario &c. Secunda con-
clusio.Deus nunc ita liberè prædesti-
nat eos qui adhuc nõ sunt saluati sicut
ab eterno liberè prędestinabat eos qui
iam sunt saluati.Nam si non esset sic:
ideo esset,vel quia Deus perdidit suam
libertatem, vel quia salus futura ali-
C quorum perdidit suam possibilitatem,
& acquisiuit necessitatem,vel imposi
bilitatẽ.Non primum tum quia actus
voluntatis Dei nondum est mutatus vt
transiuerit in præteritum : sed adhuc
est in illo nunc in quo est elicitus &
consequenter nunc elicitur sicut & ab
æterno : & consequenter nunc vt tunc
est liber:Tum quia pro illo instanti in
quo deus aliquid vult potest non vel-
le illud si sit futurum vt probatum est.
D Neque secundum:quia futura per cau
sas contingentes cuiusmodi est salus
quæ est per voluntatem quandiu sunt
futura sunt factibilia : & consequenter
possibilia.Tertio.Necesse est hominẽ
prædestinatum contingenter.i. per li-
berum arbitrium saluari ,& præsci-
tum contingenter damnari . Nam
omnis voluntas , non impedibilis
vt diuina producit effectum eo modo
quo vult eum produci id est liberè vel

contingenter & consequenter prædes- E
tinati saluantur eo modo quo Deus
vult id est liberè &c. Sed contra pri-
mam conclusionem. Nam ab æter-
no,aut Deus prædestinabat aut non.
Si primum igitur non poterat præde-
stinare : quia vtrobique sequitur ꝙ
mutaretur.Solu.prædestinabat Petrũ.
& poterat illum non prædestinare ab-
solute:licet non supposito quòd præde
stinaret.Et sic ponatur quod non præ-
destinaret Petrum : non sequitur quòd F
mutetur sed quod nunquam illũ præ-
destinasset.Altera enim pars contradi-
ctionis posita in talibus deponit aliam
æternalitatem.Cõtra secundam. Nam
omne præteritum.Sed actus prædesti-
nationis saluandorum est præteritus.
Tum quia hoc importat ly præ. Tum
quia est æternus.solut.imò nõ est præ-
teritus:sed est præsens ad primum ta-
men dico:quod ly præ,importat ante
cessionem:sed dupliciter aliquid ante- G
cedit aliud. Primò : quia est in eodem
ordine cum illo & non est simul sicut
vnus punctus circunferentiæ circuli
antecedit aliud & vna hora diei aliam.
Et secundo:quia nõ est in eodẽ ordine
sed coëxistit priori existẽti i eodẽ ordi
ne sicut si dicamus centrum circuli vt
cõintelligitur,& coassumitur vnũ pun
cto circunferentiæ:præcedere alia pũ
cta quæ sequuntur illum cui coassu-
mitur.Et ista modo æternitas & præ- H
destinatio præcedit hanc diem : quia
coexistebat diei æternæ. Et sic pa-
tet ad secundum . Contra tertium.
¶ Nam ex causa coassumpto vero,
sequitur falsum sic.Quicunque neces-
sario damnatur contingenter non po-
test contingenter saluari quia eo mo-
do quo aliquid necesse est esse,necesse
est oppositum non esse:& cõsequenter

I impoſsibile eſt eſſe. Sed præſcitus neceſſario damnatur contingenter non poteſt contingēter id eſt liberè ſaluari. S o. ſi minor intelligatur de neceſsitate abſoluta. eſt falſa: ſi de conditionata eſt vera: ſed non infert impoſsibilitatem concluſionis niſi conditionatā. q ſ. ex ſuppoſitione quod præſcitus ſit præſcitus: non poteſt ſaluari. Et ſi dicatur quod eſt neceſſe ipſum eſſe prēſcitum: hoc nego: quia ſanc. Tho. dicit in
K xxxix. diſtin. j. quæſtio. ij. argumē. j. ad primū ſic, Actus diuinæ ſcientiæ nunquam tranſit in præteritum: ſed ſemper eſt in actu: ideo sēper manet, in libertate voluntatis. Hæc ille. Vnde ſicut Deus nunc liberè prædeſtinat: ita etiam liberē præſcit, ac reprobat. Hæc ſunt quæ breuiter ſcribere volui, vt ſatiſfacerem pro modulo meo ingeniis humanis. verum tamen mihi videtur q̄ omni animæ ſatiſſacere debeat
L hoc quod Deus iubet fieri bona: & mala vitari promittens bonis præmia, & minitans pœnas iniquis. Si autē deus iſta mandat factibilia ſunt: alioqui eſſet iniquus. ſi hoc ſciens mandaret vel inſcius ſcilicet ignoranter. Plus autem debet homo Deo quam ſibi credere: quia rudes ſumus: nec poſſumus intelligere groſsiſsima etiam quæ ſentimus, vt pote vnde eſt quod palææ conſeruent nues, & maturent emiſpilia: cum illud
M frigus & hoc calor efficiat.

Dominica prima poſt feſtum Trinitatis Quæſtio. xl vj.

QVAERITVR VTRVM damnati gaudeant de pœnis inimicorum ſuorum damnatorum, ſicut iſte videtur doluiſſe de N pœna parentū? Reſpōd. Tho. iij. quodli. ar. xxiiij. ſic dicit. Licet idem, ſecūdū diuerſas rationes, ſit delectabile, & triſte: tamē ſimpliciter dicitur tale à deo quod præeminet. ab eo vero quod eſt minus dicit, ſecundum quid. Igitur pœna inimici in dānatis habet rationē delectabilis quomodo. i. inquātum imple tur voluntas damnati de malo inimici ſui quia vt dicitur Ezechiel. xviij. Dānati deſcendunt ad infernum cū armis O i. prauis affectionib⁹. Vnde ſupra illud Eſa. xiiij. omnes principes terræ ſurrexerunt dicit glo. Hic. Solatium eſt malis inimicos ſuos ſocios habere penarū. Et quodāmodo etiam habet rationem triſtabilis propter duo. Primo: inquantum in pœna damnati impletur iuſtitia diuina: quam odiunt, & blaſphemāt damnati ſecūdū illud, Apoc. xvj. Aeſtuauerūt hōies æſtu magno, & blaſphemauerunt nomē domini. Secundo propter P vermem conſcientiæ: quia ſic in eis remanent prauæ affectiones odii, & inuidiæ: quod de eis dolent ad punitionem non ad purgationem: ſecundum illud Sap. v. Pœnitentiā agētes, & præ angu ſtia ſpiritus gementes. Sed cōtra. Nam cum omne gaudium diminuat dolorem, vt patet. vij. Ethi. tantū poſſent alicuius damnati multiplicari inimici q̄ Q eius dolor qui intenſiue finitus eſt tota liter deleretur: quod eſt contra diuinam iuſtitiam ſolu. Sicut in hac vita pœnitentes dolent, & gaudent de dolore: ita damnati gaudent de pœnis inimicorum: & de ipſo gaudio ipſo magis dolent, & præcipuè ſi præſtiterunt eis cauſam damnationis. Hæc ille. Qui ſentit quod de illis pœnis gaudent ſecundum quid: & ſimpliciter dolet.

¶ Quæri etiam poteſt vtrum damnati vel

A vellent omnes alios etiam ſuos parentes eſſe damnatos. Vide. ſ. Tho. quodli. viij. argumen. viij. o. Item. iiij. diſtin. j. q. ij. ar. j. q. iiij. o. Et vtrum anima ſeparata poſsit igne corporeo cruciari. Vide. iiij. diſtinctione. lxiii j. quæſtio. x. argu. ij.

Dominica ſecundum poſt Feſtum Trinitatis. Quæſtio. xl vij.

QVAERITVR VTRVM homines peccatores maximè infideles ſint ad bonum compellendi ſecundum q̄ hic dicitur. Exi i in vias, & ſepes & compelle intrare. Reſpondeo, infideles qui nunquam fidem ſuſceperunt vt Gentiles, & Iudæi nullo modo compellendi ſunt ad bonum fidei, vt credent: quia credere volūtatis eſt. Vnde in decretis D. xlv. ſic dicitur De Iudeis præcepit ſancta ſynodus neminem de cętero ad credendum vim inferre. Sunt tamen ſi facultas ad eſt compellendi ne fidem impediant blaſphemiis, vel perſuaſionibus vel perſecutionibus propter quę fideles contra eos bellum mouent: non vt eos credere cogant: quos relinquerent in ſua libertate credendi: etiam ſi eos captiuos haberēt. Sed infideles qui quandoque fidem ſuſceperunt, & protentur, vt hæretici, & apoſtatæ ſunt etiam compellendi, vt impleant quod promiſerunt: vt de Iudæis dicitur vbi. ſ. ſed contra. Primo Nā paterfamilias Matth. xiij. prohibuit Zizania colligi vbi dicit Chryſ. Hæc dicens prohibet occiſiones fieri. Nec enim oportet interficere hæreticum: quia ſi eos occideritis neceſſe eſt multos ſanctorum ſimul ſubuerti. Ergo pari ratione videtur quod non ſint aliqui infideles ad fidem cogendi. Solutio. Quidam intellexerunt ibi prohiberi, non excommunicationem ſed occiſionem hæreticorū, vt patet ex autoritate Chryſoſto. inducta. Et Auguſti. ad Vincent. de ſe dicit. Hæc primitus mea ſententia erat neminem ad vnitatē chriſti cogendū: verbo eſſe agēdū diſputatione pugnandum: ſed hęc opinio mea non contradicentium verbis: ſed demonſtrantium ſuperatur exemplis. F

¶ Legum enim terror ita profuit vt multi dicant gratias domino: qui vincula noſtra dirupit. ¶ Quomodo autē debeat intelligi illud. Sinite vtraque creſcere apparet ex hoc quod ſubditur. Ne fortè eradicetis ſimul, & triticum. Auguſti. contra epiſtolam Promeniani. Cum metus iſte non ſub eſt G id eſt, quando ita cuiuſque crimen notum eſt: & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorſus, vel non tales, habebat defenſores, per quos poſsit ſcisma contingere. nō dormiat ſeueritas diſciplinæ ſecundo Nam ſecundum Augu. cętera poteſt homo nolens credere vero non niſi volens. Sed voluntas cogi non poteſt. Ergo non ſunt cogendi infideles. ſolu. Sicut vouere non voluntatis: ſed reddere neceſsitatis eſt ita volūtatis eſt ac H cipere fidē: ſed neceſsitatis acceptā tenere. Ideo cōpellendi ſunt heretici vt fidem teneant. tertiò. Nam Eze. xviij. dicitur ex perſona domini. Nolo mortem &c. Sed nos debemus noſtram voluntatem conformare diuinæ &c. ſolut. Sicut dicit Auguſti. in epiſtola ab Bonifacium comitem nullus noſtrum vult aliquem hæreticum perire: ſed dicitur quod nō meruit habere

I pace domus Dauid nisi filius eius Absalon in bello quod contra pacem gerebat fuisset extinctus. Sic ecclesia catholica si ex aliquorum perditione cæteros colligit dolorem materni sonat cordis tantorum liberatione apostolorum Hæc omnia S. Tho. ij. ij. q. x. artic. viij. Arguitur etiã per rationes eorum qui tenent pueros infidelium inuitis parentibus baptizandos. Vide cap. iiij. dist. v. &. vj. quæstio. prima conclusione. j.

K ¶ Quæri etiam potest, vtrum ista quæ parata sunt in cœna patrisfamilias. in beatitudine sint bona corporalia? Vide. j. ij. q. iiij. arti. vij. Et vtrum voluntati possit inferri violentia? Vide. j. ij. q. vj. arti. iiij.

Dominica. iij. post festum Trinit. Quæstio. xlviij.

L QVAERITVR VTRVM Angeli plus gaudeant super vno peccatore pœnitentiam agente quàm supra nonaginta nouem iustis? Respondeo Angeli super pœnitentes pœnitẽtia gaudent. primò: quia vident suæ custodiæ fructum Secundò quia vident eorum numerum ac ruinam reparari. Tertiò quia ex amplitudine charitatis lætantur sic in laudando Deum habere consortium cum prius soli laudarent: iuxta illud Iob. iij. Vbi eras cùm me laudarent astra matutina id est angeli : & iubilarent omnes M filii Dei. Imo dicit. s. Boni. super Luc. eos gaudere de pœnitentia, peccatorum propter septem. Primo, quia destituitur culpa. Secũdo: quia recuperatur iustitia. Tertiò: quia confutatur demonum superbia. Quartò: quia efficax inuenitur angelorum custodia. Quinto quia reparatur ecclesia. Sexto: quia placatur ira diuina. Septimò: quia restauratur Hierusalem superna. Angelos autem plus de dicta pœnitentia quàm de nonaginta nouem iustis gaudere dupliciter potest intelligi esse verum Primò intelligendo per pœnitentiam: humanam redemptionem: & per peccatorem pœnitentẽ genus humanum quod dei amicitia merito suæ redemptionis recuperat & per. xcix. iustos intelligendo angelorum vniuersitatem : & etiam aliarum creaturarum. Sic enim Deus plus super hoc gaudet. Tum quia est maius bonum includendo in genere humano ipsum redemptorem cuius humanitas vt vnita verbo est magis dilecta, quàm omnes angeli. Tum quia aliquam rationẽ gaudii habet in hoc quã non habet in aliis. Tum quia in causa pœnitentiæ humani generis. id est, in eius redemptione qui facit eius pœnitentiam acceptam: est materia maioris gaudii quã in aliis operibus eius. Nam in opere redemptionis plus est operatus deus quàm in conseruatione totius multitudinis cœlestis: quia hoc est manifestatiuum maioris potentiæ maioris prudentiæ & maioris misericordiæ. Maioris potentię quia maximum opus dei aliquo modo est viuificare impium vt patet. j. ij. q. ciij. art. ix. in c. Item vnire humanitatem deitati personaliter: quod est miraculorum vt dicit S. Tho. de poten. q. vj. ar. ij. ad vltimum. Maioris etiam prudentiæ : quia prudentia eius percussit superbum. s. Diabolum. Ioan. xxij. Vnde dicitur de Augu. Nec satiabatur dulcedine mirabili conspyde rare altitudinem diuini consilii super salute humani generis. Maioris etiam misericordiæ : quia genus humanum quod damnationem meruerat sic subleuauit vt non solum per gratiã & gloriam: sed etiam personaliter sibi vniret in

A in aliquo eius individuo id est, Christi humanitate. Luc. j. Per viscera misericordiæ dei nostri &c. Secundo potest intelligi esse verum de singulis pœnitẽtibus. Super singulos enim eorũ angelus plus gaudet. Tum quia gaudium sibi est magis nouum siue quia habet in eo aliam rationem gaudii. Tum quia est aliquando feruentior iusto, & cautior, & humilior. Sed contra. Nam de B meliori magis est gaudendum sed malus bonum sunt. xcix. iusti quàm vnus pœnitens &c. Sol. Non plus gaudent Angeli Dei isto vno quàm illis : quia sit melior sed propter nouitatem ratio nis gaudii. Vnde cæteris paribus magis gaudent de meliori : sed secus si in minus bono sit aliqua ratio gaudendi specialis. Tunc enim aliquo modo est gaudium maius de minus bono. Si tamen pœnitẽs dicitur genus humanum C est maius bonum includendo humanitatem verbo coniunctam. Vtrum autem pœnitentes semper resurgant in gradu æqualis vel maiori quàm prius habuerit? Vide Cap. quarto distinctio. decimaquarta, quæstione secunda conclusione secunda.

¶ Quæri etiam potest vtrum Christus gauderet: quando ouem perditam suis humeris imposuit portans crucem. Vide tertia quæstione quadragesimasexta articulo octauo. Et vtrum super inD uentione ouis perditæ sit congaudendum : oui & congrutulandum : vel pastori, id est, vtrum magis gaudeat de bono eius ipsa ouis, an pastor? Vide quarta distinctione. xlix. quæstione. quarta articulo quinto quæstione quarta vbi habes quòd de bono inferioris beati magis gaudet superior quàm ipse inferior : & multò magis ipse Deus.

Dominica. iiij. post festum Trini. Quæstio. xlix. E

QVAERITVR VTRVM esse proximo misericordem sit esse summè & maximè virtuosum? Respondeo. Licet misericordia vt est dolor de aliena miseria sensitiuus sit passio & non virtus: tamen vt ex displicentia appetitus intellectiui de malo alieno est virtus. Nam ratio virtutis humanæ consistit F in hoc quod virtutes animi ratione regulentur. Sed prædictus motus potest esse regulatus ratione secundum hunc regulatum ratione potest regularis motus inferioris appetitus. vnde dicit Augu. ix. de ciui. dei. quod iste motus animi scilicet misericordia seruit rationi: quando ita præbetur misericordia : vt conseruetur iustitia siue cum indigenti tribuitur: siue cum ignoscitur pœnitenti. Cum autem virtus possit esse ma G xima secundum se & per comparationem ad habentem misericordia est maxima virtus secũdum se: quia ad ipsam pertinet effundere aliis : & defectus aliorum subleuare, quod maximè est superioris. Vnde misereri ponitur proprium deo, & in hoc maxime dicitur eius omnipotentia manifestari: non autem est maxima quò ad habentem nisi H ille esset maximus nullum habens supra se : quia habenti aliquem supra se maius, & melius est coniungi superiori quàm supplere defectum inferioris. Et ideo quantum ad hominem qui habet superiorem Deum : charitas qua deo vnitur, est potior misericordia qua proximorum defectus suppletur. Ipsa tamen est maxima inter omnes virtutes pertinentes ad proximum : sicut etiam est potioris actus : quia supplere defe-

I ctum alterius inquantum huiusmodi: est superioris & melioris. Sed contra primò. Nam maximè pertinere videtur ad virtutem cultus diuinus. Sed misericordia præfertur cultui diuino secundum illud Oseę.vj.& Mat.xij. Misericordiam volo &c.ergo est maxima virtus. Sol. Deum non colimus per exteriora sacrificia aut munera propter ipsum sed propter nos & proximos qa deus illis nō indiget: sed vult ea offerri
K propter nostram deuotionem &, proximorum vtilitatem. Et ideo misericordia qua subuenitur defectibus aliorum est sacrificium ei magis acceptum vtpote propinquius inducens vtilitatem proximorum secundum illud ad Heb. vlti. Beneficientiæ &c. Secundo. Nam super illud.j.Timo. v. Pietas ad omnia vtilis est dicit glo. Amb. Omnia summa disciplinæ Christiana in misericordia & pietate est. Sed disciplina Christiana continet omnem virtutem: ergo
L in misericordia est summa totius veritatis Sol. Summa religionis Christianæ consistit in misericordia quantum ad opera exteriora interior tamen charitatis affectio qua deo coniungimur præponderat dilectioni & misericordiæ in proximos. Tertio. Nam tanto virtus est melior quanto facit deo similiorem quia tanto facit meliorem. Sed hoc maximè facit misericordia :quia
M vt dicitur in Psal. Miserationes eius, super omnia opera eius. Sol. Per charitatem assimilamur deo tanquam ei per affectum vniti, sed per misericordiam per similitudinem operationis ideoque illa est potior. Hæc omnia S. Tho.ij.ij. quæstio.xxx. arti. & iiij. Et nota quod id primum intendit dicere quod misericordia præfertur quidem alicui diuino cultui: sed non omni quia non præfertur sibiipsi qui pertinet ad illum cul N tum: quia dari indigenti est sacrificare deo. ¶Quæri etiam potest vtrum in deo sit misericordia vide.j.q.xxj.ar.iij. Et vtrum præmium quod nobis redde tur sit commensuratum merito. Vide j.ij.q.ciiij.arti.in.c.

Dominica.v.post festum Tri. Quæstio l.

QVAERITVR QVID MS O lius,& deo gratius sit vel impendere curam particulariter saluti huius, vel illius, a i t laxando retia prædicationis docere sacram scripturam: seu per studium se disponere ad docendum. Et posito quod melius sit docere: quæritur quid sit melius docere verbo vel scripto: Respondeo S. Tho.j.quodli. q. vij.arti.iij. quærit vtrum peccet qui potest anima P rum saluti curam impendere: si circa studium tempus occupet: & sic dicit. Simpliciter melius & magis meritorium est docere sacram scripturam bona intentione vel ad hoc se per studiū disponere quàm impendere curam particularem saluti huius vel illius. Nam in omni artificio melior est disponens de artificio,& architector quàm manua
Q lis exequens disposita. vnde ille maior mercede conducitur: licet nihil operetur manibus. Sed in ædificio spirituali sunt quasi manu operarii qui particulariter insistunt curæ animarum puta ministrando sacramenta vel aliquid huiusmodi particulariter agendo: sed episcopi imperantes & disponētes qualiter illi operentur sunt quasi architectones. Propter quod & dicuntur episcopi, id est, super intendentes & docentes qualiter alii debeant salutem animarum procurare. Vnde & apostolas de

A se dicit prima. Cor. j. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare quamuis Baptizare sit opus maximè conferens saluti animarum. Ipsa etiam ratio demonstrat quod melius est erudire de pertinentibus ad salutem eos qui & in se,& in aliis proficere possunt quàm simplices qui proficere possunt in se tantum. In aliquo tamen casu necessitate imminente debereat episco
B pi,& doctores intermisso proprio officio particulariter intendere saluti animarum. Nihil enim prohibet quod simpliciter est melius: vt philosophari quā ditari & Margarita quàm panis in aliquo casu esse minus eligendum vt tempore necessitatis,& f amis: secundum illud Hieremiæ. iij. Dederunt quæque prætiosa, pro cibo. Sed contra primo. Nulla enim est grauior iactura
C quàm temporis. Ergo non debet aliquis totum tempus in studio expendere differens curam animarum. So. Nullam patitur temporis iacturam quæ operatur quod melius est docendo scripturam vel se ad hoc per studium disponendo. Hæc Sanct. Thom. cum multis aliis. Ex his autem patet ad primum
D quæsitum hoc tamen notandum quod Sanct. Thom. non loquitur de eo qui studet quidem in theologicis: sed non vt doceat verbo aut scripto sed vt sciat & in ipso lætetur de deo: sed de eo qui se per studium disponit vt,doceat ly vt dicente causam finalem. Hic autem est actiuus ille verò contemplatiuus. vt patet.ij.ij.quæstio. clxxxj. arti.iij. in corpore. Et ad inuicem in merito compantur eo modo quo vita mere contemplatiua & actiua veniens ex plenitudine contemplationis de quo vide secunda secundæ quæstione. clxxxij. articulo primo in cor. Ad secundum autem quæsitum dico vt patet ex dictis Sanct. E
Thom. in hac quæstione, quod melius est simpliciter docere scripto quàm verbo quia docens verbo vt in pluribus docet simplices tantum in seipsis proficientes. doc ens autem scripto docet etiam futuros doctores & si vterq; doceat doctores futuros (vt decens verbo in scholis aut alibi) adhuc melius est docere scripto: quia hæc doctrina est vniuersalior & durabilior. Et eadem ratione simpliciter melius est docere F
futuros doctores verbo in scholis quàm simplices in ecclesia, licet illi sint plures: quia sicut docens in ecclesia est architectus respectu particulariter salutem animarum procurantium: ita docens in scholis respectu docentium in ecclesia est architectus: quia docet qualiter doceant. Et consequenter est particeps totius fructus eorum quos docuit secundum illud Gal. sexta. Communicet autem is qui &c. G
¶Quæri etiam potest: Vtrum docere sit actus vitæ actiuæ aut contemplatiuæ? Vide secunda secundæ quæstione clxxxj.arti. Et vtrum doctor vel prædicator habeat à Deo in patria præmium spirituale id est, aureolam quando propter inanem gloriam prædicat non laxans retia capturam: sed suspendens in ventum? Vide quarta distinctione quadragesimaoctaua quæstione quinta, articulo tertio, quæstione H
tertia & quodlibet quinto quæstio. xl. articulo primo.

Dominica.vj.post festum Trinit. Quæstio lj.

QVAERITVR VTRVM recōciliatio fratris semper sit faciem ante oblationem sacrificii?

ficii? Respondeo quòd sic: ab eo qui fecit iniuriam si fratris presentia haberi possit: quia aliter non videtur quomodo possint verba saluatoris habere locum. s. Vade prius reconciliari fra. &c. Si vero est absens sufficit ad eum ire pedibus mentis: secundum Angu. de sermone domini in monte dicentem. Pergendum est non pedibus corporis: sed motibus animi: vt te humili affectu prosternas fratri ad quem chara cogitatione concurris in conspectu eius cui munus oblaturus es. Sicut enim deus iustificat confitentem voto, & desyderio: sic acceptat munus reconciliantis fratrem desyderio: & si nondum facto. Qui autem suscipit iniuriam, secundū Alex. de ales. in. iij. reconciliationem querere non debet debito necessitatis. Vnde dicit Aug. vbi supra. Non veniā postulabis ab eo qui tibi iniuriam feci te sed tantum dimittas, sicut tibi a domino dimitti cupis quod ipse cōmiseris. Debet autem eam quere debito honestatis: vt gloriam duplicem consequatur: sicut dicit Chry. Vnam: quia iniuriatus est: aliā, quia prior rogauit. Sed contra videtur quod semper sit facienda ante. Nam maius est damnum allatum in bonis animę & spiriualibus cō tristando spiritum fratris, ant dehonorando illum: quam illatū in bonis fortunę: sicut & illa bona potiora. Sed stante damno secundo: nunquam deus acceptat sacrificium vel aliud opus bonum de manu damnificatoris: quia semper stat eius peccatum: eo quod nō remittitur pecatum nisi restituatur male ablatum: extra de reg. iur. li. vj. Ergo multo fortius, nec stante damno primo. Sol. Damnum in bonis fortunę dupliciter stat scilicet in effectu quandiu scilicet non est emendatum: & in affectu scilicet quandiu non est deliberatio emendandi. Regula ergo loquitur in secundo sensu: non autē in primo, quia deus parcit si quis deliberat resarcire damnum quod tamen adhuc non emendat ex iusta causa puta impotentia & huiusmodi. Si enim deus vellet restituere cui quī nequit: obligaret ad impossibile: contra aliam regulam iuris ibidem scilicet impossibilium non est obligatio. Est autem simile de alio damno. ¶ Quę ri etiam potest an irasci fratri semper peccatū? Vide. ij. ij. q. clviij. ar. ij. &. iij. Et vtrum conuenienter gradus iræ à domino assignentur. vide. ij. ij. q. clviij. ar. vij. in. c.

Dominica. vj. post festū Trini.
Quæstio. lij.

QVAERITVR QVOT MODIS Christus poterat turbam magnam panibus satiare in deserto? Respondeo. Natura, & ars nihil facere possunt nisi vno modo scilicet natura alterando materiam productam à deo: & ars alterando & disponendo materiam productam à natura, vel saltem à deo. Nam omne agens secundum sicut actionem ita & effectū prioris presupponit in quod agat: quia cum non sit purus actus non potest se toto agere: & cōsequenter nec totum quod est in suo affectu producere. Deus autem potest rem compositam: quicquid sit de simplici quatuor modis facere. Primo, totaliter creando: ita quod nihil rei factę præexisteret factioni sicut scicit cęlum. Et secundo alterando eo modo quo agens naturale ita quod factio ni rei præexistat quedam rei fiendę materia, sed nō forma. sicut ex virga Aaron produxit fructus: Nume. xvij. c. Et tertio

tio conuertendo materiam rei in aliam rem iam prę existentem ita quod factioni præexistat materia, & forma rei fiendę: sed non fit eo modo est post factionem sicut natura ex alimentis facit carnes prę existentes inquantum illas augent conuersa noua materi in carnes: quia quod potest effectiuè deus facere per naturam potest etiam immediate efficere per seipsum. Et sic fecit etiam conuertendo aliquam materiam in carnem & os que erat in costa Adę. vel saltem in os: vt patet. j. q. xcij. ar. iij. ad primum. Et quarto conuertendo in rem præexistentem: non solum materiam: sed etiam formam alterius rei existentis conuertendo totam rem vnam in totam aliam: sicut conuertit totum panem quantum ad materiam, in totū corpus Christi: vt pater. iij. q. lxxv. arti. iij. in. c. Quod autem deus hoc posset quanuis sancti hoc doceant: tamen sic naturali ratione probatur. Nam cū omnes agat inquantum est actu agens naturale vel creatum: propter hoc non potest agere nisi ad immutationem forme: quia in suo actu est determinatum vt pote existens determinati generis & speciei: & consequenter eius actio non fertur nisi super aliquem actum determinatum: & consequenter super formam tantum qua fit determinatio in esse actuali. Igitur sicut se habet agens creatum ad transmutandum secundum formam qua quid determinatur in esse actuali: ita se habet in creatū ad transmutandum totam entis naturam scilicet materiam, & formam: quia est actus infinitus. Igitur sicut agens creatum perficere potest conuersionem formalem ideo, secundum formam ita potest increatū perficere substantialem, ideo, secundum totam substantiam rei. Igitur Christus poterat in deserto cum esset deus quatuor modis turbam panibus saturare. Primo: creando panes, & secundo: alterando aliquam materiam ad nouam formam panis. Et tertio adducendo aliquam materiam ad formā panis præexistentem. Et quarto: conuertendo lapides, vel aliquid tale in panes. Potuit autem eiusdem quatuor modis replere stomachum turbatum, & vlterius etiam. Quinto modo scilicet rarefaciendo panes paucos ideo, nullam addendo substantiam: sed augendo quantitatem. Eo enim casu fuissent repleti: quia replere est quantitatis: sed non satiati quia satiare appetitum cibi est exhibere aliquid vnde nutriatur corpus & restaureur quod resolutum est per calorem naturalem quod quantitas facere nō potest: alioqui posset quis nutriri sphera mathematica si hanc deglutiret. ¶ Sed contra predicta arguo quod quartus modus sit impossibilis. Si enim totus lapis transiret in totum panem: esset ibi aliquod subiectū vtriusque: qui in omni mutatione oportet esse subiectum quod prius sit in potentia: post vero in actu: cum motus sit actus existentis in potentia. iij. physi. Sed hoc non est ibi assignare. ergo &c. So. Procedit hæc obiectio de mutatione formali quia proprium formæ est in materia, vel subiecto esse. Non autem habet locum in conuersione totius substantiæ. Vnde cum hæc conuersio substantialis importet quendam ordinem substantiarum quarum vna cō uertitur in alteram: est sicut in subiecto in vtraque substantia: sicut ordo & numerus. Vide de his omnibus. iij. q. lxxv. ar: iiij. Secundo, Nam data possibilitate dicti modi: non sequitur quod Christus potuisset inde satiare turbas: quia

I quia etiam si totum mundum conuertisset in septem panes illos nō fuissent maiorem quantitate nec substantia: sicut corpus Christi non crecit ex consecratione panis. Sol. Iste quartus modus subdiuidi potest in quatuor. Primus est conuertendo in illos septem panes existentes alia corpora puta lapides. Secundus est conuertendo lapides vel aliud in panes nouos: ita quòd totum transiret in totum: sicut K posset cogitari vxor Loth transiuisse in salem nouum, qui prius non erat. Tertius mutando materiam lapidis ad formam noui panis: sine quacunque alteratione vel dispositione media præuia: sed cum dispositione quæ est naturalis sequela. Quartus est conuertendo illos panes in lapides magnos: & rursus illos lapides in panes maiores priō ribus. Eo enim casu satiati ex maioribus panibus dicerentur aliqua ratione L satiati exprioribus: quia cilicet, satiati essent ex illis in quos sunt conuersi lapides in quos erant conuersi primi panes De primo autem horum non est dubium quia est sanctorum similiter nec de tertio: quia si deus potest producere formam cum materia simul sine præuia dispositione & vt produxit cælum potest etiam producere formam. Sed de alijs est dubium & si est possibilis vnus. est & reliquus: quia sequens M ineludit priorem in secunda conuersione. Et quidem si solus primus horum modorum est possibilis, argumentum cōcludit. Si aūt possibilis est aliquis alio rum duorum id est secundi, & tertij: sit stat quartus modus satiandi in deserto non ex illis septem panibus: sed ex panibus multis. Si autem possibilis sit vltimus sic erit saturatio aliquo modo ex eisdem ¶ Quæri etiam potest sicut quæsitum est dominica. iiij. in quadra- N gesima.

Dominica. viij. post festum Trini. Quæstio. liij.

QVERITVR VTRVM arbor bona ideo, voluntas bona possit facere malum fructum, ideo malam actionem. Respondeo ex doctrina: san. Tho. ij. dist. xxxix. q. ij. ar. ij. Cum voluntas feratur in finem vltimum, vt est intendens: & in finem proximum idest, obie- O ctum ordinatum in finem vltimum: vt est eligens: voluntas mala, vt est intendenes super facit malum fructum: quia eius finis malus est. Sed tamen voluntas bona vt intendens non propter hoc necessario facit bonum fructum: vt si obiectum proximum sit de se malum: puta fornicari. Bonum enim secundum Diony. est ex totali & integra causa: P malum autem ex singulis defectibus. sicut pulcher homo non est nisi habeat omnia membra pulchra. turpis autem dicitur si omnia sint pulchra p̄ter oculum vnum: secundum quem sit strabo. Sed voluntas bona secundum quòd est eligens non potest facere fructum malum. Nam si electio est bona: oportet esse consilium bonum: quod electio nem præcedit. Et si consilium est bonū Q vt patet. vij. Ethic. primo, finis est debitus: quia non dicitur consiliarius bonus ad malum finem inuenies vias efficaces. Et secundo id per quod intēdit consequi finem est bonum: quia nō est bonus consiliarius, qui bonum finem medio inconuenienti consequitur. Et tertiò tempus debitum: ita quod nec tardè, nec precipitanter consilians consiliatur. Licet hoc tertium pertineat ad bonitatem cōsilij: vt est in ratione: alia vero

A verò duo ex parte rei consiliabilis. Et si bonus est finis & id quod ordinatur in finem: bona est actio. Sed contra videtur quòd simpliciter ex voluntate actus iudicentur boni, vel mali: quia nō potest arbor bona fructus malos facere &c. Sol. Saluator comparat arbori voluntatem secundum quod est eligens: quia ex electione immediate sequitur actus: sicut ex arbore immediate fructus. Siue sub alijs verbis comparat ar B bori bonæ voluntatem bonam secundum quòd est bona ex actu volito & fine intento vt dicit: san. Th. ī. ij. q. xix. ¶ Quæri etiam potest vtrum fructus malus arboris malę habeat rationem peccati & consequenter sit ei causa excisionis, & cōbustionis. Vide. j. ij. q. xxj. ar. j. Et vtrum vnus & idem fructus possit esse vtriusque arboris, id est bonus, & malus Vide. j. ij. q. xx. ar. vltimo. C

Dominica nona post festum Trinita. Quæstio. liiij.

QVAERITVR VTRVM liceat hunc villicum imitari faciendo eleemosynam de illicitè acquisitis. Respondeo, Tripliciter aliquid est illicite acquisitum. Primò quia debetur ei à quoacqui D situm est vt in furto, rapina. & vsura. Secundo quia licet non debeantur ei à quo acquisitum est: tamen acquirens illud retinere non potest quia cilicer, vnus dedit, & alter accepit contra iusti tiam, vt in simonia. Tertio: quia licet acquisitio sit licita: illicitum tamen est id quod acquirit sicut patet de eo quod per meretriciū acquirit mulier quod proprie dicitur ſturpe lucrū. Agit enim iniustè meretrix meretricando: sed nō mercedem pro meretricio accipiendo E igitur de primo eleemosyna fieri non potest: quia homo tenetur illud restituere nisi sit incertum cuius sit: quia tunc non solum licet, sed necessarium est illud in eleemosynas erogari. vel ipsi habenti si indiget, à suo confessore, seu prelato, vel alteri & hoc ab ipso vel cō fessore vel à prelato suo. De secundo autem eleemosyna fiori debet quia illud non potest teneri: nec debet restitui ei qui dedit. Et simile est de alijs in quibus datio, & acceptio est contra le- F gem. De tertia autem fieri potest: licet non sit debitum necessitatis: quia tale est effectum proprium & potest retineri: non tamen de acquisito per meretricium sit sacrificium vel oblato ad altare. Tum propter scādalum. Tum propter sctōrum reuerentiam. Sed contra videtur quod possit fieri de illicitè acquisitis: quia hoc est consilium Christi dicentis. Facite vobis amicos &c. G vbi dicit gloss. Iniquitas bene dispensata, in iustitiam vertitur. Sol: Mammona iniquitatis dicuntur diuitiæ acquisitæ illicite sed tamen licitę detentę. Vel dicuntur diuitiæ licitę acquisitæ sed tamen que frequenter sunt causa iniquitatis &c. vt in expolsione dictum est. Secundo. Nam quicunque videt existentem in extrema necessitate, ei omnino subuenire debet. Sed nihil habens nisi illicitè acquisitum, licite iu H uat talem ergo &c. Sol. Si talis tali daret de alieno, quia necessitate extrema omnia sunt communia. Quærit etiam potest vtrum clericus habens à domino ideo, Christo, villicationem peccet mortaliter nō dando pauperibus superflua iuxta intentionem domini sui? vide. vj. quodli. art. xij. Et vtrum sequens opera pietatis possit damnari vel certè

certè necessariò recipiatur in æterna tabernacula. Vide.iiij.dist.xv.quæstio. ij.articulo.ij.

Domi.x.post festum Trinita. Quæstio.lv.

QVAERITVR VTRVM cognosci possit ex scripturis tempus visitationis Hierusalem quod illa non cognouit? Respondeo. Ad probandum Christum dominum iam venisse, & visitasse Hierusalem, & plebem domini. Primò induco prophetiam Iacob Gene.xlix. Non auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio Gẽtium. Sed modò ablatum est sceptrum, regimẽ, & dominatio à Iudæis à tempore Herodis Ascalonitæ sub quo natus est Iesus. Ergo ab illo tempore venit Christus. Ad hoc respondent aliqui Iudæi quòd hæc autoritas non est intelligenda de Christo ad literam: sed de Nabuchodonosor rege Babyloniæ qui missus est ex ordinatione diuina contra Hierusalem propter peccata propria: vt habetur.iij.Reg.xxiiij. Extunc enim defecit regimen Iudæorum: quia cœpit Ezedechiam regem, & excæcauit eum, & filios eius occidit: vt habetur ibidem cap.xv. Nec post aliquis de semine eius regnauit. Sed hoc dictum apparet falsum: quia post captiuitatẽ Babylonicam habuerunt duces, & principes: vt patet de Zorobabel, Esdra, Neemia, & Machabæis. Habuerunt etiam reges: quia Ioannes Hircanus Simonis Machabæi filius imposuit sibi diadema regium. Et ex tunc regnauit filius eius vsque ad Herodem qui fuit Ascalonita, & ab alienigena gente. Et ideo vsque ad illud tempus non fuit amotũ omnino regnum Iudæorum. Si autem dicatur quòd à tempore Nabuchodonosor fuit amotum à tribu Iuda. de qua amotione loquit propheta prædictus: quia illi qui postea regnauerunt fuerunt de alia tribu. quia Machabæi fuerunt de tribu sacerdotali: non potest stare hoc dicit: quia Zorobabel qui post captiuitatem Babylonicam fuit eorum dux: fuit de tribu iuda: vt patet manifestè in multis locis scripturæ similiter Machabæi: quia tribus sacerdotalis, & regia fuerunt mixtæ. Et ideo alii soluunt aliter: dicẽtes quòd intelligitur de Roboam filio Salomonis à quo recesserũt decem tribus & adhæserunt Ieroboam filio Nabath vt habetur.iij. Reg. xij. Sic ergo exponunt prædictam autoritatem. Non auferetur &c. donec veniat Silo: & est nomen loci, vt dicunt: quia vbi Hieronymus transtulit mittendus Hebraica veritas habet Silo. Ad illum autem locum venit Roboam vt constitueretur rex post patrem: & in illo loco recessit populus Israel ab eo, & constituerunt super se Ieroboam qui erat de alia tribu, scilicet Ephraim: & sic tunc fuit ablatum sceptrum de Iuda. Verumtamen quia ipsi filio Salomonis remanserunt duę tribus: ideo sequitur in Hebraica veritate. Et ei aggregabuntur gentes vbi Hiero. transtulit. Et ipse erit expectatio Gentium. Sed ista responsio patet falsa per text. iij.Reg.xij quia ibi dicitur. quòd ille locus in quo Roboam fuit à populo derelictus vocatur Sichem. & est locus bene remotus ab illo loco, qui vocatur Silo. Item huiusmodi responsio præcedens & cõsimiles patent falsæ per translationem Chaldaicam apud omnes Iudæos ita autenticã, vt nullus sit ei oliꝫ contr

contradicere ausus. secundum quã vbi Hier. transtulit: donec veniat qui mittendus est. Hebraica veritas habet donec veniat Messias. Nam id quod erat obscurum per hoc voluit declarare. Et sic patet quod prædicta autoritas non poterat intelligi de Nabuchodonosor: nec de Roboã: nec de aliquo alio quàm de Christo. Quod autem sequitur in Hebraico. Et aggregabuntur ei gentes: sic est intelligendum: quia Iudęi in aduẽtu Christi pro maiori parte sunt obstinati in sua infidelitate: & Gentiles qui nomine gentium designantur aggregati sunt ipsi Christo fidem eius deuotè susципientes: secundum quòd dicit apostolus. Ro.xj. Cæcitas ex parte &c. Quod autem tempore Herodis ablatũ est à Iudæis sceptrum, patet: quia ipse fuit primus alienigena qui regnauit in Iudæa. Pater enim eius fuit Idumæus. Iste Herodes Romanorum auxilio fretus, debellauit Antigonum regem Iudæorum qui descenderat à Machabęis, & omnem prolem regiam occidit, & libros de analogia regum combusit: ne postea deprehenderentur alieni ipse & filii eius à regno Dauid. Interfecit etiã in populo doctores qui docebant illud Deuter.xvij. De medio fratrum tuorũ pones super regem, vt sic auferret Iudæis omnẽ viam recuperandi sceptrũ. Quod etiam patet per effectum: quia ab illo tempore vsque nunc fluxerunt, m.cccc.anni, ad minus: quia tali anno incarnationis correctum est hoc opus. & adhuc Iudæi videntur magis à prædicto sceptro longinqui quàm à principio. Cùm igitur ablatio sceptri fuerit signum eis prædictum de aduẽtu Christi: manifestè patet quod illud impletum est tempore Herodis quo regnante natus est Iesus Christus. Et sic patet propositum. s. quòd tempus incarnationis sit præteritum. Item hoc idem probatur autoritate Aggei.ij. Hæc dicit dominus. Adhuc vnum modicum est, & ego mouebo cœlum & terram, mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desyderatus cunctis gentibus. Et infra, Maior erit gloria huius domus nouissimæ quàm primæ secundum omnes doctores Hebręorum habetur quòd iste desyderatus est Messias. Patet igitur per plura in autoritate prædicta posita: quòd tempus aduentus Christi sit præteritum. Primò per hoc quod dicitur ibi. Adhuc vnum modicum, & subditur de aduentu Christi. Veniet desyderatus cunctis gentibus. Aggeus enim propheta dixit hoc verbum secundo anno Darii regis Persarum. Ab illo autem tempore vsq; nunc fluxerunt anni ferè duo millia secundũ computationem Iudæorum. Multò magis secundum computationẽ nostram. Talis autẽ numerus non dicitur in scriptura modicum. Cùm igitur dicat propheta in scriptura restaret tempus modicum vsque ad tempus desyderati cũctis gẽtibus, patet quòd tempus sui aduentus est præteritum. Sed ad hoc respondent aliqui quòd tantum tempus in scriptura bene dicitur modicũ: quia dicitur in Psal.lxxxj. Mille anni ante ocu.tu.tãquàm dies hesterna. Sed quòd hæc responsio non valeat patet: quia si tempus mille annorum cõparetur æternitati, modicum est. Et sic loquitur autoritas psalmi prædicti: quod patet per hoc quòd dicit. Ante oculos tuos: quia diuina cognitio quæ per oculos designatur: ęternitate mẽsuratur. Sed si referatur tempus mille annorum ad expectationem populi: sic non potest dici rationabiliter loquendo tempus modi-

I cum: sed multum. Vnde. & Baruch. vj. tempus captiuitatis Babylonicæ prædicitur magnum, & longũ: quod tamen fuit valde modicum respectiuè, s. lxx. annorum. Item patet propositum per id quod in autoritate subditur. Replebo domum istam gloria. & loquitur de domo Dei ædificata à Iudæis post captiuitatem Babyloniæ. Igitur stante illa domo venit Christus: quia propheta dicit eam replendam gloria per aduentum ipsius desyderati ad eam. Domus K autem illa destructa est per Titum, & Vespasianum quadragesimo secũdo anno post domini passionẽ ergo &c. Item tertiò, patet propositum per illud quod sequitur in autoritate prædicta. Magna erit gloria istius domus nouissimæ &c. Constat enim quòd loquitur de ædificata post captiuitatem Babyloniæ. ad eius ædificationẽ inducebat populum: & prædixit gloriam eius maiorem futuram quàm fuit gloria domus ædificatæ per Salomonem. Hoc autem non L intelligitur propter maiores diuitias, seu honores, seu cultum diuinum, vel ædificationes: quia domus, & status populi tunc erat quasi nullius momenti respectu illius domus & status qui fuit sub Salomone. Propter hoc dicitur. ij. Esdr. xij. quòd sacerdotes qui viderant primam domum lachrymabantur: alii exultantibus in dedicatione domus secundæ: quia quasi nullius mométi erat respectu primæ. Et ideo non potest intelligi gloria eius maior nisi per aduẽtum ipsius desyderati cunctis gentibus: qui eã glorificauit præsentia sua: quia in ea fuit à matre oblatus secundum quòd propheta Malachias prædixerat iij. cap. Statim veniet ad templum &c. Ipsam etiam domum frequẽter honorauit quando ibi prędicauit, & miracula sine numero fecit Matt. xxj. Accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanauit eos. Dicũt autem aliqui Iudæi ad hoc quòd maior fuit gloria secũdæ domus &c. in annis: quia plus durauit. Sed hoc nõ valet etiam si verum sit quod plus durauit: quia hoc nõ fuit ad gloriam, sed ignominiam: quia pluribus temporibus fuit cõculcata, & dehonorata. Primò: quia Antiochus Epiphanes posuit ibi adorandum idolum, O & fecit ibi prostibula mulierum: secundum quòd habetur. j. Machab. ij. Sed quia librum istum nõ recipiunt Iudæi: ideo potest dici quòd hoc idem habetur Danie. viij. Hoc etiã dicit Iosephus lib. xij. antiquitatum. Similiter quando Hierusalem fuit capta per Pompeium Romanum Imperatorem qui in templo collocauit equos. Item iterũ alias, & vltimo quãdo destructa fuit per Titum, & Vespasianum. Omnibus enim P istis tẽporibus fuit ista domus deiecta, & cõculcata. Item ista maioritas durationis non videtur esse alicuius gloriæ notabilis. Aliter enim lapis dicitur maioris honoris, & glorię quàm natura humana: quia est maioris durationis. Item si computemus durationem domus secundæ secundum Iudæos dicẽtes eam durasse. cccxx. annos habemus quòd prima domus plus, vel saltẽ non minus, durauit: quia plures anni fluxerunt à Q quarto anno Salomonis: in quo fundata fuit prima domus: vsq; ad. xj. annum Sedechiæ in quo destructa fuit: quia fluxerunt anni. cccxxvij. cõputando tẽpora regum intermediorũ in tertio & quarto libr. Regum. Perfecta autẽ fuit xj. anno Salomonis. Licet autẽ fortè domus secunda plus durauerit tamen ista obiectio est efficax cõtra Iudæos: quia procedit ex suppositione cõputationis eor

A corum quam repugnant verã. Patet ergo ex prædicta autoritate Aggei ꝙ &c. Sed restat ostendere quòd in prædicta autoritate videtur dubiũ, scilicet qualiter sit impletũ illud Mouebo cœlum, & terrã. Dicendum est igitur: quod cœlum in aduẽtu Christi motum est: large accipiendo motum pro omni innouatione: quia magna innouatio in cœlo apparuit: quãdo in natiuitate Christi noua stella est visa: propter quod B reges venerunt ad ipsum adorandum. Maior autem fuit cõmotio facta in cœlo id est in cœlestibus spiritibus: qui tantæ rei nouitate nouis gaudiis exultabant. Item circa illud tempus. s. tempore Herodis sub quo natus est Christus in Iudæa de qua magis loquitur propheta quam de aliis terris fuit magnus terræ motus intãtum quòd gentes propinquæ credebant quòd in Iudæa nullus homo remansisset: vt dicit Iosephus C in. j. lib. de Iudaico bello. Et ex hoc arguitur probabiliter ab aliquibus aliquam cõiunctionem fuisse planetarum notabilem siue cõstellationem ex quibus solent accidere talia. Quod autem tunc motæ fuerint omnes gentes: patet, quia imminente Christi natiuitate iussit Cæsar Augustus describi orbem vniuersum, & omnes gentes Romanorum se tributarios profiteri: & propterea singuli ibant ad loca vnde erant D oriundi ad prædicta facienda. Propter quod etiam Ioseph de Galilæa ascendit in Bethleem &c. Luc. ij. In Iudæa etiam tunc fuit facta magna commotio: quia quidam nomine Iudas natione Galilæus publicè asserebat Iudæis esse illicitum cognoscere alium dominum præter Deum, & multi Iudæi secuti sunt ipsum: & postea interfecti ab exercitu Romanorũ: vt dicit Iosephus. ij. antiquitatum: & idem habetur Act. E v. Ante hos dies &c. De commotione autem maris non oportet exemplum ponere: quia frequenter solet accidere: propriè tamen per mare, & aridam intelliguntur habitantes in terris maritimis, & campestribus: sicut per cœlũ angeli illud inhabitantes qui omnes sunt moti vel per nouas illuminationes, & exultationes quo ad angelos: vel per descriptionem quò ad reliquos. Item quòd tempus aduentus Christi sit com F pletum per autoritatẽ Daniel. ix. patet vbi Gabriel angelus instruxit eum de tẽpore aduẽtus Christi di. Animaduerte sermonem, & intellige visionem. Septuagita hebdomades abbreuiatę sunt super populum tuum: & super vrbem, Sanctam tuam vt consumetur pręuaricatio: & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas. & adducatur iustitia sempiterna: & impleatur visio, & prophetia: & vngatur sanctus sanctorum. Scito ergo & animaduerte. Ab G exitu sermonis vt iterum ædificetur Hierusalem vsque ad Christum ducem hebdomadæ septem: & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexagintaduas occideretur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. Et H finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna & in medio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium & in templo erit abominatio desolationis vsque ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio. ¶ Ad intellectium autem huius prophetiæ, primo videndum est

I qualiter hic accipiant hebdomadę, vel hebdomades, ꝙ idē est. In sacra eñ scriptura hebdomada sumit vno mō pro tē pore. vij. dierum. & hoc modo communiter accipitur. Nam hoc modo loquit scriptura Leuitic. xxxj. vbi dicitur: qđ septem hebdomadę accipiendæ sunt à festo Paschę: quæ faciunt. xlix. dies. & 1. die celebrandum est festum penteco. alio modo accipitur in hebdomad? pro tempore. vij. anno. Et hoc modo loquitur scriptura leui. xxvv. vbi dicit. Numerabis septem hebdomadas annorum quæ faciunt. xlix. annos. & quinquagesimus dicitur Iubilæus: quæ apud Iudæos dicitur annus remissionis.

¶ Non inuenitur autē hebdomada accipi pluribus modis. Hic autē non potest accipi pro hebdomada dierū: quia alias tota prophetia Daniel fuisset cōpleta infra annū & dimidium. ergo per locum à diuisione oportet quod accipiatur pro hebdomada annorum. Et in hoc omnes catholici & Hebræi conueniunt: licet in hoc sit differentia, quod quidam catholici vt beda & alii dicūt quod isti anni intelligendi sunt anni lunares qui breuiores sunt solaribus. xj. diebus. Motus autem fuit ad hoc dictū ex duobus. primo ex textu: quia dicitur hebdomadæ abbreuiatæ. & sicut dictū est anni lunares sunt breuiores solaribus, & per consequens hebdomadæ annorum. Secundò: quia Angelus loquebatur Danieli qui erat Hæbreus. & Iudæi computabant per annos lunares vt dicit. Sed Nic. de lyra in quæstione cōtra Iudæos: vnde ferè omnia ista sumūtur: dicit quod salua reuerentia Bedæ vtrunque videtur falsum esse quia in hebræo non ponitur abbreuiatæ in detruncationem siue diminutionē prout sonat: sed ponitur præcisē prout determinationem importat temporis non plus aut minus. Similiter secundū videtur falsum: quia si Iudæi haberent annum breuiorem. xj. diebus, quod annus solaris quo vtimur cum secundum legem teneantur primo mense cuiusq; anni facere Pascha in die determinata s. vj. sequeretur quod eos pascha huius anni añcederet pascha anni p̄cedētis in. xj. dieb' & eodē modo pascha sequēs per. xxij. ad quod loqueretur quod ipsi celebrarent pascha ex obligatione præcepti infrà breue tempus in quo libet mense totius anni. Hoc autem apparet manifestum falsum ex vsu eorum. sem per enim faciunt eodem tempore. Ideo patet quod computant per annos solares sicut & nos. Licet enim incipiant menses à lunationibus: tamen annus apud ipsos habet. xij. lunationes. ita ꝙ per emboliſmos faciunt æquationem temporis. Dato tamen ꝙ quod computarent per annos lunares: nihilominus habetur propositum: vt videbitur. Secundo videndum est quot annos continent hebdomadæ prædictæ. Et patet hoc: quia si multiplicētur. lxx. per. vij. resultant. cccxc. siue quatercētum nonaginta. Tertio videndum est à quo anno incipiat computatiò ipsarum. Et dicunt aliqui Iudæi, quod incipiat computatio ipsarum. Et dicūt alii. qui Iudæi: quod incipit ab. xj. anno regis Sedechiæ: quando destructum est primum templum. Alii quod à primo anno Darii regis Medorum quia in illo tempore dixit ista Angelus danieli. Alii quod à reditu captiuitatis sub Zorobabel anno secundo Cyri regis Persarū. Alii ꝙ anno secūdo regis Artaxerxis: quādo missus est Hieremias ad ædificandū ciuitatē sanctā. Quæ autē istarū opinionū sit vera: & aliarum in pro

probationē omitto, propter prolixitatem vitandam: quia secundnm omnes istas computationes habebit sufficienter propositum scilicet quòd sit p̄teritus dauentus Christi, quod patet quia angelus assignauit. cccxc. annos vsq; quo impleatur visio. & prophetia, & vnguatur sanctus sanctorum. i. Christus. Sed qualitercunque accipiantur anni lunares, vel solares: & vbicunque incipiatur computatio secundum prædicta quia inferius non potest accipi quā in secundo anno Artaxersis totum tēpus p̄dictum iam diu est completum. Si autem aliquis vult plenius videre qualiter iste numerus annorum est completus per partes singulas: & qualiter in medio vltimę hebdomadę passus est Christus &c. quæ faciunt ad expositionem huius textus potest recurrere ad id quod scripsit nicolaus de lyra super Danielem. Verum hic volo remouere quandam solutionem falsam rabbi Salomonis dicētis ꝙ illę hebdomadæ nō continent tempus præcisum vsque ad aduentum Christi: sed à destructione primi templi vsque ad destructionem secundi: & sic exponit dicēs: quod. lxx. hebdomadæ p̄cisē idest p̄finitè sunt antequam veniat perfecta captiuitas ipsorum, quæ facta est per Romanos: vt consummerentur p̄uaricatio. i. vt desistent à præuaricationibus: castigati vt deleatur iniquitas ipsorum per dicta pœnalia: & adducatur iustitia sempiterna id est, vt in æternum iustificentur pœnam pro peccatis tolerando in dicta captiuitate: vt sic finaliter impleatur visio & prophetia id est visiones de Christo promissæ per prophetas: & vngatur sanctus sanctorū id est, archa domini, & vasa sanctuarii, quæ recuperabuntur per messiam venturum in fine huius captiuitatis. Sed quantum debeat durare ista captiuitas non dicitur: & per consequens determinatum tempus ipsius Christi hic non determinantur. Quod autem ista expositio sit falsa, & extorta patet per literam præcedentem, vbi dicitur ꝙ Angelus Gabriel venit propter orationem Danielis orantis pro liberatiōe populi ad declarationem exauditionis. seu petitionis. Et ideo non solum nuntiauit liberationē de captiuitate babylonica: sed etiam perfectam liberationem fiendā per Christum de qua principaliter Daniele rabat. Et ideo dicere quod Angelus veniebat ad denuntiandum perfectam liberationem sui populi & nullū certum tempus liberationis fiendę per Christum assignauit est valde absurdum, & præcedenti literæ contrarium: quia Angelus non veniisset ad consolationem sed desolationem Danielis. Itē cum dicit quod per captiuitatē in qua sunt desistant à præuaricationibus, hoc manifestē est falsum: qa super omnes gentes intendunt sortilegiis: & augurijs: vt dicunt qui sciunt facta eorum: & tamen ista maxime prohibentur in lege diuina: vt patet &c. Item, quia dicit impleri visiones prophetarum per merita eorum est contra id quod dicitur. Deu. ix. Scito ꝙ non propter iustificationes tuas dominus deus dedit tibi terram &c. Et multominus propter iustitias eorum est adimplenda promissio de Christo: & maxime quoniam de eo scribitur. Eza. viii, Erit in lapidē offensionis &c. Itē ꝙ dicit per vnctionē sancti sanctorum intelligi vnctionem archæ &c. hoc est contra illud ꝙ dicit Hie. iij. In diebus illis dicit dominus: non dicunt vltra archa testamēti domini &c. hoc est dictū ꝙ ceremoniæ, veteris:

I ris testamenti omnino cessauerũt post Christi passionẽ. Item probatur idem per illud Dan.ij.vbi dicitur ꝙ nabucxodonosor vidit statuam &c. & infra. Abscisus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam & cætera Et per istam statuam significabantur quatuor magna regna sibi in orbe succedẽtia: vt ipse Daniel exposuit primum Chaldeorum. secundũ persarum tertiũ Grecorum. quatum romanorum ꝙ per ferrum significatur: quia omnia alia regna domauit. Per lapidem autem significatur Christus: cui subiiciendum erat regnum Romanorum. secundum omnes tam hebræos quã catholicis. cũ autẽ Domino Iesu sit subiectũ regnum Romanorum tempore beati Siluestri per veram fidem sequitur quod ipse sit Christus. Item probatur idem per dicta & glo. doctorum hebræorum antiquorum: siue autenticorum. Esa. enim
L vitro dicitur antequã parturiret peperit glo. hebraica. Quia antequam natus fuisset ille qui in seruitutem vltimam redegit natus fuit redemptor. Ergo ante natiuitatem Titi fuit natiuitas christi. Ideo ibidem translatio Caldaica dicit. Et adhuc non erit veniens angustia & redimet. & adhuc nõ venit ei tremor cum doloribus propter partum & reuelabitur rex Messia. Dolor enim & an-
M gustia exprimunt maximam calamitatem qua sustinuerũt in obsidione Titi ergo Christ° ante Titũ natus est. Hoc aũt multi Iudæorũ cõcedũt, dicẽtes, ꝙ Christus natus est in die destructionis templi. sed cũ ab illo tẽpore fluxerint plus. cccc. anni ideo dicũt aliqui eorũ ꝙ est cum Angelis viuẽs eo modo quo Moyses in monte. Alii ꝙ est extra mõtes Caspios expectans præceptum dñi de liberatione populi. Alii: ꝙ vadit per munoum sicut pauper, & leprosus pro- N pter peccata populi. iuxta illud esa. iiij. Et nos reputauim° eũ quasi leprosum &c. quousque appareat ex pcepto domini in virtute ad liberationem eorũ de ista captiuitate. Talis autẽ varietas arguit manifestẽ eorũ dictũ esse fictitium. sed verũ est quo ad hoc ꝙ diu tẽpus eius esse præteritũ. Itẽ inde patet per quandã traditionẽ apud eos autẽticam & habeẽ in libro iudicũ ordina- O riorum tradito à domo Heliæ prima: q̃ est hæc. Discipulis ei° per. vj. M. annos erit mundus. 2000. vanitati. 2000. legis. 2000. Messiæ. ¶ Ad intellectũ huius est aduertendum ꝙ hæbrei dicunt hoc esse dictum à filio mulieris Sareptanæ quem suscitauit. Helias: qui etiã postea habuit spiritũ propheticum. Et 2000, annorũ dicũt tẽpus vanitatis ꝙa à principio mundi vsque ad vocatio- P nem Abrahæ. Ge. ij. mundũ defluxit in vanitate peccatorũ per luxuriã. vt patet in Gen. & per idolatriam adeo ꝙ tẽpore Abrahæ totius mundus erat corruptus: & ipse ausus est publicè primo vnum Deum prædicare: vt ait Iosephus libro antiquitatũ. Et istud tẽpus secundum eorum computationẽ fuit. 2000. anno. &. xxiij. quia Abrahã. lxxv. annos habuit quando vocatus est. Et ex tunc in cœpit tẽpus legis: quæ non datur nisi populo adunator: cœpit aũt Q sub ipso adunari & ad legem disponit propter ꝙ & circuncisionem in distinctionẽ accepit. Ab illo aũt tẽpore vsq; ad Christi natiuitatẽ fluxerunt. 2000. annorum. nisi ꝙ deficiunt. xxix.

¶ Si igitur accipiuntur. xxiij. qui superabundant supra habemus à principio mundi vsque ad natiuitatẽ christi quatuor millia annorum minus quinque. Quod si accipiãtur quinque anni qui

A quibus latuit in Aegipto ita quod dies Messiæ incipiant computari ab illo tẽpore quo de Aegypto est reuersus. sic sunt præcisè quatuor & illa. Vtrum eu tem. 2000. annorum debeat esse tẽpus Messiæ: non me intromitto: sed sufficit mihi tempus eius esse impletum: quia ipsi principio mundi vsque ad præsentem annũ. s. M. cccc. quo præsens opus fuit castigatum cõputant, cccc. &. cc. &
B lx. annos. Item ostendo propositũ per rationem scripturę sumptam. Cõsyderando enim processum veteris testamẽti apparet ꝙ quãtu filii Israël seruierũt dño: fuerũt i statu ꝓspero & si aliqñ fuerũt captiuitati & afflicti: hoc fuit ꝓpter peccatum multitudinis. Nũc aũt ita est ꝙ ante captiuitatẽ babylonicam fuerunt idolatrę pessimi & occisores
C prophetarum eos a peccatis prohibentium: adeo ꝙ sanguine prophetarũ repleuerunt hierusalem vsque ad os. iiij. Reg. xxj. & multa alia fecerũt: & tamẽ captiuitas non duauit nisi. lxx. annis cũ autẽ captiuitas n qua sunt nũc anno domini. M. ccc. duauerit per annos. M. ccccxxv. qua facta fuit. xl. anno a Christi passione quæ fuit. xxxiij. vel circa ab eius natiuitate, nec adhuc apparet eorum libratio Ne proximo: oportet eos concedere ꝙ peccatũ pro-
D pter quod tãdiu captiui sunt sit maius quã præcedẽtia: ꝙ nõ potest esse nisi occisio xpi. qa post dctã captiuitatẽ non leguntur idola trasse aut occidisse prophetas. Ideo dicit Rabbi Moyses in libro iudicũ ordinatorũ. Iesus Nazarenus visus est esse Messias: & interfect° est per domũ iudicii: & ipse fuit causa & promerit. vt dstrueretur Israel in gladio. Item multa opera diuina sunt facta in testimonium doctrinæ apostolorum quæ via naarę fieri nõ possunt vt patet per scriptores verisimos, & E publicam famam vsque nunc cõtinua tam quæ in talibus faciunt sufficientem fidem. sicut firmiter tenemus Aristotelem & Platonẽ fuisse philosophos & tamen non habemus nisi publicam famã. Hoc idẽ patet per libros autenticos apud Iudæos. Scribit enim in quodam libello qui apud eos intitulat de Iesu Nazareni gñatione: ꝙ leprosum mũdauit, & claudum ex vtero matris suæ stare fecit. & mortuos suscitauit, & multa alia quæ fieri non poterant nisi F virtute diuina dicitur tamen ibidem quod talia fecit virtute nominis Tetragrammaton: quia qui sciret illud debito modo pronuntiare posset virtute illius miracula facere: vt ibidem dicitur Iesus autem Nazarenus prænũtiationem illius nominis didicit vt ibi dicitur: quia in templo lapidem inuenit super quem steterat archa domini antiquitus: in quo erat scriptum tale nomẽ G expositum. Vocatur autem expositio illius nominis descriptio siue determinatio qualiter debeat pronuntiari. Licet autem hoc dictum non sit verum nisi pro quanto confitetur dominũ Iesum diuina miracula fecisse: tamen ex eo habetur contra eos argumentum.

¶ Nam illud nomen non potest habere virtutem ad faciendum aliquod contra honorem dei. Ergo doctrina Iesu Nazareni miraculis ab isto nomi- H ne factis confirmata non potest esse honori diuino contraria.

¶ Ergo fuit verus Deus, verus homo, & verus Christus: probatur in decreta. firmiter credimus de summa Trinita. Ratio quia ita docuit: alias virtute nominis deifuissent facta miracula ad confirmationẽ huius falsitatis. Et Deus esset testis falsitatis. Non

I enim prolatio talis nominis: sed Deus illa miracula operabatur. Hæc & alia videtur dicere expresse Iosephus.xviij. antiquitatum dicens. Fuit hisdem temporibus Iesus sapiens vir, si tamen eum virum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector: & doctor eorum hominum qui libenter audiunt quæ vera sunt. Et multos quidem Iudeorum & multos ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat hunc accusatione primorum nostræ gentis cum prælatus in crucem agendum decreuisset non deseruerunt cum hi qui ab initio dilexerunt eum. Apparuit enim eis iterum viuus: secundum quod diuinitus inspirati prophetæ vel hæc vel alia de eo innumerabilia miracula futura prædixerant. Hæc ille. Item quãdo scriptura dicit aliquid futurum & determinat tempus, modum & locum si omnia ista in vnum concurrant manifestum est esse illud impletum. Sed sacra scriptura prædixit aduentum Christi, & determinauit tempus. Genesis. xlix. & locum Micheæ.v. Et tu Bethlæem: & modum viuendi scilicet in paupertate Zachar.ix. Ecce. & modum moriendi Esa.liij. Et omnia hæc sunt ad impleta in Iesu Nazareno: ergo &c. Sed contra hoc arguunt Iudæi per id quod habetur Esa.ij. vbi loquitur de aduẽtu Christi. Erit in nouissimis &c. Ex his formãt quadruplex argumentum. Primò quia Iesus non venit in nouissimis diebus. Secundo quia adhuc non est eleuatus mons domus domini. Occasione huius dicunt aliqui eorum doctores quod dominus comportabit montẽ Sinai: Thabor & Carmeli: & ponet super eos montem Sion. Tertio quia non omnes gentes crediderunt in Iesum Nazarenum. Quartò: quia non cessauerunt bella.

¶ Ad primum dicitur quod dies Messiæ in scriptura dicuntur nouissimi: quamuis secundum doctores hæbreos debeant durare duo milia annorum. Imo tempora præcedentia Messiam dicuntur dies nouissimi: vt patet Gene. xlix. vbi Iacob moriturus dixit se velle prædicere filiis futura in nouissimis diebus: & ibi dixit de multis quæ adimpleta sunt tempore regum & iudicum. Ad secundum etiam ipse Rosa. Iudæus dicit quod illa eleuatio intelligitur non quãtum ad signũ: sed quantum ad nobilitatem signorum quod impleuit ibi Iesus illuminando ibi cæcũ natum: & sanando languidum in proba tica piscina &c. Ibi etam dedit spiritũ sanctum quo subito homines idiotæ habuerunt plenam notiam scripturarũ: & loquebantur omni: idiomata. Ad tertium dicitur quod bi est distributio: pro generibus singulorum, sicut omne animal fuit in archa &c. Vel aliter: ga scriptura multos nominat omnes. ij. Regum.xvij. Dixit Absalon & omnes viri Israel. Melius est consilium &c. Ad quartum dicitur quod fuit pax diuturna adeo quod mundus descriptus est: & durauit in Iudea. xl annos post Christi passionem. Nec iudæi tunc vtebantur armis: quia terrã militibus Romanis custodiebatur. Ideo probabile est quod instrumenta bllica ad vsum agriculturæ conuertrent vt fit multoties. Et ly vltra non signficat æternitatem, sed diuturnitatem: nam eadem dictio etiam ponitur. iij. Regum. vj. Nõ venerũt vltra latrons Syrię &c. & tamen postea frequentr illam terrã inuaserunt & deprędai sunt. Quintò arguunt. Esa.xj. Vbi. d Christo loquitur habitabit lupus &c. Ipsi enim dicunt, quod syluestria animalia in aduentu Christi debent domesticari. Sol. Illa locutio est metaphorica sicut & Ge.xlix. dicitur Beniamin lupus rapax &c. ideo significabatur quod qui prius se inuicem insequebantur vt Gentiles & Iudæi odiosi erant vno animo in fide futuri sicut & sunt hoc patet quia stirpen Iesse vocat virgam, & Christum floré &c. Ideo translatio Chaldaica sic habet. Exibit rex de filiis Esaię: & Messias de filiis filiorum eius. Sequitur. Et erũt iusti circuncirca ei. Et vbi habemus lupus cum agno. ibi dicit: & pax in diebus eius multiplicabitur. Potest etiam dici ista in Christi fidelibus ad literam cõpleta de mansuetudine ferarum &c. Sexto arguunt. Nam dicitur Exode. xxx. Si ad cardines cœli fueris dissipatus: inde retrahet te dominus Deus tuus, & introducet in terram &c. Sed non sumus, inquiunt congregari ergo non venit Christus. Sol. Hoc fuit impletum in captiuitate Babylonica: sed contra. Nam dicitur Ezec. xxxix. Congregaui eos super terram suam non dereliqui quemquam. Sed multi derelicti sunt in captiuitate Babylonica. Ad hoc dicendum quod nullus remansit qui voluerit reuerti quia Cyrus qui erat monarcha in illis regnis dedit omnibus licentiam reuertendi & munera reuertentibus vt patet Esdręj. Vel dic quod ista congregatio intelligitur per fidem & charitatem vt Ioannes exponit cap. xj. dum interpretatur dictum Caiphæ: extra quam cõgregationem nullus, qui velit intrare relinquitur. Septimo arguunt quia dicitur Zacha. vij. Oriens nomen eius. Et sequitur. Et ædificauit templum domino. Sed ista non conueniunt Iesu. fol. Secundum rabbi Salo, illud dictum intelligitur de templo secundo ædificato à Zorobabel. Octauo

Hiere.xxiiij. Ecce dies veniũt dicit &c. Et sequitur. In diebus illis saluabitur &c. fol. Iam ipsi non erant filii Israel & Iuda: quia Christum negauerunt: sed Israel id est illi. qui de Israel & Iuda crediderunt in Christum: saluati sunt ab eo quantum ad animam ab inferno & quantum ad corpus à Tito quia admoniti per Angelum tempore futuri belli transiuerunt in regnum Agrippæ vt dicitur in ecclesiastica hist. confederati Romanis. Aliter dicitur quod loquitur de existentibus in gloria. Nono. Dan. vij. Aspiciebam &c. Sed Iesus nõ venit in nubibus. Sol. Duplex est aduentus. Quod Iudæi distinguere nesciunt: cum tamen aliquando dicatur venire cum potestate aliquando cũm humilitate. Vnde quidam eorum propter autoritates quæ videntur sonare contrarium expectant duos messias: vnum qui dicitur filius Ioseph: qui occidetur alium filium Dauid qui suscitabit filium Ioseph: & restituet ei regnum Israel. Sed de hoc scripturis non habet autoritatem. Decimo Esa. xxx. Erit lux lunę &c. Solutio ad hoc patet quia verificabitur tempore secũdi aduentus. Vndecimo. Esa. iij. videbit semen longęuum. Psal. Ponam in seculũ seculi semen eius. Sed Iesus nõ habuit filios &c. Sol. Decebat eum spiritualis filiatio per fidem & sacramenta: non carnalis quæ semper habet feditatem. Vnde super illud Gene. xj. In Isaac vocabitur tibi semen glo. hebraica dicit. Omnis qui confessus fuerit duo secula id est legis & messiæ vocabitur tibi semen. Duodecimo non enim est edificatum illud mirabile templum inquiunt de quo Ezec. vlti. dicitur. Sol. Propheta loquit sub metaphora de cœlesti Hierusalem: quia dicitur ibi nomen ciuita

I tis dominus ibidem. Vnde & dicit Rabbi Salo. De Hierusalem superna loquæ sunt scripturæ in fine Ezechiel.

¶ Est autem notandum quod multi ex Iudeis sunt conuersi sapientes vt Nathanael Paulus, Gamaliel. Matthias Io. xij. Multi ex principibus &c. id est sacerdotibus & doctoribus. Sed multi etiam auertuntur. Primo: quia semper fuerunt cupidi: & in lege eorum promittitur eis abundantia, ideo timẽt &c.

K Secundò quia à cunabilis in odio christi nutriuntur. Tertiò propter altitudinem credendorum. Omnia ferè dicta in hac quæstiuncula sumpsi ex Nico. de ly. contra Iudæos. Multa autem de intellectu prophetiæ hebdomadarum. Danielis habes infra dominica vigesimaquarta post Pentecosten: secundum curiam.

Dominica.xj. post festum Trinit.

L

Quæstio.lvj.

QVAERITVR IN ILLO verbo propitius, vtrum in iustificatione impii requiratur magna Dei propitiatio: quasi ipsa iustificatio sit maximũ? quid? Respondeo. Cum opus dicatur magnũ ex parte modi faciendi, & secundum magnitudinem rei factæ: creatio est maximum opus de primo modo, quia in ea nihil præsupponitur: sed iustificatio impii est maior secundo modo quã

M creatio cœli & terræ: quia iustificatio terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis: & illa creatio ad bonum naturæ mutabilis. Vnde August. exponens illud 1o. decimoquarto. Maiora horum faciet: dicit quod maius opus est vt ex impio iustus fiat quàm creare cœlum & terram. Et subiungit. Cœlum enim & terra transibunt præ-

destinatorum autem salus & iustificatio permanebit. Sed cùm etiam aliquid dicatur magnum dupliciter. scilicet secundum quantitatem absolutam: & secundum quantitatem proportionis: sicut dicitur mons paruus, & milium magnum. Primò modo glorificatio iustorum est opus maius quam iustificatio impii: quia donum gloriæ absolutæ est maius dono gratiæ iustificantis, sed secundo modo est è contrario: quia magis est donum grauæ quàm gloriæ, eo quod plus excedat donum gratiæ dignitatem impii, qui erat dignus pœna quam donum gloriæ dignitatem iusti: quia ex hoc ipso quod est iustificatus est dignus gloria. Et ideo ibidem dicit Augu. Iudicet qui potest vtrum maius sit iustos angelos creare, quam impios iustificare. Certè si æqualis vtrunque potentiæ hoc maioris est misericordiæ. Sed contra. Nam bonum vniuersi est: maius quã bonũ vnius hominis, vt patet. j. Ethi. Sed iustificatio ordinatur ad bonum particulare vnius hominis. Ergo creato cœli & terræ est opus maius. Solu. Bonum vniuersi maius est ibono vnius hominis si vtrunq; accipiatur in eodem genere, sed bonum gratiæ vnius maius est, quàm bonum naturæ totius vniuersi. Hæc omnia. S. Th. j. ij. q. cxiij. articu. ix. Ex quibus habet quod iustificatio impii ex parte rei factæ secundum quantitatem proportionis est maximum opus Dei. Cui si addatur quod cõuersio, & iustificatio pauli inter alias quæ leguntur est maior aliquo modo, quia sola est miraculosa: vt patet ibi articulo decimo sequitur quod hoc modo ipsa est maximum opus Dei. Sed ista intellige quantum ad operationes, quibus fit aliquid existens non per esse diuinum: sed per esse creatum. Nam opus

A opus incarnationis est maximum ex parte rei factæ: quicquid sit ex parte modi faciendi ei absolute: quia esse diuinæ personæ maius est esse gloriæ: & proportionaliter quia maior est distantia inter diuinam personam, & naturã creatam quàm inter gloriam, & impium: cũ illa sit infinita ex parte vnius extremi: non ista. Et de hoc habes à Sancto Thom. depo. quæstione sexta.

B Possent etiam multa dici circa hoc de conuersione panis in corpus Christi, de quo perteipsum ex dictis cogita.

¶ Quod an verum sit vide in c. firmiter credimus de summa trinitate & fide catholica & in cap. Ego Berengarius de consecratio. distictione secunda.

¶ Quæri etiam potest in illo verbo (Deus.) Vtrum in iustificatione impii requiratur motus fidei Deum inuocantis aut profitentis. Et in illo verbo (percutiebat) vtrum requiratur motus liberi arbitrii contra peccatum vide prima secunda quæstione, vbi supra arti. iiij. &. v.

Dominica.xij. post festum Trini.

Quæstio.lvij.

QVAERITVR VTRVM illi homines publicando miraculum contra prohibitionem Christi peccauerint? Respondeo quod non propter duo. Primò, quia secundum Gregor. ix. mora. Christus non intendebat illos virtute præcepti obligare, sed seruis suis sequẽtibus exemplum dedit vt ipsi quidem virtutes suas occultare desyderent & tamen vt alii eorum exemplo proficiant dant inuiti. Et de hoc vide dominica secunda post octauam Epiphaniæ: quomodo est triplex Dei præceptum scilicet ad exequendum: vt non furaberis: ad probandum, vt tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac & ad docendum: vt vide nemini dixeris &c. Secundò, quia dato quod Christus voluisset eos tacere: tamen non peccauerunt offendendo Christum quia: frangendo silentium eius aliquid adiungebant quod erat Christo gratius, quàm tacuisse scilicet amorem ad Christum. Est aut simile. Est religiosus cui summe displicet prælatura: & tamen diligit se eligentes, ad id quod sibi displiceret: quia consyderat eos se amare. Sed contra quia fuerunt inobedientes Christo. Ergo peccauerunt. Sol. Negatur primo antecedens: quia Christus non intendebat eos obligare: sed solum dare humilitatis exemplum: & ita isti crediderunt. Secundò dico quod non omnis inobediens superiori peccat, sed solum quando scit ipsum esse superiorem sine superiore: vel scire tenetur. Non enim si inferior prælatus mandet aliquid & ego me credam facere rem gratam superiori bono & sancto, non obedienda pecco. Modo dico quod est vero simile istos credidisse quidem christum & sanctum: sed ignorasse eum esse Deum sine superiore: & de facto secundum Sanctum Thomam ita fuit Quæ ignorantia apud minores non fuit peccatum statim à principio prædicationis Christi. Acceperunt ergo mandatum Christi tanquam deprecationem viri sancti ex humilitate loquentis: sed noluerunt obedire: vt gratam rem deo facerent eius & sui serui (vt credebant) magnalia prædicando. Et ideo negatur consequentia. Secundo. Nam si Christus voluit quod dixerat obseruari, peccauerunt. si noluit, ipse fuit ficto. Ergo cum secundum sit blasphemum: primum est,

C D E F G H

verum

N verum?sol.Licet iam pateat ex dictis solutio,tamen pro abundatiori doctrina dicitur ꝙ vel voluntate diuina, que duplex est.s.signi & beneplaciti:nō velit tales tacere non quidem voluntate bene placiti:quia cum talis semper impleatur tacuissent.Sed.voluntate signi vt est voluntas qua præcipit:quia non intendebat eos obligate.Vt dictum est. Voluntate autem humana voluit eos tacere aliquo modo:scilicet vt ostende
O ret gloriam vanam fugiendam: & non voluit aliquo modo vt scilicet,deus glorificaretur.Et eo modo quomodo noluit eos tacere:non fuit fictus:quia voluit se ostendere gloriam vanam non quærere : & eam esse declinandam. ¶Quæri etiam potest vtrum Christus conuenienter fecerit miracula in corporum sanationibus. Vide.iij.q.xliij. per totum.Et vtrum Christo conueniat ingemistere & deprecari.Vide.iij.
P q.xxj.per totum.

Dominica.xiij.post festum. Trini.Quæstio.lviij.

QVAERITVR VTRVM in hac vita possumus habere amicitiam cum deo immediate:ita quod ipse & non aliqua:creatura
Q sit obiectum nostri amoris. Respōdeo. Deus in statu viæ immediatę potest amari : & amatur a sanctis. Patet conclusio . Primo : autoritate Augustini in li.confes.dicentis. Ve illis qui diligunt nutus tuos pro te.Nota nutus dei ideo:parti cipationes diuinę bonitatis in creaturis.Secundo ratione.Nam vbi definit intellectus ibi incipit voluntas:quę in operando est posterior: eo quod eius obiectum sit bonum cognitum:quia in omnibus potentijs ordinatis:ita est quod vbi terminatur operatio prioris in operando ibi incipit operatio posterioris sicut patet I
ꝙ sensus qui in cognoscendo est prior intellectu terminatur ad imaginationem:quę est motus factus a sensu secundum actum: & intellectus in termino imaginationis incipit : quia accipit phātasma pro obiecto:vt dicitur in.iij. de anima.Sed intellectus in cognoscendo:licet incipiat a creaturis:tamē eius cognitio terminatur in deo : quia ex
K multis conceptibus simplicibus creaturarum potest denenire ad vnum complexum deo proprium puta quod est ens primum & causa oīm.Ergo voluntas nostra potest amare deum immediate: licet prȩcesserint multa media ex parte intellectus.Sed contra . Nam quicquid est immediate amatum : est immediate cognitum:quia inuisa diligere possumus : sed incognita nequaquam secundū Ange.x.de tri. & Philo
L sophum.ix.Eth.Sed in via deus non est a nobis immediate visus:quia videmus per speculum.j.Corime.xij.Sol.Negatur maior:quia cum amor incipiat vbi desinit cognitio cuius est terminus id quod in alio cognoscit in seipso potest amari.Secundo . Nam si homo in via deum immediate amaret amor patriæ non excederet amorem vię sicut cognitio cognitionē.Sol.Deus plenius amatur in patria quam in via quia quanto
M bonum cognoscitur plenus tanto est amabilius:maxime illud in quo est omnes bonum & nullum malum.Cognitio tamen vię & patriç:non erit vnius rationis:quia differt per aliquid cognitionis propriū scilicet: per cognoscere in se vt in patria & in alio. vt in via. Amor antē vię & patrie est vnius rationis differens solum secundum magis & minus

A & minus quia ista amoris diuersitas nō est per aliquid pertinens ad amorem: sed per diuersitatē cognitionis.Et ideo via immediate illum amamus:licet nō immediate cognoscamus vt dictum est. Vide.S. Tho.iij.dist.xxvij.q.iij.artſ.j. ¶Queri etiam potest verum delicto qua deum diligimus habeat modum vi
B de ibi.Et vtrum in dilectione dei possit haberi respectus ad aliquam mercedē. Vide ibi dist.xxix.ar.iiij.

Dominica.xiiij.post festum Trini. Quæstio.lix.

QVAERITVR VTRVM ingratitudo ad deum sanantē nos corporaliter aut spōnaliter vel ad alios benefactores:sit peccatum mortale?Respondeo ex doctrina. san.Th.ij.ij.q.cvij. Ominis ingratitudo est peccatum. Nam peccatum est ꝙ repugnat virtuti sed ingratitudo est
C hmōi:quia debitum gratitudinis est debitum honestatis quam virtus requirit ergo &c. Cum autem ad gratitudinem tria requirātur scilicet:Primo recognoscere beneficium:& secundo laudare ac gratias agere:& tertio retribuere pro loco & tempore secundum suam facultatem.Ingratitudo habet tres grades secundum ordinem illorum trium.Horū primus est non retribuere:quod enim
D est vltimum in generatione est primū in resolutione.Secundus. Dissimulare quasi non demonstret quis se beneficiū accepisse.Tertius & grauissimus non recognoscere siue per obliuionem siue alio modo.Et quia in affirmatione posita intelligitur negatio ad primum gradum pertinet retribuere mala pro bonis:ad secundum vituperare beneficium:ad tertium beneficium. Igitur in gratitudo per solam omissionem : quia scilicet:quis non recognoscit vel laudat B vel non retribuit:licet contingere possit ꝙ sit peccatum mortale:vel propter interiorem cōtemptum:vel propter cō ditionem eius quod subtrahitur: quod ex necessitate debetur simpliciter vel in casu aliquo:tamen non semper est peccatum mortale.Non enim est mortale omittere id ad quod quis non tenetur.Sed vt patet ex dictis de gratitudine.ij.ij.q.cvi.debitum gratitudinis est F vt homoaliquid spiritualiter tribuat ꝙ nōtenetur.Est tamen veniale:quia hęc proueni tex quadam negligentia ant in dispositione ad vertutem. Ingratitudo autē qua non solum pretermittitur gratitudinis debitum sed etiam contrarīū agitur secundum conditionem eius ꝙ agitur quandoque mortale peccatum. Sed cōtra videtur quod semper sit mortale:Nam peccando venialiter si quis esset ingratus deo cui maxime debet homo esset gradus omnes essent ingra G ti.Sol.Ingratitudo veniens ex peccatum mortali habet perfectam rationē ingratitudinis.veniens autem ex venili imperfectā:tñ habet veniale aliquid ingratitudinis inquantū tollit aliquem actum virtutis:per quem quis obsequi tur deo.Videtur etiā quod non sit mortale.Nulli enim est danda via peccādi mortaliter.Sed aliquando præbet via ingratitudinis recipienti beneficium H quia vt dicit Sene.ij.de benefi.interdū qui iuuatur fallēdus est:vt habeat nec a quo acceperit sciat ergo ingratitudo non semper est mortale.Sol.Ignorans beneficiū non est ingratus non recōpēsando:dummodo sit paratus recompensare si nosset. Est autem laudabile vt aliquando recipiens beneficium ignoret à quo. Tamen ad inanem gloriam vitandam sicut Beatus Nicolaus furtim

I tim aurum proiecit in domum vitare volens humanum fauorem. Tum quia sit maius beneficium in hoc consultando verecundiæ recipientis. ¶ Quæri etiam post vtrum Christus læprosis ingratis debuerit subtrahere sanitatis concessum beneficiū. Vide.ij.ij.q.eadē. argu.iiij. Et vtrum operatio miraculosa fidei attribuenda sit. Vide pot.qō. xvj.argu.iiij.

K

Dominica.xv.post festum Trini. Questio.lx.

QVAERITVR AVTEM vnus homo possit duobus homo dominis seruare. Respondeo. Nemo ideo: nullus homo potest seruire duobus dominis secūdū Albere diuersis dominus differentibus in forma dominij. Sed domini duo differunt in forma dominij: non conuenientes in legibus & præceptis: quia si conL ueniunt in forma dominandi: quia scilicet eandem precipiunt & statuunt vt superior & inferior non sunt duo domini: sed duo homines & duo domini secundum quid ideo: materialiter: simpliciter autē vnus dominus quia totū dominium inferioris est dominum superioris: sicut etiam finis & quod est ad finem At sanitas & medicina sunt quidam duæ res: sed nō duo bona: sed vnū formaliter: quia tota bonitas medicinę M vt est ad finem: est bonitas sanitatis. Sed contra. Nam si quis non potest seruire duobus dominis: & quia non potest manere vnitas & simplicitas intentionis animę: quę semper fertur in vnū Sed non est propter hoc: quia potest qui sibi constituere duos fines scilicet: ęternum & temporalem: vnum in aliū non referendo: Solu. nullus potest sibi constituere duos fines vltimos principales non subordinatos etiam hoc licet vt patet per dictam san. Tho. j.ij.q. j. Sed probatur hoc esse possibile. Primo. Nam idem actus potest referri ad finem naturæ & gratiæ quia idem motus est gratiæ & naturæ sicut diligere aliquem: quia est beneficus est naturæ & quia est bonus est gratiæ: sed finis naturæ semper est in creatura: & finis gratie in creatore: ergo eiusdem actus possunt etiam duo fines inuicem non relati. So. In argumento est multiplex defectus: tamē hoc pro nunc sufficiat quod finis naturæ qui est in creatura: jordinatur ad finem gratiæ qui est in creatore: sicut & natura ordinatur ad gratiam sicut ad suam perfectionem: & consequēter: isti fines sunt relati adinuicem. Finis tamen peruerse voluntatis qui est in creatura non ordinatur in finem gratiæ. Vnde aliter in creatura est finis natura. Secundo. Nam eadem actio potest esse ex charitate & naturali pietate: quia potest quis adire sanctum Iacobum ex voto per charitatem emissum: & ex naturali pietate visitandi ibi fratrē suum: sed charitas fertur in finem ęternum: & naturalis pietas in temporalem &c. So. Oportet alterum esse finē principalem & si vterque ex ęquo traheret. tamen vterque ordinaretur in alium. ideo seruitium dei quia habens charitate saltē habitualiter omnia refert in deum. ¶ Quæri etiam potest vtrū quis posit deum odio habere? Vide.j.q.vj. ar.v.ad.v.iiij.distin.l.ar. scilicet Et vtrum diuina prouidentia & voluntas excludat causas medias vt non debeamus querere cibum: sed expectare diuinam prouisionem. Vide.j.q.xxij.ar.iiij.

Dominica

A

Dominica.xvj.post festum Trini. Quæstio.lxi.

QVAERITVR VTRVM suscitatio huius adulescentis euidenter ostenderet Christus esse deum. Respondeo quod hoc ostenditur euidenter probabiliter. Nam hæc operatio ostendit autorem suum esse deum: quia suscitatio mortui non potest fieri nisi diuina virB tute: cum a priuatione ad habitum naturaliter non fit regressus. Et ostendit autorem suū esse Christum: quia facta est ab eo propria autoritate imperando: ergo ostendit Christum esse deum per syllogismum expositorum. Hoc tamen non ostendit euidenter necessario & demonstratiue nec hominibus nec demonibus. Nam hominibus poterat esse dubia maior: quia nō constabat eis C quod illud factum esset immediate a deo vel quod esset miraculosum? sed poterant suspicari quod esset resurrectio phantastica & diabolica vel quod ille adulescens non fuisset vere mortuus vt patet in lytargia aut se deludi sensibus per acrisiam (ideo: cæcitatē extrinsecam. & quo ad aliqua) vel per aliquid huiusmodi. Augelis autem ma D li: poterat esse dubia minor licet maior constaret quia licet Christus imperaret: possibile tamen fuit quod secreto apud se orasset & in virtute orationis & dei illud præceptum fieri diabolus crederet: sed tamen hoc non erat probabile: quia non consueuerant sancti sic imperare. Et ideo nec diabolus cognouit eum esse deum nec omnes homines hoc crediderunt: sed quidam. ¶ Sed contra. Nam quod conuenit deo & homini puro non euidenter ostendit christum esse deum. Sod homini est suscitare mortuum quia nou solum christus deus: sed etiam helias homo purus mortuum excitauit. So. Imo tale ostendit esse deum eum qui sua virtute hoc facit sicut probabiliter apparuit Christum fecisse: quia iubendo per verbum primæ personæ fecit dicens. Tibi dico: ego scilicet: & non alius per me, Secundo. Nam si hoc miraculum arguit diuinam virtutem: sequitur quod aliqua F virtus sit maior diuina: quia alia miracula facta sunt maiora isto & alijs factis à Christo secundum illud Ioan. iij. Et maiora horum faciet. Maius enim opus arguit virtutem maiorem. Solu. Non sequitur hoc propter duo. Primo quia non semper maius opus ostendit maiorem virtutem: quia cum ventum fuerit ad opus quod infinitam virtutem requirit vt creatio formicæ, opera maiora non ostendunt maiorem G cum non possit esse maior infinita: sed eandem ostendunt euidentius: vt creatio celi & terræ Secundo quia licet discipuli Christi fecerint maiora aliqua sicut Petrus sanabat per vmbram suā: Christo sanante ad tactum fimbriæ vestis suæ: tamen illa maiora fecerunt virtute Christi. Ideo non arguebant virtutem maiorem ea quæ erit Christi sed illam inet arguebant esse diuinam quādo apostoli eius nomine inuocato H miranda faciebant. ¶ Quæri etiam potest vtrum resuscitare mortuum sit maximum miraculum dei? Vide supra dominica.xj.post Trim. Et vtrum deus sicut resuscitat mortuos: ita possit itefacere rem conuersam in nihil eandem numero: Vide.iiij.distinct.xliiij. contra gen.ca.lxxx.quodlibet.x.q.vj. Et deo hoc non est dubitandum quia omnia de nihilo facit cùm sancta manus eius aut potentia nō est diminuta.

Dominica

Domini. xvj. post festum Trinita. Quæstio. lxij.

QVAERITVR VTRVM appetere prælationē & primos accubitus in ecclesia sit peccatum? Respondeo. Sanctus doctor. ij. ij. q. clxxxv. art. sic dicit. In episcopatu tria considerari possunt. Primum est principale & finale. i. episcopalis operatio qua proximorū vtilitati intenditur. Secundum est altitudo gradus super familia domini sui. Tertium consequenter se habens ad hæc: est honor & reuerentia & sufficientia temporalium. Igitur appetere episcopatum quantum ad tertium est illicitū: quia vel ad cupiditatem vel ad ambitionem pertinet: & similiter quantum ad secūdum: quia est præsumptuosum. Appetere autem prodesse proximis est quidem virtuosum secūdum se. sed tamen videt præsumptuosum quòd quis appetat præesse vt prosit subditis nisi manifesta necessitate imminente: quia hoc prodesse habet annexam celsitudinem gradus & ad episcopum pertinet esse perfectiorem & alios ad perfectionem adducere: ad quod requiritur esse perfectum: reputare autē se perfectum est præsumptuosum. Non autē est præsumptuosum imminēte necessitate. sicut dicit Grego. in pastorali quòd tunc laudabile erat episcopatum quærere quando per hunc quenquam dubium non erat ad supplicia grauiora peruenire: sic quòd de facili non inueniebatur qui onus assumeret præsertim cum quis zelo charitatis ad hoc diuinitus incitatur: sicut dicit ibi Gregor. Esaiam laudabiliter officiū prædicationis appetiuisse. Nec est etiam præsumptuosum appetere talia opera facere si eum contingat in tali officio esse: vel etiam N se esse dignum ad talia opera exequenda: ita quòd opus bonum & nō primatus sub desyderio cadat. Hæc. S. Tho. partim in corpore partim ad argumēta. Quibus omnibus suppositis pono aliquas conclusiones. Prima in nullo casu licet prælationem procurare nec ratione necessitatis populorum: nec propter bonum finem. s. vt prosit. Patet autoritate apostoli ad Hebræ. v. Nec O quisquam sumat. i. sumere seu procurare debet sibi honorem. i. illud opus pastoris cui est honor annexus. sed supple est pastor qui vocatur à Deo per electionem vel inspirationem vel alio legitimo modo tanquàm Aaron. Item probatur ratione. Nam si licet quærere, hoc est vel ratione finis vt prosit, vel ratione necessitatis quia non est qui præsit. Non primum, quia per. S. Tho. patet quòd præsumptuosum est credere se esse talem qualem oportet esse P quæ vult prodesse per officium prælationis. Qui igitur quærit prælaturam si credit se dignū esse, est præsumptuosus, si non credit & tamen quærit: multo magis iniquè agit quia quærit exequi id ad quod nō est idoneus. Nec secundum quia non licet tempore necessitatis quærere nisi ratione vtilitatis qua ratione nunquàm debet quærere, Q vt prælibatū est. ¶ Sed contra hoc: quia dicit Grego. quòd laudabile aliquando fuit episcopatum quærere. Solu. illud quęrere vel sumitur pro accipere quod aliquando licet vt patebit, vel est quærere apud Deum & non per aliā viam, quod patet per exemplum quod adduc cit de Esaia, qui licite appetiit prędicare, sed tamen noluit quærere illud officium nisi apud Deum dicēs. Mitte me, quomodo licite quis quæreret prælationem vt prosit vt dicetur. Secunda. Licet nunquàm liceat prælaturā quærere: tamen necessitatis tępore. i. quando non videt quis vnde competenter de bono pastore prouideatur: licitū est hanc appetere à Deo vt quis prosit, nō vt prę sit, & licitū est hoc desyderium. s. vellē ℣ Deus me dignū iudicaret & faceret vt aliis possem prodesse quia velle prodesse est laudabile, & velle ꝓmoueri per Deū, non est præsumptuosum I cum ipse nō promoueat nisi dignos, licet permittat promoueri malos, secundum illud. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamēti. Tertia. Tale desyderium extra casum necessitatis non est laudabile nec licitum: quia esset minus bonum præferre meliori, cum sit melius vacare Deo, vbi non est necesse vacare proximo quàm ipsi proximo vacare. Vnde sancti omnes nunquàm vo- lunt à contemplatione discedere, nisi ratione necessitatis. Quarta. Is cui vitia placent in propria persona vel cui non displicent: nec ea conatur euertere in aliena nūquàm licite appetit à Deo promoueri quandiu sic esse deliberat. Talis enim non appetit prodesse aliis, quia prodesset primo sibi, & prodesset etiam aliis secundum quod potest exhortando & corrigendo. Multi ergo falluntur persuadentes sibi se aliorum vtilitatem appetere cum appetāt suam sublimitatem. Vtrum autem illicitus appetitus circa ista sit peccatum mortale. mihi videtur quòd sic. nisi forte quando minus bonum præfertur maiori. Sed cōtra. Nam qui episcopatum desyderat bonū opus desyderat. j. The. ix. Sol. secundum Aug. xix. de ciui. Dei episcopus est nomen operis non honoris: quia cum scopos sit intentio episcopus Græcè Latinè dicitur super intendens. & episcopari est super intendere. E Desyderare ergo episcopatum: est desyderare prodesse proximo quod tunc licitum fuit quando apostolus dicit: quia necessitas erat secundum Gregor. Vnde idem Greg. dicit quòd apostolus laudauit desyderium boni operis. Hæc S. Tho. virtualiter. Secundo. Laudabile est desyderare statim religionis. ergo & statum episcopatus, quia est perfectior. Sol. Non est simile propter duo. Primo quia ad statum episcopalē præ- F exigitur vitæ perfectior non autem ad statum religionis, sed est via in perfectionem. Vnde dominus commissurus. Petro officium pastorale quęsiuit si diligeret eum plus aliis. Et adulescenti dicit. Matth. ix. Si vis perfectus esse: vade &c. Non autem dixit: si es perfectus. Ratio autem differentiæ est: quia secundum Diony. episcopus habet perficere: monachus autem perfici. Secundo: quia per illum statum quis subiicitur aliis ad spiritualia capienda per G istum vero sublimatur vt prouideat aliis. Hæc. S. Tho. ibi cum multis aliis. ¶ Quæri etiam potest vtrum ambitio semper sit peccatum. Vide. ij. ij. quæst. cxxxj. artic. j. in. c. Et vtrum inanis gloria semper sit peccatum mortale. Vide ij. ij. q. cxxxij. art. in. c.

Domi. xviij. post festum Trini. Quæstio. lxiij. H

QVAERITVR VTRVM Christus se Deum probauerit sufficienter per illam autoritatem. Dixit dominus domino meo &c. Respondeo quòd sic. pro quo sciendum est quòd scribæ & pharisæi ex quadam crassa ignorantia quæ ex eorum mala dispositione veniebat: non cognouerūt Christum esse

I Deum per doctrinam & miracula eius vt dicit. S. Tho. iij. q. xlix. art. iiij. in. c. Et ideo scripturas diuinitatem eius astruentes peruertebant & Christum tanquàm blasphemum insequebantur. Hos autem Christus vt conuinceret interrogauit cuius filius sit Christus. Quibus respondentibus quòd sit filius Dauid tanquàm homo purus: vt intelligerentur eius deitatem negare: con-
K tra eos fecit virtualiter tale argumentum. Si Christus esset filius Dauid habens solùm naturam humanam eiusdem speciei cum natura Dauid: nec esset nec diceretur dominus eius: sedens ad dexteram domini Dei: quia filius regis nunquàm dicitur dominus regis: talis vt sedeat ad dexteram Dei: nec eo viuente nec eo mortuo. Sed Christus dicitur dominus Dauid vere: quia ipse Dauid in spiritu prophetico: qui nec
L fallit nec fallere potest: cum sit diuinus appellat eum dominum suum dicens. Dixit dominus. i. Deus pater domino meo. i. filio suo & meo & domino meo: non suo: sede &c. Ergo Christus non habet solum naturam humanam: sed oportet quòd aliam habeat superiorem qua possit esse dominus dominorum & rex regum, & sedere à dextris Dei. Et non poterant respondere: quia
M hęc scriptura ad literam de Christo intelligitur. Vnde volente Deo & repentino argumento conturbante euasionem excogitare non potuerunt. Sed successu temporis iudęi successores excogitarunt imo finxerunt responsionem ad argumentum, dicentes illam autoritatem ad literam intelligi de Abraham & Eliezer famulo: suo qui hunc psalmum fecit Abrahæ, agęs Deo gratias pro victoria de quinque regibus. Dicunt ergo quòd Eliezer sic loquitur. Dominus, scilicet, Deus dixit N domino meo Abraham. sede à dextris meis &c. ¶ Sed contra primo. Nullus enim psalmus intitulatur Dauid quem ipse non fecerit quia titulus esset falsus. Sed vt patet tam in textu Hebraico quàm Græco & Latino, iste psalmus intitulatur & dicitur Dauid. Ergo ista non sunt verba Eliezer. Secundo, quia non legitur quòd Abrahæ sit dictum à Deo, sede à dextris meis, nec cuiquam O homini puro nec mirum: quia etiam puro homini non conuenit. Vnde & regina dicitur in psalmo adhitisse Deo Christo & non sedisse. De hoc vide. iij. quæstione. lviij. o. Tertio: quia Abraham non fuit genitus ante luciferum. Si dicatur quòd fuit genitus in præsentiam Dei: dico quòd etiam boues sic fuerunt geniti: id est præsciti generandi. Vnde in hoc non importatur dignitas: quam Psalm. intendit attribuere P huic genito. Quarto quia Abraham non fuit sacerdos æternus secundum ordinem Melchisedech: imo nec sacerdos: vnde à sacerdote Melchisedech est benedictus & ei decimas dedit. Quinto quia Abraham non fuit nationum, id est, gentilium iudex & reparator ruinarum, id est, culparum redemptor. ¶ Sed contra. Nulla generatio inenarrabilis narratur per aliqua verba. Sed Q generatio æterna Christi est inenarrabilis: vt patet Esaiæ. lv. ergo de ea non loquitur. Psalm. allegatus. Solu. Licet æterna verbi generatio sit ineffabilis per naturam omni nomini & omni creaturæ: quia naturaliter cognosci non potest: nec tamen Deo qui de ea per prophetas loquitur in scriptura. Secundo. Si ille textus intelligitur ad literam de Christo & Deo. Deus esset corporeus qua haberet dextram. Solu. Per

A Per dextram metaphorice dictam potest literaliter significari non sedes localis: sed æqualitas gloriæ.
¶ Quæri etiam potest vtrum de charitate fuerint danda duo præcepta. Vide ij. ij. quæst. xliiij. art. iij. in. c. Et vtrum homo ex charitate debeat plus diligere proximum quàm seipsum. vide. ij. ij. q. xxvj. artic. v. in. c.

Domi. xix. post festum Trinita. Quæstio. lxiij.

B QVAERITVR VTRVM sit ita facile dicere: remittuntur tibi peccata, sicut dicere: surge & ambula? Respondeo. Si loquimur de facilitate quæ est in dicendo præcisè: non est notabilis difficultas maior in vno quàm in alio: quia regulariter verba formamus ad nutum. Si autem loquamur de ea C quæ est in dicendo & faciendo effectum quæ verba significant & hoc ex parte facientis sic etiam vterque æqualis est potestatis quia vtrunque potentiam infinitam requirit qua nulla est maior. Si vero loquamur de eadem ex parte facti in se facilius est dicere surge: quàm dimittuntur: cum facilius sit creare cœlum & terram: quàm iustificare impium. Tum quia ibi nulla D est resistentia: sicut hic prana voluntas resistit. Tum quia ibi terminus operationis est bonum mutabile. hoc est æternum. Si etiam loquamur de eadem non in se, sed in ordine ad nostram cognitionem: facilius est dicere surge quàm dimittuntur: quia facilius illum effectum cognoscimus quem videmus quàm quem non videmus. Sed contra. Nam dimittere peccata semper excedit virtutem creaturæ secundum illud. Esaiæ. lxvj. Ego sum qui deleo E iniquitates tuas &c. Curare autem paralyticum est possibile virtute medicinæ, ergo non sunt æqualis virtutis. Solut. & si possit virtute naturæ aliquando curari paralysis: non tamen taliter, id est, subito & sic perfecte vt quis possit lectulum suum portare. Secundo. Nam opus habens terminum vel effectum maiorem est maioris virtutis. Sed huiusmodi est dimittere peccata respectu sanationis paralysis: quia F ibi anima: hic corpus sanatur. Solut. Maior est falsa ex parte operantis vbi vtrunque opus requirit virtutem infinitam, licet sit vera ex parte operati: quia ex parte effectus maior est virtus quæ facit maius.
¶ Quæri etiam potest vtrum Christus inquantum homo habuerit potestatem remittendi peccata. vide tertia quæstione sexagesimaquarta, articulo primo, & secundo. Et vtrum ab ipso fuerit G ministris ecclesię collata virtus remittendi peccata? Vide ibi. artiu. iiij.

Domi. xx. post festum Trinita. Quæstio. lxv.

QVAERITVR VTRVM charitas sit vestis, id est, virtus dignissima, & consequenter sit nuptialis? Respondeo ex doctrina sancti Thomæ, H secunda secundæ quæstione vigesimatertia. artic. sexto. virtutem humanam quæ bonorum actuum principium est: necessitate est consistere in attingendo humanorum actuum regulam: quia in talibus actibus est bonum secundùm quòd debite regulanrur. Igitur virtutes Theologice præstantiores sunt moralibus, & intellectualibus

I quia cum duplex sit humanorũ actuũ regula.s.prima.i.deus.& secunda.i. ratio regulata priori regula theologicę virtutes consistunt in attingẽdo primã eo quod eorum obiectum sit Deus:reliquę autem in attingendo secundam.Inter theologicas autẽ charitas est excellentior.Nam in his illa est potior quę magis Deũ attingit.Sed huiusmddi est charitas que attingit ipsum vt in ipso fistat:nõ aũt vt inde nobis aliquid proueniat sicut fides & spes quę attingunt ipsum secundum ꝙ ex ipso prouenit cognitio veri & adeptio boni ꝙa semper quod est per se maius est eo ꝙ est per aliud.Igitur est dignissima virtutũ Hæc.s.Th.& cõsequẽter vestis nuptialis hac ratiõe dicitur.Primo.s.quia est virtus pulcherrima:sicut vestis nuptialis debet esse pulcherrima. Secũdo,ꝙa ipsa est que distinguit ĩter filios regni. K conuinantes in nuptiis regis & diaboli:secundũ Aug.Tertio quia hanc christus indutus celebrauit nuptias cũ ex charitate voluerit incarnari. Quarto ꝙa operit omnia dilecta sicut pulchra vestis operit maculas.Quinto quia ornat omnia opera vt patet.j.Corin.xiij. Sexto quia ipsa est amicitia quędã & propter & amicitiam nuptię fiunt.

¶ Sed contrà.Nam virtus altioris potẽtię est altior:quia perfectio præponit perfectibili.Sed fides est in altiori potẽtia quã charitas cũ illa sit in intellectu dirigente & hęc in voluntate directa.ergo fides est dignior.Solut. dignitas operationis intellectus attenditur secundum mensuram intellectus :operationis autem voluntatis secundũ obiectum.quia intellectio perficitur secũdum ꝙ res intellecta est in intellectu. volitio autem secundum inclinationem voluntatis ad rem vt ad terminũ. Igitur eorum quæ sunt infra nos nobilior est cognitio quam dilectio. Propter quod & virtutes intellectuales pferuntur moralibus.vj.Eth.Sed eorum quæ sunt .s. nos præcipue dei nobilior est dilectio quam cognitio:quia cum vnum quodque existens in alio sit in eo per modum eius : inferiora sunt in anima nobiliori modo quam in se: & superiora nobiliori modo in se quã in anima.Ideo charitas est excellentior fide.Hæc supra Thomas virtualiter. Sed intellige ista in via vbi obiectum intellectus aliquando nõ attingitur perfectè vt in se est:& vbi ipsum est in intellectu pro modum eius: quia ei inhęret sicut accidens.s.per speciem ſnam. Aliter enim est in patria. Nam cæteris paribus semper habitus operationes intellectu sunt nobiliores: quia potentia est nobilior.& obiectum simplicius ac nobilius.Sed in via volũtas amat deum immediate vt in se est non autẽ intellectus capit deum vt est: sed in alio & per modum suum & sic ꝙ Dei non est species intelligibilis in intellectu nisi vt ei inhęrens quo ad hominem ꝙ Deum inielligit per superadditam speciem: vel cui inheret ipse intellectus quo ad Angelum qui deum intelligit per suam id est Angeli essentiam.In patria autem Deus erit in intellectu sicut est id est ,per se & nõ per aliud & non per modum intellectus:ꝙa non inhærebit sed erit species intelligibilis:subsistens vt patet.j.q.xij.arg. tj. in corint.Ideo nobilior simpliciter erit intellectio quã fruitio. & lumẽ gloriæ quod erit habitus intellectus quã charitas.& eo magis ꝙ intellectus habebit Deum in se voluntas autem tenebit Deum quod non est æquè nobile.Secundo,Nã id per ꝙ aliquid operatur est eo inferius.sicut dominus operatur per ministrum.Sed per charitatem operatur fides vt patet Gal.v,Sol. Fides non operatur per dilectionem sicut per ministrum vt dominus per seruum sed sicut per formã propriã.Quo modo autẽ charitatis sit fidei & virtutum forma.Vide.iij.ij.q.iiij. arti.iij .in corpore.¶ Quæri etiã põt vtrum post mortẽ existẽtes in ĩferno habeãt manꝰ ligatas ac pedes vt non possint facere nec velle bonũ.vide verita.q.xxiiij.ar. x.&.xj.Et vtrum ibi sint tenebræ. Vide iiij.distinctio.j.quæstio.ij .artic.iij. quæ.iiij.

Dominica vigesimaprima post festum Trinitatis
Quæstio.lx vj.

QVAERITVR VTRVM iste regulus iuste ac merito sit reprehensus à Christo: Respondeo quod sic . Nam secundum sanc.Tho. super Io.ad finẽ Christi infideles trahuntur per miracula quia duci non possunt autoritate secundum illud.j.Corin.xiij.Signa data sunt infidelibus non fidelibus . Fideles autem ducẽdi sunt autoritate scripturæ cui credere tenentur.Tunc sit.Omnis fidelis vel nutritus inter fideles nõ credens per autoritates sed requirens signa est reprehensibilis: quia qui non vult trahi modo sibi cõuenienti est male dispositus ad bonum.Sed iste regulus erat nutritus inter fideles iudęos instructus de lege vt.s.Sed contra.Nam qui quærit illud per quod vitiat reprehensibilitatem non est reprehensiblis. Sed contra.Nam qui quærit illud per quod vitiat reprehensibilitatem non rens siua vt credat quia quærit certitudinem per quam vitet festinationem credendi quæ est reprehensibilis iuxta illud.Eccl.xix.c.Qui cito credit leuis est corde.Solut.Maior est falsa quando illud quæritur indebite sicut fecit Thomas :qui voluit vulnera palpare cũ debuisset credere Aposto.collegio & similiter iste ꝙ debuisset credere vaticinis prophetarum: maxime quia xps etiam interius mouebat corda ad credendum in se licet moueret cum libertate.Vnde.s.Tho.ij.quodli.q.iiij.arg.l. querit, vtrum Christo non facienti visibilia miracula iudæi credere tenerentur. Et respondet quod sic.quia cum homo adiuuetur à Deo ad credendum interiori inspiratione & exteriori doctrina ac miraculis remoto tertio stabant duo priora quibus homines credere tenebantur.Secundo.Nam qui quærit ea fine quibus credere non potest: non est reprehensibilis.Sed huiusmodi est qui quærit miracula quia si absque miraculis credere quis posset non credendo peccaret:contra illud Io.xiij.Si opera non fecissent in eis quæ alius fecit peccatum non haberent. Solutio. Inter ipsa opera quæ fecit annumerari debet etiam eius interior vocatio & exterior doctrina nõ autem sola miracula.Non haberent autem quis peccatum non credendo cessantibus miraculis adhuc posset peccare.

¶ Quæri etiam posset vtrum modo hominęs teneantur credere qui miracula Christi non vident? Vide .ij .ij. quæstio .i j.articu.septimo in corpore.Et primo contra . capit .sexto . Et vtrum leuiter credant fideles miracula non videntes?Vide primo contra vbi.s.capit.vj.

Dominica vigesima secunda

post festum Trinitatis Quæstio.lxvij.

QVAERITVR VTRVM seruus cõsecutus misericordiam à domino peccauerit repetendo debitũ à conseruo. Respondeo. Aliquis actus dupliciter põt esse malus. s. per se siue ex spe & obiecto suo, vt fornicari. Aliquis vero ex circunstantia: puta tẽporis vel loci vel modi vel finis indebiti: sicut ducere vxorem tẽpore prohibito. Igitur iste repetẽdo debitum nõ peccauit quasi faciẽs actum malũ de se quia nullus sic peccat petendo id q̃ iustitia exigit esse suũ cuiusmodi est omne sibi debitum. Peccauit autẽ ex circunstãtia q̃a debitũ exigebat tẽpore indebito i. quo debitor erat impotens reddere q̃ fuit crudelitas. ¶ Sed contra videtur quod peccauerit debitũ repetẽdo. Primo. Nã dicit dominus. Serue nequã &c. Sed ipse dominus erat misertus dimittendo ergo & ipse dimittere debuit. Sol. Fuit neque quia debuit misereri & tenebat misereri: non relaxando debitum sed prorogando tempus solutionis. Vnde remittere debitũ fuisset honestatis prorogare vero terminum fuisset necessitatis. Et ly sicut non importat similitudinem in modo miserandi. s. relaxando debitum sed solã misereri quoquo mõ Secundo. Nam quicunque facit contra charitatem peccat. Sed quis quærendo & repetendo sua facit contra charitatẽ quia ipsa non quærit quæ sua sunt. j. Corin. xiij. fol. dicit Alex. de ales in. iij. parte quod tribus modis qui debitum repetit. s. ex cupiditate & zelo & iustitiæ & ex timore casus ne. s. quis ꝓpter indigẽtiã ruat in aliquod peccatũ: puta furtũ. Charitas igitur non quærit sua primo modo. s. nõ est amatrix pecuniæ propter se vt ibi dicit glo. Sed repetere secundo modo conuenit etiam perfectis & tertio modo infirmis. Vel dicendũ iuxta Augustinum. in regula q̃ charitas non quærit quæ sua sunt si comparetur proprium bonum ad commune q̃. s. plus diligit cõmune bonum quã proprium secus si comparetur proprium bonum ad aliquid particulare quia naturalis inclinatio quã charitas non destruit sed perficit est vt se & sua quis plus diligat quam alium & alia. Vnde amabilia quæ sunt ad alterũ veniunt ex his quæ sunt ad se secundum philosophũ in libro Ethico. tertio. Nã qui scandalizat proximum pro re temporali peccat quia plus debet bonum spirituale alienum amare quã corporale propriũ. Sed aliquãdo quis repetendo debitum scandalizat proximum vt iste fecit: quem ægretulerunt alii conserui ergo &c. So. s. Tho. ij. v. q. xiiij. ar. viij. dicit quod si ex petitione propriæ rei apud alium detẽtę: scandalizet quis ex ignorantia vel infirmitate: quod est scandalum pusillorum: tẽporalia sunt propter scandalum totaliter dimittenda vel aliquando scandalum est sedandum. s. per admonitionem. Si vero scãdalizatur ex malitia: quod est scãdalũ Phariſæorum: non sunt propter hoc dimittenda quia nocerent communi bono: dum malis daretur occasio rapiẽdi & noceret ipsis malis qui remanerẽt in peccato. Hæc ille. Cum tamen quis sit certus q̃ ille tenet sua iniuste & nõ est certus inde aliquem ex repetitione scãdalizari: licite repetit. Et si sciret in scãdalũ oriri & tamen plus ponderat scãdalum proprium: plus tenetur suo quã alieno scandalo reparare. Ad argumentum autem dico conserui nõ scandalizabantur quia repetebat: sed quia repetebat crudeliter. ¶ Quæri etiam potest vtrum per ingratitudinẽ redeãt iam dimissa peccata? Vide. iij. dis. xxij. q. j. ar. ij. Et vtrum aliquis habeat vnde satisfaciat deo pro debito q̃ peccando contraxit. Vide. iiij. di. xv. q. j. ij. o. & iij. q. j. arti. ij. ad secundum.

Dominica vigesimatertia post festum Trinitatis. Quæstio. lxviij.

QVAERITVR VTRVM serui regis cælestis. i. Christiani teneantur cæsari. i. principi terreno tributa præstare? Respõdeo q̃ sic. primo quia hoc dicit christ⁹ in præsenti Euangelio dũ dicit qui serui erãt regis æterni. Reddite que sunt cesaris cęsari. Secũdo quia hoc dicit apostolos ad Ro. xiij. vt patet intuẽti. Et assignat huius rationẽ cũ dixisset: deo eũ & tributa p̃statis: dicẽs. Ministri dei sunt in hoc ipso. i. pro hoc ipso. s. atributo seruientes. s. deo & populo: quasi diceret. Quæcũque seruis licite recipit pro seruitio suo mercedẽ: secũdũ illud. j. Cor. ix. Quis pascit gregẽ & de lacte eius nõ edit. Sed principes seruiũt deo & populo in pace & equitate cõseruanda. Ideo cõcludit. Reddite ergo omnib⁹ debita: cui tributum tributũ:: cui vectigal vectigal: ad hoc tamen debitũ priuilegio liberi sunt clerici: quod æquitatem tamen habet naturalẽ quia sicut principes in temporalibus: ita clerici in spiritualibus pro cõmuni bono sollicitantur & cõsequenter recompensant regi pro labore eius circa pacẽ. Vnde etiam apud gentiles vacantes diuinis liberi erant à tributis: sicut de sacerdotibus Aegypti patet Geñ. xlvij. &. j. metaph.

¶ Sed contra videtur q̃ non teneantur Nullus enim liber tenet ad onera seruitutis cuiusmodi est præstare tributa. Sed serui Dei sunt liberi per aduentũ Christi: secundum illud Ioan. viij. c. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. solu. Sicut dicit. s. Tho. super epistolas Pauli: in primitiua ecclesia propter hãc rationem quidam dicebant se ptãtibus non subiacere sed non bene dicebant quia per aduentum Christi liberãtur spiritus à peccato morte & seruitute diaboli. sed caro remanet obnoxia seruituti. Et ideo dum carnem geri mus corruptibilem oportet nos dominis secularib⁹ subiici: nec absoluimur a tributis sicut nec ab aliis corporis pœnalitatibus: à quibus seipsum Christus voluit absoluere. Liberabitur autem & caro in libertatem gloriæ filiorũ Dei, & tunc homo liberatus per Christum nulli seruituti erit obnoxius: secundũ illud. j. Corin. v. Cum tradiderit regnũ deo & patri & euacauerit omnẽ principatum & potestatẽ. Secundo. Si tenẽtur fideles ad subiectionem & tributa. ideo est quia potestas principum a deo est vt patet ex apostolo Rom. xiij. Sed aliquando horũ potestas non est à deo: secũdũ illud Osęę. viij. Ipsi regnauerũt & nõ ex me. ergo aliqñ ad hoc tenent. Sol. potestas regia vel alia quãtum ad tria consyderari põt. quãtũ, scilicet ad ipm potestatẽ & quãtũ ad modũ adipiscẽdi illã & quãtũ advsum ei⁹ quãtũ ad primũ potestas semp à deo est: secũdũ illud Ro. xiij. Omnis ptãs a Deo est. & illud Io. xix. Nõ haberes potẽ &c. Et ratio est qa omne dictũ de Deo & creatura vt sapientia iustitia potentia & huiusmodi: a Deo est in creatura.

¶ Quantũ autem attinet ad secundum semper est à Deo permittente: quia nihil

I nihil sit deo non permittente & aliquā-
do est ab eo faciente: quando scilicet
aliquis ordinarie accipit illam. Quan-
doque vero non est ab eo faciente quā
tum ad deformitatem in eius acquisi-
tione, sed est à peruersa voluntate. Et
similiter quantum ad tertium est à deo
quando quis ea legitime vtitur, & non
à deo quando peruerse. ¶ Ad argumen-
tum dico quod tenentur quando, prin-
cipes habent iuridicam potestatem. nō
K autem aliter nisi ratione scandali vel
propter maius malum vitandum: puta
personæ. ¶ Sed contra, quia obedien-
dum est etiam discholis. j. Petr. ij. Sol.
Verum est dummodo sunt domini de
iure: nō autem si de facto nisi vt supra.
Tertio. Nullus tenetur ad aliquid per
legem inferioris: puta hominis à quo
absolutus est per legem superioris: pu-
ta dei. Sed à seruitute principum & tri
butis omnis homo est liberatus à deo,
L quia Deus reliquit hominem in manu
consilii sui. Eccle. xv. ergo. &c. So. Deus
dicitur reliquisse hominem in manu
consilii sui: non dicitur absoluerit eum
ab omni lege vt faciat quæcunque li-
buerit, sed quia ad aliqua facienda ne-
cessitate naturæ non cogitur vt irratio
nalia, sed libera electione ex proprio
consilio procedente operatur.

¶ Quæri etiam potest, vtrum vita bo-
na possit ac debeat veritas dici. Vide
M prima quæstione decimasexta articu-
lo quarto. tertia, & quarta distinctione
sexagesimasexta. quæstione prima ar-
ticulo primo quæstio. quarta. Et vtrum
omnes teneantur deo sacrificium offer
re? Vide secunda secundæ quæstione
lxxxv. arti. iiij. in corpore.

Dominica. xxiiij. post fest. Tri.
Quæstio lxix.

QVAERITVR VTRVM N
in suscitatione spiritualis
puellæ id est, animæ expul-
sio turbæ, id est, culpæ seu
multitudinis secularium curarum præ
cedat tactum manus Christi, id est, gra
tiæ infusionem? Respondeo ex doctri-
na S. Tho. j. q. ij. q. cxiij. arti. viij. Cum
in iustificatione impii quatuor requi-
rantur scilicet gratiæ infusio: & motus
liberi arbitrii per fidem in deum & mo O
tus eiusdem in peccatum & remissio
culpæ. Ista sunt tempore simul, quia iu
stificatio impii est in instanti: cum fiat
à deo qui infinitate suæ potentiæ in in
stanti disponere, potest animam quam
iustificat. Sed tamen ordine naturæ
vnum eorum est alio prius. Et primum
est gratiæ infusio. Secundum motus li-
beri arbitrii in deum. Tertium motus
eiusdem in peccatum. & Quartum re-
missio culpæ. Nam in quolibet motu P
naturaliter. Primum est motio mouen
tis: quæ hic est gratiæ infusio. Secūdum
vero est dispositio materiæ seu motio
mobilis quæ est vterque motus prædi-
ctus sed prior est qui in deum est, cum
sit causa & ratio alterius, quia non de
testatur quis peccatum nisi quia est cō
tra Deum. Tertium autem est termi-
nus motus qui hic est remissio culpæ:
ad quam tota transmutatio ordinatur.
¶ Sed cōtra. Primo. Nā recede re à ma- Q
lo prius est quàm accedere ad bonum
secundum illud psal. Declina &c. Sed
remissio culpæ pertinet ad recessum à
malo & infusio gratiæ ad prosecutionē
boni ergo naturaliter prior est remis-
sio culpæ. sol. Si recessus à termino &
accessus ad terminum consyderentur
ex parte mobilis: naturaliter prior est
recessus: quia prius est in mobili oppo-
situm: quod obiicitur, & post termi-
nus

quem

A quem assequitur. Sed ex parte agentis
est è contrario quia agens ad remouen
dum contrarium: agit per formam quæ
in eo præexistit sicut sol ad remouen-
dum tenebras agit per lucem. Et ideo
ex parte solis prius est illuminare quā
remouere tenebras, licet ex parte aeris
prius sit purgari tenebras quàm illumi
nari. Et quia infusio gratiæ & remissio
culpæ dicuntur ex parte dei iustifican
tis: ideo naturaliter infusio gratiæ est
prior. Sed liberatio à culpa est prior
quàm assecutio gratiæ: quia ista sumun
tur ex parte hominis iustificati. Vel po
test dici quod termini iustificationis
sunt causa sicut à quo: & iustitia sicut
ad quem. Gratia vero est causa remis-
sionis culpæ & assecutionis iustitiæ. Se
cundo, dispositio naturaliter est prior
forma ad quam disponit sed motus li-
beri arbitrii est dispositio ad susceptio
nem gratiæ ergo est prior. Sol. dispositi
tio subiecti præcedit naturaliter susce-
ptionem formę sed sequitur actionem
agētis qua subiectum disponitur. Ideo
motus liberi arbitrii naturaliter præ-
cedit consecutionem gratiæ sed sequi-
tur gratiæ infusionem. Hæc San. Tho.
¶ Quæri etiam potest: vtrum sine tactu
manus Christi id est sine infusione gra
tia Dei resurgere possit per peccatum
spiritualiter mortua puella. Vide pri-
ma secundæ quæstione. cxiij. articulo
secūdo. Et vtrum alienis precibus mor
tuus in peccato diuinam gratiam con-
sequatur. Vide ibi quæstione. cxiiij. ar-
ticulo sexto.

¶ Dominica autem. xxv. quærit. potest
sicut quæsitum est dominica quarta in
quadragesima.

¶ Et sic iam completæ sunt quæstiones
pertinentes directè ad intellectum
euangeliorum.

Sequuntur quæstiones imperti- R
nentes.

Casus primus.

QVONIAM NONNVL-
li diuini verbi præcones
estimātes auditores suos
& benevolos: & attentos
diuinis sermonibus esse:
& ipsa materiæ diuisione posse dociles
reddi: vice exordii breui dubiolo eoq; F
morali vti consueuerunt propositum
est nostrum ac institutum: modo quæ-
stiunculas nonnullas morales imperti-
nentes euāgeliis breuiter ex autoribus
variis colligere vt operis nostri tertiā
partē totaliter absoluamus. Primo igi-
tur quęritur. Vtrum bona opera & pre
cipue oratio peccatoris existentis in fi-
de & extra charitatem aliquid valeat
ad vitam ęternam? Ad hoc autem du-
bium secundum S. Tho. in. iiij. distin. G
xv. q. j. ar. iij. q. iiij. & j. ij. quęst. cxiiij. Et
Ray. in ti. de pe. & remis. §. item circa &
Pisanus in tit. summa. titu. charitas. Et
Rich. in. iiij. di. xv. sic. respondetur. In
peccato mortali est ille solus qui mor-
tale cōmisit & non pœniteret sufficiē-
ter. Secus autem si est in veritate con-
tritus in actu & confessus in proposito:
quia talis est in gratia vt patet per san.
Tho. iiij. dist. x vij. q. ij. ar. v. q. j. & habe
re de pœnitentia dist. j. porro. Caue ta- H
men ne fallaris propter non distingue
re inter attritionem & contritionem.
Non valent igitur bona opera existen-
tis in mortali per modum meriti secun
dum omnes: quia charitas est principiū
merendi. ij. q. cxiiij. Valent autem pri-
mo ad vitam ęternam per modum gau
dii accidentalis ad hunc sensum quàm
si pœniteas ac tandem salueris in ęter-

I num gaudebis te illa bona feciſſe: vt patet de ſe. Et ſecundo valent ſecundum S. Tho. ad eandem per modum diſpoſitionis quia ſcilicet per iſta diſponeris ad pœnitentiam & lumen gtatiæ Dei. de peni. di. v. falſas. Et tertio valent ſecundum eundem ad tolerabilius iudicium futurum de peni. diſtin. iij. ſi quis quod vt Sanct. Thom. iiij. vbi ſupra declarat non intelligitur quaſi pœnam debitam in inferno tollant aut minuãt K cum non tollant aut minuant cauſam eius id eſt culpã: ſed quia pœnam ęternalem futuram impediunt: dum quid ſic operando non omittit: aut quia ad bonum diſponunt: & conſequenter à multis malis retrahunt & faciunt quod ex minori contemptu quis peccet. Et quarto volens ſecundum eundem per modum congrui ad temporalem proſperitatem de peni. di. iij. cauendum. & L ij. ij. q. ij. quolibet. Et quinto ſecundum eundem: quia aſſuefaciunt bonis operibus ſicut olim baptiſmus Ioannis de cõſecra. diſt. iiij. non regenerabatur. Et ſexto quia diabolus nõ habet tantam poteſtatem ſuper peccatorem: ſecundum Piſanum. Et ſeptimo valent ad conſolationem in præſenti quia docet experiẽtia & Ari. teſtatur. Nullus eſt adeò malus qui de ſuo bono opere non lętetur, & maximè oratio cui videtur appropriari iſte effectus per excellentiam iu M xta illud Ia. j. Triſtatur quis in vobis oret æquo animo & pſallat. Et octauo: quia inter omnia talia oratio habet effectum proprium ſcilicet, impetrare: ipſa valet ad impetrandum à deo ſpiritualia & temporalia dona. Sed contra. Primo: quia Deus peccatores non exaudit. Io. ix. ſol. Illa verba non ſunt Dei aut euangeliiſte: ſed cuiuſdam ceci illuminati corporaliter: qui ſecundum gl. adhuc ſpiritualiter non plene videbat: N quia deus aliquando exaudit peccatores. vt patuit fe. iiij. ante dominicam de paſsione. Secundo. Nam quando ſeruitium vel opus eſt minus debitum tanto eſt magis meritorium patet de ſeruitio exhibito tibi ab amico qui ad illud non tenetur: & à ſeruo qui tenet. Opus autem bonum peccatoris eſt minus debitum quàm exiſtentis in gratia: quia ille à deo pauciora beneficia ſuſcepit O ſaltem poſsibiliter ſol. dicit S. Thom. j. ij. q. vbi ſupra ar. ij. ad ſecũdum quod iſta ratio concluderet ſi vtrunq; opus eſſet æqualiter bonum quod non eſt in propoſito: quia ſemper melius eſt opus exiſtentis in gratia. Ex dictis autem patent hæ concluſiones.

¶ Prima. Licet ſit in mortali q̃ de mortali non conteritur. ſecus de eo qui contritus eſt.

¶ Secunda. Licet valeant ad vitam ęternam per modum meriti opera bona cõ P triti tamen eſt ſecus de operibus bonis eius qui eſt in mortali.

¶ Tertia. Opera exiſtentis in mortali valent quantum eſt de ſe ad gaudium accidentale in patriam & ad diſpoſitionem gratiæ ad vitandam aliquam pœnam in gehenna & ad temporalem proſperitatem & ad bonam cõſuetudinem generandam: & ad reprimendam poteſtatem diabolicam: & ad animæ conſo- O lationem maxime oratio ſancta.

¶ Quarta. Oratio quãtum eſt de ſe ſuppoſita gratia tres habet effectus q̃ ſunt mereri: impetrare conſolari. Quorum primus eſt communis omnium bonorum operum, & ſecundus eſt ei prius: & tertius appropriatus quodam modo.

¶ Quinta. Oratio iuſti ſemp habet primum effectum: etiam ſi deus non velit ipſum exaudire, & ſimiliter tertium ſi ſit attenta: ſed non ſecundum.

¶ Sexta. Oratio iniuſti nunquam habet primum effectum: & ſemper habet tertium ſi ſit attenta ſecundum autem habet aliquando tantum.

¶ Septima. Nunquam oratio eſt inanis ſiue iuſti ſiue iniuſti & cõſequenter eſt ab omnibus frequentanda.

¶ Octaua. Omnis homo quantumcunque malus debet inceſſanter bene opeL rari: quia bona opera nunquam ſunt ſine fructu: & forte aliquando tantũ diſponent ad gratiam Dei quod mala ſuperabunt iuxta exemplum aromatarii ſpecies ponentis in ſtatera contra pondera metallorum.

Caſus ſecundus.

QVAERITVR. II. QVID ſit grauius peccatum: aut negligẽter audire verbum Dei aut negligentur permittere cadere Chriſti corpus in terrã? Ad hoc autem reſpondet Archid. ſuper c. inter rogo. j. q. j. & ibi dominus Ioannes dominici & Auguſtinus qui vt in dicto capitulo patet expreſſe: dicit quod non eſt minor prima negligẽtia. ſ. circa verbum dei quàm ſecunda. Pro hoc autem nota quod tripliciter aliq̃d alicui præfertur ſcilicet dignitate: neceſsitate: & ſanſalitate. Dico igitur. Primo corpus Chriſti verũ eſt dignius myſtice: quia nihil melius eſt corpore, & ſanguine Chriſti. j. q. j. cap. multi. & intellige in creaturis: vt ibi tenet Ioannes dominici & ſanctus Tho. j. di. xliiij. dicens humanitatem Chriſti eſſe quid melius omni creatura etiam poſsibili vt eſt vita verbo. Et ſi contra hoc dicatur quod verum corpus eſt figura myſtici figura autẽ eſt ignobilior figurato ſecundum gloſſ. primam Corin. quinto. Reſpon- B det Alber. & Sanctus Thom. iiij. diſtinctio. xiij. q̃ illa gloſſa eſt vera ſolum in his quorum vius eſt in ſignificando ſolum vt eſt agnus paſchalis. Dico ſecundo q̃ illud corpus maius eſt verbo Dei dignitate, vt patet in d. c. multi. Et iterũ quia illud eſt ſubſtantia hoc vero accidens. Sed tamen neceſsitate eſt è conuerſo quia magis neceſſaria eſt actualis auditio verbi dei q̃ ex auditu eius eſt fides. Ro. viij. & cognitio neceſſario F rum ad ſalutem. Et ſimiliter cauſalitatem, quia verbum dei tollit mortalia quæ ſunt in ſubiecto: vt Euchariſtia: & vlterius etiam quæ in conſcientia & habet effectum in donis & malis. Dico tertio q̃ licet ſit maior negligẽtia in Chriſti corpus quartũ eſt ex parte rei negle ctæ vt patet ex dictis tũ alia eſt maior quantũ ad grauitatẽ nocumenti ſecundum Ioannẽ dominici qũ ſcilicet ex negligentia verbi dei prouenit ignorãtia G agendorũ vel credendorum neceſſario & conſequẽter eſt aliquo modo maius malum. Nam ſecundum Aug. in enchiri. malum non eſt malum quia nocet ergo maius malum eſt quia magis nocet. Ex his autem patet quod male faciunt parochiani curati volentes populũ præ termiſſo ſermone audire miſſam in propria parochia maxime non de pecoris ſalute: ſed delana & de lacte cogitantes. Licet enim peccet qui in die feſto præ- H termiſſa ſui ſacerdotis miſſa audit aliã ex contemptu vt patet extra de paro. c. ij. ſecus ſi hoc facit ex iuſta cauſa: puta propter verbum Dei vel ex maiori deuotione: vt dicit Archiepiſcop. ſecunda parte titu. ix. ca. x. & conſentit gloſſa in dicto cap. Et ſimiliter Innoc. & hoc eſt rationabile, quia licet ius diuinum aut naturale non abrogetur per

I per contrariam consuetudinem.extra co.c.vl.&.xxx.q.viij.flagitia. secus de humano.extra vbi.ſ.dummodo consuetudo sit rationabilis:vt glossat Inno.& notatur ibi.& etiam præscripta.ad q secundum canonistas teste Hostien.requiritur tempus quadraginta annorū. extra de electione,cumana,& extra de censibus.olim.Et hoc habet locum in ecclesiasticis quicquid sit de legibus.

K ¶Sed contra.quia præceptum est audire missam non autem predicationem: ergo illud est magis necessarium.Solutio.Negatur cōsequentia.quia facilius est audire missam propter multitudinem celebrantium quam predicarionē. ideoquæ precipitur illud & non istud. Quanuis tamen aliqui dicāt quod pręceptum sit audire verbum dei:non determinato tempore sed quand non habetur vrgens causa non audiendi illud.

L & audituru nescit ad salutem necessaria.& arguunt:quia curati tenentur prędicare extra de offi.iud.ordinarij.c.inter cetera.xxxvj.dist.ecce.&.xvj.q.j.c. adijcimus.& ca.Ecce.

Elice conclusiones.

¶Prima.Deus christum magis quā omnes creaturam amat:quem tamen pro nostra salute exposuit morti.

¶Secunda.Corpus christi verū est dignus mystico & verbo dei.

M ¶Tertia.Verbum tamen dei est magis necessariū quam corpus christi sub specie sacramentali:quia sine eo nec fides nec salus est adulto de lege communi.

¶Quarta. Corpus christi non tollit mortale nisi illud sit extra conscientiā cōmunicātis:sed solū in bonis.verbum autē dei dispositiue tollit vtrū quæ:& fructificat tam in bonis quā in malis.

¶Quinta simpliciter maior est negligētia in corpus christi sed quantum ad nocumentum sequens maior est alia.

N ¶Sexta.Consuetudo nunquā tollit ius diuinum aut naturale:sed solum humanum si sit rationabilis & præscripta.

¶Septima.Qui nō audit missam in sua parochia vt audiat sermonem prædicatoris:bene facit.

¶Octaua.Quilibet debet accedere ad predicationem sepe & deuote audire ac ruminare: quia est cibus animę. Vnde. Augu.Quanta sollicitudine &c. Vide

O in capitulo predicto.Interrogo vos.

Casus.iij.

QVAERITVR TERTIO vtrum habens ad restituendū in certa liberetur si pauperibus petentibus eleemosynā largiatur sine licentia episcopi?Ad hoc autem respondet primo Hosti.extra de vsuca.super.c.cum tu.& in.c.cum sit.extra de iudeis.& in sua summa de penitentia.ſ.ſi

P & Ioan.an.de peni.& remiſ. ſi episcopus. libr.vj.in glo.& de reg.iur.in regula peccatum.lib.vj.Et dicunt quod dispensatio incertorum pertinet ad solum episcopum.Et probant opinionem suā per dicta capitula.Et vlterius Ioā.and. arguit sic.Talia bona incerta sunt pro anima veri possessoris fideliter erogando.ergo sunt diuino cultui mancipata. ergo a solo prelato diuini cultus sunt dispensando.Probatur tertio : quia est

Q consuetudo.& Qarto quia episcopus est pater pauperum. ¶Contra opinionem pono duas conclusiones. Quarum prima hæc est.Non est necesse quod talis per solum episcopum dispensetur. Secunda.Ipse episcopus non potes hoc iusto statuere:nec de iure excommunicare facere dotes hoc dispensantes.Primam probo autoritate Archidiaconi qui de hoc fecit specialem quæstionem

A & notatur.xiiij.q.j.ea.non sanè qui etiam dicit quod raptor ea potest propria autoritate dispēsare:vt colligitur ex dicto.c.cum tu.Et hoc clare innuit glo.extra de homicidio.c.sicut dignū.§. eos.Idem sentit Ioan.deligna.& Paulus & zenzelinus super clemen. prima de priuilegijs, & Ioannes cal. & Recupus :& dominus Hugo iuris vtriusquæ doctor.& Frater Clarus.Et idem

B innuit Inno. extra de immu.eccle.c. quia pleriquæ.& Scotus in.iiij.di.vxj. & san.Tho.ad ducissam brabantiæ.Itē probo ratione sic.Quilibet obligautus

C & onustus licite potest seipsum exonare.instit.qui mo.tol.obli.& maximè si nulla lege inuenitur prohibita exonratio:vt in proposito. Talis autem est obligatus aut vero domino:aut pauperibus.Aliam etiam conclusionem probo autoritate Ioan.de ligna.super cap.

D eum sit dicentis.Quicquid dicat Ioan. and.dubiū est an episcopus hoc possit. Sed Ioan.calde.dicit expresse quod nò potest.& idem tenet dominus Hugo & frater Clarus.Sciendum tamen quod hoc inoleuit quia episcopi communiter sunt periti aut habēt peritos:& simplices sacerdotes imperiti.ideo ad episcopus recurrebant olim. quod tamen non oportet.Est autem vera oppositā opinio secundum Archidia.quādo nul

E lus est depuratus a testatore qui incerta relicta dispenset.Est etiam vera de bonis publicorum vsurariorum que ad solum episcopum pertineut:vt expressi. patet.extra de vsur.in.c.quanquam. ii.vj.Et de bonis iudeorum non aliter Et licet ipsi hoc sibi reseruent intelligitur tamen quantum possunt de iure. Ad primum eorum motiuum dicitur quòd illi canones non loquuntur de christianis:sed de iudeis quorum dispē

F satio potest esse suspecta christianis: vt patet in.c.cum sit.Ad secundum dicitur quòd si ratio valeret:nullus diues posset dispensare superflua.ideo negatur prima cōsequentia:cuius autor ostēdit se ignarum dialecticę. Ad tertium dicitur quòd talis consuetudo est contra legem naturalem : vt scilicet per eam quis ad hoc obligetur: Item est cōsuetudo quòd episcopi sibi reseruent hoc:sed non quòd eis à doctis obediatur nisi in his quæ iura mandauerunt.

G Ad quartum dicitur quod est pater pauperum dispensando bona sui patrimonij & suæ ecclesiæ & iudeorum ei publicorū vsurariorū.& qā nullus est a testatore deputatus executor testamēti.

Elice conclusiones.

¶Prima.Non est necesse quod incerta dispensentur per episcopum : nisi sint publicorum vsurariorum vel iudeorū vel nisi testator non prouiderit.

¶Secunda.Quilibet habens talia potest ea dispensare iudicio cuiuslibet sacerdotis prudentis & etiam laici: imo sujjpsius.

¶Tertia.Sine licentia atmen episcopi vel sui confessoris nullus debet ea sibi retinere:quia in propria causa homo

H sepe decipitur.

¶Quarta.Si episcopus reseruet sibi dispensationem incertorum : intelligendum est mandatum quantum se extendit eius autoritas:aliter autem nullus ei tenetur obedire quāuis bonum esset obedire si homo sit timoris & non amator pecuniarum.

Casus.iiij.

QVAERITVR QVARTO vtrum mortaliter peccent mulieres quæ suis capitibus pro crrimibus imponunt alienos capillos?Ad

I Jos? Ad hoc autem ſuppoſitis his quæ de ornatu dicit ſan. Th. ij. ij. q. j. lxix. & ſum. confeſſ. iij. lib. ti. xxxiij. & Piſanus & Archiepiſcopus. Et ſuppoſito quod humanarum operationum quedã ſunt de ſe, bonæ quæ non poſſunt eſſe malę vt amare deum. & quædam econuerſo de ſe male quæ non poſſunt eſſe bonæ: maxime autoritate humana: vt eũdem odire: & quędam indifferentes ad bonum & malum vt ire ad eccleſiam: vel plateam. Et ſuppoſito etiam quod quidam ornatius ſit ad abſcondendum
K turpitudinem ex aliqua cauſa prouenientem puta ex infirmitate. qui ſecundũ ſan. Th. vbi. ſ. non eſt peccatum. & quidam ad fingẽdum pulchritudinem maiorem quæ ſempe eſt peccatum cum ſit fictio: licet non ſit mortale: niſi fiat in contemptum dei vel ad finem peccati mortalis ſecus ad placendum coniugi: aut leuem vanitatem. Suppoſitis inquã his reſpondendo ad quæſtionem dico: quod alias nos capillos deferre non eſt
L mortale. niſi ex intentione deferentis. Nam eſſe peccatum mortale eſt contra legem naturæ vel ſcriptam quia ſecundum Ambro. eſt tranſgreſſio legis. Hoc autem non eſt contra aliquam legem ſcriptam: vt patebit: nec etiam contra legem naturæ quaſi ſcilicet, malum de ſe quia non poſſet dari caſus in quo ſine mortali mulier poſſet talia deferre. puta ne frigore moreretur: vel ne deprehenſa iniuſte moreretur quæ ſunt
M inſana. Ergo relinquitur quod ſit mortale ſolum ex intentione deferentis eos ad finem contrarium legi naturali vel ſcriptæ. Sed contra. Primo. Nam preſcindere partes humani corperis ab eo eſt mortale & taliter operans eſt excõmunicatus per quandam extrauagantem Bonifacij ſecundum quæ incepit Deteſtandum. Sed capilli ſuus humani N corporis partes: quia nutriuntur & augentur. So. Quanuis aliquid dicant: q nec ſunt animati nec nutriuntur proprie: ſed augentur per appoſitionem materiæ eo modo quo glacies que pendet à tectis: tamen hoc non eſt verum: quia illud argumentum nõ haberet terminum determinatũ. Dico ergo quod perficiũtur formaliter anima rationali ſicut dentes & vngues: ſecundum o- O pinionem ſancti. Tho. & ſunt partes humani corporis: ſed non tales ſecundum aliquos vt ille de quibus loquitur decretalis predicta: quæ loquitur de his quæ ſunt perfectè per animam non ſolum quo ad potentias vegetatiuas vt capilli: ſed etiam quo ad ſenſitiuas: vt manus & pedes: quas euellens vt alibi ſepeliat excommunicatus eſt. Si tamen etiam de capillis loquatur: hoc ſolum habeſ quod nõ licet eos auferre à mor- P tuo: ſecus a viuo alioqui qui ſi talis neceſſario ſunt ſepelienda: oporteret barbit onſores ſepulchrũ facere in apotheca ſua. Secundo quia qui cauſam damni dat: damnum dediſſe videtur extra de re. iu. li. vj. Sed iſtę dant cauſam ruinæ ſo. Aequè probaretur quod non poſſunt vultum oſtendere Non ergo dant cauſam: ſed occaſionem: imo nec dant Q ſemper occaſionẽ ſed ab aliis earn accipiunt. vt cum mulier ex iuſta cauſa ſe ornat: quia tunc eſt ſcandalum paſſiuũ & non actiuum. Non eſt etiam ſemper mortale dare occaſionem in hoc: ſicut nec in aljs ornatibus ſecũdum ſanctos. Tertio quia hoc eſt ſuperbire cum ſit excedere menſuram ſuam. So. Superbi re non eſt excedere menſuram ſuę pulcritudinis, ſed diuinæ legis: quod non ſit in propoſito: niſi ex intẽtione. Quæ to: quia minus mortale eſt fingere pulchritu

A chritudinem per capillos quam per ſuestes & fucos: quod tamen eſt mortale: dicente Cypriano de talibus: quod deũ videre non poterunt. So. ſecundum ſan. Tho. Cyprianus loquitur quando talia fiunt ad laſciuiam vel in dei contemptum. Quinto. quia eſt contra ſcripturam. j. Pe. iij. vbi dicitur. Quarum ſcilicet mulierum non ſit extrinſecus capillatura aut circundatio auri. So. Dicit ibi glo. & dicit ſan. Tho. quod beatus
B apoſtolus loquitur de quibuſdam quæ ſuis viris exiſtentibus in tribulatione: ſe ornabant: vel placerent aljs. Verun tamen non omne quod eſt contra ſcripturam eſt mortale: vt patet de mendacio iocoſo & verbo otioſo. Et quod haberet. j. Tim. ij. non intortis crinibus: ſecundum ſan. Tho. non eſt contra ornatum ſobrium & moderatum: ſed contra impudicum & ſuperfluum & inue- R recundum. Sexto. quia contra tales eſt C lata ſentẽtia excõmunicatiõis pe Ioannem. xij. à qua citra papam nõ poſſunt abſolui in quadam extrauaganti. So. Sic teſtatur Archie. iij. parte. tit. xxv. c. lxxij. Eugenius ſuper hoc cõſultus dicit ſe nõ credere eã fuiſſe Ioãnis vñ in regiſtro q̃ ſita: nõ fuit inuẽta. & eũ (ſi fuit eius) idem Eugenius reuocauit tanquã periculoſam. Vnde & frater Angelus de claue. ordinis minorum in ti. ornatus. de hac non facit mentionem. Et tã- D dem ibi concludit quod non negaret abſolutionem mulieribus talia deponere nolentibus. Ex quo habetur qnod non ſit mortale.

Elice concluſiones.

¶ Prima. Alienos capillos de ferre non eſt de ſe mortale: ſed ſolũ ex intẽtione.

¶ Secunda. Non eſt mortale vel venia le talia deferre ad abſcondendum ſuam accidentalem turpitudinem: puta defectum capillorum ex infirmitate pro E uenientem.

¶ Terta. Simpliciter deferãtur ex alia cauſa honeſta & licita: ſecũdum diſcretionem boni viri.

¶ Quarta. Talia deferre ex leuitate vel inani gloria vel laſciuia: ſuper eſt mortale vel veniale: iuxta intentionem.

Caſus. v.

QVAERITVR. V. VTRVM recidiuans teneatur confiteri peccata quæ alias eſt confeſ- F ſus? Ad quod reſpondeo quod ſecundũ ſanctũ Th. in .iiij. ꝺiſt. xxij. q. j. ar. iiij. de hoc ſunt tres opiniones. Prima eſt quod tali tenetur omnia etiam in particulari reconfiteri ſi confiteatur alteri vel eidem ſed immemori. Secũda vero quod nec in particulari nec in generali tenetur. Tertia vero eſt quod tenetur ſolum ad reconfitendum in generali: & etiam in ſpeciali quantum ſibi videtur G expedire indirecte tanquam ad illud ſine quo non poteſt debitum remediũ adhiberi ſuis peccatis. Vt vbi gratia. Si aliquis frequenter lapſum carnis ex aliqua occaſione paſſus ſit illa: per ſatiſfactionem amputetur. Hanc tertiam (aljs reprobatis) ſequitur ſan. Tho. & Piſa. ti. confeſ. ij. & Ray. & ſum. confeſ. lib. iij. tit. xxxiiij. Et eſt rationabilis quia ita facienda eſt confeſſio vt quis ſatiſfaciat intentioni eccleſie quæ intendit vt remedium adhibeatur pecca- H to. Videtur igitur ad hoc teneri que frequenter contra id quòd ſacerdoti dixit vel promiſit lapſus eſt in idem ex conſuetudine: quia tunc grauius peccat. extra de cõſue: c. vl. ti Tanto graviora ſunt peccatã quãto diutius infelicẽ animam detinẽt &c. grauiori tũc remedio opus eſt vt peccatum de cętero caueatur. Vñ

quando

quando confitetur : tenetur dicere frequenter se lapsum in tale peccatum. Item qui ex naturali inclinatione:quia tunc oportet pœnitentiam esse proportionatam ad moderandum illam inclinationem sicut ei qui est naturæ calidæ & lubricæ magis expedit aquæ potus quàm psalmodia. Item qui ex commoditate peccandi:puta quia domicellam tenet in domo:& consequenter habet ad vota. Si tamẽ tu commoditatem substraxisti videtur quòd tu nõ tenearis. ¶ Sed contra:quia hoc in nulla lege est scriptum. Sol. Hoc virtualiter continetur in præcepto ecclesiæ de confessione : quæ intendit vt taliter confitearis quòd possis curari : secundo. Quia de pœnitentia distin. j. in.c.mensuram. dicitur. Non est necesse vt qui semel confessi sumus:denuo cõfiteantur. Sol. Verum est directè:sed secus indirectè: quia proprie non est confiteri peccata præterita sed præsentia.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Non est necesse recõfiteri peccata semel rite confessa:nisi quando sine eis non possunt sufficienter confiteri præsentia.

¶ Secunda. Hoc autem est quando frequenter laberis ex consuetudine vel robore aut inclinatione corporea aut commoditate vel generaliter quacunque occasione.

¶ Tertia. Si tu es certus ex aliqua notitate quòd non recidiuabis:non teneris:vt videtur quia iam remedium est appositum. Et si peccatum sit grauius in habitudine ad peccata tamẽ ista grauitas non est essentialis ei.

Casus. vj.

QVAERITVR. VI. VTRVM existens in mortali possit explere satisfactionem iniunctam pro his de quibus fuerat ante contritus ? Ad hoc respondet. Guil. & Petr. de palu. iiij. di. xv. & Richar. ac Scot. ibidem : & Pisanus in titu. satisfactio. & multi multa loquuntur. verumtamen forte non vere dissonant. Pro fundamẽto igitur accipio dictum Petri de palu. in. iiij. quis non ad hoc propositum quòd duplex est satisfactio. s. sacramẽtalis:quæ fit ex iniunctione sacerdotis dispensantis sacramenta. Et virtuosa quæ. s. fit ex virtute pœnitentiæ pugnantis contra peccatũ. Deinde dico cum Scoto, quòd pœnitẽs qui sine causa non implet pœnitentiam iniunctam & acceptam:committit inobediẽtiam mortalem. Vtrum vero eam possit in mortali explere. S. Tho. in. iiij. vbi suprà, dicit quòd quidam dixerunt quòd sic : sed est inquit impossibile:quia oportet opera satisfactoria esse Deo accepta:cum non fiat ei satisfactio secundum æqualitatem:sed secũdum acceptationem : qua acceptatio non est respectu eorum quæ non placent : cuiusmodi sunt opera peccatoris. Subiungit autem quòd satisfactio quæ fit per opera relinquentia post se effectum non est inferenda necessario: quia si talis pœniteat illa satisfactio erit accepta Deo in suo effectu:sed tamen eam quæ transit oportet iterari: non autem confessionem quia hoc doctores non dicunt. Hæc ille. Videtur autem velle. Nider mentem sanc. Tho. esse:quòd si effectus ieunii iam transiisset quando redit contritio : non valeret satisfactio. Petrus autem vbi. s. q. j. artic. iij. sic dicit. Tertia conclusio est: quòd quãdo homo de omnibus est contritus:& confessus:& absolutus:accepta pœnitentia si illam peragat in mortali nouiter commisso : liberat se ab iniunctione

ctione sacerdotis nec incurrit inobedientiam:sicut si eam non fecisset:quia non est fortius vinculum confessoris quàm Dei vel ecclesiæ. Sed homo in mortali existens implendo præceptum Dei de honore parentum vel ecclesiæ de iciunio ecclesiæ quadragesimali : se ab illa obligatione liberat : ergo & hic similiter. Quãdo autem satisfactio relinquit effectum : redeunte charitate: valet ratione charitatis & ex iniunctione sacerdotis. Hæc ille. Videtur autem mihi quòd opinio. S. Thom. sit eadem cum ista. quia. S. Thom. loquitur de satisfactione virtuosa : vt patet ex ratione sua. Dicendum igitur videtur quòd talis recidiuans si expleuit iniunctam satisfactionem in mortali non tenetur replicare illam in specie : maxime cum nullus sciat se esse sine mortali:sed sufficit si satisfaciat Deo per bona opera. Quod si non facit non peccat mortaliter : sed in purgatorio exoluet æquiualentem iniuncte sibi:nisi fuisset iniuncta excessiua : quia eo casu exoluet tantum debitam peccatis secũdum Cap. iiij. distin. xix. Cum ergo dicit. S. Tho. quòd transit reiterãda est. non intelligitur eadem in specie:sed æquualẽter. Et cum dicit quòd si relinquit effectum erit accepta in eo : intelligitur quantum se extendit ille effectus. Ita verbi gratia : quòd si effectus totus ieunii relictus est:vt. x. & quando supervenit charitas iam non est nisi vt. v. illa satisfactio non esset accepta nisi vt. v. & alia quinq; oporteret aliunde supplere & hoc intendebat Nider : vt videtur. ¶ Sed contra. Peccata tua eleemosynis redime Dani. iiij. & tamen cõstat quòd ille rex erat in peccato. Sol. Eleemosyna relinquit effectum secundum sanctum Thomam. Et ita intendebat Daniel quòd pœniteret regem.

Elice igitur conclusiones.

¶ Prima. Pœnitens est debitor pœnæ satisfactoriæ ratione peccati commissi:& ratione iniunctionis à sacerdote: sic quòd etiã si sacerdos iniungat maiorem debito:tenetur tamen ad eam.

¶ Secunda. Si sacerdos iniungat satisfactionem minorẽ debito peccati:pœnitens tenetur supplere residuũ : si autem maiorẽ tenetur eã explere si tamẽ ante expletionem moriatur non soluet nisi debitam peccato in purgatorio.

¶ Tertia. Qui iniũctam satisfactionem non relinquentem effectum explet in mortali totã tenetur repetere non eandem in specie sed æquualẽtem. Si autem effectum relinquit : tenetur æquualentem tantum repetere quãtum de illo effectu sine charitate transiuit.

¶ Quarta. Qualitercunque expleatur pœnitentia non est propter hoc necessariò iteranda confessio.

Casus. vij.

QVAERITVR SEPTIMO. Vtrũ quilibet Christianus tenetur ieiunare totã quadragesimam ? Ad hoc respondent omnes doctores quòd quilibet tenetur. Quod patet. Primò. quia dicitur. ij. dist. In his rebus in quibus nihil certum scriptura statuit:mos populi:mos Dei. Nec refert vtrum voluntas principis verbis aut factis declaratur. ff. de legib. l. de quibus. Vnde obligat rationabilis & præscripta consuetudo. dist. ij. c. illud. &. c. illa. Secundo:quia videtur expresse præcipi de conse. di. iij. nõ liceat. &. c. non oportet. &. c. placuit. & dist. v. quadragesima. sed intelligitur si quis potest. Pro quo nota duas regulas. Prima est. S. Tho. iiij. distin. xv. & talis.

Quilibet potest & debet cõseruare vitam & robur necessarium ad ea quæ sibi incumbunt facienda necessario:pro vita vel officio vel societate conuiuentium : vel respectu eorum quæ facere potest meliora ieiunio.Et intelligo:incumbere necessario:quando aliàs esset notabile dampum vel notabile incommodum. Et similiter intelligo de officio & societate quã relinquere non potest:sine incommodo:vt cum quis incideret in latrones forte si solus esset:vel si quis relinqueret officium vix posset viuere : vt cursor vel laborator & huiusmodi. Qui cum prædictis potest ieiunare dicitur posse : secunda est Guil. & Pisani talis. Si cum prædictis certus es quod non possis non requiritur dispensatio. Si es dubius:consule quemlibet peritum & bonum : puta medicum conscientiatum vel cõfessorem bonum & prudentem. Qui si non remanet dubius : ista iudicio eius sine alia dispensatione.Si autem remanet dubius oportet adire prælatum qui non solum declaret. sed declaret autoritatiue dispensando. Vnde pete episcopum : si potes secundum Guil.& Host.& Petrum de palude : sinautẽ pete parochianum. Ab ista regula credo nullum doctorẽ vere discrepare & si appareter. Tempus autem quo obligaris ad ieiunium secundum.S.Tho.& Petrum de palu.& Pisa. & Nider.& Archiepiscopum est : post xxj.annũ. Licet enim ante tenearis ex iure naturæ carnem subiicere spiritui: non tamen per hoc medium oportet multo cibo indigere ad nutrimentum & augmentum. Nec est simile secundum Petrum de indigentibus cibo ad generationem : quia diebus ieiunii debent coniuges abstinere à coitu : & semel in anno sufficit secundare ; & cum ieiunio plus abundat semen quàm sit necesse.Modus autem ieiunandi est secundum.S.Tho.& communiter omnes semel comedere in.ix.hora quæ incipit in meridie si numeremus horas per triplicitates dicendo : prima:tertia:sexta: nona. Si tamen numeremus per singulas vnitates hora nona est tertia post meridiem. Et ista est hora prandii in ieiunio secundum legem : & si non secundum consuetudinem. Videtur tamẽ velle Petrus de palu.quòd de iure extra quadragesimam liceat in ieiunio prandere quàm primum incipit triplicitas none.i.transacto meridie:non autem in quadragesima. Dicit enim Petrus de palude quòd in quadragesima & si non oporteat expectare vesperam diei sed officii:tũ tardius debet comedi quàm in aliis ieiuniis : ita quòd in tali ieiunio debet ante prãdium esse transacta nona:sicut in aliis hora sexta : sed S.Tho.in.iiij.di.xv.videtur velle quòd in omni ieiunio oporteat expectare finem nonę secundum legem.i.horã tertiam post meridiem. Sed ego credo hodie standum consuetudini populi Dei xj.dist.in his. ¶ De collatione serotina dicit archiepiscopus & communiter doctores quòd licet per modum medicinę.i.ne potus noceat:non autẽ per modum cibi. Dicit tamẽ idem quòd si non fiat causa medicinæ pie interpretando est ratione cõsuetudinis nisi fiat in fraudem:quod etiã sentit Abbas:quia standum est consuetudini : ex quo vt dicit ius non est ad oppositum. Intelligo autem quòd sit in fraudem : quando propter famem. Intelligo vero quòd licite fiat:& non propter potum:quando non fit propter famem : sed alia rationabili causa : puta propter dormitionem vel vocem. Imo dicit Richar.& idem videtur

tur sentire.S.Tho. quod si quis ex sensualitate comedat aliqua:in tali collatione non frangitur ieiunium : nisi ratione magni excessus. De pane autem in collatione dicit idem Archiepiscopus quòd ieiunium soluit. Sed angelica & Rosella dicit quod non:maxime vbi est consuetudo quibus standũ est quando aliud non habetur:vel si habetur:illud nocet stomacho. Nam ex.S.Tho.& Petro de palude non potest quo ad hoc haberi distinctio inter panem : & fructus & herbas. Et si dicatur quòd consuetudo de non comedendo panem fecit legem. Dico quòd in foro conscientiæ consuetudo non obligat nisi quam intendit princeps legislator qui nõ intendit vt sine pane bibas quando sine pane potus quo indiges obesset. Vel quia fructus non habes:vel si habes fructus non habes stomachum fructibus oportunum. Potus autem etiam ante prandium secundum omnes ferè : licet etiam vini (& consequenter vt videtur licet aliqd sumere causa potus præcisè sine quo.i.potu impune sumi non posset)& habetur expresse hoc à.S.Tho. iiij.dist.xv.in quęstione de ieiunio art. iiij.q.j. ¶ Sed cõtra.Primo:quia si tenemur:essemus perfectiores Christo qui vnam tantum quadragesimã ieiunauit. Sol.Ieiuna vnã eo modo quo Christus nihil manducando deinde cessa si vis: quia te absoluo. Vel dico quòd Christus nõ indigebat ieiunio:sed ieiunauit vnam ad exemplum & formam nostrã. Secundo suppono quòd ieiunium fiat ad satisfaciendum pro peccatis. Tunc sic. Christus nõ ieiunauit pro se:vt patet:ergo pro nobis:& cõsequenter sufficientissime satisfecit pro nobis : quia eius satisfactio erat infiniti valoris.Igitur nos nõ indigemus ieiunio.Sol.Nego præsuppositũ quia fit etiam ad mortificandum corpus & mentẽ eleuandã. Vnde etiam iusti & sancti tenẽtur ieiunare:secundũ.S.Tho.Dato tamen suppositio:dico quod Christus non intẽdebat sic satisfacere : pro nobis vt nos de cætero nõ affligeremur : sed sic:vt nostra satisfactio esset Deo grata mediãte satisfactione Christi à qua nostra habet efficaciam sicut etiam eum passus pro nobis:& tamẽ oportet nos suæ passioni coniungi per pœnitẽtiam vel sacramẽta:quæ pœnitẽtia nostra nõ satisfacit Deo:nisi virtute passionis christi.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Quilibet qui potest ieiunare tenetur &c.

¶ Secunda. Ille dicitur non posse qui cum ieiunio non potest ea quæ sibi necessario faciẽda incũbunt:vel quę sunt meliora ieiunio:puta prædicare.

¶ Tertia. Vtrum possis vel nõ possis si es certus non oportet adire alium:nec non ieiunando peccas mortaliter : etiã si in parte fallaris secundũ Pisanum & Petrum de palude:quia.s.credis te habere causam sufficientem:& nõ habes.

¶ Quarta. Si es dubius cõsule peritum & bonum & illi acquiesce.si non dubitat maxime medico timorato.

¶ Quinta.Si autẽ dubitat:require eum qui possit dispensare,id est,episcopum vel parochianum vel prælatum in religione.

¶ Sexta. Tempus autem obligationis est.xxj. annus : & tempus comedendi hora.ix.

¶ Septima. Potus nec ante prandium nec post soluit nisi fiat in fraudem:siue sit vini siue aquæ.

¶ Octaua. Panis non soluit si sumatur per modum medicinæ : vbi maxime non habetur.

Casus. viij.

QVAERITVR VIII. Vtrum qui accedit ad sacramentum cõfessionis: sine dolore peccet mortaliter? Ad hoc autem respondetur secũdum Scotum.in.iiij.& dominum Bonauẽturam ꝙ sic: quia quãtũ in se est perdit sacramentũ. Idem videtur sentire.ſ. Th.qui dicit ꝙ accedẽs fictus tenetur suam fictionem confiteri: quod non esset verũ si esset solum peccatũ veniale. Nõ oportet tamen istũ doloré esse cõtritionem sed sufficit si sit attritio. Differũt autẽ secundum perfectum & imperfectum ista duo. Nã vtrũque est dolor de præterito peccato cum proposito emendandi: sed contritio est quando tãtum intenditur iste dolor; ꝙ peccatum tãtũ displicet quantum debet placere deo.i. super omnia. Et omnis reliquus dolor citra istum est attritio quæ sufficit ad non peccare mortaliter accedentem ad confessionem. Imo secundũ Capreolum in.iiij.sufficit vt tunc confitẽs gratiam consequatur quia aliquando ista attritio est tanta vt virtute clauiũ fiat contritio: licet vt dicit non semper sit tanta. Imo viso.ſ. Tho.in.iiij.distinct. xvitj.qõ.ſ.artic.iij.q.j.& viso indæi: dico ꝙ omnis attritio sufficit ad consequendam gratiam in hoc sacramento & in baptismo qui ordinatur| contra culpa nisi quis actudum percipit sacramẽtum ponat ob vicẽ. Imo dico quòd sufficit si quis vellet esse dolens in generali & particulari: quia talis necessario est dolens secundum voluntatẽ deliberatam ad quam essentialiter pertinet attritio & contritio: licet forte nõ doleat secundum sensum aut voluntatem naturalem: propter quod dicit etiam se non dolere. Est enim contradictio ꝙ velim mihi aliqd displicere.& ꝙ non displiceat secũdũ rõnẽ deliberatam: quia cui aliquid placet ipsa etiam complacẽtia placet pro eo tẽpore quo illud placet. Vũ & matrẽ Gratiani hoc modo fuisse absolutã. Archiepiscopus in chronica narrat. Et licet nõ approbet Historiã: tamen non fefellit doctrinam. Sufficit igit̃ omnis dolor de peccato & proposito de futuro simul. sed aduerte quod propositum non est iudicium vel opinio. Vnde stat quod velim abstinere in futurum.& tamen credo quod non abstinendo sed mutando voluntatem: quod tamen non vellem modo: & hoc multos fallit.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Qui confitetur nõ dolens de peccato aut volens non cauere de futuro peccat mortaliter si confitetur vt absoluatur.

¶ Secunda. Qui vero dicto modo confitetur: nõ vt absoluatur: sed ad recognitionem sui corã Deo & sacerdote non peccat ex hoc: quia secundũ Rich. non contẽnit sed veretur sacramẽtũ. Vnde talium confessio est audienda & eis consulendũ vt dicitur in capi. ꝙ quidã. de peniten. & remiſ.

¶ Tertia. Contritus est cui peccatũ propter deũ & displicet super omnia sic ꝙ est paratus omnia in generali pati deo volẽte antequã denuo peccare licet in particulari nõ cogitet nec debeat cogitare de hac pœna vel illa.

¶ Quarta. Attritus est omnis cõtritus: & quicunque alius dolet de offensa dei vt sit quocunque modo cum proposito emendandi.

¶ Quinta. Quicunque est attritus sine peccato: potest confiteri & petere absolutionem.

¶ Sexta. Similiter & quicunque scit se velle habere dolorem de peccato in generali, & particulari & dictum propositum: licet nesciat se dolere.

¶ Septima. Omnes tales consequuntur gratiam in absolutione: clauibus perficientibus imperfectum dolorem: non eundem numero actualiter: cũ attritio actualis nũquã fiat contritionis actus iiij.di.xv.q.ij.art.j.q.iij.sed aliũ specie vel numero nisi ponat obicem.

Casus. ix.

QVAERITVR. IX. VTRVM religiosus teneatur ad officiũ attentẽ dicendum. Ad hoc autem respondet.ſ. Tho.ij.ij.q.iiij.& Pis. titu.hore.& pet.de pal.iiij.distin.xv .& Archie.iij.parte titu.xj.& Archid.in.c. grauis.de cele.miſ.& Hosti.& Augusti. & Pau.& omnes ex quibus elicio multas conclusiones.

¶ Prima. Nõ est autenticum ꝙ corona clericalis obliget ad septẽ horas canonicas: quia tamen gaudent tales priuilegio clericali: debent per aliquid recõpensare. Et bene facit episcopus aliqd iniungendo. Pet.de palu.

¶ Secunda. Nou est etiam autenticum ꝙ minores ordines obligent ad officiũ beatę virginis: secundũ eundem licet debeant tales vr.ſ. Cum Petro est Angelica & communis opinio: cõtra quã tamen Archie.cũ Ioan.audrea videtur dicere ꝙ tales tenentur ad officium. Et pañ. dicit hoc esse tutius iuxta canonistarum refugium. Est autem tutius etiam & melius non comedere pisces osseatos. Ideo tu dic. ex quo non habetur à lege ꝙ nou tenentur: quãuis teneatur vt dicit Petrus an aliquid determinatum ex ipsa honestate iuris naturalis.

¶ Tertia. Tenentur autem ad septem horas omnes qui sunt in sacris: nisi excusantur per non posse habere breuiarium: quod tamen potius quã bibliam emere tenẽtur: vel alia legitima causa. Concordant in hoc omnes: quia nõ debet ordinari quis in sacris: nisi qui habet beneficiũ: vel qui ad patrimonium suum loco ecclesiasticorum reddituum voluerit ordinari. extra de præbend.c. Episcopus.&.c. Conserui.

¶ Quarta. Tenentur etiam secũdũ omnes beneficiati etiã si non sint in sacris. xcij.di.c.fi. vbi dicitur ecclesiæ deputatus.ſ. per beneficiũ. vt exponit Angelica. sed intellige secũdũ Petrũ de beneficio respiciente officiũ spirituale. Nam instantia est de habente ecclesiasticos redditus pro officio matricularii: qui tamen non est clericus & de magistro theologiæ, vel grammaticæ qui non venit ad chorum intellige etiam secundum eundem Petrum si possunt percipere redditus.

¶ Quinta. Item religiosi clerici professi. Extra de voto.c.licet. quia secũdũ petrum sunt pars ecclesiastici collegii. Et eandem ratio est secundum Archie. si sit monachus.& quia habet redditus: & est in religione instituta ad orandum.

¶ Sexta. Item secundum Petrum: noui clerici etiã si non sint in sacris: quia substentantur eleemosynis & gaudẽt priuilegio &c. sed quia nec corona: nec ordines minores obligant. vt dictum est eleemosynæ etiam non obligant ad aliquid determinatũ recõpensandũ. forte posset dici quod tenetur quidẽ naturali iure ad orationes & psalmos vel huiusmodi sed nõ ad septẽ horas: maximè si officium plenè nesciunt: alioqui etiã

I conuersi tenerentur addiscere horas Sed cõtra: qa si ingrediunt animo mutandi statum: sunt virtualiter ac tacite professi. So. Dico ꝙ verum esset si ingrederentur animo mutandi statũ per professionẽ tacitã que olim etiã in mẽdicãtibꝰ licebat in ipso ingressus exordio: secus aũt si ingrediuntur cũ animo mutandi statum: sed non se obligãdi ad istam mutationem: sicut communiter faciunt. Sed in hac re canonistæ multi
K falluntur vt forte Deo præuio alias patebit.

¶ Septima. Item secundum Petrum & Archie. & Ang. de Ancho. conuersi tenẽtur ad modum sibi taxatum: sed nõ ad septam horas. Sed intelligo loquendo in ordine prædicatorũ ꝙ tenẽtur eodẽ modo quo tenentur ad gratias & suffragia mortuorum: nõ aũt quasi mortaliter peccent si omittunt & non ex cõtẽptu: qui nec naturali nec diuina lege
L præcipitur eis ille determinatus modus orandi similiter nec lege canonica vel ciuili: quæ nihil inueniuntur ordinasse de septem horis per laicos exoluendis. nec per suas cõstitutiones quæ etiã ad velle non ligant nisi ratione contẽptus vel præcepti: ꝙ præceptũ in hac re nõ est factũ. Magis autẽ sunt in statu perículoso: quando circa exercitia corporalia sunt notabiliter negligẽtes: quia in
M dicto ordine ad hoc recipiuntur: & ea ratiõe licet eis eleemosynas ordinis in suos vsus conuertere quia seruiunt seruientibus populo secundum. s. Tho. in opus contra religionem impugnantes. Possunt tamẽ orationi vocare secundũ modum mandatum à constitutionibus & permissum a prælatis: imo & debent quantum ad eum qui est in mandato constitutionum.

¶ Octaua. Ratione generalis cõsuetu-

N nis quicunque tenetur ad horas tenet etiam ad officium beatę virginis vt vitur: & ratione consuetudinis specialis ad vigilias mortuorum & ad aliquando celebrandum insta causa. Imo secũdum aliquos quilibet talis tenetur quotidie ad missam legendam vel audiẽdã licet hoc nõ sit verũ: quia in. c. j. de priui. lib. vj. patet ꝙ episcopus nõ tenetur ad hoc: licet sit hoc decens: & cõsequẽter a fortiori minus tenentur alii: non
O obstante ꝙ horę ad missam ordinẽtur. Petrus de pal.

¶ Nona. Quantũ ad intentionẽ aũt vel attẽtionẽ quilibet ad officiũ obligatus tenetur in principio officii habere intẽtionem satisfaciendi: ita ꝙ officiũ proficiscatur ab intellectu & non ab imaginatiua: secundum Petrũ. ꝙ intelligo actu vel habitu.

¶ Decima. Infra officium autẽ tenetur
P sic ad se redire si fuerit mente vagatus ꝙ nõ pereat totaliter dicta prima intẽtio secundum. s. Tho. j. frequenter: quę tamen frequẽtia nę potest sub certa regula comprehendi.

¶ Vndecima. Nõ tamẽ tenetur quouis præcepto esse attentus: sed siue culpa mortali potest euagari etiã à proposito dummodo. sciat quid facit sic. i. ꝙ stet prima intentio. Hæc probẽtur autorite Pisa. de Pal. Angelicõ. & multorum
Q aliorum. Et ratione: quia ecclesia non potest præcipere super interioribus.

¶ Duodecima mortale est tali dicendo officium se occupare per longum spatium in exterioribus: secundũ. s. Th. & ex ca. dolentes. ꝙ petrus exponit quando non compatiuntur attentionem ad officiũ: quod ego intelligo secus ab his quæ ad officiũ spectãt: vt voluere ebartas: parare libros & huiusmodi. Licet enim ecclesia de interioribꝰ non possit præ

A cipere tamen de exterioribus põt & de facto præcipit in. d. c. dolentes. vt deuore dicatur.

¶ Sed contra quia. s. Tho. vbi. s. dicit ꝙ qui sponte vagatur: videtur deridere Deum. sol. Illa derisio est interpretatiua solum cuiusmodi est in omni peccato etiam veniali. Et præterea videtur loqui non de psallente: sed de orãte: sic
B ꝙ patit à Deo.

Casus. x.

QVAERITVR DECIMO vtrum per indulgentias remitti possit pœna iniuncta vel iniungenda pro peccatis. Ad hoc autem respondet. s. Tho. & communiter doctores in. iiij. di. xx. Pi. s. tit. indul. & Petrus. in. iiij. c. sum. cõ. & multi alii. Dicit igitur. s. Tho. omnes dicunt ꝙ indulgentiæ aliquid valent:
C sed quidam dicunt ꝙ non valẽt: ad pœnam taxatam secundũ iudicium dei in purgatorio: sed quantũ ad taxatã a sacerdote. Sed hoc est cõtra illud primule lium Petri: erit solutũ & in cœlo. i. in oro dei. Itẽ ecclesia remitteret ad pœnas graviores. Valent igitur ad pœnã debitam siue taxatam: siue nõ: quia propter vnitatẽ corporis mystici vnus põt pro alio satisfacere. Sancti autem qui habuerunt satisfactionẽ super abundãtem: non intendebant satisfacere pro
D hoc vel illo: alioqui talis cõsequeretur remissionem sine indulgentia: sed pro tota ecclesia sicut de se scribit Paulus col. j. Sic igitur ista merita sunt cõmunia: & consequenter dispensanda per præsidentem totius ecclesiæ. Sunt aũt tot quot omnem pœnam quibuscunque debitam excedent ratione satisfactionis Christi infinitæ. Potest autem fieri pro aliquo speciali. sicut quæ orat pro rege francię, habet decem dies in-E dulgentiæ. Et pro temporalibus vt ordinantur ad spiritualia. i. pacẽ ecclesiæ & huiusmodi. ¶ Quantũ aũt valeant quidam dicunt ꝙ mensurantur secundum deuotionem suscipientium. licet ecclesia aliter prædicet: vt pie & vtiliter decipiat. ¶ Sed contra: quia ecclesia nullius esset autoritatis: sit facto doceret. Alii quãd secundum quãtitatem
F dati vt facit pro indulgentia.

¶ Sed contra. quia non valerent ad remissionem: sed ad commutationẽ Item in prædicatione ecclesiæ esset falsitas: cum aliquando pro minore prędicetur maior. Alii ꝙ secundum cautam faciẽdi indulgentiam.

¶ Sed contra quia pro eadem causa aliquando maior: aliquando minor datur Ideo tantũ valent quantũ intendit, qui
G eas dat & applicat. Nec. s. Tho. Et cõsequenter quantũ valere prædicãtur. Et sic intelligitur ꝙ valent tantũ quãtum sonant. i. si dicitur cẽtũ: nõ sunt. xc. Valent igitur secundũ Pis. i. cui consonat Ray. & s. Th. quãtũ sonat. i. xl. dies indulgentiæ valẽt tũtũ quãtũ. xl. dies pœnitentiæ secũdũ taxationẽ facto à iure vel sacerdotẽ vel diuina iustitia: quia isti dies nõ sunt dies cœli seu purgatorii: sed mũdi. Intendit aũt ꝙ isti. xl. dies tantũ valent quãtũ si gs xl. diebus face
H ret pœnitentiã secũdũ cõem impositionem iuris vel sacerdotũ vel iustitiæ diuinę. siue ista pœnitẽtia sit iniũcta: siue nõ. Et itellige secũdũ taxationẽ diuinę iustitiæ principaliter: iuris aũt & sacerdotũ secũdario inquãtũ taxãt secũdum iustitiã dei Isti aũt dies taxati hic secũdũ iustitiã dei & secũdũ iura vel sacerdotes cõformiter ad illã nõ valẽt pcise xl. purgatorii: qa cũ forũ sit diuersum forte quod dies non respondet diei,

I sed paucis diebus potest quis hic soluere pœnitẽtiam ibi faciendam longo tempore. Ideo dicunt isti quod nõ sunt dies purgatorii, ſ. quantum est ex intentione ecclesiæ siue isti dies respondeãt illis siue non. Vnde sicut dicit Pisa. & Hereus. in. iiij. di. xv. sicut, xl. dies pœnitentiæ plus valent vni quam alteri ratione deuotionis maioris: ita &. xl. dies indulgentiæ. Sed hoc non videtur habere locum vbi datur plenarie. Qui

X bus autem valeant dicetur in conclusionibus. ¶ Sed contra. Primo. Deut. xxv. Secundum mensuram delicti erit plagarum modus: ergo nihil valent. solu. Plaga. i. pœnitentia Christi est mea per attributionem vicarii eius: & ipsa est æque magna & maior omnibus peccatis. Et sic indulgentia non facit quin secundum mensuram delicti sit plagarũ modus. secundo. Nam inferior puta papa non potest absoluere ab eo ad quod

L superior ligauit. i. deus. Solu. Papa non me absoluit à pœna: sed dat mihi vnde illa soluam scilicet merito Christi & sanctorum.

Elice igitur conclusiones.

¶ Prima. Indulgentiæ valent ad remissionem pœnæ hic vel in purgatorio tolerandæ.

¶ Secunda. Possunt fieri pro causa spirituali & pro temporali in ordine ad spiritualem: sed sine legitima causa non

M valent licet valeant si fiant indiscrete. scilicet quod homines quasi pro nihilo ab operibus pœnitentiæ reuocentur. Hæc. S. Tho.

¶ Tertia. Hoc quod dicit quod tantum valent quantum sonant intelligendum est quantum valere prædicantur siue de quantitate indulgentiæ & non de sono verborum quia valent tantum quãta est intentio dantis quæ potius attenN denda est quam verba.

¶ Quarta. Valent aũt quantum valere prędicantur quãtum ad quantitatẽ discretam secundũ Hereueum. i. si deut. x. dies sunt. x. secundum ꝙ iustitia diuina taxaret sed quantũ ad cõtinuã seu intẽsiuam non valent æqualiter omnibus.

¶ Quinta. In doctrina ecclesiæ nulla falsitas continetur: & ipsa debet esse regula fidei nostræ.

¶ Sexta. Non valẽt existentibus in nor O tali quia dantur ad remissionem pene & nõ culpæ. Et licet tales sint magi indigentes tamen sunt minus capaces.

¶ Septima. Valẽt aũt & religiosis si obseruent tenorem bullæ sed tamen per illas non remittuntur imposita in foo capitul: quia non est pœnitentiale sed iudiciale. S. Tho.

¶ Octaua. Nec tñ oportet religiosos et re claustra pro indulgentiis: quia licet indulgentiæ plus valeant quo ad remissionem pœnæ quã obseruantia tñ ẽ ꝯ P uersio est quo ad acquisitionem prẽmi quod est melius S. Tho.

¶ Nona. Valent etiam defunctis siconti netur in tenore bullarum: dummodo aliquis faciat quod mandatur. S. Tho. Nec tamẽ sequitur quod prælatus possit pro suo libito animas à purgatorio liberare. vt dicit S. Tho. quia inquit ad hoc quod indulgentiæ valeant requiritur causa conueniens.

¶ Decima. Auxilium dare intelligitur: qui dat secundum suã facultatem: non autẽ qui citra vt rex dans obolũ. S. Th. Sed tamẽ dans citra facultatẽ consequitur partem indulgentiæ proportionalẽ vt innuit. Sanct. Tho. iiij. dist. xx. ar. iij. q. ij. arti. iiij.

¶ Vndecima. Cũ quis dat citra suã facultatem consequitur plus vel minus secundum quod dat S. Tho.

Duo

A ¶ Duodecima. Confessio requirit vel non requiritur secundum quod intẽdit is qui dat indulgentiam quia quantum est ex natura rei secundum omnes non requiritur confessio: sed sufficit charitas & contritio.

¶ Tredecima. Licet probabiliter dicat quod cũ papa dicit: & confessus intendat dare solũ his qui post confessionẽ non inciderũt in mortale tñ mihi videt

B quod probabilius dicant alii ꝙ intẽdat dare omnibus qbus põt si semel in anno qui sunt cõfessi. i. omnibus qui sunt in charitate facientibus id quod mandatur quia papa non facit indulgentiam (vt suppono) ad inducendũ ad confessionem sed ad aliud puta eleemosynam Quod aũt dicit cõfessis intelligit scdm statutũ ecclesiæ qua mãdat semel in anno cõfiteri sicut expresse tenet Panor. in c. omnis. extra de pœni. & re.

¶ Quartadecima. Qui potest confiteri C antequam accedat ad indulgentiã: bonum est quia securius: qui tamen non potest nihilominus accedat: quia certũ non est, quod eam consequatuer

Casus. xij.

SVAERITVR. XI. vtrum liceat adorare imagines? Ad quod rñdetur ex S. Tho. iij. di. ix. q. j. ar. ij. q. ij. & ij. ij. q. xciij. & in tractatu de decem

D præceptis. Pro quo sciendum est, vt patet. ij. ij. q. ciij. quod deum honoramus honore latriæ vt ei exhibeamus reuerẽtiam tanquam principio omniũ bonorum angelos autẽ & homines dulia: sed homines excellentes hyperdulia vt beatam virginem. Eodẽ autem honore quo aliquẽ adoramus possum' adorare imaginẽ eius vt imago est vt dicit. iij. vbi supra quia secundum Arist. de memoria & reminiscen. eodẽ motu fertur ꝙs P in imaginẽ vt imago est in id cuius est imago secus vt imago est res. Igit imagines Christi vt imagines adorantur latria sanctorum autem dulia vel hyperdulia. ¶ Sed contra. Primo. Nam Exo. xx. dicitur. Non facies tibi imaginẽ: ergo à fortiori non debet adorari. Sol. dicit S. Thom. in. iij. quod in veteri lege fuit prohibitũ facere imagines nõ simpliciter cum in sanctuario fuerint cherubim, sed ad adorandum. Primo quia F ille populus erat pronus ad idololatriã & Secunda quia deus cum adhuc non esset incarnatus non erat figurabilis. In noua autem est concessum quia cessat vtraq; ratio. Secundo: quia hoc solum est quo idololatras irridemus: quia adorant opus manuũ suarũ. Sol. Primo introducens honorẽ imaginũ in gentibus videtur fuisse Ninus qui fecit imaginẽ Belo patri secundum Bedam & ei diui nos honores exhibuit. Sed idololatræ G credebant ex vt syderum imaginibus inesse deitatẽ sicut Hermes vt testatur Augu. de ciui. dei.) dixit datum esse hominibus facere deos ideo adorabãt imagines vt res quod nos abhorremus. Itẽ adorabant imagines irrationabiliũ, vt solis lunæ &c. Tertio. Nam imago siue vt res siue vt imago semper est creatura. ergo nunquam est adoranda latria So. Licet creatura nunquam adoreẽ latria vt terminus vltimus adorationis: H secus vt medium & ratio adorandi siue vt imago. Quarto in cultu diuino non sunt exhibenda nisi ea de quibus habet in scriptura cuiusmodi non sunt imagines. So. Sicut dicit S. Thom. imagines sunt introductæ. Primo à Christo ad abagarum mittente suã imaginẽ vt dicitur in ecclesiastica histo. Secundo ab apostolis quia tempore eorum Lucas

I secundum Dama. depinxit imaginem Christi & virginis & imaginem Christi secum ferebat, vt dicitur in eius historia. Multa autem apostoli tradiderunt quæ nō sunt scripta & hoc est vnū Vnde in concilio Romano vbi fuerūt mille episcopi secundum s. Tho. statutum est vt pingerentur imagines. Primo vt sint libri laicorum. Secundo vt magis sint in memoria mysteria Christi. Tertio ad excitandam deuotionem
K quia scilicet magis solent mouere visa quàm audita.

Elice vt libet conclusiones.

Casus. xij.

DVBITVR. XII. Vtrum aliquid aliud ab imagine Dei sit adorandum latria? Ad quod viso. S. Tho. iij. dist. ix. & iij. q. xxv. & viso magistro Petro vgo. in suis etymol. rñdeo quod
L cum res irrationalis non sit in se digna aliquo honore vel adoratione: non potest adorari nisi vt aliquid est naturæ vel personæ intellectualis. Quod dupliciter est. Vno modo, quia est eius imago. Alio modo, quia est eius instrumentum quo tangendo vtitur ad agendum vel patiendum vt vestes calciamēta: patibulum & huiusmodi nisi sit creatura rationalis vt crucifixores. Hoc autem instrumentum est duplex. s. quod-
M dam tangens tactu prēsenti realiter vel apprehensiuè, & quoddam quod solum tetigit in prēterito nūc aūt non tangit realiter nec apprehendit vt tangēs actu seu vt coniunctum, vt crux quæ olim tetigit membra christi. Et hoc iterū est duplex. s. quoddā quod tangit per se & secundum se vt ipsa totalis crux quando erat integra: & similiter ne fiat magna vis in verbis q̄libet eius pars quæ-
N re fuit coniuncta membris Christi. Et quoddam quod tangit solū gratia alterius vt il'ę particulæ quæ modo sunt separatæ: & non fuerunt in extremitate crucis sed vel sub terra vel infra grossitiem illius sancti ligni. Cum igit secundum S. Tho. duplex sit ratio adorādi creaturā latria. s. quia vel est imago Christi vel quia ipsum tetigit: etiam si
O non sit imago. Dico ꝙ ratione cōtactus multa sunt adoranda latria vt quæcunque instrumenta Christi ipsum tetigerunt si per intellectum accipiant vt cōiuncta personæ christi vt calciamenta eius, & spinæ coronæ & vestes & huiusmodi etiam si christum non tetigerunt nisi in suo toto. Quod patet ꝙ oēs par-
P tes de quib° credimus ꝙ sint crucis quæ tetigit christum sic adoramus. Si tā talia apprehendant nō vt coniuncta christo de præsenti: sed solū vt aliquid christi sic adorant hyperdulia vt patet. iij. vbi. s. Si quis autē dicat ꝙ in ea re qua
Q adoratur non habet locum diuersa acceptio eius secundum consyderationē dicendum est ei ꝙ nullus adorat sanctum lignum absolute, sed solū distinguendo per intellectum actu vel virtute. rōne ligni vt lignum à ratione ligni vt imago. Crux igitur quæ christum tetigit secundum S. Tho. adorat tripliciter. Primo vt imago. & hoc est cōe etiā crucibus quæ non tetigerunt illū. Et secun-
R do vt res christi ei coniuncta. Et tertio res christi ei non coniuncta. Tertio modo adoratur hyperdulia nō obstante quod ille honor sit christi & non crucis quia licet christus in seipso & in sua imagine & in sua re sibi cōiuncta adoretur latria in re tamen non coniuncta adorat hyperdulia quia adoratur in alio. ¶ Sed contra. Primo. Nam si contactus est sufficiens ratio adorandi latria beata vir-

virgo deberet adorari latria. Sol. Beata virgo & ratione imaginis & ratione cōtactus est quidem digna adorari latria æque bene vt imago depicta & vestimēta: sed tā adorari non debet latria: quia cum in se sit quid adorabile vī ille honor sistere in imagine vt res est & esset periculum idololatrandi. Secundo. Nā idem sequitur de asello quo Christus est vsus ascendens ad passionē in Hierusalem. Sol. vtiq; ille asellus vt cōiunctus christo esset adorandus latria & vt non coniunctus hyperdulia nec debet hoc alicui esse ridiculum quia non esset animatus dignior fuit lapide sepulchri quem veneramur.

Elice igitur conclusiones.

¶ Prima. Crux quæ christum tetigit ratione cōtactus & ratione imaginis adoratur latria.

¶ Secunda. Lancea autē quæ Christum tetigit & claui & reliqua adorantur latria vt coniuncta christo ratione contactus: sed non ratione imaginis.

¶ Tertia. Omnis crux in quacunq; materia adoratur latria quia est imago nō autem omnis lancea vel clauis, quia horum nullum est imago & quedā Christum tetigerunt quædam vero non.

¶ Quarta. Ea quæ christum tetigerunt si consyderentur precise vt res Christi est non vt ei coniunctæ adorantur hyperdulia.

¶ Quinta. Partes sanctę crucis quę christum tetigit quæ actu christum non tetigerunt de propinquo nisi in suo toto adorantur latria gratia alterius. i. christi & sui totius in quo tetigerunt.

¶ Sexta. Non solum dei imago artificialis sed etiam naturalis puta homo maxime crucifixus vel angelus est digna adorari. sed rationalis non debet adorari nisi ea adoratiōe qua est digna in se.

¶ Septima. Licet beata virgo sit duplici ratione digna adorari latria: tamen illicitum est sic eam adorare.

¶ Octaua. Eadem est ratio de relīquiis illius aselli si inueniuntur sicut & de aliis quæ Christum tetigerunt: accepta substātialis formæ mutatione quæ tamen non obsistit adorationi vt patet in reliquiis sanctorum.

¶ Nona. Nulla creatura irrationalis secundum se est aliquo modo veneranda sed solum vt imago vel aliquid aliud alterius.

Casus. xiij.

DVBITVR XIII. Vtrum ornatus mulierum secundum morem patriæ sit meritum aut peccatum veniale aut mortale? Ad hoc autem respondet Sanct. Thom. secunda secundæ quæstione. clxix. & Pisanus & Augustinus ad Præsidium, & Alexand. de Ales in secūda & Archiepiscopus secunda parte. titulo quarto capitulo quinto. Ex quibus sic respondetur. Quod sanctorum patrum documento sancitum non est superstitiosa adinuentione non est præsūmendum secunda quæstione quarta. consuluisti. Sed nec scripturæ nec sancti dicunt hoc esse mortale: nisi in certis casibus. Igitur aliis non erit mortale: per argumentum à contrariis vt distinctione vigesimaquinta, qualis. ¶ Sed contra Primo: quia scriptura talibus comminatur. Esaiæ tertio & Cyprianus dicit quod purpura & serico induti Christum inducere non possunt. Sol. Intelligitur in casu in quo est mortale. Secundo: quia est contra scripturam apostolicam primę Petri tertia. Quarum non sit &c. Et primę Timo. secunda. Non in tortis crini

crinibus &c. Contra istam ante scriptura non est dispensatio: xxv.q.j. sunt quidam imo per antiquam compilationē decretalium prohibentur vestes incisę homini sub pæna priuationis sacramē torum. sol. Ratio militat de his que cō tinētur in doctrina apostolica sub prę cepto. Quæ autem sint talia ex modo loquendi & necessitate materię de qua est sermo: & declaratione sanctorum accipitur. Et ad antiquam compilationem videtur quod in noua non habetur quæ obseruatur. Item dicitur quod aliquando leges vel non recipiuntur moribus vtentium vel contraria consuetudine abolentur. dist. iiij. denique. & sequentibus. Tertio Pat. viij. Ve illi per quem scandalum venit. Sed ve secundum Hie. importat damnationem ęternam ad quod facit de ininr. & dam c. si culpa. solu. Ornatus aliquando est scandalum acceptum & non datum de quo procedit ratio. ¶ Sciendum quod in hoc dupliciter contingit peccatum scilicet ex intentione & ex ipso factos quod per conclusiones declaratur.

¶ Prima. Ornātus semper est mortale si intendatur ruina alicuius.

¶ Secunda. Similiter si intendatur vana gloria finaliter ideo sic quod esset mulier parata peccare mortaliter ante quam talem perdere laudem.

¶ Tertia. Similiter si intendatur complacentia in ornatum sic quod ruina alterius nec intendatur nec etiam curetur. Et sic intelligit Petrus de taranta illud Ang. Nihil est adeo veniale quin fiat mortale dum placet dist. xxv. §. criminis. Et dico ruinam non curari cum est parata non desistere etiam si sciret aliquam inde ruinam passurum.

¶ Qnarta. Si autem intē datur laus vel complacentia: cirrata ruina & non finaliter est veniale.

¶ Quinta. Si autem intendit placere viro ne se contemnat vel sequatur alienas: non est peccatum ratione intentionis: nisi forte ratione magni excessus.

¶ Sexta. Si autem intendit absconderе maculam aut vitare alienas derisiones est nullum peccatum aut leue.

¶ Septima. ¶ Quantum vero ad factum ipsum ratiōe ꝓdigalitatis: erit mortale si sit magnus excessus iudicio viri prudentis.

¶ Octaua. Rōne vero incētiui erit similiter mortale si sit magnus excessus: alias nō erit mortale si ibi sit aliqs excessus paruꝰ vel nullꝰ si nullus excessus quia non erit occasio data sed accepta. ar. xxiij. q. v. de occidendis.

¶ Nona. De fucis dico quod sine pecca to deferunt ad absc̄ōdēdā maculā nu ptiis & nubilibus secundum san. Tho alias est peccatum licet non semper mortale ratione intentionis vel incentiui. Hæc omnia sunt doctrina Archie. & mēs prædictorum? quibus adde. quod quando ornatus non est peccatum: tūc suppositā gratia est meritum quia omnis actus deliberatus in habente gratiā est peccatum vel meritum secundum doctrinam Cap. & theologorum.

Casus. xiiij.

QVAERITVR XIIII. Vtrum possint remitti venialia stante complacentia ad illa? Ad hoc autem respondet. s. Tho. iiij. dist. xvj. q. ij. & dist. xxxij. q. ij. cui concordat Pisanus. ti. peccatum. v. per infrascriptas conclusiones.

¶ Prima. Nullo modo potest peccatum veniale remitti quandiu placet in hac vita quo ad culpam: nec consequenter quo ad pēnam quæ non tollitur stante sua causa ideo culpa: quia non potest remitti nisi voluntas inordinata reordinetur: quod esse non potest quandiu placet peccatum.

¶ Secunda. Nec tamen ad eius deletionem requiritur actualis contritio de singulis quia oblita non posset deleri.

¶ Tertia. Nec sufficit habitualis quia non staret cum penitentia & consequēter nec cum gratia quod est falsum.

¶ Quarta. Sufficit autem virtualis & implicita que est quando quis talem ex certet actum quōd actualiter de venia li doleret si occurreret de quo actu patebit in sequenti.

¶ Quinta. Delent per actū gēnalis cōfessionis: quia est actus charitatis cōtra il la directus nisi habitualiter teneantur in voluntate.

¶ Sexta. Et per sacram cōiunctionem. de cō se. dist. ij. cum omne. &. c. si quotiescunque. & vt addunt quidam per extremā vnctionem. extra de sacra vnctione.

¶ Septima. Per aquam benedictam. de conse. dist. iij. aquam.

¶ Octaua. Item per eleemosynas de pe. di. j. quam oblationem. &. c. mūdiciæ. & di. iij. sane.

¶ Nona. Item per orationem precipue dominicam de pe. di. j. quotidianis.

¶ Decima. Item per episcopalem benedictionem. j. q. j. multi. imo per sacerdotalem secundum aliquos.

¶ Vndecima. Item per deuotam pectoris tunsionem. de pe. di. j. tres actiones.

¶ Duodecima. Item per contritionem interdum etiam quo ad pænam.

¶ Tertiadecima. Si autem in hac vita nunquam recedit ab eis voluntas: remittuntur post hanc vitam etiam quo ad culpam secundum san. Tho. & Gre.

¶ Quartadecima. Et potest vnum veniale remitti sine alio: quia non vniuntur in aduersione aut conuersione vt mortalia: de quibus est secus.

¶ Quintadecima. Non possunt autem remitti stante aliquo mortali: quia tolluntur per feruorem charitatis sibi contrarium. Vnde & per supradicta remittuntur talia: inquantum illa excitant feruorem per se vel remouendo prohibens. Hæc omnia ex aliquo illorum.

¶ Sextadecima. Qui vult cōsolationes quæ proueniunt ex feruore charitatis: studeat per predicta purgari a venialibus quæ dicto feruori repugnant.

Casus. xv.

QVAERITVR. XV. VTRVM liceat alicui rem suam vendere quantum potest? Ad hoc autem soluit Scotus. iiij. di. v, Ray. in summa. & archie. Et omnes concludunt ꝙ non quia est sententia iuris. x. que. v. hoc ius pro hoc autem sciendum ex. ij. ij. quæstio. lxxvij. quod emptio & venditio pertinent ad iustam commutationem vt etiam dicit Arist. in lib. Ethi. de cuius ratione ex æqualitas. Vnde oportet prætium esse æquale rei & e conuerso. Et facere contra est facere contra iustitiā: quod semper est mortale: de se: nisi sit quid minimum vel indeliberatum. Iustum autem siue ęquale pretium secundum Inn. & Ray. est quod communiter currit in illo loco & tempore quod tamen secuudum san. Tho. nonconsistit indiuisibili. Et hoc est quod dicit gloss. in. d. c. hoc ius. quod iustum pretium taxatur secundum existimationem communem. Et idem habetur in. l. pretia. ff. ad. l. falci. Et intellige secundum archię nisi sit fraus minorātium rerum pretium studiose vel augentium. Dicit tamen san. Tho. quod quando

I quando venditor multum ex venditione damnificatur: potest vendere & rem & suum damnum. Secus autem si ipse non damnificetur & venditor multum iuuetur quia cum hoc non sit propter conditionem vidētis. venderet quòd non est suum. Ex istis igitur sequitur quod licet vendere quantum potest cō currentibus tribus. Primo: quòd esset fraus minorantium: Secundo vis seu actio ementium & Tertio ignorantia K eorundem. Tunc enim pretium est iustum. Addit autem Angelica quarto requirī quòd esset leuitas mentis sed reducitur ad ignorātiam. Et quinto quod tales possint donare sed supponit. contrarium esse iniustum quod ego nego concurrentibus predictis. nisi quis tanquam stultus vellet sua bona dilapidare. ¶ Sed contra. Primo quia leges permittunt vt ementes & vendentes se deciptant: dum modo hoc non fiat vL tra dimidiū iusti pretij. vt. C. de resein. vendi. l. ij. fol. Leges humanæ non potuerunt prohibere omnia quę sunt contra virtutem quia dantur multitudini in qua sunt multi è virtute deficientes. ideo prohibet solum destruentia hominum societatem sed secus de diuina: cuius finis non est solum gubernatio multitudinis hominem. Secundo: quia naturale est vendere quantum quis potest M quod patet quia omnibus conuenit. Nā ab omnibus fuit approbatum dictum mimi dicētis. Vili vultis emere: & care vendere vt dicit Aug. xiij. de trini. Vnde dicitur Prouer. xx. Malum est malū est: dicit omnis emptor &c. fol. Aug. dicit q̄ ille ignoranter locutus est. Et ponit exemplum de quodam qui dedit iustum pretium libri cuiusdam: cum venditor minus ex ignorantia postularet. Vnde ista cōmunitas est omnium simpliciter. & ideo est vitii: nō naturæ. Tertio e conuerso videtur quòd debemus rem vendere minus quàm valeat. quia quæcunque vultis vt faciant vobis homines &c. Mat. vij. fol. Dictum domini secundùm. Sanct. Tho. sic intelligitur. Quecunque vultis. s. voluntate honesta & iusta & rationabili: eadem facite &c. Et hoc intellige obseruata conditione personarum. Nō enim si rex vult seruum lauare sibi pedes: debet velle facere e conuerso. sed debet ei velle seruire in his quæ regem decent.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Debemus esse parati facere aliis quod vellemus nobis fieri voluntate rationabili.

¶ Secunda. Oportet pretium esse æquale rei & è conuerso. quod fit si vendatur pretio currente ad numeratum, vel si vendatur quantum est possibile cessante fraude & vi & ignorantia.

¶ Tertia. Omnis qui emit aut vendit recedens scienter à iusto pretio notabiliter: facit contra iustitiā & peccat mortaliter: & tenetur restituere.

¶ Quarta. Quando emendo aut vendēdo receditur à iusto pretio vltra dimidium eius venditio est rescindenda. alias autem si sit infra vel secundùm aliquos in dimidio præcise tenet. & sufficit restituere quod deest, vt dictum est supra.

¶ Quinta. Quicunque voluntate deliberata cupit vendere plus iusto pretio vel emere minus notabiliter: peccat mortaliter. secus si tantum inclinetur ex sensualitate, sed ratione deliberata nihil vult prēter æquitatem.

¶ Sexta. Licet vendere rem ratione dāni plus quàm valeat in se ideſt quantū valet venditori non tamen quantū valet emptori. Et intellige quando venditor vendit vt seruiat.

¶ Septima. Licet leges humanæ aliqua permittant iniusta impunita: tamen secus est de diuina

Casus. xvj.

QVAERITVR. XVI. Vtrum liceat carius vendere propter dilationem temporis. Ad hoc dico quòd cum oporteat pretiū esse æquale rei: si res plus iusto pretio vendatur scienter ad numeratum est iniustitia si ad tempus: est vsura, & si non ex forma: tamen virtualiter. vt patet extra de vsu. in ciuitate. vbi dicitur quòd est ibi peccatum. & si non vsura ex forma: imo est ibi vsura quo ad deū secundùm glo. in. c. consuluit. extra de vsuris. Imo & secūdum textum expresse ecclesia hoc determinauit. Et declaratione: quia sic vendens seruit de pretio rei certo tempore: quo pretio deinde vult illam excrescentiam. ¶ Nota quòd iustum pretium rei non consistit in indiuisibili secundùm. S. Th. Ideo secundùm Sco. in. iiij. diuiditur iustum pretium in tria pretia. s. Infimum: medium: & summum sicut eandem peciā panni trium æstimatorum vnus possibiliter estimabit. xlix. aureis. alius. xlix. cum dimidio. alius. l. Cum igitur rem ad numeratum dares pro pretio infimo si ratione dilationis vendis vsque ad summum ibi sistendo: non peccas. quia stas intra limites iusti pretii. Posset tamen qui vendit vt seruiat vendere rē tantum plus quàm verosimiliter estimatur valitura tempore alio. & hoc si in tempus illud intē debat seruare. Hoc enim sentit Sco. & Archie. & habetur expresse in. c. in ciuitate. extra de vsu. & in. c. fin. Et hoc intelligo quòd à fortiori licet vendere sub hac lege: vt quā dō venditor voluerit ponat pretiū currens: vel vt soluatur pretium quod erit tali die Si enim licet nunc rem vendere eo pretio quod valebit tempore quo eam intendo exponere secundùm estimationem hominum: multo magis licet eo quod valebit in veritate. Et hoc fit in casu meo. Et hæc intellige vt dictum est quando venditio sit causa amicitiæ vel beneuolentiæ alias illicitū est Vide. si vis. Herueū. iij. quod li. vlti. q. Si autem non intendebat seruare rem: vel non erat probabile rem plus valituram: est vsura secundùm Archi. & extra eodem. nauiganti. Idem etiam intelligo suo modo de emptore. quia. s. licet ei nunc soluere minus pretio currente tantum quantum verosimiliter estimatur res minus valitura tempore acceptionis. argu. in. c. in ciuitate. & in. c. nauiganti. ¶ Sed contra Primo. Nam res tantum valet quantum vendi potest ff. ad trebel. l. j. §. si hæc res. & ff. ad. l. fal. quærebatur. & ff. de fur. Si quis vxori. §. vlti. & ff. de dona. causa mort. Pretia enim rerum nō ex affectu singulorū sed cōiter estimantur. ff. ad. l. falcid. pretia. solu. Glo. in. c. in ciuitate soluit: quia in isto contractu non sit emptio & venditio estimatione cōmuni. Sic cū ideſt secūdū estimationem cōem seu currenti tantum valet res quātum vendi potest Archie. aūt. ij. parte. ti. s. c. vij. soluit: quia res tantum valet quantum vendi potest cessante fraude minorantium pretium. Ego vero dico. vt. suprà quæst. proxima. Et addo q̄ ad emendū cogitur aliquis non solum propter naturales necessitates: sed etiam ex auiditate lucrandi: sicut qui non curant perdere. x. in emendo vt lucrātur inde. xv. vel. xx. Secundo: quia quilibet potest se seruare indēnem. Iste autē venditor

I ditor multũ damnificatur ex hoc quòd ſuam pecuniam non habet. Solu. Cuilibet licet ſe indemnem ſeruare: ſed nõ cum damno iniuſto proximi: quia nemo debet cum alterius iactura locupletari. extra de regu. iur. lib. vj. Et quidem ſi damnum patitur iſte quia poſſet de ſua re nunc habere pecuniam quam recuſat vt ſeruiat emptori tunc poteſt vendere damnum ſuum. Si autem pecuniam habere non poteſt & inde patitur damnum non eſt æquum vt emptor faciat eum indemnẽ. ex quo propter emptorem non patitur. Non enim tenetur de damno. quod eius cauſa non fit. Tertio quia eſt ita conſuetum, Conſuetudo autem eſt ius moribus inſtitutum. diſt. j. conſuetudo. Imo aliquando præiudicat legi. extra eodem. c. vlt. Sol. Nulla conſuetudo contra naturalem æquitatem poteſt eſſe iuſta ſecundum. S. Tho. Quarto. Quia aliquando creditor facit expenſas in exigendo. ergo videtur quòd liceat ei vendere aliquid plus ad reficiendum ſuum intereſſe: maxime cum hac intentione vel nihil plus accipiat ſi tempore ſtatuto debitor ſoluerit. Solu. Hoc eſt laqueus diaboli: quia eſto quòd talem habeas intentionem modo: poteſt mutari & potes obliuiſci iuſtum prætium & potes mori & pauper remaneret in tuo libro apothecatus. Et præterea difficile eſt pecuniam oblatam remittere. Si ergo facis expenſas: bene eſt ius vt tibi facias per illud recompenſationẽ fieri.

Elice concluſiones.

¶ Prima. Quicũque ſcienter vendit vltra iuſtum pretium notabiliter: mortaliter peccat & eſt vſurarius ex fine: & ſi non ex forma ſi vendat ad tempus: excipiendo tamen: vt infra.

¶ Secunda. Similiter vſura eſt emere minori pretio quia ſoluitur nunc res quæ habebitur in poſterum: & mortale ſi fiat in re notabili.

¶ Tertia. Quando venditor gratia emptoris vendit quod ſeruare volebat in aliud tempus in quo probabiliter. i. ſecundum commune prudentium iudicium æſtimatur plus valiturum. licet enim vendere tantum plus quantum plus æſtimatur valiturum.

¶ Quarta. Si autem non intendebat ſeruare: vel creditur quòd non plus valebit non licet.

¶ Quinta. Licet emptori ſoluere nunc minori pretio quàm creditur res minus valitura tempore quo reddetur.

¶ Sexta. Licet tibi vendere rem tuam hac lege quòd quando volueris ponespretium. quo poſito non vltra conſcendens etiam pretio conſcendente: nec eo deſcendente deſcendes. ita tamen quòd pretiũ ponatur non quod ſit præteritum: ſed quod currat quãdo ponetur. & ita quòd rem intendebas ſeruare donec occurreret pretium tibi placens.

¶ Septima. Similiter licet vendere ſub hac lege quòd detur tibi cõmune prætium quod communiter curret tali die ſi ſeruare intendis &c.

¶ Octaua. Cuilibet licet plus vendere ad tempus quàm ad numeratum: dummodo rei pretium ſummum non excedatur.

¶ Nona. In contractum iſtum multi & ſepe incidunt: & ab eo pauci: & rarò reſurgunt.

Caſus. xvij.

VAERITVR. XVII. Vtrum vẽditor teneatur dicere defectum rei venditæ? Ad quod reſpondet. S. Tho. ij. ij. q. lxxvij. articu. iiij. Obſcurè. & ij. quodlib. art. x. & Piſanus & angelica. Doctrinam autem. S. Tho. ſic intelligo. Nulli licet proximo inferre damnũ aut periculum. Quidam igitur defectus dant damnum tantum: vt pannus malus. Quidam vero damnum & periculum perſonæ vel rerum: vt cibus corruptus ſeu venenoſus: & equus areſtiuus cadens retrorſum. In primis ſiue defectus ſit ſecretus ſiue non venditor dicere non tenetur: ſed ſufficit ſi minuat de pretio rei quantum apprehenditur ille defectus quia neq; damnum, neq; periculum infert emptori. Si tamẽ pretium non minuit infert damnum. In ſecũdis autem non tenetur ſi ſint publici: ſecus ſi occulti etiam ſi minueret de pretio: quia exponeret emptorem periculo. Et dicit Amb. libro de officiis. In cõtractibus vitia eorum quę veneunt prodi iubentur: alioqui quamuis in ius emptoris tranſierunt: doli tamen actione vacuantur. ¶ Sed contra. quia Tullius de officiis introducit quendam dicentem. Quid tam abſurdum quàm ſi domini iuſſu preco prædiceret: domum peſtilentem vendo. ſol. Licet non debeat defectus dici per preconẽ quia retraherẽtur emptores à cõſyderatione bonitatis rei: tamẽ debet dici accedenti ad emendum: qui poteſt omnia cõſyderare. Secundo: quia ſi tenetur dicere hoc ideo eſt: quia dicendo minueretur pretium. Sed hoc eſt falſum quia pari ratione vendens frumentum in loco charitiæ: & ſciens multos poſt ſe delaturos tritici cum teneretur hoc dicere: quod eſt falſum. ſol. Non eſt ſimile quia vitiũ facit rem eſſe minoris pretii in præſenti: non autem id quod futurum eſt & nedũ ſcitur. Ideo ille non tenetur dicere.

Elice concluſiones.

¶ Prima. Licet nulli teneamur dare auxilium niſi ratione curæ vel neceſsitatis: tamen nulli licet inferre damnum vel periculum.

¶ Secũda. Si defectus rei eſt damnoſus & nõ periculoſus: non oportet illũ occultũ manifeſtare ſi pretiũ minuatur.

¶ Tertia. Si autem eo caſu pretium nõ minuatur peccat venditor & reſtituere tenetur.

¶ Quarta. Si autẽ nec venditor talẽ defectum nouit: non peccat quidẽ ſed tamen tenetur reſtituere cum nouerit.

¶ Quinta. Si defectus eſt periculoſus & occultus: ſine peccato taceri nõ poteſt.

¶ Sexta. Si vero ſit publicus non oportet ipſum patefacere: ſed oportet pretium minorare.

Caſus. xviij.

VAERITVR DECIMO octauo. Vtrum emens raptũ vel furatum teneatur reſtituere. Ad hęc reſponder Archid. iij. parte. tit. j. & Piſanus tit. Reſtitutio quarto. & Ray. & Guil. & Hoſtiẽ. Et ſecundum iſtos diſtinguitur. Aut enim fecit ignoranter aut ſcienter. Si primum ſic eſt poſſeſsio bonæ fidei: niſi vt dicit Ray. ignorantia eſſet craſſa vel ſupina: eo quòd lata culpa æquiparatur dolo. extra de conſtit. vt animarum. libro. vj. Poteſt igitur retinere expenſas quas fecit tempore bonæ fidei circa rem: & fructus perceptos. extra de in integr. reſtitut. requiſiuit. Et ſi bona fide durante res periit: non tenetur ſecundum Raymun. & Hoſtien. quia non erat in mora. Nec ſimiliter ſi alienauit: quia non deſiit poſsidere dolo. Nec tenetur reddere pretium quod inde habuit: quia pretium rei furtiuæ non eſt furtiuum. ff. de furtis. l. qui vas. §. fina. Quod intelligo non ſolum ſi illud di-

I straxit sed etiam si extat.quia actio remanet vero domino contra secundum emptorem. Si tamen stante re illam agnoscit furtiuam : tenetur illam reddere cum fructibus extantibus nec potest à domino petere pretium. C. de furtis. l. inciuile . sed agit contra venditorem.Si autem secundum:adhuc distinguitur.quia aut hoc fecit ad vtilitatem suam : aut domini. Si primum tenetur restituere rem & omnes fructus
K extantes & consumptos etiam si solum probabiliter credebat. Nec liberatur alienando aut si res pereat quia commisit furtum rem alienam inuito domino contractando. ff.de furtis.l.j. Et tenetur restituere eam in ea bonitate in qua emit. Imò & in ea in qua fuit tempore intermedio:si qua fuit maior. Concor. Ray. & Hostien. Et idem intelligitur de secundo & tertio emptore
L tali : nec potest petere pretium. l. inciuile. Si autem ad vtilitatem domini vtiliter gerés negotium eius potest repetere quicquid illi abest pro illa re siue pretium siue expensas : & tenetur reddere quicquid sibi pro ea re adest. secundum Ray.& hoc si vtiliter negotium gesit:quia pretium.s.est modicũ: & dominus aliâs non erat habiturus.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Qui bona fide ignorãter emit rem furtiuam tenetur solum de re &
M fructibus extantibus : nisi ignorantia esset crassa.

¶ Secunda.Talis potest repetere expensas factas in bona fide:nõ autẽ pretium quod dedit:sed agit cõtra venditorem.

¶ Tertia. Qui emit ignorantia crassa: tenetur in omnibus eo modo quo malę fidei possessor.

¶ Quarta. Qui emit scienter ad suam vtilitatem.i.animo habendi pro se rem vel pretium tenetur de re & defructi-N bus extantibus & de consumptis & de omni melioratione rei : etiam si res periit vel sit alienata.

¶ Quinta. Qui autem ad vtilitatẽ domini gerendo vtiliter negotiũ eius:potest repetere pretium:& omnes expensas : & tenetur reddere omnes fructus.

¶ Sexta.Licet in tali foro conscientiæ credatur tamẽ in foro contẽtioso secus. Vnde oportet ipsum protestari ꝙ hac
O de causa emat argumẽtũ.C.de fur.l.ij

¶ Septima.Probabiliter credo quòd taliter emens paratus reddere vero domino si comparuerit : credens tamen quòd non comparebit:& consequenter sperans pro se rem se habiturum : non peccat quia verosimiliter potest de veri domini voluntate præsumere.

Casus.xix.

QVAERITVR. XIX. Vtrum liceat emere ab vsurariis manifestis pignora pP dita? Ad hoc respondet Archie.quòd vna opinio quæ est Alex.de Ales.& Bonauen.& Scoti.iiij.dist.xv. est quòd in vsura non transferatur dominium secundum quam non possunt emi vel in solutionem accipi:sicut nec rapta.Sed alia est dicẽs quòd transfertur : sed remanet repetitio quæ est.S. Tho.& Gof.& Ber.& glo.xiiij.q.iij.si
Q quis.secundum quã possunt emi vel in solutionem accipi. Et ista inquit est cõmunior & mihi magis placet.Nam ista emptio nõ est contra aliquã legem scripta. cum tamen lex prohibeat emere raptum.C.de furt.lege.inciuile.& consequenter intelligitur esse cõcessa. Argumẽtum.xiij.q.ij.ebron. Non est etiã contra legẽ naturæ ex hoc quòd fœnerator efficiatur impotẽtior ad restituẽdum:

A dum : quia pro re accipit pretium : aut quia fiat iniuria domino pignoris quia scienti & consentienti non fit iniuria nec dolus extra de regu.iur.lib.vj. Ergo licet.Item domini & communitates volunt talia pacta esse rata. quia alias nullus vellet fenerari publice : quod multum obesset ciuitatibus licet non impediant vel statuant quin fiat repe-
B titio:quia tenerentur insolidum:& statuentes ac obseruantes essent excommunicati. extra de vsuris. ex graui. in Clement.Ergo idem & præcipue quia inquit nullus doctor à me lectus hoc dicit expresse. ¶ Sed contra.quia secundum Ambro. vsura est rapina.xliij.q. iiij.si quis.Raptum autem emi non potest.solu.est rapina, id est, quid illicite acquisitum. Intellige autem nisi res sit furata:aut sit sacra:quæ scilicet pignori dari nequit:ante factum tamen pro-
C hibendum est : quia materia est dubia. Hæc omnia ille. Cum eodem videtur sentire magister Petrus bergo.qui vide S.Tho.ij.ij.q.lxxviij. artic.iij.&.iij. quodlib.q.vij. art.ij.&.iiij.dist.xv. q.ij. arti.iiij.q.v.dicit:quòd non transfertur dominium in lucro vsurario.& intelli-
D ge si habet vsum à proprietate distinctum sed secus in pignore perdito ratione pœnæ positæ in contractu. ¶ Vnde elice istam conclusionem : quòd omnibus est dissuadenda ista emptio ratione dubietatis:sed tamẽ nolẽti desistere non est negãda absolutio,nec aliquis post factum cogendus est restituere.

Casus.xx.

QVAERITVR VIGESIMO. Vtrum emẽs blada vel alios fructus tempore eorum vt postea carius vendat peccet? Ad hoc respondetur secundum Archie.& Ray.& Guil.quòd hoc lucrum E ex se est turp.xxiiij.q.iij. Quicunque ideo oportet quòd honestetur aliquo bono fine.Si ergo quis hoc facit ad bonum communitatis vt Ioseph. sic est meritorium, secundum Ray. Si vero facit ad prouisionem suam non vt vendat, & tamen postea vendit est licitum secundum Guil.& Ray. & Innoc.& à fortiori si facit vt inde eleemosynam faciat, dummodo communitas per caristiam non lędatur,vt dicit Archie. Si F vero vt negotiando lucretur vitã suam & suorum:licet secundum Guil.maxime si aliud negotiationis genus facere nescit & non habet vnde sustentetur: dummodo non intendat caristiam. Si vero facit ex auaritia:vt alii cõpellantur ab eo emere & ipse vendat suo modo:aut si intẽdat caristiam:est mortale secundũ Guil.& tenetur restituere pauperibus secundum Ray.&.xiiij.q.v.qui habetis.quod secũdum Guil.est verum G de honestate:sed non de præcepto.Cõcordat prædictis.S.Tho.q.ij.ij.dicit ꝙ secundum Philosophũ.j.Pol.lucrũ mercatoris de se est turpe. quia ordinatur ad seruiendum cupiditati:ideo oportet quòd honesto fine honestetur. qui est pro seruitio sui vel eleemosyna ad pauperes : vel opulentia communitatis. Et subdit quòd bonus mercator omnes istos fines debet intendere.

Elice igitur conclusiones. H

Casus.xxj.

QVAERITVR VIGESIMO primo.Vtrum liceat mercari? Ad hoc respondeo secundum Pisanum tit.emptio.& Petrum de Anchara.in cap.j.de vsuris. lib.vj.& Archi.iij.parte titu.vij.& sanctum Thomam. ij.ij. q.lxxvij. & dico

I. ℔ cum duplex sit commutatio. Vna .s. rei ad rem vel rei ad pecuniam ordinata ad necessitatē vitæ. Et alia pecuniæ ad pecuniam: vel rei ad pecuniam ordinata ad lucrū. Prima pertinet ad œconomos & politicos qui habent prouidere domui vel ciuitati. Secunda vero ad mercatores. vt patet. j Po. Mercator igitur est qui emit aut vēdit vt inde lucretur. Quęrere igitur vtrū liceat mercari est quęrere vtrum liceat emere vt

R vendatur carius. Et dico ℔ clericis hoc non licet: secūdū .s. Tho. & di. lxxxviij. Fornicarii. Laicis autem licet eo modo quod dicetur in conclusionibus.

¶ Sed contra. quia Chry. super Matth. dicit ℔ null⁹ debet esse mercator quia nullus mercator pōt deo placere dist. lxxxviij. eiiciens. Vnde Psal. Quoniā non cognoui negotiationē. Sol. dicit. s. Tho. ℔ ista intelliguntur de his qui ibi ponunt finem. Licitū igitur est in ali-

L quibus casibus mercari.

¶ Conclusio⁹ Prima. Licet car⁹us rem vendere quā sit empta secundū Archi. quando emitur in magna quātitate. & vēditur ad mutuū. quia tales laborant discurrendo: exigendo reuidendo: scribendo &c. Et dignus est operarius mercede sua. xij. quæstio. ij. Quicunque & Luc. x.

¶ Secunda. Et secundo secundum Petrum de Anch. & san. Tho. si res mute-

M tur in se. vt equus factus formosior. Et tertio secundum eosdem si mutetur pretium ratione temporis. Et quarto secundum eosdem: si mutetur pretium ratione loci. Et quinto secundum san. Thom. ratione periculi & laboris in transferendo vel faciendo fieri aliquid sed hoc reducitur ad prædicta.

¶ Tertia. Non apparet clare secundū Archiep. ℔ sit iustum vt aliquis emat N rem intentione statim reuendendi rem minutatam in eodem loco & tempore. Imo dicit Nider. vij. præcepto. c. vlt. ℔ talis esset ālrepublica exterminandus: quia nocet vtrisque eorum qui vellent œconomice commutare. Et vt mihi videtur ista sunt vera de emēte rāli intētione: secus si quis emat v tr̄ alias reuendat tanquā retaliator: & statim occurrit sibi ad vendendū. Iste enim iam O fecit partē sui laboris ratione cuius dictum est ℔ licet ei lucrari.

¶ Quarta. Talis qui nō emit vt statim vendat. & tamen statim vendit: potest vendere & emere: iusto pretio: & tamē lucrari: quia iustum pretium non consistit in indiuisibili.

¶ Quinta. Omnia prędicta intelligūtur concurrentibus conditionibus requisitis ad illas commutationes esse licitas: P que scilicet sunt vt vtraq; pars sit libera: non coacta: & quod res sit vēdibilis & ℔ sint sine fraude in substantia vel quantitate vel qualitate rei: & quod cō mutantes habitualiter velint nulli iniuste nocere: & ℔ prætiū rei sit æquale & ℔ finis sit honestus quo ad mercatoriam commutationem.

Q

Casus .xxij.

QVAERITVR VIGESIMO secundo. Supposito quod vsura sit peccatum: quare sit peccatum: quare sit peccatum. Ad quod respondeo quod sicut doceret experiētis & dicit. s. Tho. ij. ij. q. lxxviij. &. iij. quæ libe. b. vij. ar. ij. Res sunt in duplici differentia. Nam quædam sunt quæ suo vsu proprio totaliter consummuntur vt nihil eorum remaneat in seipsis vt panis & vinum: vel quo adtentem: vt pe-

A pecunia. Quædam vero non consummuntur totaliter: vt domus & equus.

¶ Et imprimis quidem cuicunque conceditur rei vsus: conceditur etiam rei substantia, & in illum transfertur dominium rei: non autem in aliis. Vnde est ridiculum dicere accommoda mihi panem istum donec eo vtar: non sic autem de æquo. Sicut igi-

B tur patet ex. s. Thom. ij. ij. vbi. s. vsura sumitur generaliter: & est pretiū quod soluitur pro vsu rei. & specialiter vt est peccatum & sic vsura est prætiū quod soluitur pro vsu rei quæ vsu proprio ex toto cōsumitur Et notanter dicitur pretium quia quod sumitur pro interesse damni emergentis: vel quod gratis offertur: non est vsura. quia nec prętiū vsus. Et ad hoc deducit diffinitio Ray.

C mi concordat Inn. extre eodem. c. graui. scilicet. Vsura est lucrum ex mutuo pacto debitū vel exactū. Nota ex mutuo propriè eṁ illud solū dicitur mutuum quod non potest concedi alteri ad vsum sine translatione dominii ga secundum etymologiam vocabuli mutuum dicitur ex meo tuū. quia. s. quod

D est meum fit tuum translato dominio. insti. qui. mo. re. contra. ob. §. Mutui. cū aliis concor. Large tamen sumitur aliquando mutuum pro cōcesso. & sic aliquando licet inde lucrari: vt quando conceditur liber vel equus. Et ad idem redit diffinitio Godof. dicentis. Est om

E ne lucrū sorti accedens intentione prę cedente vel pacto. & intellige intentione principali. Est igitur vsura peccatū non solum secundum philosophū: sed etiam secundum scripturam vtriusque testamenti: ita quod asserens contrariū pertinaciter est hæreticus: vt in cle. ex graui. Et ratio ex secundum. s. Tho. ij. ij. vbi s. quia in his quæ vsu cōsumuntur in quibus consistit vsura nō potest E seorsum concedi vsus à re. sed cuicunque conceditur vsus: conceditur substātia rei per dominium. Igitur si quis vellet seorsum vendere & vinum & vsum vini aut vendit quod non est: aut idem venditur bis & simili modo iniustitiā committit. quia vult ibi pro mutuo fieri duas recompensationes. s. capitalis & vsus rei. Potest etiam dici ℔ ratio hui⁹ F est. quia venditur vsus rei alienæ. i. rei cuius dominium iam non est penes vēdentem: & redit in idem cum priori ratione. Sed contra: videtur ℔ nō sit peccatum. quia dicitur Deu. xxiij. Nō fœneraberis fratri tuo: sed alieno imo promittitur in premium eiusdem. xxviij. Fœneraberis gentibus multi: & ipse à ne. &c. So. fœnerari alieno nō fuit iudeis concessum quasi liceret: secundū. G s. Tho. sed permissum ad vitandū maius malum: ne. s. acciperent vsuras a fratribus suis propter auaritiam cui erant dediti. Cum vero dicitur fœneraberis &c. sumit fenerari pro mutuare. ℔ est signum abundantiæ quæ iudæis promittebatur. Multū alia argumenta habes. ij. ij. vbi. s.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Vsura nunqua fuit licita: sed est contra legem naturalē mosaicam: H euangelicā & canonicā & dicere oppositum est hæreticum.

¶ Secunda. Omne lucrū accrescens ex mutuo interueniente pacto vel intētione principali est vsura.

¶ Tertia. Lucrū accrescens mutuo ex beneuolentia gratis dātis etiā si interuenit intentio secundario: non est vsura.

¶ Quarta. Lucrū accrescens ex vsura principali argenti mutuati nō moneta ti: non est vsura. nec similiter sit argen

tum sit monetatū sed in signatum: ita scilicet ꝙ idem numero sit restituendum: quia tale argentum vsu non consumitur.

¶ Quinta. Quj mutuauit pactovel principali intentione vt quis iret ad suam apothecā est vsurarius & tenetur restituere nō illi cui mutuauit secundū Io. de lig. & Io.cal. sed pauperibus tantum quantum æstimaturille concursus ad apothecauit.

K ¶ Sexta. Qui mutuat granum vetus vt recipiat nouū principaliter intendens illam meliorationem: est vsurarius: secundum Rayn. Goffr. & Host. Secus si facit nec suum pereat: & alteri faciat gratiam.

¶ Septima. Dominus mutuans rustico, vt colat suam possessionem: est vsurarius: si ratiōe mutui vult sibi de aliquo responderi: non aliter secundū Gre. de Ari. & Lauren. de Rodol. quia redimit ius suum.

L ¶ Octaua. Qui mutuat vt sibi remutetur cessante pacto: non peccat secundū aliquos.

Casus. xxiij.

QVAERITVR VIGEsimotertio. Vtrum vsurarius teneatur restituere quicquid acquirit ex lucro vsurario.

M ¶ Ad hoc respondet. s. Tho. ij. ij. q. lxxvij. &. iij. quodli. q. vij. arg. ij. dicens in his quorum vsus est consumptio: non tenetur homo nisi de eo quod accepit: quia fructus harum rerum nō dependet ex eis sed industria humana: nisi dominus illius rei fuerit dānificatus. quia tenetur & ei recompensare: si quid amisit de bonis suis. Item secundū aliquos quia si iste tenetur reddere lucrū pecuniæ vsurariæ: ille cui mutuauerat posset recipere lucrum ex sua pecunia: & sic vsura esset peccat. Cū sancto Tho. est Rich. Pe. de pa. & Io. an. & Io. cal. & Ray. & Guil. & pisa. Alii tamen aliter tenent. Si autē sit res quæ vsu non consumitur: tenetur etiam de fructibus secundum omnes: quia fructus sunt ipsi rei: & ipsa res est in dominio spoliati. Sed contra videtur ꝙ totū teneatur restituere etiam in illis. Primo. Nā si radix sana & rami. Ro. xj. ergo eadē rōne si radix infecta & rami Si radix huius lucri fuit infecta. quia vsura ergo & oē acquisitum ex ea. Sol. Non est simile de radice & pecunia illa: quia radix nō solum habet rationē materiæ vt pecunia quæ est materia, solū: sed etiā aliqualiter causæ effectiuæ inquantum ministrat nutrimentū: secundū. s. Tho. Secundo. Nam in. c. cū tu. extra de vsu. possessiones emptæ ex pecunia vsuraria mandātur vendi: & pretia restitui. Ergo eadē rōne & omne ex tali pecunia acquisitū Solu. Non mādantur possessiones restitui quia forte plus valebant quā vsuræ extortæ: sed ipsa ptia: quia scilicet possessiones erāt quidem obligatæ spoliatis sed non erant suæ sed vsurariorum. Tertio. Non habet vsurarius maius ius in re empta ex pecunia vsuraria quam in ipsa pecunia quā reddere tenetur. ergo tenetur reddere rem emptā. So. Imo plus iuris habet in illa re empta quia debetur ei propter pecuniā sicut propter causam instrumētalē: sed propter suā industriā sicut propter causam principalem.

¶ Cōclusio prima hec est. Qui per vsura aliquid lucratus est: cuius vsus est ipsa consumptio: non tenetur de fructibus.

¶ Secūda. Secus si sit res cuius vsus sit di

A distinctus a te.

¶ Tertia. Tenetur tamē vsurarius spoliato de omni interesse damni emergētis quicquid sit de damno lucri cessantis.

Casus. viij.

QVAERITVR VIGEsimoquarto? Vtrum tabellio sciēter conficiens instrumē

B tum vsurarii contractus peccet mortaliter. Ad hoc autē secundū Host. & Pet. & Pisa. & Archie. ij. parte titu. ix. respō detur ꝙ sic: quia est periurus cū iuraue rit se tales contractus non recepturum & consequenter est infamis. xj. q. j. infamis. &. c. quicunque. Et notā ex. s. Tho. ij. ij. q. xcviij. ꝙ periurus iuramento assertio non est infamis ipso facto: sed solum postquā est conuictus & contra

C eum lata sententia: sed in permissorio est ipso iure infamis quando fuit solēnitez factum. Et tale videtur esse iuramenū notarii. Vnde credo quod sit infamis quā primum est notorium: & cō sequenter non debet admitti ad testimonium vt in. d. c. quicunque. &. xxij. q. v. pauuli etiā si de hoc egerit penitētiam: extra de testibus testimonium. Nec vlā possunt tales instrumenta cōficere secundum Host. Item debet eis

D imponi grauis pœnitentia. exij. qu. v. Quicūque sciens periurauerit. lx. dies in pane & aqua ieiunet & septē annis pœnitet. Sed quis potest talē instituere vt conficiat instrumenta? Dico ꝙ nullus itra eum qui potuit eum instituere notariū: quia non est nunc habilis ad illud officium quam ante suam infidelitatem. Sed nunquid tenetur restituere? Dico quod non tenetur de pecunia quam pro opere suo etiam illicito recepit licet videatur quod debeat pauperibus erogari. ar. xiij. qō. v. non sanē. Vtrum vero teneatur restituere vsuras. Gerar. distinguit: quia si instrumentum ponit contractum vsurarium sub forma liciti contractus: vt puta quia scitur esse pignoratio & tamen dicitur quod est venditio aut scit quod sunt centum & tamen dicitur ꝙ sunt. xc. ita ꝙ iustificatur contractus iniustus tenetur: quia efficaciter cooperatur. Et hoc nisi faceret in fauoré accipientis mutuum: puta quia indiget: & ille aliter non vult mutuare.

¶ Tunc enim licet peccet mortaliter: tamen non tenetur. arg. xxxiij. qō. v. de occidēdis. Si autem instrumentū facit mentionem: de vsura non tenetur: quia non cooperatur efficaciter: cum ille se possit in iudicio iuuare. Et hoc nisi loco vbi cōsuetudo iniqua aut iniustum statutum quod per talia instrumenta congerentur debitores: quia tunc tenetur. Sed contra: quia multi sunt tales. Est autem inconueniens quod tot damnentur. So. Licet sit inconueniens: est tamē verum supposito quod tot male viuāt: & male moriantur.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Ominis talis sciēter sit conficiens est periurus: & peccat mortaliter.

¶ Secunda. Ominis etiam talis est infamis: si sit conuictus aut etiam notorius & suum testimonium est inualidum epost pœnisentiam & grauiter est puniendus. s. &c.

¶ Tertia. Talis non potest instrumenta conficere: nec restitui: nisi per eum, qui possit eum creare vel superiorem.

¶ Quarta. Non tenetur restituere quod pro suo opere accepit: licet videatur ꝙ sit dandum pauperibus.

¶ Quinta. Tenetur autem de vsuris, si

I vſurarium contractum iuſtificat: niſi faciat in fauorem ſpoliati.

¶ Sexta. Non tenetur vero ſi vſurariũ contractum ponit ſub propria forma niſi vbi per eius inſtrumẽtum non poſſet ſe iuuare ratione conſuetudinis vel ſtatuti.

¶ Septima. Non eſt mirum quod multi damnentur quia multi non cauent à peccatis.

K

Caſus. xxv.

QVAERITVR. XXV. Vtrum committat vſurã creditor, qui adueniente termino ſolutionis non vult prorogare terminũ: niſi data pecunia? Ad hoc reſpondetur ſecũdum Archie. ij. par. ti. j. quod ſi hoc agit ſolum ratione temporis: non pro euitãdo damno: vſura eſt extra de vſu. conſuluit. Si autem hoc facit pro euitã

L do damno emergente. ſ. ne oporteat eũ accipere ſub vſura: aut aliquid diſtrahere vili pretio non eſt vſura ſecundũ eundem: quia ſecundum Ray. non debet grauari ex ſeruitio impenſo. Et addit Petrus de ancha. ſuper cle. ex graui. de ſepul. quod idem eſt de damno lucri ceſſantis: ſi pecuniam intendebat exercere: ſecus ſi ſeruaturus erat in arca cui videtur concordare S. Tho. ij. ij. q. lxij.

M dum tamen non exigatur totum lucrũ quod erat futurum: ſed tantum quantũ valet illud lucrũ ſub dubio in quo eſt.

Elice concluſiones.

¶ Prima. Non eſt vſura prolongare terminum exacta pecunia ad euitandum damnum emergens vel etiam lucrum ceſſans quãdo ſuam pecuniam quis intendit exercere licet debeat computari periculum lucri.

¶ Secunda. Eſt autem vſura ſi fiat ratione dilationis ſolum aut ſi pecuniam non lebat quis exercere. N

Caſus. xxvj.

QVAERITVR XXVI. Vtrum ſit vſura in hoc contractu Petrus de furno mutuat Henrico de puteo ad inſtantiam eius cc. aureos. quibus emere volebat merces aut poſſeſsiones: hoc pacto quod

O Henricus reddat ei capitale & lucrum quod vero ſimiliter erat facturus. Ad hoc autem reſpondet Archie. ij. ti. j. c. j. & Piſa. titu. vſura primo Ray. Anto. de But. Hoſt. Inno. Ioã. An. Io. de lig. Lauren. de Rodol. & s. Tho. ij. ij. q. lxxviij & omnes concedunt quod licet Petr

P accipere intereſſe damni emergentis præcipue. s. Tho. quia hoc non eſt vendere vſum pecuniæ: ſed vitare damnũ. Idem Ant. de But. in c. ſalubriter. extra de vſu. & Ray. Hoſt. & Inno. Sed quantum ad intereſſe lucri ceſſantis eſt magnum dubium quibuſdam. Nam Inno. extra de vſu. in c. fi. dicit quod eſt vſura, nec ſciret hoc excuſare. Et idem dicit Ioan. An. & Io. cal. Ratio. iſtorum eſt: quia pararetur via ad fœnus. Sed Hoſt. in eo. c. ſalubriter. tenet oppoſitam: & idem Io. de lig. & do. Anto. de Bt. Ratio iſtorũ eſt: quia ceſſante omi fraude, videtur ille Martinus tenei Petro

Q pro lucro, quod veroſimiliter erat facturus. Sed Laur. de Rodol. dicit quod ante factum omnibus prohibendum eſt: ſed poſt in foro conſcienti: ſi non fuit fraus: nec accepit quis tozm lucrum: ſed deducit periculum: non eſt cogendis talis reſtituere. Ego veo dico quod contractus eſt licitus nec pratur via ad fœnus: niſi volentibus fœnerari quibus etiam non paratur via ad fœnus:

A nus: ſed pallium ad palliandum fœnoza. Sed non oportet hac de cauſa tacere veritatem. Et hanc viam ſequũtur tres prædicti Piſanus Rayn. & Guil. & Archie. qui licet dicat hoc non debere fieri tamen in prædicto loco in. §. xxvj. vbi agit de domo &c. dicit hoc eſſe licitum s. Tho. autem videtur eſſe contrarius: ſed loquitur quando lucrum non eſt certum. Si quis tamen ſic facit extra

B caſum neceſsitatis precibus amici, ſecundum Archi. eſt vſurarius quia conuincitur quod potius vellet mutuare, quàm exponere pecuniam in mercantis. Sed hoc intellige in foro contentio ſo: quia in foro conſcientię ſtatur intentioni, quam ſe dicit habuiſſe.

Elice concluſiones.

¶ Prima. Caſus non eſt dubius in damno emergente.

¶ Secunda. ſimiliter nõ eſt dubium poſt

C factum quod non eſt quis agendus initus reſtituere etiam ſi quid acceperit pro lucro ceſſante quia plures & melioribus fundamentis hoc concedunt.

¶ Tertia. Ante factum autem caſus eſt aliquibus dubius in lucro ceſſante: & ſecurius eſt tenere quod non licet: ſed oppoſitum eſt verius.

¶ Quarta. Qui ſic facit extra neceſsitatem. præſumitur vſurarius: & qui hoc

D facit libenter. i. quia quantum eſt de ſe & pro ſua vtilitate manuali hoc quàm illud eſt vere vſurarius.

Caſus. xxvij.

QVAERITVR XXVII. Vtrum ſit vſura debitore exiſtente in mora recipere intereſſe. Ad hoc dico quod ſi intereſſe damni emergentis applicatur nõ tibi ſed tertio, vt quia debitor nõ ſoluit tibi: oportet te ſoluere vſuras alteri: ſic licet ſecundum omnes doctores extra de vſuris in cap. primo. Similiter ſi applicatur tibi puta: quia oportet te vendere rem viliori pretio: etiam licet ſecundum gloſſ. in cap. primo. Conquæſtus. & notat. Innocen. in cap. nauigãti. Imò etiam licet in lucro ceſſante: ſecundum Archie. Quod etiam probari poteſt ex ſupra allegatis. Vt verbi gratia. Vendidi tibi predium: & non ſoluis in termino & tamen fructus facis tuos poſſum elapſo termino exigere vſuram pro fructibus non vt vſuram: ſed vt intereſſe: argumentum. xiiij. quæſtione. iiij. quoniam. Et eſt expreſsè textus. C. de vſuris. l. vſuras. Et ſi daretur mihi ipſa poſſeſsio in pignus: licitè perciperem fructus cum aliâs eſſet vſura. Vtrum verò ante ipſum ſolutionis terminum poſſim accipere fructus? ſol. Petrus de Aucha. & Bar. dicunt quod ſic dum modo quando emptor ſoluit tantum detur ſibi de poſſeſsione pro rata: quantum ſolui de pretio: quia non videtur æquum quod iſte fructus & pecunias habeat. Sed theologi vt dicit Archiepiſcopus, non approbant hoc, quia videntur illi fructus haberi ratione dilationis temporis: quod ſapit vſuram extra de vſu. in ciuitate. Poteſt tamen inquit, fieri pactum in pœnam & non in fraudẽ quod ſi infra certum terminum non ſoluerit fructus amittat. Ego dicerem quod vẽditor poteſt percipere fructus, quando poſſeſsio eſt ſua: & non aliâs ante moram. i. ante terminũ ſolutionis niſi forte vendidiſſet principaliter ad ſeruiendum amico, quod non eſt in caſu. Igitur ſi venditio fiat nũc abſolute, & nũc detur mihi medietas pretii ſic percipio fructus reliquæ medietatis percipio fructus rei non meæ: & ſic intellige

theologos. Si vero fiat venditio conditionata id est vt statuatur quidem pretium quo ego spondeo predium me vēditurum, quando exhibebis pecuniam: sed non intelligatur facta actualis venditio nisi actu exhibeas pecuniam & interim predium stat periculo meo: sic quod si raperetur à flumine vel deterioraretur damnum esset meum. Sic verum est dictū Bar. & legistarum. Aliud enim est vendere nunc atque aliud nūc spondere, & obligare me venditurum tali pretio intra annum, quia in primo casu apud me non stat dominium, sicut in secundo.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Quando debitor est in mora: licet accipere interesse damni emergentis: cuicunq; applicetur interesse.

¶ Secunda. Idem etiam est de interesse lucri cessantis.

¶ Tertia. Si predium absolutè vendatur non licet ante terminum solutionis percipere fructus pro rata pretii non soluti.

¶ Quarta. Si autem vendatur conditionatè: siue fiat sponsio de venditione fiēda in posterum pro rata pecuniæ numerandæ: secus est.

¶ Quinta. Post terminum autem solutionis, licet mihi accipere interesse pro fructibus, vel ipsos fructus si mihi dictum prędium pignori detur: quod intellige si patior interesse, saltem lucri cessantis.

Casus.xxiij.

QVAERITVR XXVIII de iustitia huius contractus. Petrus de furno mutuat Henrico de puteo aureos c. iaccipiens in pignus domum valentem cap. & x. paciscendo quod si intra annum non soluat Henricus cedat debitum in commissum: & illa pigneratio venditio fiat. Ad hoc dicitur secundum Archie. quod iste casus includit illum cui pœna posita est in contractu. Ideo aduerte quod si pœna ponatur à iudice ad coercendam contumaciam debitoris licite creditor illā potest exigere. ar. xxiij. dist. quanquam. ff. de iudi. quæ autoritate. Idem sentit Rayn. & Host. & Innoc. in cap. suam. extra de pœ. Similiter si apponatur de consensu partium: vt saltem metu pœnæ soluat argumentum. extra de arbi. dilecti. Et concordat Hostien. & Guil. & Inno. vbi supra: excipitur autem quando à principio fuit intentio corrupta: quia putabat: quod nō posset soluere. In foro etiam conscientiæ so sunt multæ præsumptiones contra tales: de quibus ego, qui in conscientia loquor, nō curo. Est autem etiam idem de pœna legali etiam si sit lex municipalis sicut alicubi statutum est, quod tutor teneatur pupillo ad. v. pro centum si non exponat eius pecuniam in possessiones. Tutor etiam si nihil lucretur tenetur secundum Archiepi. ad hanc pœnam, quia nomine suo pecunia vsus est ad quæstionē igitur distinguo. Si enim Petrus non computauit vsumfructum in sortem contractus non tenet & elapso termino tenetur de domo & de vsu fructu: quia contractus non tenuit sed fuit vsurarius, & radice vitiato &c. j. q. j. vulnerato. Secus autem sit si computauit: quia pœna est cōuentionalis. Hęc omnia Archie.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Licitum est (communiter & regulariter) pœnam exigere positam à iudice sine fraude & similiter conuentionatam & legalem: etiam municipalem.

¶ Secūda. Qui mutuat super domo vel alio pignore, & fructus cōputat in sortem non peccat.

¶ Tertia. Et si sic computando fiat pactum, quod intra annum si non redimatur debitum cadat in commissum: sic quod impigneratio iam sit venditio licitè tenebit pignus creditor etiā si plus valeret.

¶ Quarta. Si verò nō computat dicto modo tenetur restituere pignus & fructus: quia contractus non tenuit.

¶ Quinta. Poterit tamen elapso termino, si damnificatur ex carentia suæ pecuniæ: petere suum interesse. Hæc omnia ille.

¶ Sexta. Non videtur honestum in omni euentu expetere pœnam: imò nec licitum quando debitor sine sua culpa factus est impotens ad soluendum. Pisanus. Et intellige in foro conscientiæ quicquid sit secundum leges.

Casus.xxtx.

QVAERITVR. XXIX. Vtrum sine vsura possit gener pro dote in posterum numeranda recipere ad. vj. pro centum? Ad hoc respondet Archie. secunda parte. ti. j. cap. vij. & Ioā. de Ligna. & Paulus & Lauren. de Rodol. & Anto. de But. & multi alii. Pro quo nota quod decretalis in c. salubriter. extra de vsu. & lex. ff. de doli except. l. pater dicit quod gener suitinens onera matrimonii: puta quia nutrit vxorem: non tenetur computare fructus possessionis obligatę. Nam propter onera fructus dotis sunt mariti. C. de iure dot. pro oneribus. Sed an liceat etiam aliquid recipere ex pecunia promissa. Ioannes Andr. in dicto capitulo dicit quod non. Tum quia papa de hoc consultus respondit solum de possessione. Tum quia pecunia de se non fructificat. Cùm eo sentit Ioan. de Ligna. sed Paulus de Leazar. tenet quod licet quia æquè iste vt ille sustinet onus. Et papa idem respondisset si fuisset interrogatus de pecunia. Dicit etiam quod pecunia fructificat hominis industria: sicut & terra. Vel dic quod licet pecunia nō fructificet: tamen vxor manducat, & vestit: & hoc pater tenetur subleuare. Vnde hoc non petitur vt fructus pecuniæ sed vt interesse. Cum isto videtur esse Ioan. Calde. & Petrus de Anchar. Veritas autem est quam tenet Archiepis. & Laurent. de Rodol. & Anto. de Butr. & Guil. secundum quos dicitur: quod si socer est in mora id est, post terminum statutum soluendæ dotis: tunc licet eo modo quo dicetur in conclusionibus. Si autem non est in mora id est ante dictum terminum: non licet. Verumtamen videtur mihi (licet aliis videatur aliter) quod hoc intelligitur quando à principio non fuit conuentio, quod ante talem terminum aliquid recompensaretur pro oneribus. secus vbi interuenisset pactum: quia sicut paciscimur de dote licite ita & de hac solutione: cùm hoc scit paciscī de pretio expensarum, & non de fructu pecuniæ. Si vero non fiat pactum: præsumitur gener suscepisse in se onus expensarum vsque ad terminum solutionis. Vnde si quid peteret: retorqueretur in vsumfructum pecuniarum. Notandum tamen est quod mulier relicta secundum Innocentium, & Hostiensis. non potest percipere fructus possessionis impignoratæ, pro dote reddenda: quia non habet causam (qua cessante, cessare debet dispositio Barto. extrauag. ad repri.) quā habebat mar-

I tus viuus. Et intellige quando ipsa de hoc est contenta. Secus autem secundū Archie. quando illi quorum interest, nō possunt aut non volunt soluere.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Licitum est genero pro oneribus matrimonii percipere fructus possessionis impignorata pro dotæ solum, postquàm socer est in mora. Et sic intelligitur ca. salubriter. Et intellige deductis pactis à principio.

K ¶ Secunda. Idem est etiam iudicium de recipienda pecunia ad. vj. vel. v. pro cē tum saltem quando gener pecuniam dotis erat expositurus.

¶ Tertia. Ante terminum verò non licite percipiuntur illi fructus aut illa pecunia. Et intellige tanquàm pretiū vsus pecunię totalis: quia secus est si percipiantur ex iure pacti super oneri bus factis à principio.

L ¶ Quarta. Filii mariti eo tempore quo non tenentur restituere dotem, sed alere relictam: non habent dictum priuilegium secundùn- Io. Andræam: & Io. de Ligna. Post Hostien. quia statim possunt reddere possessionem mulieri: & consequenter seipsos exonerare.

¶ Quinta. Ipsa etiam mulier tenetur tales fructus cōputare in sortē: secūdum Hostien. & Inn. nisi quando dotē habere non potest. Sit ergo cauta vt possessionē nō accipiat pignoratā: sed faciat distrahi, vel accipiat in solutum.

M ¶ Sexta. Ista onera debent esse certa: sic ꝙ si sunt vt decem, & fructus vt duodecim tenetur gener de duobus: quia alias est contra equitatem.

Casus.xxx.

QVAERITVR TRIGESIMO Vtrum vsura sit vti pignore obligato. Ad hoc respondet. S. Tho. ij. ij. q. lxxviij. & archiepi. ij. part. N ti. j. ca. vij. & Pisanus & multi alii. Ideo aduerte, vt dictum est, ꝙ quædam res vsu ipso consumuntur & quædam non Et ista distinctio colligitur isti. de vsufru. per totum: & ibi vestimenta ponuntur in primo genere: licet oppositū habeatur. ff. eodem. sed si quid. Et quiogd sit de concordantia gl. in insti. tamē vestimēta sunt in secūdo genere: quia eis vtimur salua substantia: excepto si sint O æstimata: quia tunc tenent vicem pecuniæ. Igitur secundum prædictos: si res sit cuius vsus mensuratur pecunia seorsum à re, si ille vsus non computetur in sortem in iustitia. Et si hoc fit de voluntate domini, est vsura: cū ibi sit mutuum: alias est furtum. ff. de fur. l. pignore. Et hoc nisi pignus sit tuum, & injuste detentū, vt patet de possessione ecclesiæ. extra de vsuris. c. j. Est autem ea dem ratio de possessione laici secundū P Io. Andręæ Host. & Ioan. de Ligna. Secus antem si res vsu suo consumitur. Et si quæras quid sit circa hoc faciendum Dico quòd subuenias si potes sine lucro: & cum securitate: si vero non potes eme cum pacto de retrouendendo: quia licitum est secundùm Ray. & Pisa. & Host. & Inno. in. c. ad nostram. & secundum multos doctores, vt notat Ant. de Q But. extra de vsuris in .c. cùm dioceſi. Et hoc si fuit sine fraude: quæ præsumitur si pretium sit notabiliter modicum: aut si fiat cōditio ꝙ aliquid plus reddatur: aut si emptor consueuit fœnerari extra de pigno. illo vos. ¶ Sed cōtra videtur ꝙ liceat. Nam sic mutuando fit quod vult charitas. sol. Verum est quidem mutuando: sed non depredando vltra sortem. Secundò, quia ille voluntariè dat quod suum est scilicet fructus so. Dat voluntarie eo modo quo quis volunta

A voluntariè proiicit merces in mare ne submergatur. Iste enim vult dare: quia alias tu non dares. Tertiò. Nam ibi est æquitas iustitiæ: quia vnus pignore vtitur, vt alius pecunia. so. Imò non est æquitas, sed iniquitas: quia vsus pignoris aliquid valet seorsum à pignore: nō autem vsus pecuniæ.

Elice igitur conclusiones.

¶ Prima. Vestimenta, iocalia, & omne B quod vsu suo non cōsumitur in totum habent vsum distinctum à re: & consequenter pro vsu talium aliquid licite percipitur.

¶ Secunda. Quæ suo vsu penitus consumuntur non habent vsum distinctū à re: nec pro vsu eorum licet aliquid accipere.

¶ Tertia. Qui vtitur pignore, cuius vsus est consumptio, non tenetur aliquē fructum computare in sortem.

C ¶ Quarta. Secus si pignus vsu non consumitur alias est vsura, vel furtum.

¶ Quinta. Excipitur quando pignus est tuum: & vt videtur si non est tuum: sed tamen creditor iniuste tenet aliquid tuum quod habere non potest.

¶ Sexta. Contractus emptionis cum pacto de retrouendendo est licitus si recta intentione fiat vt scilicet vere emptor habeat intentionem emendi: & fructus omnes facit suos. de hoc tamen infra diffusius.

D ¶ Septima. Si autem ibi sit fraus quia scilicet est pignoratio: quàmuis instrumenta sonent ꝙ sit venditio: secus est.

Casus.xxxi.

QVAERITVR XXXI. Vtrum emens prędium cum pacto retrouendendi illud: si summa exhibita intra certum tempus restituatur: possit instante tali tempore percipere fructus ex tali re empta. E Videtur enim quòd nō. Primò, quia Leui. xxv. dicitur quòd tales fructus in tali casu sunt computandi in sortem. Ait enim ibi dominus. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam & voluerit proximus eius poterit redimere. Et inde computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod residuum est reddet emptori. Secundò, quia in tali contractu venditionis non transfertur dominium in emptorem. F ergo fructus percipit rei non suæ, & cō sequenter tenetur restituere. Patet autem antecedens. Primò: quia talis venditor non habet liberam voluntatē vendendi. Secundò, quia nulla venditio facta sub conditione est vera venditio, secundùm iura. vt dicitur, & consequenter prædicta venditio deficit à ratione veræ venditionis. Tertiò, principaliter quia, vt quidam referunt secūdū Host. & Io. Andr. in. c. ad nostrā. extra de emptio. & vend. talis contractus est inuentus ab vsurarii is ad palliandum vsuras, ideo cauendus est. Quartò, quia super isto contractu variè sentiunt doctores, & docti viri: ergo est dubius: & consequenter cauendus: & via tutior eligenda iuxta notata per doctores in. c. in ciuitate. extra de vsuris. Est etiam ad hoc tex. extra despon. in. c. iuuenis. Sed contra quia multi viri doctissimi, & sancti consuluerunt in oppositum: & quotidie consulunt: eo quòd hoc fiat in fauorem venditoris, & nō emptoris. Respō deo. Pro intellectu dicendo sciendum est. Primò, quòd aliud est loqui de aliqua re secundùm forum contentiosum in quo solum ex exterioribus iudicatur secundùm probata, & allegata. Aliud loqui secundùm forū conscientiæ in quo iudicatur secundùm ea quæ pœnitens fate

I fatetur,cui pro se,& contra se credendum est.Multa ergo sunt quæ in foro contentioso contractum istum redderent iniustum:vt puta,si taliter emens est assuetus vsuris,& huiusmodi.quo se cuudùm forum pœnitentię nihil ad rẽ pertinerent.Sciendum est secundo : ꝙ ea quæ ad hunc contractum allegabuntur infra:omnia sunt dicta ad propositum explicitè & formaliter non autem cauillosè tracta. Sciendum est Tertio
K quòd quatuor modis sit iste contractus vere,& vno apparente. Primò sit sic, Petrus de furno emit ab Henrico de puteo fundũ.B.valoris florenorum mille pretio eodem ꝙ iustum est.& eidem Henrico spondet se reuenditurum intra certum tempus:puta.x. annos, vel quoties summa fuerit oblata. Interim autem ipse Petrus percipit fructus ex fundo,vel dat Henrico fundum prædictum ad affictũ. secundùm rationẽ.vj.
L pro centum qui affictus iustus creditur,à me nunc supponitur.Secundò fit sic.Petrus emit cum prædicto pacto dimidium ipsius.B.pro indiuiso florenis quingentis:& dat Henrico ad affictũ se cuudùm rationem prædictam. Tertiò, fit sic.Petrus cum prædicto pacto emit totum fundũ.B.quingentis florenis : & dat Henrico ad affictum secundùm rationem prædictam.ita tamen ꝙ in tali affictu non cõsyderatur valor eius fun
M di sed quantitatis pretii:ita ꝙ quingenta,reddunt ei triginta.& non plura. Et est idem ac si emeret directum dominiũ fundi valentis quingenta : non empto vtili quod tantundem valet.Quartò fit sic.Henricus egens pecunia vendit.lx. florenos auri Petro annui redditus super fundo.B.& omnibus bonis suis : & pretium competens constituitur, puta mille florenorum auri:ita tamẽ ꝙ si in tra certum tempus, vel quotiscunque N reddatur summa prædicta liberetur Henricus à tali affictu. Quintò sit apparenter sic.Petrus accipit fundum.B. in pignus pro mille florenis:ita tamen ꝙ si intra certum tempus summa non reddatur: impignoratio sit venditio. Quia ergo multis modis variatur casus,iuxta singulos enucleandus est.

Casus.xxxij.

QVAERITVR IGITVR. O xxxij.vtrum primo modo licitè fiat. Ad quod respondendo talem pono conclusionem. In foro conscientiæ cessante omni fraude,& corrupta intentione,ita quòd intentio emptoris sit verè,& realiter emẽdi: & mallet emere absolutè,quã aliter. Dico ꝙ casus est licitus,& est opus pietatis, & emptor interim licitè percipit omnes fructus.Et hoc probo ratione sic. Nam P talis emptor sine alicuius dãno iniusto seruit proximo.Nec valet dicere quòd damnificat venditorem : quia accipit fructus ex fundo. Fundum enim dico transiuisse in dominium emptoris per venditionem.Et si dicatur quòd ibi nõ sit venditio.Dico quòd si absit fraus:est vera venditio:quia conditio de redimẽdo non tollit venditionem:vt patet Le
Q ui.xxv.vbi dominus mandat quòd omnis terra populi sui vendatur sub redemptionis conditione.Quod inde etiã patet:quia si rapiatur fluuio, aut submergatur terrçmotu . aut effodiatur pro metallo,vel lapide aut quocunque non deterioretur : damnum ascribitur emptoris:siue culpa sit lata , siue levis, siue nulla:quod non esset nisi res esset sua.Probo etiam autoritate.Nam hanc sententiam meam sic vt expresi intellectum explicite & formaliter tenuerunt

A runt infrascripti doctores sacri ordinis minorum.vt testatur frater Bernardinus de busto ordinis eiusdem scilicet Ale.de Ales.iij.parte summæ,& Monaldus in summa.& sanct. Bernar. in suis tractatibus contractuum.& dictus frater Bernar.in quodam suo consilio, & frater angelus de Clauasio.in angelica.c.de vsuris. Eandem tenuerunt de ordine prædicatorum Ray . & Pisanus
B & Archie.& multi alii imò omnes.Eandem tenuit Hug.vt refert Archie. in.c.plerique.xiiij.quæst.iij.& similiter Astens.Inno.Host.& dominus Ant . de But.in.c.conquestus.& communiter ibi omnes canonistæ:sicut theologi in.iij. di.xv.& legistæ in.l.si fundum . &.l.si à te.C.de pactis inter emp.& vendi.Super dicto casu vltimatè scripsit dominus Bartho . Cepo. Veronens.qui de
C hoc fere vnum volumẽ confecit.& tandem in meam sententiam & conclusionem se resolvit.vt patet secundo casu sino columna prima Hanc etiam sentẽtiam habes expresse & formaliter traditam secundùm iura ciuilia vt patet C.vbi suprà in vtraque lege prędicta. Similiter eandem habes secundùm canones vt patet in glosl.super.c. Cõquestus.extra de vsuris.Et super cap.ad nostram.extra de empto.& vendi.Nec ob
D stat text.in.d.c.ad nostram.quia ibi reprobatur contractus ratione doli : non ratione pacti de retrouendendo,vt patet intuenti . Et sic patet conclusio.

Casus.xxxiij.

QVAERITVR XXXIII. Vtrum licitè fiat secundo modo. Ad quod dico, quòd est idem iudicium de primo,& secũdo modo:vt ex se patet.Si tamen in vtroque casu pretium non esset æquum, tenere-
E tur emptor augere pretium, non tamen rescinderetur contractus:nisi esset fraus vltra dimidium iusti pretii. Teneretur etiam secundùm aliquos restituere fructus perceptos pro rata diminutionis pretii:vt videtur prima frõte.sed tamen verius est quòd non: quia si contractus tenet res est sua,& consequenter fructus omnes. Vnde tenetur solum de residuo pretii:& de interesse si quod passus est venditor ratione illius residui.Sed quia in vtroque modo
F contractus fit mentio de emphiteusi, sciendum est quòd quidam dicunt, quòd licet pactum de retrouendendo solum non faciat præsumptionem vsuræ:facit tamen simul cum emphiteusi quia duo vincula magis ligant, quàm vnum tantum:in authen.de consanguine.& fratribus vteri.§.fin.C. de edicto diui Adri.l.fin.Sed circa hoc pono duas conclusiones.Prima.Licet tibi laico da
G re nouiter fundum tuum ad affictum ad vitam hominis:& ad.xx.&.xxx. annos.& in perpetuum. Hæc patent per Specu.titu.de locatione.& Pisa.titu.emphiteusis.& ex texr.insti.de loca.& conduct.§.adeo.cum glosl.ff.si ager vectigal,vel emphiteut.leg.prima.Et ibi dicit Bald.& Ange. quòd proprie sola perpetua dicitur emphiteu . Secunda.
H Licet tibi dare huic à quo taliter emis alioqui esses de bono opere lapidandus idest de seruitio quòd ei exhibuisti taliter emendo. Hanc etiam tenet frater Bernardinus de Busto. Ad motum dicitur quòd duo vincula magis ligant:supposito quod ligent. Neutrum autem illorum ligat,seu facit esse vsuram verè in conscientia: siue faciant suspicionem siue non & quòd duo vincula sint fortiora vno nota.in.§.affinitatis.institu.de nuptiis.

Casus.

Casus.xxxiiij.

QVAERITVR XXXIIII. Vtrum licite fiat tertio modo. Ad quod dico quòd in hoc est magna difficultas:& sublimitas. Sciendū est igitur pro fundamento : quòd sicut medietas,vel alia pars alicuius fundi potest possideri per indiuisum : ita & per indiuisum potest emi:vt.s.ematur medietas.B.fundi indeterminatè.Et secundò,quòd hæc pars dupliciter emitur, aut venditur. Vno modo absolutè.i.sine respectu, & colligatione,vel hypothecatione residuę:sic quòd possessor alterius potest illa libere distrahere, & respectu eius est æquè liber, sicut respectu alicuius fundi, qui totus sit suus.Alio modo cum hypothecatione residuæ partis : sicut si ematur cum ista lege quòd residua non possit vendi sine licentia emptoris, vel cum alia obligatione:Et quādo emitur primo modo vocetur pars absoluta:quando verò secundo vocetur pars colligata.Et tertio,sciendum est quòd pars dimidia.b.colligata,plus valet medietate eiusdem absoluta : quia secundum se valet tantum quantum illa : & vltra quàm valet colligatio illa : quia ipsa colligatio pecunia mensuratur : cum possit vendi,& emi. Eadem ratione eadem pars absolutè sumpta valet minus seipsa colligata. Ad casum igitur respondeo : quòd tripliciter emptor intendit emere. s.aut totum. B.aut partem absolutam,aut colligatam.

Pono tres conclusiones.

¶ Prima.Emere totum fundum minori pretio quàm valeat,si illa minoritas sit vltra dimidium iusti pretii, contractus est illicitus : & secundum iura rescindendus, vt dictum est. Si verò non sit vltra,est quidem licitus contractus,sed iniustitia est in pretio, vt patet. Vnde tenetur emptor augere pretium.Nec si potest detur ad affectum secundum rationem dati pretii,& non valoris fundi, tollitur quin contractus sit illicitus vel pretium iniquum : quia posterius non variat prius.

¶ Secunda.Si autē is qui dicitur emere totum.B.non intendat emere totum.B. sed vnam eius partem absolutam per indiuisum : & eam det ad affectum secundum proportionem totius.B.nulla est iniustitia,vt de se patet.

¶ Tertia.Si verò intēdit emere partem colligatam:& locare pro rata totius affectus, quod est emere quasi directum dominium, sine vtili, aut plus soluit pro parte colligata, quàm valeat absoluta:aut non. Si secundum, est quidem licitus contractus emptionis & locationis : sed iniustitia est in pretio : quia plus valet pars colligata, quàm absoluta.Et ista maioritas valoris est maior & minor, secundum varietatem legum municipalium, & consuetudinū. Nam est maxima vbi non solum reliqua medietas distrahi non potest:sed etiam efficitur emptoris, si venditor non soluit affectum.Minor verò vbi per leges municipales cauetur,ne venditor non soluendo perdat de sua parte fundi plus quàm id quod debet soluere, & nō soluit. Vbique verò quāta sit arbitrio boni viri.i.prudentis & timorati diiudicabitur. Si verò primum:nulla erit iniustitia:dummodo pretii maioritas tāta sit, quantus valor colligationis. Est autem necesse quòd talis emptor intendat emere totum, aut partem absolutam,aut colligatum:quia inter ista non est medium. Credo tamen quòd boni viri raro sic contractabant. Sed tamen ista

ista scripsi : vt habeatur responsio ad malorum malitias, & argutas cauillationes.

Casus.xxxv.

QVAERITVR. XXXV. Vtrū licitè fiat quarto modo, ad quod dico quòd istā quæstionem pertractat Innoc.in.c.in ciuitate. & multi post eum: puta Laur.Host.Ioan.Andr.& quidam Guil.& Alex.Lombardus.& Abbas Innoc.ergo distinguit.Aut enim talis annuus redditus iam est institutus super rebus mobilibus, vel immobilibus, aut non. Si primum, secundum eum, & omnes alios canonistas contractus est licitus,quia est vera venditio, cum ibi sit pretium, & merces.i.annuus redditus. C.de sacrosanc.eccle.l.iubemus. Si secundum, sic dicit Innoc.quod secundum aliquos est illicitus, quia ibi non videtur esse vera venditio cum merces non sit in rerum natura.Emptio autem & venditio sine re, quæ veneat,intelligi non potest. ff.de contrahen.emptio. l.nec emptio. Ideo consulit à talibus abstinendum.sed Ioan.And.dicit quòd cōtractus est illicitus:& vix videt quomodo sine fraude fieri possit. sed Guil. non glossator Raymundi, sed alius, & Abbas,& Alex.Lombar.dicunt contractum esse licitum. Inno.dicit iste Alex. quòd nullam videt causam dubitandi in hoc:quia cum habeamus tria.s.bona mobilia & bona immobilia : & ius in vtrisque:hoc tertium est quòd hic venditur.Vnde Innoc.in sua ratione assumit falsum.s.quòd ibi non sit res quæ veneat : quia est vtique.s.certus reddit⁹, & ius exigendi illum. Et licet seu dato quòd non esset illud ius,& emptio non fiat sine re:sit tamē sine re existente, sed futura. vt cum emuntur fructus prouenturi ex agro : & partus ancillæ vel pecudis.ff.de contrahen.empt.l.nec empti.& iactus retis.l.si iactum. ff.eo. Mihi videtur quòd bene dicat iste Alexan.licet Archie.dicat quòd res non videtur clara. Non enim possum videre differentiam inter affectum & constitutum heri, & constitutum hodie. Si enim affectus constitutus : qui non potest etiam nunc licite alius instituī, sicut tunc ille licite instituebatur. Si verò illicite fuit institutus, quasi res de se iniusta : licite emi non posset,quia non firmatur tractu temporis:quod ab initio iure non subsistit,extra de regu.iur. libro.vj.Ideo rem habeo claram si affectus fiat super re immobili, quia hoc hoc est vendere aliquam eius partem per indiuisum : Hoc igitur supposito nunquid licebit in hoc facere pactum de retrouendendo? ad hoc dico quòd sicut ex dictis patet. & ex Raymundo. si sic ematur pretium non est dubium quòd licet. Sed & de prædicto annuo redditu idem est secundum prædictum Guilielmum, imò vt ait omnia hæc videntur expressa. ff.de condictione adiecta.in.l.secunda.& in.l.vbi autem. & si redimatur non tenebitur emptor fructus computare in sortem.Sed contra. quia aliquid accederet sorti. ergo esset vsura.Solut. Hic nulla est sors, id est,mutuum, quia illæ pecuniæ, quantum erat ex parte emptoris, fuerunt venditori perpetuo, & irreuocabiliter traditæ.Est autem sors, id est, capitale, sed tali sorti aliquid potest accedere sine vsura, quia quando inuenitur : inde licitè aliquid percipitur.

Casus.xxxvj.

QVAERITVR XXXVI. Vtrũ licite fiat quinto modo Ad quod dico quòd non est dubium quin omnes fructus inde ante terminum restitutionis recepti, sunt vsura vel furtum: quia nõ accipiuntur ex re propria. s. ex pignore. ff. de furtis. l. si pignore. sic igitur patet quomodo sit licitus casus, & quomodo non. Ad primam ergo rationem principalem factam in oppositum dico dupliciter. Primo: quòd id quod de se licitum est, potest ex lege principis illicitum fieri. Vnde quædam ideo mala sunt, quia prohibita, vt edere carnes. vj. feria. Et sic iste contractus de se illicitus: potuit ex Dei determinatione taliter limitari quòd emptor non posset lucrari fructus: quia Deus vltra hoc quòd est dominus omnium, specialiter tamen dominium habuit illius terræ quam populo suo valida manu acquisiuit. Nec tamen nos modo tenemur illud statutum seruare, quia vt patet ex doctrina theologorũ maxime. S. Tho. j. ij. q. ciij. cùm in lege veteri essent tria genera præceptorum. s. moralium seu naturalium: cerimonialium, & iudicialium: prima semper durant, sicut & natura, vt, Non furtum facies. Secunda verò vt immolare agnum: sunt prohibita post Christi passionem diuulgatam: quia protestaremur ea quæ sunt præterita, esse futura. Tertia verò seruari possunt, sed non tenemur, quia mutatus est status populi, ad quem ordinabantur: Secundo. Dico quod sicut habetur ibi, & in multis aliis locis: dominus constituit quod illa terra venderetur sub redemptionis conditione, & si non redimebatur anno l. redibat ad vẽdito: em libera. Quanto ergo minus tempus restabat vsq; ad annum l. tanto vilius videbatur, & quanto maius tanto carius. Vnde possessio eadẽ vendita in anno primo valens l. aureos, in anno sequenti valebat. xlix. & in sequẽ. xlviij. & in sequen. xlvij. & sic de aliis. Et ita dominus iusit computari fructus in sortem: non quia tãtum de pretio minueretur quantum valebant fructus, sed quia proportionabiliter tantum diminuebatur de pretio quantum & de tempore fructuum percipiendorum. Et quòd iste sensus sit bonus signum est: quia posito quòd illa terra redderet. vj. pro centum: quælibet possessio in. xvij. anno fuisset ex toto libera si fuisset valor fructuum computatus in sortem, & cõsequenter venditor in. xvij. anno liberè sine pretio eam potuisset rehabere: quod est falsum: quia vsque ad. l. annum erat emptoris. Ad secundum nego antecedẽs. Ad primam probationem dico quòd aliquando talis venditor si posset habere pecuniam super pignore nollet vendere, sed quia aliter facere non potest vult vendere quod patet: quia si non inueniat qui faciat pactum de retrouendendo, vendetur aliquando absolutè. & constat quòd tunc vellet vendere, & tamen non haberet magis voluntatẽ vendendi: quando vendit absolutè quàm quando vendit cum dicto pacto, sed minus. Vnde simpliciter vult vendere: licet habeat voluntatẽ non vendendi. i. si posset vellet non vendere. ¶ Notãdum est tamen quod etiam si venditor non intendit vendere, sed fingit & decipit emptorem nihilominus tenet venditio, si dicit se velle vendere. alioqui etiã de vendente absolute idem dici posset, & cõsequenter si post decem annos diceret se intẽtionem vendendi non habuisse, & hoc probaret per testes, vel iureiurãdo, vel si non probaret: tamẽ hoc crederet emptor teneretur in conscientia resignare rem emptã, & fructus, quod dicere stultum est. Sufficit ergo, si dicat se velle vendere. Ad secundum autẽ dico, quòd in venditione dupliciter est conditio. Vno modo vt intelligatur annexa ipsi venditioni: quasi scilicet vẽditio sit suspensa, vsque ad certũ terminum. Alio modo quia est annexa rei venditæ, vt cum aliquid venditur cum tali vel tali onere. Et primo quidẽ modo non transfertur dominium nisi adueniente termino: sed secundo modo secus. Dicere verò quòd secũdum iura venditio nõn possit fieri conditionatè, est ignoranter loqui: quia hoc nullibi habetur, sed potius Leuit. vbi. s. habetur oppositum: quia illa terra vendebatur sub conditione redimendi. & tamen tali conditione non obstãte fructus erant emptoris. Et idem expresse habetur Instit. de empt. & vend. §. emptio. Ad tertium dico: quòd illi non dicunt hunc contractum vsurarios inuenisse, sed eo fuisse vsos. Et dato quòd ab eis esset inuentus: non sequitur quòd sit vsurarius. Ad quartum dico quòd nunquàm vidi doctorem scribentem, vel doctum dicentem oppositum ex sententia. Si autem aliqui imperiti oppositum dicunt non est curandum.

Casus.xxxvij.

QVAERITVR. XXXVII. Vtrum liceat rem suã apud alium detentam furtim surripere. Ad hoc autẽ respondet Archie. ij. parte titu. j. & Petrus de palu. in. iiij. & Henri. & Pisa. & Aureo. in. iij. quodlib. q. xxj. & S. Tho. ij. ij. q. lxv. Dico ergo quòd aut res tua est detenta apud alium iustè: puta quia est deposita, aut iniustè. Si primum non licet tibi secundum. S. Tho. quia grauas depositarium ad reddendum aut ostendendum se innoxium. ff. de posiri. vel contra. l. depositum. & l. si hominem. Et idem intellige si est accommodata: quia is cui est accommodatum aliquid tenetur de re amissa. ff. commodati. vel contra. l. rem mihi. Et simliter idem est de pignore. ff. de furtis. l. eum qui. & l. creditoris §. idem scribit. Vnde teneris releuare grauamen depositarii. secundum. S. Thom̃. Et idem intellige de aliis. Si verò secundum: tunc accipiendo rem tuam aut aliquid æquiualẽs secundum Archie. peccas. vt dicit sanct. Tho. quia ministras tibi iustitiam quo contra. C. ne quis in propria causa. l. j. Non tamen teneris restituere. Hæc. S. Thomas, & supradicti. Tamen secundum Archie. aliquando potest hoc licere, & tunc sex requiruntur. Primò quòd non sis dubius, quia exponeres te periculo furti. Argumentum distinctione. xxxiij. habuisse. Secundò quòd non possis rem tuam habere in iudicio: quod secundum Petrum aureo. tunc est quando non habes qui velit testificari ante iudicis præsentiam. & secundum Archie. quando non speras iustitiam. Tertiò quòd non sit verosimile sequi scandalum aliis: quia nemo debet cum alterius iactura locupletari. extra de regulis iuris. libro sexto. Quartò quòd etiam non immineat tibi periculum fame ex hoc quòd scietur: quia qui fidens conscientiæ famam suam negligit, nimis crudelis est. duodecima quæstio. prima. nolo. Quintò quòd non

imminеat periculum propriæ perſona quia hoc eſſet tentare deū. Ar.xxij. q.ij.quæritur . Sexto quod tua cōſciētia ſit ſtabilita:ſic ꝙ contra eā nō facias.

Elice igitur concluſiones.

¶ Prima.Quj furtiuè accipit rem ſuam iuſte detentam.ſ.quia eſt depoſita commodata vel pignori data peccat.& tenetur alium releuare.

¶ Secunda.Qui vero accipit iniuſte detentam cū poſsit habere in iudicio:peccat quidem ſibi miniſtrando iuſtitiam ſed non tenetur reſtituere.

¶ Tertia.Similiter peccat qui accipit, & non eſt certus quod ſit ſua : etiam ſi ſi in iudicio non poſſet rehabere.

¶ Quarta. Qui verò accipit credens in deſcandalum ſequi alijs peccat.ſed nō tenetur reſtituere,niſi ratione ſcandali & idem eſt de accipiente cum pericu lo propriæ famæ vel perſonæ vel contra conſcientiam,quia ſcilicet peccant ſed non tenentur reſtituere : niſi forte propter erroneam conſcientiam.

¶ Quinta.Qui autem nō poteſt habere in iudicio: & eſt certus nec credit ſcandalum ſequi aliis nec ſnæ famæ : nec perſonæ periculum : nec facit contra conſcientiam non peccat furtim furripēdo rē ſua,vel aliquid æquialens.

¶ Sexta.Adde ꝙ cum res poſsit quidem perviam iudicii haberi:ſed res eſt modica & expenſæ fierent magnę vel ſequæretur inimicitiæ propter parua: tunc etiam licet cōcurrentibus aliis conditionibus quia impoſsibile eſt ꝙ eſt poſsibile cum damno.

Caſus.xxxviij.

QVAERITVR TRIGESIMOoctauo.Vtrū quis poſsit mortaliter peccare ſumēdo furtiuè rem paruā?Ad hoc reſpondet Piſanus. tit.furtū.& Archie. ij.par.tit.j.c.de furto.& ſcilicet.Tho.ij. ij.q.lxv.art.vj.& ex dictis eorum oportet facere duplicem diſtinctionem. Prima eſt quod quidam ſic furantur minimum quod non acciperent magnum: quidam vero etiam magnū acciperent ſi poſſent.Et iſti mortaliter peccant:qa nō quod ablatum eſt,ſed mens furātis attenditur.xiiij.quæſtio . vj .capit.vl. ſi idem ſan.Tho.Secunda eſt ꝙ eorum qui ita accipiunt parua quod non acciperent magna Quidam accipiunt contra voluntatē domini.& quidā nō. Poteſt enim eſſe quòd res minima erit multa res minima erit multum chara poſſeſſori.Hāc innuit.ſ.Tho.ij.ij. q.lxiij.ar.vij.tertium.& expreſſe ponit Piſanus.Et primus quidem peccat mortaliter ſecundos iſtos:quod intelligo.Primo qñ dās notabiliter ęgrefert': & Secundo ſi pſumit boc :& Tertio ſi potes aliter facere.¶ Sed contra,qa parū pro nihilo reputaī:ex.ij.Phy.ſo.Quod inſe parū pro nihilo reputatur ex.ij.Phyl. ſol.Quod in ſe eſt paruū poſsibiliter magnū dño,& cōſequēter ꝙ hoc accipit ſimpliciter magnū:qa a voluntate dāi depēdet tota grauitas in furto :cum de eius voluntate ora eius bona poſſunt accipi,Vel aliter , ꝙ redit in idē.Quod eſt parū licet nō variet iuſtitiā nec ſit contra eā:tamē pōt eſſe contra charitatem quam notabiliter oſtendit.

Elice igitur concluſiones.

¶ Prima. Omnes fures damnabuntur niſi pœniteant, & reſtituant:quia furtum de ſe eſt mortale.

¶ Secunda.Quicūq; cōcupiſcit alienū iniuſtē:ſimiliter qa hoc ē cōtra legē dei,

¶ Tertia.Qui parum accipit:quia non poteſt acipere magnum:ſimiliter quia Deus reſpicit cor.

¶ Quarta.

¶ Quarta.Qui parū accipit quod nō acciperet magnum .ꝙ ſic accipiendo contriſtat dominum notabiliter , & ſcienter , & ſiue vrgente neceſsitate peccat mortaliter,& tenetur.reſtituere .

¶ Quinta.Si vero contriſtat modicū multum ſed ignoranter:aut cū magna neceſsitate arbitrio boni viri : non peccat mortaliter : quia eo caſu ille deberet velle tibi de re parua ſeruire.

Caſus.xxxix.

QVAERITVR TRIGESIMO nono.Vtrum ſit furtum non reſtituere inuenta ; Ad quod reſpondeo ſecundum.ſ.Tho.ij.ij.quę. lxv. & Petrum de Palude in.iiij.& Archie.ſecundum quos diſtinguendū eſt. Si enim res inuentæ nunquam fuerunt ab aliquo poſſeſſæ vt aues,aut fe.ę,vel lapilli,littore maris inuenti : ſecundum omnes occupanti conceduntur.

¶ Si verò fuerunt poſſeſſæ quidem ſed ab antiquo , vt theſauri de quibus non extat memoria cuius fuerint:e adē ratio eſt:excepto quod ſecundum Petrum leges ſtatuerunt medietatem pertinere ad dominum agri in quo inueni tur,quod ſecundum eundem intelligi tur:quod inuenitur non debita opera & in agro alieno.De conſuetudine autem vbicunquæ inueniatur eſt principis. Sed ego credo quod iſta conſuetudo non liget ſaltem in conſcientia,quia nō eſt introducta per modum legis.ſed violentię.Nec fuit vnquam approbata moribus vtērtium,niſi violenter.Eſt etiam contra iura canonica quę bona incerta volunt eſſe pauperum ,ſi talia ſunt reſtituenda.& ſi non ſunt reſtituenda :eſt eſt contra iura ciuilia & videtur contra naturalem æquitatē . Si autem fuerint poſſeſſę de propinquo.& ſunt derelictę ſunt occupantis ſecundum ſan. Tho.& Guil.Nota tamē quod proiecta in mare ad alleuiandum nauem ſecundum Archie.non ſunt derelicta vnde illa teneris reſtituere.C.de ſtatutis,& cōſue. l.j.Si autem non ſint derelictæ & accipis animo retinendi tibi vt puta burſam inuentam:peccas mortaliter dicente Hier.Sciat hoc vitium eſſe ſimile rapinæ ſi inuenta non reddiderit.xiiij.q. v.Multi.Et Aug.ea.q.Si.quid inuēiſti. & nō reſtituiſti rapuiſti.Intellige tū ꝙ eſt rapina largè.Nam proprie eſt furtum.ff.de fur.l.falſus.ideo ſecundum Archie.talis debet facere primo præconizare in eccleſia & ſi non inuenit dominum ad arbitrium epiſcopi vel pœnitentiarij vel ſacerdotis reſtituat, vel retineat ſi eſt pauper.

Elice igitur concluſiones.

¶ Prima.Res inuenta,& nunquā poſſeſſa eſt occupantis.

¶ Secunda . Res poſſeſſa ab antiquo: tota eſt occupātis.ſi inuenit eam in proprio fundo,vel in alieno data opera:eſt tamen media domini fundi ſi inuenitur in alieno non data opera.

¶ Tertia.Conſuetudo autem in oppoſitum ꝙ ſi principis non ligat in conſcientia :niſi vbi probabiliter præſumeretur fuiſſe anteceſſorum eius.

¶ Quarta.Res poſſeſſa de propinquo & relicta eſt occupantis.

¶ Quinta . Proiecta in mare non ſunt derelicta &c.

¶ Sexta.Res de propinquo,poſſeſſa,& non derelicta:neceſſario eſt reſtituēda ſi poteſt inueniri dominus:alias danda eſt pauperibus,vel retinenda ſecūdum arbitrium vr. ſ.

¶ Septima.Peccatum mortale eſt nolle reſtituere bona inuēta:& deſyderare ſe

Universidad de Deusto Biblioteca

I inuenire,cum tali intentione non resti
tuendi.

Casus .xl.

QVAERITVR QVADRAgesimovtrum liceat dare pecuniam mercatori vel artifici vt
lucrum inde factū sit cōmune? Ad hoc
respondet.s.Tho.ij.ij.q.lxviij.& Arch.
ij.parte titu.j.& Pisa.ti.societas.& multi alii.Et prædicti dicunt licitum esse
R contractum:dummodo capitale stet periculo dantis.Dicit tamē Godef.& Io.
calde.& Azo.ꝙ oportet periculum spectare ad vtrunque sed non est necessarium.nisi de bene esse:licet sit licitum
non obstare ꝙ possibiliter vna pars capitalis nō perdatur:quia de ea nullum
lucrum percipitur:secūdū aliquos imo
ex parte dantis est magis licitū quanto
magis stat periculo suo.¶ Notandū tamen ꝙ cum duobus modis contractus
L aliquis vitietur.s.quia est ibi vsura:&
quia est iniustitia:dū.s.vna pars nimis
grauatur:etiam si non sit ibi vsura.ad
hoc ꝙ non sit ibi vsura sufficit capitale
stare periculo dantis:vt patet intelligēti diffinitionem vsuræ:sed ad secundū
ꝙ oportet neutra pars grauetur: quod
secundum boni viri iudicabitur.Et de
hoc iudicio meo debet intelligi dictū
illorum trium.Iste tamen contractus
tribus modis variatur:& aliquando ex
M circuustantia illicitus est.Primo enim
fit sic.Do tibi centum aureos hoc pacto ꝙ apud Henricum centum consimiles lucrentur aut perdant.Et sic secundum Archie.& multos doctores est dubius.& sapit vsuram.Tum quia est inuentus in fraudem vsurarum,& sub
pallio societatis lateat mutuum cum
spe lucri.Tum quia ista pecunia non
est data per modum depositi :quia Hēricus cui datur esset præmiandus non N
tu.Nec per modum societatis: quia in
pacto esset deberet fideliter expendi in
mercantiis: ergo est data per modum
mutui concordat Inno.de vsuris.c.ſi.&
Io.Andr.ibidem. Secundo sic Petrus de
furno conducit Henricum de pureo ad
opera suæ artis.i.ad suendum in vestibus pretio florenorum.l.quod iustum
creditur:cum hoc pacto:ꝙ ipse Henricus in exercitio talis artis ponet centū O
de suis respiciat plus quā.l.i.lx.Et tūc
dico ꝙ si illa centum substant periculo
Hēnici:ita ꝙ perdēte magistro etiā per
dat pro rata,& magistro non lucrante
ipse non lucrētur:sed in fine anni acci
piet tantū.l.est licitus.secundū Archie.
vt notat glo.xiiij.q.j.pleriqae.ff.pro so
cio.l.verum.quia est societas.Si autem
ponit per modum mutui est vsura.Ter
tio fit bona fide sicvt pecunia mea apud P
te lucretur cum periculo meo:ita quod
tu industriam.& ego pecuniam pono:
& diuidimus secundum ꝙ conuenimus
Et sic est licitus secundum communem
opinionem doctorum.

Elice igitur conclusiones.

¶Prima.Item contractus primo modo
est vsura palliata.

¶ Secunda. Sed secundo modo est licita societas si data pecunia stet pe- Q
riculo datoris : & lucrum , damnum
sit incertum : alias est vsura cessantibus his.

¶Tertia.Tertio modo licet.dummodo
pecunia stet periculo dantis.

Casus.xlj.

QVAERITVR QVADRAsimotertio.Vtrum ludus a-
leæ sit mortale.Ad hoc dico
ꝙ secundum Archie.& Pisa.
& Guil.ludus aleæ est ludus qui innititur

A titur fortunæ ,vt ludus taxillorum : &
secundum aliquos etiam chartarum.
quia principaliter innititur fortunæ ,
quæ plus ibi valet quā experientia.Ludi ergo qui non fortunæ sed robori,vt
certare hasta,vel dexteritati,vt lud' pl
læ aut ingenio,vt ludus schacorum,in-
nituntur,sunt liciti,secundū doct.&.ff.
de aleatoribus.l.ij.etiam clericis secun
dum.Lan.quo ad ludum schacorū.Sed
omnis lud' fortunæ:nisi fiat pro recrea
tione.vt dicetur.est prohibitus.vt.C.de
B religiosis, & sumptu.funerū:& de aleæ
lusu in constitutione græca,in qua etiā
prohibetur inspectio talium .Vnde in-
spectores.& participes in alea & taxillis : semper peccant,secundum Mona.
saltem venialiter:maximè si sint clerici,in auten.de san.epis.§.interdicim⁹.
& extra,de vita & hone.cle.in.c.clerici.
Hoc autem intelligo quando ludus illicitè exercetur. Vtrum verò peccent
C mortaliter inspectores quando ludus
exercetur cum peccato mortali : dicit
Rosella quod non oportet eū qui delectatur de eo,quod est mortale, non de
se,sed ex intentione vel ecclesiæ constitutione peccare mortaliter ,vt ille qui
inspicit torneamentum:secus si sit mor
tale de se.ꝙ ego verum suspicor,quan
do tali displicet in tali re id ꝙ est pec-
catum.ita quod simpliciter nollet tale fieri. licet supposito ,quod fieri habeant velit pascere oculum de ipsa re,
D quæ in se mala non est.
¶Est autem ludus aleæ mortale secundm Rayn. quia pro eo deponitur
clericus : & laicus excommunicatur:
quod pro veniali non fit.Et hoc non
intelligit Archie.quando ludus ob re-
creationem ad aliquid modicum,& mo
deatè : vt quod in conuiuio vescendi
causa ponitur.ff.de aleatoribus.l.fi.sed
quando est ad acquirendū aliquid no- E
tabile per ludum.Et idem innuit text.
in.c.episcopus.di.xxxv.dū dicit deseruiens:quia in hoc notat assiduitas quæ
non est nisi cum ludus est ex auaritia.
vnde est secundū Gui.est mortale cum
ducitur in consuetudinem :quæ tamen
ad hoc nihil facit.Intelligo autē quod
ludus sit ex auaritia .quando quis non
luderet nisi cum spe lucrandi ex solatio verò quando quis luderet etiam si
F
uentram partem crederet lucraturam,
non obstante quod appetat,& speret
lucrari.Ratio est.quia quando aliqua
duo ita se habent quod posito.vel remoto altero,alterum ponitur,vel remouetur : & e conuerso :puta ludo,& spe lucri oportet alterum esse causam alterius . Sed si remota spe stat ludus : illa spes non erat causa.Vnde non omnis qui appetit lucrari ,ludit propter
lucrum.

Elice igitur conclusiones. G

¶Prima.Omnis ludus fortunæ est prohibitus quo ad exerceri ex auaritia,
seu causa lucri principaliter : vt ludus taxillorum : & secundum aliquos
chartarum tales enim ludi fortuna magis.quàm arte subsistunt.

¶ Secunda.Ludus fortunæ est licitus.si
fiat moderatè ad recreationē circa aliquod modicum.

¶ Tertia . Ludus industriæ & ingenii
est,licitus etiā clericis(nisi ratione scā
dali) vt ludus schacorum : & intellige ad recreationem,& ex rationabili causa.

¶ Quarta. Est autem mortale si ex
auaritia exercetur circa notabile.

¶ Quinta . Illicitum est inspicere hos
ludos,maximè clericis:quādo nō fiunt
causa recreationis.

¶Sexta.Talium autē inspectores, vel

alsorum quæ non sunt mala de se, sed quia ab homine prohibita non peccant mortaliter, quando simpliciter vellent talia non fieri ratione peccati quod eis displicet.

Casus. xlij.

QVAERITVR. XLII. Vtrum liceat vẽdere ea quibus in aliquibus casibus non licet vti? Ad hoc autem respondeo per vnam maximam ex. ij. ij. quæstione. clxix. & Pisanus ti. negotiatio. & Archiepi. quæ est hæc. Non debet vendere ea qbus homines bene vti nõ possunt, nec quibus vt plurimum malè vtuntur: nec qbus vtuntur bene & male si probabiliter credit quod ad vsum malum comparentur. Deinde respondeo per conclusiones quarum.

¶ Prima hæc est secundum Archie. venditor alearum, taxillorum & chartarum, non videtur posse excusari à mortali: quia vt plurimũ his vtuntur homines ad mortale ex auaritia. Vnde secũdum Guil. non est tutum ex his viuere: quibus frequentius vtuntur homines ad mortale.

¶ Secunda. Tales ex consequenti secũdum eundem non sunt absoluendi. de pœ. di. v. c. falsas.

¶ Tertia. Venditores fucorum, secundũ eundem possunt excusari, quando non sciunt nec credunt quod his mulier sit vsura ad malum (quod tamen faciliter non est credendum) quia possunt bono fine aliquando talibus vti vtentes.

¶ Quarta. secundum Ray. mortale grauissimum est vendere arma ei qui scitur emere ad malum vsum.

¶ Quinta. Et similiter vendere (secundum eundem) venena mortifera: quæ nullo secundum Archiepis. vsui sunt apta.

¶ Sexta. Licet vendunt secundum Archie. ea quibus quis potest bene & male vti, vt arma: dummodo non constet de malo vsu. Et intelligitur de constantia probabilis: & nisi vsus sit vt plurimum malus aliâs esset repugnantia in dictis eius.

¶ Septima. Idẽ dicitur de venenis quæ iuuant medicinas.

Casus. xliij.

QVAERITVR XLVIII. Vtrum qui per ludum lucratur teneatur restituere vbi non viuitur legibus imperialibus. Ad hoc soluit Archie. ij. parte. Pis. Ray. Petrus de Pa. iiij. dist. xv. & multi alii: sed singulariter S. Tho. ij. ij. q. xxxij. arti. vij. Qui dicit quod in tribus casibus tenet quis restituere ei, à quo est lucratus per ludum. Primo quãdo ille non potuit alienare. Et secundum Ray. tales sunt furiosi & prodigi idest hi quibus ratione prodigalitatis dati sunt tutores vt exponit Archie. & minores. xxv. annis maximè pupilli: & mente capti & surdi & ceci, & qui perpetuo morbo laborant. Quia enim tales rebus suis superesse id est prouidere non possunt dandi sunt eis tutores vel curatores institu. de cu rat. per totum. Item serui & filii no emancipati (nisi haberent peculium c strense, vel quasi) & clerici quo ad bo na ecclesiastica quæ sunt pauperun xvj. q. j. quoniam. & religiosi & vxore Qui lucratur his tenetur eis secundu Sanctum Tho. Raymun. & Petrum alios: nisi lucrum sit aliquod modicu de quo præsumitur curator non cur Secundo quando quis lucratur frauc quia hoc reputatur vt furtum secund

Sanctum Thomam. & Ray. arti. xiiij. q. v. non sane. Tertio, quando traxit alias non lusurum in principio vel medio ludi, secundum Thom. & Ray. qui adducit ad hoc ca. non sane. Et ista sunt dicta secundum ius diuinum, & canoni cum. Sed quid, si cessantibus his cum leges imperiales mandent posse fieri repetitionem. ff. de aleato. l. finali. Dico quod secundum alios vbi non viuitur legibus imperialibus, vel vbi sunt per consuetudinem abrogatæ, ipse & statuta municipalia, si qua sint, de necessitate præcepti sunt pauperibus huiusmodi lucra erogãda. Alii vero dicũt quod solum de consilio ne pateat via ludis. Ista est via Monaldi Ascanii Angeli Archiepis. Francisci zaba. Petri de Pal. Rayn. qui dicunt quod consuetudo potuit dominium transferre in vincentẽ. Et Io. de Imo. qui ista allegat, & non re probat. Videtur etiam esse via Sancti Tho. & Richar. qui nihil dicunt de pauperibus, cum tamen dicant quod talis restituere non tenetur. Est etiam Ioan. and. & Io. calde. qui in c. clerici. dicunt tutum esse hæc dari pauperibus, sed nõ necessarium. Lucra ludorum an debeãt restitui & qua actione vide tit. de aleę. lusu. & aleatorib. ff.

Elice conclusiones.

¶ Prima. Qui lucratur perdere non parenti restituere tenetur eidem. i. ei vel habenti curam eius.

¶ Secunda. Similiter qui lucratur fraude.

¶ Tertia. Similiter qui traxit in principio ludi, vel in medio non lusurum.

¶ Quarta. Cessantibus his qui lucratur vbi contra hoc nulla lex viget: nõ tenetur restituere perditori: imo nec pauperibus: nisi de consilio.

Casus. xliiij.

QVAERITVR XLIIII. Vtrum teneatur restituere qui aduersus legem non abrogatam lucratur per ludum? Ad hoc dicit Petrus de pal. quod vbi viuitur legibus imperialibus, vel municipalibus prohibentibus ludum & non abrogatis: qui lucratur cessantibus his quæ in superiori quæstiuncula dicta sunt. non tenet ei à qui lucratus est nisi per iudicium cõdemnetur: quia iura non mandant fieri restitutionem: sed concedunt posse fieri repetitionem, sed tenetur, inquit, pauperibus sic quod si prius dedisset pauperibus & deinde fiat repetitio potest excipere coram iudice. Alii verò dicunt quod tenetur ei: quia iura prohibent ludum, & acquisitionem per ipsum, & malefidei possessor est, qui contra legum iura mercatur. C. de agricolis & censitis. l. quemadmodum. Et hæc est opinio glo. in c. episcopus. di. xxv. & in ca. clerici. extra de vita & hone. cle. & Azo. & Ray. & Pisa. & Sanct. Thom. ij. ij. & iiij. di. xv. & Host. qui dicit quod fere omnes Doctores sic sentiunt addit tamen Sanctus Tho. quod debet dare pauperibus qui lucratur ei qui traxit ad ludum durante iure positiuo: quia iste non potest tenere nec ille meretur accipere.

Elice conclusiones vt libet.

Casus. xlv.

QVAERITVR XLV. Vtrum liceat dare rustico pecora æstimata hac lege quod prius totum capitale recipiatur: deinde residuum diuidatur? Ad hoc dicitur quod si periculum stat rustico: est

I casus illicitus secundum Pisan. & Archie. Et sic videtur loqui Ioã. de ligna. dicens absolutè quod non licet. Si vero stat domino scilicet, periculum rei & fortunæ: sic dicunt aliqui quod licet. Et sic videtur loqui Lauren. de Rodulphis: qui absolutè respondet quod licet Ego autem respondeo per has conclusiones.

¶ Prima. Si periculum pecorum est tra
K dentis ea: in contractu non potest esse vsura. quod patet. Primo: oribi non est mutuum. cum non transferatur dominum. ¶ Secundo: quia prædicti Doctores dicentes casum illicitum absolute: vt Pisa. & Guil. & Archiep. non dicunt ibi esse vsuram, sed inæqualitatẽ: quia scilicet rusticus nimis grauatur. Est igitur societas.

¶ Secunda. Vtrum in tali contractu sit
L in iustitia, vel non regula generalis dari non potest: quia aliqua capita sunt meliora: & alicubi magis fructificant: & facilius aluntur.

¶ Tertia. Vtrum ibi sit iniustitia iudicabitur arbitrio boni viri: quia sciri non potest generaliter vt dictum est.

¶ Quarta. Licet vt in pluribus talis contractus sit illicitus, ex hoc quod rusticus nimis grauatur: tamen vbi iudicio boni viri rusticus non grauaretur esset licitus, quia tunc nõ esset vsurarius, nec iniquus siue iniustus.

M

Casus. xlvj.

QVAERITVR. XLVI. Vtrum liceat locare boues pro annuo censu, puta viginti stariis grani? Ad hoc dico quod vt elicio ex doctoribus variis cõtractus iste est locatio. id est concessio vsus rei pro pretio & consequenter est potens bene & malè fieri. Pro fundamẽto igitur videamus de natura locationis: de qua dico. Primo secundum Hostien. quod conductor non tenetur de damno cui obuiare non potuit. ff. codẽ. l. sed de damno. similiter nec de fortuito. Tenetur autem de damno ex culpa sua, vel eorum quibus vtitur: & in hoc contractu venit etiam culpa leuis quãuis aliqui contrarium dixerunt. Iustit. quibus modis contrahitur obligatio. §. vlti. Vnde tenetur auriga si curru contendens voluit alios præterire: & vertens currum destruxit seruum conductum. Debuit enim se temperare & diligentius se habere. ff. eo. l. si merces. §. si columnam. Incumbit autem probatio conductori non locatori: secundum eundem Host. sicut armentarius secundum leges tenetur probare se amisisse res cum ruina. Cùm igitur circa dictos boues triplex sit periculum scilicet fortuitæ mortis: & incuriæ, & deteriorationis. Ad casum respondetur per infrascriptas conclusiones.

¶ Prima. Si locator non subit periculũ fortuitum vel deteriorationis vel neutrum, semper contractus est illicitus: secundum Lauren. de Rod. & Ioan. de Ligna. qui allegat ca. plerique. xiiij. quæstione. iij.

¶ Secunda. Si damnum, & lucrum meliorationis vel deteriorationis sit commune locati, & conductori sed tũ damnum mortis sit locantis licitus est secũdum Lauren. de Rodo. dummodo conductor deductis expensis bonum lucret aliquid vnde proueniat frumentũ quod soluit locatori.

¶ Tertia. Si autem periculum mortis spectat ad vtrunq; secundum Guil. non licet: nisi locator habeat intentionem nihil accipiendi: sed sic paciscatur, ne conductor minus grauet animalia. Tũc enim

A enim, inquit, licet dummodo non fiat instrumentum, nam tunc non licet quia esset: (vt dicit) vsurarius ex forma & scandalizatiuus: & ille potest intentionem mutare, vel mori & hæres ratione instrumenti coget &c.

¶ Quarta. Si autem omne periculũ curiæ & fortunæ æqualiter spectet ad vtrunq; secundum Guil. forte posset tolerari, quia cum periculũ fortunæ spectet solum ad locatorem incuriæ vero
B solum ad conductorem sit quædam recompensatio ad vitanda litigia. Mihi videtur quod in hoc contractu & simili nunquam est peccatum obseruatis duobus. Primo quod capitale stet periculo rei, & fortunæ pro exhibente illud Secundo quod neutra pars secundum
C iudicium boni viri nimis grauat: quia stante primo non est vsura: nec stante primo ac secundo est iniustitia.

Casus. xlvij.

QVAERITVR XLVII. Vtrum aliquis teneatur statim restituere scilicet alienũ Ad hoc respondet Pisa. ti. restitutio primo & Ray. & Archiepiscopus. ij. par. ti. ij. & Innoc. & Ioan. And.
D & Archid. & fere omnes canonistæ sed singulariter S. Tho. ij. ij. q. lxij. arti. vlt. dicens quod sic quia sicut contra iustitiam est rem alienam auferre: ita & detinere: quia impedit dominum ab vsu
E suæ rei. Manifestum est autẽ quod nulli licet quantumcunq; modico tempore facere contra iustitiam: iuxta illud Eccl. xxj. Quasi à facie colubri &c. Propter istam autem ratione omnes canonistæ coguntur sic dicere. Sed contra. Primo quia istud præceptum est affirmatiuum scilicet reddere debita, ergo non obligat ad semper. Sol. Dicit Sanctus Tho. quod includit negatiuum scilicet noli alienum detinere. Secundo. Nam aliquando homo nõ potest & impossibilium non est obligatio. extra de regu. iur. lib. vj. so. Dicit idem quod qui non potest non tenetur statim: sed debet petere dilationem per se, vel per alium. Sed hic surgit magna difficultas scilicet quid habeat facere qui restituere non potest. Nam secundum Ray. & Petrum si restituenda sunt incerta: debet petere dilationem ab episcopo vel F discreto cõfessore. si vero debentur certæ personæ debet petere ab ipsa. Et si non obtineatur sunt opiniones variæ. Nam vna dicit quod debet statim satisfacere: aut cedere bonis etiam si oporteret ipsum mendicare & nihil sibi debet retinere nisi ea sine quibus morere tur: quia semper est in mora. quæ semper auget peccatum. ff. de condi. furt. l. in re furtiua. Ista opinio est Richar. in iij. dicentis quod tali non licet retinere nisi necessaria naturæ: quia non li- G cet de alieno viuere cum seculari honore. Est etiã opinio Alani. & Archid. super cap. si res. xiij quæstio. vj. & Bernar. & Hostien. & vt videtur Innocenc. in cap. cum tu. extra de vsur. & Ioannis dominici. & Ray. & Guil. Alia est Archiepiscopi dicentis quod ille qui habet vltra necessitatem naturæ: non tenet cedere bonis ad vitanda damna corporis, & animæ non obstante eo quod dicunt prædicti Doctores: quia H loquuntur tanquam viam tutiorem, consulentes: quam tamen non tenemur semper accipere: sed sufficit eligere, secundum Sanctum Thomam. Vbi vide multa. Sufficit ergo, inquit, quod se restringat non viuendo ita laute, vel dotando ita ample, & paulatim reddat, & sic poterit absolui &

com

I communicare.non autem qui possunt, & procrastinant.Mihi videtur quòd sic dicendum sit.Cum dicit.S.Tho.q̃ non licet retinere rem alienam contra voluntatem domini:intelligitur si illa voluntas sit rationabilis.Nam secundùm eundem sanctum Tho. possum gladiũ furiosi depositum ad tempus retinere: cum tamen lex strictissimè mandet de posita reddi,C.depositi.l.fina.Ideo egregiè Scotus(& secundùm Archiepiscopum rationabiliter)notat aliquos casus in quibus aliquis non tenetur statim restituere,qui militant sub hac maxima:Licet rem alterius detinere quando ipse deberet velle eam retinere.Primus est.Si subdita restitutio esset multum damnosa communitati. Secundus si esset damnosa ei cui sit vt si furioso reddatur gladius.quo se vel alium perimat.Tertius,si se diffamaret ob hoc. Sufficit enim tunc habere voluntatem qua citius poterit restituere. Quartus, quando se multum dãnificaret:& alium parum iuuaret. Quintus, quando est quis impotens. Dicitur autem, secundum doctores primæ opinionis, impotens,quando habet solum necessaria naturæ.Archie. Dicitur autem posse qui potest se restringendo aliquantulum vt suprà & consequenter videtur secundum eundem,& impotens sit qui se restrinxit quantum patitur status suus. & tamen cum hoc non potest.¶ Notandum tamen quòd primi loquuntur de eo qui potest vel non potest absolutè. sed Archie. non absolutè sed cum decentia sua.Et iste qui non potest cum decentia sua,non tenetur nisi,vt credo, iscui debet esset in tanta restrictione vt ipse. Videtur enim iniquum. quòd quis viuat cum honore ex rebus alicuius,per quarum carentiam verus dominus viuit in decore, vel in minori honore.

Elice conclusiones.

¶Prima,quilibet ex obligatione iustitię tenetur statim aut restituere.aut petere remissionem aut dilationem.

¶Secunda,Si non potest obtinere dilationem.& vult viam tutiorem eligere: secundum aliquos,statim restituat vel cedat bonis: etiam si oporteret eum mendicare:& nihil sibi retinere:nisi necessaria naturæ.

¶Tertia,Simpliciter tamen & absolutè non est necessarium talem cedere bonis, sed sufficit si se restringat, quantum patitur infimus gradus sui status. nisi vbi is cui debet: esset in eodem infimo gradu: quia tunc absolutè tenetur deficere a statu suo, vt aliquis in suo conseruetur per suas res vsurpatas.

¶Quarta.Quinque sunt casus in quibus aliquis non tenetur statim restituere scilicet &c.

¶Quinta.Qui possunt restituere cum restrictione sua,& procrastinant: nec absolui nec communicare possunt.

Casus.xlviij.

QVAERITVR. XLVIII. Vtrum restitutio semper sit facienda ei à quo ablatum est? Ad hoc respondet Raymun. & Archiepiscopus.ij.parte ti.ij.& Pisa.&. Sanc. Tho.ij.ij.quæst.lxij.secundùm quos omnes virtualiter concordantes sic dicitur.Tripliciter aliquis aliquam rem tenet.Primò quia est sua. Secundò quia est aliena,iustè tamẽ detenta,puta quia erat data pignori. vel accommodata &c.Tertiò:quia est aliena & iniustè detenta.Regulariter igitur restitutio spoliatis facienda est secundùm Ray.& Pisa.&

sa.&.iij.q.j.reintegranda.& fere per totam quæstionem.& extra de rest. spo. ferè per totum.Et intellige spoliatis iuste posidentibus,seu detinentibus. Fallit autem quando iste male accepit. & ille turpiter dedit.vt patet in simonia. De hoc vide.ij.ij.q.xxxij. ar. vij. Qui igitur accipit à posidente tertio modo secundùm Ray.non debet restituere ei à quo abstulit:sed vero domino,vel ei cui eam prior fur surripuerit:si eam iuste tenebat.Qui verò aufert à primo:tenetur restituere eidem. Similiter qui à secundò:tenetur eidem nec debet dare primo,i. posidenti primo modo. quia faceret iniuriam secundo.ff. de fur.l.is cuius.¶ Sed contra quia aliquando ille est mortuus à quo res sublata est solu. Dicit.S.Tho.quòd si mortuus est tenetur hæredibus.& hoc secundùm Ray. Pro rata vniuscuiusque hæredis, nisi quando aliquis est hæres in aliqua parte determinata:puta in centum ducatis præcise:quia talis nihil debet habere: cum non sit hæres:sed legatarius.C. de hære.insti.l.quoties.Si autem is,cui debet fieri,est incognitus:præmissa diligẽtia:secundùm.S.Tho.detur quod restituendum est pro anima eius.Nec refert vbicunque detur.Licet enim dicat Inno.& Io.And.& Io.de Ligna.quòd debet erogari in loco in quo furtum est factum : tamen Guil.& Hug.& frater Cla.& Fede.de Senis.&.S.Tho.sentiũt quòd hoc non est necessarium. Si autẽ est distans:mittatur ei si commodè potest:alioqui tuto loco deponatur,& ei notificetur.

Elice igitur conclusiones.

¶Prima.Qui abstulit rem à vero domino:tenetur ei:& non excusatur dando alteri.

¶Secunda.Qui abstulit ab eo qui non erat vere dominus:sed tamen iustè tenebat rem:tenetur eidem.

¶Tertia.Qui abstulit ab eo qui iniustè rem alienam detinebat:non tenetur, nec debet restituere ei:sed illi à quo primo iustè posidente rapta est,siue esset verus dominus,siue non.

¶Quarta.Quando is,qui spoliatus est, mortuus est,tenetur raptor hæredibus pro rata,sed non legatariis.

¶Quinta.Si autem est distans:debet ei res mitti aut depositari &c.

¶Sexta.Si autem est incognitus:debet pro eius anima erogari pauperibus.

Casus.xlix.

QVAERITVR XLIX. Vtrum sit sufficiens ista restitutio. Petrus de furno debet Henrico de puteo centum aureos quos extorsit per vsuras,& ponit se in manibus eius offerens se paratum omnia restituere:rogans temen,vt faciat cum eo misericordiam:& accipiat vnam partẽ alia remissa?Ad hoc respondet. Archiepi.ij.parte tit.ij.& Pisa.tit. restitutio primo,& Ray.&frater Aegidi.in quodl. Host.Federicus de Sen.Ioan.an.Laurẽ. de Rodol.&multi alii,de distinguẽdũ est secundùm mentem omnium, quia aut iste est vere paratus restituere.aut non,sed credit se pretio exiguo euadere,aliter non ita fecisset.Equidem si nõ est paratus:manifestum est secundùm fratrem Egi.& Pisa.quòd non est absolutus à peccato. Sed quid si Henricus remittat ei quinquaginta nunquid erit absolutus debito à restituendi?Ad hoc dico quòd quo ad absolutionem ab hoc debito nihil differt vtrum esset paratus necne, quia ista absolutio non dependet à voluntate,vel dispositione spoliãtis:sed spoliati.Igitur frater Gerar. de Se

I de Senis, ordinis Ere tenet quòd siue sit paratus, siue non sit nulla via mundi potest liberari nisi restituat: & adhoc facit septem ratione, quæ nullius sunt momenti. Glossa autem in regula Peccatum. dicit quòd est liberatus. Lauren. autem de Rodol. in tractatu de vsuris dicit quòd est liberatus si pecunia erat parata, non aliter. Quidam alii tradunt quòd est liberatus, si pecunia erat parata, & sit oblata. Io. autem Andrææ K in prædicta regula dicit. quòd liberatus est solum ille qui erat paratus reddere. Veritas ista est quomodocunque contentetur creditor: ille est liberatus quia dicitur. ff. qui. satisdare cogantur. l. j. quòd satisfacit quicunque desyderium implet creditoris: etiam si non soluatur. Et ratio est, quia remittere est donare: ideo creditor, sicut potest donare suum ita potest etiam remittere. Et eo modo quo tenet aliqua donatio: tenet etiam ista remissio. Vnde secundũ Pisa. & fratrem Egi. & Ray. & Archiepi scopum & Fede. de Senis & Archiepiscopum in ca. Quanquam. extra de vsuris. & Hostien. in sum. iste est liberatus concurrentibus tribus Primum est quòd ad hoc creditor non inducatur fraude: sicut inducunt mercatores ostẽdentes se fractos, & satisfacere non posse cum possint. Et secundum nec vi. Et M tertium quòd nec desperatione: puta quia cogitauit se nunquàm aliquid habiturum. Et hoc tertium ego intelligo quando ista desperatio causatur ab ipso debitore indebite, puta quia fingit se non posse quod potest: vel quia dicit se non velle facere quod debet: siue fingat siue non. Quando verò inducitur ex ipsa rationabili consyderatione creditoris est liberatus, etiam sine tertio: imo hoc facit remissionem esse magis voluntariam, & magis misericordem: vt pater speculantibus. N

Elice igitur conclusiones.

¶ Prima. Qui non est paratus restituere per remissionem creditoris: non est absolutus à peccato: nec absolui potest nisi mutetur.

¶ Secunda. Siue autem intendat restituere siue non: est liberatus à debito restituendi cessante fraude & vi & desperatione. O

¶ Tertia. Imo & cessante fraude & vi precise (etiam si ad sit desperatio) dũmodo ipse eam indebite non causauerit.

¶ Quarta. Qui ante quàm soluat vnam partem vult pacisci expresse vel virtualiter de aliqua remittenda: non est securus se esse liberatum: quia creditor inducitur ad desperandum indebite: vnde nec libere remittit: sed ne perdat totum &c. P

Casus. l.

QVAERITVR. l. VTRVM aliqui teneantur aliquid restituere quod non acceperunt. ad hoc respondent Pisa. & Archie. & Ray. & sum. confe. libr. secundo titul. v. quæstio. lxiiij. & Petrus de pal. iiij. distinctio. xv. & Guil. & Innocen. & Hostien. & Sanct. Thom. ij. ij. quæstio. lxij. & omnes concludunt quòd sic: quia fautores furum tenentur restituere. xj. quæstio. iij. qui consentit. Qui autem teneantur Sanctus Thom. Innocen. & Hostien. & Alanus. & Guil. & alii declarant per hos versus scilicet Iussio consilium. consensus. palpo. recursus. Participans. mutus. non obstans. non manifestans. Expositio autem eorum secundùm omnes militat sub hac maxima copulatiua scilicet Quicunque ded

A dedit causam siue qua non sublationis alienæ rei participando in crimine: vel non obuiando cum teneretur ex officio vel ex iudicio: tenetur insolidum sicut cęteri participantes tenentur quã tum habuerunt. Et si is qui re habuit restituit omnes sunt liberati: sicut si saluat: qui non habuit eidem tenẽtur principales in dando. Sed vt elucidetur maxima: declaremus versus secundùm ex B positionem communiter omnium prædictorum. Iussio idest quilibet principaliter tenetur: & secundario qui accipit. Et intellige idem si quis ratum habuit quod suo nomine gestum est: quia ratihabitio comparatur mandato. extra de regul. iur. ratihabitio. lib. vj. Consilium. j. ex quo secutum est damnum: non aliter. Ad hoc reducitur cum quis dat consilium de collecta in præiudicium ecclesiarum sine licentia papæ. extra de senten. excommunica. non erit C Idem est secundùm Petrum de palu. de consilio vsuræ. & de aduocante dante malum consilium etiam ex ignorantia. Idem est secundùm Richard. de cõsilio non restituendi: vel qualitercunque damnificandi scienter vel ignoratia crassa. Argumentum de sententia excommuncationis. c. nuper in gloss. Idem est secundùm Duran. de constitutoribus & consultoribus iniquorum statutorum in damnum alicuius. Idem D etiam est secundùm Archie. de notariis qui destruunt vel occultant instrumenta vel testamenta vnde sequatur damnum quia tenentur insolidum. Consensus qui quidem si sit sine quo non tenetur insolidum: alias autem pro rata rei raptæ vel damni illati ita tamen secũdum Innocen. & Hostien. quòd qui fuit strenuior: magis tenetur. Palpo. idest adulator: ad quod secundùm Archie Pertinet etiam si sit derisor talis tenetur in solidum si præda secuta est ex sua laude vel irrisione. Secursus idest receptatio latronum vel rei raptæ qui tenetur insolidum quando iuuat per hoc furtum: vel impedit restitutionem enim Pe. Sed intellige quando sine hoc non fuisset factum furtum: aut fuisset facta restitutio. Participans scilicet in crimine associando Et si sine eo non F fuisset factum: tenetur in solidum: sed si fuisset factum & tantum factum: tenetur debito tantum. Vnde secundùm Ray. quando plures simul vadunt: ita quòd non iret vnus sine alio: quilibet tenetur in solidum: aliter secus. Argumentum ad hanc distinctionem extra de sententia excommunicationis. c. inter alia. Mutus scilicet qui videt fieri maleficium: & tacet. Hic si tenetur ex officio obuiare: tenetur insolidum secũdùm Archie. non aliter. Non obstans qui tenetur insolidum quando ex offi- G cio incumbit obstare: quia si habet ministrare iustitiam. Non manifestans idest post factum tenetur insolidum: si sit officialis: non aliter secundùm Archiepisco. nisi vocetur in iudicium: quia tunc tenetur insolidum mutus & non obstans & non manifestans: sicut officialis tenetur in iudicio & extra. Argumentum. xj. q. iij. quisquis. sed intelligo quando sine periculo personæ vel status potest obuiare. H

Elice conclusiones.

¶ Prima. Qũcũq; vnus q tenẽ principaliter: nõ vult restituere: restitutio incũbit ei qui tenetur secũdario: cui post ea tenẽ is qui principaliter tenebatur.

¶ Secunda. Qui iubet tenetur insolidũ & principaliter: & qui exequitur secundario: quod intelligo nisi res remanserit penes exequentem.

Ter

I ¶ Tertia. Qui dedit consilium est consensum sine quo nō tenetur insolidum secundario: exequens verò qui rem habuit principaliter.

¶ Quarta. Adulator sine quo non tenetur secundario insolidum: sed principaliter exequens.

¶ Quinta. Receptator rei vel furis sine quo non tenetur insolidum secundario: sed fur principaliter.

¶ Sexta. Associans sine quo non tenetur insolidum secundario quo ad partes quæ socios contigerunt: sed principaliter quo ad suam vnusquisque tenetur.

¶ Septima. Mutus & non obstans & non manifestans: si sit officialis tenenetur insolidum secundario: alias non nisi sit in iudicio.

¶ Octaua. Non tenetur officialis cum periculo suæ personæ vel status seruare alium indemnē in persona vel statu.

L ¶ Nona. Quoties is qui habuit rem restituit: omnes simpliciter sunt liberati.

Casus. lj.

QVAERITVR LI. AN sit melius ieiunare annuntiationem in sabbato quàm sexta feria: vel die occurrentis vigiliæ? Ad hoc dico quòd melius est in sexta feria: quod probo authoritate sancti

M Vinc. Item rationem. Nam vt patet. ij. ij. q. cxlvij. artic. iiij. ad. v. quoddam est ieiunium luctus & quoddam exultationis. Hoc autem ieiunium videtur esse mixtum: quia communiter qui hāc diem ieiunant: propter duo ieiunant. s. ad promerendum adiutorium virginis in suis oportunitatibus contra sua peccata & ad congaudendum virgini: & congratulandum Deo pro dignitate quem virgini contulit. Non est autem N aliqua dies in scriptura: in qua recepe-rimus tot beneficia & consequenter in qua habeamus causam tanti gaudii vt ista: vt patebit in conclusionibus: nec etiam in qua habeamus causam tanti doloris maxime propter Christi passionem. Vnde in sola feria sexta sunt prohibitæ carnes secundum legem: sicut sabbato secundum consuetudinem. extra de ieiunio. in. c. consilium primum. id quod faciūt viri qui aliis sunt O in exemplum: ab omnibus debet imitari. Sed omnes religiosi ieiunant feria sexta tanquàm id sit cōuenientius: imo antiquitus seruabatur ac si fuisset de præcepto vt dicit Archid. Primum ista est dies commodior masculis & feminabus: vt experientia docet & simul in ea honoratur mater & filius? & non est minoris meriti. Vnde in qualibet domo nobili & ciuili deberet esse consuetudo in hac die ieiunādi in memoriam P sanguinis regis nostri: & doloris beatæ matris eius: & in memoriam consolationis quam ipsa habuit in apparitione & salutatione Gabrielis: & conceptione verbi diuini quæ omnia fuerunt facta sexta feria. Sed contra: quia videtur quòd in die occurrēte. Nam per totum annum illa dies computatur quasi vigilia: in qua debet ieiunari pro festo. solut. dico quòd ieiunamus in vigilia Q ante festum vt in eo simus bene dispositi. Vnde si festum non succedat ratio non tenet sed poterit ieiunari in alia die sanctiori. Secundo videtur quòd in sabbato: quia illa dies est dicata virgini. Solut. Ista ratio est pro me: quia ex quo sabbato est festum. feria sexta debet esse in vigilia: & consequenter in ea est ieiunādum. Tertio videtur quòd nulla die quia per hoc ieiunium omittuntur

A tuntur ieiunia de præcepto. Solut. Illi qui sic omittunt male faciunt. Vnde si non potes vtrunque obseruare: dimitte deuotionem tuam vt obedias: quia beata virgo mauult te filio aut eius vicario obedire: quàm honorare eam & nō obedire filio eius.

Elice conclusiones.

¶ Prima non sunt soluenda ieiunia de præcepto propter votiua.

¶ Secunda. Melius est annuntiatam ieiunare feria sexta quàm alia die.

¶ Tertia. In feria. vj. habemus multas causas lætitiæ: quas omnes ex locis authenticis collegi. Nam primo est factus Adam & Eua secundum scripturam & secundo Dauid occidit Goliam: vt figura corresponderet figurato: & tertio decollatus est baptista: & quarta decollatus est Paulus: & Petrus crucifixus secūdum aliquos: & quinto decollata est beata Caterina: & sexto concepta est

Q beata virgo: & septimo est nata: & octauo est ab angelo salutata: & nono visitauit Helizabeth: & decimo conceptus est Christus: & vndecimo idem est natus: & duodecimo est circuncisus secundum aliquos: secundum alios vero est natus & circuncisus in dominica: quāuis etiam hoc sit doloroſum ex parte: & tredecimo beata virgo assumpta est in cœlum.

D ¶ Quarta. In ea etiam habemus multas causas doloris: quia in ea Adam peccauit: & Christus salus & vita nostra est poratus felle mortuus & sepultus: cuius mors dolorosè recollitur: quia est pro peccatis occisus.

Casus. iij.

QVAERITVR LII. VTRVM beata virgo sit post mortē assumpta statim in corpore: & in anima. Ad quod dico quòd Hier. hoc E dubium licet pertractet aliqualiter in sermone. Cogitis me tamen illud non determinat: & si alteri partium videatur fauere vt ibi patet. Sed Augu. illud determinat: & dominus Alber. super Missus est. & sanctus Tho. iiij. dist. xij. q. j. art. iij. q. iij. & iij. q. xxvij. & q. lxxxiij. pro quo sciendum est quòd fuit mortua sine dolore: quod probat Albertus. quia Ioannes ratione integritatis sine dolore decesit. ergo à fortiori & vir- F go. Secundo: quia secūdum aliquos dolor passionis fuit ei martyrium: post quod non remanet dolor mortis. Tertio: quia Moyses ratione contemplationis & eleuationis non sensit defectum famis quadraginta diebus. ergo nec virgo tunc sensit dolorem: quia eleuabatur à corpore actu & secundum substātiam. Est autem mortua ex amore vt idem probat: quia charitas abstrahit à corpore ad Christum: ergo tantum po- G test intendi quòd separet animam. Secundo, quia amor potest inducere languorem: ergo & mortem. Hæc ille. Qui intendit probabiliter arguere quòd sic acciderit in ea in qua amor naturalis respectu Christi & gratuitus fuit intensissimus: & plus quàm in angelis quo ad gratuitum. Vnde sicut amor leuabat corpus sancti Thomæ à terra, ita leuauit animam Mariæ à corpore, & est in cœlo in corpore, & in anima, vt probat H idē testimonio vnius papæ sancti Gregorii quia quod ille dixit in collecta. Nec tamen mortis nexibus &c. non potest intelligi nisi de incineratione: & duorum episcoporum. S. Augustini, & Dionysii de di. no. ca. iij. in text. & glo. simul bene intellectis, & vnius abbatis. id est, Bernardi. Et idem tenet. S. Tho. vbi suprà. Vnde ipsa resurgens non est

I mortua. Secus autem est vt dicit sanctus Tho.iij.q.liij.de his qui ante Christum surrexerunt aut eo præsente in carne, aut eo mortuo in eius passione. De his tamē vltimis Hiero.est dubius. sed Aug. dicit quòd sunt mortui cuius rationes efficaciores sunt. Si tamē non sunt mortui,surrexerunt post Christū, quia est primogenitus mortuorū.i.primus qui surrexit ad vitā immortalem.

¶Sed contra, quia Hier.hæc non vult asserere.ergo non sunt vera. Sol.Dicit

K Alber. quòd Hiero.tanquàm interpres bibliæ noluit asserere quod in ea expressum non inuenit, ex quo nō sequitur quòd non sint ista vera,& probabili ratione ponēda.Secundo, quia etiam Aug.idem non audet asserere. Nam dicit.Vera de eius assumptione sententia hæc est, vt assumpta sit siue in corpore siue extra corpus nescio,Deus scit.Sol. Licet illud nesciuerit, tamen credidit firmiter & rationabiliter opinabatur.

L Tertio. Omnes peccauimus in Adam, ergo & patimur pœnam peccati eius quæ est incineratio iuxta illud Genes. iij. Puluis es &c.Solu.Negatur consequentia. Licet enim Deus non inferat pœnam sine culpa, tamen aliquando misericorditer à pœna debita absoluit,saltem in parte.

Elice conclusiones.

¶Prima. Ioannes est mortuus sine dolore & secundum. S.Thom.& August.

M viuit in cœlo.

¶Secunda.Beata virgo est mortua sine dolore & ex amore.

¶Tertia.Beata virgo est in cœlo viua, ipsa & suus filius naturalis Iesus, & adoptiuus Ioannes.

¶Quarta. Resurrexit autem statim.i. ante incinerationem,ante quam resurrectionem licet anima eius fuerit beata forte tamen cœlum non ascendit vt post ascenderet corpore gloriosa sed tamen hoc non est certum. N

¶Quinta. Omnes qui hactenus surrexerunt, iterum decesserunt: exceptis tribus (quantum ex scriptura & dictis sanctorum haberi potest) scilicet beata virgine: & filio eius naturali:& adoptiuo.

Casus.liij. O

DVBITVR. LIII. Vtrum beata virgo in vita confiteretur & cui ? Ad hoc dicitur secundum Albe.super missus est quòd beata virgo suscepit omnia sacramēta quæ erant omnibus masculis & feminis cōmunia. Primo ad sui humilitatem. Secundo : ne scandalizaret ignorantes suam sanctificationem. Tertio vt obediret Deo. Quarto vt confutaret hæresim eorum P qui dixerunt eam fuisse angelum. Suscepit igitur baptismum & ab eo accepit characterem & augmentum gratiæ ac meritorum. Nec tamen fit festum de eo vt de purificatione : quia non fuit publicum sicut illa. Et similiter confirmationem:& ab ea habuit alium characterem : & augmentum vt supra. Et credo quòd Christus eam confirmauit, & baptizauit sicut secundum sanctum Thomam, confirmauit apostolos. Et ab eucharistia memoriam Q passionis : augmentum gratiæ actualem deuotionem:& solatium de absentia corporali filii. A matrimonio secundum Alber.habuit fidem & sacramentum, id est, figuram vnionis verbi ad naturam humanam:& etiam augmentum vt supra. Ab extrema vnctione habuit signum perfectæ victoriæ & futuræ gloriæ:& loco remissionis veniarum:

A lium:remissionem doloris mortis : secundum Alber. Ordines non habuit: vt per humilitatem cōformaretur aliis mulieribus : quæ excluduntur propter tria ab ordinum susceptione secundum Alber.scilicet,indignitatem sexus:fragilitatem peccandi : & incongruitatem regiminis. A sacramento pœnitentiæ habuit augmentum gratiæ. Et secundum Alber.sua confessio non erat peccatorum : sed recognitio beneficiorum

B Dei : & suæ incongruitatis ad magnitudinem eorum. Credo tamen quòd (cum habitus voluntatis nostræ possint nos latere : secundum Sanctum Thomam,licet non habitus intellectus secundum Aristotelē,)nesciebat se esse ita Deo gratam propter humilitatem. vnde mirabatur in salutatione angelica : quia secundum sanctum Thomam,vere humili nihil tam insolitum: quàm sua exultatio. Et consequenter

C confitebatur de venialibus conditionaliter : puta dicendo : si in tali opere vel tali deliquissem per incautelam vel negligētiam vel alio modo:dico meam culpam:quia bonarum mētium est &c. Nota agnoscere. scilicet dubitatiue : non autem assertiue:& secundum eundem Alber. Ioannes Euangelista fuit confessor proprius eidem deputatus. Sed quare ista non sunt scripta ? Ad hoc respondet Alber. quòd ideo est.

D Primo vt exerceatur deuotio fidelium ad inquirendum. Et secundo : quia Deus vult nos quædam in via dubitare: vt veritatem desyderemus in patria. Et tertio : quia sicut Augustinus, habet pro regula in loquendo de peccatis quòd de ea non fit quæstio: ita loquendo de virtutibus est principium per se notum : quòd quicquid boni habuit quis creatura:eo ipsa non fuit priuata : quia secundum Dam.à nullo illustrium vincitur. R

Elice igitur conclusiones.

Casus. liij.

QVAERITVR QVINquagesimoquarto. Vtrū possit rationabiliter sciri cuius figuræ st coloris fuerit beata virgo. Ad hoc autem sic respondet Albe.super Missus est. Beata virgo fuit com- F petentis quantitatis : & bonæ dispositionis membrorum : sicut & Christus quia filius assimilatur generanti : sic videlicet vt tantus nascatur ex,tanto: & talis ex tali. nisi sit error in natura ex impotentia : vel aliter. Et fuit coloris ex albo & nigro compositi.quia secundum Ioannicium solus iste color procedit ab æqualitate complexionis: & corporis euertico determinatur secundum Galenum & Constantinum. G Et habuit capillos nigros quia cerebrum optime dispositum : secundum Galenum & Constantinum est calidum & siccum. Licet enim ad operationes naturales cerebrum debeat esse calidum & humidum:ad quod sequuntur capilli rubei : tamen ad animales debet esse vt dictum est ad quod sequitur quòd capilli sint nigri : & consequenter sequitur maior pulchritudo supposita albedine faciei : quia opposita iuxta se posita &c. Nigredo tamen H illa capillorum & oculorum fuit temporata secundum eundem. Et talis etiam per omnia fuit Christus.Ex prēmissis sequitur quòd fuit pulcherrima. Quod etiam patet.Primo : quia omnes mulieres eam figurātes fuerūt pulchræ vt Hester : Iudith : Rebecca : Rachel. Secundo:quia nobilitas & pulchritudo

I corporis est secundum nobilitatē animæ. Vnde corpus humanū est pulcherrimum. ergo nobilissima anima vt illa habuit corpus nobilissimum. Tertiò: quia viderunt veronicam dicunt quòd pulcherrimam faciem repræsentat: & certum est filium similem fuisse matri. Quarto quia castitas laudabilior est in pulchris: sicut vituperabilior incontinentia in turpibus. In virgine autem castitas fuit summæ laudabilis. De hoc
K tamē scriptura nihil dicit. ꝙa ipsa scriptura secundum Alberi. est nobis speculum salutis: ideo non vult laudare aliquam mulierem de eo quod multis est causa damnationis. Facit tamen de alicuius mulieris pulchritudine mentionem: non vt laudet sed incidēter ad ostendendam causam alicuius dicti vel facti: quod circa virginem non accidebat. Sed contra primo. Nam pul-
L chritudo mulieris est occasio mali. Eccle. ix. Virginem ne conspicias &c. Sed virgo omnibus debuit esse causa solutis. Solu. Pulchritudo est in se bona: sed in bono & optimo mali scandalizātur defectu suo sicut scandalizabantur in Christo Mar. v. & in Deo qui peruersis peruersus videtur: secundum glo. super illud Quom bonus israel Deus &c. Secūdo: qnia color glaucus attestatur frigiditatem corporis frigidi: quale de-
M buit esse corpus virgineum. solu. Cum gratia sit nobilior quàm natura illa castitas quæ totaliter est à gratia nobilior est ea quæ est a natura: & tanto magis gratiā manifestat quanto magis est cōtra naturam. Et ideo illud corpus nō fuit castum per naturam: sed per gratiam & voluntatem.

¶ Et licet in virgine pugna non fuerit: tamen perfectissimam habuit victoriam cum inimicus non, potuerit nec vincere nec pugnare: vt dicit Al. N bericus.

¶ Prima igitur conclusio hęc est. Beata virgo fuit mediocris quantitatis. & bonæ proportionis membrorum.

¶ Secunda. Fuit coloris mixti ex albo & rubeo.

¶ Tertia fuit etiam nigra oculis & capillis nigredine temperata.

¶ Quarta. Fuit etiam pulcherrima mulierum. O

¶ Quinta. Deus noluit animæ in scriptura laudare de pulchritudine: quia potest esse occasio mali. Vel dico ego in signū ꝙ Deus principaliter curat de pulchritudinæ animæ. Vel quia de ea non fuerunt aliqua narranda quæ exigerent fieri de pulchritudinæ mentionem. P

¶ Sexta. Pulchritudo mulieris est causa erroris malis.

¶ Septima. Beata virgo perfectissime vicit diabolum.

Casus. lv.

QVAERITVR QVINquagesimo quinto. Vtrū Deus simpliciter magis amet virginē quam luciferum? vel e conuerso? Et videtur ꝙ luciferum quia est deo magis dilectus in bono simpliciter. i. in substā Q tia: quia ei vult nobiliorem substantiā. id est angelicam naturā: sed beata virgo est magis dilecta in bonum secūdū quid. i. in accidente: puta in fœlicitate. Sed econtra videtur ꝙ virginem: quia rgo diligentes me diligo. Prouer. viij. & consequenter magis diligentes magis diligit. Secundo. Amare est velle bonū. j. q. xx. & . iij. di. xcxij. & . j. contra gen. c. xcj. Igitur deus amat omnia quia omnibus vult aliquod bonum. s. esse & amat omnia æqualiter ex parte actus: quia eo

A eodem actu omnia amat. Non autē ex parte obiecti seu boni voliti: quia non omnibus vult idem bonum: sicut nec largitur. Sed quo ad bona naturalia amat magis nobiliora quia vult eis maius bonū naturæ. i. naturā nobiliorem. quo ad bona verò gratuita magis amat se amantes: quia vult eis maiorē amorem quo eum amant: & consequenter maiorem gratiam & gloriā. Simpliciter autē magis amant quæ magis amat
B quantum ad bona gratiæ & gloriæ: ꝙ patet primo autoritate. Nam secundū Aug. super Ioan. Deus inter alias creaturas rationales magis amat membra vnigeniti sui. Itē ratione: quia eis vult magis bonū. i. bonum infinitum. Igitur magis amat virginē simpliciter quàm aliquam puram creaturam. Ad argumentum in oppositum dico ꝙ si gloria consyderetur secundum se simpliciter
C est ignobilior substantia angelica sed secus quantum ad obiectum cui coniungit ꝙ Deus vult omnibus prædestinatus. Non enim vult his solum dare gloriam: sed etiam seipsum in præmium.

Elice igitur conclusiones.

¶ Prima. Deus omnes creaturas amat verē: non solum volendo: sed etiam faciendo eis bonum.

¶ Secunda. Quo ad bona naturalia
D magis amat nobiliora secundum suam naturam.

¶ Tertia. Quo ad gratuita vero magis amat se amātes quo ad gratiam & etiā quo ad gloriam si sint amantes finaliter.

¶ Quarta. Simpliciter loquendo magis amat quibus vult maiorem gloriam.

¶ Quinta. Igitur simpliciter magis amat se deinde Christum: deinde virginem gloriosam. E

Casus. lvj.

QVAERITVR QVINquagesimo sexto. Vtrū hās odium posit licentiari vt communicet? Ad hoc respondet Archiep. ij. par. ti. viij. ar. ij. & Duran. ordinis minorum quem ipse allegat qui dicunt ꝙ ex illatione iniuriæ sequitur primo odium in corde. secundo effectus odii in opere tertio signum odii in ore. & quarto actio iniuriarum aduersus autorem F earum. Odium igitur quilibet tenetur expellere: & quod quid appetit malum adesse aut bonum abesse proximo non ꝓpter aliquid bonum eius vel alterius est immortali nec potest cōmunicare. Si aūt hoc fit quia times ex eius prosperitate alios opprimi iniustè: vel quia speras ex eius depressione alios iuste erigi non est peccatum. Nota tamen ꝙ non teneris gaudere de bono tē G porali inimici: vt sic sed de speciali tātum: & de temporali: vt expedit spirituali. Effectus antem odii si sit in subtrahendo beneficium seu bonū spirituale: & est mortale: si illud bonum quod omnibus exhibetur nolumus inimico communicare vt orationem generalē: vel prædicationem. Si vero sit in subtrahendo bonum temporale: est mortale si illud bonum sit extremæ neces H sarium: alias veniale. Si vero sit in inferendo malum: erit mortale. si sit contra ordinem iuris: nec licet communio tali. Si vero sit secundum ordinem iuris semoto odio non erit peccatum etiam si cum armis & sentētia iudicis satisfaciat sibi de bonis inimici. Sed quo ad signum odii seu rancoris in ore si quidem malefactor offerat condignā satisfactionem tenetur, quis eum ad

I ad amicitiam recipere & ei loqui. Si autem non exhibet: aut exhibet semiplene nō tenetur nisi actio iniuriæ sit abolita præterita remissiōe: vel etiā dissimulatione quia. s. alluūt vel risit vel comedit cum offenso post iniuriā. Actionem autem iniuriarum ꝙ est quartum nullus tenet remittere: imo & aliquando quis non potest: vt si iniuria sit facta seruo vel monacho: vel filio familias. Hæc ex istis. Dico igitur ꝙ is qui ostendit communicare non potest: nisi offerat satisfactionē si potest. Si autē ambo offenderunt prior ostendendo sit prior: in reconciliando cæteris paribus.

¶ Quod dico: quia interdum quis pro leui conuicio infert valde magnum.

Elice igitur conclusiones.

¶ Prima. Odium seruans ad proximū: ita ꝙ ex mala voluntate dolet de bonis eius: vel gaudet de malo notabili est in peccato mortali nec potest communicare.

¶ Secunda. Qui tamen vult malū propter donum aliquod rationabile non peccat: sed potest communicare.

¶ Tertia. Similiter qui non gaudet de bono temporali vt sic: sed solum vt ordinatur ad spirituale id est, vt est ad salutem animæ.

¶ Quarta. Quicunque intendit subtrahere inimico bonum spirituale vel tēporale generale: aut tēporale extremè necessarium est immortali.

¶ Quinta. Secus qui spirituale particulare aut temporale particulare vel de bene esse.

¶ Sexta. Qui intendit inferre malum notabile contra ordinem iuris vel secūdum ordinem iuris ex odio est in mortali: secus secundum ordinem iuris sine odio.

¶ Septima. Qui non vult loqui volenti satisfacere: communicando iudicium sibi manducat.

¶ Octaua. Qui non vult remittere: sed prosequi actionē iniuriarum semoto odio, licitè communicat.

¶ Nona. Qui offendit & vult satisfacere iudicium sibi manducat quia frater eius aliquid habet contra eum.

¶ Decima. Quando post offensam is qui accipit iniuriam risit actoribus aliquod signū amicitiæ ostendit est facta reconciliatio quæ videtur sufficere saltem in leuibus.

¶ Vndecima. Quando offensio est mutua prior in offendēdo debet esse prior in reconciliando cæteris paribus.

¶ Duodecima. Licet secundum Archie. in die resurrectionis. i. in aliquo illorū trium dierum communicādū sit tamē ab Eugenio manauit breue ad fratrem Ioānem de capistrano datū Romę. M. cccxlvj. in quo declarat optime esse satisfactum legi. si infra hebdomadā sanctam vel infra octauam paschæ quis communicet.

Casus. lvij.

QVAERITVR QVINquagesimoseptimo. Vtrum secundum mentem. s. Tho. & doctrinam eius teneatur quis facere in eleemosynam in extrema necessitate de necessario ad decentiam vitæ? Ad quod ex doctrina eius. ij. ij. q. xxxij. &. iiij. di. xv. respondeo circa hoc sunt in doctrina beati Tho. duę solennes opiniones habentes solēnissimos secretores. Primo ergo pertractabo materiam secundum opinionē aliquorum thomistarum quatuor faciendo. Primo enim declarabo mentē eius.

Secun

A Secundo probabo declarationem esse veram per verba eius Tertio ex dictis eius argu ācontra & soluā. Quarto confirmabo p dicta thomistarū oīa dicta.

¶ Quantum ad primum sciendum est quod bona hominis diuitis sunt in quadruplici differentia. Prima sunt necessaria necessitate quasi absoluta id est, sine quibus nō posset viuere ipse & sui quorum necessitatibus habet prouidere: puta valor quinquaginta aureorū. B Ista sunt omnia sine quibus non posset viuere sanus & valens tanto tempore quanto sua complexio durare potest si debite procuretur. verbi gratia. Delicate nutrito est necessarius panis triticeus & pellicea tunica: & equus interdum. Secunda vero sunt necessaria necessitate quasi conditionata id est, sine quibus non potest viuere decenter ipse & sui. vt cētum aurei. Ista sunt omnia sine quibus non posset viuere inter coequales sibi: sine nota auaritiæ, vel stultitiæ vel ineiuilitatis vel pauperta tis vel huiusmodi: quo ad cibos: aut veste: aut æquitaturas: aut palatia, aut ornamenta domus: aut huiusmodi. Sicut non viueret decenter nobilis cum vese rusticana nec etiam forte cum vese nobilium feriali decenter viuere in festo solenni nisi in aliquo casu. sed pro hoc sciendum est quod ad D iudicandum quid decens & quid indecens sit duplici regula possumus vti scilicet iudicio communi prudentium & grauium hominum. & exemplis virtuosę viuentium: qui quantuncunque, utiliter incedant: aut decenter viuunt: aut non operantur secundum inclinationem virtutis.

¶ Non enim est aliquid iudicandum decens vel indecens ex sententiam ambitiosorum quin gustum habent infectum. Tertia sunt quæ continent quidem intra bona necessaria ad decentiam: sed tamen sic quod eis sublatis stat decentia & eis additis non exceditur decentia. Terminus enim requisitorum ad decentiam non est indiuisibilis: puta centum aurei sed est in quadam latitudine puta non minus quam centum & nec plus quam centum viginti ita ꝙ ista viginti possunt addi & minui stante decentia. Quarta F sunt bona superflua id est, quæcunque excedunt quinquaginta, & centum & viginti. ita quod non sunt necessaria ad viuere nec ad decenter viuere sicut sunt centum in habente ducenta viginti. Prima igitur bona id est, quinquaginta aurei sint a. & secunda, id est, centum sint b. & tertia prima viginti sint capitulo. & quarta id est, alia centum sint d. Igitur de a. nulla G est quæstio. quia omnes doctores conueniunt quod nullus tenetur de a. facere eleemosynam: imo nec licet quia est contra charitatem nisi in casu fieret hoc alicui personæ, vtiliori pro bono communi quod potes tuæ vitæ præferre vt similes offerat se morti pro duce: quod licet quamuis non sit necessarium. De ipso etiam d. non est quæstio. quia omnes concedunt quod cadit sub præcepto de eo facere eleemosynam in extrema necessi- H tate, vel etiam in necessitate vrgente; seu quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis: etiam si non compareant adhuc pauperes extremæ necessitatis: non autem alias. De ipso vero capitulo primo. xx. dico quod secundum mentem sanct. Tho. potest fieri eleemosyna licitè & etiam debet fieri sed hoc debitum non est præcepti sed consilii: nisi res ita se habeat

I quod sine indecentia notabili possit re
sarciri, quia etiam tunc est præceptum
in extrema necessitate, sed eo casu quo
potest fieri resarcio: iam excidit à ratio
ne necessarii ad decẽtiam. De ipso ve-
ro b.i. centum dico primo quod non est
præceptum facere eleemosynam. Et se
cundo quod nec consilium. Et tertio
quod nec licet secundum mentem. San.
Tho. nisi sit quid modicum quia viuere
indecenter est vt ipse dicit inordinatũ
K id est virtutem scilicet affabilitatis seu
amicitiæ quæ est pars iustitiæ vt dici-
tur. ij. ij. q. cxliij. arti. ij. & qua quisque
ad proximum debet se delectabilem ex
hibere vt decet in verbis & factis vt di
citur in. iij. di. xxxiiij. q. j. ar. ij. Est autẽ
indecens quod aliis vtentibus vestibus
solennibus tu velis inter eos esse cum
vilibus nisi in casu extremæ necessita-
tis alterius, sed vestes viles non dico
L quas iudicat ambitiosa põpa, sed quas
communiter sententia probatorum &
virtuosorum exempla condemnat. Cũ
autem quis dando venerit ad modum
viuendi: ita vilem quod si vilius ince-
deret reputaretur alias reprehensibile:
dico quod vlterius quis nec tenetur nec
debet facere eleemosynam, quia quod
non licet facere pro amore dei & virtu
tis humilitatis & seculi contemptu non
est præceptum facere pro vita corpora
li proximi. Et quarto quod in tribus ca
M sibus licet facere de eo eleemosynam,
scilicet primo cum mutatur status trãs
eundo ad religionem quia nobilis vel
alius tunc non tenetur viuere decen-
ter secundum statum quem relinquit.
Et secundo quãdo de facili potest quis
resarcire ne appareat inconueniens vt
si in quadragesima detur vestis pascha
lis pauperibus cum quis scit se ante pa
scha habiturum. vnde aliam faciat. Et
tertio quando occurrit in paupere ne- N
cessitas maior quàm decentia: puta ne-
cessitas absoluta singularis personæ,
vel magna necessitas reipublicę. In his
enim talibus eleemosyna sit de ipso. b.
laudabiliter, sed non est in præcepto:
nisi sit quid modicum vel si sit multum
tamen de facili resarciri potest vt non
appareat notabilis indecentia: quo ca-
su iam excidit à ratione talis necessa-
rii. Et si dicatur contra hoc quod si esset O
contra virtutem indecenter viuere nõ
liceret viuere indecenter propter ex-
tremam necessitatem fratris dico quod
aliquid est contra virtutem aliquando
que ex circunstantia sic honestatur vt
fiat licitum & non de præcepto, sicut
mori fame vt aliũ nutrias eo casu quo
ille esset reipu. te vtilior & vxoren sibi
admouere manus reformatrices pul-
chritudinis eo casu quo consulit viro
lasciuienti. Si etiam dicatur quoꝫplus P
tenemur diligere vitam fratris quam
res nostras, dico quod est verum, sed eo
casu quo viuere indecenter coginur
quia est contra virtutis bonum & viro
prudenti est grauius morte honorifica.
Vnde quando quis dando tantum tẽpus
tenuauerit in facultatibus quod iam ita
viliter incedere cogitor sicut vnqꝫam
incesit virtuosus in eodem statu: une
iam pauperes deo commẽdet, qui ipse
fecit totum quod Deus exigit ab eo: pu Q
ta si matrona nobilis iam remansit
cum vna sola, & humillima vele ci-
uili, quia non tenetur hanc vendere
& emere rusticanam: & de residuo
pauperi subuenire morienti: alioqui
totus mundus etiam religiosi non so-
lum prælati: sed etiam subiti da-
mnarentur: quibus licet in necessi-
tate, extrema eleemosynam facere, &
pauperiori erogare.

Quan

A QVANTVM AD SECVN-
dum adduco omnia quæ dicit S.
Tho. in ista materia. Igitur S. Tho. ij.
ij. q. xxxij. arti. vj. quærit vtrum corpo
ralis eleemosyna sit danda de necessa-
rio & respondet sic formaliter: & de
verbo ad verbum. Respondeo dicen-
dum quod necessarium dupliciter dici
tur. Vno modo sine quo aliquid esse
non potest. Et de tali necessario omni-
B no eleemosyna dari non debet puta si
aliquis in necessitatis articulo consti-
tutus haberet solum vnde posset susten
tari & filii sui & alii ad eum pertinen-
tes. De hoc enim necessario eleemosy-
nam dare, est sibi & suis vitam subtra-
here: quod nõ licet. Sed de hoc dico nisi
forte talis casus immineret vt subtra-
hendo sibi daret alicui magnæ perso-
næ per quam ecclesia vel respublica su
stentaretur quia pro talis personæ li-
C beratione seipsum & suos laudabiliter
periculo mortis exponeret cum bonũ
commune sit proprio præferendum.
Alio modo aliquid dicitur esse necessa
rium sine quo non potest conuenienter
vita transigi. secundum conditionem
vel statum propriæ personæ & aliarũ
personarum quarum cura ei incumbit
Huius necessarii terminus non est in
indiuisibili constitutus sed multis ad-
ditis non potest diiudicari esse vltra ta
D le necessarium & multis subtractis ad-
huc remanet vnde possit aliquis con-
uenienter trãsire secundum proprium
statum. De huiusmodi ergo eleemosy-
nam dare est bonum & non cadit sub
præcepto sed sub consilio. Inordinatũ
esset autem si aliquid tantum sibi de bo
nis propriis subtraheret vt aliis largi-
tur, quod de residuo vitam non posset
transigere conuenienter secundum pro
prium statum: & negotia occurrentia.
Nullus enim inconuenienter viuere E
debet. Sed ad hoc tria sunt excipienda.
Quorum primum est quando aliquis
statum mutat puta per religionis in-
gressum. Tũc enim omnia sua propter
Christum largiens opus perfectionis
facit se in alio statu ponendo. Secundo
quando ea quæ sibi subtrahit, & si sint
necessaria ad conuenientiam vitæ ta-
men de facili resarciri possunt vt non
sequatur maximum inconueniẽs. Ter-
tio. quando occurreret extrema necess- F
sitas alicuius priuatæ personæ vel etiã
aliqua magna necessitas reipublicę. In
his enim casibus laudabiliter aliquis
prætermitteret id quod ad decentiam
sui status pertinere videtur, vt necessi-
tati maiori subueniret per hæc patet de
facili solutio ad obiecta. Hæc S. Tho.
Vbi nota primo, quod quando dicit
inordinatum autem esset: incipit loqui
de. b. non loquitur de. cap. de quo prius
immediate loquebatur. Nota secundo G
quod cum dicit sed ad hoc tria sunt ex
cipienda: ly hoc non demonstrat id
quod supra dixerat scilicet quod nõ est
præceptum dare eleemosynam de c. vt
consequenter intelligatur quod in illis
tribus casibus eleemosyna sit in præ-
cepto quia iste sensus est contra eum:
ibi & in quarto vbi expresse dicit vt pa
tebit quod in illis casibus est de consi-
lio. Sed ly hoc demonstrat id quod im-
mediate præmiserat scilicet, quod est H
inordinatum & illicitum viuere inde-
center secundum suum statum. Hoc
enim fallit in tribus casibus in quibus
licite hoc fit ideo dicit quod quis lau-
dabiliter facere aliqui autem textus ha
bent, sed ab hoc & non sed ad hoc. Et
hæc lectio magis congruit, & sensus est
planior. Item in quarta distinctio. xv.
q. secunda artic. quarto quæstiuncula

I prima quærit Sanct. Tho. vtrum eleemosyna sit danda de necessario: & respõdet sic formaliter. Respõdeo dicendum ad primam quæstionem quod de rebus existentibus dicitur aliquid nobis necessarium dupliciter. Vno modo sine quo non potest aliquis esse vel viuere. Alio modo dicitur aliquid nobis necessarium quo indigemus ad honestè viuendum vel decenter secundum statum nostrum. Sed talis decentia nõ
K consistit in aliquo indiuisibili, quia multis additis homo non excedit status sui conditionẽ & multis subtractis conditio sui status decenter conseruatur. Sed tantum posset addi quod esset vltra conditionem status eius. & tantum diminui quod non seruaretur honestas vel vltima sui status decentia. Et hoc sermone determinari non potest, quia de singularibus non est iudicium sed
L statur in hoc prudentis arbitrio & vnctioni quæ docet de omnibus hæc ille. Et infra. Illud ergo sine quo non potest esse vel viuere aliquis vel ipse vel ille cuius curam habet non debet in eleemosyna expendi. Hoc enim dicitur necessarium simpliciter quasi necessitate absoluta nisi forte posit ante quàm necessitas incumbat per alium modum reparari: quia iam excedit ab huius necessitatis ratione. Similiter etiam illud quo subtracto non potest seruari decen
M tia status aliquo modo sui vel suorum non debet aliquis in eleemosynas expendere nisi de facili reparari posit aut nisi aliquis statum mutare vellet: quia nullus debet indecenter in aliquo statu manere vel nisi necessitas alia præponderet vel alicuius persona spiritualis in necessitate vltima existentis, vel ecclesiæ vel rei publicæ: quia bonum gentis est diuinius quam bonum vnius.

Illud autem quo posito vel subtracto N nihilominus decentia status manet: potest in eleemosynam dari. Et de hoc est consilium non præceptum. Illud autem quod necessarium reputatur ad aliquid quod est, vltra decentiam status debet in eleemosynam dispensari: & hoc cadit sub præcepto. Hæc ille. Qui deinde arguit primo loco sic videtur, quod non sit danda eleemosyna de necessario quia secundum Augusti. pec- O
cat qui præpostere agit. Sed ordo charitatis hoc exigit: vt magis homo sibi quam alteri subueniat. ergo peccat subtrahendo sibi necessarium vt alteri tribuat. Ecce argumentum sequitur. Sol. Ad primum ergo dicendum quod si aliquis necessarium sine quo nullo modo esset aut decenter viuere posset sibi sub traheret, vt aliis daret ordinem charitatis subuerteret in beneficijs obseruandum. Non autem si de aliis sine quibus prædicta esse possunt alteri quàm P
sibi tribuat. quia virtuosi est de talibus bonis corporalibus plus aliis quam sibi tribuere vt in nono. Ethi. philosophus dixit. Hæc ille. Ex quibus patet quod dare. c. &. b. est consilium tantum.

QVANTVM AD TERtium arguitur ex dictis San. Thom. contra prędicta quia Q
aliqua dicit quæ videntur prædictis repugnare. Nam quarta distinctio. & quæstione vbi supra articu. primo quæstiuncula quarta, in qua quærit vtrum eleemosyna cadat sub præcepto: sic respondet. Ad quartam quæstionem dicendum quod cum eleemosyna sit actus virtutis: oportet quod aliquo modo cadat sub præcepto: quia præcepta legislatoris ad virtutem inducere intendũt vt dicit secundo Ethi. Hæc

A Hæc ille. Et infra. Ordo autem subuentionis talis debet esse quantum ad duo ex parte eorum quibus subuenitur vt primo sibi postea sibi coniunctis subueniat deinde extraneis. Secundo ex parte necessitatis talis debet esse ordo: vt prius necessitati absolute subueniatur quam alicui necessitati conditionatæ: quæ est cum quis indiget aliquo ad sui status decentem cõseruationem. Et ideo præceptum legis ad hoc obligat vt illud quod supereſt alicui post subuentionem perfectam & sibi con- B
iunctis, puta familia quam gubernare debet respectu vtriusque necessitatis in eleemosynas expendat ad subuenien- C
dum aliis respectu vtriusque dictarum necessitatum. Sicut natura illud quod sibi de alimento superfluit: ab actu nutritiuæ in quo attenditur quasi necessitas absoluta: & actu augmentatiue in quo attenditur quasi necessitas conditionata præparat ad conseruationem speciei: generatiua virtuti subministrans. Et similiter præceptum legis obligat quod etiam necessitati extraneorum absolute primo subueniatur: quàm necessitati proprie vel propinquorum conditionate. Et ideo dicitur communiter quod dare eleemosynam de superfluo cadit in præcepto. Et si- D
militer etiam dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate. Dare autem de eo quod est necessarium videlicet, necessitate secunda non autem de eo quod est necessarium necessitate prima quia hoc esset contra ordinem charitatis. Hæc ille. Ex his autem arguitur sic. Nam præceptum legis obligat ad subueniendum prius necessitati absolute extraneorum quam necessitati proprie vel propinquorum conditionate vt dicit Sanct. Thom. hoc autem non esset nisi esset præceptum E
vt quis in extrema necessitate daret necessaria sibi ad decentiam. Sol. Dico primo quod Sanctus Thom. in summa. multa limitauit quæ ex aliorum opinionibus dixerat in sententiis, & secundum aliquos hoc est vnum: ideoque standum est dictis secunda secundæ. Dico secundo & melius quod etiã in quarto sensit: quod non sit præceptum eleemosynam facere de ipso. b. vel. c. vt patuit: quæ autem hic dicit intelliguntur in casu quo potest esse reseruatio vt sit sensus. Quando quis habet aliqua danda in eleemosynam: cæteris paribus prius suis debet subuenire quam alienis: sed præponderata necessitate: debet esse è conuerso: sicut habenti vestem indecentem afferantur decem aurei: si tunc occurrat fratri extrema necessitas illi necessitati fratris absolute habet occurrere, G
quam suæ conditionate: si statim ista, decem potest resarcire ne magnum inconueniens appareat, quod si non potest resarcire nec euadere sine magna indecentia non tenetur ex necessitate. Vnde ista debent intelligi concorditer ad ea quæ dicuntur in secunda secundæ & quæ subiungit ibi in quarto in locis multis. Et quod sic senserit patet ex tribus. Primo: quia vt ex superioribus patet: vbique tam in summa quam H
in sententiis tenet quod de necessario ad decentiam non est necessarium nec licitum facere eleemosynam nisi illud posit statim resarciri vel &c. Et de hoc est textus forma. in. c. eleemosyna xxiij. q. viij. & adde gloss. notabi. & ibi Aegidius gloss. j. super verbo non licet. decima distinctione. vbi late videas. Secundo quia statim post illa verba in responsione ad primũ dici sic. Ad I

pri

I primum dicẽdum: quòd facere aliquid boni ad quod ex legis pręcepto non tenemur: ad supererogationem pertinet: de qua consilia dantur. Et ideo cum dare aliquid de superfluo respectu primæ necessitatis sed necessario secunda necessitate ad subueniendum maiori neneſsitati & si non sit necessitas absoluta: est bonum ad quod ex pręcepto non obligamur. Ideo est supererogationis & propter hoc de hoc est cõsilium. H ęc
K ille. Et si dicatur quod loquitur quando pauper non habet extremam necessitatem neque absolutam dico quòd verum est: de extrema & absoluta iam posita in actu: sed tamen loquitur de extrema mox futura cuius iam apparent signa. quod patet. Tum quia istam necessitatem dicit maiorem quã decentiæ. Tum quia secundùm eum vbique non est præceptum dare eleemosynam propter necessitatem decentiæ precise
L alioqui omnes damnaretur. Et ibidem ad quartũ dicit. Tempus ad quod obligat præceptum de eleemosynis faciendis ex parte accipientis est quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ nisi ei subueniatur: vt cum aliquis videt alios impotentes vel pigros ad subueniendum, & pauperem indigentem cibo & potu, & aliis vitæ
M necessariis: nec sibi satisfacere posse: nõ enim expectanda est vltima necessitas quia tunc forte non posset iuuari natura fame vel siti consumpta. Ex parte vero dantis est quando habet homo multa quibus non indiget neque ad sustentationem vitę sui & suorum: neque ad decentam statꝰ sui conseruationem: etiam si pauperes extremæ necessitatis non comparent, Hæc ille. Vbi non intelligas quòd habens superflua teneatur omnibus pauperibus dare nisi iu-

necessitate extrema vel quasi ideſt quã N
do est mox futura & iam apparet. alioqui si quis teneretur subuenire indecẽtiæ omnium pauperum petentium, nullus saluaretur. Vnde quod dicit etiam si pauperes extremæ necessitatis non compareat: sic intellige sicut prius ipse posuerat scilicet quia adhuc non sunt in necessitate extrema, sed tamen iam habent signa eius mox futuræ. Tertio: quia sequendo exemplum eius: patet quòd natura id quod est necessarium O
augmento proprio non administrat generatiuę, vt patet in brutis & hominibus bene regulatis, & si non in vitiosis qui plus coeunt quàm natura requirat non ex naturali inclinatiõe sed ex phãtasia prouocante naturam. Secundo arguitur, quia sic se habet necessarium ad necessariam sicut necessitas ad necessitatem, quia scilicet si de minus necessario tenetur quis subuenire minori necessitati: etiam maiori tenebitur de ne- P
cessario magis. Sed de superfluo tenetur quis etiam extraneam necessitatem scilicet si pauperes extraneæ necessitatis non compareant vt dicit Sanct. Tho. Ergo in necessitate extrema tenetur de necessario ad decentiam so. Intendit Sanct. Thom. pauperes extremæ necessitatis non comparere quando extrema necessitas est futura: sed probabilia signa eius sunt prẽsentia. Et eodem mo-
do vt dictum est quando supra dixit Q
quòd dare aliquid superfluum respectu primæ necessitatis. sed necessariũ secunda necessitate ad subueniendum maiori necessitati etiam si non sit absoluta &c. intelligit quòd necessitas non absoluta. & tamen maior quàm necessitas decentiæ: sit quando non adest necessitas extrema quę est absoluta: sed assunt signa eius probabilia. Vnde extra ne

A tra necessitatem extremam: vel quasi nullus tenetur eleemosynam dare sub præcepto. Et nota quòd extrema necessitas secundùm Pe. de. pal. non solum intelligitur quando homo est in periculo mortis: sed etiam grauis infirmitatis Tertio arguitur. quia secundùm eum in necessitate extrema omnia sunt cõmunia, quod non esset nisi &c. sol. Sunt communia tunc omnia quæ dare est
B præceptum: non autem necessaria absolute: quia est contra rationem quòd surripias mihi panem meum: eo casu quo est mihi æque: vt ibi necessarius: puta quando alter ex nobis fame esset moriturus. Sunt forte etiam communia ea quæ dare est consilium: sic quòd tibi licet surripere illa nec tamen ego dare te
C neor. Verumtamẽ potius morerer quã cogerem aliquem viuere indecenter. Quarto. Nam Sanct. Tho. vj. quodlibet. arg. xij. dicit: quòd in casu necessi-
D tatis cadit sub præcepto dare omnia sua pauperibus. So. Illa necessitas non est corporalis: sed spiritualis puta pro animæ salute.

QVANTVM AD QVARtum hactenus in ordine prædi. intellexerunt communiter doctores Sanct. Tho. eo modo quo ex Posuit scilicet quod de necessario ad decentiam non sit præceptum facere eleemosynam nisi eo casu quo id quod datur iam excidit à ratione talis necessarii. Hoc autem patet de Petro de tarantasia. iiij. dist. xvj. qui licet non sic intellexerit. Sanct. Th. tamen ipse tenuit. & Sanctus Thom. videtur ipsum esse imitatum & summa confes. lib. iij. ti. vij. & summa pisana titu. elemosyna primo. §. iij. & de archiep. ij. parte. ti. j. c. xxiiij. §. vlti. & peñ. Nec obstat si durandus est ordi. prædicatorum & sensit oppositũ E
quia hoc dicit ex sensu suo & non ex mente. Sanct. Tho. sicut & Pe. de Pal. qui oppositum tenet adducens exemplum de Martino qui cum sua indecentia pauperem vestiuit: sed ideo illud factum non fuisset præcepti sed consilii: alioqui non fuisse tantum à christo cõmendatum. Duo autem videtur Sanct. Thom. aliter intellexisse scilicet. Nider & Raynerius tenentes opinionem Petri de pal. Hæc autem iuxta mentem
F antiquorum doctorum thomistarum dicta sunt quorum opinio aliquando mihi videbatur probabilior moderniores autem vt Raynerius in sum. & Io. nider vt dictum est: & vt videtur bonæ memo. magister Petrus bergomens. & communiter docti adhuc viuentes sentiunt quòd in casu extremæ necessitatis: necessario sit ęleemosyna facienda de. b. Ex quorum mente quæstionem sic pertracto. ¶ Prima conclusio. Habens de superfluo ad viuere licet sit necessa- G
rium ad decenter viuere: tenetur sub pręcepto dare existẽti in extrema necessitate. Patet conclusio. iiij. di. xv. quæst. ij. arti. j. quæstio. iiij. in corpore vbi dicitur quòd tenetur quis prius subuenire necessitati absolute proximi: quàm suæ conditionatè: & quòd præceptum legis est vt quis det de necessario ad decentiam: patet etiam ratione: quia tenemur magis vitam proximi: quàm res
H nostras: & nostram corporalem decentiam amare: cum sit obiectum dignius. Et licet viro nobili sit grauius morte viuere indecenter propter suam imprudentiam, vel negligentiam, vel violentiam, secus propter fraternam pietatẽ, nisi indicando fallatur. ¶ Secunda conclusio dare ęleemosynam de toto. b. nõ extrema necessitate: neque est de præcepto neque de consilio: sed est illicitũ

quia

I quia nulli licet in quo ſtatu viuere indecenter: niſi propter maiorem alterius neceſsitatem.

¶ Tertia concluſio. Dare aliquid de. b. extra neceſsitatem extremam eſt conſilium: quia perfectionis eſt plus alii quã ſibi de temporalibus velle: vt alius viuat ſe decentius.

¶ Quarta. Nihil habens ſuperfluum ad decenter viuere nec ad viuere nulli tenetur æleemoſynam facere de præcepto niſi in caſu quo iuuaretur reſp. aut perſona reip. ſe vtilior quia nunc eſt de conſilio eo quòd bonum ſit pro communi ſalute exponere vitam ſuam.

¶ Quinta concluſio. Habens de ſuperfluo ad decentiam tenetur dare ſub pręcepto vbi ad eſt neceſsitas decentiæ licet non adſit extrema. iiij. vbi ſuprà ad quartum. Sed contra prædicta arguitur. j. Nam ſic eſt vera prima & vltima concluſio: malè ſupra determinaſſet. S. Tho. tempus in quo obligat præceptũ de æleemoſyna: dicens quòd eſt quando dans habet ſuperflua vtrique neceſsitate: & accipiens eſt in extrema neceſsitate &c. Sol. Duo ſunt danda in æleemoſyna ſcilicet ſuperfluum ad viuere & ad decenter viuere. Duæ ſunt etiam neceſsitates quibus dandum eſt ſcilicet neceſsitas extrema: & decentiæ. Sanct. Thom. ergo ex parte dantis aſsignat tempus in quo tenetur dare omni neceſsitati: quia illud eſt cum quis habet vtrunque ſuperfluum: non autem cum quis habet ſuperfluum ſolum ad viuere quia non tenetur dare neceſsitati decentiæ. non autem aſsignat illud in quo tenetur dare alteri neceſsitati: non autem omni: quia illud eſt etiam ſi non habeatur ſuperfiuum ad decenter viuere vt in extrema neceſsitate. Similiter ex parte accipientis aſsignat tempus in quo debet accipere à quolibet haben te danda. quia illud eſt etiam in extrema neceſsitate: non autem aſsignat illud in qui debet accipere ab aliquo: ſed non ab omni quia illud eſt etiam in neceſsitate decentiæ in quo debet accipere ab habente ſuperflua ad decentiam. Sed contra: quia peccabit mortaliter omnis diues videns pauperem indecenter indutum & ſic omnes damnamur. ſo. Dico dupliciter. Primo quòd neſcio videre quomodo diues habens multa ſuperflua ad decentiam: quæ facilime pro vna ſua voluptate aut ambitioſe exponeretur multa poſsit habere charitatis viſcera: cum videt pauperes laceratos: & non compatitur. Nec tamẽ omnes nec valde multi propter hæc dãnantur: quia non ſunt valde multi habentes tantum de ſuperfluo: vt illud non poſsit credere neceſſarium ad ſuã decentiam. Secundo: fortè dici poteſt quòd licet cum quis eſt in cadendo ad ſtatum paupertatis teneantur habentes ſuperfluum ad decentiam ſubſtentare illum ne cadat poſtquàm tamen cecidit & iam eſt in ſtatu paupertatis: non tenetur ei prouidere decentia niſi tanquàm pauperi: puta ſi videatur eum nudas carnes prætendentem: operiendo illum. Item cõtra: quia. Sanct. Tho. quodl. viij. arg. xij. dicit quòd habens ſuperflua ad decentiam non peccat mortaliter non dando pauperi qui non eſt in extrema neceſsitate ergo non tenetur dare habenti neceſsitatem decentiæ tantum ſo. Illud dictum eſt verum quando ideo illi non dat: quia credit quòd ſibi occurrat aliquando maior neceſsitas. Vnde ſi habens neceſsitatem decentiæ petat à tali: & ille non vero ſimiliter putet quòd melius diſpenſabit æleemoſynam ſuam tunc non tenetur dare

illi. Item contra. quia dicit Sanct. Thom. in. ij. ij. quòd dare. c. eſt conſilium non præceptum. & multominus præceptum eſt dare. b. Sol. Illud dicit non eſſe præceptum: quia non obligatur quis illud dare pro qualibet neceſsitate licet conſilium ſit dare pro neceſsitate decentiæ: cum quo ſtat quòd ſic præceptum vt detur pro aliqua neceſsitate ideſt pro extrema. Item contra: quia ibi dicit quòd dare b. eſt laudabile. So. Etiam laudabile eſt ponere vitã corporaliter noſtram pro ſpirituali proximi: quod tamen non eſt de præcepto. Quia enim dixerat quòd non licet viuere indecenter excepit tres caſus in quibus decet indecenter viuere cum quo ſtat quòd in aliquo eorum hoc ſit præceptum. Item contra: quia in. iiij. dicit: quòd dare neceſſarium ad decentiã ad ſubueniendum neceſsitati maiori eſt conſilium. Sed iſta maior neceſsitas eſt extrema ergo &c. Sol. iſta neceſsitas maior quàm decentiæ non eſt extrema: quia neceſsitas decentiæ habet gradus. Vnde ibi ſubditur: quòd non eſt abſoluta. Habet autem ſecunda Thomiſtarum opinio veritatem vt credo. licet aliquando aliam ſim locutus.

Caſus. lviij.

QVAERITVR. LVIII Vtrum ſit ſimonia necne in ſequentibus contractibus. Petrus enim de furno volens animæ ſuæ nunc & in poſterum prouidere conuocat capitulum conuentus & monaſterii dicens ſe velle in eccleſia eius erigere altare & ei aſsignare libras quinquaginta annui & perennis redditus: hac lege vt dictus conuentus teneatur ſingulo die in eo miſſam celebrare: & ſingulo anno anniuerſarium facere pro ſe & ſuis defunctis requirens an hac lege velit dictum capitulum dictum reditu acceptare qui recuſantem tandem concordant in libris quinquaginta quinque. Henricus vero deputeo motus eo fine quo Petrus accercito tabellione ac teſtibus donat alteri exigendo ius exigendi a ſe & ſuis hæredibus libras quinquaginta quinque anni & perpetui reditus: hac lege: vt ſi dictum capitulum hunc reditum percipere voluerit: teneatur celebrare miſſam & facere anniuerſarium vt ſupra Deinde requirit dictum capitulum an velit hunc reditum cum hoc onere ſuſcipere: & reſpondet quòd ſic: & ad hoc ſe promiſſione vel pacto vel inſtrumento obligat. I gitur ad hoc quæſitum reſpondeo duo faciendo. Primo enim præmitto ea ex quibus ſoluitur dubitatio: & ſecũdo dico ad caſum. Quantum ad primũ ex doctrina ſancti Thomæ. ij. ij. quæſt. c. & iiij. diſtinctione. xxv. & quodlib. octauo quæſtione ſexta articul. primo ſi reſpondetur. Sciendum eſt igitur quòd vt clare ſecunda ſecundæ articu. j. & quarto ſententiarum etiam articu. j. quæſtione prima colligitur: ſpirituale eſt duplex ſcilicet primo per eſſentiam: vt gratiam & virtutes quod vt dicitur quarto vbi ſupra ad tertium nullo modo vendi poteſt nec ſnper eo poteſt cadere deliberata voluntas emptionis & intellige recte ſentiendo. Et ſecundo per cauſam. Et hoc eſt duplex ſcilicet primum quod eſt ſpiritualis gratiæ cauſa vt ſacramenta & ſecundum ideſt actus qui ex ſpirituali gratia & ſacro officio procedit: & ad ſpiritualem gratiam diſponit. In diffinitione autem ſimoniæ ſumitur ſpirituale per caſum: vt dicit quarto vbi ſupra ad quintum. Et hoc,

ſpiri

I spirituale vt dicitur ibi ad tertium: inquantum est corporale habet quādam speciem quæ veudi potest: quamuis nō ex hoc quod est spirituale. Sciendum est secundo quòd vt dicit quarto art.ij. q.iij. sicut spirituale quòd sub pretio poni non debet est duplex. s. ipsa sacramenta & actus competentes ex officio sacro. ita duplex est annexum spirituali. s. ipsis sacramētis vt vasa sacra & huiusmodi: & officiis sacris. vt decimæ &

K iuspatronatus. Sciendum tertio: quòd sacrum per causam quasi causa gratię: nullo modo vendi potest vt vbique dicit. Vnde dicit. ij. ij. art. ij. ad secundum quòd sacerdos non accipit pecuniam quasi pretium consecrationis eucharistiæ aut missæ cantatæ: hoc enim esset simoniacum: sed quasi stipendium suæ sustentationis. Hæc ibi. Et. iiij. artic. ij. q. j. ad quartum sic dicit. Facere pactionem de missa celebranda est simonia-

L cum semper. Si tamen sacerdos non habet alios sumptus & non tenetur ex officio missam cantare: potest accipere denarios: sicut cōductitii sacerdotes faciunt non quasi pretiū missæ: sed quasi sustentamentum vitæ. Hæc ibi. Et hoc non intelligas interueniēte pacto. quia hoc esset ipso facto vendere missam: quia vt dicit. ij. ij. art. j. ad quintum nomine emptionis & venditionis intelli-

M gitur omnis contractus non gratuitus. Hæc ibi. Et quarto art. ij. ad primum dicit quòd non licet pacisci pro anniuersario dicendo vt patebit: & consequenter nec promissa. Sed contra hoc arguitur sic: quia extra de præbend. in c. significatum. dicitur quosdam canonicos cuidam sacerdoti præbēdam dedisse in ecclesia vt missam de beata virgine quotidie celebraret: & papa illam pactionem confirmauit. Ergo licite sacramenta: & vendi & emi possunt. Sol. N Ad hoc. S. Tho. iiij. art. ij. q. j. ad quintū sic dicit. Ibi non fuit aliqua pactio: sed illi præbendæ annexum fuit illud officium cantandi missam talem. Hæc ibi. Idem autem sentit Anto. de but. & glo. Sciendum est quarto quòd sacrum per causam quasi causatum à sacro officio vel spirituali gratia sunt actus ministrorum ecclesiæ spirituales. Sicut autem dicit. viij. quodlib. c. vj. art. j. &. iiij. art. ij. q. ij. Actus dicitur spiritualis du- O pliciter primo quātum ad principium: quia. s. alicui conuenit ex spirituali dono vel officio, vt episcopo consecrare basilicas, & diacono legere Euāgelium. Et secundo ex parte finis tantum: vt quando per illum ad aliquod spirituale peruenitur, vt docere artes liberales: quod etiam gentilibus cōuenit. Inprimis igitur vt dicitur quarto vbi supra. nō licet sine simonia locare opera sua: P sed potest aliquid recipi in sustētationem vitæ, in secūdis autem potest quis emere vel vendere opera sua: sed non illud spirituale quod ex eis acquiritur. Hęc ibi. Et ad primum ibi dicit sic. Anniuersarium celebrare est spirituale actus primo modo, & ideo nullo modo licet pacisci pro eo celebrando, sed tamen cum ex deuotione aliquid datur ecclesiæ tenetur celebrare pro illis pro quibus erogatur. Hęc ibi. Et. ij. ij. art. iij. Q ad secundum dicit sic. Aliqua temporalia dantur Deum laudantibus siue pro viuis siue pro mortuis: non quasi pretium sed quasi sustentationis stipendium. & eo etiam tenere pro processionibus faciēdis in aliquo funere aliquæ eleemosynæ, recipiuntur. Si autem huiusmodi pacto interueniente fiant: aut etiam cum intentione emptionis & vēditionis simoniacum esset. Hæc ibi. Vbi nota

A nota quòd dictum est. s. quòd quæ licite pro spiritualibus suscipiuntur in sustentamentum vitæ necessario sine pacto accipiuntur. Sciendum est quinto quo ad annexa spiritualibus vt dicitur ij. ij. art. iiij. quòd eis aliquid est annexum dupliciter. Primo sicut ex spiritualibus dependens vt beneficium ecclesiasticum quod habere non licet nisi habenti beneficium clericale. Et secun-

B do sicut ad spiritualia ordinatum: vt iuspatronatus quod ordinatur ad præsentandum clericos beneficio ecclesiastico: & vasa sacra quæ ordinantur ad vsum sacramētorum. Primo modo annexa nullo modo vendere licet: quia sine spiritualibus esse non possunt: & eis vēditis illa vendi intelliguntur. Reliqua autem vendi possunt (sed non inquantum annexa) quia non præsupponunt spiritualia. sed ea tēpore ordinis præcedunt. Hæc ibi quasi verbotenus.

QVANTVM VERO AD secundum nunc respondeo ad casum & dico multa. Primo enim dico quòd in spirituali secundo modo quia. s. ex spirituali. i. super naturali dono vel officio dependet cuiusmodi est anniuersaria celebrare: vt dictum est: quantum ad Deum & conscientiam sufficit ad cuitandam simoniam quòd quis non intēdat aliquid accipere pro tali actu quasi C pretio vendendo actum suum. Quod patet quia in dicto quodlib. S. Tho. tenet quòd vadēs ad ecclesiam aliās non iturus non committit simoniam: si intendat pecuniam vt sustentamentum non vt pretium. Sed quo ad ecclesiam illud non sufficit: quia si quis paciscatur (quamuis non intendat nisi victum suum) quo ad ecclesiam est simoniacus: & subiacet pœnis illatis à iure. Vnde dicit. ij. ij. artic. ad secundum lo- E quens de actibus istis sic. Vnde illicita esset ordinatio si in aliqua ecclesia statueretur quòd non fieret processio in funere alicuius: nisi solueret certam pecuniæ quantitatem: quia per statutum tale præcluderetur magis officiū pietatis. Magis autem licita esset ordinatio si statueretur quòd omnibus certam eleemosynam dantibus talis honor exhiberetur. Prima enim ordinatio habet speciem exactionis. Secunda ve- F ro gratuite recompensationis. Hæc ibi. Et idem dicit Ray. dicens quòd si in talibus constitutio sit affirmatiua vt qui fecerit sic habeat sic: non est simoniaca: sicut si sit negatiua: vt qui non fecerit sic non habeat sic. Hæc ille. Et idem tenet sum. angelica. titu. Simonia. iij. §. x. addens quòd ideo constitutio negatiua habet speciem exactionis: quia prę- supponit quòd pro minori non fiat: nō autem affirmatiua: quia non negatur G quinetiam fiat pro non sic facientibus. Ex quibus patet id quod dictum est: quia. s. quo ad ecclesiam non sufficit bona & recta intentio. Quia de ea non se impedit. Certum est enim quòd statuentes tam negatiue quàm affirmatiue possunt eandem intentionem habere: & tamen illi iudicantur simoniaci & non isti propter verborum formam.

¶ Dico secundo corollarie sequi ex hoc dicto quòd simoniaca est constitutio H qua statuit capitulum ecclesiæ matricis: ne aliquis de sua parochia ad funus vocet aliquos religiosos nisi vocet totum capitulum: habiturum aliquid tēporale quod tamen vocare non tenetur. Est enim negatiua constitutio. Est etiam hæc constitutio contra ecclesiasticam libertatem quæ secundum Innocentium violatur quoties violatur

I priuilegium concessum vniuersali ecclesiæ cuiusmodi est posse diuinas laudes circa funera persoluere tanquàm Dei ministros & inde per eleemosynas gratuitas recompensationem recipere. Cuius signum est: quia violatur ecclesiastica libertas si statuatur aliquid restringẽdo funeraria vt quod solum tot cerei portentur vel huiusmodi vt dicit Archie. & Panor. Et addit Zab. violatur dicta libertas inquantum particularis ecclesia grauatur in priuilegio vniuersalis ecclesiæ. Et tanto hoc est deterius: quanto gravamen ecclesiæ ab ecclesia infertur: ac si idem non seipsum amet. Sicut enim secundum. S. Thom. in. ij. melius est (ceteris paribus) bene facere amico & coniunctiori quàm aliis: ita è conuerso peius est ei male facere. Dico tertio quòd prima forma casus est simoniaca: quia ibi est pactum: quod patet ex diffinitione eius: cum pactum sit duorum pluriúmve in idem placitum seu consensus. ff. de pactis. l. prima. Dico quarto quòd forma secunda est licita: quia non est pactum sed donatio reditus cum onere faciendi anniuersarium. Hoc autem patet: quia in casu supra allegato de præbenda cui alligatum est onus cantandi missam nulla fuit factio secundum. S. Thomam. & alios. Est autem simile de hoc vt dicit Hostien. qui dicit expressè in cap. quoniam enormis. extra ne prælat. vi. su. quòd tale onus potest annecti reditibus. dicit tamen tutius fore relinquere sic. Relinquo tali ecclesiæ annuatim decem libras super tali possessione diuidẽdas inter eos solummodo qui meo anniuersario interreunt: & rogo vt fiat omni anno. Licet autem hoc sit tutius. tamen secundum. S. Thomam, non tenemur eligere viam tutiorem sed sufficit eligere tutam. ¶ Sed contra præ- N determinata arguitur multipliciter. Primo sic. Nam in secunda forma est pactum vel erit. s. quando dictus conuentus acceptabit: quia ibi est pollicitatio qua ille pollicetur in posterum se daturum talem reditum. Pollicitatio autem transit in pactum quando per nuntium vel literas acceptatur: quia iam ibi est duorum cõsensus. l. pactum. ff. de pollicitat. Ergo secunda forma est simoniaca. Sol. ibi non est pollicitatio O sed donatio inter viuos quia donatur ius exigendi quotannis de bonis suis quinquagintaquinque libras. Et idem est si quid sit sub prædicta forma secunda legatum. Secundo. Nam secundum Innoc. in. c. quoniã enormi. licet sit meritorium aliquos reditus cõstitui in ecclesia vt ibi fiat anniuersarium pro aliquo tamen hoc non potest cõstitui per donationem quia non licet ei apponere conditiones spirituales: sed potest P constitui per eos qui habent anniuersarium facere. Et allegat capitulum significante. extra de præbend. vbi. s. dicitur quòd canonici instituentes dictam præbendam petiuerunt confirmationem à pontifice. Ergo secunda forma non licet. Solu. Illud onus vel ista conditio potest institui & apponi à cõstituente reditum nec dicti canonici petiuerunt confirmationem: nisi quia du- Q bitabant vel non credebant se id posse facere vt ille contractus esset ratus: vt innuit Ioan. And. Papa vero confirmauit non approbando malum: sed id quod licite factum est stabiliendo. ¶ Nunc vero iam non est dubium ex quo Papa sic approbauit: & ideo ratio non sequitur. Et præterea non est simile quo ad hoc de beneficio vel reditu ecclesiastico cuius. s. dispẽsator est Papa vel

vel episcopus: & de reditu isto qui noviter instituitur à laico: qui. s. non est in dispensatione prædictorum nisi post constitutionem. Tertio nam licet sacerdoti locare opera sua secũdum glo. in. c. significatum. extra de præbend. & secundum Abbat. ibi. & in. c. quoniam enor. extra ne præla. vi. su. & in. c. tua nos. extra de simo. Ergo licet ei paciscI de anniuersario: & consequenter prima forma est licita. Solut. Dico primo quòd secundum be. Thom. in quodam quodlib. & Archiepi. florent. in. ij. par. tit. j. in his quæ sunt de iure diuino stan dum est magis sententiæ theologorum vt bene probat. S. Thom. Et licet Petr. de Anchar. hoc neget tamen ei non stat: quia nimis faust iuri positiuo. Vnde Anto. de Butrio magnus decretalista sentit cum sancto Thoma. Vnde & experientia docet quòd in prædictis canonistæ multum & interdum ineptiS fimè falluntur: vt in materia de voto: & de simo. in qua multi dicunt multa falsa & repugnantia: quia diffinitiones non intelligunt: vt alias ostenderetur & patet ex dictis Abbatis in c. literaturam. extra de voto & vo. reden. Standum est igitur. S. Thomæ dicenti quòd non licet sacerdoti locare opera sua in actibus spiritualibus ex parte principii. Et si contra hoc dicatur quòd secundum sanctam Thomam, aliqui sacerdotes licite conducuntur. vt ex dictis patet. Dico quòd illa conductio non est emendo aut vendendo vel paciscendo quia probatum est quòd cum ipse dicit aliquos licite spiritualibus percipere aliquod temporale sustentamentum intelligitur deducto pacto. Vnde ista conductio est per modum eleemosynæ. Sicut enim non est simoniaca: & consequenter nec cum pacto constitutio affirmata: ita nec talis con- R ductio qua dicatur. si volueris esse mecum dabo tibi hoc & illud: & sacerdos hoc acceptat vt intelligatur conduci ad annum: sicut quis conducitur ad diem sic. Domine do vobis vel dabo talem eleemosynam, celebretis hodie pro me & sacerdos hoc acceptat licite etiam si alias non esset pro eo celebraturus cum non teneatur. Si autem vellet dicere. nolo celebrare pro tanto: detis mihi tantum. iam incidit pactio. nec F ille videtur dare eleemosynaliter: nec iste amore & gratis celebrare. Et simile est de conductione ad annum quantum ad actus spirituales ratione principii & si non quantum ad alios. Et confirmat hoc: quia Bartol. pisa. magnus theologus & legista & canonista. titu. simonia. j. §. xxv. cum recitasset dictum Ray. dicentis. Licet sacerdoti locare opera sua & aliquid exigere pro processione ad quam non tenetur: sub- G iungit quòd in omnibus istis debet ipse gratis officiare. licet aliquid recipiat pro sumptibus quod ego sic intelligo: quia si ad talia non tenetur potest licite aliquid recipere sine quo talia nõ faceret dummodo cesset pactum: non autem qui ad ea tenetur & cum hoc est diues. Dico secundo ad principale argumentum quòd est quòd nõ sit in hac materia standum theologo: tamen standum est canonistis cõsentientibus theo- H logo præcipue si sint plures & solenniores. Contra Abbatem autem sunt Innocent. & Hostien. in cap. tertio. ne præla. vj. cum quibus videtur esse Io. Andr. qui eos adducit in cap. significatum. nihil eis addens. Dicit enim Inno. quòd sacerdos suis parochianis non potest vendere spirituale: etiam si indigeret: sed non suis potest locare corpo-

ralia opera.non autem ſpiritualia. Et caueat inquit nec iſti cõtractus quo ad intentionẽ:& verba miſceantur.Et per opera corporalia intelligit ea quæ à ſpirituali dono non ſunt vt ſcribere & docere grãmaticã vel huiuſmodi.Motiua aũt abbatis ſunt hæc.Nam primo beneficia inquit dantur propter officia Solut.tamen non dantur ex pacto niſi ſimoniacè. Secundo quia inquit manſionarii pro ſeruitio ſpirituali recipiũt
R temporale.So.Si iſta recipiunt ex pacto: eſt ſimonia : vt dictum eſt.Tertio. Nam vicario epiſcopi conſtituitur certa portio:& non pro ſeruitiis temporalibus:vt patet inquit in.c.cum ex eo. de elec.libr.vj.& in.c.peruenit.de app. ſol.Pro ſeruitiis ſpiritualibus ex parte finis poſt habere ſalarium ex pacto & vendendo opera ſua:ſed pro ſpiritualibus ex parte principii poteſt illud habere ex taxatione ſuperioris ſine pacto.
L Quarto.Nam poteſt recipere recompenſationem damnorum quæ ſuſtinet. Solut.Eſto ꝙ ſacerdos qui lucratur in ſcribendo:& de hoc viuit poſsit in pactum deducere hoc damnum: ex hoc non habetur ꝙ poſsit locare opera ſua pro actibus dependentibus a ſuper naturali doño. Dico vltimo ad argumentum ꝙ eſto quod verum dicat Abbas: hoc etiam ſecundum eum non eſt licitum:niſi ſacerdoti qui nõ poteſt aliun
M de haberevnde honeſte viuat. Vnde nõ licebit clericis quibus interdum paupertas eſſet animæ ſanitas & delitiæ miniſtrant luxutiæ & vanitatum fomenta. Ex eis patet ꝙ dicentes ſecundũ ſan.Tho.licere paciſci pro anniuerſario dicendo : aut illum non viderunt aut non intellexerunt.Et cum eo ſentit Ricar.in.iiij.& communiter omnes theologi.

Caſus.lix.

QVAERITVR QVINquaſimonono.Vtrum illa ſpina quam vincentem tãquam Chriſti ſanguine cruentatam veneran
tur ampliori reuerentia quàm beata virgo proſequenda ſit? Reſpõ.Omiſſa tacita quæſtione an ſcilicet quippiam ſanguinis Chriſti reperiri poſsit in ter
O ra & ſuppoſita veritate huius ſpinæ:de qua nullus ſanę mentis poteſt ambige re:cum id ſcripturæ publicæ autentica tæ teſtentur:dico ſecundum ſanctũ doctorem.ij.ij.q.clij.&.q.xviij.&.iij. diſt. ix.ꝙ triplex eſt honor ſeu adoratio:dulia.ſ.hyperduliæ : ac latriæ. Dulia eſt virtus qua honorem virtuti debitum ſuperioribus creaturis rependimus. Dulia quippe ſeruitutem ſonat.Sumitur autem dupliciter,communiter ſcilicet pro omni honore exhibito ſuperiori:ſiue Deus : ſiue Angelos:ſiue homo ſit & proprie pro honore vt diximus exhibito ſuperioribus creaturis:ſic vero multas habet ſpecies. Aliter enim patrem : & aliter regem honoramus. Vnde ſumitur tertio pro honore quem ſeruus exhibet domino ſuo vel pater filio.& huiuſmodi. Dulia ergo omnẽ ra-
Q tionalem creaturam veneramur : niſi damnata ſit id eſt, in malo obſtinata. Quelibet enim rationalis natura non habet.aut habere poteſt Dei gratiam & virtutem.Quemlibet ergo angelum & hominem non damnatum dulia veneramur poſsibiliter maxime vero pſuies ac dominos:qui virtuti conſeruãdæ & ad generandæ præficiuntur : niſi ſint in actu peccati manifeſtè : ſic enim aliqd habenꝫ honori cõtrariũ. Diuites vero ꝓpter diuitias honorare eo honore cuius diuitię ſunt cauſę.i.quoad exteriorem conuictum peccatum non eſt ſunt enim altiores in republica & ipſe diuitiæ ſunt adinuenta virtutis. Reliquias : vero ſanctorum ac veſtes ſimiliter , veneramur tanquam ſanctorum aliquid & ſemper viuentis animæ corporeum inſtrumentum.Hyperdulia vero ſupradulia vel excelliens dulia eſt. Eſt enim vt idem dicit virtus qua creaturas deo ſpirituali modo con
8 iunctas honoramus : tales enim ſupremum gradum in entibus tenent:vt ſic. Vnde ſuprema duliæ ſpecie que hyper vel ſuper dulia dicitur veneramur.

¶ Ad horum vero intellectum ſciendũ eſt quod ille modus quo Deo per virtutem creatura iungitur omnibus honorandis communis eſt. Præter hunc autem ſpecialem habent quædam vt beata virgo quę non ſolum virtute ſed etiam internitate Deo coniuncta eſt. Ideo hanc ſicut dulia ſecundum ſe :ita
C hyperdulia vt mater Chriſti veneramur.Ipſam etiam Chriſti humanitatẽ & patibulum crucis iſto honore adoramus.Latria vero eſt virtus qua Deum honore congruo proſequimur tanquã. ſ.omnium bonorum principem.Sic autem honoramus primo quidem ſanctã Trinitatem,deinde verò humanitatem verbi incarnati ratione vnitæ deitatis (quamuis ſecũdum ſe adoretur hyper-
D dulia) deinde hoſtiam conditionaliter tamen ſi ſit rite conſecrata:quã tamen conditionẽ non oportet ſemper in omni tali adoratione actualiter :ſed habitualiter, vel melius virtualiter mente retinere.deinde patibulum crucis , & cæteras imagines dei inquantum imagines ſunt id eſt, gratia rei imaginatæ & non gratia ſui.hoc enim generaliter verum eſt:non ſolum ſecundum fidem ſed etiam ſecundum Ari.in lib.de memo.& reminiſ.ꝙ licet diuerſus ſit motus animi quo quis fertur in imaginẽ vt eſt quædam res in ſe puta aurum vel lapis & quo quis fertur in repræſentatum per illam & tamen quando animꝰ fertur in imaginem, vt imago eſt eodẽ motu ferĩ in vtrunque:& honor imaginis vt Remigius teſtat:imaginato aſcribit.Licet vero adoremus latria imaginem Dei irrationalem : puta lignum, imaginalem tamen rationalem.i.homi
F nem non ſic adoremus propterea ꝙ ſecundũ ſe adorabilis eſt homo:& conſequenter ille honor videretur hominis, non Dei eſſe & periculum immineret: ne adorans hominẽ in creatura ſi ſtat. De adoratione vero crucis ſic dicit ſan. Tho.iij.q.xxv.Honor nõ debetur creaturæ niſi rationabili.Viſibili vero debetur honor ratione intellectualis ,inquãtum ſcilicet eam repræſentat : vel ei quocunque modo coniungitur. Primo
G modo regis imaginem venerari cõſueuerunt homines.Secundo vero eius veſtimentum : vtrunque autẽ veneratur eadem veneratione qua & regem.Si ergo loquamur de ipſa cruce in qua chriſtus affixus eſt:vtroque modo eſt à nobis veneranda,ſcilicet inquantum imago eſt Chriſti extenſi.& inquantum membra eius tetigit,& ſanguine perfuſa eſt. Vtroque autem modo adoratur
H latria:quia eadem adoratione cũ Chriſtus eam veneramur. Vnde & crucem quaſi crucifixũ alloquimur.& deprecamur.Quantũ aũt ad rõnẽ cõtactꝰ adoramus nõ ſolũ crucẽ:ſed & omnia quæ ſunt Chriſti.iuxta Damaſ.iiij.lib.dicẽtem,Pretioſum lignũ,& ſanctificatũ cõtactu ſacri corporis,& ſanguinis decenter adorãdũ:clauos, indumenta, lãceã, & ſacra eius tabernacula.Quia tamen iſta non ſunt imago Chriſti ſicut crux:

Ideo imaginē crucis in omni materia veneramur:nō aūt clauorū, vel huiusmodi.Hæc ille.Et idem videtur sensisse.s.Tho.iij.q.clij.Omniavero in hac quæstione dicta sunt eiusdē in locis allegatis excepto eo ꝙ dictū de retentione habituali conditionis in hostia.

¶ Sed circa verba eius occurrit vna dubitatio. Nā videtur apposita scripsisse.In.iij.enim sent.dicit ꝙ crux christi quæ illum tetigit:vt imago Christi adoratur latria:sed vt quædam res adoratur hyperdulia tanquā aliquid Christi : non autē latria : eo ꝙ non sit pars Christi:nec consequenter adoranda eadem adoratione qua Christus. Ex his autem videtur consurgere repugnātia duplex.Prima quidē: quia.in.iij.par.dicit ꝙ creaturæ visibili, seu irrationali nullus debetur honor.nisi ratione rationalis naturæ.In tertio vero dicit ꝙ ipsa crux potest adorari.vt res quædā. Secūda : quia tertia parte dicit ꝙ crux ratione cōtactus adoratur latria.In tertio vero dicit ꝙ nō adoratur latria nisi vt imago.Ad istam ergo dubitationē soluit.Io.ca.& sanctus doctor cū baccalarius esset,multa scripserit in sententiis secundū famosas opiniones aliorū: quæ postmodū magister effectus correxit in summa.Nequevero hoc derogat tanto doctori:quia etiam Augu.multa sua dicta retractauit:adeo vt librū retractationum effecerit.Respondet etiā magister Petrus bergomēsis in suis etymologiis,addens ad prædictam respōsionem ꝙ crux qui Christū tetigit dupliciter adorari potest.Primò.s.vt intelligatur Christo coniuncta. Et secundo, vt intelligatur diuisa. Et primo quidē adoratur latria :vt dicit.iiij. sentētiarū.Et sic ad primā repugnātiā, dico ꝙ cū dicit crucē posse adorari vt res quædam intelligit:imo expresse dicit ꝙ adorari potest vt res Christi : & consequenter adoratur ratione rationalis naturæ.i.Christi:quāuis aliter vt intelligitur ei coniunctam,& aliter vt ab eo intelligitur diuisa. Ad secundum diceretur ꝙ sanct.Tho.nō dicit in.iij. sicut allegatur:sed dicit ꝙ crux adoratur latria:vt imago Christi:& vt res quædam adoratur hyperdulia non aūt negant quin adoretur latria ratione contactus Mens ergo.s.Tho.est ꝙ tribꝰ modis crux adoratur.s.vt imago : & vt res Christi eidem coniuncta,& vtres eiusdem ab eo diuisa.Et tertio modo adoratur hyperdulia non obstante quod sit Christi ille honor,& nō crucis quia licet Christus in seipso adorari possit latria:quando tamē adoratur in aliquo suo sibi nō coniuncto,adoratur in alio: & adoratur hyperdulia.Est aūt & alia difficultas in verbis.s.Tho.Nam si cōtactus ad membra christi est ratio sufficiens adorandi latria :videtur sequi ꝙ beata virgo adoranda sit latria,quod contra doctrinam sanctorum est.Similiter ꝙ asellus quo vsus est dominus adorandus esset latria:& eius reliquiæ si haberentur.So.Dico ad primū iuxta præmissa ꝙ propter hoc non est beata virgo adoranda latria propter rationē supra allegatam quia.s.est quid in se adorabile.vnde videretur ille honor latriæ ad creaturam non ad Deum terminari.Dico tamen ꝙ licet non sit taliter adoranda:est tamen talirer adorabilis, i.digna adorari.s.latria:& hoc inquantum est imago Dei : & fortè etiam inquantum per intellectum accipitur:vt aliquid Christi eidem coniunctum per contactum. Aliud enim est esse adorabile,aliquid aliud quoque esse adorandū.Quemadmodū retiam aliud est fu-

furem esse dignum suspendio:& furem esse a me suspendendum.Ad aliud dico ꝙ si ipse asellus acciperetur per intellectum vt aliquid actualiter coniunctum Christo adoraretur latria : quia eadem adoratione , qua & Christus, adoraretur. Vt aliquid autem separatum adoraretur hyperdulia.Nec debet hoc mirum videri :quia nobilior est asellus ligno crucis,& lapide sepulchri : & terra calcata domino quam in locis quāplurimis veneramur . sicut & in quodam cœnobio Galliæ quædā portio calciamētorū eius adoratur.Ad quæstionē autē agitatam deueniēs dico quod si loquamur de honore exhibito alicui rei gratia sui:& non alterius prę dictus aculeus.& spina,nec magis , nec tantum,nec aliquo modo est venerabilis : quia rei rationali nullus debetur honor gratia sui.Si vero de eo honore loquamur,quem alicui naturæ exhibemus gratia alterius :tunc iuxta prædicta dico duo.Primū,ꝙ spina magis est veneranda.Secundum,quod beata virgo est magis venerabilis.i.digna venerari.Primum patet : quia spina adorāda est summo honore id est.latria virgo autem honore non summo id est,hyperdulia.Patet etiam secundum : quia virgo est digna venerari summo honore : & cum hoc secundum se est digna hyperdulia . Et adorabilis est summo honore ratione repræsentationis , & contactus : spina vero ratione contactus tantummodo.Per hæc autem quæ scripsimus bene intellecta solui possunt omnia argumenta quæ in ista materia fieri consueuerunt. Arguit enim primò Henricus sic.Nulla,inquit imago potest esse imago Dei:quia secundum Dama.infigurabilis est Deus:ergo nulla imago : adoranda est latria Solu.Deus vt est humanatꝰ habet imaginem : nam Deus verè est crucifixus: & imaginem habet diuinum suppositum cruci affixum .

¶ Secundò , arguit Duran.sic.Anima intelligens nunquam dicit imaginem vt imago est idem esse cum imaginato:sed semper illa duo dicit distincta: cum sint adinuicem relatiua:ergo nunquam quod vni eorum attribitur,conuenit reliquo.Solu. Licet anima cum fertur in imaginem vt sit:nō dicat imaginem esse imaginatum non tamen est necesse ꝙ tunc neget vnum ab alio,vel faciat duos conceptus de illis : sed vno conceptu concæpit vtrunque vnum in ordine ad aliud.Negatur ergo antecedens ad hunc sensum:quod omnia illa duo dicit idem id est vno conceptu fertur in vtrumque,& vno motu ,ac si essent idem.Ad probationem autem di co quod omnia ea quæ realiter distinguuntur vno conceptu potest concipere:& iudicare quando vnum eorum ad aliud refertur cum vnum relatiuum claudatur in intellectu alterius.Et licet imago , vt sic & imaginatum.vt sic aliquando conceptibili distinguantur: philosophi ꝙ est vnius attribuunt alteri:vt patet de veri.q.iiij.ar.viij.Arguit tertio Holkoth super librum sapientię suæ.Latria enim est honor qui soli deo exhibetur:ergo nulli creaturæ conuenit:omnis autem imago est creatura.ergo nullo modo imago adoratur latria. Solut.Sicut latria soli Deo conuenit per se siue gratia sui.ita & creaturæ per accidens , siue gratia alterius id est , Dei repræsentati conuenit : qui in secula , est glorio- sus .

Casus.xl.

QVAERITVR LX. Vtrum aliquid valeat si sacerdos dicat in absolutione, quicquid boni feceris, sit tibi in remissione peccaminum? Adhoc respondet. Sanct. Tho. quodlib. iij. articu. xxviij. Et dicit multa, primum quod peccator est debitor pœnitentiæ dupliciter. Vno modo ex suo peccato alio modo ex iniunctione sacerdotis. Vnde si confessor imponat minorem pœnam quàm meretur, residuum exoluet aut hic aut in purgatorio. Si vero maiorem nihilominus tenetur facere si potest quod si moriatur ante quam expleat non exigetur ab eo nisi secundum quantitatem peccati S. Thom. in. iiij. Secundum est: quia dicit quod opus quod aliquis facit ex iniunctione sacerdotis dupliciter valet pœnitenti, scilicet ex natura sua, & virtute clauium: quia magis valent ad expiandum peccatum quam si proprio arbitrio fierent. Tertium est quia dicit quod sacerdos potest iniungere pœnitentiam proprio arbitrio & cõsilio alieno: & etiam arbitrio ipsius pœnitentis: sicut si dicatur facias hoc si potes, & si non potes facias hoc & simile est quando dicit, quicquid boni feceris &c. quasi dicat grauius tibi pœna esset iniungenda: sed volo quod omnia bona à te facta, & mala patienter tolerata sint tibi in remissionem peccatorum. Et per ista verba illa qoæ facit pœnitens præter expressam iniunctionem accipiunt maiorem virtutem quàm habeant ex se ad satisfaciendum. Hæc Thom. Vide ergo quod in omni opere. &c. maximè in flagellis & in verbis iniuriosis si, habendo patientiam, satisfacis pro peccatis sicut quando facis iniunctam pœnitentiam.

Casus.lxj.

QVAERITVR. LXI. Vtrum vnus confessor possit mutare pœnitentiam iniunctam ab alio, & dico secũdum Raym. quod sic: dummodo tria concurrant. Primò quod hoc fiat discretè: & cum rationabili causa, & circa subditum suum quo scilicet ad confessionem distin. lxxxij. presbyter. Excipiuntur solum isti casus. Primus si pœnitentia fuit publica maxime inchoata: quia secundum Guli. debet requiri si commodè potest ille qui iniunxit ne scandalizetur. Secundus quando est iniuncta pro peccato reseruato superiori secundum Guli. nisi vrgeat necessitas: aut suadeat vtilitas quia tunc pium est credere quod in huiusmodi concesserit potestatem. Tertius puando superior hoc sibi reseruauit, secundum eundem Guli. argu. l. di. accedens, &. xxxiij. quæstio. secunda latorem & in gloss. vtriusque capituli. Aliter siue idem siue alius sacerdos potest hoc tamen non debet facere nisi examinata causa, propter quam iniuncta est secundum Ray. Propter quod videtur quod non possit fieri nisi facta generali confessione si omnia peccata concernit vel specialili, si pro aliquo specialiter imposita est nisi sit euidens quod pœnitens ipsam expellere non possit, quia non debet dari medicina nisi cognito morbo.

Casus.lxij.

QVAERITVR LXII. Vtrum aliquis in extremis possit facere veram pœnitẽtiam? Respondetur secundũ sententiam Theo. & cano. maximè. S. Tho.

A Thom. quarta distinctione. xx. quęstio. prima articu. primo quæstione prima quod quandiu homo viuit potest verã agere pœnitentiam quod probat Aug. li. de pœnitentia de latrone Luc. xxij. & Ezec. xviij. In quacunq; hora &c. exemplum de Siluestro secundo. de pœ. dist. vij. Nemo. Sed tamen vix aut nunquã sit vera pœnitentia in morte: quia aut homo subito moritur & res sua est expedita. Credo quod dominus nũquam B hoc permittit nisi in pessimis hominibus & credo quod sit pessimum signum æternæ mortis. Et si perpendat se mori adhuc vix potest pœnitere. rationem assignat Scot. iiij. ex verbis August. de vera pœnitentia. Primo quia requiritur vsus liberi arbitrii quo voluntas liberè detestetur peccatum. Sed vsus hic timore & dolore impeditur. Vnde August. de vera pœnitentia. Difficile est C vt tunc sit vera pœnitentia quãdo tam sera venit: quando cruciatus membra ligat & dolor sensum opprimit: vt vix homo aliquid aliud cogitare valeat melior est tamen sera, quàm nulla. Secundo: quia non solum debet esse voluntaria, sed propter Deum. Vnde Sanct. Thom. in. iiij. dicit quod Antiochus nõ vere pœnituit. ij. Macha. x. quia hoc faciebat timore pœnę: ideo talis iam non D videtur facere propter Deum: sed esse videtur sicut qui proiicit merces in mare. August. vbi supra. Nullus expectet quando peccare non potest arbitrii libertatem quærit Deus vt possit dolere commissa, non necessitate charitatẽ, & non timorem tantum, quia non in solo timore viuit homo. Quem ergo sero pœnitet oportet non solum timere iudicem sed & diligere: quia sine charitate nemo potest saluus esse. Hæc ille. Tertiò: quia malus habitus est effectus naturalis. Ideo dicit Sanct. Tho. quarta E vbi supra quod est difficile quod affectus hominis quem multo tempore in aliquid inclinatum habuit subito in contrarium mutetur. Ideo August. vbi supra. Hæc conuersio si contingat etiã in fine desperandum non est de eius remissione: sed quoniam vix & raro est tam iusta conuersio timendum est de eo maxime cum filii quos illicitè dilexit sunt præsentes: mundus &' vxor ad F se vocem &c. quæ illicitè dilexit. Multos ex hoc solet pœnitentia decipere sera. Hæc ille. Adeo quartò secundum Alber. mag. super illud. Quis scit si conuertatur & ignoscat. Ioëlis. ij. Seueritas iustitiæ diuinæ incerta est, inquit, vtrum deus in extremis velit dare gratiam quia tunc locum habet illud. Grego. Qui non vult cum potuerit iustum est vt infligatur ei non posse cum voluerit. Vnde Prouer. j. Vocaui &c. Hæc Alber. Ideo accipe consilium domini Ne tardes conuerti ad Deum &c. G

Casus. lxiij.

QVAERITVR LXIII. Vtrum circunstantia tẽporis sacri peccatum aggrauet in infinitum & cõsequenter sit necessario confitenda? Respondeo. Pro fundamento argumentorum & decisionis præmitto vnum ex Sancto Thom. maio. H quæstione secunda articu. septimo & prima secundę quæstione. xviij. articu. vlti. & quarta distin. xvj. quæstio. tertia articulo secundo quæstione tertia scilicet quod nulla circunstantia adueniens actui trahit illum ad aliam speciem peccati nisi ipsa addat nouam repugnantiam ad rationem. Addit autem nouam repugnantiam quando ipsa ex

I se habet rationem mali: sed quando nō habet rationem mali ex se: sed solum ex suppositione alicuius prioris: non trahit in aliam speciem: sicut accipere pecuniam multam non est malum. nisi suppositō quod sit aliena: ideoque non trahit extra genus furti. Hæc ex illo virtualiter. Tunc arguo quod ista circunstantia sit aggrauans infinitè. Primo. Nam omnis circunstantia trahens ad aliam speciem peccati aggrauat in K infinitum, & consequenter est necessario confitenda secundum communem doctrinam sanctorum. Sed ista est huiusmodi: quia habet specialem repugnantiam ad rationem: quia continet iniuriam temporis sacri. Confirmatur: quia circunstantia sacri loci trahit ad aliam speciem: ergo & sacri temporis. Secundò. Nam quandocunque vno actu agitur contra duo præcepta: ibi est circunstantia aggrauans infinitè vt patet. iiij. vbi supra quæstiuncula. iiij. & L omnes concedunt. Sed quando quis fornicatur in festo: agitur contra duo præcepta. scilicet. Non mœchaberis. & Non faciens opus seruile: quia peccatum est opus seruile. Confirmatur: quia Sanctus Thom. secunda secundæ quæstio. cxxij. arti. iiij. ad secundum dicit quod magis facit contra præceptum de sanctificatione festi peccans quàm faciens opus corporale licitum. Confirmatur M etiam: quia Alex. de ales in tertia summæ dicit quòd talis committit vnum peccatum quantum ad actum: & duo quantum ad reatum sicut qui virginem deflorando necat. Confirmatur tertio: quia multi doctores expresse scripserunt istam circunstantiam esse confitēdam necessario. Sed contra hoc est communis scholā Sanct. Thom. in qua nunquam vidi peritum non sentientem in oppositum. Ad quæstionem igitur dico N quod Nico. de Lyr. primus innuit quantum ego legerim) hanc circunstantiam esse de necessitate confessionis annexus super verbo seruile & super do. Alexā. de ales allegato vt credo. Forte non satis exquisitè vtrunque intelligens. Hūc deinde secutus est Archiepiscopus florem exordine prædicatorum tanquam cuius studium fuerit semper fidelium mores vitamq; restringere: & tanquam O qui professor canonum sententias philosophicas aut theo. S. Tho. plenè diiudicare non potuit: tertio loco emicuit summa rosella: deinde præceptorum diuinæ legis id est Ioannes Nider ordi. prædi. qui tamen tanquam theologus, & melius doctus in Sanct. Thom. noluit assertiuè, sed dubitatiuè loqui, dicens quod fortè est, necessaria quo modo loquendi vltimo vsa est summa angelica. Dico autem opiniones illorū P stare non posse: & hanc circunstantiam non aggrauare in infinitum: nec esse eo fitendam necessario, sed solum de bene esse & congruo quod probo primo sic. Omnis circunstantia aggrauans in infinitum dat peccato nouā speciem trahens illud ad aliud genus vt patet secundum omnes præcipuè S. Tho. in locis superius allegantis. Sed ista nō dat speciem peccato: quia non aggrauat ni si suppositā malignitate priori. Accipere enim voluptatem ex fœmina in die Q festo secundum se non repugnat rationi alioqui vir non posset debitum reddere die festo sine peccato etiam exactum contra S. Tho. iiij. dist. xxxij. sed solum repugnat suppositō quod non sit sua: vel quod causa voluptatis coēat vel quod ipse vir sit petens & exigens, quod non licet propter mandatum ecclesiæ: licet ex se non sit malum: quia etiam

A etiam in die laudē posset quis & actionem & coitum ordinare. Vnde Sanct. Thom. iiij. dist. xxxij. q. j. artic. v. quæstione secunda sic dicit Petere debitum in die festiuo, non est circunstantia trahens ad aliam speciem peccati vnde nō potest in infinitum aggrauare: & ideo non peccat mortaliter vxor. aut vir si in die festiuo debitum petat. Secundo. Nam quandocunque circunstantia aggrauat in infinitum: & est necessario cō B fitenda: oportet quod sit directè contra præceptum speciale. Sed in proposito, non est sic: quia dicit Sanct. Tho. ij. ij. q. cxxv. arti. iiij. ad primum quod illud præceptum de sanctificatione sabbati importat cessationem à peccato solum figuratiuè in sensu morali, & non ad literam & in iij. distinct. xxxvij. quæstio. j. articu. j. quæstione. ij. ad secundum sic dicit. Opera seruilia mysticè intelligun C tur peccata. sed ad literam opera seruilia dicuntur ad quorum exercitium seruos deputatos habeamus: in quibus debent artes mechanicæ dirigere quæ cōtra liberales diuiduntur. Hæc ille. Et confirmatur: quia Deus exponendo illud præceptum facit mentionem semper de operibus mechanicis nunquam vero de peccato quod vtique fecisset si ad literam voluisset peccata prohibere. Confirmatur etiam quia facere contra vnum præceptum ad literam & con D tra aliud metaphoricè sit circunstantia necessaria necessariò qui fornicatur habet confiteri se etiā idololatrasse: quia fornicatio in scripturis dicitur metaphoricè idololatria. Dato quod sit contra illud præceptum: hoc non est nisi inquantum illud est generale prohibēs omne peccatum vt dicit Sanct. Thom. ij. ij. vbi supra quod autem est generale non trahit ad speciem nec ponit in numerum cum speciali vnde rapere, & E damnificare iniustè non sunt duo peccata nec duę deformitates. Ad primum ergo negatur maior de hoc autem San. Tho. iiij. dist. xvj. quæstio. iij. arti. vlti. quæstione. iiij. loquitur vbi expresiè maiorem negat dicens quod circunstātia: speciem mutans potest in infinitum aggrauare sed non semper hoc facit sed solum quando directè habet oppositionem ad præceptum legis & ponit exemplum quia ad peccatum gulæ: quæ est F præpropere addit hæc circunstantia lautè specialem deformitatem, quæ etiam ex se peccatum faceret: sed non est directè contra legem: ideoque non aggrauat in infinitum. Hæc ex illo. Clarum est autem ex dictis quod circunstantia temporis non repugnat directè præcepto legis. Negatur etiam minor, & probatio: quia circunstantia temporis sacri non continet iniuriam eius ex se sed solum ex suppositione prioris actus mali. Ad confirmationē dico quòd de tempore, & loco est simile quo ad multa. Primo quo ad hoc quod vtrunque est circunstantia aggrauans ex suppositione prioris actus mali: & consequenter omne peccatum in vtroq; est grauius cæteris paribus. Secundo quātum ad hoc quod vtrunque potest esse obiectum animæ intendentis operari, in contemptum sacri loci vel temporis & cōsequēter vtrunq; isto mō trahit ad H aliam speciē puta inobedientiæ vel cōtemptus vel huiusmodi. Et ista duo quę diximus s. Th. in dema. q. ij. ar. vj. in fine corporis tangit dicēs. Si qs faciat aliquid indecēs in tempore sacro tempus sacrū quod considerator vt circunstantia respectu actus indecentis, qui in eo fit potest considerari, vt obiectum respectu alterius actus circunstantis,

qui

I qui est cõtemnere tempus sacrum. Hæc ille. Et tertiò, quò ad hoc quòd vtrunque habet annexam circunstantiam trahentem in aliam speciem, quantum ad aliquam & aggrauantem in infinitum: quæ enim circunstantia inobediẽtiæ: quia quod alias esset licitum, in tẽpore. vel loco sacro erit illicitum, & mortale: sicut arare in die festo: & iugulare latronem in ecclesia. Vnde sicut homicidium iniustũ & in ecclesia habet duplicem deformitatem: iustum autem vnam tantùm: ita labor manualis iniquus: puta transportatio rei furtiuæ in festo: habet similiter duplicem deformitatem: equus vero vnam tantum. Est autem dissimile in vno: quia si à tẽpore secludamus præceptum dei prohibentis opus aliquod, & intelligamus deum tempus festi consecrasse ad sibi quo ad aliquid vacandum: similiter si à loco secludamus præceptum dei, vel ecclesiæ de non effundendo sanguine, vel semine. vel de non furando sacra: & intelligamus deum, vel ecclesiam consecrasse locum ecclesiæ pro diuinis: stãte casu adhuc aliquod opus factum in loco sacro habebit ex se repugnantiam ad rationem: & non solùm in ordine ad priora: puta si ibi quis lauat aut vir cognoscat vxorem suam: vel potestas vindictam sanguinis exerceat. Secus autem de tempore: quia tunc arare non erit peccatum: sicut nec ludere ad pilam in quo labor est maior: ideoque circunstantia loci aliquando trahit in aliam speciem: non autem circunstantia temporis. Et horum ratio est: quia locus attingi potest actione corporali transeũte, puta furto quo tollitur res inhærens vel effusione sanguinis vel seminis: nõ autem tempus. Vnde sicut peccata quæ fiunt in ecclesia, & non transeunt corporaliter in locum ipsum, vt cogitatio-N ne mala & verba quæ ex se habent in aere sistere: non autem attingere structuras nisi per accidens: sunt quidem grauiora sed non trahunt in speciem aliam: quia non attingunt locum iniuriose: ita nullum peccatum factum in tempore sacro transfert in aliam speciem: nisi vt dictum est ratione circunstantiæ annexæ: quia non attingit iniuriose sacrum tempus. ¶ Et notãdum est O quòd licet multa mala fiant in ecclesia: tamen species sacrilegii aggrauantes in infinitum non assignantur nisi tres: quia quamuis fortè, & de hoc posit alia ratio reddi: credo tamen quòd ista sit ratio quia illa tria sub præcepto prohibita sunt à deo, vel potius ecclesia. Vnde licet triturare segetes, & comprimere vnas & mercari, & facere ludos in ecclesia, ex se sint malum: & consequenter in aliam speciem trahant: quia P tamen sub præcepto non prohibentur: non aggrauant infinitè. ¶ Ad secundũ autem dico quòd valet ad oppositum vt ostensum est. ¶ Ad primam confirmationem dico, quòd duobus modis aliquid facit contra aliquod præceptum Primo faciendo contra intentionem proximam precipientis. Et secundò faciendo contrà remotam: sicut contra illud præceptum. Non furaberis. facit primo Q modo qui furatur. secundo & modo qui odit: quia deus faciens illud præceptũ in mente intendebat non esse furandũ: vltimatè vero intendebat dilectionem proximi, & sui. Quando autem quis facit contra præceptum aliquod secundo modo: & non facit contra illud solùm, & specialiter & directè, sed omnia & in directè: quia in vltimo fine omnia conueniunt. Nec facere sic contra præceptum, trahit in aliam speciem. alioquis qui

A is qui furatur etiam committeret deformitatem fornicationis: sed solùm facere contra præceptum directè id est quãtum ad intentionem proximam, quod non est in proposito Sanct. Tho. autem loquitur secundo modo. Vel intendit. S. Tho. vt dicit bonæ memoriæ magister Petrus bergo. quòd talis facit magis contra illud præceptum intellectũ metaphoricè, & vt est quoddam præceptum generale. ¶ Ad secundam confirmationem dico, primò, quòd Alexãder loquitur eo modo quo &. S. Thom. nec oportet moueri per exemplum quod ponit, quia sancti interdum per exaggerationem loquuntur in detestationem peccatorum. Dico, secundò quòd non cogimur autoritatem eius recipere aduersus autoritatem. S. Th. cuius doctrina est per ecclesiam examinata, & comprobata: maximè quantum ad ea qua fidem moresque concernunt. Vel dico, C tertiò, quòd Alexander videtur se firmare in hoc quòd in noua lege præceptum de sanctificatione sabbati obseruandum est eo modo quo ecclesia statuit quę & ab operibus seruorum, & à peccatis mandat abstinendum: sed ecclesia loquitur exhortatoriè quò ad peccata, & non præceptiuè: quia nõ est credibile quòd ipsa illud præceptum strictiori modo quàm deus instituerit, dicẽ D tibus omnibus quòd maior cerimonia in veteri quàm in noua lege seruabatur. ¶ Ad tertiam confirmationem dico, quòd eorum autoritati in hac parte nõ est standum: quia inefficaciter arguunt in sensu mistico argu. j. do sic. Omne opus seruile in festo prohibetur. Peccatum est opus seruile &c. Post quã ista conscripseram interloquendum oblata mihi est epistola illius præclari Thomistæ, & viri sanctissimi magistri Petri ber. ad quendam amicum suum sic di- B centis, Venerabilis pater præmissa recon. De circunstantia temporis noueritis quòd iam diu venerabiles patres atque doctores sacri. s. magister Gabriel de Barchinona: magister Vercellinus de Vercellis magister Angelus de Nirdono, dominus Lude. de Neapoli: qui disputauit contra totum generale capitulum fratrum minorũ: & postea factus F est monachus: frater Antonius de sancto Germano de vercellis: frater Dominicus de cathalonia: & frater Ioannes de calopia in conuentu bononiensi me præsente diffinierunt, & concluserunt pro parte negatiua de mente sancti doctoris, & pro rei veritate quorum rationes & allegationes dimitto: quia nimis longum etiam cuncta narrare. Nec obstat quod dicitur. ij. ij. q. cxxij. ar. iiij. ad secundum quòd peccatum mortale est opus seruile: & quòd magis facit cõtra istud præceptum peccans mortaliter in G festo quã exercens opus manuale: quia vt ibi dicitur ad primum illud præceptum quò ad cessationem à peccatis, & quietem mentis in deo est generale. generalia autem nihil addunt: supra specialia. nec generale numeratur cũ speciali sicut homicidium non aggrauatur ex præcepto generali. s. declina à malo, vel noli peccare. Item illud præceptũ tertium secundùm sensum literalem in H telligitur solùm de opere manuali, seu mechanico: sed quo ad pctã mortalia intelligitur solum secundùm sensum mysticum: vt dicitur ibi: & in. iij. se. di. xxxvij. quæst. j. arti. j. & super Mat. hic. xij. col. iiij. Et bene scitis quòd argumẽtum non trahitur à sensu mystico: sed tantùm à literali secundùm Diony. & August. & Sanct. Tho. Nec obstat etiã & circunstantia de festo potest consydera

derari vt obiectū respectu illius actus qui est contemnere tempus sacrū quia illud est præter intentionem peccantis, vt plurimum. sed nulla circunstantia quæ est præter intentionem peccantis dat speciem peccato: vt dicitur prima secundo.quæstio.lxxij.arti.j.& . viij.in corpore.Hæc ille.¶ Pro cuius verbis nota primo quòd cùm dicit generale non aggrauare speciale non vult dicere, quod peccatum in festo sit grauius: sed quòd non est grauius ex illo præcepto, non facies opus seruile quod peccata non prohibet faciendased significat eo modo quo præceptum de circuncisione non obligabat ad succidendum malos affectus: sed significat hoc esse faciendū est autem grauius ex ipsa sanctitate temporis quæ contemnitur: licet ista grauitas non sit nisi in eadem specie & ex suppositione prioris inordinationis, vt dictum est.Nota secundò quòd vt patet magister.quæstio.ij.articu. vij.in cor.dupliciter circunstantia dat speciē peccato priori, vno.s. modo speciem eiusdem generis:sicut circunstantia loci addita furto facit sacrilegium quod est species furti.Alio modo speciem omnino disperatam:sicut si quis furetur vt occidat circunstantia finis dat speciem homicidii,quæ nō est species furti.Et isto secundo modo intelligitur q circunstantia quæ est præter intentionem,non dat speciem: licet alio modo possit intelligi vt ipse magister Petrus declarat in dubiis suę tabulæ.¶ Nota etiam pro tota quæstione quòd quando Aug.dicit in lib. de decem chordis quòd melius Iudæus in agro suo aliquid in sabbato vtile faceret quàm in theatro seditiosus existeret & Iudæorū fœminę melius lanam facerent quàm in neomeniis impudicæ saltarent: hoc ideo non dicit quasi in illo faciant contra duo præcepta,& in isto contra vnū tantū:sed ideo quia iam sabbatū nō obligat.ideoque melius illis esset deposita erronea conscientia in eo operari. vel ideo quia licet opus manuale in sabbato ideo in festo ad lucrum sit peccatum secus ad laudem dei puta ad seruiendū pauperibus,vel etiam ad cauendum a peccatis sicut vir auditis diuinis licitè se occupat in scribendo non ad lucrum sed ne otiosus fornicetur:& domicellæ a nobilibus matronis laudabiliter occupantur in addiscendis operibus aus: ne illis stantibus in fenestris mors ingrediatur per fenestras.Laudabiliter in quàm post quàm eis exercitia spiritualia diu continuata in fastidium vertuntur.Igitur canonistæ qui sentiunt istā circunstantiam esse necessario confitendam aut fileant, aut Sanctus Thomas intelligant prius, vel saltem vbique videant.

Casus.lxiiij.

QVAERITVR. LXIIII. Vtrum is qui religionem intrat animo,& intentione perseuerandi in ea vsque ad mortem si pœniteat redire ad seculum possit, & contrahere matrimonium. Respondeo,circa istam quæstionem multa dici possent:quia canonistæ super hac re multa scripserunt obscurando textus iuris clarissimos:sed breuibus agam. Tria autem faciam.Primò:quædam oportuna præmittam. Secundò, recitabo opiniones reprobando falsas,& astruendo veram. Tertio contra veritatem arguam,& soluam.¶ Quantum ad primū sciendum est primò quòd dupliciter aliquid est illicitum.Primò scilicet ex se vel secundùm se,siue ex genere suo, ita q

ita quòd nunquàm potest licitè fieri,vt odire vel blasphemare deum.Et secundò ex circunstantia:ita scilicet quòd in aliquo casu est licitum & in aliquo illicitum,vt leuare festucam: quod illicitum est in conceptum alterius:vel quā do quis debet in aliis occupari:licet aliquando liceat nos autem nunc quærimus de illicitis primo modo: non autem secundo modo:quia non est dubiū quòd ratione ingratitudinis, vel alterius circunstantiæ talis peccare potest puta quia redit ad secundum vt seculariter ideſt lasciuè conuersetur.¶ Sciendum est secundò,quòd religionem tripliciter quis ingredi potest. Primò scilicet animo,& intentione exeundi tandem:sed interim aliquo tempore volendo componere mores proprios: vel satisfacere voto vel effugere persecutionem & huiusmodi.Et secundò, animo statim in ipsa habitus susceptione profitendi expresse, vel tacitè quod olim licuit,vt patet extra de regula. ad apostolicam,& ca.statuimus.& etiam modo licet extra ordines mendicantes: quia hoc prohibetur in ordi. prædi.& mino.extra eodem non solùm libro sextò & in aliis ordinibus mendicantium ibidem in capitul.constitutionem. Et tertiò,animo quidem,& intentione perseuerandi sed non animo profitendi intra annum seu vouendi vel aliter se obligandi:vel quia de hoc non cogitat:vel quia cogitat: sed vult se liberum esse per annum.¶ Sciendum est tertiò quòd Abbas in capi.literaturam. extrà de voto,& voti redemptione dicit:quòd secundùm canonistas votum initiatur quando propositum seminatur in animo: confirmatur autem cum deliberatio figitur: consummatur vero cum verba enuntiantur. Ex primo horum non obligatur quis quò ad deū vel ecclesiam.ex secundo vero obligatur quis quò ad deum tantum decimaseptima quæstione primo qui bona agunt.sed non quò ad ecclesiam:ex quo sibi non constat.ex tertio autem obligatur quis quantum ad vtrunque.¶ Sciendum est quartò quòd idem ibidem dicit quòd secundùm Sanct. Thomas secunda secundę quæstione octuagesimaseptima articul.primo ad obligationem voti requiritur primò deliberatio:& secundò propositum:& tertiò promissio:quæ deo fieri potest etiam solo corde. quæ quidem dicta Sanct. Thom quanquam Ioannes.andr.& doctores simpliciter recitent tamen mihi videtur quòd destruant multas theoricas canonistarum:vel saltem oportet illas restringere.Nam cum dictum sit in capit.consulti.extrà de regul. quòd suscipiens habitum religionis cum proposito vitam mutandi est efficaciter obligatus religioni quò ad deum propter illud propositum.Contrarium huius potest inferri ex dictis Sanct.Tho. quia non sufficit propositum nisi sequatur promissio saltem in corde.Oportet ergo restringere iura quæ firmant decisionemem super proposito: vt intelligantur de proposito cum animi promissione. Hæc ex abbate.¶ Sciendum est quintò quòd vel Abbas non intellexit canonistas, dicentes votum esse propositum aliquid faciendi: vel canonistæ non intellexerunt quid sit votum?Nam si secundùm eos votum est propositum cum promissione dicta Sancti Thomæ. non euertunt theoricas canonistarum: quia eodem modo sumunt votū vt.S.Th.Si vero est propositū sine promissiōe:ipsi nō intelligūt q d sit votū.de cuius ratione

est

I est promissio. Tum quia causatur votum ex quadam pollicitatione. vt in.l.j.ff.de pollicitat. Tum quia scriptura vbique innuit votum esse promissionem: secundum illud Deuter.xxiij.Si votū &c. Et subditur. Facies sicut promisisti domino nunquàm vero innuit quòd sit solum propositum. Tum quia idem tenet Archid.in.c.qui bona. dist. xvij.q.j. Tum quia idem patet ex eius diffinitione, sed omnes theologos, quibus in hoc standum est quia votum est actus latriæ quæ cultum exhibet Deo qui est obiectum theologiæ quæ est scientia de Deo. vt patet ex suo nomine. Quantum ad secundum. prima opinio est omnium canonistarum communiter dicentium quòd talis ad seculum redire non potest nec licitè contrahere: sed est religioni in genere vel in specie obligatus: quorum aliqui dicunt quòd talis est solenniter professus: aliqui vero quòd nō: licet ad seculum redire non possit. Nam Innoc.in.c.consulti. de regu. tenet quòd iste sit verus religiosus, nec teneat matrimonium ab eo contractum: quia inquit propositum mutandi vitam cum sit quoddam votum solennizatur per habitus susceptionem: quod etiam tenet Hostien.& Vinc. dicentes. quòd si iste vxorem habuisset, incognita illa potuisset incontinēti alteri nubere. quasi per hoc propositum solennizatum per habitus susceptionem dissolutum fuerit matrimonium non consummatum: quod Io. And. dicit probari per.c.beneficium. de regu.iur.lib.vj. vbi dicitur quòd beneficium suscipientis habitum nouitiorum potest alteri conferri: si euidenter apparet eum voluisse vitam absolutè mutare: & cùm hac opinione transit dominus Ang.in.c.consulti. & ferè omnes scribentes. Sed dominus Cardi. tenet istum non esse verum religiosum: quàm ad seculum redire non possit & consequēter teneret matrimonium ab illo contractum: quia, inquit, per susceptionem habitus non fit professio tacita, vel expressa, & consequenter votum non est solennizatum quò ad dirimere matrimonium post contractum. per.c. vnicum. de voto. lib.vj. & ita refert se consuluisse in facto. Sed opinio canonistarum stare non potest. Quicunque enim obligatur religioni obligatur superioris præcepto, vel proprio voto. Sed iste non obligatur religioni superioris præcepto, vt concedunt canonistæ: contra quos arguo. neque proprio voto: quia de ratione voti est promissio: vt patuit: quem iste non fecit. vnde bene dicit Panor. quòd doctrina beati Tho. imo omnium theologorum, canonistarum theoricas euertit. Specialiter autem opinio communior. i. Innocē. & sequacium stare nō potest. Nam omne votum sic solennizatum, vt possit sequens matrimonium dirimere: est solennizatum per ordinem sacrum vel professionem expressam, vel tacitam factam alicui de religionibus approbatis & non aliter: quod patet in dicto.c. vnico. Sed iste non est professus expressè, vel tacitè. quòd patet primo per c.ex transmissa. extra de renuntiat. vbi clarè patet quòd votum intrandi religionem & propositum perseuerandi simul nec faciunt religiosum per habitus susceptionem nec aliquam inducūt professionem. Et secundò, per.c.ad apostolicā. de regular. vbi patet quòd professio fieri non potest sine cōsensu professi, & monasterii: quod non intendit istum ad professionē recipere dando habitum nouitiorū: sed vult mores eius

A eius experiri. Et tertiò: quia cum ista professio sit quasi quidam contractus, & hinc inde oriatur obligatio reciproca, non potest consistere ex parte vnius tantum. l. in omnibus. ff. de actio. & obligat. Secunda autem opinio est Petri de Palu. & Fanc. de Zabar. quòd susceptio habitus religionis cum firmo proposito remanendi æquipollet voto simplici ex vi statuti ecclesiastici. extra de regular. statuimus. ita quòd talis ad seculum redire non potest, nō ratione voti: sed ratione statuti, vel præcepti ecclesiastici. Sed nec ista opinio potest habere veritatem: quod probo præmissis tribus dictis quæ habentur in canone. extra de regular. Nam in.c.consulti. Innoc.iij. dicit in hoc casu sic. Nos credimus distinguendum, vtrum is qui conuertitur proposuerit absolutè vitam mutare vt sub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur: an conditionaliter experiri obseruantiam regularem, vt ita demum si sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinam. in primo casu debet vt regulariter viuat ad laxiorem saltem regulam pertransire. In secundo potest ad seculum non vt viuat seculariter remanere. Vt ergo quæ sit eius intētio plenius agnoscatur propositum suum in principio protestetur. Hæc ibi. Vbi patet quòd intentio mutandi vitam absolutè obligat ex se sine quocunque præcepto, vel statuto: cum papa nihil ibi mandet aut statuat: sed solum declaret. Deinde vero in cap. statuimus. Gregor.ix. in eodem casu sic dicit. Statuimus nouitios in probatione positos ante susceptum religionis habitum qui dari professionibus consueuit, vel ante professionem emissam ad priorem statum redire posse liberè infra annum: nisi euidēter appareat quòd tales absolutè voluerint vitam mutare, & in religione perpetuo domino deseruire cum quilibet renuntiare valeat ei quòd pro se noscitur introductū. Nihilominus statuentes ad omnem ambiguitatem penitus amouendam quòd cùm in quibusdam locis religiosis nouitiorum habitus non distinguatur ab habitu professorum professionis tempore benedicantur vestes quæ professionibus concedantur vt nouitiorum à professorum habitus discernatur. Hæc ibi. Deinde Innocent. quartus in cap.non solùm. eodem titulo. libro.vj. fratribus prædicatorum, & minoribus inhibet sub excommunicationis pœna, ne ante annum probationis qui est maximè subsidium fragilitatis humanæ regulariter institutus, recipiant ad professionem suorum ordinum, vel renuntiationem seculo faciendam ne vnde spiritualis profectus quæritur salutis dispendium subsequatur. Præmitto etiam quòd secundum Petrum idem est qui vult absolutè vitam mutare: & qui intendit perpetuò esse in religione: licet non sint idem secundum veritatem. Tunc arguo sic. Primò. Nam quod ad aliquid obligat ex se: non obligat ad illud ex quocunque præcepto ecclesiæ superueniente: quia illud præceptum ecclesiæ sine causa, & ratione & consequenter fruſtra fecisset. Sed susceptio habitus religionis cum proposito perseuerandi. i. mutandi vitam absolutè ex se obligat ad non redire ad seculum vt patuit per cap.consulti. ergo nullum est factum præceptum ab ecclesia ad obligandum ad hoc. Secundò: Nam si talis est ad hoc obligatus ex præcepto ecclesiæ: causa obligationis esset ex parte ecclesiæ & non ex parte nouitii: sed

hoc est falsum vt patet per cap. statuimus. in quo redditur causa obligationis: quia. s. ille renuntiauit iuri suo. i. libertati sibi concessæ in anno probationis. Et si dicatur quòd illa renuntiatio non est causa obligationis: sed est dispositio ad causam. i. præceptum. Contrà quia libertati suæ nullus renuntiat nisi: quia vult obligari: ad velle autem obligari ad aliquid sequitur esse obligatum cùm illud sit votum saltem interpretatiuè & consequenter superfluè induceretur præceptum obligatiuum, vel si non sequitur esse obligatum. tamen qui vult obligari statim potest se Deo obligare vouendo: & consequenter superfluè inducitur præceptū. Tertiò: Nam quod ecclesia alios facere prohibet, ipsa non facit stante eadem causa. Sed ecclesia prohibet alios obligare aliquem ad religionem ante annum probationis etiam volentem obligari, vt patet in cap. non solùm. ergo hoc ipsa non facit stante eadem causa: sicut stat in proposito: quia non minus vergit in dispendium salutis aliquem obligari ad religionem ex præcepto ecclesiæ quàm ex suasione inducentis ad se obligandum. Quartò si decretalis statuimus. habet veritatem per distinctionem habitus nouitiorū, & professorū in isto casu omnis tollitur ambiguitas: vt patet. d. c. statuimus. Sed si ecclesia præcipit vt suscipiens habitum nouitiorum cum intentione perseuerandi sit religioni obligatus: non tollitur omnis ambiguitas: quia quamuis habiturum quis recipiat intendens perseuerare nihil refert: ex quo vtroque modo est obligatus. ergo si Petri opinio est vera, decretalis est falsa. Quintò nullum præceptum vergens in dispendium salutis animarum est factum ab ecclesia: quia hoc ipsa quæ à spiritu sancto regitur canet: vt etiam patet in. d. c. non solùm. Sed istud est huiusmodi quia cùm ferè omnes intrantes religionem habeāt intentionē perseuerādi: si eis non notificatur hoc præceptum illaqueantur ignorantes. si vero eis notificatur datur eis occasio vt perseuerandi intentionem mutēt, quod multum nocet animabus. Tertia autē opinio vera tenet, primò quòd ecclesia circa hoc nullum fecit præceptum neque aliquid obligauit: sed reliquit annum probationis liberum. Et secundò consequēter quòd nullus obligatur ad religionē nisi ex propsio voro. Et tertiò quòd ille qui ingreditur cum animo perseuerandi, sed nihil vouens, aut spondens, est in sua libertate contrahēdi matrimonium per totū annum probationis: quia ad religionem non obligatur proprio voto: neq; alieno præcepto. Istam autem opinionē oportet dicere esse de mente. S. Tho. vt patet per ea quæ. s. allegata sunt de Abbate. & clarius. ij. ij. q. vlt. art. iiij. Hāc etiam sequitur summa Rosella. tit. nouitius. §. xiij. & summa Ang. tit. eo. §. xij. Sed cōtra videtur quòd hæc opinio sit falsa. Primò: Nam dicitur in cap. vidua. extra de regular. Vidua si spontè velum conuersionis quamuis non sacrum sibi imposuerit, & in ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit: velit nolit sanctimoniæ habitū vlterius debet habere, licet iuramento firmare velit: eo tenore velamen sibi imposuisse vt deponeret posset. Hæc ibi. Ergo à simili imò à fortiori habitum deponere non potest qui illum non depositurus assumpsit. Sol. Non est simile: sed esset simile si quis spontè assumeret habitum professorum consentientibus his quorum

rum incorporare religioni: quia secundum glo. & canonistas maximè Abba. illud velum erat monacharum professarum. & illa oblatio similiter ex loci consuetudine propria erat professarū. Vnde vidua hic intelligitur implicitè voluisse profiteri. Secundò. Nā in multis capitulis dicitur quòd qui voluit absolutè vitam mutare tenetur ad religionē: sed ita est in proposito. Sol. Non est verum: quia secundum verioré opinionem ille absolutè vult vitam mutari qui vult se sua libertate priuare per votum vt dicit summa Angeli. Tertiò: Nam extra de regul. in. c. super eo. Clerici qui infra annum probationis à religione discesserant: ad illam vel aliam cogantur redire. Sol. vt patet in eodem c. illi emiserant votum religionis. ¶ Est autem sciendum quòd textus in. c. non solùm. eum qui proponit vitā absolutè mutare, diuidit contra eū qui expressè, vel tacitè profitetur propter duo. Primò quia ista voluntas mutandi vitam absolutè potest esse per votū sine professione, qui requirit consensum duorum. Secundò secundum aliquos, quia potest esse per inchoationē professionis. quia. s. quis offert se professioni quā tamen alius non subito recipit: quia talis interprætatiuè vouet: & si alius eius professionē non acceptet tenetur transire ad aliam religionem. sicut etiam si quis offerat cōsensum matrimonialem vni postquàm obtulit etiam si alter nō statim respōdeat ille iam quantum est in se obligatus est. Quartò: Nam quicunq; est ingratus Deo peccat. Sed qui suscipit habitum religionis cum intentione perseuerandi, & reuertitur ad seculum, est ingratus Deo de religionis maximo beneficio &c. Sol. A Eque probaretur quòd ingrediens cum animo exeundi, si voluerit, peccat exeundo. Istud enim peccatum non consistit in exitu secundum se consyderato: sed ratione circūstantiæ. Concedo ergo quòd exiens sine causa semper peccat: sed non in eo quod exit: sed in eo quod sine causa exit. Sed tamen licet exeat cum peccato ratione circunstantiæ: ex ipsa tamen sua intētione perseuerandi non prohibetur qui nubere possit. Quintò: omnis mittens manum ad aratrum, & respiciens retro peccat: quia non est aptus regno Dei. Lu. ix. ad quod solum peccatū inhabilitat. Sed iste est huiusmodi. Sol. Secundum Bedam manū ponere ad aratrum est suum cor ferro verbi Dei per compūctionem scindere vt bonorum operū fructus producat. Hoc autem dupliciter contingit: Primò. s. vt producantur fructus necessitatis per obseruantiam mādatorum: & supererogationis per obseruātiam cōsiliorum & religionis ingressum. Et similiter duobus modis aliquis est aptus regno Dei. Primò. s. aptitudine sufficienti vel necessaria quæ in charitate. Et secundò aptitudine super abūdanti quæ in charitatis perfectione consistit. Qui ergo respicit retro ne producat fructus necessitatis: non est aptus primo modo: qui verò respicit ne producat fructus supererogationis: sed solùm necessitatis est possibiliter aptus primo modo, sed non secūdo. Qui ergo exit religionem potest exire sine peccato: puta quia exit ex causa rationabili: & cum peccato veniali: quia exit sine causa rationabili: solū religionis austeritate deterritus, vel aliqua honesta voluptate allectus: licet cū aliquali ingratitudine qua possibiliter est veniale: aliquando vero cū peccato mortali: puta, quia cū intētione illicitè fruendi voluptatibus

I peccat rum: vel cum tanta ingratitudine quæ sit mortale:quod non est facilè diiudicare.ſ. Tho. autem.ij.ij.qō. vj.ar.iiij.ad primum sic dicit.Non intelligitur quis retro aspicere nisi quando prætermittit id ad quod se obligauit:alioqui omnis faciens aliquod bonum opus per tempus si non semper id faciat esse ineptus regno Dei.ꝙ patet falsum.Hæc ex illo.

Casus.lxv.

K QVAERITVR ITErum an liceat iste cōtractus siue locatio:siue impignoratio sit Petrus habens iocale valoris aurecorum trecentorum:& indigens pecunia,accipit à Titio aureos trecentos.& Titius à Petro dictum iocale hoc pacto vel quoties ille restituerit iocale,iste pecuniam restituat. Respondeo pro dicendorum fundamento assumo distinctionem sancti doctoris.ij.ij. L q.lxxviij.arg.j.& Panor.super rubrica de vsuris.que distinctio habetur etiam in textu iuris humani ciuilis.ff.de vsufru.l.omnium.& insti.e.§.constituitur. licet sit aliqua dissonantia inter illos textus legales de qua nihil ad rem modo.Est autem distinctio hęc,Rerū possessarū quædam ex suo vsu principali & vsitatiori totaliter consumuntur: ita quod post suum vsum non habetur sub propria specie,atque substantia,vt panis,vinum,& huiusmodi:quędam vero ex suo principali vsu non consumuntur ex toto, & si nonnunquam patiantur detrimentum, vt ager ,domus,equus.In primis igitur,vt probat san.Tho.& vt habentur in textum legum prædictarum.constitui non potest vsusfructus:nec ipsa locari possunt anno,vel diurno.vel quouis censu:sed in secundis secus est:quia seorsum tradi ,aut vendi potest vsus : puta domus,retenta proprietate,& similiter proprietas ,vsu retento.non autem in primis:sed cuicunque conceditur vsus vini : transit vinum in dominium , & proprietatem eius.Vnde ridiculum est dicere:mutua mihi panem vinum quousque vtar eo:aut scyphum vini : non autem mutua equum ,aut domum ,vel agrum.Pecunia autem sub primo rerū genere continetur.ita quod qui ea vtitur quantum ad eius vsum principalé, qui est distractio,eam consumit : quia iam non habet eam in propria specie & substantia.& si eam habet in æquivalenti id est in re empta.sicut & panis habetur in sanguine in quem est per digestionem cōuersus.Monile autē continetur sub secundo:quia post suū principalem vsum,qui est ostentatio adhuc remanet species etiam substantia rei. P Igitur pecunia locari non potest.vt in decapiatur vsusfructus,qui tamen capi potest de monili.Igitur si in dicto casu sit locatio vel contractus alius id est impignoratio sicut de facto est eo modo quo practicatur.Probo quod sit illicitus ex parte locantis pecuniam,vel mutuantis super pignore. Primò si sit locatio. Quicunque enim ex vsu suæ pecuniæ accipit aliquid vltra forte ex Q pacto,vel intentione:sine qua non capitali existente securo,est vsurarius,vt patet ex diffinitionibus vsurę:quia accipit pretium vsus rei non habentis vsum à proprietate distinctum. Sed in isto contractu Titius dans trecentos aureos pro vsu suæ pecuniæ aliquid accipit vltra sortem capitali securo :quia accipit vsum localis qui aliquid valet sicut,& vsus equi,vel domus. Secundo etiam probo ꝙ sit illicitus si pecunia non

A nō sit locata:sed mutuata super pignore.Nam sic probat.ſ.doctor.ij.ij.q.lxxviij.qui vtitur pignore obligato tenetur pretiū vsus cōputare in sortē nisi talis res sit cuius vsus computare in sortem nisi talis res sit cuius vsus cōcedi solet inter amicos puta liber,vel aliquid minimum alioqui si non computatur si quidem hoc fiat consentiente debitore est vsura eo vero nolente est B furtum.vt in.l.pignore.ff.de furt.Sed contra videtur ꝙ ex parte prętii liceat contractus.Nam sicut Petrus licitè potest locare iocale.ita & Titius pecuniā locare potest . quia secundum Sco .in iij.di.xv.pecunia signata locari potest. So.Dico pecuniam signatam posse locari,& inde lucrum accipi non est dictum Scoti solum:sed san.Tho.& communiter omnium theologorum & canonistarum:quia sic conceditur pecu- C nia ad aliquem vsum secundariū per quem non consumitur puta ad ostentationem .Et si ita esset in casu : ita ꝙ Petrus acciperet aureos trecentos ad ostentandum restituendos non solùm in specie,sed in numero ita ꝙ extenso digito posset quis signando dicere.Isti sunt quos mutuauit Titus.Dico ꝙ casus esset licitus:quia tūc pecunia habe- D ret vsum à proprietate distinctum: & esset locabilis ,sicut & monile : & seruaretur æqualitas iustitiæ. Sed in proposito ,non est ita.

*

Finis tertii Tractatus.

INCIPIT VLTIMVS TRactatus Aureæ Rosæ. E

In consecratione ecclesiæ. F

INGRESSVS Iesus per ambulabat . Hierico Luc.xix. Sciendum est autem quod ea quæ in præsenti euangelio narrant contigerunt quando dominus vltima vice ascendebat Hierusalem ad passionem. G Et ecce vir nomine Zachæus .& hic erat princeps Publicanorum.Publicani erant qui publica vectigalia exigebant:& erant communiter viri peccatores.& infames.Iste autem fuit eorū princeps,Vel quia habebat aliquod officium super alios:vel quia erat primꝰ in diuitiis & ipse diues.Et quærebat videre Iesum quis esset & nō poterat præ turba: quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum,vt videret illum : quia inde H erat transiturus.Et cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum :& dixit ad eū Zachęe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere.Oportet aūt aliquando importat necessitatem : vt si dicam oportet me mori:aliquando importat indigentiam vt si dicam oportet me habere vestem. vel equum.Hic autem non tenetur primo modo:quia Christus infinitis aliis

modis miraculosè, & sine miraculo potuisset pro se, & pro suis prandium inuenire: sed secundo modo: vt sit sensus Zacheę, indigeo me recipias in domo tua ad prandium cum sim pauper. Vnde qui desyderabat videre Christum quem nunquam ante viderat, vt dicit Titus, illum meruit hospitio recipere. (Et festinans descẽdit: & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabãt, dicentes, quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autẽ Zachæus dixit ad dominum, Ecce dimidium bonorum meorum (domine) do pauperibus: & si quid aliquem defraudauit reddo quadruplum.) Est autem scitẽdum quòd iste Zachæus secundum Chrysosto. habebat aliqua bona iustè possessa ex patrimonio, & aliqua iustè rapta. Et sciendum rursus quòd bona rapta quæ habebat erant in duplici differentia. Nam quædam erant incerta, & quædam certa. sic ergo præsens passus exponitur. Ecce dimidiũ bonorum meorũ (domine) do pauperibus pro restitutione incertorum. Et si quid aliquem defraudaui de quo, scilicet constat mihi reddo quadruplum. ¶ Notandum autem quòd non dixit non dabo: sed do: quia secundum Theo. non solùm hoc promittebat: sed faciebat. Sed nunquid tenebatur reddere quadruplum. Ad hoc dico quòd Chry. videtur innuere, & similiter quidam alij quòd sic: quia lex. Exod. xxij. mãdat quædam in triplo quædã in quadruplo: & quædam in quintuplo restituenda: sed hic per medium, id est quadruplum intelliguntur alia extrema, id est triplum & quintuplum. Sed bea. Tho. ij. ij. q. lxij. ar. iij. tenet quòd non. & dicit quòd *Zachæus ista dixit volens supererogare, & plus facere quàm tenebat. Ad æqualitatẽ enim iustitiæ sufficit reddere simplum in foro conscientiæ. Si tamen aliquis fuisset conuictus in iudicio, & iudex eum condemnasset: tunc, & non aliter tenebatur soluere quod lex mandabat (ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est, eo quòd & ipse filius sit Abrahæ.) Est autem dubiũ vtrũ carnaliter, vel secundũ fidem Zachæus filius fuerit Abrahæ. & secundum aliquos veritas est quòd carnaliter fuit filius Abrahæ: quod patet. quia illi qui murmurabant de Christo: quòd ad hominem peccatorem declinasset: multo magis murmurassent si declinasset ad Gentilem: quia tales erant Iudæis abhominabiles: & hoc ipsum vt suã murmurationem iustiorem facerent in sui excusationem adduxissent, dicentes, ꝙ ad hominem Gentilem, & peccatorem declinasset. Secundo hoc patet vt dicunt: quia ipse voluit facere restitutionem in quadruplum secũdum tenorem legis: ad quem Gentiles non tenebantur. Oppositum tamen tenet Mag. hist. & videtur tenere Beda dicẽs, Filius autem Abrahæ Zachæus dicitur: nõ quia de eius stirpe genitus: sed quia eius est fidem imitatus. Et idem videtur tenere Ambr. dicens si Zachæus exiguus meritis sicut populus nationũ: huius dubij veritas est mihi incerta: & omnes rationes, & autoritates quæ hinc inde inducuntur solui possunt: tamẽ credo quòd non fuerit carnaliter filius Abrahæ. Ad primum contra hoc dicitur quòd fortè erat proselitus: & susceperat circũcisionem. Vel dato quòd gentilis esset: isti murmuratores non fuerunt ausi ei titulum gentilitatis opponere: quia erant gentilium, id est Romanorum subditi: sed primum videtur probabilius. Ad secundum dicitur quòd illam restitutionem*

nem secundum mentem. s. Tho. non fabat quasi lege obligatus: sed super erogando. Vel potest dici ꝙ faciebat tanquam proselitus. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.

In vigilia sancti Andreæ.

ERAT IOANNES & ex discipulis eius duo (. Io. Io. j. Vnus illorum erat Andreas: vt in hoc Euangelio dicitur. Alius ignoratur: & à quibusdã dicitur fuisse Ioannes qui se more scribentiũ historias nõ vult nominare. (Et respiciens Iesum ambulantẽ dicit, ecce agnus dei) Cũ aũt sicut dicit Ori. in Ie ge Mosaica offerentur tria genera animalium terrestriũ. s. vitulus, capra, & ouis, & ouium aries, agnus, & ouis: aciũ autẽ turtur, & columba. Tamen sacrificium agni erat principale quod singulis diebus manè & vespere offerebatur sine muratione alia vero offerebantur ex adiuncto. Igitur Christus dictus est agnus: quia Christus est principale sacrificiũ: quia licet ad salutem fideliũ prosint oẽs martyres: non tñ vt dicit. s. Tho. nisi inquantũ super oblationem agni quasi oblatio adiuncta principali sacrificio immolatur. Et ꝙa sacrificiũ agni inter omnia sacrificia veteris legis expressius Christi passionem figurauit: rõne innocentiæ & ratione tpis in qua soleniter immolabatur: quia in Pascha. Et rõne effectus: quia per illud sacrificium fuit hebraicus populus de seruitute Pharaonis liberatus: ideo supra idem Ioannes dixerat. Ecce agnus Dei ecce ꝙ tollit peccatũ. i. peccata mũdi: ponendo singulare pro plurali. Vel hoc dixit ratione peccati pro originalis quod est vnum speciis in omnibus hominibus secundũ. s. Tho. j. ij. q. lxxxij. Est autem sciendũ Mag. Hil. ꝙ agnus latinè ab agnoscendo dicitur: es ꝙ in magno grege matrẽ ad vocẽ agnoscat: greꝫ è, vt ait dicitur ab agno ꝙ est piũ. Et quia christus agnouit patrẽ per obedientiam: & matrẽ per curã: & pius fuit in passione per quã nobis pacẽ cũ deo acquisiuit: ideo vt ait ter. in missa dicitur. Agnus dei. Quia vero Ioãnes ante prædixerat ꝙ Christus veneratꝫ dum nunc dixit ista verba de Iesu discipuli qui eum audierunt intellexerunt ꝙ Iesus esset Christus Messias. Et ideo secuti sunt eũ, vt viderent vbi maneret. Et viderunt quia sicut dicit Chryso. licet Christus non habuerit domũ propriã iuxta illud. Filius hominis non habet vbi caput suũ reclinet. Matt. viij. tamẽ vt dicit nõ morabatur extra domũ: sed in domo aliena. Egoautem ista sic intelligo, quia dato ꝙ Christus habuerit ius in bonis Ioseph aut suæ matris siue ipsa fuit hæres, vt quidã dicunt, siue dotẽ habuerit tamẽ xps omnib⁹ renũtiauit, viuens tãqua religiosus, vt religionib⁹ daret principiũ viuẽdi in paupertate. (Et audierũt eũ duo discipuli loquẽtẽ, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus videns eos sequentes se dicit eis Quid queritis? Qui dixerunt ei, Rabbi: quod dicitur interpretatũ Magister vbi habitat? Dicit eis Venite, & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret: & & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem. Andræas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Ioanne: & secuti fuerant Iesum Inuenit hic primum fratrem suum Simonem: & dicit ei. Inuenimus Messiam secundum quod dicit sanctus Augustinus.

I Hæbraicè Meſsias Græcè vnctus Latinè Chriſtus dicitur, quod Chriſma eſt vnctio, quod eſt interpretatum Chriſtus. (Et Adduxit eum ad Ieſum. Intuès autem eum Ieſus dixit. Tu es filii Simon filius Ioanna.) Nota quod idem eſt filius Ioanna, quod Bariona. ex bar. filius & Ioanna. (Tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus.) Sicut magiſter hi. dicit Cephas eſt hebreum & Syrum Petrus vero græcum & Latinum &
K apetra dicitur. Vtrum vero nunc nomẽ Chriſtus imponat dicit idem quod tutius eſt dicere quod illud impoſuerit quãdo dixit. Tu es Petrus & ſuper hãc petram &c. Mat. xvj. vel quando elegit xij. & Simoni impoſuit nomen Petrus. Marc. iij. Si tamen intelligatur nũc hoc nomen imponere in ſequentibus non imponit denuo: ſed impoſitum confirmat. (In craſtinum voluit exire, in Galileam & inuenit Philippum. Et dicit ei
L Ieſus ſequere me. Erat autem Philippus à Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei. Quem ſcripſit Moyſes in lege: & prophetæ inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth) ſecundum exiſtimationem populi. (Et dixit ei Nathanael. A nazareth poteſt aliquid boni eſſe.) Sicut dixit Aug. Nathanael cuius ſunt iſta verba fuit doctiſsimus in lege: ideo fortè intellexit quod Chriſtus aliquo
M modo veniret à Nazareth, & nõ ſolum à Bethleem. Fortè etiam non intellexit. Ideo illa verba vt dixit dupliciter legi poſſunt ſcilicet remiſsiuè ſeu affirmatiuè ſcilicet ſi illud intellexit & interrogatiuè ſeu dubitatiuè ſi non intellexerat quod à Nazareth Chriſtus aliquo modo veniret. (Dicit ei Philippus. Veni & vide. Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dixit de eo. Ecce ve
N rè Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael. Vnde me noſti. Reſpondit Ieſus & dixit ei. Prius quam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu vidi te.) Secundum Auguſt. ad literam quãdo Philippus allocutus eſt Nathanael erant ambo ſub ficu: & Chriſtus longè aberat. Ideo iſte ex his intellexit quod Chriſtus cognoſceret occulta ideoque illuminatus à deo ſtatim dixit. (Rabbi,
O tu es filius dei tu es Rex Iſrael) id eſt, Meſsias (Reſpondit Ieſus & dixit ei. Quia dixi tibi vidi te ſub ficu, credis maius hic videbis. Et dicit eis, Amen dico vobis videbitis cœlum aptum & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis) ſcilicet in obſequium diuinitatis latentis in humanitate. Hoc autem ſecundum Sanct. Thom. factum eſt quando in Paſsione apparuit angelus confortans eum & in Reſurrectione, quando deſcenderunt ad ſepulchrum & in Aſcenſione, quando duo viri in veſtibus albis ſteterunt iuxta apoſtolos. Poteſt autem eſſe quod alias viderint cœlum apertum & angelos Chriſto obſequentes & tamen non ſit ſcriptum.

In die Sancti Andreæ.

AMBVLANS IESVS iuxta mare Galileæ vidit duos fratres Simonem qui vocatur Petrus & Andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant enim piſcatores. Et ait illis. Venite poſt me factam vos fieri piſcatores hominum. Ait illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum &c.) Matthæi. quarto. Præſentis Euangelii expoſitio tota patet de dictis, Dominica tertia poſt feſtum Trinitatis.

San

A

Sancti Thomæ Apoſtoli

THOMAS VNVS EX duodecim qui dicitur didymus &c.) Ioann. xxij. Huius euangelii expoſitio habetur dominica octaua Paſchæ.

Sancti Stephani prothomartyris.

B ECCE EGO MITTO ad vos prophetas & ſapientes & ſcribas.) Mat. xxiij. An te verba præſentis euangelii Chriſtus multipliciter Scribas & Phariſæos reprehenderat: & inter cætera: quia ipſi dicebant quod ſi fuiſſent tempore patrum ſuorum Chriſti non occidiſſent prophetas: Chriſtus dixit eis quod etiam ipſi implerant menſuram
C ſuam id eſt, quod facerent ſicut patres eorum & deinde ſubiunxit quæ habentur in euangelio. (Et ex illis occidetis, & crucifigetis & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem.) Pro quo notandum eſt quod multi diſcipulorum chriſti & fortè omnes fuerunt prophetæ: vt patet de Ioanne in Apoc. & de Agabo. Act. xj. Multi ſapientes qui ſcilicet habuerint per diuinam inſpirationem magnam notitiam diuinorum: vt Paulus. Multi ſcribæ id eſt docti circa textum ſcripturæ vt Nathanael, Matthias
D Nicodemus Gamaliel, & ſimiles (vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus: qui effuſus eſt ſuper terram.) ¶ Eſt autem notandum quod peccata priuatim commiſſa deus temporali pœna punit vſque in tertiam & quartam generationem. Sed peccata communia id eſt, in quibus communicat populus totus vel maior, aut principalior pars eius ſecũ-

E dum aliquos punit etiam vltra quartam generationem: quia cum vnus ſit populus à principio vſq; ad finem ſemper punitur ille populus qui peccauit ſicut Mahumetiſtæ: tandem deſtruentur ad quam deſtructionem cooperabuntur etiam peccata facta tempore Mahumeti. Vnde primi Regũ. xv. dominus Sauli per Samuelam in hæc verba mandauit. Recenſui quæcunque fecit Amalech Iſraelita: quomodo reſtitit ei in via cũ aſcẽderet de Aegypto.
F Nunc igitur vade percute Amalech, & demolire vniuerſa eius poſſet tamen etiam dici quod omnis ſanguis de quo dicitur venit ſuper Iudæos non qui erant tempore Chriſti aut futuri erant ſed qui erant vel fuerant vel futuri erant (à ſanguine Abel iuſti: vſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ: quem occidiſtis inter templum & altare.) Cum autem ſit duplex altare ſcilicet vnum infra domum interioré tem-
G pli & vnum extra in atrio iſte periit inter hoc ſecundum altare & templum id eſt ædem interiorem. Quæritur autem quis fuerit iſte Zacharias. Dicit autem Ori. quod quædam traditio vſque ad tẽpora ſua peruenit quod cùm in Hieruſalem eſſet in templo locus virginibus deputatus: & beata virgo poſt partum filii vellet in illo loco eſſe virgines illam repellebant. Sed Zacharias
H pater Ioannis baptiſtæ certamen aſſumpſit pro matre Chriſti dicens eam loco illo dignam eò, quòd virgo eſſet. Vtrum occiſus eſt Hier. Hoc tamẽ quia de ſcripturis non habet autoritatẽ eadem facilitate contemnitur qua probatur. Hæc ille. Ideo tenet Hier. cum aliis multis quod iſte fuit Zacharias occiſus à Ioas rege in atrio templi: vt habetur. ij. Paral. xxiiij. eo quod regem, &

I populum de idololatria increparet: sed contra quia ille Zacharias non fuit filius Barachiæ: sed Ioiade. ad hoc dicitur dupliciter. Primo secundum Hier. quod Barachias interpretatur benedictus domini. Ioiadam ergo dominus appellauit Barachiam ad significandum eius sanctitatē. Vnde in euangelio quo vtunt Nazareni pro barachia. vt ait dicitur Ioiade. Alio modo dicitur secundum aliquos quod Ioiadas fuit binomius: ita quod & Ioida & Barachias dicebatur. Sed quare dominus dicit à sanguine Abel iusti qui fuit primus iniustè occisus vsque ad sanguinē Zachariæ cum ipse non fuerit vltimus iniuste occisus. Ad hoc dicit Remig. quod per hos duos significantur omnes martyres laicalis & sacerdotalis ordinis qa vnus fuit occisus in campo pastor ouiū scilicet Abel. Alius in templo sacerdos scilicet Zacharias. Vel aliter posset dici: quia ipse Zacharias tunc erat vltimus occisus à Iudæis de quo legatur in scriptura. Nec obstat de Ioanne quia ipse fuit occisus ab Herode (Amen dico vobis: venient hæc omnia super generationem istam.) Sed contra quia ista generatio scilicet Iudæorum non occidit omnes prophetas. Dico secundum Sanctum Thomam quia ista generatio dicitur generatio malorū: quia omnes mali sumuntur pro vna generatione sicut dicitur etiam generatio rectorum. Vel potest dici quod loquitur per exaggeratione vt dicantur isti occidisse omnes iustos & prophetas: quia maiorem partem occisorum occiderāt. Et licet Iudæi à principio mundi non fuerint Iudæi: sed post tempora Iacob & Iudæ fuerunt tamen Hebræi vel saltem populus. Vnde Greg. dicit quod hebraicus populus hora prima ad vineā conductus est (Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt quoties voluit congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: & noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra) id est templū (deserta) hoc autem non est sic intelligendum quasi ip si super futuri essent in Hierusalem: & templum esset desolatum sed significatur Christus quod templum destrueretur & dispergerentur sacerdotes. Et non reædificabitur illud templum amplius: quia vt dixit Daniel vsq; in finē perseuerabit desolatio (Dico enim vobis non me videbitis ammodo). i. tempore passionis quæ instabat (donec dicatis in fine mundi instante iudicio (benedictus qui venit in nomine domini.) Tunc enim iudei conuertentur ad christum & postea videbunt eum in iudicio & benedicent.

Sancti Ioannis euangelistæ.

DIXIT IESVS PETRO (Sequere me) Io. vl. Est autē sciendū quod ea quæ in præsenti euan. scribuntur dicta fuerunt à Christo post resurrectionem quādo apparuit discipulis ad mare Tyberiadis. Tunc enim Christus prædixit Petro quod sequeretur eum in vniuersali regimine ecclesiæ: & quod erat moriturus in cruce. Et hoc dixerat ei obscure sub his verbis. Cum senueris extēdes manus tuas, & alius te cinget. i. ligabit in cruce. & eandem sententiam postea expressè dicens (sequere me). i. sequeris per mortē crucis: vt exponit Aug. & etiam per officiū pastorale. Sed petrus fuit sollicit' scire quomodo Ioānes debet mori & de hoc interrogauit. Vnde subditur. (Conuersus petrus vidit

vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem qui & recubuit in cœna super pectus eius & dixit Domine quis est qui tradet te. Hunc ergo cum vidisset Petrus dixit Iesu Domine hic autem quid). i. secūdum Theo. nunquid morietur vel non? Aduertendum autē quod hic Ioannes dicitur discipulus dilectus à domino quod qualiter sit intelligendum. s. Tho. j. q. xx. declarat. Consueuit enim de hoc esse dubitatio: quia ante verba presentis euangelii innuitur quod Petrus plus Christū amaret quàm Ioannes & consequenter è conuerso videtur ꝙ Christus plus Petrum quam Ioannē dilexit: quia ego diligentes me diligo. Prouerb. viij. Hæc inquit dubitatio multipliciter soluitur. Aug. enim refert hoc ad mysterium dicēs, ꝙ vita actiua quæ significat per Petrum plus diligit deum quā vita contemplatiua quę significat per Ioannē quia magis sentit vitæ pūris angustias & æstuātius ab eis liberari desyderat: & ad eum ire. Cōtēplatiuā vero vitā deus plus diligit quia magis eam cōseruat. Non em finitur simul cū vita corporis sicut vita actiua. Quidā vero dicūt ꝙ petrus plus dilexit christum in mēbris & sic etiam plus à christo fuit dilectus: vnde ei ecclesiā cōmendauit. Ioānes vero plus dilexit xp̄m in seipso & sic etiā plus ab eo fuit dilectus vñ ei cōmendauit matrē. Alii vero dicunt ꝙ incertū est quis horū plus xp̄m dilexerit amore charitatis & similiter quem deus plus dilexerit in ordine ad maiorē gloriā sed Petrus dicit plus dilexisse quantū ad quādem promptitudinē, vel feruorē. Ioannes vero plus fuit dilectus quātum ad quædā familiaritatis indicia q̄ christus & magis demonstrabat propter eius iuuentutē & pueritatē. Alii vero dicūt ꝙ Christus plus dilexit petrum quantum ad excellentius donum charitatis. Ioannem vero plus quantū ad donum intellectus vnde similiter petrus fuit melior & magis dilectus sed Ioannes secundū quid Præsumptuosum sed tā videt diiudicare hoc quia videt prouer. xvj. Spirituū ponderator est dominus. Hęc ille Est aūt sciendum ꝙ idem S. Tho. super Ioan. videtur stare in illa responsione de promptitudine & familiaritate. Fortè tamē dici posset quod cum dominus dicit Petro diligis me plus his non voluit innuere quod eum plus cæteris diligeret sed quod is cui ouium cura erat committēda pl' aliis debet diligere. Cū hoc autem stat Ioannem æquè & plus dilexisse Christum quam petrus & tamen ouium curam non accepisse: quia vt dicit S. Th. in quodli. iiij. q. viij. Ioānes erat maximè idoneus vt esset vicarius christi & tā non fuit: ne cum esset christi consanguineus daretur posteris prælatis exemplū dandi beneficia con sanguineis. Et secundū hoc dicendū esset ꝙ simpliciter plus fuit dilect' à christo qui simpliciter fuit melior ꝙ incertum est sed tā christus Ioāni se familiariorē exhibuit ex quo tā non sequitur eum simpliciter fuisse dilectiorē vel meliorē (. Dicit ei) Iesus. Sic eum volo manere donec veniā. Quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo ille inter fratres quia discipulus ille non moritur.) Est autem sciendum quod in istis verbis intellexerūt apostoli ꝙ Ioannes nō esset moriturus. Vnde exiit sermo iste inter fratres &c. Quod nō intelligo quasi crederent ꝙ nunquam moreret, sed quod nō moreret vsq; ad diem quā ad iudiciū veniet christus. Statutū est hominibus semel mori ad Hæbr. ix. Vnde & quidem post apostolos eundem conceperunt

I perunt ſenſum in iſtis verbis ideſt q̃ vſque ad iudicium diſcipulus iſte non moritur:ſed quòd tunc ab anti chriſto eſſet necandus. Et horum quidam dixe runt quòd viuit cum Enoch:& Helia in paradiſo terreſtri. Quidam verò q̃ viuit adhuc in ſepulchro:in qđ intraſſe legitur & nõ legitur exiuiſſe:& hinc ſicut dicit Augu.ſumunt argumentũ: quia vt ſemper fama ſparſit apud Ephe ſum ex ſepulcro eius terra ſenſum ſca-
K turire & ebullire cernitur:quando com mota & emiſſa per expirationem dor mientis in eo. Sed omnes iſtas opinio nes videtur ipſe Ioannes voluiſſe de ſtruere cum ſubiunxit.(Et non dixit Ie ſus non moritur:ſed ſic eum volo ma nere donec veniam quid ad te) Dicit au tem.S.Tho.qnòd textus græcus habet. Sed ſi ſic eum volo &c. Eſt tamen idẽ ſenſus. Tenentes autem prædictam opinionem: ad hoc dicunt:quòd licet
L chriſtus non dixerit iſta verba ſcilicet non moritur:dixerit tamen iſtam ſen tentiam ab aliis verbis ſcilicet ſic eum volo manere. Vnde Ioannes negauit quidem chriſtum illa verba dixiſſe:ſed non negauit quin vera eſſet illa ſenten tia. Contra has verò opiniones arguit. Aug. Nam omnibus apoſtolis optabile erat diſſolui.& eſſe cum chriſto ſicut & Paulo:& hoc erat eis magnũ bonũ.ſ.de
M poſita ſarcina carnis,ad beatã vitã euo lare. Non ergo tanto bono priuauit diſcipulum præ aliis dilectum. Aduerten dũ eſt autem q̃ iſta ſententia Ang. eſt vera:ſua ratio etiam probat q̃ Ioannes non dormiat in ſepulcro: priuatus dul cedine contemplationis:& priuatus au gmento meritorum ſuorum:cum dor miens mereri nequeat:non autem pro bat quin viuat cum Hælia & enoch. Sic enim oportet dicere q̃ etiã Hælias fue rit minus dilectus omnibus aliis pro N phetis qui nunc ſunt in patria:quod nõ eſt verum:quia licet tardetur præmiũ tamen cùm adhuc ſit viator cre ſcit in merito. Vnde fiet recompenſatio huius retardationis: quia ad maiorem quandoque vocabitur gloriam quàm ſi ante obiiſſet. Aug. autem proprie non arguit contra hoc:quia iſti dictum ſuũ non probant niſi per textum euangelii quem ſoluit ipſe Aug.& alii. Arguit au O tem contra dicẽtes q̃ in ſepulchro dor mit. Et ad motuum de terra ebulliente dicit quòd diuinitus fit:vt oſtendatur mors huius euangeliſtæ pretioſa:& ſi non fuerit violenter illata. Vel fit vt dicit alia quacunque de cã. Textus er go euangelii ſic exponuntur. Primò my ſtice ſecundùm Augu. de vita contemplatiua quam Chriſtus vult manere do nec veniat ad vocandum per mortem: & tunc etiam non finitur:ſed perfici- P tur. Actiua verò in morte finitur: ideo dixit(tu)ò Petre qui vitam actiuam ſignificas(me ſequere)perferendo huius vitæ dolo res:& erumnas vſque ad mor tem. Secundò.ſecundùm Chryſoſt. Sic eum volo manere in Iudæa donec ve niam ad diſperdendum Iudæos per Ti tum,& Veſpa. Non enim,vt ait ante di ceſsit de Iudæa quã ille veniret ad Iu deam ſecundùm chronicas. (Quid ad te)qui de his ordinare non habes(tu me ſequere)faciendo quod moneo. Nam Q ſecundùm eundem Chry. Petrus vt hic colligitur:& in actibus apoſtolorum valde amabat Ioannem.& ideo cum ſe audiuit vocari ad prælationem orbis ſollicitus de Ioanne quem voluit habe re ſocium quæſiuit de eo:ſed chriſtus noluit eos eſſe coniunctos propter ma ius eccleſiæ bonum vnde ſecũdũ Chry ſoſto. Petrus non interrogauit de mor te Io

A te Ioannis:ſed de prælatione. Sicut au tem dicit. S. Thom. ſuper Ioan. ipſe Io annes prædiligebatur à Chriſto pro pter quatuor ſcilicet ſapientiam ſeruo rem puritatem,& teneram ætatem. Et vt idem dicit quodl.iiij.fuit maximè i doneus vt eſſet Chriſti vicarius:ſed no luit Chriſtus.qui erat ſuus conſangui- B neus ne futuris prælatis daretur occa ſio mali,vt dictum eſt. Tertio ſecundũ Hier.&.S.Thom. Sic eum volo mane re ſine martyrio donec veniam in die mortis vocare eum.tu me ſequere per mortem crucis vnde tenet Sanct. Tho. quòd verè mortuus eſt,& reſurrexit:& eſt in cœlo in corpore & anima: cuius ſignum hinc accepit: quia corpus eius inueniri nequit in terra.

Sanctorum Innocentium.

C ANGELVS DOMINI apparuit in ſomnis Io ſeph dicens) Mat.ij. Ea quæ in præſenti euange lio narrantur non conti gerunt ſtatim poſt diſceſſum magorũ à Chriſto vt dicit Mag.hi.quanuis hoc videatur Mat.dicere:ſed poſt præſenta tionem Chriſti in templo:vt patet ex Luca. Nam herodes videns magos adſe non fuiſſe reuerſos:credidit,eos fallaci D ſtella deceptos erubuiſſe regredi:ſed vbi audiuit quæ dicta erant de puero Ieſu à paſtoribus & Simeone & Anna credidit ſe deluſum à magis. Et tunc co gitauit de morte puerorum: Et Ioſeph monitus eſt vt fugeret in ægyptũ. Vbi autem ei angelus apparuerit incertum eſt:licet quidam dicant quòd apparuit ei in via quando regrediebatur à præ ſentat:one pueri in templo.quidam ve rò quòd in Nazareth vbi poſt præſenta tionem fuit verè per duos annos vel vnum ante quàm Herodes puerum in- E ſequeretur. Non enim eſt vero ſimile quòd angelus fecerit eum fugere per duos annos ante perſecutionem. Et ſi cut dicit Mag hiſt. traditur quòd domi no intrante Aegyptum. Aegypti idola corruerunt.(Surge,& accipe puerũ,& matrem eius:& fuge in Aegyptum & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurũ eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte F & ſeceſsit in Aegyptum. Et erat ibi vſq̃ ad obitum Herodis vt adimpleretur quod dictũ eſt à domino per pro phetam dicentem,Ex Aegypto vocaui filium meum)hoc ſcriptum eſt Oſeæ. xj. ad literam exponitur de populo Iſrael:qui fuit dei filius per adoptionẽ: & etiam de filio dei naturali. Eſt autem ſciendum quòd tripliciter declaratur Herodis crudelitas in morte innocen tium. Primò ex multitudine:quia pro- G pter vnum occidit multos. Secundò:ex loco quia non ſolum in Bethlæem:ſed in omnibus finibus eius occidit pueros Tertiò ex tempore:quia à bimatu,& in fra. Bimatus eſt ſpatium duorum anno rum. Vnde habens duos annos dicitur bimus. Infra vero aliquando importat ordinem temporis,& ſic infra bimatũ ſunt quicunque adhuc duos annos non habent completos. Et iſto modo com muniter ſancti ſumunt infra dicentes H quòd occidit omnes pueros qui erant vnius diei,vel menſis,vel anni,vel duo rum annorum:non autem occidit ali quem qui duos annos tranſiuiſſet. Ali quando vero dicit ordinem numeri:& ſic infra bimatum ſunt omnes haben tes plus quã duos annos. Numeri enim maiores poſterius numerantur. & ſic ſumit Chryſoſto. qui dicit quòd fuerũt occiſi

occisi omnes qui erant duorum annorum, vel supra vsque ad quinque annos secundùm tempus exquisitum à Magis Et sicut dicit mag. hist. huic attestatur quòd quædam ossa innocentum adeo sunt grandia, vt non possunt esse pueri bimi. nisi dicatur, vt idem dicit, quòd longè maiores tunc quàm modo homines erant. Quando autem occisi sunt isti christus erat vnius anni, & triũ diebus secũdũ aliquos verò erat duorũ annorum: licet hoc non sit probabile: sed primum. Non enim statim Herodes desæuit in pueros. Primo: quia non erat status regni quietus, & fuit citatus Romam ad instantiam filiorum. Secundo: secundùm alios quia cogitauit ꝙ puerum occultassent parentes: ideoque dissimulauit per tempus vt eos redderet securos, & incautos deprehenderet. Sed quare occidit supra & intra ætatẽ quã credebat habere christum. Dicitur ꝙ hoc fecit: ne puer euaderet: maximè ꝙa timebat secundùm Rabanum ne maiorem aut minorem ætatem prætenderet ille puer cui sydera famulabantur. Vnde secundùm opinionem communem sanctorum: cum crederet christum esse vnius anni: occidit supra vsque ad secũdum annum: & infra vsque ad infantẽ vnius diei Secundum verò opinionem Chry. occidit à duobus annis, vsque ad v. quia tunc credebat christum habere plus quàm vnum annum eo quòd stella ante natiuitatem christi Magis apparuerat: & tunc ipse credidit christũ natum. (Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis iratus est valde. Et mittens occidit omnes pueros qui erãt in Bethlæẽ, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra secũdũ tempus quod exquisierat à magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiã prophetam dicentem). s. Hie. xxxj. (Vox in Rama audita est). i. in excelsis: eo quòd fuerit vox magni clamoris secundùm Hier. Vnde cum rama aliquando sit nomen loci non sic sumitur hic sed vt est nomen cõmune (ploratus) quo ad pueros (& vlulatus) quo ad matres. Sciẽdũ est autem quòd Bethlæem est sita in tribu Iudæ: qui fuit filius non Rachel, sed Liæ vt patet Geñ. xxix. Rachel tamen fuit sepulta prope Bethlæem vt patet Geñ. xxv. Pueri ergo dicuntur filiæ Lię ratione originis: Rachel verò ratione sepulturæ. Ad significãdum autem vbi fuerit ista vox audita: subditur (Rachel plorans) supple est, vel fuit (filios suos) scilicet occisos ab Herode (& noluit cõsolari quia non sunt) scilicet viuentes. Vtrum verò isti innocẽtes fuerint martyres. Dic ꝙ sic: & vide sanctum Thom. quodli. vj. & ij. ij. q. cxxiij.

Sancti Felicis confessoris.

QVI VOS AVDIT ME audit.) Luc. x. Et qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit: spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio dicentes. Domine etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Est autem sciendum ꝙ Sathanas dupliciter cecidit. Primò cecidit de cœlo per peccatũ: & hoc sicut furgur. i. celeriter: quia quasi in instanti & potenter: quia videntibus angelis bonis & cum fœtore proprii peccati, & cum flãma tentationis qua homines incendit. Alio modo cecidit à potestate, & dominio quod super homines ante christi incarnationem exercebat. Christus enim illum deiecit. Sic ergo secũdùm sanctos illa verba (Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo

cœlo cadentem (dupliciter exponuntur. Primò de casu primo mndo. Quia enim, vt dicit Cyrillus, & Gre. Apostoli inaniter eleuabantur: eo quòd eis demones subiicerentur: ideo dominus illum superbiæ motum comprimere voluit, inducens exemplum de ruina diaboli: quæ ei propter superbiam euenit. Alio modo exponuntur de casu, secundo modo: quem casum christus vidit à principio suæ natiuitatis: imò ab æterno futurum esse: ideo subditur. (Et ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes: & supra scorpiones: & supra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit: verũtã in hoc nolite gaudere: quia spiritus vobis subiiciuntur) scilicet quasi in hoc sit vestrum gaudium & prẽmium principale laborũ vestrorum. vobis enim iunt parata multo clariora. (Gaudete autẽ quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis.

In conuersione sancti Pauli apostoli.

ECCE NOS RELINQVIMUS omnia, & secuti sumus te) Nat. xix. (Quid ergo erit nobis). Ad intellectum huius euangelii oportet scire qui sunt illi, qui cum christo iudicabunt, & quomodo iudicabunt. Quantò ad primum. Sanct. Tho. dist. xlvij. arti. ij. dicit quòd illi erunt viri perfecti sequentes voluntariam pauperratem: vt in hoc euangelio dicitur. Primò, vt dicitur ratione cõgruitatis. Nam qui relictis omnibus adhæserunt christo non videntur habere quo à iustitia flectantur. Secundò, ratione meritis. Humilitati enim debetur exaltatio. Inter omnia autem quæ despectum faciunt in hac vita est paupertas. Tertiò, ratione dispositionis: qa contemptus diuitiarum est prima dispositio ad potestatem iudicandi ideſt ad habendum cor edoctum, taliter omni diuina veritate: vt etiam aliis possit eam manifestare. Quia enim diuitię vltimo acquiruntur: primo relinquuntur in congressu ad perfectionem. Quãtum ad secundum sciendum est, vt dicit idem ibidem, quòd aliquid iudicat multipliciter. Primò causaliter: vt illud vnde aliquis apparet iudicandus. Sic ex comparatione. Ninivitæ iudicabũt. Secundo modo interpretatiuè consentiendo iudici. Sic omnes sancti iudicabunt. Tertio per similitudinem ad iudicem scilicet sedendo in excelso loco. Et sic secundùm aliquos perfecti viri iudicabunt in iudicio: quia eleuabuntur in aëre obuiam christo. Sed tamen hoc non sufficit implere promissionẽ christi. quia non dixi solùm sedebitis: sed aliquid videtur super addere dicens: iudicantes. Ideo. Quartò vt dicit aliquis iudicat ferendo sententiam in alterum. Et hoc dupliciter. Vno modo propria autoritate: vt deus. Alio modo pronuntiando sententiam datam: & sic iudicabunt sancti alios ducentes in notitiam diuinæ sententiæ vt sciant quid eis debeatur. Hoc autem facient admittendo inferiores ad inspectionem sensuum suorum in his quæ ad iudicium spectant. (Iesus autem dixit illis: amen dico vobis quòd vos qui secuti estis me: in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ) id est in resurrectione mortuorum: secundùm Hieronymum (sedebitis & vos super sedes decimasecunda iudicantes. xij tribus Israel) Sicut dicit Augustinus de ciuitate Dei non est credẽdũ quòd solũ. xij. cũ christo iudicabũt sed per. xij. significat vniuersitas

I sitas iudicantium. (Et omnis qui reliquerit domum,aut fratres,aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter nomen meum cẽtuplum accipiet:& vitam æternam possidebit.) Secundum Hiero.occasione huius sententiæ quidam dicunt quòd post resurrectionem mille annis homines viuent in hoc seculo:& omnia relicta restituẽtur in centuplum,& postea vita æterna. Et subiungit quòd si in cæteris di-
K gna sit promissio : in vxoribus tamen apparet turpitudo:vt qui vnam pro domino dimiserit:centum accipiat in futuro. Sensus igitur iste est. Qui carnalia pro saluatore dimiserit spiritualia recipiet, quæ comparatione & merito sui quasi parua numero cẽtenario compparantur.Hæc ille.

In Purificatione.S.Mariæ virginis.

L POSTQVAM IMPLETI sunt dies Purgationis Mariæ secundum legem Moysi.) Luc.ij.Est autem sciendum quòd secundum. S.Thom. iij.q. xxxviij.duplex erat legis præceptum de prole nata. Nam secundum legem Mosaicam pro quolibet masculo, vel fœmina offerebatur sacrificium, vt patet Leuit.xij.Quod sacrificium erat ad
M expiandum peccatum, in quo proles erat concepta:& ad quandam eius consecrationem:quia tunc primo præsentabatur in templo. Et ideo aliquid in holocaustum, & aliquid pro peccato offerebatur. Erat autem & aliud præceptum speciale de primogenitis hominum,& iumentorum. Sibi enim dominus deputauerat omne primogenitum in Israel:pro eo quòd ad liberationem populi Israelitici percusserat primo-
N genita AEgypti ab homine vsque ad pecus primogenitis filiorum Israel reseruatis.hæc.S.Thom. Vnde vltra hoc primogenitus præsentabatur domino tanquàm ei consecratus : & redimebatur certo pretio:vt patet Exo.xiij.Beata autem virgo sub hac purgationis lege non cadebat : quia obligabatur solum mulier quæ semine virili concipiebat : vt patet numer. vbi. s. tamen
O hanc legem voluit ex humilitate seruare : & ne scandalizaret illos qui nesciebant quòd de spiritusancto conceperat(tulerunt. Iesum in Hierusalem, vt sisterẽt eum domino).i.vt offerrent tanquàm primogenitum consecratum Deo : & redimerent. Et licet ipse non aperuerit vuluam.i.fregerit claustrum pudoris, tamen hoc non constabat omnibus. Vnde autem tulerint creditur quòd de tugurio in quo natus erat. Sicut scriptum est in lege domini : quia
P omne masculinum adaperiẽs vuluam sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiam secundum quòd dictum est in lege domini)quæ non solum pro primogenito:sed pro aliis dabatur(par turturum aut duos pullos columbarũ.) Hæc erat oblatio pauperum : vt patet Nume.vbi.s. Ergo mater Christi fuit pauper, quamuis pallium eius auro & gemmis adornemus. De hoc autem.S. Tho.vbi.s.art.ij. Ad quartum sic dicit
Q formaliter Leuit.xij.præcipitur,vt qui possẽt agnum pro filio,aut filia simul, & turturem siue columbam offerrent. Qui verò non sufficerent ad offerendum agnum, duos turtures, aut duos pullos columbæ offerrent. Dominus ergo qui cum diues esset propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus,vt dicitur.ij.Corint.viij.& pro se pauperũ hostiam voluit offerri sicut

A sicut & in ipsa natiuitate pannis inuoluitur,& reclinatur in præsepio. Nihilominus tamen huiusmodi aues congruunt figuræ. Turtur enim quia est auis loquax prædicationem & confessionem fidei significat. Quia verò est animal solitarium significat contemplationem. Columba verò est animal mansuetum,& simplex mãsuetudinem, & simplicitatem significans. Est autem animal gregale vnde significat vitam
B actiuam. Et ideo huiusmodi hostia significabat perfectionẽ Christi & membrorum eius. Vtrunque autem animal propter consuetudinem gemendi præsentes sanctorum luctus designat. Sed turtur quę est solitaria significat secretas orationum lachrymas:columba verò quæ est gregalis significat publicas orationes ecclesiæ. vtrunq; autem animal duplicatum offertur : vt sanctitas
C sit non solum in anima sed etiam in corpore. Hæc ille. (Et ecce homo erat in Hierusalem cui nomen Symeon.) Iste secundum aliquos fuit sacerdos famosus.(Et homo iste iustus,& timoratus expectans consolationem Israel).i. Christum (& spiritussanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritusancto : non visurum se mortem nisi prius videret Christum domini.) Responsio
D non fit propriè nisi ad interrogantem. Interrogabat autem iste in orationibus si videret Christum : cuius tempus propinquum credebat.(Et venit in spiritu in templum).i.venit per spiritum: reuelatione.s.habita quòd tunc videret Christum.(Et cum inducerẽt puerum. Iesum parentes eius:vt facerent secundum cõsuetudinem legis pro eo:& ipse accepit eum in vlnas suas:& benedixit Deum) id est, laudauit (& dixit.Nunc dimittis).i.dimittes transire:scilicet ex hoc mundo ad alium(seruum tuum do- E
mine secundum verbum tuum).i.promissionem tuam (in pace).i.in quiete animi. (Quia viderunt oculi mei salutare tuum).i. Christum non quia Christus saluet Deum : sed quia per illum saluat Deus. (Quod parasti)ad videndum & ad publicandum per Apostolos (ante faciem omnium populorum) fidelium & infidelium. Parasti, inquam, illud tanquàm(lumen ad reuelationem gentium).i.quo gẽtes obscuræ & igno- F
rantiæ tenebris cõtentæ reuelabuntur i.venient ad lucem (& gloriam plebis tuæ Israël.) Magna enim gloria est illius populi:quòd ex eo natus est Christus.Post istam autem præsentationem Christus angelo monente fugit in AEgyptum statim secundum aliquos vel post annum secundum alios vnde dicit Lucas quòd post purificationẽ regressi sunt in Nazareth.

G

Sancti Valentini martyris.

NOLITE ARBITRARI quia venerim pacem mittere in terram.) Matthæi.x.

¶ Nota quòd Christus non venit mittere pacem malam quæ est concordia in malum & contra Deum: sed venit mittere gladium.i.separationem animorum bonorũ à malis.(Non veni pacem mittere,sed gladium.) Veni
H enim separare hominem aduersus patrem suum:& filiam aduersus matrem suã:& inimici hominis domestici eius. Qui amat patrẽ aut matrẽ plus quàm me,non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me : non est me dignus. Qui inuenit animã suam perdet eam.) Vide feria.ij.post diem Palmarum.(Et qui nõ accipit crucẽ suam) i.mortem secũdum aliquos:quã quisq;

I tenetur assumere secũdum prę parationem animi si oporteret. Vel crucem.i. pœnitentiam,& pietatem,qua aliis homines compatiuntur secũdum Greg.in homil.Dicitur enim, vt ait, crux, quia cruciet(& sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animã suam perdet illã.Et qui perdiderit animã suam propter me inueniet eam.Qui recipit vos, me recipit.Et qui me recipit,recipit eũ qui me misit. Qui recipit prophetã in
K nomine prophetæ).i.non propter aliquod tẽporale secundum Chry.sed solum ex hoc quòd propheta est(mercedẽ prophetę accipiet).s.obiectiue,nõ subiectiue.Duplex enim est merces nostra s.ipsa Dei visio:quæ dicit merces subiectiuè:quia subiectiuè est in nostro intellectu: & ipsum obiectum visionis.i. Deus. Primo modo mercedes variæ sunt sanctorum. quia secundum excessum in charitate est & excessus in præ-
L mio.Sed secundo modo vna est merces omnium, Deus (& qui recipit iustũ in nomine iusti:mercedẽ iusti accipiet.Et quicunq; potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli : amen dico vobis, non perdet mercedem suam.)

In cathedra. S. Petri Apostoli.

M VENIT IESVS IN PARtes Cęsareę Philippi.)Mat. xvj.Sicut Dicit Chrys.duplex est Cæsarea.s.Stratonis & Philippi fratris. s.Herodis Tetrarchæ.Et hæc ciuitas postea dicta est paneas. (Et interrogabat discipulos suos) nõ vt aliquid addisceret,sed,Primò, vt ex illorum responsione nos & illos instrueret,quòd nõ erat purus homo,vt videbatur(dicens.Quem dicunt homines esse filium hominis?At illi dixerunt. Alii Ioannem Baptistam. Alii N autem Heliam:alii verò Hieremiã:aut vnum ex prophetis.) Secũdò, etiam interrogat quid de se dicatur : secundum Hiero.vt discamus & nos esse solliciti quid de nobis dicatur: vt si bonũ sit:augeatur, si malũ corrigatur. Sciendũ est autem quòd erat apud quosdã Iudæos opinio quòd animæ migrarent de corpore in corpus. Vnde & Herodes audita fama Christi : credidit eũ fuisse quẽ O Ioannẽ decollauerat: vt patet Marc.vj. Et ideo turbæ quæ de Christo sentiebant quòd sanctus esset : existimabant quòd esset vnus ex sanctis mortuis puta Helias,aut Hieremias : secundum q̃ in eo aliqua videbãt indicia sanctitatis qua videbantur præcessisse in aliquo istorũ, & sic de aliis. (Dicit illis Iesus. Vos autẽ quem me esse dicitis? Respõdens Simon Petrus dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respõdens autem P Iesus,dixit ei?Beatus est Simon Barionа).i.filius Ioãnis à bar:quod est filius & Iona(quia caro, & sanguis).i.homo (nõ reuelauit tibi sed pater meus qui est in cœlis. Et ego dico tibi:quia tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam.)Hoc autem secũdum Aug.li.retractationũ : dupliciter potest intelligi.Vno modo : vt ipse Petrus, sit petra in qua ecclesia est fundata, alio modo, vt Christus sit ipsa petra, quam Q Petrus est cõfessus,& in qua est fundata ecclesia. (Et portæ inferi).i.peccata vel doctrinæ hęreticorũ:secundũ Hier. quibus itur ad tartara:vel demones secundum Orig.vel tormẽta, & blandimenta persecutorum:secundum Raba. (non prævalebunt aduersus eam.)Glo. i.non separabunt eam à charitate mea, & fide.Hæc ille. Possumus etiam in his verbis intelligere q̃ status Christianitatis

A tatis propter hoc durabit vsq; ad iudicium. (Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris super terram:erit ligatũ & in cœlis. Et quodcũque solueris super terrã : erit solutum & in cœlis.) Est autẽ notandum quòd potestas ligãdi, & soluendi data est Petro singulariter:vt hic & omnibus apostolis simul:vt Ioã.xx.vbi dicitur quorum remiseritis peccata remittuntur eis.& hoc ad significandũ quòd à Petro
B ad alios talis potestas deriuatur. Vide autem de materia istarũ clauium, quid & quot sint.iiij.distinct.xviij.

Sancti Matthæi Apostoli.

CONFITEOR TIBI PAter domine cœli & terræ.) Matth.xj.Confiteor tibi inquam.i.laudo te secundum Aug. (quia abscondisti hæc).i.fidei sacramenta de aduentu suo secundũ Hy-
C lar./à sapientibus & prudentibus).s.in oculis suis : vt sunt superbi,puta Scribæ,& Pharisęi(& reuelasti ea paruulis' Ita pater quia sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium), scilicet, perfectè & comprehensiuè imò neque clarè, & patenter nisi miraculosè : vt Moyses & Paulus(nisi pater,neque patrem quis nouit nisi filius,& cui voluit filius reuelare.)Cum enim tam pater quàm fi-
D lius sit infinitus neuter eorum comprę hendi potest,nisi ab intellectu infinito: cuiusmodi est diuinus:& neuter potest ab intellectu creato naturaliter videri, vt est. (Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis)sub onere corporis secũdum Augustinum,vel sub onere peccati, secundum Hylarium, vel sub onere temporalium secundum Gregorium, vel fortè sub onere præcepto-

rum ceremoniarum Mosaicæ legis (& E ego reficiam vos) hic per dulcedinem gratiæ:& in futuro per suauitatem gloriæ (Tollite iugum meum super vos,) id est, legem Euangelicam (& discite à me,quia mitis sum,& humilis corde.Et Inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue) post initium secundum Rabanum. Vel leue est amanti, secundum Augustinum, vel leue est comparatione veteris legis : quamuis multi F pastores nonnunquàtor superinducant grauamina libertati, quæ est in Christo, vt tolerabiliora sint auster à legis veteris edicta. His profecto conuenit illud Matthæi. xxiij. Alligant onera grauia &c.

In annuntiatione beatæ Mariæ virginis.

MISSVS EST ANGELVS G Gabriel &c.)Luc.j.vide supra feria.iiij.post.iij.dominicam aduentus.

Sanctorum Tyburcij, & Valeriani.

ECCE EGO MITTO VOS sicut oues.) Matthæi.x.(in medio luporum.)Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ cauete H autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos. Et ad præsides,& ad Reges ducemini propter me : in testimonium illis,& gentibus. Cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Quod Staphano disputãte cõtigisse legitur in act.apost. (Contrarium huic videtur esse illud.j.

Pe.ij.Parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcēti vos a d rationē de ea quæ in vobis eſt,ſpe.Soluitur autē: quia cū homo habet tempus ad deliberandum quid loquatur debet cogitare :aliter tēraret deum,quando vero non habet tēpus.vt puta quādo aliquis cum furore trahitur ad iudicium, tunc non debet cogitare quid loquatur.i.non debet de hoc anxiari.Hier.Cum in medio amicorum certamen erit ,iubemur eſſe ſol K liciti:cū autem eſt iudiciū terribile, & plebes inſanientes,& timor vndiq;:auxilium à Chriſto prebetur: vt confidēter loquatur: & non obtupeſcant illi. vnde notanter dixit ſaluator. Dabitur enim vobis in illa hora.i.in tali neceſſitate quid loquamini. Non enim vos eſtis,qui loquimini : ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis,Tradet autem frater fratrem in mortem ,& pater L filium,& inſurgent filii in parentes , & & morte eos afficiēt. Et eritis odio omnibus hominibus.i.Iudæis & gentilibus propter nomen meum.Qui autem perſeuerauerit vſque in finem,hic ſaluus erit.

Sancti Petri martyris.

M SI QVIS VULT poſt me venire)Luc. ix. abneget ſemetipſum & tollat crucē ſuam quotidie & ſequatur me . Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere,perdet illam. Nam qui perdiderit animam ſuam propter me ſaluā faciet illam Quid enim proficit homini ſilucretur vniuerſum mundū ſeipſum autem perdat?& detrimentū ſui faciat? Patet hoc euangelium ex dictis ,& allegatis ſupra in feſto ſancti Valentini Mar.excepto hoc.Qui erubuerit me & meos ſermones id eſt,qui non audebit N confiteri fidem in caſu in quo tenetur id facere (hunc filius hominis erubeſcet)id eſt nō reputabit de numero ſuorum. Sicut dicit.ſ.Tho.ij.ij.q.iij.eſt neceſſaria confeſsio fidei non ſemper: cū de hoc ſit præceptum affirmatiuū, ſed pro loco & tēpore, puta quando & taciturnitate ſubtrahitur Deo honor, & proximo vtilitas ſua (cum venerit in maieſtate ſua) & patris, & ſanctorum O Angelorum.

Sanctorum Philippi & Iacobi Apoſtolorum.

NON TVRBETVR cor veſtrum) Ioan.xiiij. Sciēdum eſt quod in nocte cœnæ dominus Apoſtolis prædixerat ſuam proditionem,& negationem Petri ,& ſuum receſſum: propter quem omnes P erant in magna triſtitia.Ideo per verba præſentis euangelii voluit eo conſolari creditis in deum.& in me credite) ex conſequenti:& in hoc innuit ſe deū, non enim credim⁹ proprie niſi in deū. Vnde non recte dicitur. Credo in eccleſiam catholicam : ſed Credo eccleſiam catholicam.ij.j.q.ij.(In domo patris Q mei).i.cœlo & in ipſo Deo & eccleſia triumphanti,& militanti.Nam domus alicuius dicitur in qua habitat.Inuenitur autem in ſcriptura, ꝙ Deus habitat in cœlo.ſ.per ſpecialē oſtenſionem gloriæ & in ſeipſo,& in ſanctis viæ per fidem,& in ſanctis patriæ per gratiam conſummatam,ſed dominus de Deo,& cœlo loquitur dicens (In domo patris mei manſiones multæ ſunt.In cœlo ꝙ dem multa ſunt loca corporalia in potentia tamē:& quædam ſuperiora quę-

A dam inferiora:& conſequenter minus digna.In Deo autem ſunt multæ manſiones ad hūc ſenſum:ꝙ beatitudo quæ à creatura habet deo,multos habet gradus:quia omnes æqualiter vident . Si quominus dixiſſem ſunt duæ dictiones,& duo accentus hic:& intendit dicere ſaluator ſecundum expoſitores cō muniter:ꝙ ſi iſtæ manſiones nō eſſent ibi:vel ſi quo ſeu in aliquo min⁹ eſſent ibi quam dixerat:ipſe hoc eis dixiſſet.
B Vel poteſt dici ꝙ intendit dicere Si in præteritū non ad plenū dixiſſem vobis quæ facturus ſum:nunc dico vobis(ꝙa vado parare vobis locū) Locus autem cœleſtis manſionis,quantum in ſe eſt, ſemper fuit paratus:ſecundum diuinā prædeſtinationem:& inquantum in ſe eſt nullum habet defectum:ſed quo ad nos,qui non habeamus ius intrandi, non ſemper fuit paratus. Chriſtus ergo illum impetrauit exequendo prædeC ſtinationem:ſeu dando nobis ius intrādi in illum per mortem ſuam:& mittēdo ſpiritum ſanctum . Et ſi abiero & præparauero vobis locum :iterum veniо) id eſt , veniam in morte.ſ.qui ad gloriam Apoſtoli erant aſſumendi (& accipiam vos ad meipſum :vt vbi ſum ego & vos ſitis.Et quo ego vado ſcitis & viam ſcitis & viam ſcitis) Contra: quia Tho.dicit ꝙ neutrum horum ſciebat ergo vel Chriſtus,vel Thomas falD ſum dicit:Reſpondeo ꝙ vterque verū dicit:diuerſimode Sciebat enim Tho. viam iſtam,& terminum ſed neſciebat ꝙ illa via eſſet via,& quod talis terminus eſſet terminus , ſicut ſi ego videre Andræam,& non crederem quod eſſet Andręas:negarem me Andræā videre ſine mendacio,imò etiam forte ſine falſitate quia non viderem Andræam vt ſic.alius autem vere diceret me videre Andræam id eſt,illum qui eſt Andręas E Terminus ergo huius viæ erat deitas & gloria æterna.Via verò erat humanitas,& paſsio Chriſti quum Apoſtoli neſciebant perfectè eſſe viam.ideo ſubditur(Dicit ei Thomas. Domine neſcimus quo vadis.Et quomodo poſſumus viā ſcire:dicit ei Ieſus.Ego ſum via rō ne hūanitatis(veritas)rōne deitatis vi ſæ ſeu intellectæ(& vita) ratione deitatis amatæ.Vnde Chriſtus eſt via ratione humanitatis: & terminus ad quē F nos imus ratione deitatis.Et ſi dicas ꝙ Chriſtus erat iam beatus:ideo non accedebat ad beatitudinem.Dico ꝙ non erat beatus quo ad corpus , ſed ſolùm quo ad animam. Vnde etiam ipſe chriſtus non ſolum erat via,ſed etiam viator,& terminus. (Nemo venit ad patrem,niſi per me.Si cognouiſſetis me, & patrem meum vtique cognouiſſetis. Et à modo cognoſcetis eum ,& vidiſtis G eum.Dicit ei Philippus.Domine oſtēde nobis patrē ,& ſufficit nobis . Dicit Dicit Ieſus . Tanto tempore vobiſcū ſum,& non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me:videt & patrem meum).i. eſſentiam & ſubſtātiam patris,ſeu quæ eſt pater.filius enim eſt eſſentia , quæ eſt pater,& eſſentia patris:licet ipſe nō ſit pater.& in hoc voluit dicere ꝙ pater nō poterat videri,niſi ſicut & fili⁹ quo ad deitatē.ſ.per intellectum & nō per H oculū corporeū.[Quo aūt vna⁹ ꝑſona diuina ſit in alia.dico ſecundū Theo. quod hoc eſt quia eſſentia vnius eſt in alia eadem ſit omnium eſſentia.Eſt tamen & alius modus huius inexiſtentiæ de quo alias.Eo ipſo autem quod filius per opera miraculoſa probabat ſe Deū probabat patrē in ſe eſſe vnde dicitur. propter opera ipſa credite.quæ.ſ.pater faciebat per filium.(Et quomodo tu

I dicit,ostende nobis patrē. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis:à meipso non loquor.Pater autem in me manēs ipse facit opera.Non creditis quia ego in patre & pater in me est? Alioqui propter opera ipse credite. Amen amē dico vobis:qui credit in me opera,quæ ego facio,& ipse faciet,& maiora horū faciet) Hoc autem tripliciter intelligitur.Vno modo quātū ad doctrinā.quia K plures conuersi sunt ab Apostolis, quā à christo:& prædicabunt variis linguis Christus autem vnica id est .Hæbræa. Secundo modo quo ad modum aliquē faciendi miracula.Nam magnum erat quod Christus propria autoritate faciebat,miracula,& aliquando solo verbo,& aliquando ad tactum vestimentorum,aut fimbriarum.& quo ad hoc maius fuit quod Petrus sanabat,sola vmbra corporis & vestimentorum suorum, vt patet Act. v. Tertiò quantum ad substantiam rei factæ non absolutè, sed conditionaliter. Si enim fuissent opus maiora fecissent quàm fecerit Christus tempore quo ad prædicauit, quia impediuissent solem a suo motu multo melius quàm Iosuæ. Ratio autem omnium est quia Christus ibat ad patrem, & consequenter missurus erant spiritumsanctum : quo fortificati Apostoli prædicta turi erāt M per orbem.Per ista autem voluit Christus probare se esse Deum:sic arguens. Si opera quæ ego personaliter facio ostendunt ꝙ sum Deus : & quod pater in me est, multò magis opera maiora quæ faciam per alios petentes in nomine meo & in nomine meo miracula facientes hoc idem ostendent. Vnde subditur.(quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo) dummodo debite petatis (hoc faciam.) N

Sanctæ Catherinæ de Senis.

SIMILE EST REgnum cœlorum grano sinapis) Mat.xiij.(Regnum cœlorum).i.doctrina euangelica secundum Hiero.simile est grano sinapis (ꝙ secundum Aug.calidum est O & venena repellit (quod accipiens homo).i.Christus(seminauit in agro suo) id est.humano corde secundum Hiero. (Quod minimum quidem est)à principio quia videtur stultitia credere deum crucifixum (omnibus seminibus) seu inter omnia seminina.i.secundum Hie.inter omnes philosophorū discipulinas (Cum aūt creuerit maius est omnibus oleribus).i.sectis philosophorū.(& P fit arbor ,ita vt volucres cœli (id est, animæ credentes)veniant.& habitent in ramis eius)credendo quæ in ea traduntur. Vel secundū Chry.quia dominus dixerat ꝙ solū quinta pars seminis ceciderat in terram bonam & ꝙ ibi simul exorta fuerant Zizania,ne aliquis crederet ꝙ pauci remanerent fideles. hoc dominus excludit per hanc parabolam,in qua secundū mentē eius figuratur ꝙ tantū deberet ecclesia crescere Q in agro huius mundi:ꝙ volucres cœli. id est nobilissimi principes habitarent in ramis eius.i.sub eius obedientia.Et huic consonat sequēs parabola in qua per fermentum modicum ,& calidū figuratur paucitas fidelium tempore Apostolorum:qui commixti multę farinæ .i. tribus satis per quæ tres principales orbis partes Asia: Aphrica,& Europa , significatur : totam in sui naturam

A naturam conuerterunt.i.ad fidem.(Est autem satum genus mensurę.Dicta autem mulier est diuina sapientia q̄ Apostolos misit ad prædicandum. Dicitur ergo(Aliam parabolam locutus est eis. Simile est reg.cælorum fermēto :quòd acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus:donec fermentatum est totum , Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas propter causas dictas frequenter & sine parabolis nō B loquebatur eis : vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. aperiam in parabolis os meum &c.

In inuentione sanctæ Crucis.

ERAT HOMO EX pharisæis Nicodemus nomine princeps Iudęorū.) Vide in festo sanctę Trinitatis.

C *In festo coronæ domini.*

APPREHENDIT PIlatus Iesum, & flagellauit &c.) Ioan.xix. Ex se patet totum præsens Euangelium.

incli Ioannis ante portam Latinam.

D DIXIT IESVS PEro sequere me)vide in festo sancti Ioannis Euangelii.

In translatione bea. Dominici confessoris.

VOS ESTIS SAL terræ) Ma.v.Est aūt notādū ꝙ verba præsentis euāgelii dixit christus discipulis suis ꝛonsequenter intelligūtur dicta præ omnibus,Et quia docere est prælatorum:ideo etiam de doctoribus intelligūtur.Assimilantur aūt sali.Primo quia per doctrinam cœlestium corpora à corruptione præseruant secūdum Hila:Secundò quia per eos cōditur hominum genus:secundū Hier.id est perficitur vt sit sapidum per intellectū & amorē diuinorū.Tertio:qa sine sapore cœlestis sapientiæ quam isti tradunt nullum sacrificium bonorum operum est acceptum Deo.sicut sine sale nullū F sacrificiū offerebatur Deo in lege mosaica secundum Remi.Quarto secūdū eundē Remi.quia cœlestis sapiētia per apostolos prædicata exiccat humores carnalium operum aufert putredinem & fœtorem malæ cōuersationis & vermen libidinosæ cogitationis.Hæc ille. (Quod si sal euanuerit) .i.si doctrina errauerit secūdū Hie.vel in persecutionibus defecerit secūdum Aug.(in quo) G i.per quem(salietur).i.condiet terra sine homines terreni quasi dicat. Non erit quē populus,corrigat,& confirmet(Ad nihilum valet vltra,nisi vt mittatur foras(Extra per ecclesiam per excommunicationē si sit hæreticus. Vel extra ecclesiam quo ad meritum: si sit peccator (& cōculcetur ab hominibus) tanquam ab alto,ad ima rues(vos estis lux mundi.) Sicut aūt prælati sunt sal prę cipuè qā per doctrinā mouent affectū exhortādo ad contēptū terrænorū, & H amorem cœlestiū:ita sunt lux : quādo per doctrinā illuminant intellectū circa credēda & sunt sicut ciuitas fortis ad quamm confugiūt debiles. Vnde non possunt id est, non debent abscondi tacendo veritatem fidei loco & tempore oportuno, Sed quia lux doctrinæ sine effectu operum parum valet doctori, & parum proficit auditori.ideo subditur Non potest ciuitas abscondi supra

montem posita neq; accendunt lucerna & ponunt eam sub modio: sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est) Nota lux vestra. i. doctrina quæ sine operibus auditoribus parum, doctoribus autem nihil prodest: sed potius interdū obest. Sicut autē dicit glo. postquam saluator docuit quales debent esse doctores docet quid debent dicere dicens. (Nolite putare quoniam veni soluere) id est transgredi vel annihilare, quo ad moralia id est, decē præcepta decalogi (legem aut prophetas nō veni soluere sed adimplere.) Ad intellectum autem istorum quia varia dicunt doctores expositores: omnibus expositionibus omissis secundum propriam mentem aliqua dicemus. Sciendum est ergo ex doctrina. S. Tho. ij. ij. vbi de lege veteri loquitur quod in prę dicta lege erant tria genera præceptorum. Quædam enim dicebantur moralia. i. decem prȩcepta decalogi, Ista erāt de lege naturæ, ideo semper habent durare sicut semper eadē est hominis natura. Quædam vero erant cermonialia pertinentia scilicet ad diuinum cultum Ista fuerunt figuratiua sicut immolatio agni paschalis figurabat christi passionem. Postquam ergo completa fuerunt illa quæ per talia figurabantur cessare debuerunt ista præcepta. Si enim etiā nunc immolaretur iste agnus significaretur quod Christus adhuc esset morturus quod est impiū. Vnde & sine peccato talia seruari non possunt. Et hinc est quod præceptum de sanctificatione sabbati cum esset partim morale scilicet quo ad hoc vt aliquo tempore cessantes homines à seruilibus operibus vacarent Deo, & partim cerimoniale. s. quo ad hoc quod istud tempus esset sabbatum quod interpretatur requies, & significabat quietem Christi in sepulchro: cessauit quo ad secundum, sed nō quo ad primum. Vnde aliquod tempus damus deo, sed non sabbatum. Quædā vero præcepta erant iudicialis quæ scilicet pertinebant ad regimen populi vt quod ille qui furabatur aliquid restitueret illud & aliquid plus. Ista autē non possunt eadem congrue dari omnibus populis, ideo variato populo istā variantur. Vnde ea Christus reliquit in arbitrio principum ita quod non tenemur illa seruare sicut moralia: nec etiam prohibemur ea obseruare sicut cerimonialia. Tota ista doctrina est Thom. Christus ergo impleuit legē quo ad moralia ea obseruando, & declarando & consilia superaddendo. declarauit enim quod interiores motus animi etiam sine exteriori opere sint peccata quod iudæi non credebant forte vbi lex expresse cōcupiscentiā prohibebat. Imo quando lex prohibet concupiscentiam vxoris alienæ non intelligebant de concupiscentia luxuriæ sed auaritiæ, Nam ex Sanct. Thoma secundæ vbi supra dicit quod adulterii iudæi non credebant peccatum. Cerimonialia autem & prophetias Christus impleuit, exhibendo veritatem quam significabant. Si vniuersaliter totam legem quo ad moralia, & ceremonialia & legalia implet per obseruantiam vsque ad mortem (Amen quippe dico vobis donec transeat cœlum & terra: Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege) Iota est litera Hæbraica. iota vero Græcum & secundum Rabanum in numero significat decem: ideoque significabat ce

cem præcepta moralia. Apex vero non est litera sed signum quo valor discernitur literarum. Nam apud Hebreos alelph valet a. & e. secundum quod adduntur ei diuersa puncta: quem apices dicuntur & significant cerimonialia. Neque iota ergo, neque apex sine impletione prædicto modo pertranfibit. Quamuis etiam dicere possumus quod iste modus est loquendi significatur quod tota lex vsque ad minima prędictis modis debet impleri quantum ad omnia præcepta obligatiua & quantum ad omnes prophetias (donec) id est quousq; (transeat cœlum & terra) quæ dicuntur tranfire non secundum substantiam sed secundum qualitatem accidentalem quia tam cœlum quam terra post iudicium erunt lucida suo modo plus quam ante vt alias dictum est. (Qui ergo soluerit) id est non obseruauerit: vel non sane intellexerit secundum gloss. (vnum de mandatis istis minimis.) Ista mandata minima secundū Chrysostо. super Matt. & in homil. sunt ipsæ declarationes decem præceptorū: quas Christus statim erat docturus: puta quod nulli licet sine causa irasci: & quod non licet concupiscere mulierem turpiter. Dicuntur autem ista mandata minima à Christo secundum Chrys. quia sicut de se ita & de suis præceptis humilia dicit. Vel minima secundum Augu. sunt ipsa præcepta Moysi maxima vero quæ super addit Christus (& docuerit sic homines minimus vocabitur in regno cœlorum) ideſt secundum Chrysostо. damnabitur tempore resurrectionis: quod hic regnum cœlorum dicitur eo quod in tali temporetam anima, quam corpus iustorum erit in gloria vel secundum Grego. per regnum cœlorum ecclesia intelligenda est: in quo doctor, qui soluit mandatum minimus vocatur, quia cuius vita despicitur, restat vt eius sermo contemnatur. Hæc ille. (Qui autem fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Sanctorum Geruasii, & Prothasii.

CVM EGREDERETVR Iesus de templo) Matth. xxiiij. Ad intellectum horum quæ in hoc euangelio dicuntur: sciendum est quod Apostoli credebant quod post destructionem Hierusalem statim deberent omnia consummari, & mundus finiri. Ideo quia Christus eis prædixerat ruinam templi, & consequēter ipsius ciuitatis Hierusalem interrogauerunt eum de duobus vt patet Mat. xxiiij. scilicet de tempore destructionis Hierusalem & signis aduentus christi, & destructionis mūdi. Et de his duobus etiam hic dicuntur interrogasse. de primo ibi: quando ista fient. de secundo vero ibi, & quod signum. In præsenti autem euangelio tangitur responsio solum quo ad primum quæsitum. Ait illi vnus ex discipulis suis, Magister aspice quales lapides, & quales structuræ. Et respondens Iesus ait illi. Vide has omnes magnas ædificationes. Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruetur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templum: interrogabant eum seperatim Petrus Iacobus & Ioannes & Andræas Dic nobis quando ista fient & quod signum erit quando hæc omnia incipient consummari. Et respondens Iesus cœpit dicere illis. Videte ne quis vos seducat (multi enim venient in nomine meo) id est vsurpando sibi nomen meum (dicentes quia

Iego sum) scilicet Christus (& multos seducent.) Talis fuit Simon magus: quem dicebant virtutem Dei magnam Samaritani vt patet Act. vij. Tales fuerunt etiam multi alii secundum Hier. imminēte ruina Hierusalem. Sed quia vt idem ait, à tempore dominicæ passionis: in populo Iudæorum: qui petiuit sibi pro Christo dari Barabbam latronem seditiosum, non defuerunt seditiones ciuium, nec hostium bella ideo
K dicit dominus.) Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum ne timueritis. Oportet enim hæc fieri sed nondum finis) id est nondum erit desolatio, & destructio Iudeæ & Hierusalem secundum Hieron. sed vsque ad quadragesimum annum differentur prædicta desolatio. Ideoque securi estote in Iudæa. Et in istis. xl. annis & tempore obsidionis Hierusalem contigerunt omnia quæ saluator hic dicit & plura. Sicut enim ex Iosepho patet innumeræ seditiones, & fames acerba, & pestis eos
L inuasit, & terrores de cœlo (exurget autem gens super gentem, & regnum super regnum & erunt terræmotus per loca & fames. Initium signorum hæc. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis & in synagogis vapulabitis. Et ante reges, & præsides stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum) ante scilicet quam destruatur Hierusalē (oportet prædicari euangelium.) Beda. Hoc
M ita fuisse completum ecclesiasticæ testantur historiæ in quibus refert quod apostoli omnes multo ante excidium Iudeæ prouinciæ ad prædicandum euāgelium toto orbe fuerunt dispersi: excepto Iacobo zebedæi & Iacobo fratre domini: qui in Iudæa pro verbo domini prius sanguinem fuderant. Hæc ille.

Sicut autem euangelium semel est prædicatum & post venit desolatio Hierusalem ita vna alia vice prædicabitur, & deinde veniet desolatio mundi, vt patet per August ad Eschium, & Sanct. Thom. prima secunda vbi loquitur de lege euangelica & super epistola ad Roma. (Et cum duxerint vos tradentes nolite prægocitare.) Hoc declaratum est supra in festo S. Tiburtii, & Valeriani (quid loquamini sed quod datum fuerit vobis in illa hora id loquamini. Nō enim vos estis loquentes, sed Spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium) scilicet propter zelum idolorum: quia quando aliqui ad fidem conuertebantur quandoque parentes etiam strictissimè eos accusabant vel zelo idolorum vt dictum est vel priuato odio: aut cupiditate diuitiarum, vt patet de beato Paulo primo eremita vel etiam timore tyrannorum, qui istos perdi & accusari iubebāt (& consurgent filii in parentes & morte eos afficiēt. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit vsq; in finem hic saluus erit.)

In vigilia Sancti Ioannis Baptistæ.

Fvit in diebvs Herodis regis Iudeæ.) Luc. primo. Ad intellectum eorum quæ in præsenti euangelio dicuntur: sciendum est vt habet. j. Paralip. xxiiij. quod Dauid ordinauit in ministerio templi domini esse. xxiiij. sacerdotes qui vt etiam testatur magist. histo. dicebantur summi sacerdotes: ita tamen quod vnus erat super eos, qui simpliciter erat summus sacerdos: siue etiam de numero illorum vigesimoquarto, siue non. Et singuli eorum habant singulis septimanis

A nis ministrare secundum ordinem sorte decretum. Abia autem fuit sub octaua sorte: à quo descendit Zacharias pater Ioannis. Vtrum verò fuerit summus sacerdos, vel non, est magna inter aliquos concertatio: scilicet inter Nicolaum de Lyra & Paul. Bur. sed tamen credo, quod non fuerit simpliciter summus sacerdos sed secundum quid: inquantum fuit vnus de xxiiij. (sacer-
B dos quidam nomine Zacharias de vice Abia) profertur autem hic Abia vltima acuta: quia est indeclinabile (& vxor illius de filiabus Aaron: & nomen eius Helizabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum: incedentes in omnibus mādatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat eis filius: eo quod esset Helizabeth sterilis: & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Za-
C charias in ordine vicinis suæ aute Deū secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit: vt incensum poneret ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Sacrificium fiebat extra templum, id est, extra domum interiorem. fiebat enim in atrio quod erat immediatè prope illam domum: sed tamen intra domum erat altare incensi super quod ponebantur incensum expleto
D sacrificio. Vtrum verò illud altare esset inter sancta sanctorum: vel non est quæstio inter doctores. Augustin. tenet quod sic, alii quod non: quibus assentio. (Apparuit autem illi angelus domini stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns: & timor irruit super eum: Ait autem ad illum angelus. Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua.) Ista deprecatio secundum Augustinum intelligitur esse facta pro populo: non E autem pro filio habendo. Nam etiam angelo dicente quod habiturus esset filium non credidit ei. Secundum alios verò erat deprecatio pro filio habendo quam tamen tunc non effuderat: sed longe ante (& vxor tua Helizabeth pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Ioannem,) id est, in quo est gratia, vel cui datum est. Sic enim interpretatur Beda. Singularis meriti indicium da-
F tur: quoties hominibus nomen imponitur à deo, vel nuntiatur. Hæc ille. (& erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt) scilicet, amici, & vicini. In festo verò natiuitatis eius gaudent Christiani, & vt fertur etiam pagani (erit enim magnus coram domino, & vinum & siceram non bibet.) Est autem sicera succus ex frugibus, & pomis coctis: præcipuè dactylis expræssus: qui potest inebriare sicut, & vinum (& Spiritussancto re-
G plebitur adhuc ex vtero matri suæ.) Ex quo patet quod fuit in vtero sanctificatus: sicut & Hieremias: de quo dictum est Hieremi. primo. Antequam exires de vulua sanctificaui te. Idem à fortiori creditur de beata virgine: licet lex scripta non habeatur (& multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum & ipse præcedet ante illum) nascendo: prædi-
H cando: baptizando (in Spiritu & virtute Heliæ,) id est, sanctitate Heliæ cui fuit similis primò in asperitate victus, secundo in constantia docendi veritatem, & tertio in præcedendo primum domini aduentum: sicut Helias præcedet secundum (vt conuertat corda patrum) id est, Iudæorum, secundum exēplaria Græca cum qui Iudei patres fuerūt apostolorū in filios)

id

I ideſt ante filios Apoſtolos ſecundum. eundem.ad quos diligendos Ioannes inducebat iudeos:& ad eis credendum ideo ſubditur,& incredulos:& ad prudentiam iuſtorum:quæ prudentia ſecũ dùm Bedam.conſiſtit in quærendo ſalutem non ex operibus legis,ſed ex fide chriſti(parare domino) ideſt ad ſuſcipiendum dominum ſeu chriſtum (plebem perfectam)ideſt deuotam.

K *In die Ioannis Baptiſtæ.*

ELIZABETH IMPLEtum eſt tempus pariendi:& peperit filium.) Luc. j. Et audierunt vicini,& cognati eius.quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa:& congratulabantur ei.Et factum eſt in die octauo venerunt circunciderе puerum: & vocabant eum nomine patris ſui zachariam.Et reſpondens mater eius dixit. L Nequaquàm:ſed vocabitur Ioannes.) Ex hoc patet multos quòd non ſolùm zachariæ,ſed etiam helizabeth fuit reuelatum à deo nomen præcurſoris.Nõ enim potuit illud à marito didiciſſe. quia,vt dicit beatus Lucas,exiuit mutus de templo,quando angelus ei apparuit.Et ſi dicatur quod potuit ſcribere illud nomen ante ſicut tunc dicit poteſt quod verum quidem eſt:ſed tamen ſi illud ſcripſiſſet,reuelaſſet prius, non M quæſiuiſſent hoc tunc ab illo.(Et dixerunt ad illam:quia nemo eſt in cognatione tua,qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius)ſcilicet ſigillis.Ex quo patet quòd non ſolum mutus,ſed etiam ſurdus erat factus.Si em potuiſſet audire verba non ſignificaſſent ei illi conceptus ſuosper nutus ſeu huiuſmodi ſigna(quem vellent vocari eum.)Et poſtulans pugillarem ſcripſit: dicens,Ioannes eſt nomen eius.(Et mi- N rati ſunt vniuerſi)ſcilicet quòd pater & mater conuenirent in nomine,maxime quia zacharias non dixit:vocabitur Ioannes:ſed dixit.Ioannes eſt nomen eius in hoc ſcilicet innuens quòd hoc nomẽ erat impoſitum à deo ipſi puero(Apertum eſt autem ilico os eius & lingua eius:& loquebatur benedicens deum) zacharias enim fuit percuſſus priuatione loquelæ:eo quòd angelo loquenti O non credidit:diffidens de ſua ſenectute & vxoris ſterilitate:& vſque ad natiuitatem filii fuit mutus(& factus eſt timor magnus ſuper omnes vicinos eorum)id eſt admiratio, vel timor ſuper zacharia caſtigato per angelum(& ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.Et poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo dicẽtes.Quis putas puer ille erit ? Etenim manus domini) ideſt virtus(erat cum illo)quia.ſ.circa illum faciebat miracu P la.(Et zacharias pater eius replerus eſt ſpirituſancto:& prophetauit dicens)In ſua prophetia duo prædixit ſcilicet ꝙ deus viſitauit nos mittendo Ioannem qui eſſet præcurſor chriſti.& etiam ꝙ deus fecit redemptionem ideſt miſit redemptorem plebis ſuæ ideſt populi ſui (Benedictus dominus deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.)

In vigi. Apoſtolorum Petri, Q *& Pauli.*

SIMON IOANNIS diligis me plus his(Ioann.vlti.Eſt autẽ ſciẽdum ꝙ ea quæ in p̃ſenti euangelio narrantur contigerunt,quãdo ſalua- uator apparuit.Petro,& ſociis eius pi- ſcan

A ſcantibus in mari Tyberiadis,poſt ſuã reſurrectionem(Simon Ioannis)ſcilicet filius(diligis me plus his)id eſt plus quàm alii Apoſtoli qui erant præſentes ſcilicet Thom.Nathanael:& duo filii zebedæi, & alii duo qui ſunt innominati.Interrogat autem de hoc chriſtus ad innuendum quòd is qui eligitur in prælatum debet eſſe aliis melior.Vn de licet ſecundùm iura ſufficiat eligere ſufficientem:tamen quo ad deum quili B bet tenetur eligere meliorem non meliorem ſimpliciter ideſt qui magis habet de charitate:ſed qui meliorem quo ad hoc:quòd ſcilicet conſyderatis omnibus eſt aptior ad regimen. Cæteris tamen paribus eligendus eſt meliori ſimpliciter:quia ſimilior eſt ſummo paſtori.Vide de hoc ſanctum Thomam.ij.ij. quæſtione.lxiij.& quodli.vj. (Dicit ei Etiam domine tuſcis quia amo te) non C dicit autem plus quam alii:quia ſuam fragilitatem in negatione fuerat expertus.vel quia vt dicit Auguſt. ignorabat aliorum corde. (Dicit ei.Paſce agnos meos)ideſt inſipientes.(Dicit ei iterum Iterato dicit vt oſtendat quantum niſum debeat facere prælatus de ſubditis(Sũmon Ioannis diligis me.Ait illi. Etiam domine.tu ſcis quia amo te. Dicit ei iterum.paſce agnos meos) ſd eſt proficientes,(Dicitur ei tertiò.Simon D Ioannis amas me.Contriſtatus eſt Petrus,quia dixit ei tertiò:amas me)ſecundùm aliquos:eo quòd chriſtus frequenter interrogaret quod ſciebat.Vnde ſecundũ alios cõtriſtatus eſt,quia timuit ne chriſtus ſibi prædicaret aliquod malum futurum:ſicut fecerat quando dixit ei quòd ter illum eſſet negaturus.Et dicit ei. Domine tu omnia noſti,tu ſcis quia amo te.(Dicit ei,Paſce oues meas) ideſt perfectos.Et ne quis crederet leue onus præeſſe:oſtendit chriſtus ad quid E ordinabat ouium ſuarum paſtorem: quia ad hoc vt per mortem oſtenderet caduca omnia contemnenda . Vnde ſubditur(Amen amen dico tibi,cùm eſſes iunior:cingebas te,& ambulabas vbi volebas.Cum autem ſenueris : extendens manus tuas) ſcilicet in cruce:(& alius)ſcilicet carnifex(te cinget.) ideſt ligabit in cruce(& ducet quo tu nõ vis) ſi ſecũdùm ſenſualitatem id eſt ad mortem,(Hoc autem dixit)ſcilicet chriſtus F ſignificans qua morte)ſcilicet ipſe Petrus(clarificaturus)ideſt glorificaturus (eſſet deum.) Significauit enim quòd crucifigeretur.

In die apoſtolorum Petri & Pauli.

VENIT IESVS IN PARtes Cæſareæ Philippi)&c.Vide ſupra in cathedra ſancti Petri. G

In commemoratione ſancti Pauli.

ECCE NOS RELIQVIMVS omnia &c.Vide ſupra in Cõuerſione ſancti Pauli.

In octaua apoſtolorum Petri, & Pauli.

IVSSIT IESVS DISCIpulos ſuos aſcendere in na- H uiculã)Mat.xiiij. Patet aũt præſens euangelium ex dictis ſabbato ante.j.dominicã quadrage.

In feſto ſeptem Fratrum.

EGO VENTE IESV AD turbas ecce mater &c.Mat. xij.Vide feria.iiij. poſt primam dominicã quadrageſi.

Sanc

Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

ROGABAT IESVM QVI dam Pharisęus &c. Vide suprà feria.v. post quartam dominicam quadragesimæ.

Sancti apollinaris episcopi.

FACTA EST CONTENtio inter eos, quis eorum videretur esse maior) Lu. xxij. (Dixit autem eis. Reges gẽtium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos benefici vocãtur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis fiat sicut minor. & qui præcessor est sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autem in medio vestrûm sum: sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis). Hoc euangelium patet ex dictis feria quarta post secundã daminicam quadragesimæ. quasi totum. Motiuum autem contentionis de qua hic dicit secundùm Theo. fuit: quia quærebant inter se quisnam esset qui christum traderet secundùm verò, Græcum fuit: quia discedente christo oportebat aliquem eorum fieri aliorum principem. (Et ego dispono) idest trado (vobis regnum) tam ecclesiæ militantis cuius fuerunt facti rectores, quã ecclesiæ triumphantis cuius fuerunt in morte facti ciues & consequenter reges: quia omnes sancti in patria aliquo modo regnant. quia scilicet regnat ille in quem omne suum velle dirigunt (vt edatis, & bibatis) ipsum sacramentum eucharistiæ (super mensam meam) idest super altare meum (in regno meo) idest ecclesia militante. vel vt edatis & bibatis idest vt fruamini super mensam meam: idest super, vel propter beatificam visionem deitatis (& sedeatis super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.)

Sancti Iacobi apostoli.

ACCESSIT AD IESVM mater filiorum zebedei &c. Vide feria quarta post dominicam secundam quadragesimæ.

Sanctæ Marthæ virginis.

INTRAVIT IESVS in quoddam castellum) Luc. x. Istud castellum de quo hic agitur fuit. Bethania vt dicit Ori. (Et mulier quædam Martha nomine) soror. scilicet Lazari (excepit illũ (scilicet in domum suã. (Et huic erat soror nomine Maria: quæ etiam sedens secus pedes domini audiebat verbum illius magna suauitate eius delectata (martha autem satagebat) idest pro viribus conabatur (circa frequens) idest quotidianum (ministerium) idest circa præparationem refectionis pro christo & discipulis. (Quæ stetit) fessa discursibus (& ait) alacriter: & cum reuerentia, & confidentia magna (Domine non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare. Dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus. Martha sollicita eos: & turbaris idest inquietaris (erga plurima) idest propter multa. (Porrò vnum est necessarium) idest deus. vel vnum idest mentis vnitas: siue quies. Vel vnum idest vita contemplatiua, vel actiua Necesse est enim vt qui deo seruit: seruat vel in actiua, vel in contemplatiua vita vel in vtraque. Sed tamen contemplatiua est simpliciter melior, quàm actiua. ij. ij. quæstio. clxxxij. & est finis eius. iij. distinctione xxxv. In casu tamen necessitatis dimittitur contemplatiua propter actiuam. (Maria optimam partem elegit) idest vitam contemplatiuam (quæ non auferetur ab ea) sicut actiua quæ cessat in morte. Consistit enim in seruitiis quæ exhibemus hominibus. Vtraque verò vita fuit in beata virgine Maria conseruabat omnia dicta de christo conferẽs in corde suo: & rursus dicebatur quæstuaria secundùm Hiero. eo scilicet vt arbitror: quia & de quæstu viueret: & & pro sanctis pauperibus faceret quæstum. Ideo in assumptione eius legitur hoc euangelium.

Sancti Petri ad vincula.

VENIT IESVS IN PARtes Cæsareæ Philippi &c. Vide supra in cathedra sancti Petri.

In inuentione sancti Stephani.

ECCE EGO MITTO AD VOS prophetas &c. Vide supra in festo sancti Stephani.

Sancti Dominici confessoris.

VOS ESTIS SAL TERRAE Vide supra in trãslatione beati Dominici.

In transfiguratione Domini.

ASSVMPSIT IESVS PEtrum, Iacobum: & Ioannem. Vide sabbato secunda quadragesimæ.

In vigilia Assumptionis Beatæ virginis Mariæ.

LOQVENTE IESV AD TVRbas. Vide dominica tertia in quadragesima.

In die Assumptionis beatæ virginis Mariæ.

INTRAVIT IESVS IN QVOddam castellum &c. Vide supra in festo Sanctæ Marthæ.

In decollatione Sancti Ioannis Baptist.

MISIT HERODES AC tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorẽ Philippi fratris sui: quia duxerat eã) Mar. v. De cã incarcerationis Ioannis dictũ est domin. iij. de aduẽtu: & nunc addimus ꝙ secundũ quod recitat Mag. hist. & Beda. ipsa Herodias secũdũ aliquos fuit filia Arethæ regis: sed reuera vt ibi scripsimus fuit filia Aristoboli. Nupsit autem secundùm Iosephum: vt recitat magister histori. Herodi non quidem Herodi Agrippæ vel Tetrarchæ, sed cuidam Herodi filio Herodis Ascalonitæ ex filia Simonis sacerdotis. Fortè tamen vt dicit prædictus magister. iste Herodes dicebatur etiam Philippus. (Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem) idest populum zelantem pro Ioanne. timebat enim rebellionem populi penè furentis. Vnde etiam ne populus rebellaret fingebat se libenter audire Ioannem (sciens eum virum iustum, & sanctum, & custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: & libenter eum audiebat) quantum

I tum ad aliquam scintillã rationis, vel apparenter: reuera autem ipse, vt complaceret adulterę desyderabat eius mortem secundum sentẽtiam Bedæ (& cum dies oportunus accidisset) scilicet ad homicidium perpetrandum. vt intendebat adulter, & adultera (Herodes natalis sui cœnam fecit principibus Tribunis & primis Galilææ. Cúmq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset) id est, chorisasset (& placuisset Herodi
K simúlque recumbentibus, rex ait puellæ. Pete à me quod vis, & dabo tibi: & iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. (Iuramẽtum autem regis fuit vt Ioannem sub legitima causa negare videretur: & consequenter populus non rebellaret. (Quæ cũ exisset dixit matri suæ. Quid petam? at illa dixit. Caput Ioannis Baptistæ. Cúmque introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit dicens.
L Volo vt protinus des mihi in disco caput. Ioannis Baptistæ. Et contristatus est rex). s. apparenter, & secundum opinionem astantium: vt dicit Bed. Nam Ioseph dictus est pater Christi: quia ita videbatur: & putabatur. Dicitur autem iste Herodes rex: nõ quia habuerit diadema: sed quia regnabat tanquàm dominus (propter iusiurãdum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore præcepit af-
M ferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carere: & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ: & puella dedit matri suæ. Quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento.) Est autem notandum quòd ab hac morte rarò aut nunquàm suos milites Christus liberauit: qui tamen eos sepissimè liberauit ab aliis cruciatibus. Hoc autẽ ideo factum puto: quia hæc mors inter N violentas mortes videtur minùs dedecoris, & doloris habere: vt in pluribus. Ab hac ergo non eripuit quos mori voluit in testimonium veritatis: & tamen liberauit ab aliis: siue ad compescendam vesaniam eorum, qui viliores mortes in derisum conabantur inferre: siue ad confortandum milites suos fortè interdum trepidantes.

In natiuitate beatæ virginis. O

LIBER GENERATIONIS Iesu Christi.) Matth. j. Supple hic est, vt visio Esaiæ scilicet hæc est. Hebræi enim communiter omittunt ly est. Et intellige de generatione tẽporali: quia diuina est ineffabilis (filii Dauid, filii Abraham.) Isti duo ponuntur vt radices in Christi genealogia. Primò, quia ad istos facta est specialiter promissio. P Secundò, quia Dauid fuit principalis inter reges: & Abraham inter patriarchas: ex regibus autem & patriarchis debebat descendere Christus. Præponitur autem Dauid licet sit tempore posterior. Primò propter regiam dignitatem: & iterum ne bis repetendus fuisset Abraham inter medio vno posito. i. Dauid scilicet dicendo filii Abraham. & Dauid. Abraham autem &c. (Abraham genuit Isaac.) tacetur autem de Hismaele eiusdem filio, quia Q per illum non descendit Christus (Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius) qui cum Iuda nominantur: licet ab eis non dedescenderit Christus: quia fuerunt patres, & capita populi Dei. (Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar) quæ non erat vxor eius: sed erat vidua relicta filii ipsius Iudæ. dicit hic beat

A beatus Hier. quòd in genealogia Christi nulla ponitur sancta mulier: sed tãtum ille quas scriptura reprehẽdit: vt Thamar quæ fornicata est cũ Iuda, & Ruth quæ fuit gẽtilis idololatra. & similiter Raab meretrix & Bersabeæ quę fuit adultera cõcubens cũ Dauid. Et hoc vt ait: vt qui pro peccatoribus venerat de peccatricibus nascẽs omniũ peccata deleret. Alia causa secundum
B alios: quare istę mulieres exprimũtur est: quia fuerũt accidẽtaliter cõiunctæ viris, ex qbus cõceperunt: quia nõ fuerunt primę & principales vxores eorũ. Sed cõtra dicta Hier. arguit Nic. de ly. Primo: quia secundũ eundẽ Hier. propter peccata Ioram: filii eius vsque ad quartã generationẽ tollũtur de Christi genealogia. Vnde hic nõ ponit Ochozias, Ioas, & Amasias. Nõ ergo iste mulieres ꝓpter sua peccata inferũtur. Secũdò: quia beata Maria hic ponit quæ
C sancta fuit. Tertiò: quia Raab videt à scriptura cõmendari quia exploratores populi Dei abscõdit. Iosue. ij. & similiter Ruth eò ꝙ socrui fuit fidelis: & ad Deũ ab idolis est cõuersa. Ruth. iij. Ad ista autẽ soluenda. Ad primũ dico quòd omnes istas mulieres fuisse peccatrices ex scriptura cõstat: & cõsequẽter nõ sunt dicẽdæ sanctæ ad mentem Hie. q per sanctas intelligit innocẽtes.
D Fuerũt tamẽ vt rationabiliter creditur finaliter pœnitẽtes, & iustificatæ. Et qdem iustitia Raab, & Ruth satis ex dictis patet. Thamar autẽ postquàm fuerat ad mortẽ condemnata, fuit à Iuda absoluta: vt patet Geñ. xxxviij. Vnde verosimile est, ꝙ pœnituit. Et idẽ est de Barsabeę quę post fuit dilecta regi Dauid, & regi Salomonis, vt patet. iij. Reg. j. Intellexit ergo Hier. de peccatoribus pœnitẽtibus, in quos passio Christi ef-

ficaciã habet. De Ioram autẽ non ha- E betur autoritas, vel ratio, ꝙ pœnituerit: vnde nõ est simile. Ad secũdum dico, ꝙ Hier. loquitur de his quæ ponũtur in genealogia, & nõ in eius termino: & quę potuisset omitti: talis autẽ nõ est virgo, ex qua sola descẽdit Christꝰ. Ad tertiũ dico ꝙ istæ fuerunt reprehẽsæ per scripturã pro aliquo tẽpore, vt ex dictis patet &c. (Phares autẽ genuit Esron.) Iste Phares cũ Iuda patre suo: F & Iacob auo suo descẽdit in AEgyptũ: & ibi genuit Esrom qui genuit Arã: qui genuit Aminadab. qui genuit Naason. Iste autẽ Naason cũ patre suo exiit de AEgypto: & ideo fuit princeps in tribu Iuda in deserto post patrẽ suũ, qui fuerat princeps in exitu Israel de AEgypto sup eadẽ tribu Iuda. Imo iste Aminadab quando rubrũ mare fuit à dño exicatũ per medium (ita ꝙ aquæ erant à dextris & à sinistris, quasi murus. vt habet Exod. xiiij.) Primus per Moysen G cũ curribus suis intrauit mare: aliis timẽtibus: & ibi tribus Iudæ meruit regnum super populũ. Et de hoc intelligitur illud. Cañ. j. & est vox synagogæ seu populi Israel timẽtis pro Aminadab. anima, inquit, mea cõturbauit me propter quadrigas Aminadab. (Naason autẽ genuit Salomõ. Salomon autem genuit Booz de Raab) qui Raab fuit gẽtilis. Sed cõtra. qa hoc erat præ- H ceptũ legis Deuter. vij. vbi præcipit ne tales vxores filii Israel acciperent. Ad hoc dicit ꝙ illud præceptũ fuit, ne mulieres ad idololatriã inducerẽt maritos, vbi autẽ ipsæ erant cõuersæ ad Deũ, & aliquid magni egerãt pro Dei populo dispẽsabatur à dño, vt creditur ꝙ talia matrimonia fierẽt. Et idem dicendũ est de Ruth est fuit cõiuncta Booz (Booz autẽ genuit Obeth ex ruth. Obeth autẽ

I genuit Ieſſe) Ieſſe fuit pater Dauid? & alio nomine dicebatur Iſai. (Ieſſe autē genuit Dauid regem.) Iſte ſolus nominatur rex propter excellētiam ſanctitatis: & quia fuit primus inter reges, à quibus deſcēdit Chriſtus. (Dauid autē rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ).i.ex Berſabeæ. cū qua prius cōmiſerat adulterium: vt patet.ij.Reg.xj. (Salomon autē genuit Roboā) qui fuit ſtultus filius ſapiētis. Sub iſto diuiſum
K eſt regnū Dauid in duo regna.ſ.in regnum Iuda, quòd erat duarū tribuum.ſ. Iudæ & Beniamin: & in regno Iſrael quod erat.x.tribuum. vt patet.iij.Reg. xij. (Roboam autē genuit Abiam. Abiā autem genuit Aſa. Aſa autē genuit Ioſaphat. Ioſaphat autē genuit Ioram. Ioram autē genuit Oziam.) Hi tres reges omittuntur. Nam iſte eſt ſucceſſionis ordo Ioram: Ochozias: Ioas: Amaſtas: Ozias. Ratio autē huius eſt quia Euangeliſta voluit vnam quaterdenam ponere ab Abrahā vſq; ad Dauid: & vnā aliam, à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis. Ideo autē iſtos potius quàm alios omiſit ſecūdum Hier. quia Ioram cōiunctus eſt impiiſſimæ Iezabel. Vnde in genealogia Chriſti filii eius vſq; ad quartam generationē excluduntur. (Ozias autē genuit Ioathā. Ioatham autē genuit Acham. Achā autem genuit Ezechiam. Ezechias autem
M genuit Manaſſem.) Iſte Ezechias nō habebat hæredē, quando dictū eſt ei à domino per Eſaiam. Diſpone domui tuæ quia morieris &c. Eſa. xxxviij. & tūc fleuit nō timore mortis: ſed propter defectum ſeminis: timē. ne Chriſtus de ſemine ſuo nō naſceretur. Ideo orauit, & fleuit: & dās dedit ei. xv. annos quibus ſuperuiueret: & tūc genuit Manaſſem, qui primò fuit peſsimus, vt patet. iiij. Reg. xxj. vbi dicit quòd imoleuit Hie- N
ruſalem ſanguine prophetarū vſq; ad os, inter quos Eſaiam auunculū ſuum ſecari feçit. propter quod in captiuitatem ductus eſt finaliter tamē pœnituit: & in regnū ſuum reſtitutus eſt. vt patet ij. Para. xxxiij. (Manaſſes autē genuit Amon. Amon autē genuit Ioſiam.) Iſte fuit optimus: & à iuuētute ſua quæſiuit dominū. (Ioſias autē genuit Ieconiam, & fratres eius in trāſmigratione Babylonis) non quia iam eſſet trāſmigratio O
quādo ſunt geniti, ſed quia imminebat. Nominantur autē fratres Ieconiæ cum eo: quia ſicut & illi ſunt captiuati. Ioachā autē qui primus regnauit poſt Ioſiam captiuatus eſt per regē AEgypti. vt patet. iiij. Reg. xxiij. qui loco Ioachā conſtituit regē fratrem eius Eliachim: quē vocauit Ioachim vel Iechoniam. Iſte à rege Babylonis captusseū in Babylonem duceretur in Chriſto itinere P
remiſſus eſt ad regnū ſuum ſub iuramento quòd ei fideliter deſeruiret: qui quarto anno volēs rebellare ab eodē captus, & occiſus eſt: & cadauer eius extra Hieruſalē proiectū eſt: & regnauit Ioachim filius eius pro eo: qui ſimiliter dictus eſt Ieconias: licet ſcribaī aliter, quàm pater ſuus. Iſte regnauit tribus mēſibus: deinde in Babylonē cum matre, & nobilibus captiuis ductus eſt: & regnauit auūculus eius Sedechias filius Q
Ioſiæ. Hic vndecimo anno regni ſui: qa rebellauerat captiuatus eſt à rege Babylonis: & excecatus eſt: Hieruſalē deſtructa: & templū cōbuſtū eſt. iiij. Reg. xxv. (Et poſt tranſmigrationē Babylonis Ieconias genuit Salathiel. Iſte Ieconias. à quo incipit tertia quaterdena: nō fuit filius Ioſiæ immediate: ſed fuit nepos eius aliter nō eſſent: quatuordecim in vltima quaternadena: ſed de hoc. ℣.

Salat

A (Salathiel autem genuit Zorobabel.) Sub iſto rediit populus Dei de Babylone ad terrā ſuam. Hic vt hic dicitur genuit Abiud. Nec eſt cōtra hoc quod dicitur. j. Para. iij. ℣ genuit Moſolā: Anania, & Solomit. Quia aliquis iſtorū triū habuit duo nomina & dictus eſt Abiud. Ab iſto Abiud vſq; ad Ioſeph nō habetur generationis ordo in ſcriptura: ſed beatus Matthæus habuit aliūde. Fuerūt enim in populo Iudæorū ſtudioſi viri
B qui rationē de iſtis genealogiis tenerēt, nec eſt rationabile, quod quidā dicunt, ℣ beatus Matt. iſta per reuelationē habuit: quia tunc non probaſſet per ſcripturas Chriſtum ex Dauid deſcēdiſſe: quod tā ipſe intēdit, vt iſtimet dicunt. (Zorobabel autē genuit Abiud. Abiud autē genuit Eliachim. Eliachim autē genuit Azor. Azor autē genuit Sadoch. Sadoch autē genuit Achim. Achim autē genuit Eliud. Eliud autē genuit Eleaz-
C zar. Eleazar autē genuit Mathā. Mathā autē genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioſeph.) Cōtra: quia Luc. iij. dicitur ℣ Ioſeph fuit filius Leui. Ad hoc dicitur ſecundū Hier. & ſanctos: ℣ Mathan fuit filius Dauid, per Salomonē: & Mathat fuit filius eiuſdē per Nathan. Iſti autē duo Mathā & Mathat habuerūt vnam vxorē ſucceſsiue quæ dicta eſt Eſcha: & iſta de Mathan cōcepit Iacob: & de Mathat cōcepit Heli: ita ℣ Iacob & Heli
D fuerūt fratres vterini. i. de eadē matre: ſed non de eodē patre nati. Heli autem accepta vxore: ſine liberis deceſsit: vnde Iacob frater eius volens iuxta morē legis ſuſcitare fratri ſuo vterino ſemē accepit vxorē eius: & ex ea genuit Ioſeph: qui fuit naturalis filius Iacob: & legalis filius Heli (virū Mariç.) Sed cōtra. Nihil enim ad rē: cum ipſa nō conceperit de viro. Ad hoc multi multa loquuntur: mihi autem videtur quòd iſta E
difficultas duobus verbis poſsit abſolui, ſecundum mentem ſanctorum antiquorum doctorum. Beatus enim Matthæus voluit probare infidelibus & fidelibus qui tunc aderāt. quòd Chriſtus erat filius Dauid: quod probauit ex hoc, quòd Ioſeph deſcēderat à Dauid: quia tunc tēporis conſtabat, quòd beata virgo erat nō ſolum de eadem tribu cum Ioſeph, ſed etiam de eadē familia. Nobis autē nō voluit beatus Matthęus F
aliter quàm per fidē conſtare Chriſtū ex Dauid deſcēdiſſe. Quia ergo eo tempore conſtabat virginē ab eadē radice cum Ioſeph deſcēdiſſe: ideo Euāgeliſta morem ſeruans ſcripturarū non deſcripſit genealogiam, per fœminā, ſed per virum: & eadē ratione deſcripſit eam per maritum, & non per patrē: quamuis etiam dicāt quidā Ioachim patrem virginis nō fuiſſe de ſtirpe Dauid: ſed matrē tantum. i. Annā. ¶ Eſt autē ſciendum, ℣ beatus Tho. iij. q. xxxj. art. ij. & G
iij. multa tangit ad declarationē huius Euāgelii facientia dicens: Cum Aaron fuerit de tribu Leui, videtur quòd de eadem fuerit beata virgo: quia fuit cognata Heliſabeth, quæ fuit de filiabus Aaron: vt patet Luc. ij. & cōſequenter Chriſtus nō deſcēdit à Dauid: qui fuit de tribu Iuda. Sed dicendū eſt quòd dicit ſic Greg. Nazan. Hoc nutu Dei cōtigit, vt regium genus ſacerdotali ſtirpi H
iūgeretur: vt Chriſtus qui rex eſt: & ſacerdos ab vtriſq; naſceretur ſecundum carnem. Vnde & Aaron primus ſacerdos ſecundum legē duxit ex tribu Iuda coniugem Heliſabeth filiam Aminadab. Sic ergo potuit fieri, vt pater Heliſabeth aliquam vxorē habuerit de ſtirpe Dauid, ratione cuius beata virgo Maria quæ fuit de ſtirpe Dauid Heli-

I sabeth cognata fuit. Vel potius è con-
uerso pater beatæ Mariæ de stirpe Da
uid existens vxorem habuit de stirpe
Aaron. Vel sicut dicit Augu. xxvj. con-
tra Faustū: si Ioachim pater beatę Ma
rię de stirpe fuit Aaron: vt Faustus hæ-
reticus per scripturas aliquas apocri-
phas asserebat: credendū est matrem
Ioachim fuisse de stirpe Dauid vel etiā
vxorem eius: ita vt per aliquem modū
Mariam dicamus fuisse de stirpe Da-
K uid. Præterea secundo de Christo dici-
tur Esa. ix. Super solium Dauid & su-
per regnum eius sedebit: ergo non fuit
filius Ieconiæ de quæ Hiere. xxij. dici-
tur. scribe virum istum sterilem. Non
erit de semine eius vir qui sedeat su-
per solium Dauid. Sed ad hoc dicēdū
est ꝙ, vt dicit Ambro. super Luc. illa au
toritas non negat posteros nascituros
de Ieconia: sed regnaturos seculari ho
nore: quo Christus non regnauit. Præ-
L terea tertiò. Nam Lucas dicit Ioseph
filiū Leui. & Mat. Iacobi & consequē
ter habuisset duos patres. Ad hoc autē
dicit Gregor. Nazan. ꝙ iidem fuerunt
quos Matthæus & Lucas commemorāt
sed sub diuersis nominibus, quasi bino-
mios. Sed hoc stare non pōt, quia Mat-
thæus ponit vnum filiorum Dauid Sa
lomonem. Lucas autem ponit alium
scilicet Natam: quis secundum Hy-
storiam libr. regum constat fuisse fra
M tres. Alii dixerūt ꝙ Matthæus veram
genealogiam scripsit. Lucas autē puta
tiuam: vnde incepit vt putabatur filius
Ioseph. Erant eñ aliqui ex Iudęis cre-
dentes Christum per reges à Dauid nō
descēdere propter regum facinora: sed
per stirpē hominū priuatorū esse nasci
turū. Alii aūt dixerūt ꝙ Matthæus po-
nit patres carnales. Lucas vero spiritua
les. i. viros iustos dictos patres pro
pter similitudinem honestatis. Sed in N
lib. v. de quæstionibus ve. & no. test. re-
spondetur ꝙ nō est intelligēdū Ioseph
fuisse filium Heli. sed quia Heli & Jo-
seph fuerunt tēpore Christi diuersimo
dè à Dauid descēdentes, Vnde de chri-
sto dicit ꝙ putabatur filius Ioseph: &
ꝙ etiam ipse Christus fuit Heli filius.
quas di. ꝙ Christus eadem ratione pōt
dici filius Heli qua & Ioseph, & omniū
descendentium à Dauid: sicut Aposto- O
lus dicens ad Rom. ix. ex quibus. s. Iu-
dæis Christus est secundum carnē. Au-
gu. autem in lib. de conse. euan. triplici
ter soluit dicens. Aut aliter euangelista
patrem Ioseph nominauit: reliquos ve
ro auum maternum vel aliquem de co
gnatis maioribus: aut vnus illorū erat
pater naturalis Ioseph & adoptiu⁹: aut
Iudæorum & more cum sine filiis vnus P
decessisset: alius ex defuncti vxore ei-
dem filium procreauit: quod etiam est
quoddam genus adoptionis legalis: vt
idem Aug. dicit. ij. de consen. euange.
Est autem tertia solutio ver ior, quam
Hieronim. sequitur super Matthæ. &
Eusebius in ecclesiastica Historia. ad
Aphricano Historiographo traditum
asserit: ꝙ Mathā ex escha genuit Iaco-
bi: & Melchi est eadem relicta genuit
Heli. & Iacob ex vxore Heli genuit Io Q
seph qui consequenter fuit legalis fili⁹
Heli: & naturalis Iacob. Lucas autem
scribit legalem generationem, & Mat-
thæus carnalem. Et quāuis Damasce. di
cat beatam virginē attinere ipsi Ioseph
ratione Heli: quia. s. ipsa descendit ex
Melchi: q est Dauid descendit per Na-
than: tamen credēdum est quod Salo-
mone per aliquem modum descenderit
per illos patres, quos Matthæus enume
rat: præsertim cum Ambro. dicat chri-
stum Amb. Præterea à quarto. Nā Mat-
thæus

A thæus incipiens ab Abraam vsque ad
Ioseph quadraginta duas generationes
enumerat. Lucas autē incipiens à Chri
sto vsque ad deū enumerat septuagin-
ta septem. ergo alter eorum incongruè
describit generationē xp̄i. Ad hoc autē
sic dicit Aug, lib. de consen. euan. Mat-
theus regia in Christo, instituerat insi-
nuare personam. Lucas vero ad sacer-
dotalem. Vnde in generationibus Mat
thæi signatur nostrorū susceptio pecca
B torum à domino, inquantum scilicet
per carnis originem similitudinem
sumpsit carnis peccati. In generatio-
nibus autem Luc. significatur nostro-
rum absolutio peccatorū, quia est per
sacrificium Christi. Inde est Primò
quod Matthæus enumerando descen-
dit: Lucas ascendit. Et secundo Mat-
thæus à Dauid per Salomonem de-
scendit, in cuius matre ille peccauit.
Lucas, verò ad Dauid per Natham
C ascendit: per cuius nominis prophetam
peccatū illius expiauit. Es tertiò Mat-
thæus texit generationem ab initio sui
Euangelii: incipiens ab Abraam, & fi-
niens in ioseph in Christi natiuitate.
Lucas: verò in e conuerso incipit in
baptismo Christi, tanquam magis sa-
cerdotem declaret de explendis pec-
catis ex testimonio Io. dicentis. Ecce
Agnus dei &c. Est ascendit transcēdens
Abraham vsque ad Deum, cui expiati
D reconciliamur. Merito aūt Originem
Adoptionis describit quia per eam ef
ficimur filii dei: sicut p carnalē fili⁹ Dei
fit filius hominis. Satis autem demon-
strauit nō se ideo dixisse Ioseph filium
Dauid: qa de illo sit genitus sed quòd
ab illo fuerat adoptatus & ipsum, adā
filium Dei dixit. eo ꝙ fit factus à Deo
Numerus autē quadragenarius ad tē-
pus pertinet propter quatuor mundi
partes: in quo moralē vitam ducimus E
sub christo regnante. Quadraginta aūt
quater habet decē. & ipsa decē ab vno
vsque ad progredientē numero confir
mantur. Pōt etiam denarius ad decalo-
gum referri, & quaternarius ad præsen
tem vitam. vel etiā ad quatuor euāge-
lia: secūdū q̄ xp̄s regnat in nobis. Ideo
Matthæus regiā personā cōmēdās qua
draginta personas posuit exceptu xp̄o:
ꝙ intelligēdū est si sit idē Ieconias, qui
ponit in fine secundi quaternarii, & in F
principio tertii. vt vult Aug. dicens il-
lud esse factū ad significādū, ꝙ in Ieco
nia facta est q̄dā ad exteras gētes de fle
xio, qm̄ Babyloniā trāsmigratū est: ꝙ
significabat Christū à circuncisione ad
præputiū migraturū. Hier. autē dixit
fuisse duos: patrem: s. & filiū: vt genea-
logia costet ex tribus quarternariis, ꝙ
ascendit ad quadraginta duas personas
Qui etiam numerus conuenit sanctæ
ecclesiæ: quia consurgit ex senario: qui
significat labore p̄sentis vitæ: & septē-
nario: qui significat labore prę̄sentis vi
tæ: & septēnario, qui significat quietem
vitæ futuræ. Nā sexies septē sunt qua-
draginta duo. Ipse aūt quaterdenarius
quia ex denario & quaterdenario cōsti
tuitur, ad eandē figurā pertinere pōt, q̄
attributa est quadragenario, qui ex eis-
dē numeris cōsurgit secūdū multipli-
cationē. Numer⁹ aūt quo vtit Lucas: si H
gnificat vniuersitatē peccatorū. Dena-
rius enim tāquā iustitiæ numer⁹ i decē
prę̄ceptis ostēdit: Peccatū aūt est legis
trāsgressio. denarii vero trāsgressio est
vndenari⁹ Septenari⁹ aūt significat vni
uersitatē: qa vniuersum tps septēnario
dierū numero voluit. Septies aūt vn-
decim septuagīta septē costituūt: p q̄
significatur vniuersitas peccatorū, quę
per Christū tollūtur. Præterea quinto,

iiij.Re.viij.legitur:& patet ꝙ cũ dixit Mat.Ioram genuit Oziam omisit inter medios reges scilicet Achoziã:& Ioa, & Amisit intermedios reges scilicet Achoziam:& Ioã & Amasiã. Sed ad hoc dicit Hier.super Mat.ꝙ Iorã rex generi semiscuerat impiissime Iezabel: id circo: vsque ad quartam generationem eius memoria tollitur.ne in sanctæ natiuitatis ordine ponerẽt. Et ita vt Chry.dicit quãta benedictio sancta est super Iebu, qui vindictam fecerat de domo Achab:& Iezabel: tanta fuit maledictio super domum Iorã propter filiam iniqui Achab & Iezabel vt vsq; ad quartã generationem proscindant filii eius de numero regũ sicut scriptũ est Exo.xx.Reddã peccata patrũ in filios vsque ad quartã generationẽ.Est etiam attendendũ ꝙ aliqui reges peccatores in Christi genealogia ponũtur sed non fuit continua eorũ impietas. Nam vt dicit in lib.quæstionũ vet.& no.test.Salomon merito patris sui fuit remissus in regnum, Roboam merito animæ filii sui:illorum vero triũ continuata fuit impietas. Præterea sextò aliquæ matres in hac genealogia ponũtur,& non omnes,& similiter aliqui fratres.s.Iudæ & Ieconię,& rursus Phares & Iaram:Lucas autem nihil tale dixit.Sed ad hoc dicit Hie.vbi.s.ꝙ in genealogia saluatoris nulla sanctarũ mulierũ assumitur:sed ille quas scriptura reprehendit: vt qui pro peccatoribus venerat,de peccatricibus nascens omnium peccata deleret. Vnde ponitur Thamar reprehensa de Socerino concubitu:& Raab meretrix:& Ruth alienigena:& Bersabea adultera quæ non ex proprio:sed ex viri suo nomine designat:tũ propter eius iniquitatẽ, quia fuit adulterii, & homicidia conscia: cum vt nominato viro peccatũ Dauid ad memoriã reuocetur. Et quia Lucas intẽdit designare Christũ:vt expiatorẽ peccatorum tales nõ assumit mulieres. Fratres aũt Iude cõmemorant in signũ ꝙ ad populũ dei pertineãt:à quo tamẽ separant Hismael frater Isaac:& æsau frater Iacob:& etiã vt excludat superbia.Multi enim ex fratribus iudæ ex ancillis nati erãt:sed oẽs simul erãt Patriarchę & principes tribuũ.Phares aũt Zarã simul nominant secũdũ Amb.super Lu.(quia per eos gemina describit vita populorũ vna secũdũ legẽ signata per Zarã:& altera secũdũ fidẽ signata per Phares.Fratres autẽ ieconiæ ponũtur.qa oẽs diuersis tẽporibus regnarũt: quod in aliis regibus nõ acciderat.Vel qa eorũ similis fuit & iniquitas & miseria.Hæc oĩa ex.s.Tho.vbi.s.Pro quib⁹ scito primò ꝙ aliqua sua exemplaria sunt depranata:vt pro Nathã habeant Melchi.Heli eũ fuit fili⁹ Nathã: vt patet per Lu.Et secũdo ꝙ q librũ regũ intelligit librũ,in quo narrant Historiæ regũ.Nathã eũ fuisse fratrẽ salomonis habet.j.Para.iij.& nõ ĩ libro regũ.Fuit aũt Nathã secũdũ aliquos naturalis filius Bersabeæ: sed melius dicũt alii,ꝙ fuit filius adoptiu⁹ dauid & cõsequẽter vbi supra dicit fili⁹ Bersabeæ. Salomõ eũ in prouerbiis dicit se fuisse vnigenitũ.s.naturalẽ corã matre sua.Et tertio ꝙ secũdũ Ra.Bersabea ꝓprio noĩe nõ exprimit:qa peccauit in coitu:secũdũ quẽ texit genealogia.Sed iterũ cõtra ꝓdicta arguit.Nã Christi genealogia debuit describi ꝑ viros magis christo attinẽtes: sed huiusmodi fuit Ioachim:& sui ꝓtes respectu ioseph: quia Christ⁹ aliquo mõ descẽdit ex Ioachim nullo aũt modo descẽdit ex Ioseph. Ad hoc dico ꝙ ꝑ Ioachim describi non debuit.

buit.Primo: quia contra scripturarum consuetudinẽ fuisset descripta per fœminas: quia Ioachim non attingebat Christũ immediatè nisi per fœminã. Secundò quia nõ æquè clarè per scripturas deduci poterat Ioachim ex David descẽdisse:sicut potuit deduci de Ioseph cuius signum est ꝙ quidã asseuerant ipsum fuisse de tribu Leui.Sed cõtra hoc dictum est beatam Mariã fuisse de eadem familia cũ Ioseph qui fuit de tribu Iuda:ergo & pater eius fuit de eadem.Ad hoc dico primo ꝙ esto quod ita fuerit non tamen ita per scripturas erat manifestum.Secundò quod potuit Ioachim fuisse de tribu leui, ex parte patris:& beata maria de tribu iuda ex parte matris vel e cõuerso.Nobis enim sufficit quod beata virgo ex parte patris aut matris fuerit de tribu & familia Ioseph:quem per scripturas autenticas constabat tunc esse filium Dauid.

In exultatione sanctæ Crucis.

NVNC IVDICIVM est mundi &c.Vide feria secunda post dominicam palmarum.

In vigilia sancti Matthæi.

VIDIT IESVS PVblicanum nomine Leui sedentem ad telonæum.Lu.v.sciendum est quod publicanus est qui publico exigit vectigalia, seu pedagia, vel tributa:& tales communiter sunt viri flagitiosi & infames.Iste autẽ Leui qui dicitur fuisse publicanus secundũ August.fuit Matthæus qui fuit binomius, Bed.Sed Lucas & Marcus propter honorem Euangelistæ nomen tacent vulgatum.Matthæus autem in sui sermonis principio accusator sui factus: Matthæum se & publicanum nominauit ne quis à salutè desperet pro immanitate peccatorum,cum ipse de publicano in Apostolum sit mutatus.Hæc ille.Telonæum autem ex locus in quo tales officiales residere solent.à Te grecè,latinè tributum secundum quosdam (& ait illi sequere me.Et relictis omnib⁹ surgens secutus est eum)non leuitate ductus simplicis & vnius verbi: sed quia secundũ Hie.Christus tetigit cor eius. (Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua,& erat turba multa publicanorum & aliorum,qui cum illis erãt discumbentes)qui.s.fuerunt socii Matthæi:à quibus ille recessurus fecit ei cõuiuium.Christus autẽ familiariter cũ talibus conuersabatur, vt eos & ad fidem & ad bonos mores vocaret, alios vero qui iustè viuebãt,nõ erat opus vocare ad pœnitentiam,sed ad fidẽ tantũ modo. (Et murmurabant Pharisæi & scribæ eorum dicentes:quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis. Et respondens Iesus dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico,sed qui malè habent.Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

In die.

CVM TRANSIRET iesus vidit hominem sedentem in telonæo Mat.nomine)Mat.ix.(Et ait illi,seq̃re me. Et surgẽs secut⁹ est eũ.& factũ est discũbẽte eo ĩ domo:ecce multi publicani

I cani & peccatores venientes discumbebant cum Iesu,& discipuli eius.Et videntes Pharisei dicebat discipuli eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?At Iesus audiens ait.Non est opus valentibus medico sed malè habentibus. Euntes autẽ discite)scilicet quia non bene intelligitis(quid est)illud quod scribitur.Oseę. vj.scilicet.Misericordiam volo,& non sacrificium.Sunt autem ista verba dei K quæ dupliciter exponuntur. Vno modo vt tam misericordia ad proximum, quam sacrificium factum deo laudetur sed misericordia quæ est effectus charitatis præferatur sacrificio quod est opus latriæ,sicut & charitas est dignior latria secundum Theo. Vnde prima præcepta sunt prę̃cepta charitatis.Alio modo vt opus nunc laudetur & opus sacrificii reprobetur non simpliciter sed tale quale offerebant Pharisei secundũ L gloss.quia sine misericordia frequenter sacrificabant vt iusti crederentur.(Nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores)scilicet ad pœnitentiam.Nam omnes quidem venit Christus vocare ad fidem:sed ad pœnitentiam propriè venit vocare solum eos,qui commiserunt aliquod mortale quod deleri non potest,nisi per pœnitẽtiam factam in hoc mundo. Qui autem habent solum venialia:saluari possunt,etiam si nunquã M in isto mundo pœniteant siue actualiter conterantur vt patuit in quæstionibus. Et ideo tales Christus non venit vocare ad pœnitentiam propriè.

Sancti Michaelis.

QVIS PVTAS MAIOR est in regno cœlorum) Mat. xviij. Ad intellectum præsentis Euangelii. sciendum est,vt patet ex textu.Matth.quod paulo ante Christus fuerat transfiguratus N ante aliquos discipulos. Vnde alii hoc egræ tulerunt, vt dicit Chry.Similiter etiam iusserat solui tributum pro se & Petro quod quia solum pro capitibus domorum soluebat,alii indignati sunt. Vnde vt habetur Mar.i x.in via contẽdebant quis eorum videretur esse maior,& Christus in domo eos de isto superbiæ motu reprehendit. Qui videntes se deprehensos interrogauerũt quis O esset maior in regno cœlorum. i. in ecclesia per meritum vel per gloriã. (Et aduocans paruulum)corpore & spiritu id est humilem. Fuit autem iste paruulus felix, quia dignus Christi contactu:beatus Marcialis vt fertur (statuit eum in medio eorum:& dixit eis. Amẽ dico vobis nisi conuersi fueritis.) scilicet à superbia & ambitione dominandi (& efficiamini sicut paruuli) id est humiles vt pueri(non intrabitis in regnũ P cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se,sicut paruulus iste : hic maior est in regno cœlorum.) Non quia humilitas sit maxima virtutum:maiores enim sunt theologicæ:sed quia deus humilibus dat gratiam. Iac.iiij.ex qua quis est magnus in merito,& in præmio & magis humilibus dat maiorem (& qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo me suscipit.Qui autem scandalizauerit)quid sit scandalum & quo- Q tuplex vide fer.iiij.post.ij.dñicam quadragesimæ(vnũ de pusillis istis, qui in me credunt.)Nota q̃ scandalizari passiuè est ruere in peccatum propter dictum aut factũ alterius.ideo sicut ruere propriè est pusillorum ita & scandalizari & etiam scãdalizare actiuè. Perfecti autem neq; scandalizant neq; scãdalizantur nisi fortè quo ad peccatum ve

A veniale. ij. ij. q.xliij. Mirantur tamen etiam perfecti interdum,& male concipiunt de aliquo sed hoc non est scandalizari, licet hi de quibus concipiunt & mirentur,quantum in se est, scandalizent expedit ei.)id est melius est ei.Melius enim est mori, quam peccare etiã venialiter.Vel expedit ei.s.ipse sic meretur, maximè loquendo de scandalo mortali(vt suspendatur mola asinaria) id est quam trahit asinus ad pistrinum B vel aliter (in collo eius & demergatur in profundum maris.)Loquitur autem dominus more Palestrinæ vbi damnati sumerguntur secundum aliquos(Vemundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala) necesse inquam non absolutè:sed ex suppositione q̃ homines velint seculariter & lasciuè viuere,vel suppositа malitia diabolica,& infirmitate humana secundum aliquos. C Vel secundum gloss. scandala sunt necessaria.i.vtilia vt qui probati sunt manifesti fiant (verumtamen ve homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum & proiice abs te.) Hoc multipliciter exponitur. Primò secundum Hilarium vt per ista membra accipiãtur homines qui sunt nobis causa ruinæ quorum conuersationem à nobis debemus abscindere. Secundò secũ D dum alios vt per ista intelligantur diuersæ affectiones q̃bus peccamus:quæ amputandæ sunt. Tertiò videtur mihi quod debeat exponi aliter.Proquo sciẽdum est quod nihil prohibet aliquam cõditionalem esse veram cuius partes sunt falsæ, vt si homo volat homo habet alas. Et similiter potest esse conditionalis licita cuius partes sunt illicitę vt si sortes vult occidere Platonem plato occidat Sortẽ.Et ita est forte in propositо.Si enim manus tua scandalizat E te,ita.s.quod non solum sit occasio tibi sed etiã sit causa peccati abscinde: quia tamen nihil potest nobis esse causa peccati:prohibemus nobis incidere membra, quæ si tamen per impossibile essent sufficiens causa ruinæ nostræ illa licitè abscinderemus secus si essent occasio tantum, vt propriè est scandalizans quod nõ causa sed occasio est peccati.(Bonum tibi est vnum oculum habenti in vitam intrare quàm duos ocu F los habentem mitti in gehẽnam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis.) Quare autem non sunt contemnendi pusilli:est ratio quia tantum est de eis cura deo vt angelos habeant custodes.Vnde dicitur(Dico enim vobis quia angeli eorum in cœlis semper vident faciẽ patris mei qui in cœlis est.) Sed nunquid angeli aliorum hominũ non vident faciem Dei. Dico q̃ sic sed cæteris paribus semper angeli puerorũ sunt lætiores quia cæteris paribus sem G per innocens est dignior pœnitente,secundum S. Thom. ex hoc loca & ex eo quod Act.xij.dicebant fideles de Petro quod non erat ipse sed angelus eius dixerunt doctores quod hominibus angeli ad custodiam deputantur. De hac autem custodia hic miscere volo multas sententias suppositas ex diuersis locis doctrinæ S.Tho. Singulis igitur homi- H nibus vt sunt singulares personæ deputantur singuli angeli sed vt sunt partes alicuius collegii habent vnum cõmunẽ sibi & aliis de collegio. Soli autẽ angeli infimi ordinis habent curã de particularibus hominibus. Prælatus tamen vt persona priuata custodit ab angelo sed vt p̃latus est illuminat ab archangelo: vel principe.Quidam etiam angeli custodiunt vnam prouinciã & aliqui vnã

I persõnam tantum. Sicut etiam vnicuiqui homini datus est ad exercitui vnus spiritus bonus & alter malus: ita & singulis gentibus duo spiritus præponunt scilicet vnus bonus, & vnus malus. Angeli etiam custodiunt particulares homines archangeli prouincias: principatus totam naturam humanam virtutes corpora cœlestia potestates sunt supra dęmones, sed dominationes supra bonos spiritus habent custodiam. Singulis quoq; specialibus rerum corruptibilium tam animalium quam plantarum & insensibilium deputantur singuli angeli, sicut singulis indiuiduis in corruptibilium puta singulis hominibus qui sunt incorruptibiles secundum animã. Idem autem angelus custodit matrem, & infantem quandiu est in vtero matris. Homo etiam in statu innocentię in digebat angelo propter pericula extrinseca tantum Christus autem non habuit angelum custodem sed ministrum quo ad passibilitatem corporis tantum Sanctificatis etiam in vtero deputatur angelus cũstos. Damnandis quoq; deputantur angeli custodes, qui retrahunt eos à multis malis. Antichristus etiam habebit angelum custodem, quia hoc auxilium est toti humanæ naturæ concessum. Sed homines vel animæ non deputantur ad custodiam homini (quia nõ sunt in superiori gradu naturæ sicut angeli. Angeli etiam dãtur ad custodiam statim à conceptione hominis post animam rationalẽ. ij. di. xj. Hanc tã secundum aliquos sententiã S. Th. reuocauit j. par. q. cxiij. vbi tenet ꝙ in natiuitate datur homini angelus. Forte tã ꝙ nihil reuocauit sed in infusione animæ rationalis angelus custodiens matrem incipit custodire prolem non solum vt aliquid matris sicut ante faciebat: sed vt aliquid matris tam aliquo modo. i. quo ad formam vltimatã distinctã à matre: licet non quo ad colligationem corporalem. In natiuitate verò ab vtero iam deputat angelus: alius. Sed de hoc alias deo præuio vt spero. Angelus etiam nõ deserit hominem quem custodit vsque ad mortem. Custodia etiam angelorum principaliter ordinat ad illuminãdum intellectum: sed secundario ad arcendũ demones. Angeli etiam boni pugnant ad inuicem pro custoditis hominibus & regnis non quia habeant contrarias voluntates sed quia allegat merita custoditorum: & pro eis consulunt diuinam voluntatem vt sciant quis debeat vincere vel succumbere. Hæc omnia sunt S. Tho. ij. dist. vel. j. q. cxiij. vel in aliis locis.

Sancti Lucæ euangelistæ.

DESIGNAVIT DOMINVS & alios septuagintaduos discipulos.) Lu. x. Sciendum est secundum Chry. ꝙ Deus prædixerat per prophetas quod euangelica prædicatio non solum ad duodecim tribus Israel peruenerat sed ad omnes gentes. Ideo post designationem duodecim apostolorum designauit & alios septuagintaduos secundum S. Luc. ꝙ septuaginta duabus linguis mundus diuisus stet. Idẽ dicit Bed. addens ꝙ presbiteri tenent locum horum (& misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatẽ & locũ quo erat ipse venturus. Binos inquam primò ratione mutuę consolationis, secundo ratione mutuæ conseruationis, vt scilicet vnus esset custos alterius tertio ratione confirmandæ veritatis vt in ore duorum vel trium staret omne verbum quarto in signum fraternæ charitatis. (Et dicebat illis. Messis quidem mul

A multa) id est multi sunt populi congregandi per fidem ad horreum ecclesiæ (operarii autem pauci) licet sint multi comestores Grego. in homi. Sed non sine graui merore loqui possumus quod subditur. Operarii verò pauci quia & si sunt qui bona audiant desunt de dicant. Ecce mundus sacerdotibus est plenus sed tamen in messe dei rarus valdè reperitur operator, quia officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus B officii non implemus. Hæc ille (Rogate ergo dominum messis) id est deũ (vt mittat operarios in messem suam.) Ad quam missionem duo requiruntur scilicet facere idoneum ad hoc docendum & dare voluntatem causasq; docendi. Istos autem operarios secundum Chryso. Christus multiplicauit dicens. Mitto vos non addendo ad numerum: sed concedendo virtutem. Gregor. Per C hoc etiam inducẽdi sunt subditi, vt pro suis pastoribus rogent, vt digna operari valeat, nec ab exhortatione torpeat lingua. Sæpe enim pro sua nequitia præ dicantium restringitur lingua. Sępe vero ex subiectorum culpa agitur: vt eis qui præsunt prædicationis sermo subtrahatur. Hæc ille. Item) Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calciamenta.) Quomodo ista intelligãtur. D vide dominica. iiij. de aduentu domini (& neminem per viam salutaueritis. Modus iste loquendi est quo vtebantur homines quando aliquid sciendum mãdabant, quod sollicitè & festinanter impleri volebat: sicut. iiij. Reg. iiij. dixit Heliseus Giezi quem velociter mittebat. Si occurrerit tibi homo non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas ei. (In quancunq; domum intraueritis primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis) E ideſt aliquis prædestinatus ad æternã pacem (requiescet super illum pax vestra) id est pacificè suscipiet verbũ quo æternam pacem initiatis ita quod prædicatio vestra vobis erit ad meritum & illi ad salutem. (Si autem ad vos reuertetur) ita quod vos quidem habebitis meritum non autem illi fructum ex ea (In eadem autem domo manete) quia mutatio hospitiorum arguit mentis leuitatem plerumq;. Vnde dicit infra. No- F lite transire de domo in domum sedentes & bibentes quæ apud illos sunt sine scrupulo ꝙa vobis merito ꝑdicationis debãtur. (Dignus est enim operarius mercede sua) ergo à fortiori dignus est sumptibus.

In die sanctorum Simo. & Iudæ.

HAEC MANDO VObis vt diligatis inuicem) Io. xv. (Si mũdus vos odit scitote, quia me priorẽ vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo nõ estis: sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus.) Contrà: quia interdum homines munda in se odiunt. Et inter se se mangna lites concitant. Ad hoc dicit Sanctus Thomas, quod H similitudo semper est, causa amoris amicitiæ quantum in se est: sed tamen non est causa amoris concupiscentiæ: quia iste amor causatur ex vtilitate, vel delectatione: quæ prouenit ex re amata. Similitudo autem aliquando est, causa damni, & incommodi. & detrimenti. Vnde rixanť superbi: quia vnus minuit alterius gloriam, & rixantur

I tur figuli,quia vnus tollit alterius lucrum.Et intendit.S.Tho. ꝙ similitudo per se est causa amoris:per accidens verò odii.In quantum tamen mali habēt in se aliquod bonum: puta iustitiam, non inconuenit si odiant malos, etiam sibi non nocentes.sicut iudex peccator iubet suspendi furē,inquantū est iustus Mementote sermonis mei, quem ego vobis.Non est seruus maior domino suo.(Hic Christus apostolos dicit seruitute timoris casti seu filialis.Aliquando verò dicit eos esse amicos,& nō seruos scilicet seruitute timoris seruilis(Si me persecuti sunt,& vos persequentur Si sermonem meū seruauerūt,& vestrū seruabunt.Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum,quia nescitūt eum qui me misit) Licet enim Iudæi haberent aliquā notitiam de deo,inquā tū deus vnus est:tamē nesciebant deū sub ratione patris mittentis filiū.(Si nō venissem)personaliter,vt erat eis promissum(& locutus eis).s.Iudæis (non fuissem:peccatum non haberent).s. infidelitatis:quāuis haberēt alia peccata. (Nunc autem excusationem non habēt de peccato suo.Qui me odit, & patrem meū odit).i.odit eū qui est pater meus, quamuis odiat per accidens,& non sub ratione patris. Sicut enim vna diuina persona sine alia amari non potest,eo ꝙ vna est omnium bonitas:ita neq; odiri. Et in patria quidem nec actu nec habitu vna persona potest amari sine alia: sicut nec cogitari: in via autem potest vna sine alia actualiter amari, sicut & cogitari: secundū aliquos:non autē habitualiter. (Si opera nō fecissem in eis quæ nemo alius fecit:peccatum non haberent.) ¶ Nota ꝙ Christus fecit opera quæ nullus alius fecit,vt patet. Primò: quia interius mouebat eorum voluntates vt credere vellent:licet moueret libere ita quòd in eis erat cōsentire, vel non cōsentire. Secundò patet quo ad magnitudinem miraculorū: quia quatriduanum mortuum suscitauit,& cœcum natum illuminauit,quod à seculo non est auditum.His tamen maior est simpliciter statio aut retrocessio cœli: sed etiam similia egit in passione sua concurrente ecclypsi ipsius solis,in qua fuerunt multa miracula, & in qua non solum luna mota est contra ordinē suū sed etiam quieuit sub sole: vt videtur velle Chrys. Tertiò quo ad meltitudinem,quia virtus de illo exibat,& sanabat omnes.Luc.vj.Quartò quantum ad modum faciendi:quia propria autoritate faciebat. Non tamen oportet vt per opera accipiamus solum miracula visibilia: quia etiam si Christus talia non fecisset:adhuc Iudei credere tenebantur, vt patet.ij.quodlib.q.iiij.& hoc ratione scripturæ quam Christus allegabat, & interioris motionis,qua eos ad credendum inducebat. (Nunc autem & viderunt, oderunt, & me & patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est ly vt stat hic consecutiuè,& non causaliter (quia odio habuerunt me gratis) id est sine causa mota ex his quæ hic dicuntur, quòd infideles qui nihil de Christo audierunt:non habent peccatum de infidelitate sua. Vnde dicit sanc.Tho ij.ij.q.x.quòd infidelitas duplex est, scilicet quæda quæ opponitur fidei contrariæ: quia scilicet fidem impugnat quis vel contēnit:quædam verò negatiuè prima est peccatū: non secunda scilicet sed est pœna: nec tamen deus contra tales agit crudeliter quia si rectè viuerent secundum legem naturæ: non damnarentur ad pœnam sensus,sed solum ad pœnam dāni:quia nullum

A nullum haberent peccatum,nisi originale. Vita autem talium est aliquo modo felix,quia habent magnam scientiā, & nullum dolorem. Vide de hoc infra multa in euāgelio mortuorum.Per hoc patet responsio ad questionem quā solet quæri:quare deus permittit tot infideles damnari. Si enim contēnunt fidē eis imputatur:si non contēnunt:debent regratiari deo de hoc ꝙ dedit eis esse,& si bene agent:dabit eis aliquo modo,bene esse post mortem: quamuis non velit eis dare tantum bonum, quantum alijs,scilicet baptizatis dat ex sua misericordia.

Sancti Theodori martyris.

NIHIL OPERTVM, quod nō reueleť.Mat.x. Per verba pātis euāgelij secundū Remi.Christus voluit apostolos aduersus persecutores solidare & confortare. Igitur. (Nihil opertum) scilicet in præsenti(qnod non reueletur)in die iudicij:secundum Hieron.Vel secundum Chrys.hoc dicitur vt scirāt apostoli: ꝙ aliquo quidem tempore haberentur velut magi & malefici,sed postmodum tanquā viri sancti:& sua doctrina iam non in angulis,sed in publico annuntiarētur.(Quod dico vobis in tenebris). i. in angulo incredulæ Iudeæ secundùm Remig.Vel intenebris secundū glo.i. in carnali timore:in quo adhuc erant apostoli(dicite in lumine).i.dicetis in lumine siue in gentibus credulis:vel in confidentia magna patenter & publicè loquendo(& quod in aure auditis prædicate super tecta.)Nam sicut dicit Raba.more Palestinæ loquitur.in qua tecta carēt cacuminibus:quia plana sunt, & super eis residēt homines. Est autem in his verbis sensus, quòd Christus dicit eis ꝙ sua doctrina aliquando esset in veneratione publica: vt dicatur dicite,id est dicetis & prædicate,id est prædicabitis patenter & publicè.Et iste sensus patenter innuitur Lu.xij.(Et nolite timere eos,qui occidunt corpus, animā autem non possunt occidere,sed potius timete eum,qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt)id est modico pretio venduntur. Est enim as alsis obolus(& vnus ex illis non cadet super terram)id est non morietur (sine patre vestro)id est sine prouidentia dei. (Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.) Sēsus est quòd deus multo maiorem caret de hominibus maximè iustis curam & prouidentiam. Et re vera deus nouit omnes hominum capillos: nec mirum, quia nouit infinitas partes cuiuslibet continui.(Nolite ergo timete:multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui cōfitebitur me coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est.)

In communi vnius vel plurimorum apostolorum.

HOC EST PRÆCEptum meum vt diligatis inuicem)Io.xv.(sicut dilexi)vos Maiorem hac dilectionem nemo habet quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis,si feceritis quæ præcipio vobis,Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius.Vos autem dixi amicos: quia omnia quecunque audiui à patre meo) notificando generi humano per me(nota feci vobis.Non vos me elegistis, sed ego elegi vos,& posui vos,vt eatis,& fruct

I & fructuum afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcunque petieritis patrē in nomine meo, det vobis.) Hoc euangelium ex se patet. de dilectione verò dei & proximi diximus dominica. xiii. post festum trinitatis, & feria. vj. ante primā dominicam. xl.

Aliud.

K EGO SVM. IOAN. XV. (vitis) id est caput secūdum August. (vera) hoc autem non dicitur secundum August. quasi sit vitis materialis, sed ad differentiam illius vitis, quæ in amaritudinem conuersa est. Et intendit Augu. quòd Christus est vitis vera, id est non ficta, nō autem vera, id est propriè dicta seu materialis. (Et pater meus agricola est.) Nos quippe colimus deum non meliorando ipsum. sed adorando. Ille vero colit nos meliorando: expurgādo, scilicet mala semina de cordibus nostris. Sed quia vt dicit Chrys. Christus sibi sufficit: de cultu vitis nihil hic dicitur: sed tantummodo palmitum, id est fidelium malorum & bonorum. Mali Christiani non fructifiant, ideo per mortem tandē tolluntur, & in gehennam mittuntur. Boni verò fructificant, & per tribulationes purgātur. vt dicit Chry. quæ faciūt hominem fortiorem. (Omnem palmitem in me nō ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructū plus afferat. iam vos mundi estis) ab errrore Iudaico. secundum Chrys. vel ab alijs etiam peccatis secundum August. (propter sermonem quem locutus sum vobis) id est propter doctrinam: qua vos de fide instruxi. secundum Chry. vel propter formam sacramenti baptismi, quæ in verbis constitit. secūdum Aug. (Manete in me) per fidem: spem, & amorē (& ego in vobis) per gratiam inhabitādo, & humorē fructificatiuū largiendo. (Sicut palmes nō potest ferre fructū a semetipso, nisi mā serit in vite: sic nec vos. nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.) Tripliciter deus concurrit ad operationem hominis. Vno modo: sicut causa productiua, & motiua hominis. Alio modo vltra hoc speciale auxilium ferēdo. Tertio modo vltra illa duo per formam quæ est gratia perficiendo. Sine Christo igitur agēte primo modo neq; homo, neq; aliqua creatura potest aliquid facere. Sine deo autem agente secundo modo nihil potest facere homo perfectè bonum morale, id est bonum secundum omnes circunstantias. Sine deo vero agēte tertio modo non potest homo agere opus meritoriū vitæ æternæ. Sed tamen sine gratia potest homo cum speciali dei auxilio agere opus perfectè bonum morale. Et sine speciali dei auxilio stante generali influentia dei. i. conseruatione rerū & motione seu applicatione ad opus potest homo agere actum malū & actū aliquem bonū imperfectè. Vide de his j. ij. q. cix. & Cap. ij dist. xxviij. &. xxix. (Si quis in me non manserit) per fidem & charitatem (mittetur foras) per mortem, vel per peccatū mittetur extra numerum membrorum Christi viuentiū) sicut palmes, & arescet). i. priuabitur vita gratiæ (& in ignem mittēt) angeli (& ardet) in æternum: & non consummabitur. (Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunq; volueritis petetis: & fiet vobis) dummodo piè, perseueranter, & ad salutem, & pro vobis

A bis petatis. iiij. dist. xv.

In communi vnius martyris.

I QVIS VVLT POST me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me (Mat. xv. (Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid B enim prodest homini si vniuersum mūdum lucretur: animæ verò suæ detrimē rum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.) Nota crucem suam, id est martyrium in præparatione animi: ita quòd sit pro Christo mori paratus, si fuerit necesse. C vel crucem, id est pœnitentiam. Cætera vide feria secunda post diem Palmarum.

Aliud.

NISI GRANVM FRVmenti cadens in terram mortuum fuerit &c. Vide feria. ij. post dominicam palmarum.

In communi plurimorum martyr.

D CVM AVDIERITIS prælia & seditiones nolite terreri.) Luc. xxj. Oportet primum hoc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem: & regnum aduersus regnum, & terræ motus magni erunt, per loca, & pestilentię, & fames: terroresque de cœlo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia injcient vobis manus, & perse- E quentur tradentes in synagogas, & custodias, trahentes ad reges & presides propter nomen meum. Continget autē vobis in testimonium. Ponite ergo cordibus vestris non præmeditari, quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis. Et eritis F odio omnibus hominibus propter nomen meum. (Et capillus de capite vestro non peribit) quod non est sic intelligendum, quasi quicquid de capillis & barba resciditur: hoc totum in resurrectione reassumatur: quia esset indecens, sed tantum reassumitur quantum erit decens: secundum doctrinam sanctorum. (In patientia vestra) id est per patientiam vestrā (possidebitis animas vestras) secundum Grego. in. v. moral. G possidere animas est dominari omnib⁹ motibus: quod in patria perfectè erit: qñ omnia rationi & deo subdentur, quę in nobis erunt. Cætera vide suprà in die sanctorum Geruasij & Prothasij.

Aliud.

DESCENDENS IESVS de monte stetit in loco campestri, Luc. vj. Ad intellectum præsentis euā H gelij & sequentis oportet videre aliqua. Primo quid sit donū, & quotuplex. Secundo quid subeatitudo, & quotuplex. Quantum ad primū scien dum est ex doctrina Theo. & præcipue sanct. Tho. j. ij. q. lxviij. &. lxix. &. lxx. q. dona distinguuntur à virtutibus. Nam homo in suis operibus mouetur à dupli ci motore. s. à deo, & à ratione. Ad hoc autem

I autem ꝙ faciliter & delectabiliter moneatur, oportet ꝙ perficiatur aliquo habitu seu aliqua qualitate: sicut si bene debeat securus moueri ad incisionem, oportet ꝙ habeat acumẽ. Non est autẽ eadẽ dispositio, qua disponitur homo, vt bene moueatur à Deo, & qua disponitur, vt bene moueat à ratione. Oportet enim mobile perfectiori dispositione perfici ordine ad pfectius mouens. Sicut ergo virtutes perficiunt hominẽ,
K vt bene moueat ab extrinseca, seu à ratione: ita & dona, vt bũ moueat à Deo. Nam dona in scripturis vocãtur spiritus. Spiritus autẽ importat motionẽ: nõ illã quę est ab extrinseco: ergo illã quę est ab extra. i. à Deo. Vnde dicit Philosophus in de bona fortuna: ꝙ his q mouẽtur per instinctũ diuinũ nõ expedit cõsulere secundũ humanã rationẽ: quia mouẽtur à meliori principio. Dicũtur tamẽ dona à beato Greg. primo mora-
L liũ esse virtutes: quia eis cõuenit diffinitio virtutis, quę colligitur ex Aug. in de libero arbi. i. est bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nullus male vtit: quã Deus in nobis sine nobis operatur, sed in hoc tantũ est differẽtia, ꝙ virtute rectè viuitur in ordine ad rationẽ: dono verò in ordine ad Deũ. Itẽ quia ipsa dona sunt quædã virtutes diuinæ. Vnde & Philosophus. vij. Ethi. ponit virtutẽ heroicam supra communẽ.
M Sicut autẽ septẽ vitia cõtrariantur virtutibus inquantũ ipsa sunt cõtra bonũ rationis: ita eadẽ contrariantur septẽ donis, inquantũ sunt cõtra bonũ diuinũ. Sunt autẽ dona necessaria homini ad operandũ propter finẽ super naturalẽ, quia homo imperfectè participat dispositionẽ, quæ disponit ad hunc finẽ, quæ homini datur per theologicas virtutes, sicut luna nõ illuminat nisi illumina-

ta: quia imperfectè participat lumẽ. Indiget ergo homo speciali auxilio. i. donis. Per seipsum tũ secluso omni auxilio Dei excepta eius generali motione: potest operari bonũ in ordine ad finẽ naturalẽ: quia pfectè habet naturã qua perficitur vt in ordine ad illũ operet. i. lumẽ naturale rationis. Sunt autẽ ipsa dona habitus, sicut & virtutes. Et sic patet quid sit donũ. Est enim bona qualitas mẽtis, qua rectè viuitur secundũ regulã Dei: qua nullus male vtitur, quã O
Deus in nobis sine nobis operat. Sunt autẽ septẽ vt patet Esa. xj. s. Intellectus: Sapiẽtia: Consiliũ: Scientia: Pietas: fortitudo: Timor. Et ratio horũ est, quia omnes hoĩs vires, quæ possunt esse principiũ actus humani. i. deliberati perficiuntur aliquo dono: quia omnes tales vires cõparantur ad Deũ, sicut appetitus ad rationẽ, quẽ oportet virtute perfici, vt cõgruè ab intellectu moueat. In-
P tellectus ergo speculatiuus perficit intellectu ad perficiendũ, & sapientia ad iudicandũ. Similiter practicus perficitur cõsilio ad percipiendũ, & sciẽtia ad iudicandũ: appetitus verò in ordine ad Deum perficitur pietate: ad se verò pficitur fortitudine cõtra timores: timore verò cõtra concupiscẽtias. ¶ Quãtum ad secundũ sciendũ est ꝙ beatitudines distinguũtur à virtutibus & donis: quia
Q ipsæ beatitudines sunt actus eliciti à virtutibus vel donis. quod sic patet. Nã dicitur Ro. viiij. Spe salui facti sumus. Ex quo sequitur ꝙ aliqui: est, qui sperat finẽ seu beatitudinẽ: qui tũ iam habet finẽ seu beatitudinẽ. Taliter autem sperãs sperat: quia mouet & appropinquat ad finẽ, quod fit per actũ & operationẽ. Actus ergo virtutũ & donorũ maxime sunt qui nos beatos faciũt in spe, & cõsequenter dicũtur beatitudines. Et

sic pa

A sic patet quid sit beatitudo. Est enim actus elicitus à virtute vel dono: seu est actus virtutis perfectæ per donũ. Et sicut dicit beatitudo vt perficit: ita dicitur fructus vt delectat: cũ tamẽ sit eadẽ operatio. Sunt autẽ quatuor & septẽ & octo diuersimodè sumẽdo. vt patet vbi s. Nam Luc. vj. ponũtur quatuor quæ sunt in hoc Euã. & Mat. v. ponũtur octo quæ sunt in Euãgelio sequẽti. sed octa
B ua propriè est quædã cõfirmatio oĩm præcedẽtium & earũ manifestatio. Ex hoc enim ꝙ aliquis est firmatus in septem primis: procedit ꝙ nulla persecutione quis moueat ab huiusmodi bonis ideo omnia ad septẽ alia reducũtur. Ad horũ autẽ intellectũ sciendũ est ꝙ triplex beatitudo existimata est esse. i. Voluptuosa: Actiua: & Cõtemplatiua quæ tres ad futurã cuius spe dicũtur beati, ita se habẽt, ꝙ prima impedit eã: secũda
C disponit ad illã: tertia est eadẽ cũ ea si sit pfecta: si autẽ sit imperfecta est quędam inchoatio eius. Voluptuosa quidẽ felicitas cõsistit in tribus. s. in affluẽtia bonorũ exteriorũ, siue sint diuitiæ siue sint honores: in persecutione passionũ irascibilis, & in prosecutione passionũ cõcupiscibilis. Ideo tres primæ beatitudines. s. Paupertas: spiritus: & mititas, & luctus remouẽt tria prædicta. Et licet ista tria remoueãtur per virtutes, tũ
D excellẽtiori modo remouẽtur per dona à quibus sunt beatitudines principaliter. Vnde prima nõ facit solũ moderatè vti bonis exterioribus, vt humilitas, sed facit ea contemnere, & secũda & tertia facit passiones nõ solum moderari: sed etiã totaliter quietari. Actiua vero vita cõsistit in duobus. s. in reddẽdo proximis debita, & in exhibẽdo beneficia. Ad primũ disponit iustitia, & adhuc perfectius donũ quod nos facit esurire. i. fer-

uenti desyderio appetere opus iustitię. B
Ad secũdum vero disponit liberalitas: vt. s. his donemus ꝙbus ratio dictat esse donandũ: puta amicis & cõiunctis: sed perfectius donũ quod in talibus propter Dei reuerẽtiam solũ necessitatem cõsyderat. Vnde Lu. xiiij. Cũ facis prãdium noli vocare amicos &c. sed voca pauperes &c. Hoc enim propriè est misereri. Ideo quarta beatitudo ponit eius ries & sitis iustitiæ. Quinta vero misericordia. Operationes autẽ vitæ contẽplatiuæ: quia sunt vltima felicitas vel F
inchoatio eius nõ numerãtur inter beatitudines tanquàm merita, sed tãquàm præmia. Tanquàm merita vero ponũtur effectus actiuę vitę, qui sunt mũditia cordis quãtum ad virtutes & dona quibus homo pficitur in seipso, ne passionibus mens inquinet. sed quo ad illa quibus perficitur, ad alios est pax quæ est opus iustitiæ. Esa. xxx. Et sic patent septẽ beatitudines ad quas reducit octa-
G ua. & omnis beatitudo reperta in scripturis. Turbæ autẽ norunt solã voluptuosam felicitatẽ, ad quã ptinent quatuor. s. abũdantia exteriorũ, secũdò abũdantia pertinẽs ad bene esse corporis & sensuũ: tertiò iucunditas cordis, quartò fauor hominũ. Ideo quatuor ponuntur beatitudines secundũ Lucã in præsenti Euãgelio excludẽtes ista quatuor. Sciẽ dum est etiã ꝙ prædictis septẽ beatitu-
H dinibus cõuenienter correspõdent septẽ præmia. Nã quia in vita voluptuosa homines vani quęrũt tria. Primò excellẽtiam & abundãtiam exteriorũ. Secũdò per bellũ quietẽ. Tertiò delectationẽ. ideo tribus primis beatitudinib⁹ quæ ab his tribus auertũr, promittũtur tria alia. i. regnũ cœlorũ, quod in excellentia & abũdantia cõsistit: & pacifica possessio terræ viuẽtium, & consolatio

magna. In vita verò actiua homines vani auertunt se à iustitia, vt seipsos impleant: & à misericordia ne participent alienis miseriis. ideo duabus aliis beatitudinibus, quæ illa duo cõplectuntur promittitur satietas: & misericordia ab omnibus miseriis subleuãs. Mũditia verò quæ clarè videre facit promittitur visio Dei. Vide de his omnibus. j. ij. vbi. s. & in. iij. di. xxxiiij. Quãtum ergo pertinet ad præsens Euangelium sciendum rursus est: quòd aliqui eundem esse Christi sermonem dicũt. de quo agitur in hoc Euangelio secundum Lucã. & in sequenti secundũ Mat. Sed mens. S. Tho. in. j. ij. est in oppositum. & hoc etiã rationabiliter patet intuenti quæ hic & ibi dicuntur. (Descendens de monte) in quo dixerat discipulis illa quæ narrãtur in sequenti Euãg. (stetit in loco campestri). i. in planicie in qua turba magna eũ expectabat (& turba discipulorũ eius: & multitudo copiosa plebis) supple quæ venerãt ab omni Iudæa) & specialiter (Hierusalem & maritima.) Maritima aliquando est adiectiuum. aliquando vero substantiuum fœminini generis: & æquipollet ei quod alicubi dicitur maregima. & significat terram vicinã mari: eo modo quo dicimus: nos ripariam. Ista autem maritima secundum Bedam nõ est maritima maris Galileæ: sed maris magni (& Tyri & Sidonis) supple partibus. Specialiter autẽ istæ duæ ciuitates nominantur, licet essent in prædicta maritima: quia erant ciuitates gentilium (qui venerant vt audirent eum: & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabãtur à spiritibus immundis curabantur: & omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos: dicebat.) Sed contra: quia istas beatitudines proponebat turbis secũdum ea quæ dicta sunt. Ad hoc dico quòd licet Christus vellet docere turbam de beatitudinibus, quibus auerterentur ad his, quæ quærebant in vita voluptuosa: quia tamen iam apostoli erant ab his auersi, ideo ad eos sermonem dirigit. Cætera patent ex dictis. (Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nũc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nũc fletis, quia ridebitis. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cũ separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ vestrũ tanquàm malũ propter filiũ hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce eũ merces vestra multa est in cœlo.)

Aliud.

VIDENS IESVS TVRbas ascendit in montem.) Matth. v. Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens ôs suum docebat eos dicẽs. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrã. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorũ est regnum cœlorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint: & dixerint omne malum aduersum vos metientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.) Præsens

sens Euãgelium patet ex dictis in præceden. i.

Aliud.

ATTENDITE A FERmento Pharisæorum, quod est hypocrisis.) Lu. xij. sciẽdum quòd Pharisæi per hypocrisim & fictam sanctitatem auertebant populum à veritate. ideo dominus dixit cauendum esse fermẽtum eorum i. hypocrisim. Theo. Vocat autem fermentum: hypocrisim tanquàm alterantem & corrumpentem intentiones hominum, quibus se ingesserit. Hæc ille. Bed. Nam sicut modicum fermentum totam farinæ massam corrumpit: sic simulatio animum tota virtutum sinceritate & veritate fraudabit. Hæc ille. (Nihil enim opertum, quod non reuelet ur: neq; abscõditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis: in lumine dicentur, & quod in aure locuti estis, in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius, quid faciant. Ostendam autem vobis quæ timeatis. Timete eum qui postquàm occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis: hunc timete. Nonne quinque passeres veneunt,) id est, venduntur (dupondio,) id est, duplici asse: nam duplex as facit vnum dupondium (& vnus ex illis non est in obliuione coram Deo. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passeribus pluris,) id est, pretii maioris (estis vos. Dico autem vobis: omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus: & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei) Cætera patent ex dictis suprà in festo sancti Theodori.

In communi vnius confessoris.

SINT LVMBI VEstri præcincti.) Lucę. xij. Ad euidentiam præsentis Euãgelii sciendum est, quòd antiquitus nuptiæ nocte celebrari consueuerunt: & ante sponsam tædas & luminaria ferebant iuxta illud. Vergilii. Si non pertæsum thalami tædeque fuissent. Ideo hic saluator volens docere, quòd Christiani debent Christum venientem in die mortis vel in die iudicii parati & vigiles expectare, ponit exemplum de seruis expectantibus nocte dominum suum, vt à nuptiis domum redeat. dicitur ergo. (Sint lumbi vestri) tam spirituales, qui sunt intellectus & voluntas: quàm corporales (præcincti,) id est, parati ad exequenda mandata domini vestri, & restricti ab omni voluptate. (Et lucernæ ardentes in manibus vestris,) scilicet, sint. Manus autem sunt operationes. Lucerna est ratio dirigens sua luce: quæ tunc ardet quando amor charitatis concomitatur lumen rationis. Habere ergo lucernam in manibus est dirigi in operibus lumine rationis, & inflamari ardore charitatis seclusis omnibus malis affectibus. (Et vos similes hominibus) id est, sitis & estote) expectantibus dominum suum) id est, Iesum Christum (quando reuertatur) in die mortis vel iudicii (à nuptiis) vitæ æternæ, ad quas iuit per ascensionem (vt cum venerit & pulsauerit) per ægritudines aut signa iudicii (confestim aperiant,) id est,

I cum amore in suo corde suscipiat(Beati serui illi. quos cũ venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amẽ dico vobis, ꝙ præcinget se) id est,secundũ Greg. se ad retribuẽdũ parabit (& faciet illos discumbere) id est omnino requiescere à laboribus:secundum Theo.& Dion.y.in epistola ad Titum. (& transiens ministrabit illis.) Transit autem secundum Gregorium.dupliciter. Vno modo à iudicio ad regnum re-diens: K vel à visione humanitatis ad visionem deitatis nos eleuans.Prima autem vigilia secundũ eundem est pueritiam. Secunda inuentus.Tertia senectus Dicit hic dominus se nocte venturũ : vel quia ad literam iudiciũ erit in nocte.i. crepusculo diei.vel quia sicut nox obscura est:ita incertum & incognitũ est nobis tẽpus aduentus eius in die mortis vel iudicii.(Et si venerit in secũda vigilia : & si in tertia vigilia venerit L & ita inuenerit : beati sunt serui illi. Hoc autem scitote ,quoniam si sciret paterfamilias,quæ hora fur veniret,vigilaret vtique : & non sinet perfodi domum suam.Et vos estote parati : quia qua hora non putatis filius hominis veniet .)

Aliud.

M VIGILATE : QVIA qua hora dominus vester vẽturus sit.)Mat.xxiiij.In hoc Euangelio dominus hortatur generaliter omnes ad vigilanter expectandum dominũ venientẽ in die mortis vel iudicii.Deinde specialiter,vt dicit Hila .hortatur episcopos & prælatos dicens.) illud aũt scitote ,quoniam si sciret pfamilias,qua hora fur vẽturus esset,vigilaret vtique,& nõ sineret perfodi domum suam . ideoque & vos N estote parati:quia nescitis quã hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus & prudens quem constituit dominus supra familiam suam vt det illis cibum in tempore(Interrogat autẽ non ex ignorantia:sed vt oñ dat vt dicit Remig. ꝙ difficile sit prælatum in omnibus facere debitum suũ Glo.Rarus est fidelis seruus domino propter dominum seruium: oues Christi non ad lucrũ sed pro amore Christi O pascens(prudens) qui subditorũ capacitatem:vitã & mores discutiat (quem constituit) qui.s.sit vocatus à Deo : & non se iniecerit.Hæc illa (vt det illis). s.subditis suis (cibum) verbi Dei (in tempore) oportuno.(Beatus ille seruꝰ quem cũ venerit dominus inuenerit sic facientẽ.Amen dico vobis,quoniam super omnia bona sua cõstituet eũ)Orig. vt.s.corregnet Christo.cui omnia sua P tradidit pater.Hæc ille. Vel secundum Hil.hoc dicitur,quia talis in gloria dei collocabitur:quo nihil vltra melius inuenitur.In hac vt dicit Rab-cæteris paribus præcedunt prælati ratione custodiæ subditorum .

Aliud.

HOMO QVIDAM peregre proficiscẽs)Mat. xxv.Est autem sciendum Q ꝙ præsens euangelium est parabolicum: & in eo vt dicit glos.dominus rẽprehendit eos maximè prælatos:q nolunt verbo prodesse proximo.(Homo quidam).i.Iesus Christus (peregre proficiscens).i.secũ dum humanitatẽ ascẽdẽs in cœlũ secũdum Gre.& & Ori.humanitas eñ cum ex cõtrariis sit cõposita:qũ est sup cœlos eleuata,non est in patria sua.Locus enim

A enim propriꝰ est sphera actiuorũ & passiuorũ.in quo debẽt esse omnia per naturam corruptibilia. Peregrinatur ergo in cœlo Christus secundum humanitatem (vocauit seruos suos) id est, apostolos:secũdũ Hie.(& tradidit illis bona sua) .i.doctrinam Euangelicam. Non est autem intelligendum ꝙ istam solis apostolis tradiderit sed ttadidit eam omnibus fidelibus inter quos qui dans de negligentia condẽnãtur:vel si per.istos seruos apostolos intelligimus B oportet in apostolis intelligereprelato tostenentes apostolicũ gradũ.i.episcopes.Et vni dedit quinque talẽta alij aũ duo alij vero vnum vnicuique secũdum propriã virtutem :i.capacitatem & dispositionem suscipiẽtium:secundũ Hier.& Chr.Vnum per quinque & duo & vnum talentũ diuersi gradus significantur cognitiõis diuinorum secundũ C eodẽ Sicut enim homo vtẽdo pecunia aliam lucratur:ita homo docẽdo que didicit:meretur ampliorẽ notitiam saltem in futura vita:vbi deum videbit plus aut minus secundũ diuersitatẽ meritorũ.(& ꝓfectus est statim.Abiit aũt qui quinque talenta acceperat: & operatus est in eis,& lucratus est alia quinque docendo quæ didicit,& exhortãdo.

D ¶ Est aũt sciendũ:vt dicit Chryso.ꝙ in parabolis non oportet omnia scrutari: sed ad intentionem respicere dicentis. Et hoc maximè in ista facere oportet. (Similiter qui duo acceperat, lucratus est alia duo.Qui autem vnum acceperat : abiens fodit in terram : & abscondit pecuniam domini sui) quia secundum Gregorium intentus terrenis negotijs non docuit vt debebat:sed suffocauit doctrinam.quam acceperat propter voluptates.Vel foditin terram secũdum Orig.ille qui accepta docẽdi virtute,nõ docuit ex quadã ficta humi E litate & religione. (Post multum verò temporis),i. in die iudicii secundum Chry.& Hiero.(venit dominus seruorum illorum ,& posuit rationẽ cũ eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat,obtulit alia quinque talenta: dicẽs,Dñe quinque talenta tradidisti mihi;ecce alia quinque super lucratꝰ sum (Ista oblatio sic est intelligẽda:vt ipsa merita que quis docendo acquisiuit:lo F quantur deo per euidentiã facti. Apparebit enim in die iudicii, quod ille qui magnam accepit doctrinam ,& feruenter docuit dignus erit , vt sibi duplicẽt notitia diuinorum,id est vt pro meritis suis magnum gradũ in visione Dei habeat. (Ait illi dominum eius Euge serue bone & fidelis.) Rab.euge interiectio est lætantis,per qđ dominus gau- G dium suum insinuat,qui bene laborãtẽ seruum ad gaudium æternum inuitat. Hæc ille. (quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te cõstituam.) Gre.Tunc fidelis seruus supra multa constituitur cum deiecta omnis corruptionis mole ista:de terrenis gaudiis in illa celesti sede collocatur.Hæc ille (intra in gaudium domini tui) id est in patria & vita iucundam.Et notanter dicitur:intra in gaudium & non: gaudium intrabit in te:quia æternam felicitatẽ nulla creatura comprehendere põt.Est enim H infinita in se:sed finitè participat.Eodem modo exponẽdũ est,qđ dicitur de seruo duorũ talentorũ.(Accessit aũt & qui duo talẽta acceperat,& ait.Domine duo talẽta tradidisti mihi : ecce alia duo lucratus sum.Ait illi dominꝰ eius, Euge serue bone & fidelis : quia super pauca fuisti fidelis:supra multa te constituam intra in gaudium domini tui. Accedens,autem & qui vnum talẽtum

I acceperat: ait. Domine scio: quia homo durus est mẽtis, vbi non seminasti: congas, vbi non sparsisti, & timens abii & abscondi talẽtũ tuũ in terra. (Si iste dicatur abscondisse talentum doctrinę vacando terrenis: in istis verbis nihil debemus intelligere, nisi ꝙ tales in die iudicii non habebunt merita, quæ Deo præsententur. Et similiter in reprehensione domini tui, qui sequit nihil aliud debem⁹ intelligere nisi quod talis pro
K sua negligentia in die iudicii increpabitur. Si verò dicatur abscondisse ex fatua humilitate, vel stulto dei timore: quo cessauit à doctrina dicatur: ꝙ talis seruus in verbis suis se excusat, si non docuit: quia in hoc timuit offendere Deum, cum timere non deberet sed in Deo confidere: & dominus in reprehendendo dicit, ꝙ ipse à numulariis. i. ab auditoribus q doctrinã accepissent: exegisset rationem de beneficio susceptæ
L doctrinæ: si fuissent ingrati: & de vsu eius in operando & in docendo si fuissent negligentes: Ecce habes quod tuũ est:) Respondens autem dominus ei⁹: dixit ei. Serue male & piger, sciebas, quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis: & veniens ego recepissem vtique, ꝙ meum est cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum.) Istud talentum doctrinæ tan
M diu in nostra est potestate, quãdiu possumus docere, & docendo lucrari. i. mereri: vel saltem de eo gaudere. In morte ergo vel in iudicio tollitur talẽtum à negligente inquantum tam non habet notitiam dei ad bonum suum: sed ad malũ: quia dãnatis ipsa notitia est causa doloris. Tollunt aũt Angeli exequentes sententiam Dei. (Et date illi qui habet decem talenta) hoc autẽ fit, quando ipsi iusti gaudent de dãnatiõe N malorum propter conformitatem suæ voluntatis ad diuinam. Et licet omnes beati accipiant aliquod gaudium ex eo ꝙ dãnat⁹ talento priuatur: quia tamen de hoc gaudet magis qui est beatior: ideo dãnatorũ talentũ dari dicitur ei qui decem, & non ei qui quatuor dicitur habere talenta. (Omni enim habenti dabitur) gaudium de punitione O malorum (& abundabit) quia in bonũ eius cedent sua merita, & aliena demerita (ab eo autẽ qui nõ habet) merita bonorum operum & quod videtur habere ipsa. s. doctrina, qua noluit vti auferetur ab eo quia non erit ei ad gaudium: sed ad supplicium (& inutilem seruum). i. negligentem: qui nihil commisit sed omisit necessariam doctrinã (eiicite) à me & societate meorum (in tenebras exteriores illic erit fletus & P stridor dentium). Vide de hoc domini ca. xx. post festum trinitatis.

Aliud.

HOMO QVIDAM nobilis abiit in regionẽ longinquã accipere sibi regnũ & reuerti) Luc. ix. Ad intelQ lectuum, huius euangelii sciendum est ꝙ Iudæi etiam apostoli ante ascensionem christi credebant regnum Christi esse corporale & terrenũ. Vnde act. j. quærebant à Christo ascendente. Domine si in tẽpore hoc restitues regnũ israel. Et simliter filii Zebedei petierunt sedere vnus ad dexterã. & vnus ad sinistram eius. Vnde quia christo ascẽdente vltimo in Hierusalem: existimabant eũ regẽ in regia ciuitate esse constituendum. Christus volens istũ sensum ab eis amouere: induxit præsentẽ parabolam ostẽdens. quod in primo ad nen

A uentu venerat pati: & in secundo veniet regnare. Vnde dicit Lucas. (Hæc illis audientibus). s. quæ dominus dicebat Zachæo: vt. s. in festo dedicationis ecclesiæ (adiiciens dixit parabolam. eo ꝙ esset prope Hierusalem: & quia existimarent. i. discipuli (ꝙ cõfestim regnum dei). i. Christi) manifestaretur. dixit ergo. Homo quidã (id est Christ⁹ natus de virgine (nobilis) quia filius Dauid regis secundum carnem (abiit) per suam mortem & ascensionem (in regionem longinquam) id est: ad cœlum empyreum (accipere sibi regnum) super omnes angelos & omnẽ creaturam (reuerti) in fine mundi ad iudicandum (Vocatis autẽ decem seruis suis). i. vniuersis fidelibus qui per denarium numerum significantur: eo ꝙ in hoc numero quodam modo omnes numeri includuntur. Nam vsq; ad decem varientur numeri: sed post decẽ
(vt replicatio præcedentium. Nam vndecim idem est quod vnũ & decẽ. duodecim quod duo & decẽ, & sic de aliis. (dedit illis. x. mnas). i. vniuersitatẽ bonorum suorum qnç hominibus conferre consueuit, siue sint gratiæ: siue naturæ: siue fortunæ. Est autem mna põdus x. drachmas appendens secundum aliD quos, vel secundum alios centũ. vtrunque põt verũ esse secũdũ diuersas gentes. Singulis ergo fidelibus dedit singulas mnas: vel singulis dedit decem: non ꝙ singuli æqualia bona susceperint absolutẽ: sed quia æqualiter suiceperunt secundum suam proportionẽ. loquẽdo de his bonis, que dispositionẽ supponũt Nam quo ad dispositiones ipsas Deus dat vt vult: vnde nõ omnes sunt æquales naturalibus. (Et ait ad illos, Negotiamini). i. exercete vobis collata bona; vt per vsum eorum meream acci- E pere maiora (dũ venio). i. quousque veniã ad iudiciũ, vsq; enim ad diẽ illã currit tps negotiãdi. i. merendi. (Ciues autem eius). i, Iudæi ex quorũ sanguine Christus natus est (oderãt eũ) pro maiori parte: saltem quo ad rectores & capita populi (& miserunt legationem post illum dicẽtes. (Nolumus hunc regnare super nos) quod non est sic intelF ligendũ, quasi Iudæi miserunt ad patrẽ post Christi ascensionẽ nũtios? qui ex parte sua dicerent ꝙ Christo non daret regnum Iudæorum: sed qa ex ipso suo facto ostenderunt se nolle illum in regem. Nam post xpi ascẽsionẽ conati sunt Christi fidẽ eliminare (& factum est vt rediret) in die iudicii (accepto regno). i, postquam acceperat regnũ (& iussit vocari seruos suos quibus dedit pecuniam: vt sciret quantũm quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mna decẽ mnas acquisiui. Et ait illi, Euge serue bone, quia G in modico fuisti fidelis: eris potestatẽ hũs supra decẽ ciuitates). i. secũdũ tna merita erit ꝓportiõabiliter & ꝑmiũ tuũ i cœlo Cętera dicta & dicẽda patẽt ex dictis i Euang. (Et alter venit dicens, Dñe: ecce mna tua fecit qnq; mnas & huic ait. Et tu esto sup qnq; ciuitates. Et aliter venit dicẽs. Dñe ecce mua quã habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dixit ei, De ore tuo te iudico H serue nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum tollens quod nõ posui: metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam ad mensam: & ego veniens (cum vsuris vtique exegissem illam. Et adstantibus dicit. Auferte ab illo mnam: & date illi q decem mnas habet. Et dixerunt ei. Dñe

habet decem mnas. Dico autem vobis quia omni habenti dabitur, & abundabit ab eo autem qui non habet,& quod habet auferetur ab eo.

Aliud.

NEMO ACCENDIT lucernam)Lu.xj.¶In præsenti euange. intendit saluator à fidelibus intentionem peruersam excludere sumens exemplum ad hoc ex lucerna & oculo Recta ergo intentio est similis lucernæ lucenti & ardenti : quia includit fidem , & ardorem charitatis. Nam recta intentio facit operari propter Deum amatum & consequenter supponit notitiam Dei, quæ per fidem est,& amorẽ qui est charitas , vel actus charitatis. Dicit ergo. (Nemo accendit lucernam)id est nemo habet bonam intentionem lucentem fide , &ardentem charitate(& in absconditoponit, neq; sub modio)eam scilicet inflectendo circa temporalia acquirenda & fruenda (scilicet super candelabrum).i. in altũ erigit:vt finis intentus non sint fruges quæ modio mensurantur sed æterna felicitas(vt qui ingrediuntur lumen videant). i.vt omnes cogitationes quæ intrant domum conscientiæ & animi tui lumen videant. i. recta intentione ad Deum dirigantur,sicut homo ambulãs dirigitur lumine. Quod vero prædicta de intentione dicta sint declarat in his quæ sequuntur. Est aũt sciendum quod sicut hic sumitur lucerna spiritualiter, & significatur per corporalem oculum ita & corpus sumitur spiritualiter , & per materiale significatur. Est aũt spirituale corpus nostrũ ipsa multitudo operum nostrorum bonorũ ex genere suo ex diuersis operibus bonis tanquam ex variis membris integrata. Dicit ergo (Lucerna corporis tui). i. multitudinis operum tuorum(est oculus tuus). i. intentio tua , quæ oculus idcirco dicitur, quia hominem operando dirigit. (Si oculus tuus fuerit simplex). i. intentio pura & recta siue omni plica simulationis, totum corpus tuum lucidũ erit). i. opera tua visibilia erunt in conspectu dei. Videt autem propriè Deus opera, quando approbat. vnde psal. Oculi domini super iustos. Non quinetiam sint super malos qa in omni loco oculi domini cõtemplantur bonos & malos prouer.xv. Sed speciali modo videt iustos & opera iustorum quia. s. vtrunq; approbat.(Si autem nequã).i.malus(fuerit.) Est autem intentio mala : quando quod fit est ad malum finem ordinatũ: quamuis de se bonum sit(etiam corpus tuũ tenebrosum erit) quia. s. opera tua non videbit deus ad præmium , sed ad tormentum. (Vide ergo ne lumẽ quod in te est). i. intentio quæ debet esse lumen dirigens te ad deum(tenebrę sint) id est non dirigat te secundum rectam viam:sed errare faciat.(Si ergo corpus tuum totum) . i. quo ad omnes partes sine quo ad oẽs operationes (lucidum fuerit)quia est visibile seu approbabile à deo quantũ ad bonitatẽ operis & quãtum ad rectitudinẽ intentionis (nõ habens aliquam partẽ tenebrarũ). i. non existens tenebrosum neq; quo ad substantiam operis neq;quo ad intentionẽ (erit lucidum totum .i.ipsum compositum ex opere & intentione. Vnde hic sumitur totum cathego.suprà vero syncathego. Si autẽ esset malũ opus & intentio bona,vel è conuersõ bonũ opus & intentio mala tunc non esset lucidũ id quod ex vtroq; componitur. (Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te) in præ

præsenti per gratiam & in futuro per gloriam. Quanto enim homo maior est in merito tanto hic habet maius lumen gratiæ & in futuro maius lumen gloriæ.

In communi vnius virginis.

SIMILI EST REgnum cœlorum thesauro.) Mat.xlij.ad intellectum prę sentis euengelii sciendũ est quod eorum quæ possessore carent quędam sunt quæ nunquam possessorem habuerunt vt gemmæ inuentæ in litto re maris. Alia vero aliquãdo habuerũt possessorem vt antiqui thesauri. Prima secundum S.Tho.ij ij.q.lxvj. occupanti & inuenienti conceduntur. Et eadem ratio est de secundis vt dicit , nisi quod leges ciuiles ad pacem hominum statuerunt vt in secundis medietas sit possessoris agri , quod intelligitur si inuenit in alieno non data opera si vero data est opera totum est inuenientis. Insti tu.de rerum diuis.§.item ea.Ideo ille de qua in præsenti euange. agitur dicitur emisse agrum vt sine conditione totum thesaurum possideret. (Simile ergo est regnum cœlorum).i.status ecclesiæ militantis seu Christianitatis (thesauro absconditoin agro) Iste thesaurus secũdum Chryso.est prædicatio euangelica absconditain agro huius mundi quam nullus plenè & perfectè possidere potest vt dicit nisi venditis omnibus. Hãc inuentam absconditinuentor secundũ Hiero.non ex inuidia: sed vt seruaret: & non perderet.Vel secundum Grego. thesaurus iste est desyderiũ salutis ęternæ.Ager vero in quo latet est disciplina studii cœlestis.i.sancta conuersatio. Hunc thesaurum oportet absconderevquia diaboli libenter furãtur illud.Vel possumus dicere quod in parabolis nõ oportet omnia scrutari. Intendit ergo saluator quod sicut inueniens prætiosum thesaurum omnibus se priuat vt illum possideat. Ita qui per fidem habuerit notitiã de thesauro felicitas ęternę, latitante magro seruitutis diuinæ, omnibus sepriuat , quantum ad effectũ nisi sit insanus vt consequatur illum. Quod autem dicitur de absconsione oportet hic habere significatum,nisi significetur quod appetens felicitatem timet eam perducere (quam qui inuenit homo absconditpro ex gaudio illius vadit& vendit vniuersa quę habet & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori quęrenti bonas margaritas.Inuenta autem vna pretiosa margarita abiit & vẽdidit omnia quæ habuit , & emit eam.) Glo.per margarita pretiosam intelligitur dulcedo celestis vitæ quam inuentam omnia vendens emit:quia qui cœlestis vite dulcedinem inquantum possibilitas admittit perfecte cognouerit: ea quæ in terris amauerat libenter cuncta dereliquit:deforme conspicit quic quid de terrenæ rei placebat specie:qa sola pretiosæ margaritę claritas fulget in mente. Hæc ille. (Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ.) Est autem sagena rete quoddam rarum & significat secundum Hier. doctrinam euangelicam à piscatoribus traditam quæ bonos & malos pisces in mari huius seculi quotidie detinet.Vel secũdum Chry. est sancta ecclesia (missæ in mare) huius seculi (& ex omni genere piscĩ).i. hominum congreganti (congreganti. Quam cum in plena esset(multis credẽtibus (educentes de mari) huius seculi ad aliud futurum(& secus littus sedentes.) Est autem littus finis maris.i. secu

I li ſecundum Chry.(elegerunt). i.eligẽt ipſi angeli(bonos in vaſa ſua). i. in tabernacula æterna. (Malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli & ſeparabũt malos de medio iuſtorum & mittent eos incaminum ignis). i. fornacẽ. (Ibi erit fletus & ſtridor dentium.) Vide dominica. xx. poſt trinitatem (Intellexiſtis hæc omnia) ô diſcipuli mei. (Dicunt ei. Etiã. Ait illis. Ideo omnis ſcriba). i. doctor in ſcriptura (doctus in regno cœlorum). i. in eccleſia militanti vel ſcriptura. Vtrunq; enim dicitur regnũ cœlorum ſecundum S. Th. (ſimilis eſt homini patrifamilias) qui habet miniſtrare alimenta familiæ (qui profert de theſauro ſuo). i. de capſa cordis ſui (noua & vetera). i. autoritates noui & veteris teſtamenti. Ex quo patet quod ipſi apoſtolorum ſucceſſores debent vtrinq; teſtaměti habere notitiam in cuius ſignũ mitram portant cum duplici cornu.

Aliud.

SIMILE EST REGNVM cœlorũ) Mat. xxv. c. j. ſtatus chriſtianitatis (decem virginibus) id eſt vniuerſitati fidelium. Ponitur autẽ hæc parabola ſub comparatione virginum ſecũdum Chry. vt oſtendaĩ, quod licet virginitas ſit aliquid magnum tamen ſi bonis operibus non ſit, adornata non approbatur. (quæ accipientes lampades ſuas) Per lampades ſecundũ Augu. opera de genere ſuo bona intelligũtur Lumen autem in iſtis lampadibus accenſum eſt fides operando dirigens (exierunt) de corpore per mortem ſecũdum Orig. Vel exierũt ab otio in opus bonum de genere ſuo (obuiam ſponſo, & ſponſæ). i. filio dei, & humanitati, quę in virginis vtero tanquam in thalamo coniuncta fuerunt. Dicuntur autẽ iſta ſecundum ſimilitudinem ad res humanas: quia antiquitus nuptiæ, celebrari in nocte conſueuerãt vt dictũ eſt. Quinque autẽ ex eis erãt fatuæ.) Si fatuitatẽ accipimus, vt opponitur prudentiæ: ſic fatui ſunt qui neſciunt bene ordinare vitam ſuã in ordine ad vltimum finem quod eſt opus prudentiæ (& quinq; prudentes) quæ. ſ. vitam ſuã in deũ ordinauerunt. (Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus. i. potẽtiis operationis & operibus bonis ex genere non ſumpſerunt oleum ſecum.) Oleum ſecundũ Hilarũ & Hier. intelligitur opus bonũ quod intelligo non ſolũ de opere bono ex genere, ſed etiam ex intentione: & tale eſt opus charitatis. Secundum Augu. vero intelligitur lætitia quæ habetur de bono opere propter deum ex. ſ. ꝙ deo placet ſecundum chry. vero charitas intelligitur. Sed omnes hæ tres acceptiones reducũtur in vltimã vt iſtud oleum dicatur charitas qui facit opus eſſe bonũ & de eo propter deum gaudere. Prudentes verò acceperunt oleũ in vaſis ſuis) ideſt in cordibus ſeu voluntatibus ſuis (cum lampadibus) potentiarũ vel bonorum. (Moram autẽ faciẽte ſponſo.) Iſta mora eſt tempus vſq; ad iudiciũ in quo veniet ſponſus (dormitauerũt omnes) ideſt infirmatæ ſunt (& dormierunt). i. mortuæ ſunt. Mors enim in ſcriptura conſueuit appellari dormitio eò quod deus poſsit ad vitã excitare mortuũ ſicut nos excitamus dormientẽ. (Media autẽ nocte). i. crepuſculo diei quod cũ media nocte cõiungit. Tali enim hora veniet chriſtus. Vel media nocte. i. tempore inopinato (clamor) tubæ vocantis ad iudicium (factus eſt ecce ſponſus venit exite obuiam ei. (Tunc ſurrexerunt oẽs virgines illæ à mortuis) & ornauerũt lampades ſuas). i. reaſſumpſerunt opera ſua in quibus apparebat lumen fidei redderent rationẽ ſecundum Greg. & Augu. Sciendum eſt autẽ ꝙ in parabolis ſecundum Chry. & Aug. non oportet omnia ſcrutari vt in propoſito patet. Non oportet poſt iudiciũ aliquis petet ab alio opera eius neq; ibit vt bene operetur, & faciat opera charitatis qui non fecerat. In his ergo quę hic dicuntur ſignificatur quod in die iudicii opera de genere ſuo bona quę facta fuerunt cum fide & ſine charitate non fulgebũt, quia fides ſine operibus. ſ. ex charitate factis mortua eſt. Et quod tunc ſi quis vellet ad alium recurrere pro auxilio, vel ſi vellet bene operari non proficeret. Sed ꝙa tales reperiemur in morte tales etiam præſentabimur in iudicio: ideo hortatur dñs, vt mortem vigiles expectemus: ne imparati moriamur & conſequenter ſine oleo ſimus in iudicio: & claudatur nobis ianua cœli. Vnde dicit. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt. Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſpõderunt prudẽtes. Ne forte non ſufficiat nobis, & vobis ite potius ad vendẽtes & emite vobis. Dũ autẽ irent emere venit ſpõſus: & q̃ paratæ erant intrauerũt cũ eo ad nuptias & clauſa eſt ianua. Nouiſsimè verò veniunt & reliquæ virgines, Dicentes. Dñe domine aperi nobis At ille reſpondens ait. Neſcio vos. Vigilate itaque: quia neſcitis diem neque horam.

De ſancta Trinitate.

VM VENERIT PARACLETUS.) Vide ſupra dominica infra octaua. Aſcenſionis.

De ſpiritu ſancto.

SI QVIS DILIGIT ME ſermonem meum ſeruabit.) Vide ſupra. In die ſancto Pentecoſtes.

De ſancta cruce.

ASCENDENS IESVS hyeroſolymam.) Vide ſupra feria. iiij. poſt dominicam. ij. quadrageſimæ.

In commemoratione beatæ virginis per aduentum.

MISSVS EST GAbriel angelus.) Vide. ſ. feria quarta poſt tertiam dominicam aduentus.

A natiuitate domini vſq; ad purificationem.

LOQVENTE IESV AD turbas.) Vide ſupra dominicatertia in quadrageſima.

Pro quacunq; neceſsitate.

HABETE FIDEM DEI.) Mar. xj. Cum beatus Petrus & alii diſcipuli vidiſſent ꝙ ficus cui male dixerat chriſtus ſtatim arguiſſet mirabãtur & tunc Chriſtus dixit eis ea quæ in præſenti euangelio recitantur (Habete fidem dei.). i. confidentiam de deo. (Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic monti tollere & mittere in mare: & non hæſitauerit in corde ſuo ſed crediderit quia quodcunq; dixerit fiat, fiet ei.) Sed contra obiiciunt infideles vt dixit Beda, quia nullus ſanctorum potuit transferre montes. Et reſpondet primò: quod non omnia quæ à ſanctis facta ſunt ſcripta leguntur ſecũdũ quod iſta intelligenda ſunt: ſi neceſsitas affuſſet transferendi montes. Vnde vt ait precibus Gregorius epiſcopus. Cæſarien. mons tantum ſpatii reliquit ſtracto

I ctoribus ecclesiæ quantum opus habue
runt potest etiam dici quòd apostoli
maiora fecerunt: quia mortuos suscita-
uerunt, quod neque diabolus, neq; ter-
rę motus facere possunt. (Propterea di-
co vobis omnia quecunq; orantes peti
tis: credite: quia accipietis. & eueniẽt vo
bis) intellige tamen, si piè, & perseuerã
ter, & ad salutem & pro se quis petat.
iiij. di. xv. & intellige piè. i. cum debita
subiectione mentis ad deum: quæ sub-
K iectio est per fide: spem: & charitatem:
quibus colitur deus.

De quotidianis missis defunctorum.

NISI MANDVCAVE-
ritis carnem filii homi-
nis: & biberitis eius san-
guinem, non habebitis
vitam in vobis.) Io. vj.
L Vide supra in festo corporis christi.
Vtrum sub vtraque specie sit commu-
nicandum. (Qui manducat meam car-
nem, & bibit meum sanguinem) scilicet
sacramentaliter: & spiritualiter tantũ
habet vitã æternã in sua caussa, habet
ueñin se de, & ei⁹ gratiã (& ego resusci
tabo eũ in nouissimo die). i. i die iudicii

Pro præsenti defuncto tantum.

M DIXIT MARTHA AD IE-
sum.) vide feria sexta ante do
minicam in passione.

In omni anniuersario.

AMEN AMEN DICO
vobis Io. v. (Quia venit
hora, & nunc est, quãdo
mortui) corporaliter se-
cundùm Theo. vt filius
vidua, & filia archisynagogi, & Lazarus: vel mortui spiritualiter secundùm
Augu. (audient vocem filij dei) Audie-
rint viuent) vita corporali secundùm N
Theo. vel spirituali secundùm August.
(Sicut enim pater. habet vitam in se-
metipso: sic dedit & filio vitam habere
in semetipso. Omnia enim quæ filius
dei habet, accepit à patre: & omnia quę
habet pater, dedit seu communicauit fi
lio. Habet autem vitam in semetipso id
quod essentialiter est vita: & hic est so-
lus deus. Omnia enim alia participant
vitam: & non habet vitam in semetip-
sis, Ex his autem vult Christus infer- O
re, quòd ipse filius potest mortuis dare
vitam, sicut & pater: cum sit essentialiter vitã. (Et potestatem dedit ei iudi-
cium facere) hic secundùm Chry. pun-
ctuandum est deinde subiungendum.
(Quia filius hominis est: nolite mirari
hoc) existimauit enim quòd iudiciaria
potestas cõueniat Christo solũ inquã-
tum deus. Arguit autem, Chrys. quia si
non sic punctuetur, sed addatur: quia fi
lius hominis est sequitur quòd omnis P
homo habeat hanc potestatem. Sed
hoc argumentum non cogit: quia ista
potestas data est filio dei: quia filius ho
minis est. i. caput omnium hominũ. Au
gu. verò quia tenet ꝙ etiã Christo in-
quantũ homini conuenit iudicare: licet
nõ principaliter pũctuar eo modo, quo
Choys. negat esse punctuandum: nolite
mirari hoc (quia venit hora). i. veniet. Q
nec additur nunc: quia loquitur de ge-
nerali resurrectione & non de particu-
laribus: vt suprà loquebatur in qua om
nes qui in monumentis) i. omnes mortui
audient vocem eius. Et procedent qui
bona fecerunt in resurrectionem vitę:
Qui verò mala egerunt, in resurrectio
nem iudicii (Hic queritur quid erit de
illis pueris: quę nec bona, nec mala fe-
cerunt: & tamen cum originali pecca-
to sunt mortui: quia. s. nõ fuerũt bapti
zati.

A zati. Nunquid tales ibunt in resurre-
ctionem iudicii. i. mortis infernalis cui
mali adiudicabuntur: vt patiantur pe-
nam sensus. i. penam afflictiuã. Ad hoc
aut per aliquas conclusiones respondẽ
tur, quarum prima est hec. Tales pue-
ros puniri sola pena damni est verum
corollarium. Tenere quod tales soli
tali pena puniantur, non est hereticum
Secunda cõclusio. Assere re ꝙ tales sen
B sit credere temerarium est: & forte etiã
hæreticum. Corollarium. Quicunque
assertiuè prędicat, ꝙ tenente primã cõ
clusionem verã, & secundã falsam sunt
hęretici, necessario est ignorans aut pec
cans. Primam conclusionem probo ra-
tionibus theologicis. Primò sic. Nam
pœna sensibilis correspondet delecta-
tioni, quæ habetur in peccato: vt testan
tur Sco. & Bona. ij. di. xxxiij. vt patet
per illud Apo. xviij. Quantum se glori-
ficauit: & in deliciis fuit: tantũ date il-
C li tormentum & luctum. Si enim qui
non est delectatus affligeretur, non es-
set tãtus luctus, quanta fuit voluptas:
sed esset maior, imo ille esset aliquãtus:
& illa nullius quantitatis. Sed tales nul
lius quãtitatis. Sed tales nullam habue
runt delectationem in peccato: ergo nul
lam debent sentire penam afflictiuam.
Cõfirmatur ratione quia cũ deus sit ꝑ
D nior ad miserendum, quàm puniendum
videtur diuinę bonitati derogare, ꝙ ali
quẽ affligat pro eo quod vitare non po
test. Secundo omnes damnati que expe
riuntur sensibilem pœnam: vellent non
esse: licet per accidens. Hoc verò pater.
quia dicit gl. Hiero. xx. super illo verbo
Maledicta dies in qua natus sum: quod
melius est non esse, quam male esse. Vn
& videmus quod propter angustias prę
sentis vitæ: quæ nullius sunt momen-
ti respectu illarum, quidam, si possent:
vellent omnino non esse. antequam in E
eis perpetuò esse. Sed tales pueri non
appetunt non esse: quia vt dicit Aug. &
not. glo. de conse. di. iiij. regenerati tales
malunt sic esse, quam non esse. Ergo nõ
sunt dãnati realiter, vt sensibiliter cru-
cientur. Confirmatur ratione secũdum
aliquos: quia si talibus melius esset non
esse, quam esse: sequitur quod deus creã
do eos nullũ eis cõtulisset bñficiũ. Si au
tẽ ecõuerso est eis meli⁹ sic esse quã nõ
esse, nõ cruciani sensibiliter ab igne ge F
hẽnæ. Sed quia fortè posset aliquis dice
re, ꝙ non habebunt dolorem sensitiuũ,
sed rationalem, inquantum dolebunt
per voluntatem de damno quod patien
tur. Contra hoc arguo dupliciter. Pri-
mo sic. Si enim post mortẽ illi qui sunt
in originali peccato: & non in alio dole
bunt: aut dolebunt de culpa: aut de pœ-
na: si primum: ipsi erunt iusti: & amici
dei. Si secundum: sic: cùm omnis pœna
à deo inflicta sit iusta: tunc ipsi dolebũt G
de re iusta: & consequenter erũt iniu-
sti & mala habentes voluntatem. & con
sequenter non erunt in solo originali,
vt ponitur. Confirmatur ratione quia
cum tales non habeant virtutẽ patiẽtiæ
infusam vel acquisitã, si dolebunt de pœ
na inflicta à deo, erunt impatientes, &
murmurantes contra deũ, & consequen
ter habebunt actuale peccatũ. Secundò
si dolebunt, aut habebunt spem euaden
di talem dolorem, aut non. Non primũ: H
quia sunt in statu imobili: ergo secundũ
hoc erunt tunc desperati. Desperatio
autẽ est pœna maxima. Non ergo pœ-
na eorũ erit mitissima. Contra Aug. in
enchi. & habetur in. d. c. regenerati. Con
firmatur ratione quia vt dicitur Scot.
Ex diuina ordinatione in quocun-
que loco ceciderit lignum, ibi erit. Non
potest ergo: vt dicit, homo post mortẽ
habe

habere nouam dispositionem voluntatis. Ergo isti quia in vita nullam habuerunt deordinationem voluntatis: nullã possunt etiã habere post mortem. Ergo non contristantur de statu in quo deus illos vult esse: ergo non dolent. Et nota ꝙ hę due rationes etiam probant, quod tales aut non dolent in sensu: aut si dolent: sunt contenti de suo dolore: & sua damnatione. Probatur etiam eadem cõclusio autoritate. Nam hanc habemus in sacra scripura. Iob. iij. vbi dicit. Quare non in vulua mortuus sum. Et sequitur. Nunc enim dormiens silerem. Vbi omnes expositores literales dicũt, quod per hec verba optabat Iob se fuisse mortuum in vtero matris ne presentis vitę miserias pateretur. Constat autem ꝙ si taliter morientes cruciantur post mortem igne ęterno: tale desiderium Iob fuisset stultum: quia nulla pęna huius vitę potest equiparari pœnæ infernali: secundum sanctos. Habemus etiam eandem conclusionem. secundo, xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonosor. Nunquam inquit deus vasis iræ ęternum inferret supplicium, nisi homo spontaneum inueniretur habere peccatũ. Tertiò habetur extrà de bap. & eius effect. c. maiores. Vbi expresse habetur ꝙ pena originalis peccati est carentia diuinæ visionis: actualis vero peccati pœna est gehennæ perpetuus cruciatus. Et ibi dicit glo. quòd peccato actuali debet pœna damni & sensus originali vero debetur tantum pœna que est carentia visionis diuinæ. Quartò habetur expresse & clarè a magistro sententiarum. ij. di. xxxiij. que dicit, ꝙ tales nullam aliam penam sensuri sunt: nisi quod diuina visione carebunt. Hanc eandem conclusionẽ tenuit Alanus expresse & clarè super dicto. c. maiores. & Archi. flo. j. parte. titu. viij. & Sco. ij. di. xxxiij. & Bonauẽ. ibidẽ: & infiniti alij doctores, quos gratia breuitatis omitto. Sic ergo patet prima conclusio: & consequenter patet eius corollarium, quia credere verum nũquam potest esse hereticum. Secunda etiam conclusio patet ex dictis quo ad primã partem. Tenere enim contra communem sententiam doctorum fundatã in scriptura & canone legis: est temerarium. Sed ita est in proposito. ꝙa vt dicit Sco. vbi. s. & Bona. communis magistrorum opinio est ista, quam tenemus, que etiã vt allegatum est: fundatur tam in scriptura, quam in canone iuris pontificij. Quo ad secundam verò partem sic probatur. Nam illud quod forte est contra determinationem ecclesię forte est hæreticum. Autoritas enim ecclesiæ est regula fidei: à qua etiam ipsa sancta euangelia habent autoritatem. Sed ista opinio est fortè contra determinationem ecclesię: vt patet in. d. c. maiores. & in. c. Nabuch. ergo forte hoc est hereticum. Corollariũ vero sic deducit. Aut enim predicator circa hanc materiam scit veritatem: aut non. Si primum, est peccãs, quia mentitur. Si secundum est ignorans: quia nescit, quod scire potest, & debet. Est autem necessarium quod sciat, aut non sciat. ideo est necessarium quod sit ignorãs vel peccãs. Sed contra istã veritatẽ solidã & catholicã ꝙdã friuolas adducũt rõnes: quas: vt nullã oñdamus esse momẽti, hic inferem⁹. Arguit ergo primò ex dictis aug. Nã primò ipse dicit de fide ad Petrũ: & habetur in, c. sit missimè. tales æterno igne puniẽdos. Secũdo ꝙa ī hypono. dicit, ꝙ sunt ī gehẽna ipsi, & omnes iniq. Tertiò ꝙa in sermone de baptismo parũ cõtra Pelagiũ: ipse dicit ꝙ in iudicio omnes homines erunt in dextera, vel in sinistra, nec erit locus medius. Ergo tales erunt in sinistra: & sic ibũt maledicti in ignem ęternũ, Quartò quia in epistola ad Cõsensum tenet, ꝙ oẽs resurgent in iudicio: & quilibet transibit ad statũ expertẽ doloris & corruptionis: aut igne cruciabitur ergo isti cruciabuntur igne. Quintò ꝙa ipse in predicto sermone opinionẽ q̃ in prima cõclusione tãgit: attribuit Pelagio dicẽs: ꝙ ille pueros in exilitũ tãtum modò mittit dicẽs, ꝙ hec illis sola esset pena: non esse in patria. Ad omnia autem ista dicta simul duæ solutiones datæ à sanctis. Prima est Sco. & bonauen. & s. Tho. ꝙ Augu. excessiuè locutus est. Dicit enim sic idẽ Bona. secundò vbi. s. Augu. in verbis illis nõ intendit dicere, ꝙ paruuli sensibiliter crucientur: sed intẽdit eorum penã manifestare, quantũ ad carentiã diuinę visionis: & quantũ etiã ad vtilitatẽ loci: & hoc valde abundanter exprimit plus dicẽs: & minus volẽs intelligi. Nec sine causa sic loquit. Hoc enim facit ad extirpandam illam hæresim, que dicebat paruulos nulla pœna puniri. Vnde sicut in moribus documẽtũ est, ꝙ eum qui vult ab vno extremorum peruenire ad mediũ: quasi oportet ad aliud extremũ declinare. vt dicit philosoph⁹: sic etiã beatus Aug. vt illam hęresim extirparet, que dicebat paruulos ab omni pœna immunes: & ad medium reduceret. s. ad penã carẽtię visionis dei, simpliciter asseruit eos cũ alijs peccatoribus ęternaliter damnari. sed tamen suum intellectum explanauit in Enchiri. vbi dixit penam illorum esse mitissimam. Et addit Sco. quod sancti frequenter sic loquũtur. s. excessiuè. Vnde dicunt eos nullam pati pœnam, sicut nullam habent culpam. Ideo multum ponderandum est contra quos hæreticos sancti sunt locuti: quia Augusti. contra Arrium videtur declinare ad Sabellium: & è conuerso. & contra Pelagium videtur declinare ad Arrium: & e conuerso. Hæc Sco. ¶ Secunda responsio est sancti Tho. & Archie & glo. iu. c. firmissimè. Dicunt enim isti ꝙ Augu. ponit speciem pro genere: vt dicantur ęterno igne puniri: id est ęterna pœna. Et intendunt isti dicere quòd pœna originali peccato debita directè est carentia diuinæ visionis: vt per gloss. in. c. maiores. sed quia istam pœnam habebunt in igne infernali, in quo recludentur: ideo dicuntur æterno igne puniri: non quia puniantur ab igne. nisi sicut à carcere: & detinente: sed quia puniantur in igne. Sed quare Aug. sic loquitur Dico ꝙ hoc facit ad excludendum illã opinionem: quæ videtur fuisse Pelagii. scilicet ꝙ tales pueri post iudicium hũc mundum inhabitabunt. Est enim ista opinio falsa. Licet enim dicat Archie. ꝙ in quo loco habituri sint post iudiciũ nouit dominus, tamen proculdubio ibi erunt, vbi sunt modo: secundùm quòd sonant Augu. verba qui eos ęterno igne puniendos asserit. Et hoc rationabiliter quia sicut modo & tunc habebunt præcisè eandem culpam: ita & eandem pœnam. Vnde & Bonauentu. dicit quòd talis locus debetur eis ratione fœditatis quæ fuit in carne. Sic ergo generaliter patet ad omnia dicta. Augusti. Sed specialiter dicitur ad singula. Ad primum quidem nihil oportet addere. Ad secundum dico quòd probat quòd receptaculum istorum puerorum erit vna pars gehennæ tenebrosa, quod concedi tur: nec tamen sequitur si sunt in igne, quòd ab illo sensibiliter crucientur. quia vt dicit, Bona. Ille ignis instrumẽtum est diuinæ iustitiæ: vtpote quo iustitia Dei exequatur: & ideo ita agit, vt deus

I Deus vult. Vnde aliquos cruciat: vt iniquos, aliquos purgat vt iustos, aliquos solũ detinet alligatos: vt pueros prædictos:& tñ vnus est ignis:vñ Greg. Sicut sub eodẽ igne aurũ rutilat, & palea fumat:sit idẽ ignis & reprobos cruciat,& electos purgat. Hæc ille. Ad tertiũ dico ꝙ prædicta verba Aug.de dextera & sinistra in iudicio non possunt intelligi, nisi de his qui vsum rationis habuerũt. Quis enim nisi insanus dicat K ꝙ reprehendentur de negligẽtia circa opera misericordiæ: illi q vsum rationis nõ habuerũt? Quia ergo existẽtes in sinistra de talib⁹ sunt increpãdi à Christo:ideo dico ꝙ isti paruuli nõ erũt in sinistra, neq; etiã in dextera.vnde sicut dicit.b.Gre.vt allegat.S.Tho.sup Mat. in dextera vel sinistra nõ erit aliquis infidelis, sed solũ fideles:qui potuerũt facere eleemosynas & infirmos visitare. Sic ergo dico ꝙ quantũ ad infideles me L diocriter bonos vel malos in die iudicii nõ erit locus.i.status medius inter dexteram & sinistrã propriè, secus quo ad alios. Et si aliquãdo dicãtur pueri in sinistra esse,intelligendũ est de his pueris,qui aliquo modo vsum rationis habuerũt. Si autẽ intelligatur de alijs qui vsum rationis nõ habuerũt, sic sinistra sumitur impropriè: & sic etiã tales adiudicãtur igni impropriè. i.vt ab illo detineantur:& nõ vt ab alio cruciẽtur. M Et ista videtur esse mẽs Aug. Ad quartum dico ꝙ Aug.loquitur de his qui resurgẽt ad iudiciũ:nõ solũ vt cõdemnentur, vel præmientur: sed etiã vt discutiantur,& vituperẽtur,vel laudẽtur pro peccatis actualib⁹,vel pro meritis suis, vel per cruciatũ accipiant pœnam. Ad quintũ dico, ꝙ sicut ibi per dicta Aug. pater Pelagius nõ includebat paruulos in carcere gehẽnę,vt nos facimus: vnde longe est ista opinio ab illa. Et nota.ꝙ licet Aug.videat ibi dicere ꝙ dolebũt: tamẽ ipse hoc dicit:nõ de oĩbus pueris. sed de his qui aliquo modo vsum rõnis habuerũt. Vel per dolorẽ intelligit pœnam. Cõtra istas rãsiones catholicas & solidas Greg.de Arimino facit aliquas replicas friuolas, quas qui videre cupit cũ solutionibus earũ videat. Cap.ij. di. xxxiij. Est autẽ mirũ de isto Greg.quia in hac materia magistrũ sententiarũ ꝙ pro nobis est:aut nõ vidit,aut nõ intellexit. Dicit enim ꝙ nũquã legit Aug. vel aliũ allegantẽ Aug qui dicat ꝙ tales solũ istã pœnã damni patiẽtur. Sicut etiã aliquãdo accidit prædicãtibus, ꝙ ista opinio quã sustineo, imo teneo, est hęretica propterea ꝙ Aug.de fide ad Petrũ in fine.xl.illarũ regularũ: quarũ vna est ca.firmissime dicit ꝙ sentiens aduersus illas regulas anathema sit. Ego enim cõtra illas regulas nihil dico sed illas intelligo sanc:& cũ gl.sanctorum. Tales autẽ etiã ipsi glossant illud ca.firmissime.quo ad conceptionẽ beatæ virginis,de qua ibi fit mẽtio virtuaP liter: sed illæ glossæ nõ sunt sanctorũ: sed eas suo capite cõfingunt, & ꝑ illas destruunt textũ. Secũdò arguit principaliter per dictũ Gre.ix.moral.sup illud verbũ Iob.ix.Multiplicauit vulnera mea sine causa. Ibi enim tenet Gre. ꝙ tales ad tormẽta perueniũt,& tormẽta percipiũt. Et cõfirmatur: quia aliter melius esset istis post hanc vitã in ista: quod est cõtra textũ,quẽ Greg.exponit Q.multiplicauit vulnera mea.fol. Ad argumentũ dico vt.s.ſ.ꝙ Greg.excessiuè locutus est:& ꝙ per tormẽti perceptionem aut experientiã.tã ipse quàm Augu.intelligũt ipsam notitiã: qua sciunt se Dei visione priuatos:quæ tñ non est eis causa doloris, vt dictũ est, & dicẽt.

Ad

A Ad confimationẽ dico iuxta doctrinam S.Tho.in.q.de ma.q.v.art.iiij.ad quintum quòd duplex est pœna peccati originalis.ſ.taxata, & cõcomitas. Taxata quidẽ in præsenti vita:est priuatio originalis iustitiæ & gratiæ gratũ facientis:in futura vero est priuatio prędictæ iustitiæ & gratiæ:& vltra hoc priuatio visionis diuinæ : & incarceratio:& impossibilitas euadẽdi. Pœna autẽ concomitãs vel consequẽs:sunt ipsæ afflictio B nes quas in hac vita sustinemus:& ipsa mors : post hanc autem vitã non habet locũ propria pœna consequens,vel cõcomitãs : quia tunc omnis defectus taxatur pro culpa.Pœna autẽ talis.ſ.cõcomitans : neq; æquatur neq; proportionatur culpæ semper. Nam iudex aliquis iustus:iustè pòt duos fures æqualiter culpabiles punire cęcitate,quę est pœna taxata, ex qua plura mala vni quàm alteri prouenient:quia vnus forC te pluries impinget ad lapides. Quantũ ergo ad pœnã taxatã pro originali,quã oportet culpę proportionari:dico quòd grauius incõparabiliter post hanc vitã tales puniũtur:quia priuatio diuinæ visionis tũc.ſ.post mortẽ incipit esse pœna,non ante:quia etiã tunc incipit esse tẽpus videndi. E cõuerso autẽ est de cõmitãte : quia in alia vita aut minor,aut nulla est. Arguitur etiã per rationes:q tales patiantur dolorẽ sensibilẽ. Primò D sic. Nã in hac vita paruuli sustinẽt pœnam sensibilẽ:& non iniustè cũ illa sit à Deo. Ergo iustè. Ergo pro originali istã meretur. Ergo etiã post hanc vitã pro originali tales pœnas patiẽtur:aut originale insufficienter punietur. Sol. Si argumentum aliquid valeret probaret vtique, quòd sicut in hac vita se nescimus,& morimur:ita & in futura : quòd est absurdũ. Dico ergo ad argumẽtum secũdum mentẽ. S.Tho. quòd pueri in E hac vita patiuntur talia iustè : nõ sicut pœnam taxatã,sed sicut concomitantẽ: qua tamẽ post hanc vitam nõ patiuntur. Nec sequitur quòd maneat peccatum insufficienter punitũ : quia remaneat pœna taxata:quæ est per se intẽta à iudice:& proportionatur culpæ. Et si quæratur:quare Deus talia in hac vita permittit : dicitur primò secundum. S. Tho.vbi.s.quòd talia in hac vita possunt nobis esse vtilia,nõ in alia, vbi nõ F est proficiendi tẽpus. Dicitur secundò: quòd hoc exigit talis status,quia firmato cœlo nulla potest naturaliter esse alteratio naturalis & corruptiua. Posset autẽ esse spiritualis : quæ etiã est afflictiua : sed ista non erit in talibus:quia iustitia Dei hoc non requirit, secus de damnatis. Vnde ipsi nõ corrumpentur: & tamẽ cruciabuntur vehemẽter : quia ignis trãsfundet in eos suum calorẽ nõ realiter,seu materialiter,sed intẽtionaG liter:eo modo quo albedo muri multiplicat in vicino aëre similitudinẽ seu speciem suam quæ in speculo relucet. Potest autẽ ad propositũ poni exemplũ de duobus prædictis cæcis : quia cũ iustitia iudicis stat quòd post cæcitatem vnus ponatur in tali statu, vt nũquàm impinguat, puta si ductorẽ inueniat, & nõ alius qui ductore caret. Secũdò arguitur ad idẽ sic. Causa & origo peccaH ti originalis maximè penes carnẽ infecta residet:ergo maximè illa debet puniri:quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Sicut ergo anima priuatione diuinæ visionis punitur : ita caro debet aliquo supplicio affici. Sol. Ad hoc dicitur dupliciter. Primò quòd falsum est, quòd caro sit principalis causa peccati originalis, sed est ipse generãs, qui principaliter per animã generatur.

I Vnde & si de carne infecta fiat aliquis homo sine femine deciso ab Adã, talis nõ habebit originale peccatũ. Dico secundò vt dicit S. Bonauẽ. quòd si causa peccati quocunq; modo resideat in carne, hoc est per modũ habitus, & nõ per modũ actus. Vnde caro nõ facit animã pueri concupiscentẽ, sed concupiscibilem. Et ideo nec ipsa nec anima in ipsa debet actuali cõbustione ignis torqueri. sed sicut anima priuat visione Dei: sic etiã caro priuatur solatio suo: & loco vili ac tenebroso ponit ratione suæ fœditatis, cũ in cœlo empyreo esset collocãda: si à talis fœditatis corruptione mũdata fuisset per efficaciã baptismi. Hæc ex illo. Tertiò arguitur ad idẽ sic. Istorum puerorũ corpora post resurrectionẽ non erunt dotata secũdum sanctos: sed erũt passibilia. Omne autẽ passibile necesse est pati, si addit actiuũ. Ergo isti si erũt in igne calefient. Solutio: ad hoc dico dupliciter. Primò secundũ S. Tho. ij. dist. xxxiij. quòd nõ patiẽtur: quia nõ aderit agens naturale corrumpens, quia firmato cœlo nullus erit motus dependens à motu cœli, quia remota causa nõ stat effectus: primus autẽ motus est aliorũ causa. Nulla ergo poterit tũc esse alteratio naturaliter. Et si dicatur quòd stabit spiritualis actio, dico vt suprà, q̃ diuina iustitia nõ exigit, quòd à sensibilibus spiritualiter immutẽtur ad tormentũ, sed solum ad cognoscendum. Ignis enim ille, vt dicit dãs Bonauen. & allegatũ est, agit solũ vt Deo placet. A natura ergo erit, quòd neq; alterentur, neq; corrumpãtur. A Deo vero quòd nõ affligantur: sed solũ detineantur ab igne. Et licet illa corpora sint futura passibilia: tamẽ nõ indigebũt alimẽto in hoc diuina virtute id faciente. secundũ Bonauẽ. Vel ideo secundũ veritatẽ, quia remoto motu cœli color naturalis non alterabit ad famẽ, & sitim, agẽdo in humidũ radicale. Arguit etiã quòd patiantur interiorẽ dolorẽ. Primò sic. Nã Chry. dicit excludi à bonis ęternis, & alienũ effici ab his quæ præparata fuerũt iustis: tãtum generat cruciatum, vt etiã si nulla pœna extrinsecus torqueret, hæc sola sufficeret. Ergo si paruuli excludẽtur à regno sicut adulti, videtur q̃ maximè cruciabũtur interiori dolore. Sol. Ad hoc dicit dãs Bonauẽ. q̃ Chry. loquitur de his qui ab illa felicitate sua. i. actuali culpa excludũtur. ad pleniorẽ tamen notitiam horũ sciendũ est, quòd vt probat Sco. nullã possunt isti pueri post mortem habere malã voluntatẽ, ex quo sequitur q̃ de tali priuatione dolere nõ possunt, cum sciant illã esse iustã. Si enim doleret de iusto: essent iniusti. Et si dicatur q̃ possunt dolere q̃ talem visionẽ nõ meruerint, sicut alii pueri baptizari. Rãdet. S. Tho. in. ij. sentẽtiarum q̃ alii pueri meruerunt illã ex dono gratiæ sibi facto. Nullus autẽ rectè sentiens dolet, si sibi nõ fit gratia, quæ fit alteri: quia hoc esset murmurare cõtra eum qui nõ alii gratiã facit. quod nõ est sapientis. Secũdò arguitur. Quicunq; desyderat aliquid, & priuat eo: necessariò dolet. Omnes autẽ homines desyderant naturaliter beatitudinẽ, ideo quòd illa priuãtur, vt isti necessario dolet. Ad hoc dico secũdum mentẽ. S. Tho. vbi. s. quòd duplex est volũtas. s. perfecta. quæ si non impletur, sequitur inde tristitia: & imperfecta, quæ dicitur velleitas quædã, secundũ quam aliquis aliquãdo dicitur velle impossibile: puta volare, nec tamẽ dolet talis, si nõ volat. Respectu ergo beatitudinis tales nõ possunt habere voluntatẽ perfectã, quæ non est impossibi

A sibiliũ, quia sciunt hoc eis impossibile esse: sed tãtum imperfectã: ideo nõ dolebũt. Et si dicatur q̃ sciunt q̃ potuissent illã acquirere per baptismũ, dico vt suprà, quòd hoc solũ ex gratia erat. Qui tamẽ cõsecuti iam fuerint gratiã baptismalẽ dolebũt, si eam nõ habebũt, quia se ab illa volũtariè auerterunt, cũ possent vel pseuerare in gratia, vel cõsentire Deo volẽti iustificare eos. Quartò arguitur. Nã ipsi cognoscũt Deum, B & amãt, ergo dolẽt, quòd ab eo sunt separati. Ad hoc dicit. S. Tho. vbi. s. quòd nõ sunt separati à Deo o'no, puta quãtum ad naturalia bona: imo naturalẽ habent cognitionẽ, & de ea gaudent, & secundũ eam de Deo. Quintò arguitur. Nam data ista sentẽtia: sequitur quòd æqualiter puniatur decedẽs sine omni peccato in puris naturalibus, & decedẽs cũ peccato originali. Vterq; enim priuatur visione Dei. Ad hoc dico' negãdo C sequelã propter duo. Primò quia secũdum. S. Tho. & Sco. priuatio diuinę visionis, ei qui illã habere nõ debebat: nõ est pœna neq; damnũ. Talis est decedẽs in naturalibus puris. Vnde talis nõ punitur hac priuatione, sicut neq; cæcus natus punitur per hoc q̃ impingit pro aliquo peccato actuali. Secũdò qa nõ est rationabile, q̃ talis sine omni peccato decedẽs: includeretur in tenebras D gehẽnæ, vt isti pueri, quorũ pœna est priuatio vsionis Dei, & eorũ quæ ad illã consequunt: puta loci in quo Deus videtur, & societatis sanctorũ videntiũ Deũ, vnde in tenebris cũ diabolorũ societate recludẽtur. Vltimò arguit, quia Euge. in quadã extrauagãti dicit, quòd tam morientes in actuali, quàm originali descẽdunt in infernum disparibus pœnis puniendi. Ad hoc dico quòd est pro nobis. Ista enim pœnarũ disparitas est secũdum distantiã damni, & sensus. E Et nota quòd infernus aliquãdo sumitur pro ea parte gehẽnæ, in qua sunt iusti. aliquãdo q̃ omni limbo seu parte gehẽnæ: vnde & Christus dicitur personaliter ad infernũ descẽdisse: qui tamen solum ad limbum patrum descẽdit illo modo, & sic sumitur hic infernus. Et hæc de ista quæstione ad præsens sufficiant, & de tota expositione hac super Euangeliis tam de tempore, quàm de sanctis secundum ordinẽ beati Dominici patris nostri. F

Sed tamen vt etiam, qui

secundum ordinẽ curiæ Romanæ missas celebrare consueuerunt: Euangelicas lectiones expositas legant: iterum quædã pauca superaddere necesse est, id est Euangelia necdum exposita.

Tabula ad Euãgelia per-

quirenda iuxta morem curiæ in Aure-a G Rosa, vbicunque in locis propriis non signantur.

QVICVNQVE AVTEM Euangelium secundũ curiam Romanã currẽs in hoc opusculo loco suo notatum non inuenerit, ad tabulam hic subiectã recurrat. ¶ Igitur dominica prima in aduẽtu Euãgelium require dominica secũda in aduentũ. H Et dominica secũda in aduentu: require dñica tertia in aduẽtu. Et dominica tertia de aduentu require in dominica quarta eiusdẽ. Dominica autẽ quarta require in sabbato quatuor tẽporum. In octaua epiphaniæ: require infrà. Feria tertia primæ hebdomadæ in quadragesima require in dominica secũda in. xl. Dñica secunda in. xl. require in

I sabbato præcedenti. Sabbato post dominicã in passione: require infrà. In vigilia ascensionis require in Sabbato ante dominicam palmarũ. ¶ Notandũ est vero ꝙ curia dominicam in qua est festum Trinitatis vocat primam post penthecostẽ: ita ꝙ prima post festum Trinitatis est secunda post Pentheco-
stem. Dominica secunda post Pentheco-
stem require in dominica secunda post festum Trinitatis, Dominica ter-
K tia post penthecostem: require in domi
nica tertia post festũ Trinitatis. Domi
nica vero quarta: require in. v. &. v. in
vj. &. vj. in. vij. &. vij. in. viij. & sic dein-
ceps vsque ad dominicã. xxiij. Domin.
xxiiij. post Penthec. require infrà. ¶ In
festo sancti Thomæ martyris require
dominica prima post octauas paschæ.
Sancti Antonii de Padua ordinis mino
rum. require in festo san. Dominici San-
L ctorum Ciriaci: Largi: & Sma. require
in die ascensionis. Sancti Petronii: re-
quire dominica prima post octauas. Pa
schæ. Beatis patris Frãciſci. require in
festo sancti Matthiæ. ¶ In cõi Apoſto
lorum euangelium. Hæc mando vobis
require in festo Simonis & Iudæ. Et
uangelium. Ecce mitto: in festo Tibur
tii & Valeriani. Et euangeliũ Ecce nos
in cõmemoratione beati Pauli. Et euã-
gelium Defignauit. in festo beati Luc.
M ¶ In communi vnius martyris euge-fi
lium. Nolite arbitrari: require in festo
sancti valẽtini Et euãgeliũ Nihiloper
tum: in festo Sancti Theodori. Et euan
gelium. Si quis venit ad me: require in
frà. ¶ In communi plurimorum marti
euan. Confiteor: require in festo beati.
Mathię & enangelium. Qui vos audit
require in festo sancti Felicis: & euan.
sedente: require infrà & similiter euã.
Ve vobis. ¶ In communi confeſſorum
euang. Vos estis require in festo sancti N
Dominici euan. autem Videte. require
infra: & similiter euangelium. Nolite
timere.

In octaua epiphaniæ secundum curiam

VIDIT IOANNES Iesum veniẽtem ad se.) Ioan. s. Iste aũt aduẽtus Christi ad Ioannem ba O
ptizantem circa Iordanẽ fuit à Galilæa secundũ. s. Tho. Qui etiam dicit ꝙ iste aduentus, non est ille quo Iesus venit ad baptiſmum Ioãnis, de quo habetur Marc. i. j. quia vt patet in hoc eodem euangelio, Ioãnes, quando vidit nunc Christũ: dixit se prius vi disse ſpiritum quaſi colũbã deſcendẽtẽ super eum, & cõsequenter Christ⁹ erat iam baptizatus. Vnde dicit idẽ qđ iste P
aduentus fuit quo iam baptizatus & aliquandiu circa Iordanẽ cõmoratus venit ad Ioãnem. Venit autem secũdũ eundem post baptiſmum ad Ioannem. Primò vt teſtimonium Ioannis, quo an te dixerat, venit fortior &c. magis certi ficaretur: ne quis erraret in cognitione venturi cum iam adeſſet. Et secundo ne quis crederet, ꝙ quando prima vice Q
ad eum venit ad baptiſmũ venerit qua ſi purgandus à peccatis. Vnde ſignãter dixit Ioannes quæ ſequuntur. (Et ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit pecca-ta mundi). Ecce quòd reuerenter ſer-
uus ſemper loquitur de domino ſuo. ſi cut ei reuerẽtiam exhibuit etiam cum vterque vero materno clauderetur ma ria ſalutante Heliſabeth. ¶ Quare aũt Christus dicatur agnus: vide ſupra in vigi. ſancti Andreæ. (Hic est quo dixi: post me veniet vir). s. ad prædicandũ,

A & in notitiam hominũ. Venit aũtẽ Ioannes ad prædicandũ ante Christum. Primò ſecundum Chry. quia erat con ſanguineus Christi ſecundum carnem iuxta illud Luc. j. Ecce Heliſabeth cognata. Si ergo Chriſte teſtimoniũ eius eſte ſuſpectũ. Secundo ſecũdũ. s. Tho. quia in procedentibus de potentia ad actum imperfectum præcedit perfectũ tempore: ſecũdum illud. j. Cor. xv. Nõ prius ꝙ ſpirituale eſt. ſecundum quod
B animale. Doctrina autem Ioãnis erat doctrina Christi imperfectior (Qui ante me factus eſt) eo modo quo expo ſitum eſt dominica. iiij. in aduentu (qui prior me erat). i. ab æterno Hebr. vj. Christus heri & hodie &c. Io. viij. Ante quam Abraam fieret, ego ſum. Secundum bonos enim dialecticos iſta ſunt vera. Iſte homo: Chriſto demonſtrato fuit ab æterno & tamen ab æterno iſte homo non erat iſte homo nec erat ho-
C mo ſed erat iſte qui ex tempore eſt homo. ad veritatem enim prædictorũ ſuf ficit ꝙ perſona quã demõſtrat iſte ſit æterna: & ei humanitas ſit cõiuncta ex tempore. Dicit autem. s. Tho. ꝙ etiã ſe cundum humanitatem ſuſtineri poteſt ꝙ Christus ſit factus ante Ioãnẽ quia in ipſo principio ſuæ cõceptionis fuit homo perfectus habens animam perfectam omni virtute. & corpus omnibus lineamentis diſtinctum: licet non perfe
D ctæ quãtitatis Hiere. xxxj. Nouum faciet dominus ſuper terrã: fœmina circũdabit virũ. s. perfectum fuit ergo Ieſus homo perfectus añ Ioannẽ qa prius fuit cõcept⁹ quã Ioãnes eſſet homo pfectus (Et ego neſciebã eũ) quia ratione infantiæ neſciuit facta in Chriſti natiuitate: qũ fiebant: deinde verò in deſer to cõuerſatus nõ habuit familiaritatẽ Chriſti (ſed vt manifeſtẽt in Iſraël. propterea veni ego in aqua baptizãs) E
quod qualiter ſit intelligendum, & ſimi liter quæ ſequuntur, patet ex dictis dominica. iiij. in aduentu & Sabbato præcedenti. vt dominica infrà octa. epiph. Et teſtimonium perhibuit Ioannes dicens: quia vidi ſpiritum deſcendẽtem quaſi columbã de cœlo, & mãſit ſuper eũ. Sed qui miſit me baptizare in aqua ille mihi dixit, ſuper quem videris ſpiritũ deſcendentẽ & manentem ſuper eum: hic eſt qui baptizãt. Et ego vidi, & F
teſtimonium perhibui (quia hic eſt filius dei). s. naturalis: ſicut alii ſunt filii gratiam: Vbi ſecundum. s. Tho. aduertendum eſt quomodo Ioãnes normam obſeruat prudentis doctoris. Non enim ſtatim à principio doctor prudens profunda proponit: ſed leuiora. Sic Ioannes non ſtatim à principio ſui teſtimo nium dixit Christũ filium Dei, ſed prę tulit eum ſibi dicens ꝙ veniret poſt ſe G
fortior cum tamen tantæ eſſet celſitudinis ipſe, vt Christus credi potuiſſet. Deinde verò dixit eum filium Dei. ¶ Sed ex prædictis oritur dubitatio: quiſnam ſit qui Ioannem miſit ad baptizandum. Si enim dicatur ꝙ eſt De⁹ pater: ſequitur ꝙ etiam ſit Dei filius: quia iuxta regulam theologicam indi uiſa ſunt opera Trinitatis ad extra. Quomodo ergo dicit, Ego neſciebam eum: ſi ab illo miſſus eſt. Si dicatur ꝙ H
cognoſcebat eum ſecundum deitatem, ſed non ſecundum humanitatem, niſi poſtquã vidit ſpiritũ ſanctũ deſcẽdẽtẽ ſuper eũ. Contrà, Nam ille deſcenſus, fuit, quãdo Christus eſt baptizatus. Ioannes aũt cognouit eũ antequã baptizaretur: alias non dixiſſet. Ego à te de beo baptizari. Ad hoc aũt vt dicit ſan. Tho. tripliciter reſponderi põt. Primo ſecundum Chryſ. Cuius mens eſt hæc.

I Ioānes diu ante baptismū non cognoscebat Iesum secūdū humanitatē familiariter quando aūt debebat baptizari: tam erat ei familiaris ex visitatiōe frequenti, ideo dixit: ego à te debeo &c. Secundo iuxta Hier. cuius mens est hæc. Ioannes sciunt Christum esse mūdi saluatorē: nō autem esse mundi saluatorē per baptismum: & ideo hoc quod nescit audiuit. s. hic est qui baptizat in spiritu sancto. Tertiò melius dicitur secū dū Aug. ꝙ aliquid sciuit, & aliquid nescit. s. ꝙ potestatē baptizandi quā fidelibus suis communicare potuit, sibi soli retinuit. Et hoc est quod dicit Qui misit me baptizare in aqua: Et infrà. Hic est qui baptizat in spiritu sancto. s. singulariter, & solus. Licet enim fidelibus contulerit potestatem baptizandi ministerialiter: non tamen interius mundandi animam à macula peccati, sed hanc sibi reseruauit secundum sanctū Tho. Vel potest solui quartò ꝙ Ioannes sciuit quidem Christum esse filium dei, & filium Mariæ virginis, & affinem suum forte etiam antequā desertum petiisset: sed tamen nō cognoscebat eum hic vt nunc. sicut frequenter accidit, quod homo scit non habuisse filium, qué diu non vidit, & nūc videt, & nō cognoscit esse illum, quem scit esse filium suum.

Sabbato ante dominicam de
passione secundum Curiam.

COGITAVERVNT principes sacerdotum: vt & Lazarum interficerent) Ioannis. xij. (quia multi propter illum abibant ex Iudæis) id est recedebāt à doctrina & sequela Phariseorū) & credebant in Iesum.) Quis est hō tam perspicax in cogitādo, & tā facundus in orando. vt posset viso veteri ac nouo testamento, & visa pertinacia Iudęorū etiā modo sufficiēter dicere vel cogitare Iudeorū iniquitatem. obstinationē, & fatuitatē: Sine dubio plus stupeo: quàm si videré solē retrocedere Et si præsentia non videré. vix crederēt preterita. Ecce resuscitato viro nobilissimo mortuo quatriduano tā patenter. negari non posset, in mortem resuscitātis. & resuscitari conspirarunt: vnde tota gentilitas conuerti potuerat, si vidisset. (In crastinū autē turba multa &c.) Habes autem totum hoc euangeliū quo ad textū & glossas feria. ij. post palmas.

Dominica vigesimaquarta
post Pentecostem secun-
dum Curiam.

CVM VIDERITIS ABOminationē desolationis &c. Mat. xxiij. Est autem sciendum quòd vt patet ex textu beati Matthei. ea que in præsenti euangelio recitantur, dicta sunt à Christo postquam vltimo adscendit Hierusalem ad passionem. Cum enim die quædam dixisset Iudęis. Ecce relinquet vobis domus vestra deserta: egressi de templo discipuli ostendebant templi structurā, quæ erat mirabilis. Quibus ille dixit lapidem super lapidē nō remansurum. Sedente autem eo deinde supra mōtē olivęti, vbi futurū est iudicium, & vnde totū templū & ciuitas Hierosolyma poterat videri: interrogabant eum discipuli de duobus scilicet euersione templi seu Hierusalem, & aduētu secūdo eius, que erit in cōsummatione seculi. Quibus ille respondit, sicut in euangelio tertio ab isto sequenti habetur, in quo dedit multa signa destructiōis Hierusalē, s. multiplicationē pseudo

A dò prophetarum ac pseudochristi, & ingruentia mala. Deinde verò super addit vltimū signum euidentissimum, & de propinquo ostendens ruinā ciuitatis Hierusalē. & totius generis seu regni Israelitici. Et de hoc sic dicitur in hoc euāgelio. Cum videritis abominationē desolatiōis, quæ dicta est à Daniele propheta stātē i loco sancto. i. in templo vel i Hierusalē: quæ erat ciuitas sancta, vel in circunadiacente regione: quę etiā dicīt terra sancta ratione templi. ¶ Est aūt B sciendū ꝙ angel⁹ Dan. ix. sic dicit. Post hebdomadas sexaginta duas. s. annorū, que completæ sunt in Christi passione occidet Christus, & nec erit eius populus. qui eū negatur⁹ est) corā Pilato, sed ille populus est reprobatus, & Christus elegit sibi aliū. i. Christianū: qui eū non negauit (& ciuitatē) Hierusalē (& sanctuarium). i. templū (dissipabit populus) C Romanus (cū duce venturo) cōtra Hierusalē. i. Tito. (Et finis eius). s. ciuitatis (ac templi) vastitas, & post finē libelli stat tota desolatio. (Cōfirmabit aūt pactū). i. euangelicā legē (multis hebdomadā vna) quæ est vltima inter sexaginta duas. in qua xps prædicauit. (Et in medio hebdomadæ deficiet hostia & sacrificiū:) quia Christus instituit noua sa- D crificia abolitis prioribus (Et in templo erit abominatio desolationis) signū euidentissimū. Possunt aūt per hāc abominationē multa intelligi, vt patebit) & vsque ad consummationē & finē mundi pseuerabit desolatio) Hierusalē calcatę à gētibus, donec impleant tempora nationū, & Iudæi cōuertant ad fidem prædictam. ergo verba saluatoris multipliciter intelliguntur. quia per abominationē desolationis secundū. s. Thom. multa possunt intelligi Primò ipse exercitus Romanorū. qui fuerunt idolola- E trę. & Iudaicę terrę desolatores. Secundò aliquod idoiū quod Iudæi abominationē vocabāt, vt aquila qua legit Pilatus inuexisse templo, vel statua Adriani: quam posuit in loco templi vbi steterat arca testi. Cum eigo ista vel illa abominatio fuit in loco sancto præcipuè in templo signum fuit datum à saluatore, ꝙ Iudæi non deberent in posterū vsq; ad finem mundi prævalere in terra sua. Vnde & iuxta Luc. saluator dixit. Cū F videretis circundari ab exercitu Hierusalem: scitote quia appropinquauit desolatio eius. Sed tamen quia in dicta ꝓphetia, Danielis sunt multa mysteria Christi: ideo saluator antequam dicat quid prætendat: facit parēthesim dicens (Qui legit intelligat). s. quando incipiant, & quando terminētur hebdomadę Danielis, & quomodo accipiēda sint G quæ ille prophetauit. Deinde cōtinuat dictum suum dicens (Tūc qui in Iudęa sunt fugient ad montes). i. ad regnum agrippe dominantis in montibus secundum sanctum & confederati Romanis: ad quem fideles admoniti, per istam prophetiam: & declarationem Christi & admonitionem angeli confugerunt, & habuerunt pacem dum Iudæi pro morte Christi lucrentur penas: oppressi bello per Vespasianum ac Titum (& qui intecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non H reuertatur tollere tunicam suam) quia scilicet tempus erit fugiendi à facie Romanorum. Et vt dicit sanctus Thomas saluator vult dicere hoc mālum ita subito venturum. vt non euitetur. quia Titius sciens multitudinem ad festū paschatis in Hierusalem cōuenisse, ꝓoccupauit obsidere eos i ciuitate.) Væ autem prægnantibus & nutrientibus ia illis diebus) quia fugere non po-

I terunt,cum licita queant adhortari nec
contra naturalem pietatem pueros de-
relinquere.Et eadem ratione sequitur.
(Orate autem vt non fiat fuga vestra
hyeme)in qua est difficilis. (vel sabba-
to)in quo Iudæis non licebat vltra mi-
liare vnum proficisci. Sed nunquid in
tanta necessitate non licuisset sabbato
fugere.Dico quod sic(sed tamen salua-
tor intendit dicere quod fuga erat futu
ra omnino quasi dicere. Nolite orare,
K ne fiat fuga vestra quia omnino fiet sed
ne fiat tempore incongruo quia repen-
te. Quidam tamen vt Nicol. de Lyra.
dicunt quod saluator incipit hic loqui
de tempore antichristi,& destructionis
mundi.Sed.S. Tho. melius exponit de
Hierusalem euersione,quod patet. Pri-
mo quia tempore destructionis mun-
di non erit fuga. sed terror. Secundo:
quia expresse beatus Lucas ista intro-
ducit de Hierusalem subuersione dicēs
L Cum videritis circundari ab exercitu
Hierusalem,tūc scitote, quia appropin
quauit desolatio eius. Tunc qui in Iu-
dæa sunt fugiāt in montes,& qui in me
dio eius discedat & qui in regionibus
non intrent in eam : quia dies vltionis
hi sunt, vt impleantur omni quæ scri-
pta sunt. Væ autem prægnantibus &
nutrientibus in illis diebus. Erit enim
præssura magna super terram & ira po
pulo huic.Et cadent in ore gladii,& ca
ptiui ducentur in omnes gentes &
M Hie
rusalē calcabitur à gentibus donec im-
pleantur tempora nationum. Hæc ille.
(Erit enim tunc tribulatio magna) &
quæ non posset explicari,sed horror sit
cogitare.Opressura enim fuit Hierusa-
lem tpe azymorū in quo christus occi-
derat post annos circiter quadraginta,
& in ea conclusa est multitudo populi
inualida, quæ posset quidem alimenta
consumere sed non pugnare aduersus N
inimicos.Et tanta fuit intus seditio, vt
nunquam nisi cum Romani erant ad
muros cessarent ab homicidiis quæ per
petrabant seditiosi, & quidam latrones
dicti sicarii à sica gladio quem latenter
ferebant.Tanta fames vt Iosepho teste
parentes filiis & filii parentibus non so
lum de manibus sed etiam de faucibus
raperent alimenta constricto gutture:
ne cibus qui os intrauerat ventrem in-
traret adeo vt Maria quædā nobilissi- O
ma matrona propria deuorauerit filiū.
Tanta pestis vt iam in ciuitate sepul-
chra deessent & vrbis vallum cadaue-
ribus repleretur. Ideo sequit(qualis nō
fuit ab initio mundi vsq; modo neque
fiet). s.in populo illo Hebraico secun-
dum S. Tho. licet maior sit futura tpe
antichristi vt dicit. Verumtamen licet
tpe antichristi futura sit maior tribula
tio secundum se tā non erit,vt credo,
maior quo ad tribulatos quia magnum P
solatium tunc erit fidelibus q pro deo
moriantur quo solatio carebant Iudæi
qui pro suis sceleribus plectebant. Vel
se autem q iudæi redderent,si possunt
causam tantæ vexationis & tandiu du-
rantis dispersionis aliam à morte sui re
demptoris.(Et nisi breuiati fuissent dies
illi)non quia tunc dies facti sint breuio
res vt quidam dicunt & recitat Augu.
quia vt dicit in psal. Ordinatione tua
perseuerant dies sed vt dicit S. Thom. Q
sunt breuiati primo in numero vel: se
cundo quia breuiata sunt oīa.(non fie-
ret salua omnis caro idest nulla caro,si
ue nullus homo iudæus euasisset quia
Romani dominabantur in orbe vniuer
so vt dicit S. Tho Sed propter electos
breuiabūtur dies illi:) Vel quia aliqui
electi iudæi iam erant conuersi & de-
precabantur pro illo populo. Vel quia
multi

A multi electi de illo populo erant nasci
tur quæ nati non fuissent si ille popu-
lus totaliter interiisset diebus illis non
breuitatis.Præmissis autem istis salua-
tor tā incipit scdm S.Th.loqui de per-
tinentibus ad secundū eius aduentum.
Pro quo sciendum est q duobus tpibus
Christus dicit apparituros aliquos,qui
se dicerent esse Christum scilicet instā
te destructione Hierusalē:vt dicetur in
B Euāgelio tertio ab isto : & instante de-
structione mūdi.Et de hoc sequitur ad-
monitio Christi dicentis. (Tunc) dicit
autē.S.Tho.quòd ly tunc non dicit tēpus determinatum,sed confusum. quia
quod sequit non est factū statim euer-
sa Hierusalē : sed expectatur futurū in
fine. Simile habetur Matt.iij.vbi dici-
tur.Et habitauit in Nazareth.Et sequi-
tur. Tūc venit Io.&c.& tamē forte an-
ni viginti fuerūt inter illa duo tēpora.
Igitur tunc.i.tēpore finis mundi,·quā-
C do apparebūt pseudochristi (si qs vo-
bis dixerit. Ecce hic est Christus, autē
illic, nolite credere)nisi cū videritis ve
nientē in nubibus cœli glorioſum & lu
cidum instar fulguris : imo supra solē.
(Surgent enim pseudochristi) .i. falsi
Christi. (& pseudoprophetæ) qui erūt
eorū fautores(& dabunt).i.facient, vel
causabūr,sicut luna dat lumē suum (si-
gna magna & prodigia.) Non autē pos-
sunt demones,quorū auxilio vtūtur hu
D iusmodi personæ sceleste, facere vera
miracula siue miraculū simpliciter:qa
talia excedunt totā virtutem creatam:
sed quo ad nos: quia sicut superior &
magis ingeniosus artifex aliquid facit:
de quo mirat inferior. Ita possunt ali-
qua efficere demones, de quibus homi-
nes mirātur.Quæ qualiter faciāt pate-
bit in aliqua quæstionū.(ita vt in;errorem inducātur,si fieri potest:etiam ele- E
cti.) Quæ secūdum Origenē per exag-
gerationē dicuntur ad significandā rei
magnitudinē. Licet enim electi seduci
possint,& mori in seductione,si secun-
dum se cōsyderentur, tamē hoc est im-
possibile: vt stāt sub ordine diuinę ele-
ctionis (ecce prædixi vobis) vt iacule
præuisa caueatis. (Si ergo Dixerit vo-
bis:ecce in deserto est:nolite exire:ecce
in penetralibus).i.in secretis locis (no-
lite credere)& hic recapitulat & speci-
ficat quòd prius dixerat : vt cordi fir- F
mius tradatur. Deinde verò docet mo-
dum, quo Christus ad iudicū sit vētu-
rus : & reddit causam, quare prædicta
nō credentur dicēs.(Sicut enim fulgur
exit ab oriente).i.generat in partibus
orientis (& apparet vsq; in occidentē.
ita erit aduētus filii hominis) q.a.s.erit
in parte orietali in Hierusalē sup mon-
tem oliueti,& vallem Iosaphat: & erit
manifestus omnibus. (Vbicunq; fuerit
corpus : ibi cōgregabuntur & aquilæ) G
quasi di. Nolite dubitare quin sciatis
meum aduentū:quia sicut cōgregantur
aquilę vbi est præda ita ante me con-
gregabuntur omnes gentes & aquilę.i.
sancti erunt mecum in aere.Dicit au-
tem San.Thom.quòd in Hebrēo pro
corpus habetur anathema ideo cadauer
Vnde voluit tempus significare passio
nem suam,quia veniet deus in corpo-
re suo signa passionis. Statim autem H
post tribulationem dierum illorū ideo
in quibus anticristus vexabit ecclesiā.
Sed contra:quia de his diebus non erat
facta mentio:sed solum de diebus vexa
tionis Hierusalem. Dico quòd sicut
Hierusalem significut in scripturis ec-
clesiam,ita eius vexatio & euersio signi
ficat vexationem & euersionem mun-
di.Vnde vtranque euersionem prece-
dit aliquis aduētus christi & pseudochri

I sti & prædicatio euangelij generalis: vt dicet in euangelio tertio ab isto, & persecutio bonorū, & abominatio in templo: quia sicut stetit idolū in tẽplo materiali: ita sedebit antichristus in spirituali. i. ecclesia, ostendens se tanquam sit deus (sol obscurabitur, & luna non dabit lumẽ suum) Patent ãt ista & multa sequentia ex dictis dominica secunda in aduentu, (& stellæ cadent de cœlo, & virtutes celorum commouebuntur. Et tunc apparebit signum filiū hominis in celo). i. crux, quòd signum vt sanct. Th. exponit, in ipsa innouatione mũdi quæ in celo lucidiori quod prius apperebit erit signum victorię christi quã habuit per passionẽ super omnibus, & significabit christū per passionẽ acquisiuisse iudicij potestatẽ. & confundet iniquos. Erit aũt secundum s. Tho. hoc signum sole clarius. Existimo aũt quòd erit aliqua lux in modum crucis formata. Si enim esset verè lignū crucis iam corrũpi nõ posset cessante motu celi: & sic duraret inæternũ: quòd rationabiliter non videtur, quia nullum corpus mixtũ durabit æternaliter, nisi sit organũ animę rationalis, quæ immortalis est: vt sunt corpora humana (& tunc plangent omnes tribus terræ quæ christũ non sunt secutę: & tamen iam intelligent se grauiter errasse. Et videbunt filiū hominis in nubibus celi cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna). Dicit autem san. Tho. super Mat. quòd cũ in resurrectiõe triplex virtus concurrat scilicet diuina, & humana christi, & angelica quo ad aliqua præambula prima significat tuba: & secunda vox magna: & tertiam angeli. In quarto autem di. xliij. dicit quòd ista tuba significat vocem christi, vel eius apparitionẽ. Et verum est, quia diuina virtus operabitur per Christi humanitatẽ seu virtutẽ humanitatis tanquam per instrumentum. Vnde & vox christi põt dici tuba dei, & è cõuerso. (Et congregabũt) angeli colligentes cineres & ad iudiciũ cõuocãtes (à quatuor vẽtis) qui sunt subsolanus ideo sub sole vel ab oriente natus fauonius a fouẽdo flores: qui ab occidente flat: auster & meridies per quos hic intelliguntur quatuor mundi partes (à summis cœlorum vsque ad terminos eorũ) q̃ nõ solũ viui cõgregabũtur, sed etiã mortui, quorũ animę sunt in celo, & in purgatorio: & corpora in visceribus terrę. (Ab arbore aũt fici discite parabolã. Tũc iã ramus eius tenere fuerit, & folia nata: scitis quia propè est ęstas. Ita & vos, cũ videritis hæc omnia: scitote quia prope est, & in ianuis) scilicet aduẽtus christi. (Amẽ dico vobis, q̃a nõ præteribit generatio hæc donec oĩa fiãt. Celũ & terra trãsibũt. verba aũt mea non præteribũt) qne omnia patent ex dictis in dominica prædicta.

In festo vnius martyris secundum curiam.

SI QVIS VENIT AD ME). Luc. xiiij. i. ad seruitiũ meũ volẽs meus effici discipulus. i. christianus, vel religiosus (& non odit patrem, suũ, & matrẽ) quo ad lineam ascendentiũ (& vxorẽ) que. s. nõ facit aliã lineam aut gradũ (& filios) quo ad lineã descẽdentiũ (& fratres & sorores) quo ad lineã transuersalium (adhuc autem & animã suam) ideo vitam animalem seu sensitiuã (nõ põt meus esse discipulus) ideo verus christianus, & multominus verus religiosus. Sed cum quilibet teneatur ex charitate diligere oẽs predictos: & multo

A multò magis seipsum: & cõiter vitam suam: ista verba intelligẽda sunt, quando prædicta præstãt nobis impedimenta accedendi ad christũ. Sicut enim talia impedimenta debent nobis displicere: ita & quæ ea prestant debent nobis displicere, inquantum ea prẽstant: licet sint amãda quantum ad naturã & ratione parẽtelę. Est autem notãdum, vt colligitur hic ex verbis saluatoris, quòd ad venire ad christũ, siue perfectè esse
B discipulum christi tria requirunt: quorum duo respiciunt terminum à quo & terminum ad quem. Primum est superare impedimenta extrinseca, quæ notantur per partem & matrem. &c. Secũdum est superare intrinseca ideo proprias passiones, que notantur per animam. Quæ duo pertinent ad recedere à malo. Tertium est proficere ad bonũ offerendo deo corpus, & animam nostram, quod notatur, cũ dicitur. (Et qui
C nõ baiulat crucem suam) ideſt sibi proportionatam: nõ autem meam: quia est aspera nimis & crudelis (& venit post me non potest meus esse discipulus.) Est autem duplex crux assumenda scilicet animæ ideo charitas: & corporis penitentia. Dicitur enim crux secundũ aliquos à cruciando. Cruciat autem penitentia corpus propriũ: & partes sensitiuas secundum illud Gal. v. Qui sunt christi, carnem suam crucifixerunt cũ
D vi & cõcu. Charitas autem cruciat animam & partes intellectiuas inquantũ facit dolere de propria culpa, & de aliena miseria: & compati suo capiti Christo, sicut dicebat Paulus Gal. ij. Cum Christo confixus sum cruci. Aliqui autem textus habẽt crucẽ suã quotidie & est contra illos qui sexta feria abstinẽt & reliquis diebus delitiis imo crapulis & luxuriis vacant. Sed quia dupliciter aliquis est discipulus christi. s. quia est, E christianus & quia etiã religiosus & ad primũ sufficit fides cum obseruantia. x. præceptorũ non aũt ad secundũ. sed vlterius oportet q̃ renũtiet diuitiis & cõcupiscentiis licitis & propriæ voluntati iuxta tria vota religionis ideo de hoc subditur duplex parabola. Dicit ergo. (Quis enim ex vobis volẽs turrim ædificare). i. aggredi perfectionẽ religionis quia se aduersus tela diaboli tueat (non prius sedens) à passionibus quietus (cõputat sumptus qui necessarii sunt si habeat ad perficiendũ). i. que sibi sunt necessaria & q̃ oportuna ad feruenter cõplendũ & pagendũ hoc ædificiũ. i. statũ religionis cuiusmodi est seipsum contẽnere priuando diuitiis voluptatibus & voluntatibus suis (ne postea quã posuerit fundamẽtũ suscipiẽdo habitũ religionis, vel qualitercũq; incipiẽdo apostolicam vitã (& nõ potuerit perficere) q̃a de
F ficiũt ei sumptus. i. cõceptus fuit inquã tum propter suã negligentiã & tenuem deuotionẽ non põt sufferre opprobriũ paupertatis aut lubricũ carnis vel proprię volũtatis motũ cohibere: licet absolute deo iuuante hoc posset. (oẽs qui viderint) eũ deponentẽ habitũ vel mutante propositũ (incipiãt illudere ei dicentes quia hic homo cepit ędificare & nõ potuit cõsummare.) Ecce primã similitudinẽ. Sequit secunda ad idẽ. (Aut
H quis rex). i. homo viuens cõtinenter vt religiosus per bonum regimen suorum affectuum atque membrorum dicitur enim rex à regendo (commissurus bellũ aduersus aliũ regẽ). i. aduersus Deum vel syndereſim. Sed nunquid religiosi pugnant contra Deum vel syndereſim? Dico quod sit omnino: sed non inquantum religiosi vel reges: sed inquantum homines fragiles, & ad illicita

I cita censualiter inclinati. In pugna enim materiali nũquam rex pugnat cũ rege inquantum reges sunt: quia vt sic operatur secundum iustitiam & virtutem, & consequenter sunt omnes concordes in bono: sed pugnant inquãtum aliter eorum desinit esse rex, per hoc ꝙ suam voluntatem bene non regit: cum velit iniusta. Et similiter religiosus homo inquantum à religione per cogitationes illicitas cadit, pugnat cũ deo, &
K syndereſi (non sedẽs prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere). i. cũ obseruantia decem preceptorum (ei qui cum .xx. milibus venit ad se). i. deo vel syndereſi, que exigit ab eo obseruantiã. x. præceptorum, & vlterius consiliorũ. (alloqui). s. videns religiosus ꝙ licitè non potest abundare pecunijs ad votũ distrahendis, nec obscentis cogitationibus matrimonij occupari, aut proprio sensu operari. (adhuc illo longè agẽte).
L i. antequam veniat mors: in qua maximè deus & syndereſis agunt aduersus illecebras, & omnia illicita (legationẽ mittens). i. bonam deliberationem faciens (rogat ea que pacis sunt) consentiendo deo & syndereſi in obseruantia predicatorum seipsum totaliter contemnendo, & dicẽdo deo ac prelato suo, Vnde subditur parabolarum conclusio. (Sic ergo omnis ex vobis) que iam estis Christiani. Loquebatur enim Christus turbis,
M que eum sequebantur, & consequenter credebant in eum. (qui non renuntiat omnibus, quæ possidet). i. iuri diuitiarum & matrimonium & proprie, voluntatis (non potest meus esse discipul⁹) eo mõ quo apostoli & religiosi. licet possit esse Christian⁹. & cõsequẽter saluari.

In communi plurimorum martyrum secundum curiam.

SEDENTE IESV SV- N per mõtem oliueti.) Mat. xxiiij. Ad intellectũ huius euangelij notanda sunt aliqua dicta in principio euangelij tertij ante istud. s. quam Christus circa tempus circa tẽpus suæ passionis dixerit templum salomonis euertẽdum, & idem conscendit mõtem olueti que de diuerso montis, in quo erat templum: inter quos mõtem est vallis ioſaphat, & torrens cedron. Dicitur O
ergo (Sedente Iesu super mõtẽ olueti) super quo in die iudicij stabit: & ex quo templum & ciuitas Hierusalem pulcherrimè videbatur accessarunt ad eum discipuli secretò). i. seorsum à turbis. & à toto collegio discipulorum. quia vt patet. Mar. xiij. isti interrogatores fuerunt Petrus: Iacobus: Ioãnes: & Andreas (Dicentes, Dic nobis quando hec erunt). P
s. destructio templi ac ciuitatis (& quod signum aduentus tui, & consummationis seculi) que ambo erunt simul sumẽdo consummationem seculi pro cõsummatione status, quem modo habet secundum. s. est generationis & corruptionis. In vno enim instanti vel prope in quo Episcopus apparebit super mõtẽ oliueti, firmabitur celum cessando à motu: & consequenter nihil amplius generabitur, vel corrumpetur. quia remouebitur horum causa. i. motus celi. Sicut autem
Q dicit. s. Tho. totum quod Christus respõdit discipulis in hoc euangelio & in tertio ante istud quedam vt Aug. referunt ad spiritualẽ aduentũ Christi, que venit in nubibus. i. predicatoribus ad hominem mentes cõsolandas: quedam verò totũ referunt ad Christi aduentũ vltimum in iudicio: quedam vero totũ ad euersionẽ hierusalẽ, Chry. vero dicit: ꝙ dominus primò respõdet de euersione Hierusa

A Hierusalem. & secũdò de aduentu suo secundo. Et dicit sibi videri quod expositio Chry. sit preferenda: vnde ad destructionẽ pertinet totum quod est in hoc euãgelio: & aliquid quod est in tertio ante istud. vt ibi dictũ est. ¶ Sed tamen nota quod destructio Hierusalẽ fuit figura destructionis mũdi: & que de vno horũ dicunt, sunt aliquo modo vera de alto: vt ibidẽ dictũ est. (Et respondẽs Iesus dixit eis) volẽs dare signa euersionis
B tẽpli & Hierosolimorũ. (Videte ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo) nõ quidẽ quasi discipuli mei vt apostoli. sed quasi ego ipse (dicentes: ego sum Christus.) Talis fuit Simõ magus qui teste. s. Tho. dixit se verum dei deum magnũ: omnia dei. vt patet Actu. viij. de eo dicebant: hic est virtus dei, q̃ vocat magna. Talis etiam fuit Simon neseus: teste Iosepho predicans se Chri
C stum esse, & Iudæ liberatorẽ. Tales fuerunt multi secundũ gl. tẽpore euersionis Hierusalem: dicentes tempus libertatis appropinquasse, vt Theodas & Iudas Galileus. de quibus habetur Act. v. (& multos seducent) sicut ibi patet de Theoda pereunte cum suis. i. quingentis. (Audituri autem estis prælia) antequã fiant contra istam ciuitatẽ (& opiniones præliorum) quia quidã opinabãtur rebellãdũ esse Romanis: quidã nõ. Vnde & monstra que deus ostendebat,
D vt comẽtã: q̃ per annũ perseuerauit: & acies armatorũ per aera discurrentes: & huiusmodi quedã in bonũ: & quedã in malũ interpretari conabant (Videte ne turbemini) quasi finis sit mundi. oportet ei hæc fieri: sed nõdũ est finis). s. seculi: & si Hierusalem. Erat autẽ vt dicit. s. Tho. tunc tribulatio tãta. vt multi cederent mundũ desiturũ. Et hoc nimirũ. (Cõsurget enim genus in gẽtẽ). s. fortis in fortẽ. i. Romanorũ gẽs in gẽtẽ E
Iudeorũ: (& regnũ aduersus regnum: & erunt pestilẽtiæ & fames & terræmot⁹ per loca.) Omnia enim hæc ante Hierusalẽ destructionẽ euenerãt: sed multo peiora in ipsa destructione. Vnde subditur. (Hæc aũt omnia initia sunt dolorũ quasi dicat maiora expectãda fore ĩ posterũ. (Tũc tradẽt vos in tribulationẽ) quia vt dicit. s. Tho. dicebãt mala euenire propter sectam Christianorum: & hoc tam gentiles quã Hebrei (& occidẽt F
vos: & eritis odio omnibus gentibus) vt mors ostendi martyrum infinitorũ (propter nomen meum.) O consolationem maximam tribulari propter Episcopũ ad quem speramus per tribulatiões venire lætiores. (Et tunc scandalizabunt̃ multi). i. impingẽt & cadẽt à fide & dilectione Christi timore perdendi diuitias & vitam. Scandalon autẽ græce latinè impactio dicitur. (& inuicem tradent) quia Christianus fidem negans interdũ G
alium latentem detegebat: vt vero simile est. Vel inuicem tradẽt homines etiã affines: sicut patet de cognato Pauli primi eremitę (& odio habebunt inuicem) vel ratione diuersitatis fidei vel cupiditatis diuitiarũ, vel huiusmodi. (Et multi pseudo). i. falsi (prophete). i. prædicatores (surgent & seducent multos) sicut patet de pseudo apostolis cum quibus Paulus & alij apostoli frequenter dimicabant: & de quibus Paul⁹ scribit Gall. H
iij. O insensati Galathæ, quis vos fascinauit? &c. (Et quoniam abundabitur iniquitas) persecutorum (refrigescet charitas multorum) Christianorum Qui autem perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit) Possunt autem omnia hæc exponi etiam de Christi aduentu ad iudicium: vt dictum est inferioribus.

Aliud

Aliud.

VAE VOBIS, QVI AEDIficatis monumenta prophetarum)Lu.xj.Ad intellectū autem huius euangelii sciēdum est,vt patet ex textu Luc.quòd dominus hæc verba dixit in domo cuiusdam Pharisæi qui ad prandiū inuitauerat illum:sed dixit ea respondens cuidam legisperito seu scribæ Vnde Mat. dicit ista dicta esse scribis & Phariseis: quia vtrique aderāt.Et quia multi erāt & Iudæi erant:ideo ecclesia dicit ista dicta esse turbis Iudæorum.maximè quia fortasse aderant etiam aliqui deplebeis igitur dicitur.(Væ vobis.) Per quod secundùm Hier.importatur æterna dānatio(qui ędificatis monumenta prophetarum.Patres autem vestri occiderunt illos)Sed nunquid est malum ædificare sepulcra,aut esse filium homicidæ.Certè non,neque hoc reprehendit saluator.Quidam autem,vt dicit.S. Tho.dicunt Christum hic reprehendere intentionem:quia ideo ædificabant prophetarum:sepulcra vt in memoria esset iniquitas patrum suorum. Sed vt ait:hæc expositio literæ non est consentanea.Chry.autem dicit quòd reprehēdit intentionem gloriæ vanæ, propter quam monumenta struebant. Vel potest dici quòd Christus eis comminatur,non quia fabricabant illa sepulcra: sed quia ex vna parte magnificabāt prophetas fabricando,& ex alia cogitabāt occidere dominum prophetarum. Vnde Christus facit mentionem de ista fabrica non quia esset mala,sed quia peccabant in simili: sicut si dicamus. Væ his qui faciunt eleemosynas religiosis, & excoriant pauperes(Profecto testificamini)ipso tempore & dicto vestro,dicebant enim patres suos fuisse prophetarum occisores(quòd cōsentiatis operibus patrum vestrorum:quoniam qui dem ipsi eos occiderunt. Vos autem ædificatis eorum sepulcra(Sed contra. videtur potius quòd protestarentur oppositum:quia honorabant,quos patres occiderant.Respondent aliqui q hæc protestatio non erat per hanc fabricā: sed per conspirationem in mortē Christi.Sed contra hoc videtur esse textus qui dixit:quoniam quidem &c.vbi redditur causa dicti.Chry. autem dicit q testificabantur se esse filios homicidarum.Vnde & saluator iuxta Mat.sic dicit.Itaque testimonio estis vobismetipsis:quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt.Et quia filii communiter tales sunt,quales & patres:ideo consequenter ex quo per opus & dictū suū directè testificabantur se esse successores & filios homicidarum:indirectè etiā testificabantur se eis alsimilari.Propter ea(quia estis similes patribus vestris sapientia dei dixit).i.ego ipse qui sum sapientia.i.persona cui sapientia appropriatur in diuinis dixi.(Mittā ad illos prophetas & apostolos)postquā missero de cœlis spiritū sanctū(& ex eis occidēt & persequent, vt inquirat).i.exigatur (sanguis).i.pœna & vindicta pro sanguine.(omniū prophetarū:qui effusus est à cōstitutione mūdi à generatione ista à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ: qui periit inter altare & ædem).i.in atrio interiori templi:ita quòd ista ædes est domus in qua erant arca:mensa & cherubin &c.(Ita dico vobis requiretur ab hac generatione.Væ vobis legisperitis qui tulistis clauem scientiæ).i.clauem quæ est scientia,quæ ad secretam veritatem introducit ad instar clauis, quam

quam ipsi tulerunt.i.acceperunt vel tulerunt.i.abstulerunt: quia apostolis abstulerunt quantum in se erat notitiam legis euangelicæ.(Ipsi nō introistis) ad veritatem fidei & eos qui intrabant, prohibuistis.Cum hæc ad illos diceret: ceperunt Pharisæi & legisperiti grauiter insistere:& os eius opprimere de multis insidiantes ei.quærentes capere aliquid ex ore eius:vt accusarent eū.) Cætera quæ pertinent ad intellectū huius euangelij.vide in die beati Stepha.

In communi confessorum secundum Curiam.

VIDETE, VIGILATE, & orate.)Mar.xiij.(Nescitis enim quando tempus sit)scilicet iudicii:de quo saluator loquebatur vel mortis, quando scilicet sit iudicium particulare de singulis animabus Et hic supple ego enim dominus vester sum,sicut homo,qui peregre profectus est(qui reliquit domum suam:& dedit seruis suis) potestatem cuiusque operis(idest cuilibet mandauit quid faceret) & ianitori (per quem significatur ratio in homine) præcepit, vt vigilet. Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus domus veniet, sero, an media nòctæ an gallicantu,an mane (quod planum est,si de aduentu in morte loquamur: si verò loquamur de aduentu ad iudicium licet ille credatur futurus in crepusculo diei:tamen non est certum.(Ne dum venerit repente inueniat vos dormientes.Quod autem vobis dico omnibus) futuri tēporis christianis(dico vigilate)quod verbum multi frequenter audientes,& rarò exequentes: repentina morte damnantur.

¶ Sunt & quædam alia euangelia: quæ secundum curiam ad diuersa proposita recitantur &c.scilicet.Vnum de cōmuni confessorum: & vnum vel duo quarundam missarum extrauagantiū: sed nullam penitus habent difficultatem,Et sic per gratiam christi imponā terminum Aureæ Rosæ:in qua si dicere voluissem,quæcunque dici possent imoque occurrerunt animo:necessario effecissem non modo vnum verum & plura volumina vastę magnitudinis. Deus enim qui loquebatur in Christo cum sit infinitæ sapientię plus veritatis in doctrinā eius concluſit & implicuit:quam tempore vllo humano ingenio possit explicari:Igitur deo optimo: maximo:omniscienti:omnipotenti:omni bonitate pollenti:qui sapientię & veritatis est possessor, atque largitor, sit honor & gloria per infinita secula ab omni creatura.Amen.

Aureæ Ros[illegible] sacrosanc[illegible]

ctiorum Euangelio[illegible]
ad illa pertinent,in[illegible]
à Siluestro Prierio[illegible]
glographiæ Do[illegible]
ædita

F

Series

a b c d e f g
t v x y z A
L M N O P
Aa Bb Cc
Kk Ll Mm
Ss Tt Vv

Om[illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

